UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

Visual Library



HVII
6
Th. 1762a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNALES ECCLESIASTICI

AVCTORE

CÆSARE BARONIO
SORANO EX CONGREGAT.
ORATORII S.R.E. PRESBYTERO CARD. TIT.
SS. NEREI ET ACHILLEI, ET S. APOSTOLICÆ
SEDIS BIBLIOTHECARIO.

TOMVS SEXTVS;

Incipiens ab Anno Domini CCCC. XL. perueniens vsque ad D. XVIII. inchoatur ab Imperio Iustini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

PERMISSV AVCTORIS.

Editio Nouissima ab ipsomet ante obitum aucta, & iam denuò recognita.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.
ANNO M. DC. XXIV.

Cum Gratia & Priuileg. Sac. Cæsar. Maiest. speciali ad decennium.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI ET D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO

CÆSAR BARONIVS CONGREGATIONIS Oratorij Presbyter sempiternam felicitatem.

CVM sacra tractantur, beatissime Pater, haud satis esse cuilibet homini, præstantissimi licèt ingenij, proprijs niti viribus, certo illo declaratur exemplo, dum ad mechanica etiam elaboranda, fabro, etsi rerum diuini cultûs opifici, tanta hæc diuinitùs esse impertita, Moyses affirmat[a]: Implcuit, inquit, Beseleel Dominus Spiritu Dei, sapientia & intelligentia, scientia & omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro, argento, & ære, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario: quicquid fabrè adinueniri potest, dedit in corde eius sed & adiecit[b], vt ita diuino Spiritu benè confectum opus, non antè sacro esset vsui mancipandum, quàm ab ipso Moyse fuisset cognitũ & benedictum. Quæ quidem omnia cùm ipsi, qui licèt Deo sacranda, fabrilia tamen tractabant, diuinitùs dari decuerit: quanto eadem maiori cumulo expetenda erunt ab eo, cui elucidandæ rerum Ecclesiasticarum veritatis onus incumbit? nempè vt spiritu veritatis semper afflatus, veritate vndique constans opus absoluat, atque illud ipsum demum antequam publicè edat, ipsi, qui Ecclesiæ præest, vniuersali Pontifici offerat cognoscendum atque benedicendum.

a Exo. 35.

b Exo. 39.

Huius autem vetustissimi Ecclesiæ moris, & ab Apostolis ipsis egressæ traditionis pleraque manent vbique impressa vestigia, in primisque Doctoris Gentium, magnifica illa quidem: Etenim vt acceptum diuinitùs (quod ipse[c] testatur) Euangelium vniuersæ probaretur Ecclesiæ, ne in vacuum cucurrisset; ad hoc ipsum vt cognosceretur à Petro, Hierosolymam venit, atq; apud eum diebus quindecim mansit. Cuius Apostolici instituti memores qui post Apostolos vixerunt in Ecclesia sacrarum rerum scriptores, quos elucubrabant commentarios, eosdem cognoscendos ac comprobandos mittere consueuisse ad Ecclesiæ Romanæ Pontificem, præter alia quæ præcesserunt exempla, præsens tomus id indicat, factum à SS. Turibio Episcopo Asturcensi, ac Cæsario Arelatensi, insuper ab Honorato atque Gennadio Massilienſibus: quæ enim isti aduersus Priscillianistas siue Pelagianos hæreticos conscripsêre, eadem ad Leonem Magnum, eiusque successores, Felicem atque Gelasium probanda misêre. Sed cùm vnus idemq; mos esset vniuersæ Ecclesiæ, quod Occidentales fecisse diximus, idipsum eodem tempore ab Orientalibus præstitum, certũ est: etenim

c Gal. 1

primariæ totius Orientis Ecclesiæ Orthodoxus Antistes (Ioannem dico Alexandrinum Episcopum) elaboratum à se aduersus Pelagianos Apologeticum examinandum illum misit ad Gelasium Romanum Pontificem: Qui Apostolica, qua cæteris omnibus in Ecclesia Catholica emineret auctoritate, non adhuc de viuentium tantùm scriptis iudicium protulit, sed Pontificia maiestate arbiter sedens, quotquot ab Apostolorum temporibus edita essent de Christiana religione volumina, ad censuram Ecclesiasticam reuocauit; eáque cuncta exactè perueſtigans, acutè disquirens, atque examinans accuratè, tanquam os
a Hier. 15. [a] Domini, mundum segregauit ab immundo, & pretiosum separauit à vili; tan-
b Apoc. 3. ta sibi iure vendicans legitimus Christi Vicarius, clauis [b] Dauidis certus hæres:
Cui Catholicæ veritati qui aduersatur, Dei ordinationi resistit; dispergereque
c Ioan. 10 conuincitur, qui cum illo non colligit; sed & tanquam fur [c] arguitur atque latro, qui aliunde & non per ostium intrat, ab eo duntaxat aperiendum: qui scientiæ clauem hæreditario iure possedit.

His ego admonitus, Sanctissime Pater, in primis quo debiliores sentio mei ingenij esse vires, eò enixiùs semper studui diuinam auxilium implorare, vt quæ Deus sponte rerum sacrarum fabro concessit, eadem rerum Ecclesiasticarum scriptori exposcenti non deneget: inde verò summo labore partas meas omnes lucubrationes (qualescunque illæ sint) antequàm edantur, more maiorum, Romanæ Ecclesiæ censuræ seueriſſimè subijcere consueui; easdemque probatas, Apostolica benedictione veluti diuino quodam sigillo consignandas offerre, vt duplici munimẽto securæ, nullo vmquam possint aduersantium
d Mat. 17 labefactari conatu; cùm certum sit [d], nulla vi ventorum, vel imbrium impetu disijci posse ædificium illud, quod constat supra firmam petram habere solidum fundamentum.

Accipe igitur, post quartum & quintum, adhuc sextum hunc Annalium tomum, quem tua auctoritate cognitum atque probatum, Pontificiâ benedictione locupletes. Ex eo quidem in ærumnosis his atque deploratis temporibus, quibus sancta Ecclesia immensis motibus iugiter agitatur atque concutitur, haud mediocrem consolationem diuinæ prouidentiæ, quâ suam Ecclesiam moderatur, haurire possis, cùm illa deploratissima tempora repræsentet, quibus inter alia illud etiam accidit infelicissimum, quòd nullus omninò toto orbe Christiano Catholicus Princeps extaret, sed cuncti Reges & Imperatores hæresib. tenerẽtur impliciti, & cũ Italia, ipsa Roma, Romanaq; Ecclesia sub Gothico & Ariano gladio ingemiscerent: quando ex insperato suscitat sibi De[9] hominem secũdùm cor suum instar Dauid, seruũ fidelem, Regem Francorum, religionis Catholicæ professorem atq; acerrimũ defensorem, Christianissimũ Clodoueum: Qui è Gẽtilium superstitione conuersus, illud ipsum quod accepit ab Ecclesia Catholica Euangelium, in Francos omnes qui aderãt, & in posteros feliciter propagauit; atq; demùm proximè moriturus, insigni pietatis exemplo, ipsum quod sciret vnicum esse totius Ecclesię visibile caput, coronam regia redimiuit, mittens ad Apostolorum Principis Petri Confessionẽ persuasione S. Remigij Francorum Apostoli coronam auream gemmis ornatam. Donaverò Regũ non solùm pretiosa, sed mystica quoq; esse solere, testificatione etiam
e Matt. 2. Euangelica [e] admonemur: cuiusmodi Clodouei fuisse mun[9], euenta probarũt:
eo enim obsequio visus est dans coronam, oppignorasse regnum ipsum in Ec-

clesiæ

cleſiæ Romanæ præſidium (coronam enim illam, regnum nominatam fuiſſe, qui res geſtas Francorum ſunt proſecuti, teſtantur[b]) eoq; munere illud Deo dicare voluiſſe, atque perpetuò ſtabilire: dum enim ſupra petram, Petriq́ue Confeſſionem regni coronam poſuit, regnum ſuum ſtabili fundamento firmauit, vt rerum multiplices exitus declararunt. Etenim collapſis, euerſiſque penitùs cæteris barbaris qui inuaſerunt Romanum Imperium, Gothis, VVandalis, Sueuis, Alanis, Erulis, Hunnis, & Longobardis, ſola corona Francorum Apoſtolica protectione ſecura, conſtans, firmaq́ue permanſit, maioribus in dies acceſſionibus aucta atque ſplendoribus illuſtrata; tunc tantùm viſa nutare, obſcurari, & in vltimum diſcrimen adduci, cùm ab hæretica labefactata perfidia, Apoſtolico eſt præſidio deſtituta: Inde dumtaxat (ſerò licèt ijſdem intelligentibus Francis) ipſa conſecutura remedium, ſi eò, vnde excidit, reuocetur, ad ipſam videlicèt immobilem petram, Apoſtolicamq́ue Confeſſionem, atque denuò ſuper illius capitis verticem honorificè collocetur, vbi primùm à primo Chriſtianiſſimo Rege Francorum poſita mira claritudine ſemper toto terrarum Orbe refulſit.

[b] Hincmar. in vita S. Remigij.

Id vnum cùm optent Catholici omnes, petantq́ue Fideles, ad idq́ue ſemper ſuſpiret & anhelet mœrẽs in cinere ſedens omni deſtituta ſolatio Eccleſia Gallicana: tu ipſe, Beatiſſime Pater, aſſiduis à Deo precibus vehementiùs poſcis, expoſciſq́ue potentiùs indeſinentibus lacrymis, atque efflagitas repetitis quotidiè ſacrificijs, immenſo rurſum Francos dolore parturiens, donec, vt prius, efformetur Chriſtus in eis. Annuat vetis DEVS, & ex optato placatus aſpiret, vt quod omnes cupiunt, alterum tibi exciſet Clodouæũ, cuius ope diu depreſſum conſurgat Francorum regnum, & vt olim, florentiſsimum rurſum appareat: ſicq́ue meliorum viciſſitudine rerum, ſecundùm prædictionem illam Propheticam[c], pro cinere coronam accipias, oleum gaudij pro luctu, pro ſpiritu mœroris pallium laudis: vt rurſum vocentur in cohortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum: ædifices deſerta à ſæculo, erigas ruinas antiquas, ciuitates diſſipatas inſtaures: & qui alieni facti erant, reuerſi conſiſtant, tecumq́; paſcant gregem tuum: Has tantas ſecum afferat à Deo prẽſtandas benedictiones, qui modò Sanctitati tuæ tomus iſte benedicendus offertur: vt læteris in Domino, viuaſque feliciter ſemper Catholicæ Eccleſiæ profuturus.

[c] Iſa. 61.

PETRO ALDOBRANDINO
S. R. E. DIACONO CARDINALI AMPLISSIMO

CÆSAR BARONIVS FELICITATEM.

EXigit à me, Cardinalis Amplissime, pristinæ consuetudinis vsus, simulque præstans tua dignitas admonet, vt sextum hunc Annalium Tomum Summo Pontifici oblatum, eiusque benedictione signatum tibi primùm tradam, qui eidem sacræ ministerio functionis proximè ades, & sanguinis necessitudine coniunctior hæres, atque laborum participatione vna coniungeris: idque eo libentius, quod sciam veterum diaconorum exemplo, & inter alios eius cuius tu nomen & munus geris, Petri S. Gregorij Papæ diaconi, eiusdem ordinis Dei ministros non in sacris tantum, sed in re etiam litteraria Romanis Pontificibus astitisse, si quando ab ingrutium negotiorum turbâ cessare liceret. Quid enim gratius & honestius, a Eccl. 39 atque homine Ecclesiastico dignius, quàm si de Ecclesiæ antiquitatibus disserat, secundum illud Ecclesiastici a: Sapientiã omnium antiquorum exquiret sapiens? Exemplo igitur Petri diaconi S. Gregorium pie interrogantis & arguè quærentis, eliciendisque è sapientiæ promptuario per dialogismum diuina responsa, Patrem cùm interrogas, dicet tibi, & patruũ dum interpellas, annunciabit tibi; fietque vt cui ministerio assistis, ipse magisterio tibi prosit: beneque versâ vice, modò Clemens Petrum Ecclesiasticis instruat institutis, cùm olim à Petro Clemens iisdem fuerit eruditus. Cui quidem & eo nihil fuit antiquius, quàm vt te à puero optimis moribus institueret, & veluti in purissimo ære, in optima indole omnium virtutum imagines efformaret: quod quàm felicissimè sit assecutus, testes nos omnes sumus, qui nouellæ plantæ primitias degustauimus toto illo anni curriculo, nobis autumno perpetuo, quo te apud nos reliquit idem patruus tuus tũc S. R. E. Cardinalis, cùm honorificentissimæ legationis munere à Sixto Pontifice ea Poloniam mitteretur.

Sirgitur tantâ luce adolescentiæ tuæ matutina crepuscula micuerunt, qualem decet iuuentutis expectare meridiem, 1. Tim. 3 cùm præsertim fulgur tantæ accesserit dignitatis? Quo nomine magna planè abs te diacono Paulus Apostolus b, præscribens legem diaconis, exigit, & iure quidem: nõsti enim quæ de his tradat martyr Ignatius scribens ad Trallianos: Quid, inquit, diaconi, nisi imitatores Angelicarum virtutum, Deo ministrantes ministerium purum & immaculatum, vt S. Stephanus B. Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus & Clemens Petro? Cùm verò tanta hæc à quibuslibet etiam minorum Ecclesiarum diaconis requirantur: qualia præstanda putas à diacono primariæ totius Orbis Ecclesiæ? Satis esset illis, si ad illustrandas suas, quibus ministrant, priuatas Ecclesias, positi sint super candelabra ardentes lucernæ: ad illuminandam autem illam, quæ suâ amplitudine continet omnes, quotquot sunt in Orbe Fideles, planè conuenit esse Solem: vnde merito & summo illo gloriæ titulo ydem decorantur, vt etiam illustrissimi nominentur.


Adhæc tanta præstanda cùm multa suadeant atq; prouocent, domestica te tamen exempla compellunt, Ioannis in primis patrui tui S. R. E. dignissimi Cardinalis, in quo tanquam in antiquæ probitatis viuo reddito exemplari virtutes omnes vnà cum doctrina incomparabili miro decore fulsere, insuper & eius germani, tui verò institutoris & promotoris Hippolyti, iisdem planè virtutum, atq; scientiæ, sed longè maioris dignitatis, nempè Pontificatûs maximi insignibus exornati: cuius merita si ex diuini iudicij compensatione perpendas, cùm seruus bonus atq; fidelis sit ille quem Dominus super multa constituit, planè optimus & fidelissimus habendus est ipse super omnia bona sua à Domino constitutus. Horum tu confectare vestigia: quæ cùm cælum versus esse directa, & longioribus semper spatijs (vt festinantium esse solent) leuiter humi pressa vides: tibi magis magisq; in dies velocius currendum esse, vt eos assequaris, intelligis. Hanc à sene tui amantissimo cum munere etiam admonitionem accipere grato animo, ne recuses.

Vale.

IN CÆSARIS BARONII ANNALIVM ECCLESIASTICORVM TOMVM SEXTVM

IOSEPHI CASTALIONIS CARMEN.

AVSA fuit quoties Christi conuellere firmam
Turba fidem longè monstris immanior Orci
Fascibus & quoties socialibus effera Regum,
Aut Arrij infremuit rabies, aut dira libido
Nestorij, Eutycheosque Tomo quem ponere sexto
Cura tibi, Hesperiæ Baroni gloria nostræ:
Ne pars infandæ succumberet optima sectæ,
Quæ Deus opposuit Sanctorum robora Patrum?
Cecropijs, Latijsque viri noua fulmina terris
Emicuêre pio præstantes pectore & ore,
Perq; quos & scelus extinctum, & pax reddita terris.
Tartareis rursus labes eduxa cauernis
Innumeras populis hâc tempestate per Orbem
Ingessit clades, ac uersit funere regna.
Hinc opifex rerum tibi mentem in tempore tali
Iniecit, dextramque stylo muniuit acuto,
Quo furiale malum superis in Tartara ab oris
Concideret, miserisque salus mortalibus esset.
Annales hinc ire sacros ab origine prima
Christiadum in lucem pretiosa volumina gaudes.
Augeris pulchrâ librorum prole quot annis,
Et longum scriptis profers tibi nomen in æuum.
Acta Patrum, moresque notas, ritusque vetustos,
Resque altâ penitùs mersas caligine pandis,
Impiaque in superos bacchantum dicta retundis:
Totque vnus seriem sæclorum euoluere longam
Pergis, opusque instans immensum ferreus vrges.
Tantus amor cultus, Romanaque sacra tuëri,
Et maiestatem Romani extollere Patris.
Humani custos generis quæ gaudia Clemens
Percipit, vt nouit Clodoueo Rege subisse
Dulce tugum Christi Ctas nam sperat eosdem
Ad gregis actutum redituros septa Latini,
Facturosque iubet quodcumque Ecclesia mater
Vnica, quæ sanctis moderatur legibus Orbem:
Quod precibus, lacrymisq; Deum, votisq; fatigant
Orat perque diem, perque alta silentia noctis
Sollicitus, pereat commissi ne quid ouilis.
Aerias exhausta tui pars magna laboris
Trans Alpes, atque Oceani trans littora cucurrit,
Oraque peruolitat variorum multa virorum.
In patrium libros sermonem vertere gestit
Quisque tuos, munusque suis popularibus aurem
Tradere, cælestisque elementa infundere vitæ.
Sunt mores scriptis similes, sunt consona dictis
Facta tuis, auges sacris altaria donis,
Exoras pro teque Deum, populoque fideli,
Inq; hominum flagrant visus tua pectora amore,
Te Pater omnipotens, cuius moliris honori
Tanta sinat longis incepta absoluere chartis.
In terrisque diu specimen te sospite recti
Esse velit, tantisque frui virtutibus Orbem.



ANNALES ECCLESIASTICI.

EADEM animi alacritate, atque fiduciâ, quâ quinque superiores Annalium tomos inchoauimus & absoluimus, diuino fulti præsidio aggredimur Sextum: vt planè iam satis nobis esse videatur futuræ nauigationi vela pandisse, qui eius vehimur nauia, cui obediunt venti & mare. Illius namque præsidio nitimur Mulieris fortis, quæ facta b tanquam nauis institoris de longè portans panem suum, nauigatione reciprocâ nostras ad Deum preces & vota perferens, ad nos reuertitur gratiâ plena. Per eam enim diuina: *Sapientia c attingens à fine vsque ad finem fortiter, disponensq; omnia suauiter*, res etiam nostras solitâ benignitate feliciter moderatur: Vt planè eius ope confisis, de prospero tutoque ad portum appulsu spem haud dubiam concipere liceat, frustra ex aduerso latrantibus canibus sub facie comptæ virginis Scyllæ, & tergemini Geryonis: quos nauigantibus molestos fuisse, fabulosa antiquitas finxit; quales temporibus nostris Ecclesiæ aduersarios experimur. Soluimus igitur, te propitiâ, hilates, Virgo MARIA; atque nautis, ipsis videlicet Angelicis choris (quorum *sicut d lætantium omnium habitatio est in te*) occinentibus ex more celeuma, & nos læti recinimus: *Intende e, prosperè procede, & regna.*

a Matt. 4.
b Prou. 31
c Sap. 8.
d Psal. 86
e Ps. 44.

IESV CHRISTI Annus 440.

LEONIS PAP. Annus 1. THEODOSII 33. VALENTIN. 16. IMPP.

I. COEPTVM superiori tomo annum Domini quadringentesimum quadragesimum Consulatu Valentiniani Aug. quinto & Anatolij consignatum, perductumque nostrâ scriptione vsq; ad obitum Sixti Romani Pontificis, iam prosequamur. Defuncto itaque his Consulibus Sixto Romano Pontifice Kalen. April. (inquit S. Prosper f) *quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientiâ aduentum diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aëtium & Albinum* (erant hi Romani Duces exercitûs) *amicitia reintegrandæ causâ, Gallia detinebant; quasi ideò longus esset aduentus, vt electi meritum, & eligentium iudicium probaretur. Igitur Leo Diaconus legatione publicâ exitus, & gaudens patria præsentatus, quadragesimo tertius* * *Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur.* hæc Prosper; itemq; Marcellinus sub huius anni Consulibus ordinationem Leonis recenset in Chronico, & alij omnes. Porrò eum fuisse natione Tuscum, patre Quintiano, habet Anastasius in libro de Romanis Pontificibus. De sua verò absentia & electione idem ipse meminit S. Leo in sermone habito anniuersario die suæ ipsius ordinationis his verbis g: *Quia in humilitate nostra maior fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna solus, vt præsentem me cerneret vestra sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longa peregrinationis absentem*, &c. De studio itidem cleri atq; populi erga se tum exhibito ista subnectit: *Ago igitur Deo nostro gratias, & semper acturus sum pro omnibus, qua tribuit mihi vestri quoque fauoris arbitrium debitâ gratiarum actione concelebro, euidenter intelligens, quantum mihi possint reuerentiæ, amoris, & fidei studia vestræ dilectionis impendere, animarum vestrarum salutem pastorali solicitudine cupienti, qui tabs sanctum de me, nullis admodum precedentibus meritis, iudicium protulistis. Obsecro igitur per misericordias Domini, iunate votis, quem desideriis expetistis: vt & Spiritus gratia maneat in me, & iudicia vestra non fluctuent*, &c.

f Prosp. in Chron.

LEO MAGNVS ROM. PONTI FIX CREATVR.

* quadragesimus septimus.

g Leo ser. 1.

Quod verò ad diem creationis ipsius spectat: cum S. Prosper amplius quadraginta diebus sedem vacâsse testetur, corrigendum est quod apud Anastasium de Romanis Pontificibus legitur, viginti duobus diebus fuisse Roma-

II. DIONVM EXEM-

PLAR PERFECTI SACERDOTIS S. LEO.

nam Ecclesiam sine Pontifice, vt loco, vigintiduobus, restituendum sit, quadraginta duobus. quâ quidem ratione dicendum est, S. Leonis creationem fieri contigisse sexto Iulij Maias. Electus igitur, quæ decebant, duo simul iunxit in pastoralis functione ad perfectum optimi sacerdotis exemplar efformandum extrema, nimirum summam in suæ considerationè personæ animi demissionem, & eminentem sublimemq; in eius, cuius se esse successorem intelligebat, animi celsitudinem. Vnde hæc aliquando ipse ad populum pro concione, dum respiceret ad exiguitatis suæ tenuitatem, & adepti muneris amplitudinem, ait [a]: *Ego etiam illud Propheticum debeo proclamare* [b]: *Domine audiui auditum tuum, & timui: consideraui opera tua, & expaui. Quid enim tam insolitum, tam pauendum, quàm labor fragilis, sublimitas humili, dignitas non merenti?* Rursum verò considerãs cuius locum teneret, hæc inferiùs: *Rationabili obsequio celebratur hodierna festiuitas, vt in persona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum solicitudo cum commendatarum sibi ouium custodia perseuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit. Vnde venerabilium quoque fratrum & consacerdotum meorum desiderata vnit. & honoranda præsentia hinc sacratior est & deuotior, si pietatem huius officij, in quo adesse dignati sunt, ei principaliter deferunt, quem non solùm huius sedis Præsulem, sed omnium Episcoporum nouerunt esse Primatem.* hæc ipse & alia id genus plura, quibus planè significauit, verè à Deo se dignum electum esse Pontificem. Etenim Domini illa sententia est [c]: *Qui quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.*

[a] Leo ser. 2. de sua assumpt.
[b] Haba. 3.
[c] Ioan. 7.

III. STATVS RERVM PRÆSENTIS TEMPORIS.

Incidit autem sedes eius in tempora planè miserrima, nimirùm, cùm Orientalis Ecclesia assiduis quateretur hæreticorum procellis, Nestorianorum præsertim vbique tumultuantium: Occidentis verò Imperium à barbaris vastaretur, & cùm captâ Carthagine, iã prope vniuersam sibi Wandali Africam vendicarent: cùm & in Gallijs apud Arelatum cum Gothis à Littorio Romani exercitûs Duce malè pugnatum esset, & ciuiles discordiæ vigerent inter reliquos exercitûs Duces. Præter hæc etiam Ecclesiæ status turbulentissimus habebatur: sicut enim Orientalis Ecclesia, Nestorianorum causa, magnoperè conflictationibus erat exagitata; ita & Occidentalis Manichæorum iugiter fœcundiori cespite pullulantium, & Pelagianorum rursus insurgentium erat assiduis prælijs perturbata. Accidit enim, vt præter hæreticos illos; qui vel palam, vel clanculò in Italia, & in ipsa Vrbe potissimum agerent, ab externis quoq; prouincijs à barbaris captis, præsertim verò ex Africa pulsa Manichæorum agmina se in Vrbem intulerint, magno ciuium detrimento. Sed eo lethalius erat malum, quo occultius eiusmodi eorundem venenum serpebat: quibus detegendis, & in apertum è latebris addecendis, atq; damnandis, haud leuiter insudandum fuit ipsi S. Leoni Summo Pontifici, cuius aduersus eos res gestas inferiùs ordine temporum enarrabimus.

IV. CLADES AFRICANÆ ECCLESIÆ. d *Victor de persecut. VVandal. l. 1.*

Nunc verò ad miserabile Carthaginis bustum, atq; in omnibus deploratum Africanæ Ecclesiæ statum oculos conuertamus. Captâ igitur anno superiori (vt dictum est) decimo Kal. Nouemb. Carthagine, hoc anno Gensericus Rex Wandalorum partitus est captas Africanas prouincias: de qua diuisione hæc Victor [d]: *disponens quoq; singulas quasq; prouincias, sibi Bizacenam, Azuritanam, atq; Getuliam, & partem Numidiæ reseruauit, exercitui verò Zeugitanam & Proconsularem funiculo hereditatis diuisit, Valentiniano adhuc Imperatore reliquas, licèt exterminatas, prouincias descendente.* & inferiùs, post recensitas expulsiones sanctorum Episcoporum, & exilia clericorum, de quibus superius actum est, ista subdit: *Et dum ista geruntur:* (cùm videlicet, vt dictum est anno superiori, iussi essent omnes ab Ecclesijs Episcopi ac nobiles expelli) *qui supererant magni sacerdotes atq; insignes viri memoratarum prouinciarum, quas diuiserat VVandalus, cogitauerunt supplicandi gratiâ Regem adire. Qui dum (vt moris est) ad Maßilitanum littus existet, quod Ligula vulgi consuetudine vocitatur, amissis iam ecclesijs & rebus, occurrere nisi sunt, supplicantes, vt ad consolandum populum Dei, saltem habitandi facultas, VVandalis iam dominantibus, concederetur. Quibus ille per internuncium rabidè respondisse ore probatur: Decreui ego de nomine & de genere vestro nullum dimittere; & vos audetis talia postulare? Quos etiam vicino mari voluit eâdem horâ demergi, nisi à suis diu, ne hoc faceret, rogaretur. Recedentes illi tristitiâ & mœrore confecti, cœperunt qualiter poterant, & vbi poterant, ablatis Ecclesijs, diuina mysteria celebrare.* hæc de paucis Episcopis, qui ad breue temporis spatium remanserunt, iam reliquis trans mare nauigare coactis. Electis autem ab ecclesijs, qui illis Orthodoxi præerant Episcopi, nobilibusque Carthaginensibus trans mare spoliatis diuitijs nauigare compulsis: in eo omne tyranni consilium vertitur, vt quod inuaserat regnum potens, armis sibi stabiliat. Sciens enim Carthaginensium ingenia haud debilia, sed acerrima, nequaquam libenter fore passuros iugum barbaricum, qui à Romanis sibi illud imponi tantoperè detrectâssent: illud ipsum consilium inijt, vt nobiles quosque exutos bonis omnibus in Italiam nauigare compelleret, ne quid aliquando noui possent moliri Carthagine, cùm ipse absens classe tentaret sibi subijcere Mediterranei maris oppositas Africæ oras.

DE EPISCOPIS, QVI REMANSERVNT IN AFRICA.

V.

Quibus peractis, hoc quidem anno ipsum Gensericum comparatâ classe Siciliam tentâsse, sed re infectâ coactum fuisse redire Carthaginem, S. Prosper [e] sub anni huius Cõsulibus ita narrat: *Gensericus* [a] *Siciliam grauiter affligens, accepto nuncio de Sebastiano* [b] *in Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem redijt, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipienda Carthagini incubuisset. Verùm ille amicum se exagit, quàm hostem videri volens, diuersa omnia apud barbaros, quam præsumserat, reperit; eaq; spes causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.* hæc Prosper. Porrò à Cassiodoro Seniore defensam fuisse Siciliam & Brutiorum ora maritima, Iunior Cassiodorus in litteris Theodorici Regis testatur his verbis [f]: *Anni enim Cassiodore, Illustratûs honore cinctus, qui eius generi non poterat abnegari, à VVandalorum incursione Siciliam, Brutioq;, armorum defensione liberauit: vt meritò primatum in illis prouincijs haberet, quæ à tam seuo & repentino hoste defendit. Debuit ergo virtutibus eius Respublica, quod illas prouincias tam vicinas Gensericus non inuasit, quem postea truculentum Roma sustinuit.* hæc ipse: sed de exitu Sebastiani, cuius causâ reuocatum è Sicilia Gẽsericum Prosper dicit, Victor est prosecutus historiam. Erat autẽ Sebastianus intuidiâ Præfectorum Romani exercitûs quasi perduellis existimatus Imperij; eamq; ob causam factus extorris, in Africam ad Gensericum se contulit. Sed quæ posteà eidem ipsi contigerint, Victorem audiamus, qui ait:

[a] Prosp. in Chron. [b] Geiericus. [c] GENSERICVS FRVSTRA SICILIAM TENTAT. [d] Cassi Var. l. 1. Ep. 4.

VI. SEBASTIANI COMITIS CONSILIO ET ORTV.

Fuit Comes quidam Sebastianus, famosi illius generis Comitis Bonifacij, acer consilio, & strenuus in bello; cuius Gensericus sicut consilia necessaria habebat, ita & præsentiam formidabat. Cupiens autem illum extinguere, occasionem mortis de religione quæsiuit. Cogitauit Rex, vt præsentibus Episcopis atque domesticis suis, Sebastianum taliter conueniret: Sebastiane (inquit) scio, quia fideliter nobis adhæsisse inuãsti; cuius veritatem sacramenti labores tui, vigilantiaq; demonstrant: sed vt nobis connexa semper inguq; maneat amicitia, hoc placuit, præsentibus sacerdotibus nostris, vt eius efficiaris cultor religionis, quam & nos & noster populus veneratur. Cui Sebastianus, rem intuitus miram multiq; necessariam, pro tempore acutè respondit: Quæso, domine Rex, vt nunc vnus panis mundissimus ac similaceus afferatur. Quem, cùm ignorasset Gensericus Sebastiani victoriam, illicò iussit afferri. Apprehendens itaq; Sebastianus mundissimum panem, ita affatus est: Hic enim panis, vt ad tantum decorem splendoris veniret, & mensæ regia necessarius haberetur, discussa spuria furfuris ex massa similaginis compressus, per aquam transiuit & ignem, & idcirco asperitas clarus & suauis habetur. Ita & ego mola Catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis, vt similæ munda purgatus, rigatus sum aquis baptismatis, & igne sancti Spiritus coctus. Et vt hic panis de furno, ita & ego per officia sacramentorum diuinorum artifice Deo, de fonte mundus ascendi. Sed fiat, si velis, vt ipse propono. Iste panis conteratur in frusta, madefiat aquâ, & iterum conspargatur, mittatur in furnum: si melior exierit, faciam quod hortaris. Quam propositionem vbi Gensericus cum omnibus, qui aderant, audiisset, ita ligatus est, vt se soluere omnino non posset. Quem alterius generis argumento posteà bellicosum virum occidit. hæc Victor. At quodnam illud fuerit, quod ait, aliud necis eius excogitatum à Gensérico argumentum, planè ignoratur, sed

illud

illud tale quidem fuisse oportuit, quod indignum reddiderit ipsum coronâ martyrij: cùm enim omnes, quos recêsset Victor necatos Christianos in Africa à Genserico, tabulæ receperint Ecclesiasticæ celebrandos, ipsum tamen exclusêre Sebastianum; sed si verè calumnia illa fuit, & prætextus falsus inuentus, cœli tabulæ, liber vitæ ipsum indelebili notâ scriptum continent.

VII. CARTHAGINENSIUM EXTORRIUM CALAMITAS.

At res Africanæ Ecclesiæ sæpiùs pro ratione temporis reuisuri, ad eiectos ex Africano solo à Genserico nobiles Carthaginenses & Episcopos orationem conuertamus. De ijs, qui ad littus Campanum Neapolim diuino fulti præsidio Episcopi appulêre, anno superiori, eodem à Victore auctore, enarratum est. De nobilibus autem Carthaginensibus nihil ipse prætereà, nisi quod omnes spoliati bonis transmare nauigare compulsi sunt: nos verò quę de his reperimus, hîc intexamus. Inter alios plurimos, qui nisi seruire vellent, solum vertere coacti sunt, exhibent nobis S. Fulgentij Acta illius aui memoriam verbis istis: *Anno denig, eius nomine Gordianus, dum Rex Genserico ita restituendum pro Hunerico, vt suo loco dicemus) memoratam Carthaginem inuadens, Senatores plurimos, immo cunctos, amissis omnibus bonis, ad Italiam nauigare compelleret: inter cæteros etiam ipse impositam peregrinationem libenti voluntate suscepit, volens saltem, facultatibus perditis, non perdere libertatem.* hæc ibi. Sed quòd singulorum prosequi vestigia est impossibile, de nonnullis, qui in Syriam diuersis casibus delati sunt, ex Theodoreti epistolis, quas Græcè scriptas Vaticana bibliotheca custodit; & vir eum primis disertus noster Federicus Metius Latinitate donauit, contexemus historiam; vt ex his, quæ in vna orbis Romani Prouincia acciderunt, reliqua alijs in locis facta existimare possimus. Cæterùm non omnes recessisse, certū est. Cùm enim infelix illa condirio oblata à Genserico Carthaginensibus nobilioribus ciuibus & Episcopis esset, vt omnibus exuti bonis nudi recederent, vel si exire de littore Africano tardarent, serui perpetui remanerent: complures eam potiùs partem elegisse remanere barbaris seruos, quàm absque commeatu incertum per mare ferri; plurimosq; clarissimorum virorum & Episcoporum, qui remansêrant, seruos VVandalorum se nouisse, Victor ipse testatur.

VIII.

Quæ autem ex Africanis, qui in Syriam appulerunt, didicit inter alios Theodoretus, nempe miserandam Carthaginis vrbis cladem, & Carthaginensium deploratissimos casus, ádem ipse de his ad Apellionem eiusmodi litteras [a] dedit in commendatione Cœlestiani viri clarissimi Carthaginensis:

a Theod. Epist. 29.

Quæ Carthaginenses passi sunt, Æschyli & Sophoclis egent tragodiâ, & fortassè eorum vinceret linguas malorum magnitudo. Quæ enim antiquitùs vix à Romanis capta fuit, vel potiùs quæ cum maxima Roma sæpenumerò de primatu contendit, & supremum periculum atq; discrimen illi parauit, nunc barbarorum facta est ludibrium. Et qui celeberrimum eius exornabant Concilium & Senatum, per vniuersum oberrant, victendi modum quærentes è manibus hostium benevolorum: & illos, qui eos vident, ad lachrymas concitant, & humanarum rerum caducitatem & fragilitatem docent. Vidi equidem plerosq; etiam alios inde profectos, & timui: nescio enim, secundum diuinam Scripturam, quid sequens paritura sit dies. Veneror autem in primis admirabilissimum, & magnificentissimum Cœlestianum: fert enim æquo animo hanc calamitatem, & felicitatis suæ mutationem, occasionem facit philosophiæ: & omnium rerum rectorem laudat, & id conferre putauit, quod ille vel fieri præcepit, vel ne fieret, non prohibuit. ineffabilis enim prouidentiæ est ratio. Hunc vnà cum vxore & filijs circumcirca euntem, tuâ magnificentiâ & humanitate, instar Abrahæ, suscipe & complectere: Tua enim magnanimitati confidens, hostium dux ipse factus sum; & tuam benignam manum illi ostendo & indico. hæc Theodoretus in commendatione clarissimi viri Cœlestiani, de quo etiam extant aliæ eiusdem Theodoreti litteræ ad Aërium Sophistam [b], aliæ rursum ad Domnum Episcopum Antiochenum [c], quibus significat, hunc ipsum ex Gentili idolorum cultore esse redditum Christianum: sanè quidem & nomen ipsum id referre videtur, cùm à Cæleste famosissimo Carthaginensium idolo ipse illi addictissimus Cælestianus à parentibus æquè Ethnicis fuerit nominatus. Ita planè qui post tot diuinitùs accensas de veritate Christianæ fidei Carthagine faces adhuc perseuerantes in errore fuêre rebelles lumini, diuinâ misericordiâ digni facti sunt, vt in caminum paupertatis inijci, relictâ impietatis scoriâ, ad purum excoctæ & conflati euaderent Christiani: quomodo enim frontes æneæ, ferreæq; ceruices, nisi vehementioris fornacis ardore atteri potuissent, & inclinari? Sed reddamus hîc ipsam epistolam ad Domnum, quæ sic se habet [d]:

b Theod. Epist. 30.
c Theod. Epist. 31.

d Theod. Epist. 32.

IX. COELESTIANVS EX ETHNICO REDDITVS CHRISTIANVS.

Maximè admirando & magnificentissimo Cælestiano patria quidem celeberrima Carthago, genus verò, quod in illo fuit, clarissimum. Sed nunc ex illa eiectus, alienas circuit regiones, & manus infuetur Deo dilectorum, vel diligentium Deum, & piorum virorum. Habet præterea onus necessarium, quod curam illi auget & molestiam, vxorem inquam, & filios & domesticos, quorum causâ pluribus eget sumptibus. Ego verò in primis viri mentem & constantiam admiror, quòd ventis aduersis agitatus, ita gubernatorem Deum laudat, & grauem tempestatem negligit. Pietatem enim ex ea calamitate lucratus est, & infelicitas felicissimum hunc fructum attulit. Quando enim sua fruebatur felicitate, hæc huiusmodi non emittebat voces, nec sectabatur: illâ verò primatu & exutus, imperatorem etiam abiecit; & nunc diuitijs fidei ditatus est: quapropter istam miseriam contemnit. Tua igitur est sanctitatis, vt alienam patriam illi suam patriam efficias, & horteris illos, qui diuitijs abundant, consolari eos, qui aliquando eiusdem fuêre fortunæ, & eius miseriæ nubes & tenebras dissipare & discutere. Par enim est eos, qui eandem nacti sunt humanam naturam, & similiter delinquunt & errant, & pœnas nihilominùs vitant, illis, qui infortunijs laborant, aliquod afferre solatium, & suâ erga istos humanitate & misericordia Deum sibi mitiorem reddere. hactenùs Theodoretus ad Dominum Antiochenum Episcopum, quem ante triennium in locum Ioannis diximus subrogatum.

X. DE MIRABILI PROVIDENTIA IN CVRANDA SALVTE HOMINVM.

Iam vel hoc vno exemplo vides reddi certius, quod ex Saluiano dictum est tomo superiori, nempe ad dissipationem idololatrarum, & idololatriæ cultum vigentem Carthagine abolendum, iusto iudicio à Deo permissum eam ciuitatem cum ciuibus dedi Wandalis: vt quæ tot sanctissimi Episcopi spatio fermè quadringentorum annorum præstare minimè valuissent, vt dæmonum venerationem è Carthagine tollerent, vnâ fermè die Wandalica manus absoluerit, & qui obstinato animo hactenùs impij perseuerâssent, à Deo percussi discerent pietatem, quam & abdicatâ penitùs idolatriâ, profiterentur: vt planè non iræ, sed misericordiæ Dei loco ista fuerit habenda Carthaginis ciuitatis & eius ciuium clades, secùndùm illud Propheticum Isaiæ [e]: *Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniquè gessit, & non videbit gloriam Domini. Domine, exaltetur manus tua, & non videant,* in quibus delectabantur, Idola: *videant & vorem suum, & confundantur zelantes populi.* vt sic ad veram religionem excolendam conuertantur. Benè igitur dispendio rerum terrenarum, & peccatorum iactura, quæ est omni lucro præstantior, consultum fuit ipsorum saluti. Vt non adeò mirum sit, tolli & dissipari à Deo barbaricâ manu terrena, si cum illis peccatorum vincula dirumpantur, quibus victi miseri detinebantur homines, nè cœlestia penetrarent.

e Isai. 26.

XI.

Sed quod ad Cælestianum, de quo agimus, pertinet, eundem sanè suis alijs pluribus commendatitijs litteris ad diuersos viros illustres datis inuuit idem Theodoretus: extant enim ipsæ, & quidem efficacissimæ aliæ ad Theoctistum [f] quendam Episcopum, aliæ ad Statesimum [g] Comitem & Præfectum [h], aliæ rursum ad Patricium [i] Comitem, itidem aliæ ad Irenæum [k] Tyri Episcopum, insuper aliæ ad Pompeianum [l] Emesæ Antistitem, omnes certè Theodoreto dignæ: quibus & impertiendarum id genus commendatitiarum litterarum vsus antiquus; Episcoporum ostenditur, eas nimirum nequaquam vnâ formâ, ipsidemq; verbis concipi solitas, sed diuersis, & quidem officiosissimè scribi consuetas, prout cuiusq; personæ status & causa, cépusve exigebat & locus: quibus, si op[us] exigeret, ex forma à sanctis Patrib[us] Nicæni Concilij præscripta, ne dolus quomodolibet posset obrepere, reliqua addebâtur, vt suo loco superiùs dictū est de litteris, q formatę dicebâtur, ad Cœpiscopos dari solitis. Sed prosequamur reliqua.

f Theod. Ep. 32.
g Theod. Epist. 33.
h Theod. Epist 34.
i Idem Epist. 35.
k Idem Epist. 36.

XII.

Inter alios autem Africanos Episcopos eâdem clade dispersos, fuit vnus nomine Cyprianus; qui delatus & ipse in Orientem, commendatitijs itidem Episcoporum litteris vitam, peragrando prouincias, traducebat: cui idem Theodoretus ad Ibam hoc tempore Episcopum Edessæ in Syria eiusmodi litteras dedit[a]:

a *Idem Ep. 22.*

XIII. CYPRIANVS AFRICANVS A THEODORETO COMMENDATVS.

Communem omnium (vt credo) & salutem vniuersorum procurans Deus, calamitates aliquas nonnullis asserit; vt ijs, qui in aliquo deliquerunt, ipsa correctio sit medicamentum salutare, virtutis verò athletis patientiæ argumentum; & illis, qui hæc intuentur & spectant, vtile propineatur exemplum: eâ enim naturâ sumus, vt timore repleamur, dum alios plectis videmus. Hæc cùm animo voluo, Libyæ mala & miserias, commodum publicum illas arbitror. Primùm enim, dum illorum felicitatem cogito, & intueor repentinam mutationem, video rerum humanarum dubias conuersiones, & ædoror, neq; felicitatibus tanquam certis confidere, neq; miserias vt valde graues ægrè ferre: delictorum præterea memoriam reuoluo, & vereor, ne in æqualia inoidam mala. Hæc autem ad te scribere nunc sum coactus, vt Deo dilectissimum Episcopum Cyprianum tuæ beatitudini notum redderem, qui ex celeberrima Libyæ genus ducit, & alienas vrbes obambulare coactus est propter barbarorum crudelitatem. Attulit etiam nobis litteras beatissimi Episcopi Eulalij, qui Galatarum gentem sapienter regit. Hunc cùm consuetâ humanitate tuâ benignitas susceperit, cum suis litteris illum consequatur, & mittat ad quos voluerit dominos & Deo dilectissimos Episcopos, vt ipse quidem sensibili fulciatur consolatione, ipsis verò reddat Deum cælestem præmium & perpetuum. hæc ad Ibam Episcopum Edessenum Theodoretus, cuius extant & aliæ pro eodem datæ litteræ ad Sophronium Constantiæ Episcopum[b].

b *Theod. Epist 53*

XIV.

Rursum verò eiusdem argumenti idem Theodoretus litteras dedit ad Eustathium Aegorum Antistitem pro nobilissimâ Africana puella à suis diuulsa, & in seruâ vendita. Dignus planè commiseratione casus ab ipsa ita describitur[c]: *Tragediâ dignum est, quod de nobilissima Maria dicitur: Hæc enim est filia magnificentissimi Endæmonis, vt ipsa narrat, & alij quidam testantur. In calamitate verò, quæ Libyam occupauit, suâ libertate fuit priuata, & in seruitutem lapsa est. Mercatores verò quidam, cùm illam à barbaris emissent, quibusdam è nostris ciuibus vendiderunt: empta etiam cum ipsa fuit ancilla, quæ illi itidem olim seruiebat. Simul igitur trahebant amarum seruitutis iugum tum ancilla, tum domina: noluit tamen ancilla non agnoscere quid inter ipsas interesset, nec prioris dominæ est oblita, sed beneuolentiam in ipso infortunio conseruabat; & post communium dominorum obsequium, illi, quæ conseruæ putabatur, suum præstabat obsequium, pedes lauando, cubilia sternendi curam gerendo, & omnia alia studiosè faciendo. Hoc emptores latere non potuit: quapropter in ciuitate diuulgata fuit huius ingenuitas, & famula probitas.*

c *Theod. Epist 100. DE MARIA NOBILISSIMA AFRICANA IN ANCILLAM VENDITA.*

XV.

Hæc cùm didicissent qui apud nos maneant fidelissimi milites (ego enim tunc aberam) emptoribus pretium reddiderunt, & hanc seruitute liberârunt. Ego verò post reditum hæc omnia edoctus, & calamitatis historiam, & tragediam, & multum omni laude dignum opus, illis quidem maiora reddidi, & nobilissimam adolescentulam pijssimæ cuidam diaconissæ Dei famulæ tradidi, stipendium sufficiens me præbiturum pollicitus. Peractis verò decem mensibus, cùm didicissem patrem adhuc superstitem esse, & Præfecturam obtinere in Occidente, ad illum se conferre meritò exoptauit. Et cùm quidam dixissent, quòd ab Occidente plurimi mercatores veniunt ad diem festum, qui nunc apud vos agitur: petijt à me, vt cum litteris meis profisciscetur. Hac igitur de causa has scripsi litteras, tuam pietatem obnixè deprecando, vt nobili puellæ curam geras, & præcipias alicui pietate præstanti viro, vt nautas & gubernatores alloquatur & mercatores, & fidelibus viris ipsam tradat, qui illam patri restituere possint. Si enim patri filiam offerent præter omnem hominum spem, quòd plurima certè lucrabuntur, rectè noui. hactenùs Theodoretus ad Aegorum Episcopum. erat Ægæ ciuitas maritima in extrema Ciliciæ parte Syriæ proxima, portum habens, ad quem negotiatorum naues appellere solerent.

XVI.

Sed audi alterius captiuæ Carthaginensis insigne virtutis exemplum, quod Ado Treuerensis[d] Episcopus publicè in Ecclesijs anniuersariâ die recitandum tabulis inscripsit Ecclesiasticis, sic verbis: *Natale S. Iulitæ, quæ cum Carthago ciuitas capta esset, ducta est captiua, & sortita in seruitutem deuenit ciuisdam Eutychij * ex Syria Palæstina. Cui diligenter seruiens, expleto eius seruitio, acceptâ requie, aut orationi, aut lectioni insistebat: nam & corpus suum iejunijs affligebat. Vnde Dominus eius, quamuis Paganus, valde eam admirans sæpius admonebat, ne taliter se afflingeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam admonitionibus ab hoc, quod inchoauerat, recedebat, excepto die Dominicæ resurrectionis. Deinde contigit, vt dominus ipsius vna cum ipsa veniret in Corsicam; & ibi, sacrificantibus alijs, caput & ipse Dijs immolare.* insularum enim latibula Ethnici quærebant, quos ob impietatem graui pœnâ (vt diximus) edita haud pridem Imperatoris sanctio exagitabat.

d *Ado Martyr. die 22. Maij.*

* Ruch

S. IVLIA MARTYRIVM.

XVII.

Sed beata Iulia (subdit Ado) videns errorem illorum, condolebat. Audiens quidam Princeps Felix, Saxo cognomine, quòd illa nollet sacrificare, quæsiuit eam à domino suo, vt receptâ in illum vicè quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno eius seruitio noluit eam tribuere. Tunc præfatus Felix: callide fecis domino suo conuiuium, quatenùs ipso & nimiâ potatione soporato & ignorante, de naui ipsius eam tolleret. Quod & factum est: nam ipso inscio, ducta est beata Iulia ad Felicem. Cumq; blandimentis Felix ei non potuisset suadere, vt sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deinde crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi: & sic in ipso patibulo victimam efflauit spiritum: de cuius ore sanctissimo columba exiuit, & cælum petiit.

FELIX SAXO QVID IN IVLIAM.

XVIII. DE S. IVLIA TRANSLATIONE.

Tunc per Angelos, diuinâ dispensante gratiâ, nunciatum est hoc quibusdam monachis in insula Margarita, quæ vulgò Gorgona dicitur, consistentibus. vbi enim cœpta est à sanctis monachis habitari, ab illis nomen Gorgonæ, quod ab idololatria videretur acceptum, in Margaritæ nomen, ex Euangelico[e] deprompsum, mutatum fuit; cùm tamen alij cõsueto nomine Gorgonam eam frequentius appellarent. Sed pergit: *Illi hoc audito, ascensis nauibus, summa cum festinatione venerunt in Gorsicam, & inuenerunt sicut ab Angelis fuerat reuelatum. Dein summa cum reuerentia deponentes corpus eius de cruce iuuante Domino, celeriter ad sua reuersi sunt: & ibi, vbi delicet in ipsa Margarita insula, condientes corpus eius cum aromatibus, posuerunt in monumento cum gaudio. Postea autem de ipsa insula Aziza * Regina vxor Desiderij Regis Longobardorum præcepit corpus eius efferri, & in monasterio, quod in honorem ipsius construxit, Brixiæ mirificentissimè collocauit.* huc usque Ado vndecimo Kal. Iunij, quo die eius memoria publicè colitur. Ex his igitur recitatis Carthaginensium funestis casibus litteris commendatis, cæteros æstimare licèt, quos scriptorũ inopiâ antiquitas oblitione penitus sepelnit. Quæ autem reliqua sunt miseriarum Carthaginensium, suis locis inferiùs dicemus.

e *Matth. 13.*

* Anta.

Hoc eodem anno Ioannes Episcopus Antiochenus diem extremum obijt, cùm sedisset annos tredecim; licèt Nicephorus in Chronico annos decem & octo illius sedi tribuat: verùm cùm anno præsenti extent litteræ Theodoreti ad eius successorem Domnum Episcopum Antiochenum scriptę, haud ad illud tempus eius vitam esse propagatam, perspicuè possumus intelligere. Porrò ipsam Theodoreti ad Domnũ epistolam reddimus suo loco anno præsenti; & eam, quâ monstratur annos tredecim tantum sedisse, ad Dioscorum datam suo item loco describemus. Mortuo autem Ioanne, in locum ipsius subrogatus est eius ex sorore nepos Domnus monachus, sed desertor monasterij, qui (vt dictum est superius) degens in Laura Euthymij, ipso inuito Antiochiam cùm venire decreuisset, hoc eum Vaticinio Euthymius futura prædicens admonuit: *Obtinebis quidem administrationem,* nempe sedis Antiochenæ Episcopatum, *sed eam versus auferent tibi mali homines & præstigiatores, cùm abillis priùs seducta fueris ignorantiâ.* hæc quidem ipse, nec falsus extitit vates, vt euentus probauit, inferiùs; suo loco patebit. scribit hæc de Domno Cyrillus monachus in Actis[f] Euthymij. Quomodò verò factus Episcopus Simeonem illum magnum cognomento Stylitã conuenit, narrat Nicephorus istis verbis[g]: *Quo tempore Commus sacras Antiochenæ vrbis habenas tenuit, cùm ad Simeonem venisset, totus consternatus est, & cùm eo mystico arcanoq; congressu conuenire exoptauit. Conuenerunto, ideo ambo, & sacrificio immaculato ato, incruẽto peracto, alter alteri mysticã communionem*

DOMNVS EPISC. ANTIOCHENVS.

f *Extant apud Surium die 20. Ian.*

g *Nicepb. lib. 14. c. 51.*

porrexit. hæc Nicephorus. Sed iam ad sequentis anni res gestas orationem paremus.

IESV CHRISTI
Annus 441.

LEONIS PAP. Annus 2. THEODOSII 34. VALENTIN. 17. IMPP.

I. QVI ordine temporum sequens est annus Domini quadringentesimus quadragesimus primus, Cyri tùm Consulatu in Fastis reperitur inscriptus, in Oriente creati. Cur autem ex more Imperator Occidentalis Imperij suum Consulem non elegerit, minimè liquet. Cæterùm hunc ipsum Cyrum esse scias, qui variis diuersisque agitatus est casibus, ac tandem naufragus, non inuenit nisi in Christiana religione salutem. Ethnicus homo fuit, deorum superstitioni deditus; sed naturâ dexterrimus in vtraque militia Castrensi ac Palatina summos sibi magistratus quærens, eosdem est nullo negotio consecutus: etenim quo anno diximus captam Carthaginem, Ducem exercitûs ipsum gessisse, Euagrio auctore narrauimus; sequenti verò Præfecturam Prætorij consecutum, & Consulem designatum esse, Nouellæ Theodosij constitutio nes declarant[a]; rursum ante biennium Vrbanam adeptũ esse Præfecturam sub Consulatu Theodosij cum Festo, Imperatoria constitutio fidem facit[b]: gessit eamdem itẽrum sub tertio Aëtij Consulatu, vt suo loco dicetur: præsenti verò anno auctus est ordinario Consulatu. Sed bono suo, magnâ Dei prouidentiâ, ad ima è summis, alea rerum mundanarum inuersione, deiectus, vnicum inuenit in Christiana pietate confugium.

CYRVS HOMO GENTILIS SVMMOS CONSECVTVS MAGISTRATVS.

[a] Nouel. de alumno Nouel. de anno mil. lib. 9. C. de Iurisdict. Eccles.

Ad hos autem omnes summos consequendos honores ex poëticis facultatibus sibi parauit scalam, dum illis sese in amicitiam Eudociæ Augustæ insinuauit. Sed Suidam de ipso agentem audi, cum ait: *Cyrus Panoplita poeta sub Theodosio Iuniore vixit, apud quem Præfectus Prætorio, & Præfectus Vrbi. Consul & Patricius, fuit in admiratione ab Eudocia Augusta habitus, quæ poëmatum studiosa erat.* quamdiu igitur illa cum viro suo Imperium moderata est, æquè res Cyrin portu fuerunt: ipsâ autem secundò Constantinopoli recedente, atq; Hierosolymam commigrante, cœperunt fluctibus iactitari. nam & Suidas subdit: *Eudocia autem, cùm aulâ relictâ, in Oriente Hierosolymis esset, Cyrus ab aduersarijs insidijs circumuentus, in Phrygia Cotyæi Episcopus factus est, & vsq; ad Leonis tempora perduravit.* hæc Suidas: quomodò autem id acciderit, dicendum erit suo loco inferius: hæc modò ipsius Cyri Consulatûs hoc anno initi occasione narrata sufficiant.

II. EVDOCIA AVG. STVDIOSA CYRI.

III. CONCILIVM ARAVSICANVM.

Sub eodem Cyri Consulatu celebratũ legitur in Galliis Concilium Arausicanum. sed cùm ponatur idem Cyrus collega Theodosij Iunioris, error scriptoris arguitur: nam quod ibi legitur, *tempore Theodosij Iunioris & Cyri Consulum*, legendum est, *Consulu*, loco *Consulum*: nam Fasti omnes & vetera monumenta nonnisi vnicum hoc anno (vt dictum est) Consulem referunt. Quod ad Synodi locum pertinet, erat Arausica, vbi collecta fuit ciuitas in Gallia Narbonensi. Nobilis quidem ista dicenda Synodus, clarissimorum Antistitum illustrata coronâ, de quibus singulis proximè paucis dicturi sumus. Reperiuntur in hac Synodo vndetriginta sanciti canones ad Ecclesiasticam disciplinam atque iura spectantes ab Episcopis Galliarum Narbonensis & Lugdunensis, quindecim numero ex ijs Arausicam ciuitatem ex more conuenientibus. Florebant quidem dictæ Galliarum prouinciæ, si quæ aliæ Christiani orbis oræ, his temporibus, Episcopis æque sanctissimis atque doctissimis, quorum solerti vigilantiâ in suo permanebant robore leges Ecclesiasticæ. Qui enim primo loco huic Synodo subscriptus habetur Hilarius, ipse ille est celebris Arelatensis Episcopus, qui antehac presbyter (vt superiori dictũ est tomo) vnà cum S. Prospero Aquitano Episcopo insectatus est Pelagianos, & aduersus Massilienses presbyteros atque alios impugnantes S. Augustini scripta strenuè insurrexit, de quo pluribus & inferiùs agendum erit.

DE HILARIO, CLAVDIO, ET ALIIS EIVSDEM ETIAM CONCILII PATRIBVS.

At qui secundo loco subscriptus nominatur Claudius Episcopus, nescitur, cuius fuerit ciuitatis Antistes: procul tamen abest, vt hic sit dicendus, loco Claudij, Claudianus ille cognomento Mamercus clarus inter scriptores Ecclesiasticos: nam (vt suo loco inferiùs dicemus) non fuit ipse Episcopus Viennensis, sed potiùs eius Ecclesiæ presbyter. IV.

Rursum verò qui huic itidem Synodo interfuisse reperitur Eucherius, ipse est, qui famâ celebris vixit eodem tempore Episcopus Lugdunensis, cuius meminit Claudianus in libro de Statu animæ, cùm ait [c]: *Haudquaquam tamen Eucherium præterierim mihimet viuentem doctrinâ, & præsentaneis coram disputationibus cognitum, non porrò nunciis aut lectione compertum: qui scilicet viridis ætatis, maturus animi, terræ dispiciens, cœli appetens, humilis spiritu, arduus merito, ac proindè ingenio subtilissimus, scientiâ plenus, eloquio prosilius, magnorum sui sæculi Pontificum longè maximus, editis in rem fidei multiugis variorum operum voluminibus, ad populum quoque huius superstatu animæ concionatus est*, &c. Sed hîc, rogo, iuste gradum, lector, & considera, quòd cùm ipse Claudianus (vt vides) de Eucherio agens, citet conciones ipsius ad populum habitas, quæ non extant: in eam sententiam facilè mecum ibis, vt eiusdem Eucherij sint homiliæ illæ, quæ falso nomine inscribuntur Eusebij Emisseni, cum alioqui haud dicendum sciamus, illas omnes esse Eucherij, cum inueniantur aliquæ esse Hilarij Arelatensis, Fausti vero Rhegiensis aliquæ. Porrò alias à Lugdunensis planè Ecclesiæ concionatore eas esse dictas, Martyres Lugdunenses, de quibus agit, & plura demonstrant, nec non Eucherij ipsum dicendi genus: nam in persuadendo efficacem fuisse, Sidonius docet, dum singulorum fermè Patrum in scribendo proprietates notat in epistola ad Claudianum [d]. Sed & id suadent argumenta personæ accommodata: vtpotè qui monasticam vitam exercuit, & Lugdunensem Ecclesiam rexit, & ad monachos & ad populum eum esse concionatum oportuit, cuiusmodi duplicis generis eædem homiliæ esse noscuntur.

[c] S. EVCHERIO EPISC. LVGDVNENSI. C. Claud. de statu animæ. lib. 2.

HOMILIÆ EVCHERII FALSO TRIBVTÆ EVSEBIO EMISSENO.

[d] Sidon. lib. 4. Epist. 5.

Cùm igitur ex concionibus habitis de martyribus Lugdunensibus, Lugdunensis Ecclesiæ Antistitem se esse significet, & homiliæ ipse stylum referant S. Eucherij, & argumenta rerum ipsum itidem probè demonstrẽt, & tempora, quibus auctor vixit, eundem annuncient: etenim in recens obortas hæreses Nestorij & Eutychetis idem inuehitur: Cùm hæc, inquam, totin vnum concurrãt Eucherium, quis de his dubitandi amplius locus reliquus est? Redditis ergo his, quæ maximi esse noscuntur, seu aliorũ (non hîc de singulis nobis agendum) suis auctoribus, vindicentur egregiæ conciones ab iniusto & impio possessore Eusebio Emisseno, cuius nomine citari consueuerunt. Quid cum auctore Græco homiliæ, quæ Latinæ noscuntur esse conscriptæ? Quid cum homine Ariano, quæ omni ex parte pietatem redolent conciones? Quid deniq; auctor Gallicanus cum Syro, & Lugdunenses martyres cum Emissenis? VI.

Sed vnde adeò portentosum putandum prodisse commentum, & monstrosum adeò esse impositurã obortam? Potuit sanè fefellisse librarium imprudentem, vt sub cuius auctoris titulo reperit initium codicis obsignatum, cætera omnia, quæ in eo continerentur, eidem putaret esse tribuenda auctori. nemo enim est, qui ignoret, qui antiquorum codicum habet vsum, sæpè sæpiùs solere contingere, vt non vnum vel duos, sed & tres, quantosvis & amplius habeat idem volumen diuersorum auctorum tractatus, & aliquos ex illis inueniri sub nomine vnius auctoris exscriptos: vt nisi quis oculos lynceos habeat, sæpè accidat, vt inscripto auctori tribuatur, quicquid inferiùs eodem codice continetur. Cum alioqui & facilè contigisse potuerit, vt in corroso consumptuoq; nimiam vetustate codice, litteris labefactatis, legens librarius, Eusebius, VII.

pro Eucherio. Sed reperimus ex recens editis antiquis monimentis in Gallicanis Litanijs versibus conscriptis ab Hartmanno Rabani Mauri discipulo, nominatim inter sanctos Episcopos etiam Eusebium, sed incertæ ciuitatis Episcopum. versus sic se habent [a]:

Martinus, Proculus, Cæsarius, Eusebiusq;
Orent pro nostris criminibus variis.

Hæc dixerimus, ne adeo nomen Eusebij exhorrescas, si dempseris, Emisseni.

VIII. RESTITVENDA S. EVCHERIO SVA HOMILIA.

Sic igitur non patiantur ampliùs, rogo, mei Lugdunenses, tantum suum ipsorum thesaurum thecâ latronis includi, sed iustissimâ vindicatione, suæ esse Ecclesiæ opes intelligentes, eâdem rursum edentes: eiusmodi iustum ipsis affigant titulum, ac veluti sigillo consignent: *Homiliæ S. Eucherio Episcopo Lugdunensi restituta, salvo hactenus edita titulo Eusebij Emissæni.* Essent his alia insuper addenda, sed in his diutiùs immorari non patitur ratio instituti. Sed sicut indignandum est, tamdiu sanctissimi viri diuitias sub titulo sceleratissimi Ariani palàm expositas, ita dolendum eas omnes hactenus integrè reperiri. Qui enim tum monachus, tum Episcopus in eo dicendi genere antiquis plurimis versatus est, longè plures oportuit dixisse cùm ad monachos, tum ad populum conciones: excidisse quidem nonnullas, Claudianus certissimam fidem facit, dum quam ipse citat ex Eucherij homilijs, omnino desideretur.

IX. VNVS TANTVM ET NOMDVO XV CHERII LVGDVNENSES.

At (quod non prætermittendū est) ex eodem habes auctore, in quo redarguas perperam factam Gennadij editionem Suffridi, apud quam legitur Eucherius presbyter Lugdunensis scriptor Ecclesiasticus, cùm dicendus sit Episcopus, vt habent aliæ Gennadij Germanæ editiones. Porrò & hinc datam ex codicis errore Honorio occasionem errandi constat, cùm ponat duos Eucherios Lugdunenses, alterum presbyterum, Episcopum alterum, amborumque scriptores Ecclesiasticos; cùm tamen etsi duo Eucherij cogniti habeantur, vt suo loco dicendum est infrà, verumq; tamen fuisse Episcopum constat.

X.

Præter hunc, de quo est sermo, scimus & alium hoc sæculo vixisse Eucherium virum clarissimum, quem datâ ad eum epistolâ plurimum laudat Sidonius Apollinaris [b]; sed teste Gregorio Turonensi [c], occisum eum constat à Victorio Duce tempore Euarici Gothorum Regis, de quo suo loco pluribus agendum erit. Alium insuper fuisse scias Eucherium itidem Senatorem virum insignem, sed bigamum, haud idoneum habitum, qui sacri ordinis militiæ nomen daret, cuius meminit idem Sidonius in concione habita in electione Simplicij Episcopi Bituricensis post plurimos annos, cùm iam ipse Sidonius esset Episcopus, & Ecclesiæ Lugdunensi non amplius Eucherius, sed Patiens præesset Antistes: vt intelligas, procul abesse, vt ille fuerit postea factus Episcopus Lugdunensis; magisq; congruere, eum iungere eum Eucherio illo, ad quem extat Sidonij epistola, quam vt dici potuit eundem postea erectum fuisse Lugdunensem Antistitem.

XI. EVCHERII FILII.

Cæterùm ipsum sanctum Eucherium, de quo est sermo fuisse coniugio obligatum, & ex eo genuisse viros sanctissimos, eosdemq; postea Episcopos, quos primùm monasticis voluit imbui disciplinis, cum ex Gennadio, tum etiam ex eiusdem Eucherij scriptis possumus intelligere. Ipse enim Gennadius, dum de Eucherio agit, hæc ait [d]: *Disseruit etiam ad personam filiorum Veriani* [e] *& Salonij postea Episcoporum obscura quæq; sanctarum capitula Scripturarum.* fuisse hos quidem germanos fratres, eiusdem Eucherij inscriptio commentariorum in Genesim & in libros Regum demonstrat. Cognouit Veranium suum filium ipse sanctus Eucherius, dum ad eum scribit librum de Spiritualibus formulis: æquè & Salonium suum fatetur natum in præfatione ad posteriorem librum Institutionum, & cùm peroras: eius enim exordio hæc habet de benè instituta vita Salonij: *Dignum namq; est* (inquit) *quæcunq; curâ meâ ingenium tuum reparari, qui vix dum decem annos natus eremum ingressus, inter illas Sanctorum manus, non solùm imbutus, verum etiam enutritus fis ab Honorato patre, illo, inquam primò insularum, postea Ecclesiarum magistro: cùm te illic beatissimus Hilarius infulatum tyronis, sed tam nunc summi Pontificis doctrina soy-*

maret per omnes spiritualium verum disciplinas: ad hoc etiam te postea consummantibus summis viris Saluiano atq; Vincentio eloquentiâ pariter & sapientiâ præeminentibus, &c. Sed & ipse etiam Saluianus in epistola ad Eucherium, ab eo ambos esse genitos tradit: cùm tamen non ignoremus ab alijs eos creditos filios spirituales Eucherij; qui eum coniugatum nescierunt.

XII. EVCHERIVS E MONACHO IRINENSIS EPISC. LVGDVNENSIS, *e Hilar. in Vita S. Honorati.*

Scimus & ipsum, de quo agitur, sanctum Eucherium in eamdem Lerinensem insulam se contulisse: illicque & in alia proxima insula monasticam vitam exercuisse, testatur idem Sidonius in carmine Eucharistico ad Faustum scripto, necnon Hilarius [e]: tradunt autem proximâ aliam illam insulam esse Leronem Lerinæ propinquam. Sed & eiusdem eremiticam vitam Ecclesia præconia celebrat, dum eius agens natalem diem hæc ait: *Eucherius ex nobilissimo Senatorum ordine ad religiosam vitam habitumq; conversus; diu inter septa specus cæ spontè conclusus in orationibus & ieiunijs Christo seruiuit.* & quæ sequuntur. At de S. Eucherio Lugdunensi Episcopo modò hactenus, iterum suo tempore eundem opportuniùs conuenturi. Illi aût alius S. Eucherius Episcopus Aurelianensis Ecclesiæ, procul abest, vt ad hæc tempora referri possit, quem constat vixisse, cum Carolus Martellus regnum Francorum administraret, de quo suo loco dictum sumus: modò autem de alijs, qui huic Synodo interfuerūt, Episcopis prosequamur orationem.

XIII. DE SALONIO EPISCOPO.

Qui huic item Arausicanæ Synodo Salonius reperitur interfuisse Episcopus, eidemq; esse subscriptus; cuiusnam Ecclesiæ Antistites fuerit, haud explicatur. Scimus in Saluiani inscriptione ad suos libros de Recto iudicio, quos ad eumdem Salonium scripsit, nominari Salonium Episcopum Viennensem. Verùm Ado eiusdem Ecclesiæ Præsul, cùm exactè recenset omnes Viennenses Episcopos, Salonium penitùs ignorauit: à tempore enim Constantini Magni in hanc diem hos enumerat Viennēsis Ecclesiæ successores Episcopos. Paschalium, Claudium, Nectarium, Nicetium, atque Mamertum. Inficias tamen non iuerimus, fuisse Salonium & eius fratrem Ecclesiæ Viennensis studiosissimos, vt Sidonij epistola [f] ad Salonium data significat verbis illis ad finem positis: *Licet vtrique positi strenuos impleatis agricolas; tunc verò propriam terram secundabitis, si Ecclesiam, quamplurimum colitis, plus colatis.* Scimus in tabulis duplicis Indicis Episcoporum Lugdunensium à Demochare editis, post S. Eucherium poni Salonium, & post eum Seranum, Episcopos Lugdunenses. Sed si Salonius Lugdunensis fuit Antistes, quomodò huic Synodo subscriptus, habetur, cui etiam Eucherius eiusdem Ecclesiæ Præsul interfuit? Numquid duo vnius Ecclesiæ Episcopi procul ab fuit ab Ecclesiasticis legibus, ipso Nicæni Concilij decreto vetante: Sicut eadem ratione dixerimus, longiùs abesse, vt qui vltimo ferme loco Cæsarius subscriptus habetur, sit ille magni nominis Episcopus Arelatensis: nam eidem Ecclesiæ qui hoc tempore præerat Episcopus Hilarius, huic Synodo præfuit: immo nec statim post ipsum sedit Cæsarius, sed Rauennius, & post Rauennium Eonius & post eum Leontius, cui tandem est subrogatus Cæsarius. Scimus præterea eumdem creditum Salonium cum eo, qui dictus reperitur deprauatè Salamonius Episcopus Genuensis.

XIV. [f] *Sidon. l. 7. Epist. 1. vsq. edit.*

Qui item huic Synodo interfuisse Maximus reperitur, nequaquam hunc illum putamus Regiensem in eadem Gallia Narbonensi Episcopum, de cuius ordinatione extat eiusdem Eucherij, quem dicunt Eusebium, homilia [g]: nam sedisse illum post Prosperum, suo loco dicemus; hic autem cuius Ecclesiæ Episcopus fuerit, haud exploratum habemus. Scimus tamen alium Maximum Episcopum Taurinensem celebris nominis doctrinâ & sanctitate Antistitem his quidem vixisse temporibus: id enim inde liquidò colligere possumus, quòd idem reperitur præsto fuisse Mediolanensi Concilio sub sancto Leone Romano Pontifice celebrato, de quo suo loco dicendum. Quod autem hic forsasse Maximus ille Taurinensis Antistes fuerit, deduci argumentum potest ex coniectura; cùm inter decreta Patrum huius Concilij, vigesimoquarto canone, ijdem se velle sequi

[g] *Euseb. Emis. homil. de Maxim.* DE MAXIMO TAVRINENSI EPISCOPO.

[a] *Tom. 3. antiq. lect. p. 732.*

[b] *Sido. l. 3. Epist. 8.*

[c] *Greg. Turon. l. 2. c. 20.*

[d] *Gennad. 103.*

[e] *Vetanij, Veranij.*

profitentur, quod statutum fuisset in Concilio Tauruensi, cuius Ecclesiæ Maximus erat Episcopus: Eius quidem Ecclesiæ Episcopos conuenire consueuisse cum Episcopis Galliæ Narbonensis & Lugdunēsis, epistolæ etiam S. Gregorij Papæ significant [a]: paræciamq; Taurinensis Ecclesiæ intra limites Franchorum regni propagâsse terminos, eiusdem Gregorij Papæ litteræ [b] datæ ad Theodoricum & Theodobertum Franchorum Reges ostendunt. Claruit hoc etiam seculo alius in Gallia Maximus Episcopus Tolosanus, de quo inferiùs dicturi sumus.

Est celebris etiam memoria inter alios Patres, qui huic Concilio interfuêre, Constantini Episcopi Vapingensis Ecclesiæ, consignata tabulis Ecclesiasticis: quòd enim sanctitate claruerit, eius natalis dies in Ecclesia Catholica annuatim reperitur pridiè Id. Aprilis, quem & alij Gallicano Concilio interfuisse scimus ex Synodali epistola ad sanctum Leonem Romanum Pontificem scripta. Augustalis quoq; Episcopi, qui itidem dictæ Synodo subscriptus habetur, quinto Id. Septemb. memoria in Ecclesia colitur. Tot igitur clarissimi Antistites Synodum Arausicanam, licèt paucorum Episcoporum numero congregatam, reddidêre in omnibus celebrem & illustrem. Porrò vt tot insignes doctrinâ & sanctitate viri in eisdem prouincijs inuenirentur, id præstitisse videtur celeberrimum Lerinensis insulæ proximè adiacentis terræ cœnobium, sanctissimorum Episcoporum seminarium: de ipsa enim sanctis germinibus fertili Sidonius Apollinaris in carmine Eucharistico ad Faustum Episcopum Regiensem his meminit versibus [c]:

Fratribus insinuans, quantos illa insula plana
Miserit in cœlum montes: qua sancta Caprasij
Vita senis, nomenq; Lupi: quæ gratia patrem
Mansit Honoratum: fuerit qui Maximus ille,
Verbum tu cuius Monachus, Antistes & Abbas
Bis successor agis. Celebrans quoq; laudibus illis
Eucherij venientis, iter reducentia Hilarij.

De eisdem meminerunt S. Eucherius [d], & Cæsarius [e] Episcopus Arelatensis, cùm eiusdem celebrat laudes cœnobij Lerinensis. Porrò non omnes constat enumerâsse Sidonium, quem Salonium eiusdem insulæ (vt modò vidimus) à puero accolam S. Honorati Abbatis alumnum prætermisisse liquet: verum & certum est præterijsse Vincentium virum doctissimum, cognomine Lerinensem, cuius alij meminerunt.

XVI. Sed accipe ex S. Eucherij libro de Eremi laude fragmentum, vbi agens de viris sanctissimis eiusdem Lerinēsis insulæ habitatoribus, hæc inter alia, postquàm eò prosecutus insulæ laudes, ad finem habet. *Digna, quæ Honorato auctore fundata sit, quæ tantis institutis tantum nacta sit patrem, Apostolici spiritus vigore & virtutis honore radiantem. Digna, quæ illum suscipiens ita emitteret: Digna, quæ præstantissimos alat monachos, & ambiendos præferat sacerdotes. Hæc nunc successorem eius tenet Maximum, nomine clarum, quia post ipsum meruit adsciri: Hæc habuit venerandi nominis Lupum, qui volens illum ex tribu Beniamin Lupum retulit: Hæc habuit germanum eius Vincentium, interno gemmam splendore perfusum. Hæc nunc posset venerabilem gravitate Caprasium veteribus sanctis parem: Hæc nunc habet sanctos senes illos, qui diuisis cellulis Ægyptios Patres Gallijs nostris intulerunt.* hæc ex Eucherij commentariolo de laude Eremi ad Hilarium scripto, haud pridem Parisijs cusо solertiâ doctissimi Genebrardi. At de clarissimis viris, qui his temporibus in Narbonensi Gallia floruerunt, & huic Concilio interfuerunt, deque magistris & alumnis Lerinensium monachorum hactenùs.

XVII. Actum autem in hoc Concilio à Patribus constat de recipiendis diuersi generis pœnitentibus: sed & præscriptam formam excommunicandi aliquem, & reconciliandi excommunicatum, habet appendix: complura verò alia in hac Synodo reperiuntur esse statuta ad conseruandā inuiolatam Ecclesiasticam disciplinam. Illud verò ad postremum adiecêre Patres, vt nullus conuētus sine alterius futuri conuētus denūciatione soluatur: nā ita perorantes. Synodum absoluêre: *Itaq; sequenti anno (si Domino nostro Iesu Christo permittente concedatur) die decimoquinto Kal. Novemb. in Arausico territorio conuentum habeamus.* hæc Patres. non extat illud quidem: quod verò reperitur posteriùs Arausicanum Concilium, haud sequenti anno, sed longè posteà collectum fuit, vt suo loco dicemus.

Quod reliquum est rerum gestarum anni huius: sub eodem Cyri Consulatu hæc habet in Chronico S. Prosper: *Theodosius Imperator bellum contra VVandalos mouet Areobindo & Anaxillo atq; Germano Ducibus cum magna classe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quàm Africæ præsidio fuerunt.* hæc Prosper. His igitur magis magisque barbari Regis animus irritatus; in Catholicos Christianos, quos subegerat, commotus est: ex qua quidem re & quæ reliqua erant in Africa sub ditione Valentiniani Imperatoris, grauius fluctuare cœperunt: quamobrem ab eo & Galla Placidia matre illud initum consilium est, vt cum Genserico pacem componerent, sic consultum putantes tum Catholicæ pietati, tum etiam locis hactenùs Romano Imperio custoditis. Porrò pax inita est anno sequenti: dicemus de ipsa suo loco.

XVIII.

IESV CHRISTI

Annus 442.

LEONIS PAP. Annus 3. THEODOSII 35. VALENTIN. 18. IMPP.

CONSVLIBVS nouis Dioscoro & Eudoxio nouus aperitur annus Domini quadringentesimus quadragesimus secundus, *quo* (inquit S. Prosper [f]) *cum Genserico VVandalorum in Africa Rege pax est confirmata, & certis spatijs Africa inter vtrumq; diuisa est.* vnde & factum est posteà, vt Carthagine 30 commorantibus Catholicis Christianis; impetrauerit idem Valentinianus Augustus à Genserico Episcopum ordinari: quando id acciderit, suo loco dicendum. Quæ autem hoc anno idem Rex barbarus à suis fortiter passus, & quid ipse in eos, idem S. Prosper sic narrat: *In Gensericum apud suos de successu rerum superbientem quidam optimates ipsius exsurrexerunt, sed molitione detectâ multi ab eo suppicio exercitati atq; extincti sunt. Cumq; idem audendum alijs etiam videretur, multis Regi suspicio excitata fuit, vt hâc sui curâ plus virium perderet, quàm si bello superaretur.* hæc Prosper. Per opportunum quidem videri poterat hoc tempus Orientalibus inuadendi Africam; quod aliàs sæpè (vt vidimus) frustrà tentârant, & vt id hoc ipso anno agerent, in Sicilia moras trahebat Romanus exercitus: sed hanc adeò opportunam ira Dei præripuit occasionem: siquidem (vt idem Prosper & Marcellinus [g] Consulibus anni huius affirmant) Hunnis Thraciam & Illyricum sæuâ depopulatione vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem reuocatur Orientalis Imperij. Sed quid de his Ioannes Diaconus; quem Paulum inscribunt, accipe [h]: *Per hæc enim tempora Attila Rex Hunnorum, vir fortis atq; superbus dum cum fratre suo Bleda super Hunnos principaretur, Thraciā & Illyricum sanā depopulatione vastabat, omnia castella & ciuitates in seruitutem redigens, præter Hadrianopolim & Heracleam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium prouinciarum reuocatus est: Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittere, & sex millia librarum auri pro excessu præbens, mille librarum annuum tributum persoluere pollicetur. Sed his fermè diebus tam terribilis terræmotu Roma concussa est, vt plurimæ ædes eius & ædificia corruerent.* hæc ipse: quæ autem subdit de Britannis, suo loco dicemus.

Interea verò Genserico (quod tyrannorum est timere omnes) cædes exercebat in eos, quos vel leuis suspicio, vanâ cogitatione superinductâ deterret. In Christianos autem, quos scilicet penitùs exarmatos, & quicquam in Regem molituros esse, nec quidem vel fingi poterat, agere pœna exilij & deportationis contentus fuit, si quid quemquâ in eum quoquo modo oblocutum scisset. Nam

[a] Greg. li. 2. Ep. 120. [b] Greg. li. 4. Ep. 32.

XV. DE CONSANTINO ET AGVSTALI SANCTIS EPISCOPIS.

DE COENOBIO LERINENSI. [c] Sidon. lib. 16.

[d] Euch. li. de laud. eremi. [e] Cæsar. in ad monach.

[f] Prosp. in Chron. PAX VALENTINIANI CVM VVANDALIS.

I. EXERCITVS SICILIA REVOCATVR. [g] Paul. in Chron. [h] Paul. diac. li. 14. prope fin.

II.

audi Victorem [a] scriptis suis persecutionem Wandalicam prosequentem: *Si fortè* (inquit) *quispiam, vt moris est Episcoporum, dum Dei populum admoneret, Pharaonem, Nabuchodonosorem. Holofernem, aut aliquem alium similem nominasset: obiciebatur illi, quòd in personam Regis illa dixisset, & statim exilio trudebatur. Hoc enim persecutionis genus agebat hic aperte, alibi occultè, vt piorum nomen talibus insidijs interiret: quæ de re plurimos sacerdotum tunc nouimus relegatos, sicut Vrbanum Girbensem, Crescentem Metropolitanum Azuritanæ* ciuitatis, *qui centum viginti Episcopis præest, Habetdeum Theudalensem, Eustrathium Suffectanum, & Tripolitanos duos. Vicesimum fabratensem, & Cresconium Ensem, & Adrumetinæ ciuitatis Felicem Episcopum, ob hoc quòd susceptisset quendam Ioannem monachum transmarinum. sed & alios multos, quos longum est enarrare. Quibus tamen in exilio positis, dum obitus aduenisset, non licebat alios eorum ciuitatibus ordinari. Inter hæc tamen Dei populus* (licèt sine Episcopis esset) *in fide consistens, vt examen apum cereas ad suauis mansiones crescendo, melleis fidei calculis firmabatur; vt impleretur illa sententia* [b]: *Quanto eos affligebant, tanto magis multiplicabantur, & inualescebant nimis.* hucusque Victor. reliqua verò suis erunt reddenda locis.

[a] Victor de persecut. Vandal. lib. 1. GENSERICVS PERSEQVITVR CHRISTIANOS CATHOLICOS. * Aquitanæ.

[b] Exod. 1.

III. CONCILIVM VASENSE IN GALLIA NARBONENSI.

Sub eodem Dioscori Consulatu celebrata habetur Vasensis in Gallia Narbonensi Synodus prouincialis secunda, quam alij à Vasione, Vasionensem appellandam putant: non aùt Vasatensis dicenda est à Vasatis (quod corrigendam perperàm dictum proponimus) nam sunt Vasates populi prope Burdegalam, verùm qui huic synodo interfuerunt Episcopi, Arelatensis potiùs fuisse prouinciæ certum est, & procul abhorret, vt ipsi Vasatis conuenisse dicãtur. Sed monemus accuratum lectorem, sub huius anni Synodo Vasensi, seu potiùs Vasionensi, non vnius Concilij canones cõtineri, sed triplicis: Huius videlicet conuentûs, qui celebratus ibi ponitur hoc anno sub Consulatu Dioscori; tursum verò illius Synodi, quæ notata repetitur sub Consulatu Decij Iunioris, anno Domini quadringentesimo sexagesimotertio, quæ ordine certa ponenda est; secunda verò, de qua agitur, sub Consulatus Dioscori: Prima autem Vasensis est illa, Constantio imperante, celebrata sub Nectario Viennensi Episcopo, cùm Ariana hæresis inualesceret; quod constat Adone [c] auctore, nosq; suo loco de ipsa superiùs egimus: cuius illa certa sunt capita huic inserta, nempè quartus canon de canendo Trisagio, & quintus de hymno, Gloria Patri, &c. in omnibus clausulis adiungendo: hæc quidem tunc statuta sunt contra doctrinam Arij, factumq; vt occinerentur in omnibus diuinis mysterijs laudes sanctissimæ Trinitatis. Secundum autem Concilium Vasense, de quo est sermo, nihil præter notam Consulatûs habet certi; quod confusi simul sint canones eorumdem trium Conciliorum! At de his satis.

[c] Ado in Chron. ann. Dn. 337.

IESV CHRISTI
Annus 443.

LEONIS PAP. Annus 4. THEODOSII 36. VALENTIN. 19. IMPP.

I. MANICHÆI VBIQVE DETECTI.

QVADRINGENTESIMVS quadragesimustertius Christi annus, Maximo atque Paterno consulibus, publicis Fastis adnotatur: quo Romæ hæc à S. Leone Papa acta esse, Prosper narrat in Chronico: *Hoc tempore plurimos Manicheos intra Vrbem latere, diligentiâ Papæ Leonis innotuit: qui eos de secretis suis erutos & cultui totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem & damnare fecit & prodere, incensis eorum codicibus, quorum magna moles fuerunt intercepta. Qua cura viro sancto diuinitus* (vt apparuit) *inspirata, non solùm Romanæ Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi plurimum profuit: siquidem conflantibus in Vrbe captorum, qui doctores eorum, qui Episcopi, quive presbyteri, in quibus proumcijs, vel ciuitatibus degerent, patefactum est. Multiq; Orientalium partium sacerdotes industriam rectoris imitati sunt.* hæc Prosper: quæ quidem propagata esse in sequentem etiam annum & posteriores, datæ ab eodem S. Leone epistolæ docent, de quibus dicemus inferiùs.

Quæ autem in his peragendis industria & diligentia Leonis Papæ plurimum commendatur: enituit illa quidem cùm in alijs inquirendi modis, tum etiam in admonendo frequenter pro concione populo, vt in Manichæis indagandis inuigilaret; qui & vt eos magis execrabiles ipsis Romanis redderet, eorum errores publicis concionibus patefecit, & inter alia istis verbis [d]: *Vt autem in omnibus, dilectissimi placeat Domino vestra deuotio: etiam ad hanc vos hortamur industriam, vt Manichæos vbiq; latentes vestris presbyteris publicetis. Magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolum debellare. Contra istos enim, dilectissimi, omnem quidem Orbem terrarum, & totam vndiq; Ecclesiam decet fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere deuotio debet excellere, qui in progenitoribus vestris Euangelium Christi ipso beatissimorum apostolorum Petri & Pauli ore didicistis.* II.

[d] Leo ser. 4. de Collect.

ROMANORVM ERROR PERSEQVI HABENTI COL.

Non sinantur latere homines, qui legem per Moysem datam, in qua Deus vniuersorum conditor ostenditur, recipiendam esse non credunt: Propheris & sancto Spiritui contradicunt ipsi Psalmos Dauidicos, qui per vniuersam Ecclesiam cum omni pietate cantantur, damnabili impietate ausi sunt refutare: Christi Domini natiuitatem secundum carnem negant, passionem & resurrectionem eius simulatam fuisse dicunt, & non veram: Baptismum regenerationis totius gratiæ virtute despoliant: Nihil est apud eos sanctum, nihil integrum, nihil verum. Cauendi sunt, ne cuiquam noceant: prouidendi sunt, ne in aliqua cinitatis nostræ parte consistant: Vobis, dilectissimi, ante tribunal Domini proderit, quod inuenimus, quod rogamus. Dignum est enim, vt eleemosynarum sacrificio & huius operis palma iungatur, hæc ipse concionatus ad populum de Collectis agendis, pium honorificumque esse declarans, prodere deferreque latentes hæreticos; dignum q; Deo sacrificium pietatis esse, huiusce modi Deo litare hostias. Quis enim æquo animo ferat, luculentum aprum limpidissimos inquinare fontes, & abominationem stare in loco sancto? Merito igitur vigilantissimus Pontifex de his populum publicè monuit. III.

Rursum verò quibus signis Romani cognoscere queãt atque detegere Manichæos, aliâ itidem concione declarat his verbis [e]: *Nulla itaq; vos contagionis huius aspergat impietas, qui suâ maximè obseruantiâ polluuntur, seruientes creaturæ potiùs, quàm creatori, & luminaribus cœli stultam abstinentiam debent: quos nemo esse ambigat Manichæos, qui in honore Solis ac Lunæ, die Dominicâ & secundâ feriâ deprehensi fuerint seruare. Vno enim peruersitatis suæ opere bis impijs, bis profani sunt, qui seruitium suum & ad siderum cultum, & ad resurrectionis Christi institutionem contemptum.* & paulò pòst: *Cauq, ad tegendam infidelitatem suam, nostris audeant interesse mysterijs, ita in sacramentorum communione se temperant: vt inter dum tutius lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redemptionis nostræ hauriret omninò declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt vobis huiusce modi homines & ex his manifestentur indicijs, & quorum detecta fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, à sanctorum societate, sacerdotali auctoritate pellantur.* hæc ipse. IV.

[e] Leo ser. 4. in Quadrages. LEONIS ADMONITIO DE MANICHÆIS DETEGENDIS.

Sed quid obortum & introductum Romæ ex pessima hac Manichæorum Solem adorantium consuetudine? illud quidem, quòd Fidelium nonnulli idipsum solicitiùs factitarent, quod eos facere viderent, qui obseruantissimi esse videbantur extrinsecùs Christiani, licet clàm essent perfidi Manichæi: inimirùm vt planè nesciêtes, sicut illi, & isti Solem adorare quodammodò viderentur: facilè enim fuit in Christianos eiusmodi irrepere superstitionem, cùm alioqui piè sanctèque ad Orientem conuersi Deum adorare solerent. Qui igitur signa, quibus Manichæi detegi possent, aperuit, idem S. Leo, ne quid commune cum illis esset Fideli populo, interdixit: vt ex eo penitùs apparerent, qui re vera Manichæi essent. Cùm ergo & ex maiorum præscripto Christiani adorare numen consuescerent ad Orientem conuersi, & id ipsum etiam factitare Manichæi solerent Solẽ colentes; interdixit tunc ipse Catholicis eiusmodi ad orientem Solem vsum adorandi, cùm ait [f]: *De talibus institutis illa generatur impietas, vt Sol inchoatione diuinæ lucis à quibusdã insipientibus de loco eminentiori* V.

[f] Leo ser. 7 in Natali Domini.

adore-

adoretur: quod nonnulli etiam Christiani adeò se religiosè facere putant, vt prius quàm ad B. Petri Apostoli basilicam, quæ vni Deo & vno dicata est, perueniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum ara superioris ascenditur, conuerso corpore, ad nascentem se Solem reflectant, & curuatis ceruicibus, in honorem se splendidissimi orbis imitent: quod fieri partim ignorantiæ vitio, partim Paganitatis spiritu, multum tabescimus & dolemus. Quia est quidam fortè creatorem pulchri luminis per ipsam lucem, quæ est creatura, venerantur: abstinendum tamen est ab huiusmodi specie officij, quam cùm in nostris inuenit, qui deorum cultum reliquit, nonnè hanc secum partem opinionis retinsta tamquàm probabilem retinebit, quam Christianis & impijs vidit esse communem? Abijciatur ergo à consuetudine Fidelium damnanda peruersitas; nec honor vni Deo debitus, eorum ritibus, qui creaturis deseruiunt, misceatur. hæc ipse. Vides, quàm procul abesse debeat à Catholicis Christianis hæreticorum atque Gentilium error, qui nec finantur symbolum aliquod cum illis habere commune, licèt à maioribus acceptum ad pietatem referri posset, quod ex pietate ducebat originem?

VI. MANICHÆI VARIE SPECIE SANCTITATIS DOCTRINA NVLTOS.

Accidit autem, vt cùm ignorantes, quinam qualesve essent Manichæi: eosdem enim esse quodammodò existimabant dæmonibus vultu similes, vtpotè eorum afflatos spiritu, qui adeò impia atque sacrilega mente concepere tantùm illis iam detectis, confessique se Manichæos esse, qui & facie præseferrent speciem pietatis: vix induci potuerant, simpliciores præsertim, vt qui macie atque pallore, pauperiúque vestitu imaginem referrent summæ sanctitudinis, qualesque anteà venerari soleremt, ijdem illi ab ipsis cauendi, essent in probi Manichæi. Quamobrem solicitâ admonitione, vt eos populus eluteret, fuit ab eodem Leone Pontifice admonendus his verbis a: Nihil ergo cum huiusmodi hominibus commune sit cuiquam Christiano, nulla cum talibus habeatur societas, nullum cum consortium. Profit vtique se Ecclesiæ, quòd multi ipsorum, Domino miserante, detecti sunt, & in quibus sacrilegijs viuirent, eorundem confessione patefactum est. Neminem fallant dissertionibus eiborum, sordibus vestium, vultuumque pallentibus. Non sunt casta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, sed de arte fallaciæ. Hactenus nocuerint incautis, hactenus illuserint imperitis: post hac nullus excusabilis erit lapsus: nec tam simplex habendus est, sed valdè nequam atque peruersus, qui deinceps repertus fuerit nefando obstrictus errore. hæc ipse. Cùm igitur totus hic annus in Vrbe insumptus esset in inquirendis Manichæis, sequenti anno eorum causa in Concilij Episcoporum examen perducta est; atque alij eorum cum pœnitentia accepti, alij verò exilio condemnati, compluribus fugâ lapsis.

a Leo ser. 4. Epiph.

VII. b Leo Ep. 1.

Hoc eodem anno idem S. Leo epistolam scripsit b, quam Decretalem appellant, maiores verò Constitutum dixere, ad Episcopos Campaniæ, Tusciæ, atq; Piceni, aduersus ordinantes seruos & bigamos, necnon contra clericos fœneratores.

VIII. c Theod. Epist 22. THEODORETVS EGOTVR REDIRE CYRVM.

Quod autem ad Orientalis Ecclesiæ res pertinet, hoc ipso anno, qui numeratur duodecimus ab Ephesino Concilio (vt ex Theodoreti c epistola ad Eusebium Episcopum Ancyranum data apparet) ipse Theodoretus Episcopus Cyri, cùm ex more degeret Antiochiæ, & frequens esset in Synodis, in suspicionem adductus est, ne qui olim Nestorio fuisset, rursum noui aliquid moliretur, immò ne vetustate collabentia sufflulciret, damnatam q; Nestorij hæresim roboraret. Quamobrem aduersùs eum oblatus est Imperatori libellus, nescio à quo accusante ipsum sapere quæ sunt Nestorij, foreque etiam, nisi finibus suæ Ecclesiæ coërceretur, iubebatur; recedere Antiochiâ, atque redire Cyrum, vt homo sermone pollens alias nouas concitaturus esset turbas. His acceptis Theodosius Imperator, euestigio regium dedit diploma, quo iubebat, ipsum Antiochiâ debere recedere, Cyrumq; reuerti, & suam ipsius tantummodò curare Ecclesiam. Cùm autem hæc Theodoretus accepisset, paruit ipse quidem, scq; ue Cyrum recepit; contestans tamen piuribus litteris ad diuersos datis, se esse omninò professione Catholicum, nec quicquà sapere, quòd sinceræ fidei aduersaretur: magno sanè animi mœrore affectus est, quòd in crimen, vel saltem in suspicionem hæresis vocaretur.

Inter alias autem, quas tunc scripsit ad diuersos Epistolas, insignis planè est illa, quam dedit ad Eusebium Ancyræ Episcopum, qui haud pridem Theodoro viro admirando successerat. Quoniam autem rei gestæ seriem narrat, & sua à se in hunc vsq; annum edita scripta recenset, eamdem ipsam vnà cum alijs ex Vaticana bibliotheca acceptam, nec anteà vnquàm à Latinis visam, hîc primùm Latinitate donatam describendam curauimus: sic enim se habet d:

IX. d Theod. Epist 52.

Sperani frequentiores litteras hoc tempore me accepturum à tua sanctitate. Cùm enim manifestissimam calumniam passi simus, fraternâ consolatione egebamus. Qui enim Marcionis hæresi & Valentini & Manetis & aliorum morbo laborant, in præcipitium pullulantes, ægrè ferentes, quòdam suæ inuehimur hæresi, aperto marte illis confutantes, decipere imperatoris aures tentarunt, nos hæreticos appellantes, & in duos Filios Christum Dominum dividere calumniantes, qui vnus est Dominus noster Iesus Christus, qui homo factus est, Deus Verbum. Sed non omninò assecuti sunt, quod optabant, & verbis gloriabantur. Quæ ac causa diploma scriptum fuit magnificentissimo & gloriosissimo Duci & Tribuno militum & Comiti, in quo nulla quidem erat de hæresi accusatio, sed aliæ causæ quasdam & mendaces consingebant: Synodus enim, dicebant, me frequenter congregare Antiochiæ, & hoc nonnullo molestum esse: & hac de causa oportere me ab his rebus abstinere; atque tantummodò Ecclesiarum, quæ mihi commissa erant, curam gerere. Huius quidem diplomatis mihi ostensi decretum quamprimùm accepi, tamquàm bonorum mihi causam. Plurimùm enim optatissimam resumpsi quietem, deinde multas sperorum delictorum dedetur maculas, propter eam, quæ aduersùs me conficta sit & composita iniustitia atque calumnia ab hostibus veritatis.

X. THEODORETI EPISTOLA AD EVSEBIVM ANCYRAN.

XI. CALVMNIAM IN THEODORETVM DE NESTORIANISMO.

Ostendit autem satis apertè etiam in præsenti vita omnium rector ac Dominus Deus, quantam curam gerit eorum, qui iniuriâ afficiuntur: dum enim nos quietè ageremus, & intra proprios terminos desisteremus, & omnes Orientales mala afficerentur, & amarè conquerentur, & tacere propter imminentem metum cogerentur (quæ enim nobis contigerant, omnibus metum incutiebant) ipse Dominus exortus apparuit, & calumniantiis arguit & manifestauit, & eorum impiè mentem declarauit & mutauit. Isti & Alexandriam aduersùs nos concitauerunt, & irritârunt, & omnium aures replent per ministros se dignos, quod nos pro vno & duos prædicamus Filios. Ego verò tantum ab hoc exterando errore alienus sum, vt cùm nonnullos sanctos Patres repererim, qui in Synodo Nicæa conuenerunt, qui aduersùs Arij insaniam in suis operibus latiùs inuehuntur, quæve coguntur propter contentionem, quæ aduersùs illos contendunt & dimicant, maiori declaratione vti, ægrè fero, nec accipio hanc diuisionem: non enim quod diuisioni necessitas & vsus excessum & errorem afferebat.

XII. THEODORETVS SVA SCRIPTA NVMERAT.

Et ne quis arbitretur me timore hæc dicere & metu: licet (quicumq; voluerit) ea quæ tam diù scripserim ante Ephesinam Synodum intueri, & ea quæ post, duodecim abhinc annis. Diuinâ enim gratiâ & ope, & Prophetas omnes exposui, & Psalterium, & Apostolum; & contra eos, qui Arium sequuntur, & eos, qui Macedonij morbo laborant, & aduersùs Apollinarij impostaram, & aduersùs Marcionis rabiem tam scripsimus: & in singulis, quæ edidimus operibus, diuinâ ope, Ecclesiæ sanus sensus & mens mihi conspicitur & splendet. Mysticum etiam scripsimus librum, & de Prouidentia alia, & ad interrogationes Magorum alia, & de Vita sanctorum: & præter hæc, alia multa, ne singula recensem. Hæc autem enumeraui, non ambitione ductus, sed potiùs illa denunciando tum accusatoribus, tum etiam vt, qui iudicare illa & scrutari ac arguere voluerint, quæcumq; sunt ex meis operibus: nihil enim, Deiq; ope & gratiâ, nihil aliud nos sentire inuenient, præter quam ea, quæ à sancta accepimus Scriptura.

XIII. e Exod. 23. DEFENSORES FIDEI CATHOLICÆ EX HIBET THEODORETVS. f Luc. 22.

Hæc igitur cùm à nobis tua sanctitas acceperit, doceat eos, qui hæc ignorant, & suadeat illis, qui contumeliosis & effrenatis linguis aduersùs nos inuehuntur, nihil hæc de nobis diuulgent, quæ à calumniatoribus acceperunt, sed potiùs legislatori Domino obediant clamanti e: Auditionem vanam ne suscipias: expectate rerum scrutinium. Ego verò Deum oro, vt quietem Ecclesiæ aliquando obtineat, & longa illa & grauis dispiciatur tempestas, si tamen id permittit nostrorum peccatorum multitudo. Sed quia tradit sumus propter reæ cribranti f diabolo; oramus, vt periculorum pro fidei defensione participes simus, vt quando pro vitæ integritate & sanctitate fiduciam non habemus, saltem ex eo, quòd fidem inuiolatam & in-

regiam seruauerimus, misericordiam consequamur & veniam in die aduentus Domini: hæc etiam tuam precamur sanctitatem vt nobiscum oret. hactenùs ad Eusebium Ancyræ Episcopum Theodoretus hoc ipso (vt vidimus) anno, nempè duodecimo ab Ephesino Concilio.

XIV. Extant eodem argumento (vt diximus) plures ab eodem Theodoreto ob suæ defensionem ad diuersos clarissimos viros datæ epistolæ, & inter alias ad Lupicinū Magistrum militiæ, illum videlicet, cuius in epistola ad Eusebium meminit, atq; Ducem exercitūs nominat, ad quem Theodosius aduersus Theodoretum diploma illud direxerat, in qua quidem epistola hæc ad finem [a]: *Si quis verò nos ab his diuersa sentire confirmat; nos etiam præsentes accuset, nec absentes calumnietur. Iustum est, vt rem loquipossit, & aduersus illatam sibi accusationem excusationem faciat, & tunc deinde Iudices iuxta leges sententiam promulgent. Hæc ergo per tuam magnificentiam precor obtinere. Si verò indictâ causâ nos condemnare voluerint, libenter etiam iniustam suscipiemus sententiam. Domini enim tribunal expectamus, vbi neq; testibus, neq; accusatoribus opus est: omnia enim nuda & aperta in conspectu eius iuxta diuinum* [b] *Apostolum.* eadem planè habet in epistola [c] ad Præfectum Vrbis. Ad Anatolium verò Patricium de his scribens [d], tradit Domnum Antiochenum Episcopum misisse Constantinopolim legatos Episcopos, qui ipsum Theodoretum ab illata calumnia eximerent. Sed frustrà quidem: etiam qui Nestorium fuerat aliquando consectatus, quantumlibet eum detestari profiteretur, nihilominus haud facilè eâ se valuit suspicione purgare: quòd sciretur, sicut tardò, ita & difficillimè fieri, vt quem semel pestis hæreticæ contagionis inuaserit, perfectè curetur, ij præsertim, qui eruditione præstantes, nulla ex ignorantia, vel simplicitate, possent excusatione petitâ purgari.

a *Theod. Epist. 90.*

b *Hebr. 4.*

c *Theod. Epist. 91.*

d *Theod. Epist. 92.*

IESV CHRISTI
Annus 444.

LEONIS PAP. Annus 5. THEODOSII 37. VALENTIN. 20. IMPP.

I. ROMANVM CONCILIVM IN CAVSA MANICHÆORVM.

SEQVENTI anno quadringentesimo quadragesimoquarto, Theodosio decimumoctauū & Albino Consulibus, à S. Leone Papa habitum est aduersus Manichæos Romæ Concilium: non enim satis sibi visum, quæsitos diù iam compertos habuisse Manichæos, eosdemq; quales essent, populo frequenti admonitione significâsse; sed placuit, vt collecto Episcoporū Concilio, vnà simul cū Romano clero, eorum causa publicè audiretur, Actisq; publicis fierent notiora, perpetuisq; monumentis eorū horrenda sacrilegia notarentur. Hocipso quidem anno dictū Concilium coactum esse, epistola eiusdem S. Leonis Papæ ea de re data sub dictis Consulibus in fine mensis Ianuarij, quam proxime redditurī sumus, significat.

II. QVÆ ACTA SINT CONTRA MANICHÆOS.

At quidnam tractatum in hoc habito Concilio fuerit, idem Pontifex postea pro concione coram omnibus patefecit: ipsum audiamus [e]: *Residentibus* (inquit) *itaq; mecum Episcopis ac presbyteris, ac in eandem consessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electa eorum introduximus præsentari. Qui cùm deperuersitate dogmatis sui, & desolutatum suarum consuetudine multa referarent: illud quoq; seclus quod eloqui verecundum est, prodiderunt. quod tantâ diligentiâ inuestigatum est, vt nihil minùs credulis, nihil obtrectatoribus remaneret ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas nefandum facinus fuerat perpetratum: puella scilicet, vt multum decennis, & duæ mulieres, quæ ipsam nutrierant, & huic sceleri præparârunt. Præsto erat etiam adolescentulus vitiator puellæ, & Episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & vna confessio, & patefactum est exteratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt. Denique, ne apertiùs loquentes, castos offendamus auditus, Gestorum documenta sufficiant, quibus plenissimè docetur, nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam pœnitùs reperiri castitatem; in qua lex est vendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo. Hos ideo homines, dilectissimi, per omnia execrabiles atq; pestiferos, quos aliarum regionum perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia vestra penitùs abdicate, vosq; præsertim mulieres à talium notitia & colloquio abstinete, ne duces fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis.* hæc ipse. Intelligis, lector, pristinum morem in Ecclesia Romana ad præsens vsque retentum, vt Ecclesiastico iudicio conuenti & conuicti hæretici, ijdem cum suis erroribus coram populo pro concione noti fierent. Præstabant id quidem olim ipsi Romani Pontifices, postea verò per Notarios (per quos & homilias interdum suas ex scripto annunciabant Fidelibus, cùm aliquo detinerentur impedimento) id ipsum, Acta publicè legendo, perfecerunt.

e *Leo Ep. 93. cap. IV.*

Sed vnde hæ merces in Vrbem? Quis eam pestem intexit, quâ vniuersus penè populus in discrimen haud leue adducereturꝰ quæ superiùs dicta sunt, satis ostendūt: nempè excisâ per Gensericum Africâ, sicut succisâ siluâ feræ bestiæ aliò migrant; ita quæ latebant in Africa monstra, in Italiam nauigantia, in Vrbem se intulerunt, tanquàm Catholici, commiseratione digni. Cæterùm etsi vesparum examen inde conuolâsset in Vrbē; tamen in cellulis clandestinis earundem fœtus ibidem remansissent, vt quæ dicturi sumus infestiùs desæuirent. Cùm ergo de his omnibus (vt dictum est) Pontifex populum admonuisset; quod etiam officij vigilantissimi pastoris esset; ad exactam horum destructionem illud itidem pro concione populum instanter admonuit, vt omnes, quos scirent eiusmodi esse labe infectos, ad Ecclesiasticum tribunal deferrent: ait enim [f]: *Quia parùm prodest vnicuiq; quod protegente Spiritu sancto, ab istu ipse non capitur, si cum alios capi intelligit, non mouetur: Contra communes hostes, pro salute communi, vna communis debet esse vigilantia, ne de alicuius membris vulnere etiam alia possint membra corrūpi. Et qui tales non prodendos putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiamsi non contaminantur affectu. Assumite igitur religiosæ solicitudinis pium zelū, & contra sanctissimos hostes animarū omnium fidelium curā consurgat. Ideoq; enim misericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum, vt manifestato periculo excitaretur diligentia cautionis. Non sufficiat quod actum est, sed eadem inquisitio perseueret, qua hac auxiliante Deo, consequitur, vt non solùm qui recti sunt, incolumes perseuerent, sed etiam multi, qui diabolicâ seductione decepti sunt, ab errore renouentur.* hactenùs S. Leo: quibus vides omnes ciues ad delationem & inquisitionem hæreticorum magnoperè excitari. Consideratione quidem dignum est, quod huic sacro Concilio, cum Manichæorū causa tractata est, ipse S. Leo non Episcopos tantùm atq; presbyteros, sed & Senatores complures, illustresq; viros, imò & plebis partem voluit præsentem fuisse, quo eorundem scelera notiora redderentur, testatur id ipse S. Leo in epistola ad Turibium [g], verbis istis:

f *Leo Ep. 93. cap. III.*

In execrabilibus autem mysterijs eorum, quæ quantò immundiora sunt, tantò dal gentibus occultantur, vnum prorsus nefas, vna est obscœnitas, & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, solicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus peruenire notitiam; ne vllo modo possit dubium videri, quod in iudicio nostro, cui non solùm frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatûs ac plebis interfuit, ipsorum, qui omne facinus perpetrârunt, ore relatum est, sicut ea, quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, Gesta demonstrant. hæc S. Leo, qui quæ Romæ in eadem causa acta essent, voluit Hispaniarum Ecclesijs nota fieri, quæ à Priscillianistis Manichæorum simillimis adhuc grauiter infestabantur. Antea verò eadem voluit innotescere proximis Vrbi prouincijs, & alijs longè positis, quò maiori omnes ardore ad inquirendos Manichæos incitaret. Quòd enim idem Pontifex compertum habuisset, nonnullos ex eis fugâ lapsos, & ne ad examen perducerentur, ab Vrbe recessisse: cuestigiò, absoluto iam dicto Romano Concilio, de eius iudicio voluit reddi Italiæ Episcopos certiores, monens in primis, vt ad eiusmodi indagandos hæreticos omnem nauare deberent diligentiam. Epistola autem sic se habet [h]:

g *Leo Ep. 93. cap. IV.*

h *Leo Epist. 2.*

In con-

In consortium vos nostræ solicitudinis, dilectissimi fratres, admonemus, vt vigilantiâ pastorali, ne quid diabolica licere possit astutia, commissis vobis gregibus diligenter consulatis, ne is, qui Domini misericordiâ reuelante per nostram curam à nostris omnibus morbis abigitur, vestrum vobis præmonitis, & adhuc quòd agitur ignaris per vestras se dispergat Ecclesias, & suarum furtim cuniculos inueniat latebrarum; ne quod à nobis in Vrbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in Vrbe inuestigatio nostra repulit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & censura coërcuit: quos potuimus emendare, correximus; & vt damnarent Manichæum cum præsidentibus & disciplinis suis, publicâ in Ecclesia professione, & manus sue subscriptione compulimus; & ita de voragine impietatis sue confessi, pœnitentiam concedendo, leuauimus. Aliquanti verò, qui ita se demerserant, vt nullum his auxilium posset remedium subuenire, subditi legibus, secundùm Christianorum Principum constituta, ne sanctum gregem suâ contagione pollucrent, per publicos Iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in scripturis, quàm in occultis traditionibus suis habent profana, vel turpia, vt nôsset populus, quid refugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certâ manifestatione probauimus: adeò vt ipse, qui eorum dicebatur Episcopus, à nobis tentus, proderet flagitiosa in suis mysticis, quæ tenerent, sicut Gestorum vos series potest edocere.

Ad institutionem autem vestram etiam ipsa direximus: quibus lectis omnia, quæ à nobis deprehensa sunt, noss: poteritis. Et quia aliquantos de his, quos ne absoluerentur, arctiùs reatus inuoluerat, cognouimus fugisse: hanc ad dilectionem vestram Epistolam misimus per acolythum nostrum, vt effecta certior sinceritas vestra, solicitius agere dignetur & cautiùs, necubi Manichæa pernersitatis homines plebes vestras facultatem ladendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perditores & perditi, zelo fidei Dominicæ persequamur; & à sanis mentibus, ne pestis hæc latiùs diuulgetur, seueritate, quâ possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo, vt quâ debitis & potestis, solicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi sese reperiant facultatem. Vt enim habebit à Deo ingens remunerationis præmium, qui diligentiùs, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumq; plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data tertio Kalendas Februarij, Theodosio decimo Augusto & Albino viris clarissimis Coss. hactenùs Leonis ad Episcopos admonitio.

Porrò non Italiæ tantùm (vt dictum est) Episcopos, sed & alios remotiores in diuersis prouincijs collocatos voluit de rebus Romæ aduersùs Manichæos gestis reddi certiores, pluraq; eorumdem publicorum Actorũ exemplaria scribi, atq; ad eos mitti, quo omnes tantam luem discerent præcauere, & longè longiùs propulsare. Constat siquidem (vti vidimus) S. Leonis testificatione[a], eadem Acta in Hispaniam ad Turibium Episcopum Asturicensem esse missa post biennium, cùm de Priscillianistis inquirendis atq; damnandis eum admonuit, ostendens eos esse Manichæis affines. sed de his inferiùs suo loco agendum.

Cæterùm non cum Manichæis tantùm sancto Leoni Papæ his temporibus pugnandum fuit, sed & aduersùs Pelagianos etsi apertius, laboriosius bellum fuit, obnitente ex aduerso Iuliano loquacissimo Pelagiano olim Capuano Episcopo, de quo plura superiori tomo diximus. Fidem horum certaminum facit S. Prosper, dum agens de huius temporibus impostoribus, hæc de his obiter attigit, vbi ait[b]: *In Italia quoq;, nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis & Apostolico honore nominandus Papa Leo Manicheos subuerteret, conteruit Pelagianos, & maximè Iulianum: ambitiens tum quidam Florus nomine, spiritu seductionis arreptus, virtutem & meritum filij sancti Sosimari vrij assignans, cùm haud procul à Neapolitana ciuitate in suburbanorum animarum quadam promiscuit, facereq; illicita; à germano venerabilis Nostriani Episcopi, & Hilerio presbytero simul cum clericis prædictæ Ecclesiæ tentus & coërcitus, sic à præfata prouincia limitibus pulsus est.* hæc Prosper: qui cùm affirmet hoc ipso tempore se vestigium esse in Campania, referatque certamen Leonis aduersùs Iulianum itidem (vt dictum est) in Campania agentem: equidem opinor ipsum è Gallijs à S. Leone Pontifice accersitum, & in Campaniam aduersùs eundem Iulianum esse missum, qui præ cæteris horum temporum doctoribus ad eiusmodi belli genus exercitatior videbatur. At de rebus à S. Leone aduersùs Pelagianos gestis nihil præterea reperit M. Porrò S. Prosperum ab ipso S. Leone fuisse Romæ retentum, in eo eius operâ vso, in quo S. Damaso Hieronymus inseruiebat, quæ scribit Gennadius[c] de eodem Prospero, in argumentum deduci possunt. Testatur & Photius in Bibliotheca, quòd pullulans sub Leone Papa hæresis Pelagiana sæpè extincta, operâ S. Prosperi prorsùs deleta fuerit, viuente adhuc ipso sancto Leone Romano Pontifice. Additque idem Photius: *Scripsit & sanctus Leo Romanus Episcopus de Pelagianis conuersis, quomodo debeant recipi, quando conuertuntur, scripto suam opinionem damnantes.* at hæc sancti Leonis Papæ scripta desiderantur.

[a] Leo Ep. 93. c. 16.

[b] Prosp. de Promiss. Dei & quæd. temp. c. 8. in fin.

[c] Genn. d. de Vir. illust. c. 84.

Hoc eodem anno, quinto Idûs Iunij S. Cyrillus Alexandrinus Episcopus ex hac vita migrauit, cùm sedisset annos triginta duos, vt Liberatus diaconus tradit, atq; Nicephorus & Acta Synodalia docent. De die obitûs id Græci in Menologio profitentur eiusmodi elogio tanto viro dignissimo: *Natalis S. Cyrilli Alexandrinæ ciuitatis Episcopi eruditissimi, & Catholicæ fidei propugnatoris egregij, quem Summus Pontifex Cælestinus idoneum indicauit, cui vices suas in Ephesino Concilio delegaret.* Latini verò quinto Kal. Febr. eius memoriam in tabulis Ecclesiasticis adscriptam habent. De anno autem consentiunt omnes: Etenim cùm ipsa Acta Concilij Chalcedonensis, eum sedisse annos triginta duos, publicâ fide testentur ex libello Athanasij presbyteri, & Theodori diaconi[d]: cumque reperiatur ipsum creatum fuisse Episcopum anno Christi quadringentesimo duodecimo, vndecimo Kalend. Nouembris; affirmare opus est trigesimum secundum annum attigisse. Quod autem ad eius scripta pertinet, ex innumeris fermè eius lucubrationibus Gennadius hæc tantùm adnumerat, dicens[e]: *Variarum hypotheseon tractatus, homilias etiam compositas plurimas, quæ ad declamandum Græciæ Episcopis memoriæ commendantur; præterea eius libri sunt de Synagoga defectu, de Fide aduersùs hæreticos: & peculiari intentione aduersùs Nestorium librum composuit, qui attitulatur Θησαυρος, in quo omnia occulta Nestorij panduntur.* hæc Gennadius. Porrò iuxta numerum annorum eius totidem Paschales epistolas Græcè scriptas nondum editas bibliotheca Vaticana custodit, quas Latinitate donare aggressus est Metius noster, nos verò ex Græco textu fideliter exscribendas curauimus.

[d] Conc. Chalced. Act. 3.

[e] Gennad. de Vir. illustr. c. 27.

IX. CYRILLI EPISCOPI ALEXAN. OBITVS.

Quod rursus ad Cyrilli scripta pertinet, Cassiodorus[f] adnumerat eumdem S. Cyrillum inter eos, qui diuinam Scripturam à principio vsque ad finem Græco sermone explicarunt: quâ ratione dicendum esset, plurima Cyrilli periisse volumina, desiderarij; alios in epistolarem formam tractatus ab eo editos, hinc est, vt sæpè contingat aliquid Cyrilli è bibliothecarum penetralibus in lucem dari, vt haud priden epistolam ad Calosyrium Episcopum Arsenioté aduersùs Anthropomorphitas & Massalianos, qui nequaquàm manibus laborandum esse dicebant, sed semper orandum: eâ etiam ætate emergentem hæresim statim extinxit, quâ quidam assentiebant Christi carnem & sanguinẽ in Eucharistia tunc temporis tantùm esse, cùm à Fidelibus sumeretur: quod ille monstrũ vnâ hâc pentrùs voluit iugulâsse sententiâ: *Alios* (inquit) *esse audio, qui mysticâ benedictionem nihil ad sanctificationem proficere dicant, sicut ea aliquid reliquum fiat in sequentem diem. Insaniunt verò qui hæc asserunt. Neq; enim alteratur Christus, neq; sanctum eius corpus immutatur, sed benedictionis vis & facultas & vitificans gratia perpetuò in ipso existit.* hæc ibi. Habes eiusdem auctoris commentarios egregios de Adoratione & cultu in spiritu & veritate, Latinitati redditos luculentâ & elaborata, omniq; fide dignâ translatione Antonij Agellij clerici regularis, insignis doctrinæ viri, nunc Episcopi Acernensis.

[f] Cassiod. Instit. diuin. lect. præf.

X. DESCRIPTIS CYRILLI EPISC. ALEX.

Quod verò ad res ab eo gestas pertinet, his addimus de Cyrillo, quòd nullo certo consignatum inuenimus anno (ne excidat) editum ab eo summæ prudentiæ specimẽ in reuocando prolabẽte ad hæresim magno anachoretâ: qui quidẽ φ asseruisset de Melchisedech Dei sacerdote,

XI. CYRILLVS QVOMODO CVRAVIT DECEPTVM ANACHORETAM.

fuisse

fuisse eum sine patre sine matre, & sine genealogia, secundum hæresim Melchisedechianorum dictam, ipsum esse Christum, vel Spiritum sanctum asserentium, crederet pariter ipsum esse Filium Dei. Sed quomodo Cyrillus ipsum curârit, ex Vitis Patrum hæc accipe [a]: Daniel narrauit de magno sene, qui habitauit in inferioribus partibus AEgypti, quia diceret per simplicitatem, quòd Melchisedech ipse esset Filius Dei. Hoc autem indicatum est sanctæ memoriæ Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino de eo; & misit ad eum. Sciens autem quia signifer esset ipse senex, & quicquid peteret à Deo, reuelaretur ei, & quia simpliciter diceret hoc verbum: vsus est huiusmodi ratione, dicens: Abba, rogo te, quia in cogitatione mea est, quòd Melchisedech ipse sit filius Dei; & rursus alia cogitatio mea dicit, quòd non sit Deus, sed homo sit, & summus sacerdos fuerit Dei. Quoniam ergo hæsito de hoc, idcirco misit ad te, vt deprecaris Deum, quatenus tibi reuelare dignetur, de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conuersione sua præsumens, cum fiducia dixit: Da mihi tres dies induciæ, vt ego deprecer Deum de hac re: & renunciabo tibi quid mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam, deprecabatur Deum de verbo hoc: Et veniens post tres dies, dixit sanctæ memoriæ Cyrillo Episcopo: Certò scito, Melchisedech non esse Deum. Archiepiscopus respondit: Quomodo constat apud te, Abba? Et ille dixit ei: Deus ostendit mihi omnes Patriarchas, ita vt singuli eorum coram me transirent, ab Adam vsque ad Melchisedech. Et Angelus mihi assistens dixit: Ecce iste est Melchisedech. Et ideo Archiepiscope certus esto, quod sic est. Abiens autem senex, per semetipsum prædicabat, quia homo est Melchisedech: & gaudium est magnificè sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus. hæc ibi ad infinuandam miram Cyrilli sapientiam, atque cum prudentia dexteritatem. Porrò Cyrilli memoria remansit post eius obitum in Ecclesia vigens iugiter & florentissima, ore omnium Orthodoxorum præconijs frequentata.

[a] Vit. SS. Pat. de pruden. & contempl.

XII.

Ad postremum autem hîc monendum putamus esse lectorem, legi in Quinta Synodo [b] Theodoreti nomine epistolam hoc tempore Cyrilli obitûs ad Ioannem Antiochenum conscriptam, de eius morte gaudentis, & in eumdem Cyrillum plurima garrientis; quam quis æquiùs satyram dixerit, famosumq; libellum, quam epistolam. Nos verò ægrè ferentes Theodoreti nomine ferri, quod alicuius potiùs fuit Nestoriani figmentum, hîc tibi primùm ipsam reddemus epistolam, ac subinde de eius fide, qualis sit, disseremus. Inscriptio autem sic se habet:

[b] Quint. Synod. Act. 1. to. 2. Conc.

XIII. EPISTOLA NESTORIANI DE OBITV S. CYRILLI.

Theodoreti ad Ioannem Archiepiscopum Antiochiæ epistola scripta, cùm mortuus esset Cyrillus Archiepiscopus Alexandriæ.

Serò tandem & vix malus homo defunctus est: boni enim & benigni ante tempus inde emigrant, mali autem in multo tempore vitam producunt. Et arbitror bonorum omnium dispensatorem prouidentem, celeriùs quàm tempus est, ex humanis tribulationibus eos abducere, & tamquàm victores liberare luctaminibus, & in meliorem transferre vitam, quæ præmium proposita est ijs, qui pro virtute luctantur, sine tristitia & solicitudine libera: Malitiæ verò amatores & operatores diutiùs concedit præsenti vita suis, vt aut satietatem caperent malignitatis, & virtutem postea discerent, aut pœnas darent, & in hoc seculo pro molestia suorum morum longa tempore amaris & malis vitæ præsentis fluctibus æstuantes. Ipsum verò miserum nec ad exemplum aliorum dimisit nostrarum animarum gubernator, & atuis eorum potiri, quæ videntur esse delectabilia; sed crescentem quotidiè viri malignitatem, sciens & corpori Ecclesiæ nocentem, quasi quandam pestem amputauit, & abstulit opprobrium à filijs Israël.

XIV. IDOLVM NESTORIANI DE CYRILLO DEFVNCTO.

Lætificauit quidem superstites illius discessio: Contristauit fortasse mortuos: & timor est, ne prægrauati eius conuersatione, iterum ad nos remittant; vel illos diffugiant qui eum abducunt, sicut ille tyrannus Cynni Cilicium. Procurandum igitur est, & oportet tuam sanctitatem maximè hanc suscipere festinationem, & tuberecollegio mortuos asportantium, lapidem aliquem maximum & grauissimum sepulchro imponere, ne iterum huc perueniat, & instabilem voluntatem iterum demonstret. Infernis noua dogmata asserat: ibi diu noctuq;, sicut vult, sermocinetur. Non enim timemus, ne & illos diuidat aduersus pietatem publicè alloquens, & morte circumdans naturam immortalem: lapidabunt enim eum non solùm qui diuina eruditi sunt, sed etiam & Nembroth, & Pharao, & Sennacherib, & si quis eorum similis est Dei impugnator.

Sed enim sine causa multa loquor: silet enim miser inuitus: Egredietur enim (dicit Propheta [c]) spiritus eius, & reuertetur in pulueremsuum, & in illo die peribunt omnes cogitationes. Iste verò & aliud habet silentium: undata enim illius facta alligant linguam, obstruunt os, frenant sensum. silere faciunt, in terram inclinare cogunt. Ideo plango miserum, & ploro: nec enim puram mihi delectationem fecit mortis eius annunciatio, sed dolore permixtam. Lator enim & iucundor, eiusmodi pestilentiâ communem Ecclesiam videns liberatam. Contristor verò & ploro, cogitans, quòd nec requiem malorum miserabilis susceperit, sed maiora & peiora pertentans defunctus est. Somniauit (sicut dicunt) & regiam vrbem perturbare, & pijs iterum dogmatibus repugnare, & tuam sanctitatem accusare, vtpotè ea colentem. Sed vidit Deus, & non despexit: immisit verò finum in oculis, & frenum in labijs eius, & conuertit eum in terram, de qua sumptus est. Fiat verò orationibus tuæ sanctitatis, vt misericordiam & veniam consequatur, & vincat immensa Dei clementia illius malignitatem. Rogo verò tuam sanctitatem soluere nobis animæ tumultus: plurimæ & diuersæ famæ circumsonant, & nos perturbant, communes calamitates annunciantes. Quidam verò & tuam reuerentiam profectisci dicunt ad Constantium sine voluntate. Et vsq; nunc despiciebam, vtpotè falsa ista, quæ diuulgantur. Quoniam verò vidi ipsa eadem omnes dicentes, necessarium existimaui peritatem à tua discere sanctitate, vel vt rideamus vtpotè falsa, aut vt vt à meritò lugeamus. hactenus epistola: quam quidem sicut hominis Nestoriani esse non dubitamus; ita eam adscribi Theodoreto ad Ioannem Antiochenum, patens esse mendacium apparebit.

[c] Psal. 145. NESTORIANVS QVID DE ANIMA CYRILLI.

Nullum quidem verius, certiusq; dicam & fortius argumentum ad hæc refellenda putamus esse, quàm ad lapidem Lydium, ipsum exactam temporis rationem, omnia ista, vt qualia sint, agnoscantur, afferre. Quomodo, quæso, potuit ista ad Ioannem Episcopum Antiochenum Theodoretus scripsisse post Cyrilli obitum, cùm (vt superiùs apertissimè ex eiusdem Theodoreti datis litteris ad eius successorem ante annos quatuor ostendimus) ipse Ioannes ex hac vita iam decessisset ante annos quatuor; ad cuius successorem Domnum, cõmendans Felicianũ Carthaginensem profugum, litteras cõmendatitias dederat? Ante quatuor quidem annos Ioannem defunctum esse, ipsiusmet Theodoreti auctoritate ex litteris ad Dioscorum proximè recitandis luce clariùs apparebit: extat enim ipsius Theodoreti epistola [d] ad Dioscorum Alexandrinũ Episcopum data, vbi pluribus agit de reconciliatione amicitiæ à se initæ cum Cyrillo, vtuq; litterarum familiarium, quæ magnâ confidentia mutuò inter se inuicem datæ fuerunt, quarũ exemplaria seruâsse integra, ipsumq; Dioscorum earumdem conscium fuisse, testatur. Ex dictis sanè literis perspicuum fiet, quot annis Theodotus Ioannis prædecessor sederit, quotve Ioannes ipsius successor, necnon Domnus subrogatus in locum Ioannis, quem hoc anno iam quartum annum egisse in Episcopatu demonstrat. Sed ad eludendam illatã Theodoreto calumniam ista satis cùm sint, certiora reddentur ex ijs, quæ paulò pòst ex eius litteris sumus dicturi. Porrò non hanc duntaxat epistolam Theodoreti nomine confinxêre Nestoriani, sed & alias plures ad ipsum Nestorium datas, vt Leontius Scholasticus tradit, qui Nestorianorum Theodoretum calumniantium detegit impostura, atq; ait [e]: *Sciendum enim est illud, circumferri quasdam Theodoreti ac Nestorij epistolas, in quibus sese mutuò recipiunt. Sed fictitiæ sunt, nam fingunt eas hæretici. Si cui verò cognoscere libet, quàm grauì Nestorium Theodoretus odio prosecutus sit: ù librum ipsius Theodoreti de Sectis scriptum legat.* hæc Leontius. Sed quæ de Cyrillo sunt reliqua, his addamus.

[d] Theod. Epist. 13.

[e] Leont. de Sect. fol. 3.

Sanè quidem respuimus atq; exufflamus figmentum illud, incerto auctore proditum, Chronicõ nimirũ, quod extâsse fingunt apud quemdam Franciæ Regem, quo tradunt, eumdem S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum mortem obiisse montis Carmeli: cui quidem assertioni Trithemius leuiter nimis fidem præstitit. Vnde hæc, quæso, incerto auctori, si, qui certi atq; probati sunt auctores eiusdẽ Cyrilli æquales, eiusdemq; res gestas quã diligenter prosecuti, hîc nescientes, obruta silentio reliquerunt? Vel quæ apud huius temporis scriptores mentio de culto Carmelo à vitæ monasticæ professoribus? Etenim cũ apud S.

XV. NESTORIANVS QVID DE ANIMA CYRILLI.

XVI. DEFENDITVR AB IMPOSTVRA THEODORETVS.

XVII.

Hieronymum, Palladium, Euagrium, Cassianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios sæculi huius scriptores frequens mentio fit de monachis in Palæstina degentibus, nusquam penitùs apud eos de monachis Carmelitis. Facessat igitur eiusmodi de monachismo Cyrilli in Carmelo fabella, sicut illa huic haud impar, quâ traditur & Ioannes Hierosolymorum Episcopus Origenista fuisse etiam monachus Carmelita: sicut enim hæc leuiter effinguntur, ita & facilè refelluntur. Flagrans quidam cupido nobilitatis auitæ cogit interdum homines delitare. Atque de Cyrillo iam satis, quem sanctissimis viris impartiri solito honoris cultu coluit semper tum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia, eiusque scripta Catholici semper venerati sunt, ipsorumque auctorem, vt virum maximè pium assiduis benedictionibus sunt prosecuti.

Defuncto Cyrillo, suffectus est hoc anno in locum ipsius Dioscorus: qui autem eius creationem vltra biennium differunt, à veritatis tramite declinare, tum quæ dicta sût, tum etiam quæ infrà in his dicturi sumus, euidenter manifestabunt. Qualis hic fuerit, & quanta existimatione sanctitudinis hactenùs perseuerârit, prima Theodoreti ad eum data hoc anno epistola satis docet, quæ sic se habet[a]:

Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriæ.

Multis quidem & aliis virtutum generibus tuam sanctitatem exornatam audiuimus (veloxenim fama vndequaque percurrens tua gloria omnium replenit aures) celebrant autem vniuersi præcipuè tuæ humanitatis præstantiam, quam Christus Dominus præciens, se ipsum exemplar proposuit: Discite, inquiens, à me, quia mitis sum & humilis corde. Natura enim cùm esset sublimis; vel potiùs excelsus Deus, homo tamen factus, humanitatem & humilitatem in primis est amplexatus. Ad ipsum igitur tu etiam Dominer. spiciens, no intueris subditorum numerum, non thronis celsitudinem, sed naturam considerans humanam, & instabiles huius vitæ mutationes, & diuinas sequere leges, quarum obseruatio cælorum nobis regnum lucratur. Hanc tuæ beatitudinis humilitatem cùm acceperim, audeo literis tuam sacrum & Deo dilectum caput compellare, & salutare: Et preces porrigo, quarum fructus salutaris est. Harum verò litterarum auctor fuit prientissimus presbyter Eusebius: Cùm enim illum istuc proficisci audierim, hanc epistolam extempore scripsi, tuam sanctitatem in primis orans, vt precibus nos confirmes & adiuues, & tuis litteris spirituale commercium nobis porrigas, & nobis fame laborantibus admirabile tuarum literarum conuiuium largiaris. hæc Theodoretus ad Dioscorum: qui quidem, quamdiu Cyrillus vixit, illi obsequentissimus videri voluit, & talis apparuit, quasi iam omnium virtutum verticem artigisset; ita planè comparatus, vt simulationis arte summæ suæ dignitatis fuerit architectus: cui nec voluntas diuina restitit, quæ (vt sacra habent oracula[b]) regnare facit hypocritam propter peccata populi.

His acceptis Dioscorus Theodoreti literis, minimè ad eum responsum reddidit, planè ostendens se in eum infesto animo esse: sed scripsit ad Dominum Episcopum Antiochenum, de ipso Theodoreto querens, quòd adhuc doctrinam Nestorij propugnaret, quæ cùm Theodoretus accepisset, haud leuiter commotus est; quippe cùm vt Catholicus & amicus à Cyrillo eius prædecessore acceptus fuisset, ab eius successore in crimen adduceretur impietatis: quam obrem apologeticam coactus est ad eum epistolam dare; quam hic integram describendam putaui ad abstergendam suspicionem, quæ ex commentitijs scriptis in Synodo editis aduersus ipsum Theodoretum cõflata fuit, est autem huiusmodi[c]:

Theodoretus Dioscoro Episcopo Alexandriæ.

Maximum afferunt solatium sacra exempla Scripturæ illis, qui calumniam patiuntur. Quando enim aliquis ab effrenata lingua calumnijs impetitur, magna consolationis remedia accipiet, si in memoriam reuocet historiam Ioseph[d] admiratione dignam: & intuens castitatis effigiem & omnis virtutis magistrum calumniam passum, & acsi alienæ nuptias violare voluisset, in vincula coniectum, & compedibus strictum & plurimum temporis in carcere detentum; huius historiæ medicina dolorem lenit. Ita rursum cùm mansuetissimum reperit Dauid[e], vt tyrannum à Saule cœlum & fugatum, & semel atque iterum inimicum suum cepisse, & illæsum dimisisse: hunc iterum remedium tranquillitatis suscipit. Quando verò ipsum Christum Dominum, seculorum creatorem, & omnium rerum auctorem atque opificem, Deum verum, Dei veri Filium seductorem à sceleste videri appellatum, non solùm consolationem inde lucratur, sed hilaritatem maximam, quasi Dominus factus socius.

Hæc autem nunc scribere coactus fui, tuas literas cùm viderim, quas tua sanctitas Deo dilectissimus Archiepiscopo domino Domno scripsit: illic enim etiam hoc adiectum fuerat, quod nõnullis maximam ciuitatem, quæ à tua beatitudine regitur ac gubernatur, cùm occupauerint, dira aduersus eos scripserunt, quòd in duos diuidimus vnum Dominum nostrum Iesum Christum: & hæc Antiochiæ dum verba faceremus, vbi multæ myriades auditorum replerent eorum atque contentum. Et illos quidem talia confingentes deplorauimus apertam calumniam componere auibus & fingere: doluimus etiam (ignosce mihi Domine dum à dolore loqui compellor) quòd alterum animum tua secundum Deum professio non referuaret mihi integram, sed illis quæ ab ipsis falsa sunt dicta, crederet. Et quamuis illi essent tres, aut quatuor, aut quindecim; ego multæ habeo myriadas hominum, qui doctrinæ veritatem & rectitudinem testantur.

Sex enim annis ibi rego docens, tempore beatæ memoriæ Theodoti Antiocheni Episcopi, qui cum vitæ splendore polluit & fulsit, tum etiam diuinorum dogmatum cognitione; alios deinde tredecim annos tempore beati Ioannis, qui adeò obtrectabatur, dum nos conciones haberemus, vt ambas concuteret manus, & sæpiùs exultaret & prosiliret: quòd autem ille à puero rebus sacris enutritus esset ac doctus, exquisitam valdè diuinorum dogmatum notitiam haberet, litteris tuæ sanctitatis declarauit. Præterhæc, tam septimum agitur annus, quo Deo dilectissimus Archiepiscopus Dominus sedit: & vsque hodie, cùm tantum præterierit tempus, nullus neque Deo dilectorum Episcoporum, neque piissimorum clericorum, ea, quæ à me dicta sunt, reprehendit aliquando. Obserua hic lector, Theodoretum Episcopum publicum semper egisse Antiochiæ Catechistam temporibus Theodori, Ioannis, & Domni trium Antiochenorum Episcoporum, quorum singulorum tempus in sede insumptum numerat; quibus & discas annos cuiusq; ipsorum episcopatus. Sed subdit:

Quanta verò animi hilaritate & alacritate populi Christo dilecti nostras orationes & conciones audiunt, facile erit hoc tuæ diuinæ professioni ab illis, qui inde venerunt addiscere, & ab his, qui illuc proficiscuntur. Hæc autem dico, non iactantiæ causa, sed potiùs meæ excusationis coactus; neque splendorem, sed rectitudinem tantùm in meis orationibus inesse testificans. Quinimò magnus ille Orbis magister & doctor diuinus Paulus, nouissimum & vltimum se ipsum sanctorum, & primum peccatorum semper appellans, coactus tamen fuit, vt accusatorum ora obstrueret, suorum laborum adijcere vocabulorum: & offert, sanè quòd hoc necessitate, non ex animo faceret vt suas narraret passiones, addit: Insipiens factus sum, dum gloriorvos verò me cogere coëgistis. Ego autem me ipsum miserum & pauperrimum noui: multis enim obnoxius sum delictis; propter solam verò fidem in sacra apparitione & aduentu Domini die alijs quâ remissione potiri expecto.

Sanctorum enim Patrum vestigia secutus, prompto sum animo, & præcipuè incumbo, & Euangelicam doctrinam, quam sanctissimi Patres, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt sanctissimi Patres, tueri & conseruare studeo integram: & quemadmodum vnum credo Patrem, & Dominum Spiritum sanctum à Patre procedentem; ita vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum ante omnia secula à Patre genitum, splendorem gloriæ, & characterem & imaginem paternæ substantiæ propter hominum salutem carnem sumpsisse, & hominem factum, & secundùm carnem ex Maria Virgine natum esse. Ita enim nos pientissimè edocuit Paulus: Quorum Patres, ait, ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum, amen. Et iterum de Filio sic: Qui factus est ex semine Dauid secundùm carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundùm spiritum sanctificationis. Hac autem de causa & Dei genitricem appellamus sanctam Virginem; eos, qui hanc reuocant appellationem, alienos ducimus à pietate.

Similiter etiam eos, qui in duas personas, vel duos Filios, aut duos Dominos diuidunt Dominum nostrum Iesum Christum, nec probos nec sinceræ mancipamus; & abhorrem qui Christum di-

a Theod. epist. 100.

b Iob 34.

c Theod. epist. 23.

d Gen. 39.

e 1. Reg. 19, 20. 21

f Mat. 27

a XXII. CALUMNIA IN THEODORETVM ILLATA.

XXIII. THEODORETVS CATECHISTA ANTIOCHENVS.

XXIV.

b 2. Cor. 11.

XXV. THEODORETI CATHOLICÆ FIDEI PROFESSIO.

XXVI.

XVII. DIOSCORVS ALEXANDRINVS EPISCOPVS ALEXAN.

XIX. DIOSCORI PRÆCIPVA VIRTVS.

XX.

XXI. CALVMNIA PATIENTER TOLERANDA.

a Ephes. 4
b 1. Tim. 2
c Hebr. 13
d Ephes. 4

gunt, cætu segregamus. Audiuimus enim diuinum Paulum [a] dicentem: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Et iterum [b]: Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia. Et iterum [c]: Iesus Christus heri & hodie idem & in sæcula. Et alibi [d]: Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos. Et sexcentas huiusmodi alias licet inuenire apud illum vocet, qua vnum Dominum prædicant. Ita & diuinus Euangelista clamat: [e] Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Et qui eiusdem est nominis, Baptistam dico, clamat, dicens [f]: Post me venit, qui ante me factus est, quia prior me erat. Et cùm vnam personam ostendisset, vtraque posuit, & diuina & humana: humanum enim est illud, Vir, & venit; diuinum verò, Prior me erat, sed nihilominùs non alium vidit post se venientem, alium ante se existentem: sed eundem vidit ante sæcula existentem, vt Deum, hominem verò post se factum ex Virgine. Ita & beatissimus Thomas [g] ad Domini carnem manum cùm applicuisset, Dominum appellauit & Deum propter eam, quæ conspiciebatur, naturam, cùm agnouisset inuisibilem, & quæ conspici non poterat: ita & nos carnis quidem eius & Deitatis differentiam & distinctionem nouimus, vnum tamen scimus Filium, quihomo factus, & Deum Verbum.

e Ioan. 1.
f Ioan. 1.
g Ioan. 20

XXVII. DOCTRINAM PATRVM SECVTVS THEODORETVS.

Hæc enim & à diuina Scriptura edocti sumus, & ab ijs, quipsam declarârunt, & exposuerunt, Patribus, Alexandro sancto, Athanasio, & Achilla, veritatis præconibus, qui Apostolicam vestram occupârunt sedem, & Basilio, & Gregorio, & alijs orbis luminibus. Quòd verò scripsit beati Theophyli & Cyrilli nos vtimur, & eos, qui contradicere audent per hæc confutamus, & illorum ora obstruimus: ipsæ litteræ id declarant. Illos enim, qui Dominicæ carnis & diuinitatis differentiam inficiantur, & aliquando quidem diuinam naturam in carnem conuersam dicunt, aliquando verò carnem in diuinitatis mutatam esse naturam, istorum admirabilium virorum pharmacis & medicamentis eos curare studemus. Apertè enim nos duarum naturarum differentiam edocent, & immutabilitatem diuinæ naturæ prædicant, & Dominicam carnem diuinam appellant, vt Dei Verbi carnem factam. Dicere verò quod in Dei naturam ipsa conuersa fuerit, vt impium reiecerunt & respuerunt. Docuit planè Theodoretus quàm exactè sinceè in suis Dialogis: eos enim (vt ipse in præfatione testatur) ad hos refellendos conscripsit: quorum primus est dialogus, cuius est titulus, *Immutabilis*, quo ostenditur Deus carnem humanam susciens, non esse mutatus: secundus, *Inconfusus*, quo declaratur, sic diuinam naturam humanæ esse vnitam, vt tamen confusa non fuerit: tertius verò dialogus dictus *Impatibilis*, quo docet, Deum hominem factum, vt tamen diuinitas impatibilis, vt erat, permanserit. Sed pergit.

XXVIII

Quod verò beatæ memoriæ Cyrillus sapiùs ad nos literas dedit, tuam sanctitatem apertè scire arbitror: & quando sua opera, quæ contra Iulianum scripserat, Antiochiam misit; similiter cùm ea, quæ ipse de Emissario ediderat, petyisset à beato Ioanne Antiochiæ Episcopo, vt illa ostenderet magistris, qui in Oriente sciunt præstant; beatus ille Ioannes Cyrilli litteris obtemperans, libros nobis misit; quos cùm legissemus, hominem summis admirati, & scripsimus ad Cyrillum beatæ memoriæ: qui iterum nobis rescripsit, & nos diligentes ac beneuolos suo testimonio declarauit: quæ litteræ apud nos seruantur. Est planè, vnde & ex his coniuguas falsitatis literas Theodoreti nomine vulgatas, Cyrillo post obitum illudentes: nam quo ipse esset erga Cyrillum animo, & quàm minificè coleret sancti viri memoriam, literæ istæ declarant, quibus & subdit:

XXIX. THEODORETI ADMONITIO AD DIOSCORVM.

Auertatur itaque beatitudo tua eos, qui loquuntur mendacium; & Ecclesiæ quietem procuret; & eos, qui veritatis dogmata corrumpere audent, vel pharmacis & medicamentis salutaribus curet; vel eos, quicurari nolunt, vt incurabiles & insanabiles arceat à gregibus, ne eius pestis contagium omnibus communicetur: nos verò consueta salutatione dignos efficiat. Quòd enim quæ scripsimus, sentimus, testimonium perhibet quæ à nobis scripta sunt in diuinam Scripturam, & aduersus eos, qui cum Ario & Eunomio sentiunt. Præter hæc, & hoc breue & extremum adhibeo carmen: Si quis non dicit, beatam Virginem Dei genitricem, vel nudum hominem appellat Dominum nostrum Iesum Christum; vel in duos Filios eum, qui vnus est, diuidit vnigenitum & primogenitum omnis creaturæ: cadat ab ea, quam in Christum habemus, spe. Et dicat vniuersus populus, Fiat, Fiat, hactenùs Theodoreti ad Dioscorum epistola, scripta ab eo ad refellendas calumnias in ipsum oblatrantium, à nobis verò hìc opportunè relata ad redarguendam etiam (vt dictum est) erroris illam epistolam, quæ Theodoreti nomine recitata fuit in Quinta Synodo, quasi in mortuum insultâsset. Scriptam verò fuisse hanc Theodoreti epistolam ad Dioscorum hoc anno, cùm Dominus Antiochenus Episcopus septennium ageret in sede Episcopali, ipsius Theodoreti verba nuper recitata declarant; & ad hoc scriptam, vt se plenè Orthodoxum esse, perspicuâ luce monstraret.

XXX. LIGATIO DIOSCORI AD S. LEONEM ROMAN. PONTIF.

Ordinatus igitur hoc anno Dioscorus Alexandrinus Episcopus legationem ex more misit ad Romanum Pontificem: qui autem hoc functus est munere, Possidonius presbyter nominatur; eundemque esse facilè existimo Possidonium, qui aliquot ante annos, ipso exordio nascentis Nestorij hæresis, à Cyrillo Alexandrino missus fuit ad Cœlestinum. Retinuit secum aliquot diebus S. Leo Papa eumdem legatum, quem & Ecclesiasticis functionibus voluit semper esse præsentem, vt ex institutis Romanæ Ecclesiæ disceret, quid emendandam esset in Ecclesia Alexandrina. Sed & cùm ab ipso idem Pontifex quædam haud rectè in illa administrari intellexisset, redditis ad Dioscorum literis, quæ ea essent, admonuit, & corrigenda præcepit, ista præfatus [h]:

h Leo epist. 81.

XXXI.

Quantum dilectioni tuæ Dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quòd tua firmiùs desideramus fundare initia. ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cùm tibi specialis gratiæ merita (vt probauimus) suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, nec à te aliter suscipi, quemadmodum à nobis intelligi proficisci. Vnum enim nos sentire oportet & agere, vt (sicut legimus [i]) in nobis quoque vnum esse cor & anima comprobetur. Cùm enim beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in eius permaneat institutis; nefas est credere, quòd sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliqs regulis traditionum suarum decreta formauerit: cùm sine dubio de eodem fonte gratia vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri; nec aliud ordinatus tradereputuerit, quàm quod ab ordinatore susceperit. Non ergo patimur, vt cùm vnius nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus; & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur. At quinam iste paruus vsus, qui ita Alexandrinam Ecclesiam irrepserat, ipse declarat, nempe die quolibet fieri solitas sactorum ministrorum ordinationes, nullo præcedente ieiunio, cùm Romæ res tanta aliter ageretur: sed quonam modo, vt antiquiores ritus referemus, hìc describamus: subdit enim:

i Act. 4.

XXXII. DE TEMPORE CELEBRANDÆ ORDINATIONIS.

Quòd ergo à parentibus nostris propensiori curâ nouimus esse seruatum, à vobis quoque volumus custodiri, vt non passim diebus omnibus sacerdotalis vel leuitica ordinatio celebretur; sed post diem sabbati eius noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia deliganter, hoc est, sub lege diuini officij subsistuantur, in quibus hi, qui cò sacrandi sunt, ieiunij & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantiæ erit, si manè, ipso Dominico die, continuato sabbati ieiunio celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis (sicut etiam in Paschæ Domini declaratur) pertinere non dubium est. idque ex præscripto (vt docet) Apostolicæ institutionis: ac plura subijcit in commendationem diei Dominicæ. Atq; ad postremum id admonet, vt in ecclesia diebus solemnioribus sacrificium iteretur, si contingat non omnem populum capere simul vnam basilicam. Demùm verò hæc subdit de Possidonio: *Remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus: qui nostris processionibus atq; ordinationibus frequenter interfuit, & toties admissus, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus, agnouit. Data Kal. Iun.* hæc ad Dioscorum S. Leo: quibus & intelligis Romanum Pontificem omnibus Ecclesijs præfuisse magistrum, cùm ita doceat Alexandrinam Episcopum, qui post Romanam primam cathedram obtineret.

XXXIII. DIOSCORI HYPOCRISIS DIV LATENS.

Porrò quod ad Dioscorum pertinet, ipse æquè ac Nestorius, superinductâ admirandæ sanctitudinis larvâ, adeptus est tantæ Ecclesiæ sedem; cùm speciem præ se ferens humilitatis atq; modestiæ, intùs tamen superbiam cũ sum-

ma arrogantia occultaret. Nihil enim magis Dei Ecclesiæ obfuisse repetitur, quàm cùm sub inuolucro sanctitatis iniquitas tegitur, & impietas horrenda vitæ fuco religionis picta progreditur fallens oculos intuentium. Facilè namque est cauere, quos manifestos intelligas hostes: occultos autem quis effugiet? hinc in Iob [a]: *Quis reuelabit faciem indumenti eius, Portas vultus eius quis aperiet?* Ita planè Dioscorus cùm esset facinorosissimus, sanctissimus tamen videri voluit: ecenim in libellis aduersùs eum datis [b] in Cõcilio Chalcedonẽsi, fuisse quidẽ ipse Origenista, insuper & Arianus, perfidus, homicida, & incendiarius, vitaq; turpissimus, detectus est: Quietiam ad conciliandum sibi vniuersum populum, *simul ac in thronum euectus est* (inquit Liberatus diaconus) *opprimens Cyrilli heredes, & per calumnias multa ab eis auferens pecuniæ, pistoribus & cauponibus ciuitatis dedit, vt mundissimum panem, & pretiosissimum vinum viliori pretio populo exhiberent.* adiecit insuper, vt ordinatos à Cyrillo clericos, quos ille cariores habuisset, absque aliqua occasione è gradu depositos in ordinem redigeret. At de his pluribus suo loco inferiùs.

[a] Iob 41.

[b] Concil. Chalced. Act. 3.

XXXIV. Prosp. in Chron. hic Cuspinian. Bleham Bedam. HVNNORVM IRRVPTIONES IN ROM. IMPERIVM.

Hoc item anno Attila Rex Hunnorum (inquit Prosper [c]) *Bledam fratrem & consortem regni permittit, eiusq; populos sibi parere compellit.* In damnum quidem Orientalis Imperij anno superiori ijdem à suis progressi sunt finibus vnà cum alijs barbaris, nam de his hæc sub eius anni Consulibus Eudocio atque Dioscoro Marcellinus habet in Chronico: *Perse, Saraceni, Zanni, Isauri, Hunni finibus suis egressi, Romanorum sola vastârunt. Missi sunt autem contra hos Anatolius atque Asparmagister militiæ pacemq; cum eis vnius anni fecerunt. Ioannes natione Wandalus, Magister, militiæ, Areobyndi fraude, in Thracia interemptus est. Hunnorum Reges cum numerosissimorum millium in Illyricum irruerunt: Naissum, Singidonum, aliasq; ciuitates oppidaq; illyricianorum plurima exciderunt.* hæc Marcellinus: additque de comete plurima anni huius temporis parte ardere visa. At non hæc est prima Hunnorum in Romani Imperij ditionem irruptio. Siquidem sub Consulatu Valentis quinto & Valentiniani Iunioris, anno Domini trecentesimo septuagesimosexto, auctore Ammiano diximus, Hunnos ex regionibus trans Mæotides paludes positis progressos Romanum Imperium inuasisse: iterùm verò ipso exordio Arcadij Imperatoris in Orientales Romanis subditas prouincias grassatos esse, teste S. Hieronymo, & alijs eius temporis scriptoribus, suo loco narrauimus.

[c] Prosp. in Chron.

XXXV. HVNNI CHRISTIANI.

Rursum verò ante annos sex decim sub Consulatu Honorij decimotertio, cum Theodosij vndecimo Hunnos itidem vastâsse Thracias, auctor est Marcellinus in Chronico dicto anno: consedisse autem eos in Pãnonia imbutos; plures eorum Christianâ religione, eiusdem auctoris testificatione meminimus: sed quo prædicante ijdem fidem Christianam susceperint, haud licuit inuenire: putamus tamen id factum consuetudine magni illius Theotimi Scythârũ Episcopi, quẽ magnopere Hunnos esse reueritos ob ingentem virtutũ miraculorum à Deo illi concessam, testatur Sozomenus [d], nostrq; quinto tomo Annalium superiùs diximus. Porrò ad Hunnos in Pannonia cõmorantes haud ptidem Actium Ducem Romani exercitûs, se cõtulisse, vt per eos Valentiniano Imperatori, cuius tras mernerat, reconciliaretur, suo loco dictũ est; eosdemque in Gallijs posteà Burgundiones contriuisse, Prosper affirmat. At non ijdẽ protius, licèt eiusdem gẽtis, hi sunt, quos ex Oriente migrâsse, & palabundos in Illyricum vsque peruenisse, tum Marcellinus, tum Prosper testantur: nouum enim ex alueario, è nativo, inquam, solo, eiusmodi Hunnorum est progressum examen sub Attila & Bleda fratribus, quorum altero fraterna cæde sublato, alter, vtpè Attila, summam administrauit Imperij. Ita quidem, excrescente nequitiâ, à Deo flagellum paratur: vt planè secundùm illas Domini minas à Hieremia [e] populo annunciatas acciderit: *Adducam super vos gentem de longinquo domus Israël* (ait Dominus) *gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.*

[d] Sozom. lib. 7. c. 25.

[e] Hier. 5.

XXXVI. Ammian. li. 31. in pr.

Quænam ista gens fuerit, qualibusve prædita moribus, Ammianus exactè quidem describit his verbis [f]: *Hunnorũ gens monumentis veteribus leuiter nota, vltra paludes Mæotidas glaciales Oceanum accolens omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniam ab ipsis natalium suorum infantium ferro sulcantur ulterius genæ, vt pilorum vigor temporibus emergens, corrugatis cicatricibus deformetur, senescunt imberbes, absq; vlla venustate, spadonibus similes, compactis omnes firmisq; membris, & optimis cernuchibus, prodigiosè deformes & pandi, vt bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiatas stipites dolantur incompte in hominum figuras: sic & in sua vita vsi sunt asperi; vt neq; igne, neq; sapore vtantur eius, sed radicibus herbarum agrestium, & semicrudâ cuiuslibet pecoris carne vescantur, quam inter femora sua, & equorum terga subsertam fotu calefactum breui ad ficiẽ nullo vnquam tecto, sed hoc velut ab vsu communi discreta sepulchra declinant; nec enim apud eos vel arundine fastigiatum reperire tugurium potest: sed vagi, montes peragrantes & siluas, pruinas famem, sitimq; perferre ab incunabulis assuescunt. Peregrè tecta nisi adigente maxima necessitate, non subeunt: nec enim apud eos securos existimant esse sub tecto.*

XXXVII. HVNNORVM VESTITVS ET VICTVS.

Indumentũ operiuntur lintei, vel ex pellibus syluestrium murium consarcinatu: nec alia illis domestica vestis est, alia forensis; sed semel obsoleti coloris tunica colla inserta, non antè deponitur, aut mutatur ipsum diuturna carie in pannulos destructum deinde sciss ata. Galeris incurui capita tegunt, hirsuta crura coriis mundicijs bestiarũ: eorumq; calcei formulis nullis aptati, vetant incedere gressibus liberis, qua de causa ad pedestres parùm accommodati sunt pugnas; verùm equis prope affixi, duris quidem, sed deformibus, & muliebriter ijsdem nonnunquam insidentes fungũtur muneribus consuetis. In ipsis quinimo hac natione pernox & perdius emit & vendit, cibumq; sumit & potum: & inclinatus cernicis angustia tumenti, in altum sonorem ad vsque varietatem effunditur somnolentum. Et deliberatione super rebus proposita seria, hoc habitu omnes in commune consultant. Agũtur autem nulla seueritate regali, sed tumultuario primatum ductu contenti, perrumpunt quicquid inciderit.

XXXVIII. HVNNI QVALES IN PROELIIS. *palantes

Et pugnant nonnunquam lacessiti, sed ineuntes prælia cuneatim variis vocibus sonant horribilibus. Veloces, ad perniciem atrocem sunt leues, & repentini; & subitò de industria dissipati fugiscunt, & impositâ acie cum cæde vasta discurrunt, nec inuadentes vallum, nec castra hostilia pilantes* prænumia parte decernuntur: eoq; omnium acerrimos facilè dixeris bellatores, quod procul missilibus telis acuto ossibus pro sp iculorum acumine arte mirâ coagmentatis, sed dissimilibus, cominus ferro sine vllo respectu.... hostesq; cum nascentium noxijs obseruant, contortis lacinijs illigant, vt laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat, nec stiuam aliquando contigit.*

XXXIX. HVNNI SEMPER VAGI.

Omnes enim sine sedibus fixis, absq; lare, vel lege, aut vlla stabili disciplina tur, semper fugientibus similes, cum carpentis, in quibus habitant, vbi coniuges ex villis vestimenta contexunt, & coëunt cum maritis, & pariunt, & ad vsq; pubertatem nutriunt pueros. Nullus apud eos interrogatus, respondere, vnde oriturus, potest, vbi conceptus natusq; procul, & longis educatus. Per inducias insidiis & inconsultè ad omnem auram incedentes, sunt nouæ perquam mobiles, totum furori incitatissimq; tribuentes; inconsultorum animalium ritu, quid honestum, inhonestumve sit, ignorantes, flexiloqui & obscuri, nullius religionis vel superstitionis reuerentia ad à diuitijs, aurique cupidine immensa flagrantes; adeò permutabiles & trasfugales, vt eodem alliquotie die à socijs nullo irritante, sæpè discedant, eodemque propitientur, nec sine leui nutu. Hoc expeditum, ad omnitorũq; hominum genus exterũ à prædandi auitate flagrans inmanis, per rapinas finitimorum & cædes vsq; ad Achatam peruenit. hucusque de his Ammianus.

XL. *p. Ambr. de Tobia cap. HVNNI LVXORES.

Sed & de Hunnorum moribus non prætereat, quod S. Ambrosius eos ludo addictissimos esse tradit, hæcque habet, dum de fœneratoribus agit [g]: *Ferunt* (inquit) *Hunnorũ populos omnibus bellum inferre nationibus, fœneratoribus tamen esse subiectos, & cùm sine legibus viuant, alea solùm legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras fundi & arma portare, & plures vitæ quàm hostibus ictibus interire. In victoria sua captiuos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste non nouerint. Idcò nunquam belli studia deponere, quòd vitæ alea ludo, cùm totius prædæ mutuo amittant, indendi subsidia requirunt bellandi periculo. Frequenter autem tanto ardore rapi, vt cùm ea, quæ pia magni æstimant, vilissima arma tradiderit, ad vnum aleæ iactum vitam suam potestas victoris, vel fœneratoris addixerit. Denique conf. tit. quòd quidam eorum & Imperatori Romano cognitus in fide, pretium, ex*

uitutem, quàm sibi tali sorte superatus intulerat, supplicijs imperatæ mortis exsoluerit. hæc S. Ambrosius. Porrò Hunnos itidem fuisse impudicos, Salvianus[a] affirmat. Hæc autem de Hunorum moribus tum à nostris, tum ab externis petita aucturibus, à nobis haud sunt otiosè relata, sed vt videas & admireris Crucis potentiam, quæ omne genus perdomuit barbarorum: qui enim adeò feri & indomiti, truculenti, & omnis prorsus humanitatis expertes fuêre, sub iugo tãdem Christi redacti, pij, mansueti, humani, beniqni, modesti, omniq; ex parte sanctissimi euasêre, enituêrque ex eis Reges, qui maximo Christianæ religioni decori fuerunt & ornamento. Porrò talia potuisse præstari, non nisi legis Euangelicæ esse, Theodoretus libro de legibus pluribus disputat.

[a] Salvian. de ver. iudicio & provid. Dei, lib. 4.

XLI. Quod verò ad Hunnorum præsentis temporis statum pertinet: post eorum egressum, eò formidabiliores sunt redditi, quòd docti prudentiam rerum experimento, militarem assecuti sunt disciplinam sub Rege versutissimo militantes. Fuisse verò Attilam superstitione Ethnicum, tradunt; nec procès cum suis prodijsse è Hæoticis regionibus, sed cum fratre in Pannonia suis imperâsse, quod Paulum Diaconum & alios eum secutos inuenies: cùm ramè Marcellinus affirmet, Hunnos hos ante biennium sub Consulatu Eudoxij atq; Dioscori è suis ipsorum finibus exijsse. Quod autem ad grassationem Attilæ spectat in Oriente, & quomodo Theodosium sub tributo redegerit, iam diximus, suisque locis inferiùs dicturi sumus. Qui igitur anno superiori è suis sunt regionibus semel egressi in ruinam Orientalis Imperij, constat assertione Marcellini, sequenti adhuc anno, & ampliùs Orientales oras vexâsse, vt suis locis dicturi sumus. At de Hunnis hactenùs.

PLVRES HVNNORVM EGRESSVS.

XLII. Sub hoc eodem Consulatu Theodosij & Albini, idem Imperator Theodosius constitutionem edidit de releuatis ab oneribus tributarijs possessionibus eorum, qui grauamen se esse passos à mensoribus & reuisoribus agrorum prouincialium questi sunt. est eius exordium [b]: *Perfecta est ac plena liberalitas, &c.* Sed sanciendæ legis huius occasionẽ attende. Ad hęc planè spectat querela Theodoreti de Cyrensibus suis onere tributorum oppressis, & non sicut alij releuatis: extat de his epistola ipsius ad Proclum Cõstantinopolitanum Episcopum, quam nondum cusam ex prõptuario bibliothecæ Vaticanæ primùm hîc tibi describẽdam curauimus, vt intelligas Episcopos suarum suiũ non spiritualia tantùm, sed & quæ pertinent ad ipsarum bona curâsse. se habet igitur in hunc modum [c]:

[b] Nouel. Theodos. tit 33. de censur.

[c] Theod. epist. 47.

XLIII. THEODORETVS CVRAT ORI CIVITATIS TRIBVTORVM RELAXATIONEM. *Superiore anno sanctitas tua illustrem Philippum nostræ ciuitatis præsidem verum magno liberauit infortunio: & tranquillitatem adeptus propter tuæ beatitudinis protectionem, tuis laudibus nostras repleuit aures. Sed omnem illam tuam protectionem pientissimus Episcopus N. inutilem demonstrare nititur: & tam quæ ante duodecim annos sapè facta est visitatio prouinciæ calumniatur, & illam accusare contendit; quæ nec plagiarij quidem homines facere auderent. Tuum igitur sacrum caput oro, vt eius mendacia sedare facias: Præfectos q; illustres etiam persuadeas descriptionem confirmare, quam iure & humanè decreuerunt. Grauissimam enim rem & descriptionem super omnes regiones & prouincias & ciuitates nostra ciuitas passa est. Et cùm omnes ciuitates sint exoneratæ grauaminibus: hæc vna remansit, quæ hucusq; super sex myriadas & duo millia augerum persoluit, serò tamen tandem qui excelsum illum thronum obtinent, adducti, visitatores prouincia miserunt: & illorum eius cognitionem & sententiam accepit quidem magnificus bonæ memoriæ Isidorus, cõfirmauit etiam gloriosissimus & Christo dilectus dominus Florentius, & diligentius totum argumentum cùm inuestigasset qui nunc præest, & iustitia thronum illustrat, regio hanc confirmauit decreto. Ille verò veritatis amator, propter eã, quam cum illustri Philippo inimicitiam exercet, aduersus pauperes bellum suscepit. Qua de causa tuam precor sanctitatem, vt iniquæ linguæ instam linguam suam obijciat; & veritatem, cui bellum infertur, protegat, & ipsam inexpugnabilem demonstret, & mendacij arguat vanitatem.* hæc ad Proclum Theodoretus. Verùm ad Pulcheriam Augustam eodem argumento scribens epistolam, hæc magis luctuosè deplorat, delatoremq; pessimum detegit, dum ita scribit [d], à dignis laudibus eiusdem Pulcheriæ exordiens:

[d] Theod. epist. 42.

Quoniam Imperium pietate exornatu, & purpuram pulchra administratu, hæc scribere audemus, nec nostram humilitatem intuemur: Sacerdotio enim decentem tributis honorem. Hac mecum reputans, tuam potentiam oro nostram pronunciam miseratione dignam ducere, & visitationem sapiùs factam confirmari præcipere, nec audire falsas calumnias, quæ à nonnullis sunt aduersus eam; nec fide dignũ illum ducere, qui Episcopi quidem nomine se iactat habere, talia verò patrantem, quæ ne plagiarij quidem facere auderent. Hic enim tam accusatus, & excommunicationis vinculis innodatus à Deo dilectissimo & sanctissimo Archiepiscopo Antiocheno domino Domno, dum Concilium congregari deberet, vt eius accusationes & querelæ examinarentur, cùm aufugisset, ad regiam se contulit vrbem, & delatoris artem exercens, prouinciæ molestias infert, quam matrem quidem appellat, mala verò infert myriadibus pauperum; & pro ea, quam aduersus vnum exercet inimicitiam, linguam suam aduersus omnes acuit.

XLIV. THEODORETVS AVXILIVM IMPLORAT A PVLCHERIA AVGVSTA.

Qualis verò is sit, & quibus exercitijs enutritus, ego quidem non dicam, quæ nec licet cogitando. Illud tamen ipsum aperta indicat coniectura, quòd nunc facere aggressus est. De prouincia autem hoc vnum dicam: quòd cùm tota regio vectigalium diminutionem obtinuerit, hac tantùm hâc clementiâ frui minùs potuit, quamuis grauissimo onere opprimeretur. Quapropter multi quidem fundi coloris sunt priuati, multi domicilio omninò orbati: & pro his miserè omnes vectigalia soluere coguntur: sed pro autem solutionem non valentes, alij quidem mendicant, alij fugiunt, & in vnum tantùm ciuitas ipsa reducta est, qui nec ipse stabit, nisi aliquod remedij vel salutis malo adhibeatur. Spero autem, quòd vestra serenitas ciuitatis malo medebitur, & aliis iustis & sanctis actionibus suis hanc etiam adijciet. hæc ad S. Pulcheriam Augustam Theodoretus, à nobis relata occasione Imperatorij edicti hoc anno de releuatione tributorum promulgati.

XLV.

Commendatione quidem digna optimi Antistitis solicitudo, non pro animarum salute duntaxat impensa, sed etiam corporum: adeò vt nihil prætermiserit, quo suis sibi subiectis ciuibus & compromincialibus prodesse posset. Audi quid ipse in epistola ad Nomum Consulem habeat de beneficijs erga suos Cyrenses collatis: *Publicas porticus in ingressu Ecclesiarum ædificaui: Pontes duos magnos extruxi: Balneorum publicorum gessi curam: cùm ciuitatem reperissem, quæ minimè à defluente flumine aquabatur, aquæductus paraui, & ciuitatem aquis carentem aquis repleui.* hæc in epistola ad Nomum Consulem, quam aliâ occasione inferiùs suo loco integrã reddituri sumus. Sed quid præterea? quæliuit eisdem suis Cyrensibus magnâ iuduſtriâ qui languoribus ægrotantiũ mederentur. Accipe de his ipsius ad Apellam perbreuem epistolam his verbis conscriptam:

XLVI. THEODORETVS ERGA SVOS CIVES DIOSYS & Theod. epist. 81.

XLVII. QVID THEODORETVS DE PETRO PRESBYTERO MEDICO.

Cyrenaica & administrationem adeptus ego, omnes artes necessarias illi comparaui, præter has, medicæ artis peritos, vt illæ incolerent & habitarent, horti atq; sum & effect. Vnus horum est reuerendissimus presbyter Petrus, qui rationabiliter & artificiosè artem exercet, ac illam multum exornat. Nunc verò, proficiscentibus nobis multi etiam alij hanc reliquerunt ciuitatem, ac idem Petrus proficisci determinat. Hac de causa tuam precor magnificentiam, vt illius curam geras, cuius protegas: sufficiensenim est & peritus, vt morbis opem ferre valeat, & morbos pellere. hactenus Theodoretus. Ex quibus & illud intelligas, haud incongruum visum esse maioribus, Dei ministros pię charitatis officio artem medicam exercere; quod in sacris literis legerent, Lucam medicum nominatum ab Apostolo Paulo scribente ad Colossenses [e]. Tametsi posterioribus sæculis, quando & medicorum multa esset copia, ob euitanda nonnulla pericula, quæ ex eius artis exercitiæ contingere possent, id piè sanctèque fuit clericis & monachis interdictum. Sic igitur Theodoreti Cyri Episcopi exemplo vides, ita sanctos Episcopos subditis sibi populis diligenti curâ ministrâsse, quæ ad ipsorum animarum salutem spectare viderent, vt tamen quæ essent ad corporum sanitatem, & rerum, quas possiderent, bonum statum spectantia, præstare minimè prætermitterent, in omnibus optimi pastoris specimen edentes, & patres amantissimos cunctis æquè præseferentes.

[e] Coloss. 4.

IESV CHRISTI
Annus 445.

LEONIS PAP. Annus 6. THEOD. 38. VALENT. 21. IMPP.

I. DE NOMO CONSVL.

ANNVS qui sequitur quadringentesimus quadragesimus quintus, Consulatu sexto Valentiniani Augusti & Nomi (quem alij perperam Nonium dicunt) reperitur adscriptus in publicis monumentis Consulibus notari solitis. Quod ad Nomum pertinet: hoc anno Dioscorus Episcopus Alexandrinus eius operâ vsus est ad exagitandos Cyrilli prædecessoris affines, exigendo ab eis bona illius. Quàm verò tyrannicè Dioscorus in eos hoc anno agere cœperit, ex libello Athanasij eiusdem Cyrilli ex sorore nepotis possumus intelligere, in quo hæc post exordium habet, vbi cuncta ab obitu Cyrilli, quem contigisse diximus anno superiori, historia exactè describitur his verbis[a]: *Sancta & beata memoria Cyrillus magnæ Alexandriæ ciuitatis quondam triginta & duobus annis Archiepiscopus irreprehensibiliter & cum rectâ fide viuens, mihi quidem Athanasio & clarissimæ memoriæ Paulo fratri meo auunculus fuerat, meæ verò matris Isidoræ germanus. Hic moriturus testamentum condens, bono rauit eum, quicunq; ille post eum fuisset ordinatus Archiepiscopus, plurimis & magnis legatis de sua substantia, coniurans eum in scripturæ per venerabilia & terribilia mysteria, vt ipsius foueret genus, & in nullo eis laborem incuteret.*

ANGVSTIÆ ATHANASII CYRILLI NEPOTIS.

a Extat in Concil. Coalced. Act. 3. CYRILLI NEPOTES AFFLICTATI A DIOSCORO ET NOMO CONSVLE.

II. *Intendit NEPOTES CYRILLI COACTI PROFICISCI CONSTANTINOPOLIM.

Sed reuerendissimus Dioscorus, qui modo non solùm nostro, sed etiam totius illius diœceseos succedens throno, inimicitiam exercens contra eius rectam fidem hæreticus constitutus, non solùm non fuit, sed pro nihilo ducens eius terribiles adiurationes, contraria in nos operatur, omnes aduersùs nos inquirens insidias: & in principio quidem Episcopatûs (quem nescio quâ ratione sortitus est) mihi & fratri meo adhuc tunc superstiti mortem minitans, à nominatissima Alexandria quâdam nos interuentione exclusit, vt persecutionem passis exindè ad felicissimam Constantinopolitanam vrbem peruenientes sperantes mereri auxilium.

Sed intentio reuerendissimi viri talis erat, quatenùs hic teneremur & affligeremur tam ab iniquæ memoriæ Chrysaphio, quam etiam à magnificentissimo & gloriosissimo Nomo, tunc res totius Orbis habentes: quæ manifesta sunt præ manibus. Hoc enim mandauit per literas, quasi magnum aliquid prouidens memoratis, vt nos quidem ab eis consumeremur, ipsis verò nostræ captionis gratiam se habere confiteretur. Quippe illicò cùm in Regiam vrbem peruenirem, sperantes mereri auxilium, sub custodia diuersis sumus pœnis subiecti, quousq; omnia, quæ in mobilibus habebamus, darem: ita vt cùm tormenta non sufficerent, quasi pro remedio cogeremur cum grauissimis vsuris multos fœneratores inquirere: ita vt noster quidem frater clarissima memoria Paulus non sustinens cruciatus & iniurias, humanis rebus excederet. Ego autem Athanasius, & nostra matertera, & vxor & filij fratris mei malo nostro in humanis rebus permansimus, nihil aliud quàm fœneratores habentes sub grauissimis vsuris, vt de cætero nec procedendi habeamus licentiam pro frequentissima fœneratorum contra nos interpellatione, cùm non haberemus, vnde solueremus debitum. Super hæc autem vt neque habitationem aliquam haberemus: nostras domos preparauit Ecclesias fieri, meam Athanasio quarto tecto superiacentem, & quæ pro sui positione fieri non posset Ecclesia, quæ complectitur cum prædictu domibus alias etiam vicinas domos & reditus tenens, Inuidiâ planè exfauciatus Dioscorus, quòd in ea familia sexaginta fermè annis aantæ sedis dignitas & amplitudo perseuerâsset (nam tenuit eam Theophilus Cyrilli patruus annis vigintiseptem; cui succedens Cyrillus, eidem præfuit Ecclesiæ annis triginta duobus) adeò acerbam in Cyrilli coniunctos persecutionem excitauit. Subdit verò Athanasius:

IV. DIOSCORVS EXAVTORAVIT NEPOTEM CYRILLI.

Sed neque his contentus, me presbyterio priuauit, & alienum ab Ecclesiastico fecit collegio, nullâ aduersùm me factâ accusatione. Et iam agimus annum integrum errantes de loco in locum, aliquando quidem à creditoribus fugientes, aliquando & ab ipso, neque in Ecclesiis, neque monasteriis habitare permisit. Sic ergo peruenientes Athanasio in Metanæa (est id nominis suburbano magnæ Alexandriæ ciuitati, quod aliquando Canopos vocabatur, quod suburbanum ab initio & antiqua consuetudine ad refugium confugiendum constitutum est: totum enim videtur esse sub tutela venerabilis monasterij Tabennensium) verum etiam & intra fines sanctæ Dei Ecclesiæ habens & publicum balneum, in quo & reficere nostrum miserabile corpus, & tutelam ab insidiantibus sperabamus habere: in tantum autem ad impietatem memoratus reuerendissimus Episcopus declinauit, vt miseriordibus nobis omni miseratione effectis neque misereretur, neque aliquando aliquod mandatum Christi præcipere impendi. Nam præcepit, neque publicum balneum exhiberi, neque panem transmitti, neque aliquem alium cibum ibi vnumdari, ad hoc vnum respiciens, quatenus sub angustia non lauandi & famis periremus. Vnde ex multa angustia & penuria paulò minùs de humanis rebus excesseramus: quod mihi quidem optabile erat, vt à tantis malis liberarer; non autem contigit mihi per misericordiam Dei. Pecuniæ namque, quas exactuvis sumus, quædam quidem de propria nostra substantia, alia verò sub grauissimus vsuris (sicut diximus) accommodatæ vsque ad mille quadringentas plus minus auri libras extenduntur, quas à nobis magnificentissimus & gloriosissimus Nomus (hic anni huius Consulatum gerit) per virum deuotum Seuerum Magistrianum & quondam Subauditorem eiusdem deuotissimæ Magistrianorum scholæ accepit: nec enim facient illius barbari Chrysaphij vidimus. Post has omnes pecunias exegit à nostris materteræ sororibus verò sanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli, vsque ad ipsam animam, extremamq; expugnationem afflictu metu mortis, impositis auri pondo octoginta quinque. Nihilominùs & filios clarissimæ memoriæ fratris mei orbitate infelices, & eius vxorem mortem mariti sui plangentem auri pondo quadraginta soluere coëgit. hactenùs de his, quæ passi sunt Cyrilli propinqui, instigatione Dioscori, per Nomum anni huius Consulem ordinarium. Vetus exemplum, frequentiùs iteratum, de his, quæ pati soleant, siue iustè, siue iniustè ditati Episcoporum affines.

* exacti.

V. b Theo. ep. 28 Rh. 98. c Lard. epist. 58.

Ad hunc eumdem Nomum Consulem extant à Theodoreto datæ tres epistolæ[b], quarum prima perbreuis ita se habet[c]:

Theodoretus Episcopus Cyri Nomo Consuli. Bifariam animus mihi diuiditur, dum consulo, an scribendum mihi sit tuæ celsitudini. Cùm enim nouerim mentis tuæ sublimitatem, & publicas curas tibi animo inhærere, præstare arbitror silere. Cùm verò è contra sciam tuæ ventis vastitatem, tacere non possum, veritus ne inertiæ reprehendar. Impellit me etiam desiderium, quod modica illa tui affectûs experientia & sensus mihi iniecit. Satiari enim me, minùs permisit beatissimi illius hominis morbus & obitus, cuius causâ, solatij medicamentum, literas agito. Vniuersorum autem Dominum precor, vt tuam vitam feliciter ducat semper & dirigat; vt tuâ prouidentiâ omnes frui possimus. hæc ad huius anni Consulem, Nomum Theodoretus: de duabus verò reliquis epistolis ad eundem datis, suo loco opportunius agemus.

Quibus verò cladibus hoc anno ipsa Constantinopolitana ciuitas afflictata fuerit, his paucis Marcellinus[d]: *Apud Byzantium populari ortâ in Circo seditione, multi sese inuicem trucidarunt, multaq; extrinsecus hominum instar pecorum corpora perierunt. His Consulibus magna fames Constantinopolim inuasit, pestisq; illicò subsecuta: templum regiæ ciuitatis ignis crematum.* hæc ipse. Ex quo enim exorta ibi est Nestorij hæresis, & ab eius studiosis foueri (vel saltem occultè) non destitit, florentissimus ille status tum ciuitatis illius, tum totius Orientalis Imperij, in deterrimum planè omniumq; maximum mutatus est. Abominationem enim hæresum post se ducere solere desolationem, tum diuinis literis, tum exemplis frequentibus admonemur. Sed ad huius anni res Ecclesiasticas Occidentis stylum admoueamus.

VI. d Marc. Com. Chron. hic Cons. CONSANTINOPOLITANA CIVITAS DIRE AFFLICTATA. e Dan. 9. Mat. 24.

Cùm anno superiori (vt vidimus) S. Leo Romanus Pontifex Manichæos Romæ repertos ad publicum Concilij ibidem habiti perduxisset examen, vulgâsset{q}; eorundem portentosa facinora: eiusdem Papæ solertiâ Valentinianus officio non defuit, quin eosdem nefandissimos hæreticos lege editâ insequeretur. hoc igitur anno aduersùs eosdem ad Albinum Præfectum Prætorio ita rescripsit[f]:

VII. f Nouell. Valent. tit. 2. tit 2. de Manich.

Superstitio Paganorum quoque damnata temporibus, inimica publicæ disciplinæ, & hostis fidei Christianæ, ad excidium sui cle-

VIII.

CONSTITVTIO VALENTINIANI CONTRA MANICHÆOS.

mentiam nostram non immeritò pronocauit: Manichæos loquimur, quos execrabiles, & toto Orbe pellendos omnium retrò Principum statuta iudicârunt. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patiuntur. Quæ enim, & quàm dictu auditu, obscœna in iudicio beatissimi Papæ Leonis, coram Senatu amplissimo, manifestâ ipsorum confessione patefacta sunt? Adeò vt eorum quoq; qui diceretur Episcopus, & vocepropriâ proderet, & omnia scelerum suorum secreta perscriberet: quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tam detestandam Diuinitatis iniuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solùm corpora deceptorum, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Vnde, Albine parens charissime Augustorum, illustris magnificentia auctoritatis tuæ hâc nos in æternum victurâ lege statuisse cognoscat, quam in omnium prouinciarum faciat notitiam, edictis propositis, peruenire: Vt vbicunque terrarum quisquis Manichæorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publica seueritatis excipiat. Sitq; publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum, tutumq; sit, aut celare tales, aut talibus connivere, cùm omnia de his à nobis cõfirmata sint retrò Principum constituta: vt nouerint vniuersi, hâc edictali lege propositâ, Manichæos dignitate militiæ, & vrbium habitatione priuandos, ne quis innocens talium conuersatione & societate capiatur. Successiones nec capiant, nec relinquant; sed Fisci nostri viribus aggregentur. Nec eis quòd palam interdicitur, vllâ fraude quæratur. Iniuriarum careant actione: contractus liberos omnino non habeant. Primates vniuscuiusq; militiæ vel officij mox exigenda per apparitionem vestram decem librarum auri mulcta percellat, si quem hâc superstitione pollutum fuerit militare. Neque enim aliquid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta peruersitas religionis nomine, lupanaribus quoq; ignota: vel pudenda committit. Dat. VIII. Kal. Iulij, Romæ, Valentin. Augusto VI. & Numo* V. C. Conss.

*Nomo IX.

Sed & memoriâ quidem perpetuâ dignum est eiusdem Imperatoris illud descriptum, S. Leone Romano Pontifice experente, ad Aëtium agentem in Gallia Magistrum militiæ hoc anno datum in causâ Hilarij Episcopi Arelatensis, quod quidem nobilissimam rei gestæ huius temporis historiam continet: describemus ipsum, ac subinde reliqua ad eandem causam spectantia in medium adducemus, sic enim se habet[a]: Certum est nobis & Imperio nostro vnicum esse præsidium in superna Diuinitatis fauore: ad quem promerendum præcipuè Christiana fides & veneranda nobis religio suffragatur. Cùm igitur sedis Apostolicæ primatum, S. Petri beatitum, qui Princeps est Episcopalis coronæ, & Romana dignitas ciuitatis, sacra etiam Synodi firmârit auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius inlicitum præsumptio attentare nitatur: tunc enim demum Ecclesiarum pax vbiq; seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas. Hæc cùm hactenùs inuiolabiliter fuerint custodita. Hilarius Arelatensis (sicut venerabilis viri Leonis Romani Papæ fidelis relatione comperimus) contumaci ausu inlicita quædam præsumenda tentauit; & ideò Transalpinas Ecclesias abominabilis & multus inuasit, quod recens maximè tes[illegible]ur exemplum. Hilarius enim qui Episcopus Arelatensis vocatur, Ecclesiæ Romanæ vrbis inconsulto Pontifice, indebitas sibi ordinationes Episcoporum solâ temeritate vsurpans inuasit: nam alios incompetenter remouet*, indecenter alios, inuitis & repugnantibus ciuibus, ordinauit. Qui quidem, quoniam non facilè ab his, qui non elegerant, recipiebantur, metum sibi contrahebat armatam, & claustra murorum in hostilem morem vel obsidione cingebat, vel aggressione referabat; & ad sedem quietis pacem prædicaturus*, per bella ducebat.

*remouens

*prædicaturus X.

Hæc talibus contrà imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ sedis admissis, per ordinem religiosi viri Vrbis Papæ cognitione discussis, certa in eum ex his, quos malè ordinauerat, lata sententia est. Eratque ipsa quidem sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritate in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoq; perceptionem hæc ratio pronocauit, ne vlteriùs vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari, solâ mansueti Præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obuiare. Assibus enim talibus fides & reuerentia nostri violatur Imperij. Nec hoc solùm, quod est maximi criminis, submouemus: verùm ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur: hâc perenni sanctione decernimus, ne quid tale Episcopis Galliæ, quàm aliarum prouinciarum, contra consuetudinem veterem liceat sine viris venerabilis Papæ Vrbis æternæ auctoritate tentare: sed illis, omnibusq; pro lege sit, quicquid sanxit, vel sanxerit Apostolica sedis auctoritas: ita vt quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per Moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur: per omnia seruatis, quæ diuis parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt. Actis pater carissime Auguste. Vnde illustris & præclara magnificentia tua præsentis edictali legis auctoritate faciet, quæ sunt superiùs statuta seruari, decem librarum multa protinus exigenda ab vnoquoq; Iudice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. Et manu diuina. Diuinitas te seruet per multos annos, parens charissime. Dat. VIII. Id. Iunij, Romæ, Valentiniano Aug. VI. Conss. hactenùs Valentiniani constitutio: quâ facilè peruides Romani Pontificis in omnes Ecclesias auctoritatem, & ad hoc illi Imperatores inseruire, vt eius auctoritat aduersùs omnes refractarios sarta tecta custodiatur.

IVRA ROMA. PONTIL. ÆSERVANDA.

XI. VETVS CONTROVERSIA INTER VIENNENSEM ET ARELATENSEM ECCLESIAM. b Concil. Taurin. c.1.

Cæterùm quod ad propositam causam Episcopi Arelatensis spectat, vt exactè cuncta noscantur, est ipsa altiùs repetenda. Primumq; illud non ignorandum, antiquam quæstionem agitatam fuisse inter Episcopum Arelatẽsem & Viennensem; quòd ille prætenderet ius ordinandi Episcopos prouinciæ Viennensis spectare ad Episcopũ Arelatensem. Iam enim à tempore Concilij Taurinensis inter Episcopos eiusmodi de primatu controuersia agitata est[b]; hæcque definitio in illa Synodo sancita fuit: *Illud deinde inter Episcopos vrbium Arelatensis & Viennensis, qui de primatûs apud nos honore certabant, à S. Synodo definitum est, vt qui ex eis comprobauerit ciuitatem suam esse Metropolim, is totius prouinciæ honorem primatûs obtineat, & ipse iuxta præcepta canonum ordinationum habeat potestatem.* Certè ad pacis vinculum conseruandum, hoc consilio vtiliori decretum est, vt placet memoratarum vrbium Episcopis, vnaquæque de his vicinores sibi inter prouincias vendicet ciuitates, atq; eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis proximas magis esse constiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alteram sibi longius vsurpando, quod est alij propius inquietet, & hæc est definitio sanctæ Synodi Taurinẽsis.

XII.

At verò haud his contentus voluit esse limitibus Arelatensis Episcopus, qui & super prouinciam Viennensem primatum sibi vendicare præsumebat: clarissima enim vrbium Gallicanarum Arelatensis ciuitas enitere videbatur, quam Ausonius Romam Gallulam nominat[c]: aucta eadem Imperatorum priuilegijs, sed & Ecclesiasticis legibus illud olim consecuta fuerat dignitatis[d], vt ad Arelatensis Ecclesiæ Episcopũ pertinere Synodum in prouincia congregare. quamobrem Arelatensis Episcopi haud acquiescere visi sunt decreto Concilij Taurinensis; sed ordinare Episcopos, reclamantibus populis, in Viennensi & Narbonensi prouincijs sæpè tentârunt. His accessit, quòd ejecto Herote Arelatensi Episcopo, & factione Constantij tunc Magistri militum in locum eius intruso Patroclo, eidem in odium & inuidiam comprouincialium Episcoporum & Metropolitanorum contradicentium datum est ius ordinandi Episcopos non in Narbonensi tantùm Gallia, sed & Viennensi. Cùm verò idem sibi id vsurparet Patroclus Episcopus[e], aduersùs eum conquesti sunt populi apud Bonifacium Romanum Pontificem de illicita ordinatione præsumpta. aduersùs quem ipse Bonifacius Papa rescripsit ad Hilarium Episcopum Narbonensem, vt ex præscripto Nicæni Concilij singuli Metropolitani singulis præsint prouincijs: prohibuitque ne Arelatensis Antistes suæ prouinciæ fines excederet. In quam quoque sententiam posteà Cælestinus[f] Papa rescripsit ad Episcopos earundem prouinciarum Viẽnensis & Narbonensis Galliarum, nimirùm vt quisque Metropolitanus suâ prouinciâ deberet esse contentus.

c Ausonius de Clar. vrb. epigr. 7. d Conc. Arelat. 1. c. 28 tom. 1. Conc.

e Bonif. ep. ad Hilar. Epist. Narbon. tom. 1. Concil.

f Cælest. epist. 2. c. 4. tom. 1. Conc.

XIII. HILARIVS ROMAM VENIT ACTVRVS CAVSAM SVAM.

Posteà autem hoc tempore S. Leonis Papæ eadem fermè querela ad sedem Apostolicã perlata est aduersùs eundem Hilarium, nimirùm, quòd in prouincia Viennẽsi ordinatum præsumpsisset Episcopum deponereque Celidoniũ, ejusque & alium in locum Episcopi Proiecti nomine nondum mortui substituere. Cùm verò Romã idem Hilarius ad dicendam causam sponte se cõtulisset: de his omnibus conuictus, haud expectatâ sententiâ, vel obtentâ licentiâ, ab Vrbe recedens, redijt Arelatũ: aduersùs quem

[a] Nouell. Valent. inter Nou. Theodosij post Cod. Theod. tit. 24 de Epi. ord.

RESCRIPTVM ADVERSVS HILARIVM EPISC. ARELAT.

hoc ipso anno (vt ex rescripto Valentiniani colligi potest) S. Leo ad Episcopos Galliæ Viennensis prouinciæ epistolam dedit, cuius est exordium[a]: *Diuina cultum religionis, &c.* habet autem ipsius præfatione hæc de primatu Romanæ Ecclesiæ: *Huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem sem y sterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petra soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo* [b]: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: vt æterni ædificatio templi: mirabili mysteriorum gratia Dei, in Petri soliditate consisteret, hâc Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec porta contra illam inferi præualerent. Verùm hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Deo (vt diximus) ædificante, constructam, nimis impiâ vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, &c.* pergit post hæc de præsumptione Hilarij in excedendis suæ ipsius prouinciæ terminis, & de Celidonio Episcopo, eiusque causa agitata ipso præsente Hilario Romæ in Episcoporum Concilio. Subdit & de causa Proiecti Episcopi, cui egrotanti Hilarius subrogauerat successorem; cùm, etiam si mortuus esset, ad Viennensem id spectaret Episcopum, cuius in prouincia Proiectus erat Antistes. Ad postremùm verò iratis redditis his ab Hilario iniustè præsumptis, & de creandis nouis Episcopis præscriptâ regulâ, hæc in ipsum Hilarium S. Leo:

XIV. DE QVIBVS REDARGVITVR HILARIVS CONDEMNATVR.

Suis vnusquisque prouinciæ sit contenta Conciliis: nec vltra Hilarium audeat conuentus inducere Synodales, & sacerdotum Dom. ni iudicia se interserendo turbare: qui non tantùm nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis prouinciæ, quam malè visus parauerat, potestate priuatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statua reparari; cùm is, qui sibi ordinationem prouinciæ indebitè vendicabat, talis in præsenti etiam prolatus fuerit, vt cùm ipse frequentiùs temerarijs & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, sua tantùm ciuitatis illi sacerdotium pro sedis Apostolicæ pietate præceptio nostra seruauerit. Non ergo sit illi ordinatio, qui meritis sui conscius, cùm quæreretur ad accusandum, turpi fugâ se crediderit subtrahendum, exors Apostolicæ communionis, cuius particeps esse non meruit: Deo (vt credimus) hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, & ad iudicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, vt abscederet latenter, effecit. Addit his admonitionem ad eosdem Episcopos Viennensis prouinciæ, ne pro leui causa sententiam inferant excommunicationis in aliquem: præfecitq; Leontium Episcopum, vt eius consensu futuræ Synodi in ea prouincia celebrentur. Erat Leontius iste Episcopus Fori Iulij in Gallia Narbonensi, celebris famâ vir. At planè ab hoc diuersus ille fuit Leontius, qui posteà eiusdem Arelatensis Ecclesiæ Episcopatum rexit, de quo suo loco dicendum, ad quem extat Sidonij Apollinaris epistola [c], quâ ipsum his laudibus ornat: *Nostra mediocritas ætate vita, tempore dignitatis priuilegio loci, laude scientiæ, dono conscientiæ vestra facile vincatur, &c.* hæc ad Leontium Sidonius, cùm iam esset Episcopus Aruernensis. eiusdem quoque meminit in epistola ad Basilium [d]. Extat & breuis de condemnatione Hilarij epistola ad Episcopos Galliarum, nominatim verò ad prouinciæ Viennensis Episcopos, qua etiâ agitur de redintegratione ipsius Archiepiscopi Viennensis, sic enim se habet [e]:

Dilectissimis fratribus per Galliam, & Viennensem prouinciam Episcopis constitutis Leo Episcopus.

*Quali pertinacia Hilarius Arelatensis Episcopus iudicium nostrum effugerit, sanctæ vestræ fraternitas non ignorat. Vnde & iustum esse vidimus, vt quia Principis Apostolorum magnam in iudicium esse vidimus, vt quia Principis Apostolorum magnam in iudicium esse vidimus, vt quia Principis Apostolorum magnam in iudicium

chrum est in Ecclesia S. Honorati extra muros Arelatæ, in capella subterranea, quæ est subtus altare maius dictæ Ecclesiæ. Sepulchrum erat opertum prægrandi lapide marmoreo: & in fronte dicti lapidis leguntur hæc verba: Sacrosanctæ Legis Antistes Hilarius hic requiescit.

HILARII ARELAT. EPISC. EPITAPHIVM.

Extant & supersunt in eadem capella fragmenta tabulæ marmoreæ, ex quibus Epitaphium subsequens literis Romanis scriptum elicuimus:

Antistes Domini, qui paupertatis amorem
Præponens auro rapuit cælestia regna
Hilarius, cui palma obitus, & vincere Christus,
Contemnens & erat terreni corporis vsum
Hic carnis spolium liquit ad astra volans.
Spernit opes dum quærit opes mortalia vitans
Perpetuis cælum dona terrestribus emit.
Gemma sacerdotum, plebisq; orbisq; magister:
Rustica quin etiam pro Christo munia sumens
Officio vixit minimus sed culmine summus.
Nec mirum post hanc meruit si lumina Christi,
Angelicasq; domos intrauit, & aulea regna
Diuitias Paradisi tuas fragrantia sempes
Gramina, natantes diuinis fluribus hortos
Subiectasq; videt nobes, & sidera cæli.

*subiectasque.

Et ad postremum illud satis ad coronam Hilarij, quòd licèt pro tuendis (vt sibi videbatur, iustè) iuribus Ecclesiæ Arelatensis offensam meruerit tanti Pontificis; tamen quòd sanctitate non vulgari claruerit, in publicis Ecclesiæ etiam Romanæ [a] monumentis titulo meruit sanctitatis adscribi, anniuersariaque memoriâ eiusdem vbique locorum dies natalis colì. Cui sic ad breue temporis spatium contigit ob Ecclesiasticas controuersias resilire, vt maiori postea impetu, ardentioriq; animo, & acriori studio ferretur in hostes. Certè quidem hanc mediocre specimen edidit Christianæ modestiæ, dum ita exagitatus tam à Pontifice, quàm ab Imperatore (*sicut enim* [b] *fremitus leonis, ita & ira Regis*) tamen omninò conquieuit, neq; contrarijs editis, Apologijs suam causam defendit; cùm alioquì id præstandi, & vis eloquentiæ ipsi suppeteret, & iura à prædecessoribus prætensa suffragarentur.

XVIII.

a *Rom. Martyrol. die 5. May* HILARIVS SANCTITATE CLARVS.

b *Prou.* 19

XIX.

Quod verò ad eiusdem Hilarij lucubrationes pertinet, nulla præterea nobis ingenij eius monumenta supersunt, nisi data ad sanctum Augustinum epistola aduersus Pelagianos: eius enim fuisse discipulum, superiùs dictum est. Vitam quoque S. Honorati primi cultoris insulæ Lerinensis, ac deinde Episcopi Arelatensis, sui ipsius prædecessoris conscripsit, quod refertur Gennadius [c], & alij post eum: est enim funebris oratio, quâ res ab eo gestas est prosecutus: sed eam quidem carie iniquè obductam, latentè diu, haud prideà in lucem Parisijs edidit vir doctissimus Genebrardus: cui benè precamur, quòd ex ea refellantur fabulæ, seu potiùs sunt dicenda deliria incerti auctoris operis tribus libris distincti de vita S. Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediæ Regis filius & alia id genus, quæ non sine nausea legi possunt, nisi ab eo, cuius sit stommachus ferreus, & ignorantiæ vndique obductus rubigine.

c *Gennad. de eo.* VITA S. HONORATI AB HILARIO SCRIPTA

XX.

Cæterùm quod ad S. Honorati genus atque patriam pertinet, ex Senatoria illustri familia, eademque Consulis dignitate aucta ortum, idem tradit Hilarius; fuisseque patria Arelatensem, idem non obscurè significat, dum ait ipsum, duce S. Caprasio sene, conuersum in monachum, germanumque nactum comitem Venantium nomine, vitandæ gratia humanæ laudis iter arripuisse Orientem versus, nauigioque peruenisse in Achaiam: vbi defuncto eodem ipso fratre Venantio, ipsum Hilarium cum suis haud leniter ægrotantem, inisse consilium patriam repetendi, & licèt quæ nâ patria fuerit, expresse non nominet; tamen Arelatum significat, dum auctor ipse Hilarius pro cõcione alloquens suos Arelatenses, illis planè verbis insinuat, vbi ait: *Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reduxit, & occultâ manu salubritatem regressus sui temperat, &c.* quem ergo ad suos Arelatenses reductum atque regressum tradit, tanè inde recessisse significat. Redeuntem verò, primum omnium, consilio Leontij Foroiulienſis proximè degentis Episcopi, incoluisse insulam Lerinensem à serpentibus obsessam; illicque, cedentibus illis, ecclesiam & monasterium exstitisse, excepisseq; à sæculo profugos ad vitam monasticam excolendam, docet: sed & Arelatum cùm redisset, conuersum à vita sæculari ab eodem Honorato, idè qui ea scribit, affirmat Hilarius: nam ait: *Tunc primum illa patriam, quam fugiendam dudum crediderat, agnouit: educit me secum, sicam prædam, gaudet, triumphat, exultat, &c.* recenset eius in Episcopum Arelatensem assumptionem, ac tandem ægritudinem, obitum, atque funus. Ad postremum verò eiusmodi precibus, more maiorum: eundem in cœlo regnantem Honoratum interpellat; quòd certò sciret, Deiamicos, defunctos licèt, humana curare; aitque: *Memento itaq; amice Dei, memento iugiter nostri. Deo inconinuatus assistis, canens illud canticum nouum, & sequens agnum quocumq; pergit: tu illi pedissequus, tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres acceptabilis & fortis assertor, profusas ad sepulchrum tuum alumni gregis preces perfer: impetra, vt consuetudine communi omnes simul, sacerdos & populus, quæ iussisti, quæ docuisti, obtinere mereamur.* hæc Hilarius: qui sicut in Episcopatu successor illius fuit, ita in præfectura cœnobij Lerinensis post eundem S. Honoratum Maximus Abbas fuit electus, vt S. Eucherius in libello de laudibus Eremi declarat, At verò ipsum Hilarium sub Imperatoribus Valentiniano & Marciano diem clausisse extremum, Gennadius auctor est. quem tamen corrigis ex his, quæ dicentur inferiùs anno quadringentesimo quadragesimonono, ad quem annum S. Hilarius peruenisse demonstratur, decessisseque sub Consulatu Astertij & Protogenis sub Theodosio & Valentiniano Imperatoribus.

PRECES HILARII AD S. HONORATVM.

Hucusque, in præsentem videlicet annum, S. Prosperi Chronicon peruenit, quod habetur: vt intelligas ipsum principio & fine catere, decurtatumque esse: siquidem Cassiodorus de ipso ait [d]: *Sanctus quoq; Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora, & Vrbis depredationem vsq; perduxit.* mutilata quidem esse omnia, quæ præcesserant vsque ad finem S. Hieronymi Chronicon, & alia deesse in fine, lector intelligit.

XXI.

d *Cassiod. de diuin. & humanis lect. l. 1.*

IESV CHRISTI
Annus 446.

LEONIS PAP. Annus 7. THEOD. 39. IMPP. VALENT. 22.

QVADRINGENTESIMVS quadragesimus sextus Domini annus tertio Aëtij Consulatu cum Symmacho aperitur, nouis cladibus Romano Imperio ærumnosus. erenim Africa, Hispanijs atq; Gallijs à diuersis barbarorum gentibus occupatis, quę superat Britannia, à Scotis & Pictis inuasa, diră strage vastatur. Sed primùm quod ad tempus spectat; ne in errorem labendi detur occasio, emendandus est Bedæ textus in libro de Sex ætatibus, dũ tertium Aëtij Consulatum ponit sub anno vigesimotertio Theodosij, quem constat in eius Imperij trigesimumnonum incidisse. Prosecutus est huiusmodi tragœdiam luctuosam Gilda Britannus, cognomento Sapiens, stylo lugubri. Meminit autem de epistola tunc à Britannis ad ipsum Aëtium, Magistrum militię, iam tertiò Consulem hoc anno missa, qua Britannorum strages nunciabatur, rogaturque Aëtius præsto esse cum exercitu: ait enim [e]: *Igitur sum miseri mittentes epistolas reliquas ad Aëtium Romana potestatis virum hoc modo loquentes:*

I. BRITANNIA INVADITVR A PICTIS ET SCOTIS.

e *Gilda de excid. Brit. apud Bibl. sanct.*

II. BRITANNI INTERPELLANT AETIVM CONTRA INVASORES.

Aëtio ter Consuli gemitus Britannorum. & post pauca, querentes inquirunt: Repellunt nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter hæc oriuntur duo genera funerum; aut iugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquam adiutorij habemus. hucusque ex epistola illa Gildæ recitat. sed pergit ipse: *Interea fames dira ac famosissima vagè ac nutabundè haret, quæ multos eorum cruentis compulit prædonibus sine dilatione vicibus dare manus, vt pauxillum ad focillandam animam cibi caperent. Alios verò nusquam; quin potiùs de ipsis montibus speluncis, ac saltibus, dum conferti continuò rebellabant, & tum primùm ut micu per multos annos prædas agentibus strages dabant, non patentes in hominc,*

sed

sed in Deo, secundùm illud Phthonii: Necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat auxilium. hæc ipse. Subdit verò multis narrasse, quæ apud Paulum Diaconam[a] post mentionem habitam de epistola à Britannis ad Aëtium missa his adduntur: Dum Aëtius minimè annuisset, eò quòd contra vicinos hostes occupatus existeret: quidam Britannorum strenuè resistentes hos abegunt, quidam verò coacti è hostibus subijciuntur. Denique subactam Pictis extremam eius insulæ partem, eam sibi habitationem fecêre, nec inde vltrà hactenus valuerunt expelli. At verò residui Britannorum, diùm continuò Scotorum impetus formidarent, vltrò iam de Romanorum præsidio dissidentes, Anglorum gentem cum suo Rege Vertigerno ad defensionem suæ patriæ inuitauêre: quos cum adiacentibus societate exceptos, versâ in contrarium vice pro adiutoribus impugnatores esse sensêre. Saxones hos nominat Gilda, alij vtroque iuncto nomine, Anglosaxones. Quando autem Angli potiti sint insulâ, suo loco dicturi sumus.

a Paul. Diacon. lib. 14 pro pass.

III. Sed vnde tot mala? non aliunde quidem, quâ ex erumpente scaturigine peccatorũ: quod pluribus ac vehementiùs idem Gilda deplorans, ista subinfert de Britannis non tantùm omni genere sordium inquinatis, sed odio & irâ (quod desperatorum est) aduersus optimos exardescentibus: Si quis (inquit[b]) eorum mitior, & veritati aliquatenùs propior videretur: in hunc quasi Britanniæ subuersorem, omnium odia, telaq; sine respectu contorquebantur, & omnia, quæ displicuerint, Deo placuerint, æquali saltem lance ponderabantur. ac paulò post: Et non solùm hæc seculares viri, sed & ipse grex Dominj, eiusq; pastores, qui exemplo esse omni plebi debuerint, ebrietate nunc plurimũ, quâ vino madidi torpebant, resoluti, & animositatem tumore, turgiorum contentione, inuidiæ rapacibus vngulis, indiscreto boni malig, iudicio carpebantur, &c. pluribus prosequitur eorundem scelera: nec sibi satis eo commentario miscere cum luctu querelas, sed peculiarem conscripsit aduersus clericos inuectiuam, quam eiusmodi notauit titulo: In Ecclesiasticum ordinem acta correctio. cuius hîc saltem reddemus exordiũ, ex quo cætera mediteris:

b Gilda de excid. Brit. BRITANNORVM VOCATIS DEI IRA IN VLTIONEM EXCITATA.

IV. SACERDOTVM ECCLESIAS. Britannia habet sacerdotes, sed nonnullos insipientes: quamplurimos ministros, sed multos impudentes: clericos, sed quosdam raptores & subdolos: pastores (vt decuntur) sed occisiones animarum lupos paratos: quippe non commoda plebi prouidentes, sed propriæ plenitudinem ventris quærentes: Ecclesiæ domos habentes, sed turpis lucri gratiâ eas adeuntes: populos docentes, sed præbendo interdum pessima exempla, vitia, malosq; mores: rarò sacrificantes, ac rarò puro corde inter altaria stantes: plebium ob peccata non corripientes; nimirùm cadem agentes, præcepta Christi spernentes, & suæ libidines votis omnibus implere curantes: sedem Petri Apostoli immundis pedibus aliquos vsurpantes, sed merito cupiditatis in Iudæ traditoris posteriorem cathedram desidentes: sapius detrahentes, rarò vera dicentes, veritatem pro inimico odientes, ac mendacijs ac sibi carissimis fratribus fauentes: iustos inopes, inanes, quasi angues torui vultibus conspicantes, & scelerates diuites absq; vllo verecundiæ respectu sicut cœlestes Angelos venerantes: egenis eleemosynam esse dandam summus labijs prædicantes, sed ipsi vel obolum non dantes: nefanda populi scelera tacentes, & suas iniurias quasi Christo erogatas amplificantes: religiosam fortè matrem, seu sororem domo pellentes, & externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter accipientes, &c. addit de inexplebili eorum appetitu gloriæ & ambitione, de auaritia, simonijs, præposteriisque ordinationibus. Sed omittamus vertere sentinam putredinum & cloacam turpitudinum penetrare: vt planè manibus sit contrectare iustum libratumque æquâ lance Dei iudicium, cur incolæ scelerati dati in gladio, & puniendi eos barbari pro mercede sint vocati ad fidem: vt ita illam contigerit impleri sententiam[c]: Non plebs mea vos: & vocabo non dilectam, dilectam; non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. hæc de Britannis pro temporis ratione modò satis.

c Osee. 2. Rom. 9.

V. TERRÆMOTVS INGENS IN ORBE. Sub huius quoque anni Consulibus (inquit Marcellinus) ingenti terræmotu per loca varia imminente, plurimæ vrbes, & ipsa (nempè Regiæ ciuitatis Constantinopolis) muri recentes adhuc ædificatione constructi cum quinquaginta septem turribus corruerunt: saxa quoq; ingentia in Foro Tauri, dudum super sese in edificio posita, sine vllius lesione collapsa sunt: plurimis nihilominùs ciuitatibus collapsis, fames & aëris pestifer odor multa millia hominum, iumentorumq; deleuit. hæc Marcellinus. Hicille planè est pauendus & horribilis terræmotus, in quo, sursum turbine sublato puero, auditum est ab eo cani Trisagium: quamuis apud Paulum Diaconum atq; Cedrenum perperàm ponatur anno trigesimo Theodosij Imperatoris: apud alios verò ante biennium. Sed cùm nulla sic memoria annis superioribus, dum sedit Proclus, sub quo omnes id contigisse ferunt, terræmotum aliquem factum esse, nisi hoc anno, quo à Marcellino ponitur, eidè assentimur, vt antiquiori omnium Chronographo; meritoque in eam imus sententiam, vt hoc anno id acciderit.

VI. Huius quidem tanti prodigij cùm plures auctores meminerint, Nicephorus è veteribus illud exactè describit his verbis[d]: Adhuc Theodosius imperabat, & terræmotus magnus & admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facilè superauit. Num ad mensis sex maximè durauit. & non ex interuallo, sed motu continuo omnia concussit, idq; per Orbem ferè vniuersum: adeò vt non solùm in vrbe imperante (nempe Constantinopoli) turres in præceps ruerint, & muros varijs in locis ruptum sit, verùm etiam Chersonesum ædificium illud quod Macronrichos, hoc est longum murum vocant, simul omne conciderit, & innumerabilia vbiq; locorum magnorum operum, templorumq; ædificia passum verint.

d Nicepb. lib. 14. c. 46

VII. MISERANDI CASVS EX TERRÆMOTV. Terræmotus iste Alexandriam quoq; attigit: Antiochiæ autem impetu vehementiore imminens, præcipua quæq; spectacula maximè comminuit. Et innumerabiles accidêre casus, non terrâ tantùm, verùmetiam mari. Alicubi etium terra dehiscens vicos frequentes absorbuit: alicubi fontes non exigui subitò exaruêre: quibusdam in locis vbertim aqua profluxit, quæ ibi antè esse solita non fuerit: arbores multæ vnà cum truncis suis radicitùs euulsæ: aggeres plurimi derepente existentes, in montes: gentes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentu magnitudine mortuos velut fundâ eiecit. Insulæ plures vnà cum incolis suis submersa hodie quoque non apparent. Naues, vndu coortum deficientibus, in aridâ, velut medio mari, immobiles consistere visæ. Cladem ex eo terræmotu pluriminm sensêre Bithynia, Hellespontus, vtraq; Phrygia, & Orientis pars maxima: sicuti dictum est, inuasit quoq; Occidentis regiones plures. Et cùm longo durâsset tempore, non eâ quâ cœperat vehementiâ grassari perseuerauit, verùm sensim de impetu aliquid remisit, donec prorsus conquieuit. Clades ea talis fuit.

VIII. QVÆ PASSA CONSTANTINOPOLIS EX TERRÆMOTV. Byzantij autem in maximum coniecti metum, à ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt, & extra vrbem in Campo, qui dicitur, morati sunt vnà cum Imperatore Theodosio & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumq; vt propitius eis esset, & ab imminenti calamitate Orbem liberaret, obtestantes. Et cùm aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eâm ex fundamento ipsi extirpatum iri verentur, & omnes litanijs & supplicationibus dediti collachrymarent, & ex profundo intimoq; animo misericordiam diuinam implorarent: tum miraculum præter opinionem omnium, quod sensum & mentem omnem excedat, sed secutum est.

IX. PRODIGIVM DE PVERO. Subitò namque è gradibus spectantibus omnibus, diuinâ quâdam vi puer in aërem sublimis ad cœlestem vsque tractum, ita vt tamen apparet, sublatus, diuinam vocem, quâ Angelis Deum laudibus ferre mos est, audiuit: eâque voce perceptâ, rursum priore puer per aërem via reuersus descendit, & Episcopo Proclo ipsiq; Imperatori, & multitudini omni supplicationibus operam dantes, Deumq; hymnis celebranti, ab Angelis canentibus se verba hæc audisse, renuntiauit: SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOSTRI. Quæ vbi Proclus intellexit, statim ad cum modum populum psallere iussit: & terræmotus statim ettam constitit, omniumq; quies. Imperator verò Theodosius, & in feminis admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, constitutione Imperiali confestim, vt per Orbem omnem hymnus diuinus iste contineretur, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quemlibet tantùm die vsurpat, sed etiam (vt simpliciter dicam) tumultuosè carminis & laudis Dei initio ante omnia plene ore præmittit. Puer verborum eorum mysterium executus statim vitâ defunctus est, & in magna Ecclesia, quæ Pax in nomen obtinet, conditus. Locus autem, in quo ille in sublime actus est, postea ὑψωσις Θεου, id est, Diuina exaltatio, vocatus est, Notum ventum pro vrbe Constantinopolitana spectans, &c.

X. Meruit res tanta ad posterorũ perpetuum monumentum

PVBLICA TESTIFICATIO MIRACVLI.

rum antiuersariâ conseerari memoriâ, tabuliſq; adſcribi Eccleſiaſticis, dieſq; ſignari, quo tale prodigium hactenùs inauditum euenit: conſeruant eam reuerenter Græci, qui ex antiquo ipſorum Menologio eadem annuatim in Eccleſia publicè legunt, quæ ſic ſe habent: *Die 1 ageſimaquartâ Septembris, imperante Theodoſio, terræmotus factus eſt magnus, & talis, qualis nunquam antea factus fuiſſe commemoratur. Quo factum eſt, vt totus populus vnà cum Imperatore & Patriarcha exierit extra vrbem in locum, qui dicitur, Campus, propterea quòd ſine ceſſatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cùm igitur Imperator ipſe Theodoſius, & Proclus Patriarcha, & totus populus litaniis & ſupplicationibus diuinam opem implorarent: repente puerulus quidam de media turba in aërem raptus eſt. Omnibus autem præ timore clamantibus Kyrieeleiſon, deſcendit puer, & voce magnâ populum compellans, petit, vt Triſagium in hunc modum decantaretur: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miſerere nobis. quæ cùm dixiſſet, animam Deo reddidit, & terræmotus quieuit.* hactenùs in Menologio, cuius publicæ memoriæ teſtificatione rem tantam teſtatam volumus reliquiſſe.

XI. Sed rem adeò ingentem, omneq; humanum ceptum penitùs ſuperantem, ſpectatiſſimis adhuc coboremus teſtibus, nempe ſanctiſſimis Epiſcopis Orthodoxis temporis huius ſcriptoribus rem geſtam, vti ſe habuit, recententibus, dum inuehuntur in Petrum Epiſcopum Antiochenum hæreticum, vt inter alios Aſclepiades Trallianus Epiſcopus, qui vbi eiuſmodi narrauit hiſtoriam, hæc adijcit: *Hoc clarè non vni, vel duobus, ſed vniuerſo mundo notum fuit.* ad ipſum Acacius Epiſcopus Cõſtantinopolitanus de eadem re Conſtantinopoli ob oculos facta teſtatur. His adde Latinos, nempe Iuſtinianum in Sicilia Epiſcopum hæc eadem ex Synodo publicè ſcribentem; iungeque Quintilianum Epiſcopum Aſculanum eodem tempore eadem teſtantem: adijce & ad poſtremum S. Felicem Romanum Pontificem, ad eandem Antiochenum Petrum ſcribentẽ, & eandem hiſtoriam enarrantem. extant horum omnium epiſtolæ integræ, nullaque ex parte labefactatæ; quas conſulere pro tuæ voluntatis arbitrio poteris. habentur intextæ vnà cum eiuſdem Felicis Papæ decretis tomo ſecundo Conciliorum recentioris editionis.

XII. Portò diuinitùs hoc hominibus tum allatum canticum nobili ſcriptione explicuit pluribus S. Ioannes Damaſcenus, edito de Triſagio commentario, narratamque hiſtoriam recenſet ac probat, qui & in libro de Fide Orthodoxa[a] rurſum eius meminit, eandemq; hiſtoriam repetit, ditq; de eodem Triſagio cognito, atq; in Chalcedon eſi Concilio comprobato: poſt enim rei geſtæ permiſſam narrationem: *Quæ* (inquit) *in ſancto & magno ac vniuerſali quarto illo Concilio, quod Chalcedone coactum eſt, ita cantatus fuiſſe hic hymnus traditur: ſic enim inter huius ſacri Concilij Acta refertur. Quamobrem ridiculum ſanè fuerit, illum ab Angelo proditum, & incumbentium malorum depulſione confirmatum, ac prius etiam à Seraphim decantatum ter ſanctum hymnum, vt poté quo tres Deitatis perſonæ declarentur, Cnaphæi ſtultitiâ & nullâ ratione nixâ opinione, tanquam ſcilicet ille Seraphim antecellat, obtineri, ac (ſi ſuperis placet) emendari. O inſignem arrogantiam, & dicam amentiam! Nos verò (diſrumpantur etiam licèt damones) ita dicemus:* SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOBIS. hactenùs Damaſcenus. Portò decantatum reperitur Triſagion in fine primæ Actionis Chalcedonenſis Concilij, vbi Dioſcorus damnatus eſt, eiuſdemq; impietatis conſortes hæretici æquè ſciecti.

XIII. CVR HOC TEMPORE TRISAGIVM PROPALATVM. Cùm autem id, hoc potiſſimùm tempore, fuerit Angelico miniſterio per puerum hominibus patefactum, cauſa quidem in promptu eſt. Magè à ſanè diuina prouidentiâ factum eſſe videtur, vt cùm Eutyches in ſecreto cubiculo & penetralibus monaſterij, aduerſus Diuinitatem pugnaturus, ſuper in eudem obduratæ perfidiæ blaſphemiæ fulmina fabricaret, quibus labefactanda foret, ſi liceuiſſet, ipſa Diuinitas, dum ſic in Chriſto vnam naturam ſicuti vnam perſonam prædicans, Diuinitatem eſſe paſſam ſicuti humanitatem, in neceſſariam aſſumptionem deduceret: aduerſus nouum hunc Hagiomachorum ducem Dei benignitas non fulgur intorſerit, ſed canticum præparârit, quo Diuinitatis immortalitas vbique gentium caneretur, & per ipſum offenſi numinis conciliatio imploretur. Sic planè diuinæ prouidentiæ eſt humano conſulere generi; antè parare arma, quam inſter prœlium; medicamenta cõficere, antequàm venenum irrepat in præcordia; atq; ante venturam famem horrea frumento replere. Quando autẽ primùm detectus ſit Eutyches, qui dira regimine ſanctitatis obtectus delituit, ſuo loco inferiùs dicturi ſumus.

Seù quid de inſtauratione mœnium collapſorum dicat vnà cum alijs Nicephorus, accipe: poſt enim recenſitam totam illam de terræmotu tertam hiſtoriam, & canticum cœleſtis miſſum, ad inſtitutam narrationem hæc adiecit[b]: *Imperator vbi terræmotus timore liberatus eſt, illicò Conſtantinopolitana vrbis muros reficere aggreſſus eſt: & maiorem mœnium partem, quæ in ſuccoloco ſunt, perdies ſexaginta in eam, qua nunc cernitur, formam Anthemius reſtauraut, ingenti vrbis amplitudini pomœrijq; polata adiecta. Cyrus autem Præfectus Vrbis reliquum qui concíderat, & vi temporis labefactatus fuerat, murum renouauit, atq; in ſublimem altitudinem, vrbe veluti in nouam redacta formam, conſtruxit. Et cùm aliquando Imperator in Hippodromo equeſtre exhibens certamen ſtaret, Byzantij ſtructurâ Cyrâ delectati, magnificam illam emiſêre vocem: Conſtantinus condidit, Cyrus reſtauraut: Qua ex cauſa irâ perſtrictus Princeps, Præfecti dignitate, illo ſub pretextu, quòd Græca ſuperſtitionis cultor eſſet, homine ademit. & ſubſtantiam eius omnem publicauit.*

XIV. b Niceph. l. 14. c. 40 MOENIA VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ INSTAVRANTVR.

Hæc quidem paſſus eſt Cyrus, etſi inuidiâ (vt videbatur) Principis, iuſto tamen iudicio; ſed bono ſuo ceſſit: Qui enim inter tot ſigna atq; prodigia adhuc deorum cultor perſeueraret, violento aliquo remedio ab eo mentis delirio curandus erat, & ſanæ menti reddendus: dũnamque hiſce neceſſitatis vinculis alligatus, in ordinem redigitur, pro ſalute ad Deum Chriſtianorum, in Eccleſiam confugiendo, licèt inuitus, adire cogitur. Subdit enim de eodem Cyro Nicephorus: *Ille autem animum deſpondens, ad Eccleſiam confugit, & in ſacrum ſacerdotum ordinem allectus. Smyrnæorum præſuit vrbi. Smyrnæi vbi illum audiuêre Gregorium ſacra coluiſſe, communionem eius ſunt auerſati. Cyrus autem ad eos in Eccleſia talia verba fecit: Viri amici, Natiuitatem Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſilentio celamus, quoniam audituetiam ſolo in Virgine ſancta conceptum eſt Dei Verbum. Et gloria ſit in ſecula, Amen. Ac deinde gratum omnibus fuit, & Eccleſiam pie gubernauit.* hæc de Cyri in ſedem Smyrnenſem promotione; alij autem Cotyci eum dicunt fuiſſe creatum Epiſcopum; ſed ex vna in aliam ſedem tranſlatum exiſtimamus. De templo inſuper ab ipſo in memoriam Dei Genitricis erecto idem auctor hæc ſubdit:

XV. DE CYRI PRAVITATE.

XVI. TEMPLVM DEI GENITRICI A CYRO ERECTVM.

Hujus quoq; eſt opus templum Dei Genitrici dicatum, quod Cyri dicitur: in quo fama eſt Romanum illum canorem eximium propter carmina decantata honorem & præmium virtutis à Dei Genitrice accepiſſe. Templum autem id huiuſmodi occaſione iſtic eſt erectum. Cupreſſus in eo locoingens & procera ſunt, inopia ſuperioribus temporibus, neſcio quomodo, imaginem Dei Genitricis quidam occultauit. Cùm autem multum præterciſſet temporis, & imago lateret, ipſa ſe ipſam indicauit. Cupreſſus enim immenſo corruſcans lumine, perinde atq; fax vna ardere viſa eſt, & ingens etiam miraculorum vis ab obſcura & latente efficacia manauit. Vbi autem quidã curioſitate laudatâ arborem conſcendit, imaginẽ, vnde miraculum vis proſiuxit, apparuit. Quapropter Cyrus loco ri honorem habens, pulcherrimum & maximum Dei Genitrici conſtruxit templum. hucuſq; Nicephorus.

XVII. DE MIRACVLO EX IMAGINE SALVATORIS.

Sed quòd in his verſetur oratio, rem publicis monumentis æquè teſtatam, & in Eccleſia publicè legi ſolitam his addamus, quæ ex ſcripto antiquo codice *S. Mariæ ad Martyres* eodem argumento edita recitari in Eccleſia conſueuit, his verbis: *In Eccleſia S. Sophiæ Conſtantinopoli exſtat puteus, qui ſanctus dicitur, tectus cooperterio deaurato, argento, exornato, de quo iſta ſcribuntur. Chriſtianus homo in tanta domus ſuæ erexerat imaginem Saluatoris; quam Iudæus odio Chriſtiana religionis noſtræ furto abſtulit, cultroq; eius vultum punxit, ex qua inflicto vulnere, magna copia ſanguinis effluxit. Iudæus, veſtes aſperſas quasmagno timore affectus, eandem acceptam imaginem in propinquum puteum coniecit, & reuerſus eſt in domum ſuam: quem cum ſanguine aſperſum eius vxor videret, in ſuſpitionem adducta eſt patratæ ab eo fuiſſe homicidium; quod ille negauit:*

a Ioan. Damaſc. de fide Ortho. lib 3. c. 10 RECEPTA A PATRIBVS HISTORIA.

sed maiorem augebat suspicionem, dum eum timere & tremere cerneret.

XVIII. *Mane autem facto, venerunt ex more, qui ex publico puteo hauirent aquam: sed cùm pro aqua sanguinem sese hausisse conspirent, magno sunt horrore exterrefacti: reque statim per vrbem vulgatâ, aduenit illuc tandem Praefectus vrbis, quod existimaret illic cadauera occisorum esse proiecta. Quae de causa totum puteum iussit exhauriri aquis, in cuius fundo non hominis alicuius corpus occisum inuenerunt, sed sacrosanctam imaginem Saluatoris, vulnere perforatam, & è vulnere recentem adhuc sanguinis guttam fluere, vt vnde sanguis emanâsset, certo indicio doceret. Eam Praefectus acceptam ad Imperatorem attulit. Cuius iussu, vocepeconis inquiri iubetur, qui adeò sacrilegum facinus perpetrâsset; promittens indulgentiam criminis ei, qui sponte sese eum proderet, paenam capitis secùs facienti comminatus. Quae cùm Iudei vxor audisset, de viro suo suspicionem concepit, secretoq; eum detulit Magistratui: à quo missis apparitoribus captus iussus est. & ad Imperatorem perductus, rem ipsam absque tormentis, vt se habebat, palàm fecit, contestatus se fore Christianum. Qui vnà cum vxore baptizatus est. Ipsa verò Saluatoris veneranda imago super puteum collocata est, puteus autem ambitu murorum intra sanctam Ecclesiam comprehensus. Cuius rei gratiâ Kalendis Nouembribus in sacris memoriam ea historia recitari consuevit.* hæc ibi: sed quo potissimùm tempore id acciderit, nusquam mentio: non tamen puto ante Nicænam posteriorem Synodum, quòd de re tam grandi nulla ibi mentio habeatur.

XIX. Sed redeamus ad Cyrum: & quid de eo in rebus gestis S. Danielis Stylitæ omni fide conscriptis memoriâ dignum habeatur, hîc describamus: qui enim illa collegit Acta, ista habet[a]: *Cuidam Cyro, qui priùs quidem fuit Praeses, postèà autem ad sedem Episcopalem cinitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyeii, euectus est, & ab illa postèà discesserat propter quandam motam aduersus eum calumniam, erat filia nomine Alexandra, & eodem modo erat affecta, quo ille, quem priùs diximus, & grauiter vexabatur à daemone.* Eius ergo pater, *cùm Sanctus eo venisset in mentem, ad ipsum ducit filiam, naturali benevolentiæ alium commiscens ardorem, nempè fidei. Simulatq; ergo Sancti manus eius capiti fuerunt impositæ, fugatus est spiritus; & qua laborabat statim consecta est sana. Porrò autem huic quoque miraculo fuit alterum coniunctum. Iam verò Cyrus Sancto valdè confidens, eius vtebatur gratiâ. Vnde etiam vxorem eius, cui suorum agrorum fuerat mandata cura, quæ ipsa quoque erat daemoniaca, duxit ad ipsum. Nec eum sua fefellit fiducia, sed ea quoque cum filia mundata fuit à rabie daemonis.* hæc quidem (vt reor) idcircò Cyrus meruit à dæmonibus aduersa pati, quòd diutiùs ipse in idolis extitisset eorundem dæmonum venerator: vt hoc pacto magis magisque in Christiana stabiliretur fide, dum quanta esset dæmonum imbecillitas, & hominis Christiani aduersus eos potentia, facilè intelligeret. Quid autem postea Danieli de acceptis memor beneficijs Cyrus præstiterit, ab eodem auctore accipe: *Pro his (inquit) magnas ei habens & agens gratias (erat enim doctus & humanis literis eruditus) in posita illic columna, super quam vitam agebat Sanctus, epigrammà posteà insculpsit, quod sic habet:*

Hic stat vir, qui ventos, quibus vndique impetitur; non timet:
Ambrosia autem vtitur alimento, & siti est expers humana:
Altis verò radicibus fundauit aedificium, columnâ duplici.
Est enim radix Simeon, Filium praedicans matris corruptionis expertis.

ita Cyrus Simeonis Stylitæ memoriam habens, quod tam sublime & inaccessum viuendi genus ipse primus aggressus esset, cuius exemplum Daniel imitatus fuerat. Porrò ista de Cyro & Daniele longè post hæc tempora contigêre, vt ex his, quæ de eodem Daniele & Simeone inferius sumus dicturi, patebit. Lucubrationum verò nobilissimi Cyri ingenij extat carmen, cuius est titulus, *Veritas exulans*; quod tempore suarum angustiarum elaborâsse visus est. At de Cyro viro clarissimo satis, quem vexatio impietatis exuit, & reddidit DEI beneficio religiosissimum Christianum.

XX. Hoc eodem anno vigesimaquartâ mensis Octobris S. Proclus Constantinopolitanus Episcopus, ex hac vita migrauit: cuius quidem rei testes sunt Græcorum tabulæ Ecclesiasticę, in quibus hæc scripta leguntur[b]: *Commemoratio S. Patris nostri Procli Patriarchæ Constantinopolitani, qui sacrarum literarum peritiâ & probitate morum insignis, cùm annos duodecim & menses tres Episcopatum benè exisset, in pace migrauit ad Dominum hac die vigesimaquartâ Octobris.* ita ibi. Nicephorus in Chronico de tempore sedis eius ad ipsum habet: ex quibus emendandus est Nicephorus alter, Callistus dictus, qui sedi Procli annos tantùm vndecim tribuit[c]. De Procli scriptis nihil prætereà quàm homilias legi, & detractione diuinæ Missæ perbreue scriptum, quo asserit Missam prolixiorem olim fuisse, sed à S. Basilio primùm, & inde à S. Ioanne Chrysostomo ob socordiam & tædium stertentium potiùs, quàm astutiæ Christianorum esse redditam bremiorem.

Defuncto igitur Proclo, in eius locum subrogatus est Flauianus. *Erat hic* (inquit Nicephorus[d]) *sacrorum donariorum magnus Ecclesiæ custos, dignitate presbyter, vitâ autem coelesti praeclarus. Creato itaque Flauiano Episcopo Constantinopolitano, Chrysaphius eunuchus, qui plurimùm apud Theodosium Imperatorem valuit, cùm minùs gratam haberet eius ordinationem, suggessit Imperatori, vt Patriarchæ significaret, & electionis, seu consecrationis gratiâ aliquod sibi benedictionis loco mitteret munus. Cui sanctus Flauianus panes puros misit. Chrysaphius contrà, aurum loco benedictionis esse mittendum, contendit. Ille respondit, non sibi esse talium rerum copiam, nisi fortè ad hoc sacris vteretur templi donarijs; satisq; scire Chrysaphium, Ecclesiæ vasa Deo & pauperibus esse debita. His verbis offensus Chrysaphius est, & S. Flauianum infenso habuit animo.*

XXI. Porrò Pulcheria Augusta nihil horum conscia erat. Chrysaphius interim nullum non mouit lapidem, vt Flauianum è sede turbaret. Cùm verò id omninò, dum Pulcheria summam rerum administraret, fieri nonposse videret: Eudociam Augustam, quæ nondum in Palæstinam reuersa erat, solicitauit; eamq; paulatim aduersus Pulcheriam concitans, persuadet, vt Praepositum domûs Pulcheriæ, qui summam rerum administrabat, sibi adsciscret. Eudocia persuasa Imperatoris tentauit animum, vt Praepositum illum à Pulcheria abduceret. Renuit ille hoc facere, negermanæ Augustæ aliquam videretur inferre iniuriam, cuius ope & consilio tam diu Imperium administrârat. Postquam verò Chrysaphius se suâ frustratus est, idque ei ex sententia non succesit: aliam aggressus est viam, Eudociaque persuadet, vt apud Theodosium agat, quo ille Flauianum secretò inducat, vt Pulcheriam in diaconissam adsciscerent: sicut enim Consules quidam vi ad Episcopatum assumi, sta etiam & per illustres atq; insignes faminas ad illud ministerium deligi, erat in vsu. Quod cùm Eudocia ageret frequenti suggestione, id tandem Theodosio persuasit: qui consilium cum Flauiano de ea re agenda communicauit. Re verò re accepta, se quod opus esset, facturum promisit. Interim autem Pulcheriam, secretis ea de re datis literis, de omnibus reddidit certiorem, monuitq; ne ad se veniret, ne quod sibi displiceret, facere cogeretur.

XXII. *Pulcheria his acceptis, tradito Praeposito domûs Eudocia, recedit ab vrbe, diuertit ad Septimum, illic priuatè tranquillam vitam actura. Cumq; hîc per Pulcheriam gestis, facilè Theodosius & Eudocia intelligerent, Pulcheriam de secretis initiis inter se consilijs reddidisse certiorem, in Flauianum concertunt odium. Pulcheria autem cùm in hunc modum se abdicâsset ab administratione Imperij, delata est ad Eudociam summam rerum.* hæc Nicephorus: reliqua verò de Flauiano suis locis inferiùs. Vide quo progrediantur priuata studia aulicorum, cùm omnia miscere, labefactare, atque euertere non curent, vt malè conceptas semel aliquando in perniciem innocentium euomant iras.

XXIV. Quod autem ad ipsam Pulcheriam spectat, interceserat nonnihil offensionis Theodosij & Eudociæ cum ipsa, dum arguere ipsa voluisset Theodosiæ imprudentiam huiusce modi facto. Iam negligentiâ quâdam vsu venerat, vt Theodosius oblatis sibi libellis, vel alijs ad regimen Imperij spectantibus à ministris scriptis, absque eorum inspectione subscriberet: quod cùm periculosè admodum peragi Pulcheria intelligeret, huiusce modi ludo eum corrigendum, in animum induxit. Libellum scribit, in quo significaretur, emptam à se esse Eudociam coniugem Augustam, sibique præberet assensum. obtaraque eâdem chartâ

Theo-

a Apud Metaphr. die 11. Decembr. tom. 6 ad. die.

CYRI CONSVETVDO CVM DANIELE STYLITA.

EPIGRAMMA CYRI INSCRIPTVM COLVMNÆ DANIELIS.

b Menol. die 24 Octobr.

c Nicepb. lib. 14. c. 47.

d Nicepb. li. 14. c. 49

CREATIO FLAVIANI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

CHRYSAPHIVS MISCET DISCORDIAS.

PVLCHERIA ADMINISTRATIONEM RELINQVIT IMPERII.

PVLCHERIA VRSANE AGVIT THEODOSII IMPRVDENTIAM.

Theodosio, ipse ex more eiabsque alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria: quæ accedentem ad se Eudociam aliquando retinuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusauit, à se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque falso quidem eiusmodi ioco Augusti oscitantiam voluit condisse ac correxisse simul. Sed quòd veritas odium pariat, & Principes non facilè sibi patiantur illudi: haud æquo id animo ab Eudocia potissimùm acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam inuidiâ mouebatur, quòd videret virum suum Imperatorem erga sororem Augustam esse propensiorè, cùm illa consulere de rebus agendis, & refundere in eam, quæ essent maioris momenti, negotia, se vero despici, & limis oculis ab eo conspici: cuius infensi animi aduersus coniugem Theodosio eiusmodi causa præcesserat.

XXV. Oblatum fuit aliquando Theodosio miræ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit vxori. Illa autem acceptum donauit Paulino, quo ob cõsuetudinem rei literariæ familiarissimè vtebatur, non sine aliqua suspicione. Ille verò rerum ignarus, vt conciliaret sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donauit: qui eo accepto, de dato pomo vxorem rogat: quæ illud se comedisse mentita est: cùm illud proferens Theodosius, mendacem arguit & infidam: cuius rei causâ animus Theodosij nonnihil ab ea alienus diu perseuerauit, iusso interim occidi Paulino. hæc ex Nicephoro, Zonara, & alijs. Porrò domestica ista dissidia sunt tandem abdicatione Pulcheriæ consopita.

XXVI. Huiusmodi autem domesticum bellum in perniciem est conuersum Ecclesiarum. Conceptumque semel odium adstersum sanctissimum Flauianum, haud abdicatione Pulcheriæ extingui potuit, sed in dies magis magisque studio Chrysaphij eunuchi incenso, occasio quærebatur eius in ordinem redigendi: destituto namque illo protectione Pulcheriæ, quæ rebus Imperij vale dicto, priuatæ vitæ otium fuerat amplexata, haud ei difficilè visum est, quouis occasionis prætextu Pontificem aggredi.

XXVII. Sed quem vindictam auidè sitienti propinauerit hostis humani genetis blasphemiæ calicem, suo loco dicturi sumus abundè. Hic planè apparuit euidens, quonam pacto puræ religionis cultu benè administretur Imperium, & quàm felicissimè cuncta succedant, vbi in eo sancta religio primum sibi locum vendicat. Iam enim ad quadraginta ferè annorum spatia, Theodosij licèt imbellis & consilij inopis, inter tot barbarorum insultus, est Imperium feliciter propagatum, vnâ sanctâ virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeò vt etsi imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsum contigerit, & Dei indignationem in se commouerit; tamen misericordiam promeruerit, sororis monitis acquiescens. Vbi verò se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicauit, perinde atque destituta gubernaculo nauis, ventorum impulsu in diuersa fertur continuò peritura: ita planè Theodosij Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilij ministratum interijt; tantaque moles corruit, cùm eius fundamentum, nempe religio purè tuta conuellitur. Accidit istud quidem, vbi non amplius vsus est Theodosius S. Pulcheriæ consilijs, sed Chrysaphij eunuchi Præfecti cubiculi inflammatis odio & æmulatione affectibus se suaque regenda committit. In quæ verò malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser incidera; suis locis inferiùs apparebit. Quomodo autem hoc eodem anno Imperium Orientis rursus ab Attila Hunnorum Rege afflictatum est, Marcellinus sub anni huius Consulibus ita summatim perstringit: nimirum ipsum potentissimum atque ferocissimum barbarorum Principem ab Oriente progressum, vsque ad Termophilas* peruenisse victorem, occiso, qui se illi obiecerat, Magistro militiæ Theodosij Imperatoris; eoque miserrimi status Theodosium esse depressum, vt eiusdem Regis sponte sibi tributarium constituerit: enim despondens animum, cùm resistere ferro non auderet, auro pacem redimere curauit, missâq. legatione, annuâ pactâ pecuniâ, impetum continuit barbarorum. eo-

THEODOSIVS TRIBVTVM PENDIT ATTILÆ.

*Termopolim, Hermopolim.

ptam tamen ab Hunnis illatam cladem Orientalis Imperij, ad dùos etiam sequentes annos propagatam esse, idem Marcellinus docet: cùm tandem (vt dictum est) Theodosius Imperator vitans totius funus Imperij, ignominiosè admodum cum sæuo tyranno eo modo transegit, illumq. in Occidentem conuertit. Est quidem elegans atque perbreuis Theodoreti ad Sallustium epistola de eiusmodi barbarorum eruptione, quam non alia de causa, quàm ob peccata obuenisse testatur his verbis [a]:

Sacer dies nobis quidem consueta spiritalia attulit dona: tamen amari peccatis fructus illis frui cum lætitia non permiserunt: hæc enim illarum germina & ab initio tribulos, spinas, & sudores, & labores, & dolores germinárunt: nunc verò etiam terram ipsam aduersus nos concutit per terræmotus, & barbarorum turbas vndique aduersus nos concitat. Nos verò lugemus, quoniam dum Deus bona largiri nobis cupit, contraria facere illum cogimus, & pœnas infligere: consolamur nihilominùs, dum eius misericordiæ abyssum in memoriam reuocamus, & credimus, quoniam non abiciet Dominus populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet. Tuam verò magnificentiam ego saluto: & oro, vt de bona valetudine tua, quæ mihi optatissima est, me doceas. hæc ad Sallustianum Theodoretus; quæ ipsum hoc anno scripsisse existimamus, quo (vt dictũ est superiùs) vnà cum Attillæ grassatione terræmotus Orientem concussit, cuius Theodoretus hâc eadem epistolâ meminisse videtur. Hoc item anno famem & pestem Constantinopolim inuasisse, templumque regiæ ciuitatis igne crematum esse, Marcellinus affirmat, quorum ipse meminerat anno superiori, sed per anticipationem, vt aliàs fecisse nosciturr: nos verò vt singula quæque singulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

[a] Theod. epist. 47. XXVIII THEODORETVS QVO DE CLADIBVS HVIVS TEMPORIS.

IESV CHRISTI
Annus 447.

LEONIS PAP. Annus 8. THEOD. 40. VALENT. 23. IMPP.

ANNVS agitur Redemptoris nostri quadringentesimus quadragesimus septimus, Consulatu Alypij, siue Callypij, & Ardaburij signatus: quo S. Leo Romanus Pontifex peruigili solicitudine curæ incumbens vniuersalis Ecclesiæ, in Hispanias conuertens oculos & figés obtutus, laborantes eas adhuc plerisq; in locis nefandorum Priscillianistarum erroribus, liberare penitùs festinauit: & qui iam semel ad succidendos infelices Manichæorum palmites falcem acceperat; ad præcidendas etiam infaustas radices Priscillianistarum erroris Manichæis affinis Apostolicam securim admouit. Cùm enim, ingruentibus barbaris Wandalis primùm, Gothis, atque Sueuis, florentissima illa Hispaniarum Ecclesia sanctissimorum Antistitum solitâ cultrix careret, pulchrâ mutatâ facie, reddita est veluti ager incultus vepribus vndique oppletus ac spinis, in quibus sua quærerent feræ latibula. I.

Nam sanctus Turibius Asturcensis Episcopus vehementi Catholicæ veritatis ardore succensus, luitans Hispanias, lustra eiusmodi inueniens bestiarum, ad eas pellẽdas, earumq; latebras destruendas, Apostolicæ sedis, à qua sincerum acceperant Hispaniæ Euangelium, subsidium imploraut: missoq; ad hoc opus suo diacono Romam, de omnibus reddidit Leonem Pontificem certiorem. Qui absque mora de cunctis, quæ agenda essent, redditis literis, Turibium monuit. extat eiusmodi S. Leonis epistola, cuius est exordium [b]: *Quàm laudabiliter pro Catholicæ fidei veritate moueatis, &c.* Sed antequam ea, quæ sancti Leonis auctoritate gesta sunt, prosequamur, de Turibio primùm dicendum erit. Hic quidem sanctitate & doctrina pollens, zeloque exæstuans domus Domini, ex animi arbitrio spontaneam peregrinationem suscipiens (vt dictum est) sustranit Hispanias, vt qui esset Ecclesiarum status, agnosceret, eisdemq; pro virium facultate consuleret. Absoluta autem itineris suscepti periodo, de his, quę comperisset, ita scripsit ad Idacium & Ceponium primarios Hispaniarum Antistites: II.

[b] Leo epist. 97. TVRIBIVS REGRINATVR.

Sanctis

III. Sanctis ac beatissimis & omni veneratione colendis Idacio & Ceponio Episcopis Turibius.

Molesta semper est & iniucunda peregrinatio, quamefficiunt * duri labores & lachrymabiles necessitatum curæ: habet tamen aliquid instrumenti *, cùm adeundo incognita, veligenorata discendo, quodam profectu mentis augemur; plerumq; ea, quæ apud nos optima videbantur, parua esse atq; deterrima, reddit à nobis meliorum ratione, noscentes. Quod mihi vsu venit, qui diuersas prouincias adeundo, in omnibus Ecclesiis, quæ in vnitatis communione cõsistunt, condemnatu omnibus errorum sectis, reperi vnum atque eumdem Catholicæ fidei sensum tenere ex purissimo veritatis fonte venientem: qui in nulla diuortia multifidu riuulis scissus campum plana inconfusa voragines soluat, quæ rectum fidei iter impediant. Eos verò, quos prauorum dogmatum virus infecerit: aut correctos pia parentis gremio reformaricompellit: aut pertinaciter contumaces, veluti abortiuos partus, ac non legitimam sobolem, ex consortio sanctæ hæreditatis expellit. Quapropter mihi post longas annorum metas ad patriam reuerso, satis durum videtur, quòd ex illis traditionibus, quas olim Catholica damnauit Ecclesia, quasque tamdudum abolitas esse credebam, nihil penitus imminutum esse reperio; immo etiam pro vniuscuiusq; studio & voluntate praua dogmata velut quibusdam hydrinis capitibus pullulare cognosco: cum alij veteri erroris blasphemiarum suarum augmenta contulerint, alij integrum cum vsque adhuc retineant; * alij verò, quos ex parte aliqua ad respectum sui contemplatio veritatis adduxit, ex illius sensibus retinendo nonnulla, reliquis vinculentur: quod quidem per mala temporis nostri, Synodorum conuentibus, decretisq; cessantibus, liberius crescit, & impiissimè (quod est cunctis deterius) ad vnum altaredit diuersis fidei sensibus conuenitur.

IV. Hæc ego (vt loquiaudeam) pia potiùs erga patriam charitatis quàm temerariæ præsumptionis esse confiteor. Nam alias plenis omnium peccatorum, & magnorum criminum vens, quo ausu hæc ad vos scriberem, memor Dominicæ [a] vocis, quæ dicit: Tu alieno oculo festucam vides, in tuo trabem non respicis? Deinde conscius eius sententiæ, quæ admonuit, dicens: [b] peccatori autem dixit Deus: Quare prædicas iustitias meas, & assumis testamentum per os tuum? Sed rursum illud aspicio, quòd insrà scriptum est: [c] Furem videbas, & cõcurrebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Neq; enim illa sola sunt furta, quæ alienorum direptione committuntur, vel illa adulteria, quæ violatis maritalis tori affectibus perpetrantur: sed & subtractio, quæ vera sunt, furtum Catholicæ fidei peruersi dogmatis facit assertio, & aduersus veritatem verbis Dei malarum doctrinarum adulterio Zizaniæ semina iacuntur. Admiranda profectò viri sanctissimi summa demissio animi, qui Christi exemplo vt peccantes erigat, seseq; cum peccatoribus collocat, & cum infirmantibus infirmatur, vt eosdem languentes curet, factus instar Apostoli, omnes omnibus, vt omnes lucretur Domino. Admirandum, inquã, haud tamen imitandum; cùm de hæreticis agens, se omnibus deteriùs deliquisse testetur, vir alioqui omni ex parte sanctissimus, atque ab omni erroris labe purissimus, vt ex litteris Sancti Leonis Papæ ad eum datis, facilè intelligi potest. Quãnam enim fidei Catholicæ sinceritate enituisse ipsum oportuit, cui spatia suæ diœcesis angusta fuêre, sed ad vniuersas Hispaniarum prouincias ab omni erroris labe verrendas, scopam Catholicæ veritatis admouit? At prosequamur reliqua ab eo in eadem epistola scripta.

V. Loquar ne ergo (inquit) an taceam, nescio: quia vtrumque formido. Sed ne fortè sanctitas vestra, qua mala, quantaq; blasphemia apocryphis libris, quos hi nostri vernaculi hæretici ad vicem SS. Euangeliorum legunt, contineantur, ignoret: maximi facinoris reum me esse credo, si taceam. Itaque hæc non adhortatio auctoritatis alicuius est, sed potiùs suggestionis instructio. Primùm ergo est, vt illa patefaciam, quæ in plurimorum fide, vel magu perfidia esse cognoui: quæ cum multis publico penè magisterio docentur: si Catholicorum aliquis paulò constantiùs destructionis causã assertionis instat, continuò in scias euntes, & perfidiam perfidè occultant. Quod ne vltrà iam faciant, ex apocryphis scripturis, quas canonicis libris veluti secretas & arcanas præferunt, & quas maximâ veneratione suscipiunt, & ex his, quæ legunt, traditionibus, diuinq; auctorum suorum, ea quæ in ipsis arguuntur, vera esse docentes: aliqua autem ex his, quæ in istorum doctrina sunt, in illis, quos legere potui, apocryphis codicibus non tenentur. Quare vnde prolata sint, nescio: nisi forte vbi scriptum est per cauillationes illas, per quas loqui SS. Apostolos mentiuntur, aliquid interius indicatur, quod dispungendum * sit potiùs, quàm legendum: Aut si forsitan sint libri alij, qui occultiùs secretiusq; seruantur, soli (vt ipsi aiunt) perfectiùs patentes.

Illud autem specialiter in illis Actibus, qui S. Thomæ dicuntur, præcauendum atque execrandum est, quòd dicit eum non baptizare per aquam, sicut habet Dominica prædicatio atq; traditio, sed per oleum solùm: quod quidem isti nostri non recipiunt, sed & Manichæi sequuntur; quæ hæresis eisdem libris vtitur, & eadem dogmata & hiu deteriora sectatur: Ita execrabilis vniuersis per omnes terras ad primam professionis suæ confessionem, nec discussa damnetur, oportet, per cuius auctores, vel per maximum principem Manem ac discipulos eius, libros omnes apocryphos vel compositos, vel infectos esse manifestum est. Specialiter autem Actus illos, qui vocantur S. Andreæ, vel illos, qui appellantur Sancti Ioannis, quos sacrilego Leucius ore conscripsit, vel illos, qui dicuntur S. Thomæ, & his similia, ex quibus Manichæi & Priscillianista, vel quæcumque illa est secta germana, omnem hæresim suam confirmare nituntur, & maximè ex blasphemissimo illo libro, qui vocatur Memoria Apostolorum, in quo [d] vnam pene vertitatis suæ auctoritatem, doctrinam Domini mentiuntur, qui totam destruit legem veteris Testamenti, & omnia, quæ S. Moysi de diuersis creaturæ factoris q; diuinitùs reuelata sunt, præter reliquas eiusdem libri blasphemias, quæ reperta sunt. Vt autem mirabilia illa, atque virtutes, quæ in apocryphis scripta sunt, SS. Apostolorum veluisse, vel potuisse esse dubium est: ita disputationes assertionesq; illæ sensuum malignorum ab hæreticis constat inseras: ex quibus scripturis diuersa testimonia blasphemiis omnibus plena sub titulis suis ad scripta digessi: quibus etiam (vt potui) pro se rumei qualitate respondi. Quod ideo necesse habui paulò latiùs vestræ auribus intimare, vt vel post hæc nemo quasi inscius rerum dicat se simpliciter huiusmodi libros vel habere, vel legere.

VII. Vestra autem existimationis atque censuræ meritò fuerit, vniuersa perpendere, & ea quæ sine ambiguitate veritatis ac fideicontraria videritis, cum aliis fratribus vestris, quoscunque vobis zelus Catholicæ religionis vel pium studium sociauerit, citra vllam * excusationem spirituali gladio rescare, & ignitâ diuini verbi virtute compescere. hactenùs S. Turibij epistola, quam ex Regia bibliotheca monasterij S. Laurentij edidit Ambrosius Morales: desiderantur autem quæ his iungebantur digesta titulis impia Priscillianistarum dogmata, & illis apposita ab eodem auctore elaboratæ confutationes.

Intelligis, puto, lector, frustra laborare in extirpandis hæresibus sanctos Episcopos, nisi vnde semel scaturijt fæculenta errorum colluuies, fons penitùs obstruatur. De huiusmodi Priscilianistis Hispanias labefactantibus libris apocryphis est vetus illa suo loco superiùs recitata querela S. Hieronymi, cùm de his ipse agens in commentarijs in Isaiam, [e] hæc addit: Et per hanc occasionem multa stigma huiusmodi, Hispaniarum & Lusitania decepta sunt mulierculæ onerata peccatis, [f] quæ ducuntur desideriis varijs, & cæt. Ex his planè considerent, qui præsunt hodiè Hispaniarum Ecclesijs sacri Antistites, Catholicæ fidei decus & ornamentum, quanto periculo vulgus vinatur, quòd offensam inferat Catholicæ disciplinæ, illud, in quam, opus nuper cusum, quod atra Petrum Romæ inustum nota flammæ vltrices expectant, elaboratum à Ioanne de Roa, eiusmodi titulo, *Apologia de iuribus principalibus defendendis & moderandis iustè.* quod Nouatoribus parare viam, qui acutiorem odorarũ habent, probè nõnunt. Videant, quo tendat adulatio ista cum noua doctrina, quam haud quidem auctor didicisse potuit à doctissimis viris Societatis IESV, inter quos aliquando socius versatus est; non apud S. Augustini professores, ad quos; ab illis abire iussus, se contulit; nec denique apud clerum Hispaniarum Catholicæ & Apostolicæ antiquæ disciplinæ tenacissimum conseruatorem atque custodem, apud quem demum stipendia meruit: Verùm speratur de eo, vtpote adhuc inter Catholicos professente, palinodiam fore propediem recantaturam. Sed ad Turibium.

IX. Haud enim satis sibi visum, de his, quæ viderat, manuq; cõrectando detrigerat, admonuisse Hispaniarum Antistites: verùm ad Dñi iis turrim confugit, inde quæsituros

ama contra grassantem impietatem, extollentem se aduersus scientiam Dei: Legauit enim diaconum suum, cui de omnibus litteras dedit ad S. Leonem Rom. Pont. addidit eis & commonitorium, insuper & libellum: litteris quidem, quis esset Ecclesiarum Hispaniarum status, eum reddidit certiorem: commonitorio sexdecim capita Priscillianistarum hæresis complexus est: libelio verò supplici rogabat, vt afflictatis Ecclesijs subueniret. At licèt hæc Turibij scripta non extent; tamen ex redditis ad eum à S. Leone Papa litteris perspecta habentur.

X. Sed antequàm de his agamus, cùm omnes codices tam scripti, quàm typis excusi, æquè habeant hunc Turibium fuisse Asturicensem Episcopum: quomodo accidit, vt hic ipse in primo Bracarensi Concilio, in relatione Lucretij Episcopi, Notarius sedis Apostolicæ nominetur? Haud enim placet, quod res Hispanicas prosecutus ait [a], duos fuisse Turibios, alterum, ad quem S. Leo scribit, Episcopum Asturicensem; alterum verò Notarium S. Leonis, cui ad Synodum litteras dedit: nam abhorrent hæc procul à veritate. Si enim scribens S. Leo ad Turibium Episcopum, litteras cùm ad ipsum, cum ad Synodum celebrandam Notario suo (vt vult) Turibio item dicto dedisset, vtique in litteris ad Episcopum scriptis eius mentionem fecisset: solemne enim erat, vt cùm legatus à Pontifice mitteretur, vel nuncius, eius mentionem faceret in litteris, quæ eidem ea ex causa dari solebant. Porrò non alicui certo homini, nisi Turibij Episcopi diacono, quem ipse Turibius ad S. Leonem Pontificem miserat, ipsum S. Leonem ad Turibium Episcopum eas dedisse litteras, satis ex eisdem intelligi potest. Præterea non per aliquem alium à se missum, sed per ipsum Turbium Episcopum cuncta, quæ in ea causa peragenda essent, eumdem Sanct. Leonem impleri voluisse, eædem ad Turibium Episcopum litteræ datæ significant.

[a] *Ambros Mor. Chr. Hisp. l. 11.* DE TVRIBIO EPISCOPO ASTVRICENSI.

XI. Neque placet, quod ab alio viro diserto tradi nuper vidimus, nempe vnum eundemque fuisse Turibium, qui Notarius dicitur S. Leonis, & Asturicensis Episcopus; ipsumque Notarium primò eiusmodi curasse negotium, indeque verò eumdem esse creatum Asturicensem Episcopum. Etenim ad quem scribit S. Leo Turibium, ipsum quidem tunc temporis fuisse Episcopum, ipsa ed eum epistola data significat, dum eum benè præsidere officio pastorali commendat: cumq; etiam dicat, ab eo missum fuisse diaconum suum Romam, auctoritatem æquè demonstrat Episcopalem: siquidem nequaquam patitur ordo hierarchicus, vt Ecclesiæ Notarij diaconis præsint, sed è contrà vt sub potestate diaconorum subsint Notarij: vnde habes apud Paulinum tunc Notarium S. Ambrosij, de se ipso testantem [b], fuisse sub cura Casti diaconi. His adde, hanc moris fuisse Apostolicæ sedis Pontificum, ministros suos Notarios fratres nominare, quo nomine dignasse videtur S. Leo Turbium, vt alios vocat Episcopos.

[b] *Paulin in vita S. Ambros*

XII. At cur Notarius idem in dicto Concilio Bracarensi nominatur? Num fortasse idem sit dictus Notarius, quòd vtroque simul munere fungeretur, vtpote idem Notarius esset Apostolicæ sedis, qui & Episcopus Asturicensis, vt S. Prosper Regiensis Episcopus idem dictus Notarius eiusdem S. Leonis Papæ? Sed non inuenimus id expressum. An potius quis dixerit, Notarij vocem interdum non nomen significare eius officij, quod est dictum à notis, sed magis à notum faciendo, sicque ibi Turibius dicatur Apostolicæ sedis Notarius; quòd curæ illi esset, quæ in Hispaniarum Ecclesijs gererentur, Romano Pontifici nota facere: etenim & Notariorũ Apostolicæ sedis munus erat, quæque Ecclesiæ monumenta colligere, & conseruare: nam habes de Iulio Papa: *Constituit, vt Notitia, qua omnibus fidem facit, per Notarios colligeretur, & vt omnium monimentorum in Ecclesia confectio per Primicerium Notariorum celebraretur*, & cæt. hæc quidem ex parte dictum esse Turibium Episcopum Notarium S. Leonis, nihil vetat; siquidem Notarij munus expleuit, dum quæ ex mandato S. Leonis gesta essent, visus est colligisse, & ad eumdem S. Leonem Romam misisse, ibi perpetuò conseruanda. Referre etiam ad Pontificem, quod gestum esset, Notariorum, partium fuisse, cùm ex multis alijs, tum ex Romano Ordine, habes in officio Missæ, vbi dicitur: *Dei autem resurrectionis Dominicæ, procedente Pontifice ad S. Mariam, Notarius Regionarius stat in loco, qui dicitur, Merulanus, & salutato Pontifice, dicit: In nomine Domini nostri Iesu Christi baptizati sunt hesternâ nocte in S. Dei Genitrice Maria infantes, masculi tot numero, fœmineæ tot*, & cæt. Sic igitur & Turibius, quòd notas fecerit S. Leoni res gestas in Concilio Toletano, eadem ex causa Notarius dici potuit S. Leonis. Sicut enim, vocem istam, notaria, idem quod scriptis facta relatio Iudici, significasse, & apud maiores vsu receptam diximus superiùs secundo Annalium tomo; ita & Notarium dici potuisse, qui refert, quæ sunt acta, Romano Pontifici (quod sint cognata vocabula) quis negabit: Certè quidem hoc ipso munere functum esse sanctum Turibium Asturicensem Episcopum apud Sanct. Leonem Romanum Pontificem, eiusdem Leonis ad eum redditæ litteræ satis docent. Sed iam rerum gestarum ordinem prosequamur.

XIII. Acceptis (vt dictum est) Sancti Turibij litteris per eius diaconum missis, S. Leo, vbi cuncta exactè examinauit, respondens ad singula, epistolâ ad eum datâ, rescripsit. Laudans in primis eius vigilantem in Episcopatu pastoralem solicitudinem, nonnulla in detestationem nefandæ hæresis prælocutus, factum commendat Maximi Imperatoris, qui ad huiusmodi conficienda monstra sæcularis gladium exernerit potestatis; licèt optabilius fuisset eos Ecclesiastica emendatos fuisse censurâ. Deploratis igitur summis malis, quibus & Episcopi aliquot etiam fuissent infecti, ad singula hæresum capita respondens, peculiaria singulis accommodata parauit antidota: quæ consulat lector, si vult; nos autem breuitatis causâ persequi prætermittimus. Demùm improbatâ lectione librorum Priscillianistarum, de Dictinij libris mentionem habet: de quo lector meminisse debet, hunc fuisse Asturicensem Episcopum, in cuius locum Turibius successerat, & ex Priscillianista hæretico redditum Catholicum recantâsse palinodiam, suaque damnâsse scripta in Toletano primo Cõcilio; quamobrem hæc de ipsius scriptis ingerit S. Leo [c]: *Postremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quòd Dictinij tractatus, quos secundum Priscillianæ dogma conscripsit, à multis cum veneratione legerentur: cùm, si aliquid mentoria Dictinij tribuendum putant, reparationem eius magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo Dictinium, sed Priscillianum legunt, & illud probant, quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hæc Catholicus præsumat*, & cæt. Demùm verò de colligendo in Hispania generale Concilium mandans, ista perorat [d]:

QVÆ S. LEO AD TVRIBIVM SCRIPSIT.

[c] *Leo epist. 93 c. 17.*

[d] *Ead. Epist. cap. 17.*

XIV. LEO PAPA INDICIT GENERALE CONCILIVM IN HISPANIA.

Habeatur ergo inter vos Episcopale Concilium, & ad eum locum, qui omnibus oportunus sit, vicinarum prouinciarum conueniant sacerdotes, vt secundum ea, quæ ad tua consultatis spondimus, plenissimo discutiatur examine; an sint aliqui inter Episcopos, qui huius hæreseos contagio polluantur, à communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum prauitates damnare nolnerint. Nulla enim ratione tolerandum est, vt qui prædicandæ fidei susceptit officium, in contra Euangelium Christi, contra Apostolicam doctrinam, contra vniuersalis Ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebunt magistri & post nonnulla: *Dedimus itaque litteras ad fratres & coepiscopos nostros, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicianos, &c. Concilium Synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis solicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis auctoritate ad prædictarum prouinciarum Episcopos deferatur.* Ex his videsnon alium missum esse Turibium cum litteris ad Episcopos prouinciarum, quas Turibio Episcopo mandat, vt reddat. Sed subdit: *Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quò minùs possit celebrari generale Concilium: Gallicia saltem in vnum conueniant sacerdotes: quibus congregatis, fratres nostri Hydatius & Ponticus imminebunt, coniunctâ cum eis instantiâ tuâ, quò citiùs vel prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus adferatur. Data vndecimo Kalen. Augusti, Callypio & Ardabure viris clarissimis Consulibus.* hactenus Leo, generalem in vniuersa Hispaniâ, more maiorum, indicens Synodum; quod munus erat Apostolicæ sedis Antistitis.

XV. His perlatis litteris in Hispaniam, placuit ex sententia

sancti Leonis Papæ à diuersarum prouinciarum Episcopis generale celebrari Concilium. Testantur id quidem in primis Acta Synodi Bracarensis, in quibus primùm ista leguntur[a] à Lucretio Episcopo prælocuta: *Credo autem vestræ beatitudini fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in hu regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa vrbis Romæ Leo, qui quadragesimus * ferè Apostolis Petri successor extitit, per Turibium Notarium sedis suæ ad Synodum Galliciæ contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta suæ direxit: cuius etiam præcepto Tarraconenses & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque & Bætici, facto inter se Concilio, regula fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis dessiderent, ad Balconium tunc huius Bracarensis Ecclesiæ Præsulem direxerunt*, &c.

XVI. Sed obserua, lector, dum generale Concilium celebratum ait ab Episcopis etiam prouinciarum Carthaginensis, Lusitaniæ, & Bæticæ, nec vllam penitùs mentionem facit prouinciæ Galliciæ, vbi (vt ait) iussu S. Leonis debuerat Synodus congregari; magnam esse coniecturam, hos seorsum ab illis conuenisse, sed communicâsse posteà cum ijs, quæ ab ipsis statuta essent. Si enim in Galliciæ prouincia tantùm Synodus collecta esset, vbi & conuenissent omnes dictarum prouinciarum Episcopi; quid opus fuit ab illis scribi (vt præfatur Lucretius) litteras de rebus gestis in Synodo ad Balconium eius prouinciæ Primatem Bracarensem Episcopum, quem ne cessariò præsentem oportuit fuisse Synodo? Vbinam, quandove celebrata est prouincialis Synodus absq; præsentia Metropolitani Antistitis? Sic igitur haud obscurè penitùs significare videtur idem, qui suprà Lucretius, seorsum conuenisse dictarum prouinciarum Episcopos, seorsum verò cum Balconio Bracarensi Episcopos prouinciæ Galliciæ, illos verò de rebus penes se gestis dedisse litteras ad eumdem Balconium. Sed vbi locorum conuenerint, ignoratur: coniecturâ tamen aliquâ dici posse videtur, conuenisse Toleti, sub cuius Concilio primo, quæ posteà iussu S. Leonis Papæ contra Priscillianistas statuta sunt, fuerint collocata. Quod verò in Gallicia sub Balconio collectum est Concilium, illud esse celebratum in municipio Celenensi apud Lucensem vrbem, vetera produnt monumenta, quibus & recensiores Hispani consentiunt.

XVII. CONCILIVM TOLETANVM ET CELENSE. Vt autem non in vnum eumdemque locum ad Concilium celebrandum conuenerint omnes Hispaniarum Episcopi, sed Galleci seorsum ab alijs; illam potissimam causam existimamus, quòd Galleci erant sub Sueuorum Rege Rechilla tunc regnante, reliquæ autem Hispaniarũ prouinciæ Gothis parebant, Theodorico, & eius filio Torismundo. Ex hoc igitur factum apparet, vt discriminatione ditionis diuersorum Principum, diuersis in locis, seorsum ab inuicem Catholici Episcopi Hispaniarum conuenerint, duoq; eodem tempore celebrata Concilia in vnũ posteà conflata fuerint, quod vna extiterit causa conueniendi, & eadem Concilia vna conuocârit auctoritas, quæ & in vnam eademque conuenêre sententiam. At non duo hæc tantùm in vnum, sed tria simul reperiuntur esse coniuncta; nempe duo hæc nonissima cum Toletano primo, cuius esse nescirent Episcopi, qui eidem interfuisse leguntur, & canones illi viginti, vt superiùs suo loco dictum est. Vnde intelligas, quæ in fine habentur verba illa: *Ipsi etiam & suprascripta viginti canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano*: esse referenda ad Episcopos superiùs nominatos; perperam autem (vt puto) ab aliquo addita, vel non suo loco reposita; vt accidere solet, cùm quid miscetur, ordine confuso locati.

XVIII. Sed obseruatione quidem dignissimum est, tanti ponderis æstimatam fuisse apud barbaros etiam Reges & Arianos auctoritatem Romani Pontificis, vt licèt ab eodem essent ob hæresim Catholicâ communicatione diu; nihilominùs simulac audirêt Romani Pontificis vrgere mandatum, vt omnes Hispaniarum Episcopi ad Synodum conuenirent; ijdem Principes, singuli in suis Prouincijs id faciendi liberam tribuerint facultatem, finentes vbi vellent (nullâ, quod appareat, petitâ licentiâ) in sua ditione Episcopos conuenire. Tantum sibi auctoritatis etiam apud Arianos Principes sedes Apostolica vendicabat. Vnde & fortassè accidit, vt Deus eisdem Regibus dederit & stabilire regnum, & ad multa sæcula propagare. Nullus enim vmquam absque amplissima remuneratione persolutum inueniet, quicquid aliquando impensum est honoris & reuerentiæ Apostolicæ sedi: quod vtinam omnes Catholici Principes obseruarent. Sed de his aliàs sæpè.

XIX. DE SYMBOLI ADDITAMENTO. Quod autem spectat ad fidei assertionem ex præscripto S. Leonis Papæ in hac Synodo constitutam, sub qua probarentur, qui verè Catholici essent, Episcopi, & omni labe carerent Priscillianistarum erroris; vtpotè quâ omnes articuli eorumdem hæresis damnarentur: magnâ quidem obseruatione dignum est, quòd repertur illud ab eis primum superadditum fidei Symbolo de Spiritu sancto, A PATRE FILIOQVE PROCEDIT: at minimè quidem suâ id fecêre auctoritate, sed ex verbis acceptis ab epistola ad eos scripta à S. Leone Romano Pontifice, in qua cùm damnantur Priscilianistarum errores, hæc capite primo ponuntur[b]: *Primo itaque capitulo demonstratur, quàm impiè sentiant de Trinitate diuina, qui & Patrũ & Filij & Spiritũs sancti vnam atque eamdem asserunt esse personam, tam quam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de vtroque processit*, &c. Vides ne quanti ponderis fuerint æstimata verba Romani Pontificis, vt quæ ille dixerit ad fidem spectantia, mox vt sacrum diuinitùs allatum oraculum à generali Episcoporum Concilio iliata in Symbolum fuerint?

b *Leo epist. 93. c. 1.*

XX. Cùm hæc igitur verba semel auctoritate Leonis Papæ ab Hispanis Episcopis addita fuerint Symbolo ad confutandos hæreticos Priscillianistas: eidem semper inhæserunt, atque pertransierunt ad Wisigothos fidem Catholicam profitentes; qui & Iudæos ad Christianam fidem venientes, sub eiusdem Symboli confessione esse recipiendos, suis legibus sanciuerunt: nam ibi[c]: CREDO ET IN SPIRITVM SANCTVM DOMINVM ET VIVIFICANTEM, EX PATRE FILIO PROCEDENTEM. itidem in alijs Toletanis Concilijs sub Gothorum Regibus celebratis, nempe quarto, octauo, vndecimo, duodecimo, & decimotertio: quæ etiam verba in Symbolum apud Francos sunt accepta, tenaciusque retenta, vt apparet ex Symbolo fidei sub Carolo Magno in Arelatensi Synodo recitato.

c *Legum Wisigoth. lib. 12. tit. 2. pag. 356. apud Isidor.*

XXI. Quàm felicissimè quidem verba illa in Symbolum non absque Dei nutu illata fuerunt: siquidem sub eiusdẽ Symboli ita aucti confessione facta est magna ad Christianam religionem accessio: etenim & Gothi, & Wisigothi, aliæque barbarę nationes, quæ Hispanias occupârunt, atque longo tempore possederunt, ex Arianis sub eius Symboli confessione Catholici facti sunt; & Franci sibi Gallias vendicantes, sub eiusdem Symboli confessione redditi sunt Christiani: Contrà verò omnium gentium infelicissimi Orientales schismatici, ex quo eiusdem Symboli additamentum penitùs respuerunt, sub Turcico iugo acerbissimâ seruitute premuntur, atque Ecclesijs, bonis, ac liberis spoliati assiduè in cassum gemunt. Porrò non Leonis id fuit nouum inuentum, sed prædecessorum traditio: nam Damasus hæc ait[d]: *Spiritus sanctus non est Patris tantummodò, aut Filij tantummodò spiritus: scriptum est enim*[e]: *Si quis dilexerit mundum, non est Spiritus Patris in illo. Item scriptum est*[f]: *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nominato itaque Patre & Filio, intelligitur Spiritus sanctus, de quo Filius in Euangelio dixit*[g]: *Quia spiritus sanctus à Patre procedit, & de meo accipiet, & annunciabit vobis.* hæc Damasus.

d *Damas. in Concil. Rom. apud Crescon. collect.*
e *1. Ioan. 2.*
f *Rom. 8.*
g *Ioan. 5.*

XXII. ROMANI PONTIFICES ANTIQVITATIS TENACISSIMI. Sed illud in his considerandum etiam, quòd etsi in Hispanos, Gothos, & Francos eiusmodi ad Symbolum additamentum ex primario fonte, ab ipsa nimirum Apostolica sede, id prædicante (vt vidimus) Magnò Leone suis ad Turibium datis litteris, fuerit deriuatum, & in barbaras etiam nationes feliciter propagatum: tamen ipsa Romana Ecclesia antiquitatis tenacissima, etsi idem cum ipsis crediderit atque docuerit, quod ante à illis iam prædicatur, diuisi-

diutissime tamen cunctata est in Symbolum fidei verba illa inferre. Et quid mirum? cùm etsi ipso Niceno Symbolo per Catholicum Orbem vbique vulgato, atque in omnibus Ecclesijs decantato, & vsu recepto: sola tamen Romana Ecclesia in baptismi & aliorum sacrorum ritibus, vbi fidei confessio adhiberi soleret, non alium Symbolum, quàm antiquum illud Apostolicum adhibere consueuerit; quod Ruffinus testatur in expositione Symboli, nosque superiùs suo loco pluribus diximus.

XXIII. APOSTOLICVM SEMPER VSVM SYMBOLO ECCLES.

Hac itaque ratione, licèt importunè atq; solicitè agente Carolo Magno Imperatore apud Leonem Tertium Romanum Pontificem, vt eâ verba Symbolo adderentur, idem id facere penitùs recusauit; immò ad perpetuam antiquitatis memoriam, ne quibuslibet liberum esse sacrosancto Symbolo aliquid addere, illud ipsum absque eo additamento in argentea tabula exaratum voluit in altari post corpus sancti Pauli [a] perpetuò custodiri, vt suo loco de his pluribus dicturi sumus. Accidit verò posteà, vt ad euitandum schisma, ne ea, quæ à Romana Ecclesia accepta Hispani, Franci, & alij omnes Boreales populi prædicarent, ipsa Romana Ecclesia respuere videretur, perinde ac si antè prædicatæ doctrinæ & alijs tradita esset præuaricatrix, & confiteri publicè confessione renueret, quæ alijs ad conuincendas hæreses, & detegendos ac confutandos hæreticos, atque probandos Catholicos tantus ac tantes tot ante sæcula Hispaniarum Episcopis tradidisset: tandem placuerit Benedicto Septimo huius nominis Romano Pontifici idem Symbolum cum eo additamento Romæ in Ecclesia cani; id exposcente Henrico Imperatore, de quo ista Berno Abbas Augiensis [b]:

a Mag sen. t. d. 8. n. 2.

b Berno Ab. Augiensis de rebus ad Missam sp. & anteh.

XXIV. QVANDO COEPTVM SYMBOLVM IN ECCLESIA ROMANA CANI.

Cùm Romanorum presbyteri ab Henrico Imperatore interrogarentur, cur non post Euangelium (vt in alijs Ecclesijs fiebat) Symbolum canerent? Me (ait ipse) assistente audiuit eos eiusmodi responsum reddere, videlicet, quòd Romana Ecclesia non fuisset aliquando vlla hæreseos fece infecta, sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholica fidei permaneret inconcussa: & ideo magis hic necessarium esse illud Symbolum sepiùs cantando frequentare, qui aliquando vlla hæresi potuerunt maculari. At Imperator domno Benedicto persuasit, vt ad publicam Missam illud decantarent. hæc ipse. Atque ita quidem vbi in Ecclesia canendum semel Symbolum Romæ susceptum est; ne diuersitas esset in verbis, quorum vna eademque erat in fide sententia, non aliud cani ceptum est ibi Symbolum, quàm quod aliæ omnes Occidentales Ecclesiæ hactenùs occinere cõsueuissent. At de his modò hactenùs: suis enim locis hæc locupletiùs tractabuntur, quæ hîc modò obiter attigisse satis, occasione Hispaniorum Conciliorum iussu sancti Leonis per Turibium indictorum. Multa præterea hîc addenda de Turibio essent, vt inter alia de libris, quos aduersus Priscillianum edidit, dicauitq; eidem sancto Leoni Papæ, vt testatur Montanus scribens ad Turibium Episcopum Palentinum: sed hæc satis. constat denique ipsum reddidisse in omnibus Apostolicum virum: qui instar Apostoli, bonum certamen certauit, cursum consummauit, accepitque promeritam iustitiæ coronam: cuius rei gratia Catholica Ecclesia anniuersariâ diei natalis memoriâ quotannis eius triumphum prosequi solet decimosexto Kalendas Maij.

XXV. *Leo ep. 3.*

Hoc item anno ad Ianuarium, siue Iulianum Aquilensem Episcopum S. Leo epistolam dedit de recipiendis hæreticis pœnitentibus absque spe ad superiorem gradum promotionis [c]: *Magno (inquiens) habeant beneficio, si ademptâ sibi spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua permanent; si tamen iterata tinctionis (nempe secundi baptismi) non fuerint maculati.* hæc sub huius anni Consulibus Leo. Ad Siliciæ Episcopos ijsdem quoque Coss. epistolam dedit, quæ hæc habet in exordio [d]: *Diuinis præceptis & Apostolicis monitis incitamur, vt proomnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac quid vsquam reprehensionis inueniatur obnoxium, celeri solicitudine aut ab ignorantia imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocemus,* &c. habet nonnulla ad Ecclesiasticorum rituum disciplinam spectantia: vt de baptismi solemni tempore, nempe Paschatis, & Pentecostes, non autem in Domini Epiphania, vt illi sibi faciendum susceperant, ex Africanæ Ecclesiæ vsu, apud quam solemne fuisse baptismum tempore Epiphaniæ, satis indicat Victor [e]. Præcepit demùm Leo, vt terni semel in anno ex Sicilia Episcopi Romam se conferrent ad Synodum: nam ad finem epistolæ hæc habet [f]: *Quæ vtilia primitùs pro custodia concordissimæ vnitatis exegimus, vt quia salubrimè à sanctis Patribus constitutum est, binos in anni singulis Episcoporum debere esse Conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Kalen. Octobr. Romam fraterno Concilio sociandi, indissimulanter concurrant,* &c. Vides viridem antiquam in Romana Ecclesia obseruantiam, vt ex Episcopis Italiæ bis in anno Concilium cogeretur, in quod tamen non omnes semper & ex omnibus locis conuenirent Episcopi, sed ex remotioribus prouincijs semel tantùm terni adessent; cui quidem instituto voluit S. Leo Siculos etiam Episcopos subiacere.

c Vict. de persecut. Vandal. lib. 2

f Leo ep. 4. c. 7. BIS IN ANNO HABEND. CONCIL. CONCILIVM.

Hoc item anno, qui quartus numeratur ante Chalcedonense Concilium, idem S. Leo Papa è sede deposuit Primatem totius Asiæ Bassianum Episcopum Ephesinum, eò quòd vacantem illam sedem inuasisset, atque seipsum in eam intrusisset. Testatur id quidem Stephanus eius aduersarius in Actione vndecima Concilij Chalcedonensis, vbi ait: *Hodie quatuor anni sunt, & Romanus Episcopus eum deposuit.* scelera verò à Bassiano perpetrata ibi narrantur. Citatur in ea Synodo epistola eiusdem Sanct. Leonis Papæ ea de causa conscripta, quæ penitus excidit. hæc autem ad insinuandum priscum vsum Ecclesiæ Romanæ Pontificum in deponendis Metropolitanis atque Primatibus in leges Ecclesiasticas delinquentibus, recoluisse voluimus. XXI.

Hoc eodem anno vetus innouatur querela Gentilium aduersus antiquorum effossores sepulchrorum, quos alijs Imperatorum rescriptis veritos, superiùs dictum est: Christiani enim, & inter eos potissimùm clerici nonnulli, omnis idololatriæ vestigia antiquitatere atque penitùs abolere cupientes, dijs manibus dicatas defunctorum memorias euertere, vbicumque eas reperirent, conabantur. Quoniam verò ipse titulus criminis inuidiosus nimis & odio dignus apparebat, vt quis Fidelium argueretur sepulchrorum effossor: Christiani Imperatores, eiusmodi sancitis legibus, pœnis appositis eos coërcere conati sunt; quod inter alios efficaciùs præstitit Valentinianus Augustus, aduersus sepulchrorum effossores ad Albinum Præfectum Prætorio rescribens octauo Idûs Aprilis sub huius anni Consulibus. Qui igitur in Gentilium sepulchra, ad conuellenda quæque superstitionis signa, audacter insurgebant Christiani, vix credi potest, quo feruentur impetu in ipsa eorum simulacra: vt eadem cùm reperire liceret, nonnullis vt doctæ manus operi parcerent, sed brachijs & cruribus fractis, eorum capita, ne vsquam reperiri valerent, in imum alicuius cõijcerent parietis fundamentum, vel in alicuius scopinquæ altæ foueæ profundum demergerent. Hæc quidem experimento didicerunt rerum antiquarum effossores in Vrbe, frequenti vsu admoniti, mirâ sagacitate indagare quæque simulachri fracta membra dispersa. Vt perseuerâsse intelligas in animis Christianorum, maioriqueactum incremento, quod S. Hieronymus ait [h]: *Vbi alibi tanto studio & frequentia,* quàm Romæ, *vacua idolorum templa quatiuntur?* sed de his satis. XXII.

g Nouell. Valen. de sepul. tit. 2.

h Hier. pref. lib. 2. in epist. ad Galat.

IESV CHRISTI
Annus 448.

LEONIS PAP. Annus 9. THEODOSII 41. VALENTIN. 24. IMPP.

QVADRINGENTESIMVS quadragesimusoctauus Domini annus Consulibus Posthumiano atque Zenone signatur: quorum alter Cõstantinopoli, nempe Zeno, creatus est; alter verò, Posthumianus scilicet, Romæ electus, dictus ille Ruffius Prætextatus Posthumianus, cuius eiusmodi legitur Romæ vetus inscriptio: I.

a Habet Socrates l. 7. c. 2. Soz. l. 8. c. 27.

RVFIVS.PRÆTEXTATVS
POSTHVMIANVS.C.V.FILIVS
MAGNIFICI.VIRI.MARINIANI
PRÆFECTI.PRÆTORIO
ET CONSULIS.ORDINARII
QVÆSTOR.CANDIDATVS
PRÆTOR.VRBANVS.TRIBVNVS
ET.NOTARIVS.PRÆTORIANVS
PRÆFECTVS.VRBI.SECVNDO
CONSVL.ORDINARIVS.QVOS
TANTOS.AC.TALES.HONORES
PRIMO.ÆTATIS.SVÆ.FLORE
PROMERVIT

Porrò erasus fuit primus versus in basi, ita tamen vt adhuc legi posset, RVFIVS PRÆTEXTATVS. Quod verò non & Posthumiani nomen abolitum sit; inde coniecturâ ducimur, in odium illius Prætextati Gentilicias superstitionis Antistitis, de quo superiùs actum est pluribus, id factum fuisse. Sed de Consulibus hactenùs.

II. THEODOSIVS OPTIMVS IVMENTIACAT.

Hoc anno Theodosius Imperator, cùm diuersis cladibus illatis à barbaris, atque fame, peste, terræmotibus, & penuriâ exigitari iamdiu videret Imperium; offensi numinis causas timatus, tum Gentilitiæ impietatis homines, tum Nestorij sectatores (vt gratissimum Deo sacrificium) legibus coërcendos putauit, vetitisque libros Prophyrij, & contra Cyrilli scripta editos commentarios insuper & illos, qui suspecti essent Nestorianæ hæresis, quòd Nestorio ante fauissent, exagitauit, & inter alios Irenæum illum, qui congregatis Patribus in Concilio Ephesino, pro Nestorio causam agens, maximas molestias intulit: hunc enim ex Comite ordinarum Tyri Episcopum deponi iussit. Porrò quòd Theodosius Imperator dederit hoc anno aduersus hæc omnia edictum sic se habet [b]:

b Apud Acta Concil. Ephes. edit. Pelet. t. 1. cap. 20.

III. PORPHYRII LIBRI IMPIETATIS.

Regiam nostram maiestatem decere arbitramur, vt subditorum nostrorum pietati (quoad fieri potest) consulamus: Hactenùs ratione fatorum seruatum, vt maiorum quoque Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi fauorem & benevolentiam nobis conciliemus. Cùm igitur hunc ipsum per omnia placere desideremus, nostrosque subiectos Imperio ad hoc ipsum subinde incitemus: decreuimus, vt quæcunque Porphyrius propria impulsus insania contra piam religionem Christianam conscripsit, apud quemcunque tandem ea comperta fuerint, quam primùm conterantur. Siquidem omnia illa scripta, quæ diuinam in nos iram prouocant, pios animos offendunt, & ne audiri quidem volumus.

IV. NESTORIANI EXAGITANTVR.

Decernimus etiam, quicunque Nestorij impiam fidem æmulantur, nefariamq; eius sectam doctrinam quouis modo sectantur; siquidem Episcopi aut clerici fuerint, ex sanctis Ecclesijs consilium expellantur; si verò laici, anathematis vinculo (ab Episcopis scilicet suis) constringantur, prouisum quoque à nostro maiestate cautum est. Omnibus præterea Orthodoxis volentibus piam, hanc nostram sanctionem sectantibus, potestatem facimus, vt huiusmodi homines libere citra vllam cuiuscunq; detrimenti formidinem deferant, publicè, redarguant.

V. SCRIPTA CONTRA CYRILLVM DAMNATA.

Quoniam verò accepimus, doctrinas quasdam nescio quomodo dubias, Orthodoxæq; fidei à sanctis Patribus Niceæ & Ephesi conditas edita nequaquam consentientes, & piæ memoriæ Cyrilli gregarij editæ negotiam consentientes, & pia memoriæ Cyrilli Alexandrinorum quondam Episcopi expositioni repugnantes conscripsisse & euulgasse: mandamus, vt huiusmodi scripta, vel libri, quicunque certissimum habenti vel legenti perniciem affirmant apud quemcunque latuerint, incendantur: neque volumus, vt qui quam in posterum aliquid circa fidem apud Niceam, & Ephesum ciuitates expositam aut differat, aut exponat. Qui verò hac sacro sanctum nostrum decretum violauerint, non dubitent eamdem sese pœnam incursuros, quam contra impium Nestorij fidem dudum decreuimus.

VI. IRENÆVS TYRI EPISCOP. DEPONITVR.

Vt autem omnibus & singulis certò constet, quantopere maiestas nostra impiæ Nestorij fidei emulos detestetur: statuimus, vt Irenæus, qui hac de causa nostram indignationem imperterritus, & postea nescio quomodo post secundas nuptias (sicuti accepimus) contra Apostolorum canonem Tyriorum Episcopus esse creatus, à sancta Tyriorum Ecclesia statim expellatur, orare, & nomine sacerdotij penitus exuatur, priuatus in Patrio tantum solo vnicè permittatur. Magnificentia tua nostræ pietatis scopum assecuta, coret hæc observari, & primo quoque tempore eas ad nos referri.

* Secunda

Hactenùs Theodosij rescriptum hoc anno datum, vt signis certissimis apparet, nempe ex his, quæ habentur in mandato Præsidum prouinciarum post acceptum rescriptum publicè proposito, quod sic se habet [c]:

c Apud Concil. Ephesi. edit. Pelet. t. 1. cap. 20.

VII. PRÆSIDVM MANDATVM.

Pijssimus Imperator noster, non ignarus legum, iustæq; politiæ firmamentum Orthodoxam religionem esse, peculiari edicto omnem impietatis occasionem præscidit; eos quidem, qui ea laborant, moderata castigatione sanans; ceteris verò omnem honestæ vitæ rationem ostendens. Qualia ergo aduersus libros Porphyrij, quos illi contra sanctam Christianam religionem conscripserat; necnon contra illos, qui nefariam Nestorij doctrinam scripta propagant, decreuerit; & quo rursum pacto nullum fidei dogma vtrum vllam obtinere voluerit, nisi illud vnum, quod à sanctissimis possimus, Episcopis, qui quondam in ciuitate Niceæ, & postea in Ephesina vnà cum venerandæ memoriæ Cyrillo conuenerunt, editum & receptum est: Et quâ tandem ratione Irenæum, qui Tyriorum ciuitatis Episcopus extitit, exauctoratum velit: id exprædicta sanctione Græco sermone posita clarè diserte, cognoscetis, ne quis ignorationem imposterum prætexat. Decet proinde omni diligentiâ ista obseruare, comminationemq; ac indignationem regijs litteris insertam vsquequaque oculos habere. Recita sunt hæc in Ecclesia Solitaruorum, vigesimatertia Pharmuti, hoc est Aprilis Indictione quartâ, anno Dioclesiani centesimo sexagesimoquarto. hactenùs ibi Præsidum mandatum, quod ex Dioclesiani annorum numero esse datum hoc anno, satis liquet, quod & ex epistola Theodoreti manifestius fiet.

VIII.

Antequàm verò ista promulgarentur, quæ acceperat ex amicorum litteris Domnus Episcopus Antiochenus, Theodoretum Cyri Episcopum reddidit certiorem. Quid autem, cùm hæc de Irenæo Domni litteris præsensisset Theodoretus, qui vnà cum alijs eumdem ordinauerat Irenæum, ad ipsum Domnum rescripserit, ipse declarat, quæ tunc ab eo ad ipsam sunt redditæ litteræ, illis verbis [d]:

d Theodor. ep. 81 ad

IX. EPISTOLA THEODORETI AD DOMNVM DE CAVSA IRENÆI.

Cùm tuas legissem litteras, beatissime illius Suasuræ sum recordatus, quæ nec erigi illos homines cum vidisset, & omnium Dominum adesse credere, nec fabricam illam edidit vocem: Vndique mihi sunt angustiæ. Elegit tamen potius incidere in calamitatorum insidias, quam iustum iudicem contemnere. Et nunc, domine, duo nobis proponuntur (hoc autem sapis dixerim) vel Deum offendere, & conscientiam ledere, vel incidere in inuisa hominum diuersa. Ego autem puto hæc omnia ignorare pijssimum imperatorem. Quidenim prohibuisset illum scribere, & ordinationem fieri recipere, si vera hæc illi placuisset? Cur verò extra minantur quidam, verentur tamen, vel terrefaciunt, litteras verò aperteid præcipientes non mittunt? Duorum enim alterum necessariò sequitur, vel non addicatur, vt scribi possimus imperator, vel prouocant, vt nos in aliquo delinquamus, & deinde delicti à nobis pœnas accipere possint. Proponitur enim nobis exemplum beati Principis: hic etiam cùm litteras præcepisset, pœnas tamen postulabant ab eo, qui illi paruerat: quæ verò legi eo die, quo lectio ad eum aduenit, hoc contraria sunt. Sanctus enim quidam monachus illustris ad quemdam scripsit, quòd litteras accepit ad magnificentissimum Spatharium, & à gloriosissimo Exmagistro, quibus significabatur, quòd res Deo dilectissimi domini Episcopi Iouiani bene se haberent essent: & pro hac diligentia & labore mercedem & retributionem peterent, vt Deo pro se preces effunderent.*

* Principis

X. BIGAMI SÆPE ORDINATI EPISCOPI.

Ego igitur puto oportere scribere ad eos, qui scripserunt, clericos regias vrbis, quod ego calleo, & sententia possimorum Episcoporum adductus possimum Irenæum Episcopum ordinaui, cùm eius zelum & magnanimitatem & alias eius virtutes recitè scirem, & præter hæc, dogmatum rectitudinem. Numquam enim scimus reprehensum aliquando sanctam Virginem Deiparam appellare, vel aliud aliquid contrarium sentire Euangelicis dogmatibus. Quod verò ad bigamiam pertinet, nostros maiores secutus sum: Beatæ enim & piæ memoriæ Alexander (ante Theodotum hic fuit Antiochenus Episcopus) qui Apostolicam hanc sedem rexit, cùm beatissimo Acacio Beræensi Episcopo beatæ memoriæ Diogenem ordinauit bigamum existentem: similiter etiã beatus Praulius (hic fuit Hierosolymorum post Ioannem Episcopus) Dominum Cæsareo Episcopum bigamum. Consuetudinem itaque secuti sumus, & homines insignes, cum doctrinâ, tum vitâ celebres. Multa etiam alia huiusmodi beatæ memoriæ Proclus Constantinopolitanus

Episcopus edoctus, & ipse ordinationem suscepit, & laudauit, & litteras eas approbauit. Ita etiam Pontica prouincia qui præsunt Primates & præstantiores sunt piissimi Episcopi, & omnes Palæstini: nec vlla dubitatio aut controuersia de hoc orta est: Et impium ducimus, hominem condemnare, qui multis & variis rebus optimè gestis est exornatus. Hæc & his similia, meâ quidem sententiâ, scribere oportet. Si verò aliud quippiam tua sanctitas expedire putauerit, illud fiat. Ego enim cùm vnam (vt putant) pœnam, & cõdemnationem acceperim, & subierim, præsto sum diuinâ ope aliam etiam subire: & si velint, tertiam & quartam, diuinâ votis opem ferente gratiâ omnes æquo animo feremus, Dominum laudantes. Si verò tuæ probatur pietati, videamus quid nobis à Palæstina rescribatur, & cum quid agendum sit, diligenter perpenderimus, ita Cõstantinopolim scribemus. hæc Theodoretus ad Domnum Episcopum Antiochenum.

XI. Theo rp. ra & to. THEODORETI PRÆSENTIS TEMPORIS STATVS.

Summam quidem intercessisse inter Theodoretum & Irenæum amicitiæ necessitudinem, duæ[a] quæ extant ad ipsum datæ eius epistolæ docent; quarum posteriorem ordine positam, scriptam priorem esse constat, cùm ambo Nestorio fauerent, & Theodoti Mopsuesteni essent mirifici laudatores, atque scriptorum ipsius defensores. Cæterum quod ad præsentem causam spectat, ordinati scilicèt ab eo Irenæi bigami: profuisse videtur eiusmodi ab ipso parata excusatio: nulla enim posthac fuit de his querela, sed tantum quòd suspectus magis magisque redderetur ob scripta ipsius aduersus Cyrillum, & consuetudinem cum Irenæo & alijs huiusmodi, quæ adhuc ipsum perseuerare fautorem Nestoriani erroris arguebant, cùm iam accusatus esset, quòd & pro ipso firmando frequens in Synodis fuisset: quam ob causam & Antiochia recedere iussus esset; mandatum quoque Imperatoris accepisset, ne è suæ ciuitatis finibus penitùs recederet, sed ibi relegatus absque aliorum collegarum consortio vitam ageret. Cùm iste esset Theodoreti in præsentiarum status, pluribus ipse epistolis ad diuersos Constantinopolim datis conquestus est, & inter alias illa hoc ipso anno, qui numeratur vigesimusquintus eius Episcopatûs, scripta ad Nomum Consulem, sed potiùs Consularem, seu Exconsulem, quem gessisse Consulatum vidimus anno Christi quadringentesimo quadragesimoquinto. Prætermissis igitur alijs hanc vnam tibi reddemus, quâ ipse totam vitam suam, & res ab se in Episcopatu gestas breui compendio narrat: est autem huiusmodi[b]:

b Theodor. epist. 8.

XII. THEODORETI EPISTOLA AD NOMVM CONSVLAREM DE REBVS SVIS.

Breui quidem diei spatio tuâ positus sum magnificentiâ, cùm me necessitas vi te exoptato priuauerit: speraui tamen paruam illam consuetudinem incrementum & fauillam futuram benevolentiæ & vehementioris amoris: à spe tamen sum frustratus: cùm enim semel & iterum scripserim, litteras nondum accepi, & Imperatoris decreto Cyrensium regionis terminos præterire prohibeor. Nulla verò alia causa huius damnationis videtur, præterquàm quòd Synodos Episcoporum congrego, & licèt neque accusatio ostenderetur, neque actor appareret, neque reus conuictus: decretum tamen editum fuit. Noui quidem quæ leguntur c *de Festo: hic autem Præses erat Romanorum, cui Iudæorum administratio commissa fuerat: à quo Iudæi cùm petissent diuini Pauli damnationem, aperte ipse respondit: Non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquàm is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Et hæc quidem dicebat homo qui Christo non credebat, sed idolorum errori seruiebat. Ego verò neque interrogatus; an Synodos congregem, necne, & quorum causâ congregem; & quid mali afferam vel rebus Ecclesiæ, vel publicis; ac sim maximis deliquissem, ab ijs arceor ciuitatibus. Quinimmò alijs quidem omnibus omnis aperta est ciuitas, non solum Arij & Eunomij sectatoribus, sed & Manichæis, & Marcionistis, & illis, qui Valentini & Montani morbo laborant, necnon & Ethnicis, & Iudæis: Ego verò, qui pro dogmatibus Euangelicis pugno, ab omni excludor ciuitate.*

c 2 Act. 25.

XIII. THEODORET CONFVTAT. ADVERSARIORVM CALVMNIAS.

Sed inquient aliqui, contraria nos sentire & à veræ fide aliena. Fiat igitur Concilium, adsint piissimi Episcopi, qui iudicare norunt, adsint & magistratus, & qui in dignitate sunt constituti, qui res diuinas sunt edocti. Dicamus aperte, quæ sentimus: dicant & Iudices, quanam Apostolorum doctrina sunt consona. Sed age hæc scripsi, non quia maximam ciuitatem videre cupio, neq; ad aliam migrare exopto. Gaudeo enim re vera magis quietè illorum, qui in monasticò habitu vitam ducunt, quàm illi multeo, qui Ecclesias gubernare volunt. Nouerit enim tua celsitudo: quòd neque tempore beatissimæ & sanctæ memoriæ Theodoti, neque beatæ memoria Ioannis, neque tempore sanctissimi Episcopi Domni libenter Antiochiam accedebam; sed qui inquies & sexies vocatus, vix obtemperabam: obediebã verò, vt Ecclesiastico canoni parerem, qui periclitari præcipit eum, qui dum vocatur ad Synodum, accedere minimè voluerit. Quando verò accessimus, quidnam fecimus eorum, quæ Deo displicent? Quòd talem & talem, qui ausi sunt iniquitates silentio dignas patrare, à sacro cœtu segregauimus? Quòd eos, qui laudantur, & vitâ celebri sunt, sacerdotij ordinatione decorauimus? Quòd populu Euangelicam doctrinam obtulimus? Si hæc sunt accusatione damnatione digna, etiam maiores pro his pœnas libenter suscipiemus.

Illud quidem adiciam (quandoquidem calumniatores hæc dicere me cogunt) quòd ante conceptionem genitores me offerre Deo pollicti sunt, & ab incunabilis iuxta suas promissiones me Deo dicârunt, & talicibo me educauerunt. In monasterio verò, quousque Episcopus factus sum, commoratus cùm essem, inuitus Episcopus sum ordinatus. Viginti quinque iam egi annos, nec à quoquam accusatus, nec alium accusaui; nec eorum aliquis, qui mihi subijciuntur, religiosissimi clerici, tot annis, ne obulum quidem in tribunali mihi oblatum conquestus est, neque vestem à quoquam accepi: panem vnum vel ouum nullus meorum domesticorum accepit aliquando. Præter laceras has vestes, quibus vestior, nihil possidere volui. Publicos porticus in vestibulo Ecclesiarum ædificaui. Pontes duos magnos extruxi. Balneorum publicorum gessi curam. Cùm ciuitatem reperissem, quæ minimè à defluente flumine aquabatur; aquæductus paraui; & ciuitatem aqua carentem, aquis repleui. Vicos collo Marcionis hæresi laborantes vnà cum vicinis locis ad veritatis agnitionem libenti animo duxi. Alium præterea vicum Eunomianorum plenum, & alium Arianorum, ad lucem veritatis accedere procraui. Et diuina ope, ne vnum quidem apud nos extat hæreticorum vestigium, aut germen. Nec ista sine periculo feci, sed sanguinem sæpe effudi meum; sæpè etiam ab ipsis lapidatus fui; & sæpe ad inferorum etiam portas mortis perueni.

XIV. VITÆ THEODORITI COMPLEXIVM. OPERA DIGNA SANCTO EPISCOP.

Sed iam insipiens factus sum, dum glorior: hæc autem ex necessitate, non ex animo à me dicta sunt. Hoc etiam beatissimus Paulus d *fecere coactus est aliquando, vt accusatorum & calumniatorum obstrueret ora. Et gaudeo dedecore apparente, quinimmò summum honorem illud habeo. Audio enim Apostolicam vocem dicentem* e*: Omnes, quipiè volunt viuere in Christo, persecutiones patiuntur. Vestram autem magnificentiam oro, vt rerum Ecclesiasticarum curam gerat, & insurgentem tempestatem placet. Re verâ enim neque in ipso dissentionis initio tanta confusio Ecclesiam occupauit. Nullus vos docet de periculorum magnitudine: nullus Christianorum querelas vobis significat, & sanctissimorum monachorum, qui apud nos sunt lamentationes, quæ de causa longiore vsum oratione, vt cùm cognouerit vestra magnificentia Ecclesiarum tempestatem, illam quiescere faciat: & magnum lucrum inde consequetur.* hactenus Theodoretus ad Nomum Exconsulem. Quòd autem ad Cyrum ciuitatem à Theodoreto nobilitatam spectet: eandem iterum à barbaris excisam, à Iustiniano Imperatore restitutam constat. Sed nõ præteat, quod ad Ecclesiasticarum rerum antiquarum cognitionem de eadem ciuitate æquè pertinere certum est, ista nimirum de eius origine à Procopio f scribi, cum de eius restitutione à Iustiniano Imperatore facta meminit: *Erat* (inquit) *in Syria oppidulum vehementer neglectum, Cyrus nomine, à Iudæis olim extructum. Nam Iudæi ex Palæstina à Medorum exercitum in Assyriam captiui abducti, & longo post tempore à Cyro dimissi, vt qualemcumque gratiam benefactori referrent, locum illum Cyrum appellarunt. Iustinianus Rex partim Reipublicæ commodis prospiciens, partim colens sanctos Cosmum & Damianum, quorum corpora propè vsq; ad mea tempora requiescunt, Cyrum vrbem felicem reddidit muri securitate, præsidiorum multitudine & magnitudine publicorum ædificiorum.* at de Cyri Regis nobili monumento, quem oracula g diuina commendant, hæc satis. Sed ad Theodoretum redeamus. Scripsit & ad diuersos alios magistratus Constantinopoli & alibi agentes eodem argumento litteras, quas (vt dictum est) ex codice Vaticano Latinitati donandas impensè curauimus. Porrò hic annus, vigesimusquintus eius Episcopatûs, cuius in dicta epistola meminit, numeratur, vt intelligas ipsam hoc anno datam.

d 2. Cor. 11. 12.

e 2. Tim. 3.

THEODORVS OPTAT SIBI CONSVLEBAT ECCLESIÆ.

f Procop. de ædif. Iustinian. Imp. ora. 2. in fi.

g Isa. 45.

XVII.

Inter alias autem scripsit per legatos à Domno Episcopo Antiocheno Constantinopolim: missos epistolam [a] ad Flavianum Constantinopolitanum Antistitem, quâ etiam rectam fidei confessionem profiteretur: aliam insuper ad eumdem Flavianum [b] dedit, quâ conqueritur de Dioscoro Episcopo Alexandrino iam inimico ipsi detecto, atque iniustè sibi ius super Ecclesiam Antiochenam vendicante: cuius occasione (quòd notâti dignum est) mentionem habet canonis Concilij Constantinopolitani œcumenici verbis istis: *Tuam præterea sanctitatem rogamus, vt fidem, in quam bellum motum est, protegat, & sacros canones concultatos tueatur. In illa enim regia vrbe cùm conuenissent beatissimi Patres, consonaijs, qui in Nicæa statuta sunt à sanctis Patribus ibi congregatis, statuerunt, & diœceses distinxerunt, & vnicuique diœcesi, quæ ipsi conueniebant, tribuerunt, ne aliam diœcesim quis inuaderet. sed Alexandriæ Episcopus ea, quæ ad AEgyptum pertinet, tantùm gubernaret, & vnaquæque diœcesis res proprias, & quæ ad ipsam spectant: Hic verò istis definitionibus & decretis stare minimè vult, sed beati Marci sedem sursum ac deorsum agitat, præsertim cùm apertè nouerit, quòd Antiochensium magna ciuitas magni illius Petri thronum obtinet, qui beati Marci magister fuit, & Apostolorum chori primus ac princeps.*

XVIII.

Hæc habet Theodoretus in Dioscorum, super Episcopos Syriæ ius sibi vsurpantem: [c] quæ voluimus recensuisse ad confirmationem eorum, quæ à nobis superiùs dicta sunt de Canone Constantinopolitani Concilij diœceseum limites præscribente. Ceterum haud leue esse poterat Theodoreti illud argumentum de iuribus Ecclesiæ Antiochenæ: cum ea ex parte non subijcienda tantùm, sed præferenda videretur Ecclesiæ Alexandrinæ: nam & Innocentius Papa scribens ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, de eiusdem sedis prærogatiuis hæc habet: *Antiochiæ nomen accepit religio Christiana, atque conuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit: quæque vrbi Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumq; gaudet.* hæc Innocentius: ex quibus vides amplitudinem sedis Antiochenę, nullâ aliâ quidem ratione subdendæ sedi Alexandrinæ, nisi quòd ita primùm Petro per Marcum eam erigenti visum fuerit. Sed intuere Dioscori primos huiusmodi mentis elatæ motus, obserua hominis fastum, dum sibi subicere sedem Antiochenam aggreditur. Porrò (vt est in Psalmo [c]) superba eius ascendit semper.

XIX.

Sed quid inter hæc funestum accidit? Dum in desolationem Nestorianæ hæresis Catholici impelluntur; planè contigit, vt vnus ex illis rapido cursui terminum imponere, & sibi citra terminum prolabenti habenas injicere nescius, improuidè ferretur in hostes; dumque pugnat aduersus Ecclesiæ perduelles, ipse infeliciter nouus veritatis Catholicæ impugnator insurgeret. Euenit id quidem deploratissimo Eutycheti monachorum Constantinopoli agentium Patri, illorum, inquam, qui tempore Ephesini Concilij aduersus Nestorianos cæteris præstantiùs dimicârant. Cùm igitur summo odio in Nestorij hæresim iste ferretur, eò prosilijt, vt non duas tantùm esse in Christo personas omnino ex Catholicæ fidei præscripto negaret, sed etiam nec duas in Christo naturas vellet asserere; eoque Nestoriano laborare morbo putaret, qui duas confiterentur in Christo distinctas & inconfusè coniunctas esse naturas. Est quidem de Eutychetis laboribus aduersus Nestorium eiusque sectatores indefesso studio exantlatis magna laus in Actione quarta Synodi Constantinopoli ante Chalcedonense Concilium celebratæ: quod ipsum de eo item prædicat Sanct. Leo Romanus Pontifex in breui hac epistola sub huius anni Consulibus ad ipsum data [d] post acceptas ab eo litteras de inualescente Nestorianorum hæresi: cum primum interpellauit Ecclesiam, remedium quærens aduersus fidem Catholicam perturbantes:

Dilectissimo filio Eutycheti presbytero Leo Episcopus.

XX.

Ad notitiam nostræ tuæ dilectionis epistola retulisti, quòd Nestoriana hæresis quorundam rursus studijs pullularet. Solicitudinem tuam hac ex parte nobis placuisse scripsimus; quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus. Vnde non ambigimus auctorem Catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cùm plenius, quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere: necesse est auxiliante Domino, prouidere, quatenus nefandum virus, dudum, damnatum radicitùs possit extingui. Dat. Kal. Iunij Posthumiano & Zenone vris clarissimis Conss. Porrò quos Nestorianę hęresis Eutyches sugillauit Catholicos fuisse, qui in Christo duas prædicabant naturas inter se distinctas & indiuisè atque confusione coniunctas, exitus demonstrauit. Cæterùm cùm inter hæc quidam susurri huius Eutychianæ impietatis per Orientis Ecclesias spargerentur, licèt auctor hæresis nesciretur: Theodoretus hæc accipiens per Basilium Seleuciæ Episcopum, qui hoc anno vocatus à Flauiano ad Synodum conuenerat Constantinopolim, ad eumdem ista rescripsit [e]:

XXI.

Omnium bonorum summam & apicem charitatem diminus appellauit Paulus [f], & hâc nutriri fidei alumnos præcepit. Hâc ditata tua pietas, quæ oportebat, narrauit, & intuenda significauit: quid enim iucundius his, qui Dominum timent, rectorum dogmatum sanitate & concordantiâ atque conuenientiâ? Certò igitur scito, Deo dilectissime, quòd valdè lætati sumus, cum ea didicerimus de communi amico: Et quæ ante aliquot dolore offensi fuimus, cum audiremus, quòd vnam esse carnis & Deitatis naturam assereret, & quòd apertis verbis & perfrictâ fronte impassibili Diuinitati Dominicam passionem adscribat: ita lætati sumus sanctitatis tuæ litteris, cùm accepimus, quòd integras custodit naturarum proprietates, & neque Deum verbum in carnem conuersum ait, neque carnem in diuinitatis naturam mutatam: sed in vno Filio Domino nostro Iesu Christo, qui homo factus est Deus Verbum, inconfusas remansisse dicit vtriusque naturarum proprietates. Et vnitorum Deum laudauimus pro conuenientia sanctæ fidei: & ad vtramque Ciliciam scripsimus, licèt aperte non screuimus, si qui sunt, qui contraria sentiunt veritati: & hortati sumus Deo dilectissimos Episcopos, & vestigare & videre, si quidam aliqui sint, qui in duos diuidant vnum Dominum Iesum Christum, vel admonendo eos corrigere & emendare, vel à fratrum consortio illos segregare. Se verò enim similiter illos auersamur, qui vnam naturam carnis & Deitatis dicere audent, & eos, qui in duos filios diuidunt vnum Dominum nostrum Iesum Christum, & Apostolorum fines transgredi aggrediuntur.

XXII.

Quòd verò ad pacem facilè conuertimur, tua beatitudo confidenter id tibi persuadeat. Si enim Propheta dicit [g]: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: multò magis nos eam, quæ secundùm Deum est, apertis vlnis pacem amplectimur. Quoniam verò nonnulli & Alexandriam occurrerunt eorum, qui in mendacijs sunt enutriti & educati, & calumnias aduersus nos construxerunt, & huiusmodi verba seducta Deo dilectissimus eius ciuitatis Episcopus, quâmuis illis nostris litteris satisfacere conatus fuerit, quem dam pijssimorum Episcoporum ad regiam misit vrbem: dignetur pietas tua, quæ tua sit humanitas (vt soles) res gestas nobis indicare, & contra mendacium accuratè veritatem statuere, & confirmare, & veritati contra mendacium opem ferre. hactenùs ad Basilium Seleuciæ magni nominis Antistitem Theodoretus. Hæc autem (vt dictum est) transacta sunt [h] antquàm auctor hæresis ipse Eutyches deprehenderetur hæreticus: ex quibus plenè satis expressum habes Theodoretum quàm rectissimo pede in Euangelium post damnatam Nestorij hæresim esse progressum.

XXIII.

Quomodò autem hoc anno mense Nouembri detecta est hæresis Eutychetis, iam aggredimur enarrare. Liberatus Diaconus [h] hæc de primordijs eiusdem emergentis hæresis: *Eutyches presbyter & Archimandrita, præsidens Constantinopoli celeberrimo monasterio, virgente satana, prædicabat Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem nobis non esse secundùm carnem, sed de cœlo corpus habuisse. Rursum varians dicebat, ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem vnam factam esse.* secundùm verò priorem sententiam hæc Theodoretus [i] de Eutychete: *Quæ iam exaruerat, Valentini hæresim rursum fecit pullulare, Arium solum animam, Apollinarij solum corpus assumptum confitebatur, hic autem corpus assumptum esse negabat. Dicebat enim, Deum Verbum nihil humanum ex Virgine sumpsisse, sed ipsum immutabiliter conuersum, & carnẽ factum (ridiculus enim eius vtor verbis) solùm per Virginem trauisse.* Subdit verò Liberatus Diaconus, à quonam eius impietas sit detecta:

XXIV.

Audiens talia docentem & prædicantem Eusebius Episcopus

a *Theodor. epist. 140.*
b *Theodor. epist. 80.*
c *Psal. 73.*
d *Leo ep. 6.*
e *Theodo epist. 85.*
f *1. Cor. 13.*
g *Psal. 119.*
h *Liberat. Diac. c. 11. tom. 2. Cõc.*
i *Theod. hæret. fabul. 4. in fine.*

DIOSCORVS VSVRPARE CONATVR IVRA SCCLESIÆ ANTIOCHENÆ.

SEDIS ANTIOCHENÆ AMPLITVDO.

QVA OCCASIONE ORTA NOVA HÆRESIS EVTYCHETIS.

S. LEONIS EPISTOLA AD EVTYCHETEM.

DE DIOSCORO QVÆRITVR THEODORETVS.

EVTYCHES DETEGITVR HÆRETICVS.

EVSEBIVS EPISC. DORILEI AGIT CONTRA EVTYCHETEM.

Dorilei ciuitate prouincia Phrygiæ Salutaris, cùm esset Orthodoxum & purum & amicum, prohibuit eum talia sapere & docere. Sed pertinaciter Eutychete audire volente, retulit Eusebius causam ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, qui & ingressus est eius Concilium, quod collectum fuerat pro Florentio Sardeorum Metropolitæ aduersus Episcopos sub eo constitutos Ioannem & Cosseninum. & data formâ de aliquibus causis, eorum libellos obtulit Eusebius Flaviano & omni Concilio, conturans omnes adnenire, & Eutychetem presbyterum; & sub eorum præsentia conuinceretur ab eo, hæretica dogmata sapere & docere. hæc Liberatus. sed cum exeant ipsa Synodalia Acta, quibus rei gestæ ordo contexitur, nihil est, vt eam per diuersa fragmenta historiam compingamus. Quomodò igitur ad Episcopale iudicium Eutychetis causa hoc anno perducta sit, ex eisdem Actis accipe, quæ sic se habent:

XXV. a Apud Conc. Chalced. Act. 1. f. 1. Conc.

Consulibus a Flauio Zenone & Postumiano viris clarissimis, sub die sexto Id. Nouemb. in Christianissima & regia vrbe Constantinopoli Noua Roma, congregata sanctâ & magnâ Synodo reperta in prædicta magnificentissima vrbe in Secretario Episcopij, præsente sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo Flauiano. Et recentibus relationem directam à Florentio Episcopo Sardiæ Metropoli pronuncia Lydorum aduersus sub se Constitutos reuerendissimos Episcopos Ioannem & Cosseninum, præstitibus etiam clericis his, qui eadem relationes detulerunt, & data formâ de aliquibus quæ lecta sunt: Exurgens Eusebius reuerendissimus Episcopus Dorilæi, vnus ex astitutus de considentibus, libellos obtulit S. Concilio, conturans eos relegi & inseri in monimenta Actorum. Instante verò eo sanctissimo Episcopo Flauiano dixit: Susceptus libellus legatur ad cognoscendam causam, quæ in eo continetur.

ACTA CONCIL. CONSTANTINOP.

Sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo Flauiano, & præsenti magno & S. Concilio in hac vrbe regia gloriosissimorum Episcoporum, ab Eusebio Episcopo Dorilæi.

XXVI.

LIBELLVS EVSEBII ADVERSVS EVTYCHETEM.

Optauerim quidem non sic præfocatum sensu, & ebrium cogitatione & excessu mentis rapi Eutychetem presbyterum & Archimandritam, vt oblitus quidem timoris Dei, spernens etiam terribile tribunal Christi Saluatoris omnium nostrum, & instans eius iudicium, & retributionem, qui venturus est iudicare Orbem terræ in æquitate, & reddere vnicuique secundùm opera sua: nec vt ita auderet aduersus Saluatorem omnium nostrum Christum blasphemâ linguam mouere; & Patres, qui inter sanctos connumerantur, hæreticè nominare, & nos, qui eorum summi fides sectatores. Quoniam verò non cessat, inobseratum habens os & infrenem linguam, negans ipsissimam sanctæ religionis doctrinam, derogans autem & sanctissimis Patribus, & me hæresis accusans, qui numquam hæreticus fuerim, sed è contrario magis semper hæreticis repugnans, & Orthodoxam fidem secundùm meum vires defendens, permanens in fide sanctorum Patrum trecentorum decem & octo in Nicæno Concilio congregatorum, & omnibus, quæ in Ephesia Metropoli à sancta & magna Synodo acta sunt, & his, quæ sapuit & expossuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam Episcopus, & Magnus Athanasius, & Gregorius, & Atticus, & Proclus sanctis Episcopis: Supplico, & peto vestram sanctitatem minimè despicere hanc meam supplicationem, sed subire Eutychetem presbyterum & Archimandritam accurrere in sanctum vestrum Concilium, & respondere his, quæ à me ingerentur. Paratus sum enim cum conuincere, & falso habere Catholicum nomen, & alienum omnino à recta fide. Et conuincet prosper sanctam consubstantialem Trinitatem, quod salua Christianissima nostros Imperatores, & per salutem & perseuerantiam pijssimorum nostrorum Imperatorum Theodosij & Valentiniani perpetuorum Augustorum, prædictus Eutyches eum iubere occurrere in vestram sanctam Synodum, & satisfacere eis à me obiectis: Quatenus ita conuicto à me, & quæ ab eo subuersa sunt, erigantur, & Catholica fides vincens & nunc apparens omnem mundi terminos circumplexa. Quam procurate, gratias semper vestræ consortes sanctitati, Susceptio. Eusebius Episcopus Dorilæi sanctæ Dei Ecclesiæ offerens hos libellos meos sub scripsi manu meâ.

XXVII. DETESTATIO EORVM EVTYCHETIS.

Sanctissimus Flauianus Archiepiscopus dixit: Stupefecerunt quidem nos quæ lecta sunt, quòd à talium ceritate reprehensa reuerendo presbytero & Archimandrita Eutyche tam indigne exercerentia tua contemnere ad eum, & dispurare cum de recta fide: & si inueniatur pro vero nec recta sapere, tunc vocabitur in sanctâ Concilium, & aderit sibi. Eusebius reuerendus Episcopus Dorilæi dixit: Ego quidem amicus illi eram prius: Consentiebam autem nec secundò, sed sapiè conuenit ad eum pro hac causa, ex qua loquutus & locutus sum cum eo, & suaseni eum non recta sapere, & monui & docui. Sed insultabat docenti, quæ aliena sunt à nostrâ fide recta. Et hoc possunt nostri & alteres multos testes, qui præsentes fuerunt, & audierunt. Conuino igitur vos & iterum per Dominum nostrum Iesum Christum, quatenus desinatis ad eum, vt veniat, & respondeat, & postquam victus à me fuerit, cesset à peruersa doctrina, quia multi ab eo læsi sunt.

Sanctissimus Episcopus Flauianus dixit: Patiatur nostra reuerentia, & mox sategrationem sustineat vsque ad nostrum aduentum; & quæ condecent, loquatur ea, & quæ ad pacem pertinent, vt non communicet cursui, & conturbatio ecclesiæ sanctæ Ecclesiæ Christi. Eusebius Episcopus Dorilæi dixit: Imo sibi lectum me, postquam peruersi frequenter, & non persuasi, iterum ad eum accedere, & blasphema verba audire. Sed dignetur vestra sanctitas dirigere ad ipsum, vt occurrat: nec enim permitto me examinatum tantum negotium relinqui. Sancta Synodus dixit: Oportuerat quidem tuam reuerentiam acquiescere suasionibus sanctissimis & beatissimis Archiepiscopi nostri: sed quia perstantem te vidimus, fiat quod postulasti. Nunc ergo vt citius è datu libellis fides tenea: monimentum ad diligentem agendorum examinationem. Ioannes autem religiosissimus presbyter & Defensor simul cum religioso diacono Andrea pergentes ad religiosissimum presbyterum & Archimandritam Eutychetem, conuenant & loquantur ei, & commoneant occurrere ad sanctum Concilium, & sibi adesse: non enim inleui accusatur causa. hæc quidem eò die: sequenti verò quæ contigerint, in isidem Actis describuntur: nos eadem compendiosiori interdum sermone, ne fastidium lectori pariant, perstringentes; quæ pertinent ad historiam tantùm, in medium afferemus: vt patens fiat; quomodò semel directas serpens, foraminis captans latebras, publicum congressum vitauit, quod est mendacio natura insitum, cum tamen ipsa ventras gaudeat luce, & reddit omnibus manifesta. Sed quæ sunt, sic fecura, referamus.

XXVIII. EVSEBIVS VI HANVIT CONVENIRE EVTYCHETEM.

XXIX.

Sab isidem Consulibus, pridie Idus Nouembris præsto fuit Synodo Eusebius, & quam semper coluit rectam fidē palàm exponit, ex scriptisque Cyrilli ipsam promens, eadem que se inquisse ac sapere profitetur, similaque ostendit, sanctos & Orthodoxos Patres semper in Christo duas confessos esse natutas in vna eademque coniunctas persona. Quæ quidem, vt ante dictum est, pie que dicta, ab omnibus, qui præsentes erant, Patribus recepta sunt atque probata, singulis (vt dici solet) candidum calculum porrigentibus. Hæc quidem eâ die sunt acta, seruato Ecclesiastici iudicij ordine, quo iubetur, vt accusans aliquem criminis hæresis, ipse se Catholicum esse, publicè doceat. Rursum ijsdē Consulibus feria secunda, die decimoquinto mensis Nouembris, idem Eusebius Episcopus Dorilæi prosequens causam contra Eutychetem, his verbis sanctam Synodum interpellat: *Quartus hodie excessit dies ex quo vestram interpellaui sanctitatem, postulans Eutychetem presbyterū & Archimandritam in sanctam vestram Synodum occurrere: ad quod à me proto, quòd Orthodoxa dogmata corrupit, & aliter sapit, quàm credit Ecclesia Catholica. Et peto tunc directos à sanctitate vestra interrogatos dicere, qualia ab eo acceperunt responsa.* Flauianus sanctissimus Episcopus dixit. *Decant Notarij, quæ sunt hodiè directa.* Notarij dixerunt: *Ante hoc vestra insserat sanctitas reuerentissimum presbyterum & Defensorem Ioannem, & reuerendissimum diaconū Andream pergere ad reuerendissimum presbyterum & Archimandritam Eutychetem, & vtrique præsto sunt, &c.* Quæ autem transacta sint inter missos à tanctâ Synodo & Eutychetem, Ioannesita narrant. Audi tingnem viri procacem.

XXIX. EVSEBIVS DORILEI VRGET SYNODVM ADVERSVS EVTYCHETEM.

XXX. RELATIO DE EVTYCHETE.

Cùm (inquit) peruenissemus ad eum in monasterium, libellos legimus, & exemplaria ei dedimus, & accusatorem etiam manifestauimus, & vocationem ei denunciauimus, & sat o sat ionem apud vestrā sanctitatem. Ipse autem occurrere quidem & satisfacere permisit abnegauit, dicens, hoc ipsum apud se esse decretum, & dejectionem, & anathematizari, vt nusquam alibi egrediatur à sua fraternitate: quod animodo enim tanquam in sepulchro decreto mo asterio. Inuenescere autem vestra sanctitas per non assistauit, eā quæ reuerendissimus Episcopus Eusebius in milium ei adinuenta esset delatione & inuisi recausa hanc accusationem aduersus eum conscripsit. Paratum enim se esse asserebat, exposituros sanctarum Patrum, qui in Nicæa & vt Ephesi congregati sunt consonare,

& subscribere interpretationibus eorum confitebatur. Si verò aliquid contigit eos in aliquibus dictis aut fallí, aut errásse, hoc neque reprehendere, neque subscribere, solas enim Scripturas scrutari, tamquam formores sanctorum Patrum expositionibus.

XXXI. Obserua diligenter, quibus se primò spiris veternosus serpens, caput obtegens, ne offendatur, inuoluat, dum desciscens à sanctis Patribus honesto præextu ad diuinas Scripturas prouocat; quod est peculiare omnium hæreticorum, se diuinæ Scripturæ vindices profiteri, eo pulchro velamento impietatem velantes; duplo impij, dum & errant, & ad struendam quam profitentur falsitatem, diuinam Scripturam pro animi voluntate detorquent. Sed quàm nefanda Eutyches istis subiecerit, audi Ioannem: *Fuit incarnationem verò (aiebat ille) Dei Verbi, hoc est, naturitatem Domini nostri Iesu Christi vnam naturam adorare, & hanc Dei incarnati & inhumanati hominis facti. Et librum aliquem huiusmodi proferens perlegebat. Adijcebat verò derogationes aduersus se ab aliquibus dictas, quasi quod dixerit, se innoxium ab huiusmodi derogatione esse, ex duabus naturis vnitis secundum subsistantiam factum esse Dominum nostrum Iesum Christum, neque deduxisse in expositionibus sanctorum Patrum, neque suscipere, si contigerit et abaliquo tale aliquid legi: quia diuina Scriptura (vt dicebat) melior est Patrum doctrina. Et hoc dicens, confitebatur perfectum Deum esse & perfectum hominem, qui natus est de Maria Virgine, non habentem consubstantialem nobis carnem hac autem meum colloquens dixit.* hæc Ioannes. Eadem etiam locutus est Andreas diaconus, & Basilius Episcopus Seleuciæ, qui præsens fuit, necnon Athanasius. Quibus peractis, & imitante eodem Eusebio Episcopo Doulæi, secundò iussum est Eutyches citari ad Synodum per Mamantem & Theophilum presbyteros: libellus autem citationis fuit huiusmodi:

XXXII. LIBELLVS CITATIONIS SECVNDÆ. *Sancta & magna Synodus secundum Dei gratiam degens in Christianissima & regia Constantinopoli Noua Roma reuerendo presbytero & Archimandritæ Eutychetí. Et nunc secunda te ista vocatione vocamus per Mamantem & Theophilum reuerendos presbyteros, vt occurras absque dilatione ad satisfaciendum sancto Concilio accusatus à Deo amantissimo Episcopo Eusebio, sicut qui aliena à fide sapuisti & sapis, & ad aliquos ex eis locutus es. Veni ergo ad Conuentum, nihil differens, ne vt subterfugiens in faciem conuenci, subiaceas diuinarum regularum seueritati: Nec enim rationabilia est satisfactio, dicente te, decreuisse non recedere de monasterio, quis de talibus accusatus es.*

XXXIII. RELATIO SECVNDA DE EVTYCHETE. *Adhuc sedente sanctâ Synodo, & expectante Mamantem & Theophilum reuerendissimos presbyteros, qui missi fuerant vocare Eutychetem reuerendissimum presbyterum & Archimandritam: dum legerentur eius expositiones de fide sanctorum Patrum: exurgens in medio Eusebius Deo amantissimus Episcopus dixit: Nihil intemeratum * relinquitur adeò impiè agenti, & aliena à recta fide sapienti: audacter pergit omnia facere. Comperi enim, quia Eutyches presbyter & Archimandrita volumen direxit per monasteria, & ad seditionem excitat monachos. Et quia hoc ipsum ad tutelam Ecclesiasticam sanctæ Synodo pertinet inquirere & cognoscere qualia conficit & machinatur, tumultum faciens: postulo hic præsentem presbyterum Martyrij (templi scilicèt S. Ioannis Baptistæ) qui est in Septimo dicere si destinauit volumen, & fecit fieri subscriptiones.* hæc locutus Eusebius.

* intemeratum

XXXIV. DE LIBRIS AB EVTYCHETE SPARSIS. *Iussu est post hæc à Flauiano presbyter testis accedere: qui roganti Flauiano quis esset, dixit: Presbyter sum in Septimo sub tua sanctitate. Cui Flauianus Episcopus dixit: Audisti quæ expositi reuerendissimus Episcopus Eusebius? Abrahamius dixit: Etiam per vestigia tua.* Obseruabis hîc pristinum morem obtestandi Episcopos verbis illis: *Per vestigia tua.* quibus proficerentur, sacrũ quidam esse, etiam ipsa Episcoporum vestigia. His autem Abraham presbyter subdit: *Emmanuel presbyter & Archimandrita direxit me ad Asterium presbyterum, hæc ei denunciare, quod Eutyches presbyter & Archimandrita direxit ei tomum de fide, & suadebat ei in eo subscribere: & hæc mandauit, vt prædictus presbyter Asterius hæc vestræ suggereret sanctitati.* addit his Eusebius, id ipsum esse factum per alia monasteria, ad quę tomum miserat Eutyches, vt ei subscriberetur. Ith æc tum audisset Flauianus, misit eo ex Synodo Petrum presbyterum & Patricíũ diaconum, & rursum ad alia monasteria Rhetorium presbyterum & Eutropium diaconum, Chalcedonem verò Paulum & Ioannem presbyteros ad inquirendum demisso ad eos fideitomo ab Eutyche.

Interhæc autem qui missi fuerant secundò citare Eutychetem, reuersi sunt ad Synodum, & quæ gesta essent, nota fecerunt, Mamante ita præloquente: *Præuenientes ad monasterium Eutychetis presbyteri & Archimandritæ, reperimus abbatem ianuæ monachos stantes, vt ingressi cum eis monasterium diximus: Nunciate: Loqui enim debemus Archimandritæ, directi à sanctissimo Archiepiscopo & præsente Synodo. Et dicebant nobis: Quia dominus Archimandrita agrotat, & videre eum vos non potestis: quid ergo vobis placet, & pro quare estis directi, dicite nobis. Nos autem non acquieuimus, dicentes eis: Quia nos ad illũ ipsum summus directi, & scriptam iussionem habemus & præ manibus tenemus, quæ ad eum scripta est à Synodo. Qui ingressi, iterum regressi sunt, & adduxerunt secum Eleusium quendam monachum dicentes: Quoniam Archimandrita noster agrotat, hunc loco sui direxit, vt hæc quæ sunt mandata dicatis. Nec sic acquieuimus dicere, sed diximus: Si suscipit nos missos à sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo, & à sancta magna Synodo, dicite nobis. Deinde vidimus eos turbatos, & ad alterutrum fusurrantes & dicentes aliqua. Et cum non recipere nos responsum conturbatis eis, eò quòd inscripta esset mandatum, diximus eis: Quid conturbamini? Nihil est durum: quæ scripta sunt, non sunt occulta. Sed dicimus & nos quid scriptura continet. Communiter eum ecce nunc secundò sancta Synodus, quatenus occurrat, & in his in quibus accusatus est à Deo amantissimo Eusebio Episcopo satisfaciat. Tunc ingressi nunciauerunt, & susceperunt nos prædictus reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches.*

XXXV. EVTYCHETIS SVBTERFVGIA.

XXXVI. QVID CVM EVTYCHETE ACTVM. *Ingressi proximus ei missam chartulam, & sicut eam nobis præsentibus legi & postquàm lecta est, dixit: Ego apud me definitum habeo, citra morbi necessitatem non egredi monasterium: peruidet autem & sancta Synodus & Deo amantissimus Archiepiscopus, quoniam & senex sum effectus. Diximus nos: Dignare venire, & in his quibus accusaris satisfacere apud sanctam Synodum. Qui respondit: Ego non egredior de monasterio meo; quia sic habeo definitum. Si autem voluerit beatissimus Archiepiscopus & sancta Synodus aliquid agere, quod ei placet, agant. Hoc vnum peto, nullum hîc alterâ vice fatigari. Definitum enim mihi est non egredi monasterium. Ne ergo & iterum dirigant: quod volunt, ante tertiam meam vocationem faciant: mihi, ac si vocássent, sat sunt. Petit autem nos dicere sanctitati tuæ hæc.*

XXXV-II. INTERPELLAT EVTYCHETEM AVCTOR. Sed tu quid ad diuinas Scripturas prouocas, ô Eutyches (liceat paucis te alloqui) vbi repereris, dicas, quęso, te magis obligatum teneri propositi mentis tuæ vinculis, quam tui Episcopi iussione, immo & plurium Antistitum in Synodo cõfidentium, teque ad iudicium vocantium voluntate, legitimo præsertim id exigente iudicio? *Magister tuus Israëles, & hæc ignoras?* qui & alios doces, & munere præfectiæ monasterio præes, hæc te præterierunt, quibus te oportuit imbuisse tyrones? Sed inanimus delyare senem. Pergit ille: *Compellebat autem nos, & chartulam aliquam scriptam deportare: sed non acquieuimus suscipere, dicentes: Si quid voluerit peruenient, doce. Ista nobis tacta ad eum dicentibus dilata est charta & voluit eam nobis legere: sed nec sic acquieuimus audire, sed accipiens eam subscripsit: & nos vale facientes egressi sumus, dicenteo: Quia dirigo S. Synodo hanc chartulam cum subscriptione mea.* hactenùs Mamantis relatio, eademque collega Theophilus. Attende, lector, quod insitum sit hæreticis omnibus, quòd malè agant, aduersari lucem, congressum fugere, latebras quærere, diligere subterfugia, amare diuerticula, & captare recessus.

XXXV-III. TERTIO CITATVR EVTYCHES. At rursus accusator Eusebius vrget, rursus vehementiùs instat, vt vel inuitus Eutyches trahatur ad Synodum. Tum verò secundùm iudicij formam à S. Synodo decretum est, vt ille tertiò citaretur per Memnonem custodem sacrorum vasorum, Epiphaniumque presbyteros, & Germanum diaconum, quibus scriptus citationis libellus traditus est, quo significabatur, vt post diem sequentem, fetiã quartã, ad septimam decimam mensis Nouembris ipse Eutyches iudicio præsto esset.

XXXIX. Interea verò sequẽti die, nempe decima sextâ Nouemb. venit in Synodum ab Eutychete missus Abrahamius Archimandrita, excusans Eutychetem ob ingrauescentem morbum venire non posse. Accepta verò est à Synodo de morbo excusatio, quòd non adeò inhumani essent, sed

misericordes: cæterùm eius propositum de non egrediendo è monasterio minimè comprobatum fuit; testante Flauiano præsertim ipsum Eutychetem olim, cùm in Synodo causa Nestorij tractaretur, aduersus eum acturum in Synodum ingressum fuisse. Adhortatus est autem idem Flauianus per eumdem Abrahamium Eutychetem, vt venire ad Synodum ne detractaret, & se purgare apud eam, si calumniam pateretur: sed & si errare compertus esset, ea quæ temerè dixisset, corrigeret, atque damnaret, pollicês veniam; addititque hæc de accusatore causam infatigabili studio prosequente: *Cognoscitis* (inquit) *zelum accusatoris, quoniam & ipse ignis frigidus illi videtur propter pietatis zelum.* &c.

XL. Sequenti verò die, nempe decimaseptimâ eiusdem mensis, auditi sunt à Synodo qui missi fuerant tertiò citare Eutychetem, Memnon, Epiphanius, atque Germanus; retuleruntque in manus Eutychetis se dedisse libellum citationis; ipsum autem se excusâsse, quòd misisset satisfacere Synodo Abrahamium Archimandritam, cui significaret se sanctorum Patrum dictis & Nicænæ Synodo acquiescere; rogare verò, si his non contenta sit sancta Synodus, septimannæ vnius darent inducias. His relatis, auditus est etiam Eusebius accusator instans, & causam afferens, cur de his, quæ ab eo anteà sæpiùs dicta essent, Eutyches cogeretur reddere rationem. Auditi quoque sunt qui missi à S. Synodo fuerant ad monasteria inquisituri de voluminibus ab Eutychete ad ea missis: retuleruntque accepisse Archimandritas missum ab Eutychete volumen fidei, sed ipsos subscribere noluisse, inter quos Martinum Archimandritam dignam illem emisisse sententiam: *Non est meum subscribere, Episcoporum tantùm est.* alios verò se minimè accepisse, testatos esse. Instante igitur Eusebio, damnandum ex scriptis suis esse Eutychetem, idemque attestante Flauiano: tamen ne præcox adhuc videretur esse iudicium, septem dierum peritas ab eo inducias concesserunt, qui erant in Synodo Patres, ita Flauiano suadente.

DATÆ INDVCIÆ SEPTEM DIERVM EVTYCHETI.

XLI. Inter hæc autem dum expectaretur septimianæ dierum tempus Eutycheti præfixum, instante accusatore Eusebio Episcopo, iterum introrsus missi sunt Mamas cum collegis, qui missi fuerant citare Eutychetem; vt quæ ab ipso accepissent, & minimè integrè retulissent, palàm facerent. Vigesimâ itaque secundâ mensis Nouembris, confidentibus Patribus, Theophilus, qui cum Manente transmissus fuerat, sub diuini numinis contestatione hæc est locutus: *Cæpit velle Eutyches disputare nobiscum. Reuerendo autem presbytero Mamatè dicente: Non quidem ad hoc venimus, vt cum tua reuerentia disputemus, sed euocare te ad occurrendum Synodo. Cæpit ille, præsente Narsete presbytero, & Maximo Archimandritâ, & aliis monachis, dicere: In qua Scriptura iacent duæ naturæ? Deinde: Quis sanctorum Patrum exposuit, Deum Verbum duas habere naturas? Ad hæc nobis respondentibus: Et tu ostende nobis, vbi continetur Homousion: aut quia Scriptura hæc dicit? Respondit reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Non continetur in Scripturis, in expositionibus verò Patrum iacet. Ad hæc reuerendissimus Mamas presbyter respondens, ait: Eo modo sicut Homousion in sanctis Scripturis non iacet, sed in expositione Patrum ita se habet & vita & de duabus naturis idem sanctis Patres exposuerunt. Dixit ad hæc & ego: Perfectus est Deus Verbum, an non? Dixit idem presbyter Eutyches: Perfectus. Dixi ego: Perfectus est homo incarnatus an non? Dixit: Perfectus. Si ergo duo perfecti Deus perfectus & homo perfectus, duo perfecta vnum faciunt Filium. Ad hæc reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches: Absit à me dicere ex duabus naturis esse Christum. aut de natura loquis, seu disputare Deimes. Si ergo volunt deponere me, aut si desiderant facere aliquid aduersum me, secundùm permissum Dei faciant: Ego enim in fide, quam accepi, in ipsa steti, & confirmari desidero. Hæc sunt, quæ ab eo audiui.* hæc in Actis de Eutychete.

EVTYCHES SVAS PRODIT BLASPHEMIAS.

XLII. Cùm tu consideras, lector, horrendam Eutychetis blasphemiam; non eo tamen procaciæ peruenisse vides, vt dum prouocat ad diuinam Scripturam, sinul etiam quæ in ea à sanctis Patribus fuissent exposita, esse pariter retinenda neget. Ex quibus intelligis, supergressos esse nostri temporis Nouatores impudentiam Eutychetis: quippe, qui, cum conuincantur à sanctissimis Patribus, sic prouocent ad diuinam Scripturam, vt nisi tot syllabis & elementis illud ipsum, quod Catholica profitetur Ecclesia, in ea expressum inueniant, minimè sibi retinendum esse, pertinacissimè reluctentur, nullam vel traditionem, vel sanctorum Patrum interpretationum rationem prorsus habentes. Sed reliqua de iudicio Eutychetis prosequamur.

PROCACIORES EVTYCHETIS NOVATORES.

At quid inter hæc inueteratus dierum malorum hypocrita? Qui sæpiùs fuerat contestatus, se minimè posse egredi è monasterio, licèt iussione Flauiani Archiepiscopi & totius Synodi vrgeretur, quòd eam sibi inuiolabilem legem anteà præfixisset: tamen cùm septem dierum accepisset inducias, statim egreditur è monasterio, sed non ad Flauianum quidè progreditur: at quonam gentium? Audi Liberatum Diaconum*: *Dùm hæc agerentur, refugiens Eutyches ad Theodosium Imperatorem, impetrauit ab eo (vt fertur) per Chrysaphium eunuchum, quem ipse Eutyches susceperat in sacro baptismate, vtcum Patricio Florentio & magno Consiliario Concilium illud Flauiani ingrederetur. Timere enim se dicebat Flauiani calumnias.* Mos hic etiam est hæreticorum (vt de Arianis & alijs sæpè anteà vidimus) ingredi Synodos ambitiosô Comitum comitatu, talium fretos potentiâ, qui diffiderent iustæ causæ: cuius quidem rei recens est exemplum Nestorij in Concilio Ephesino.

XLIII. OPEM QVÆRIT A PRÆPOTENTIA EVTYCHES.

* Liberat. Diacon. c. 12. Concil. 8

XLIV. At mirâ sanè versutiâ Eutyches Chrysaphium potentissimum eunuchum adsciuit sibi in præsidium ac patrocinium, quem sciebat infensissimum Flauiano ob res superiùs enarratas: ex quibus omnium malorum fluxit origo. Etenim sceleratissimus hominum, vt conceptas iras in Flauianum enomeret, susciperis patrocinium Eutychetis, in summum totius fide Catholicæ detrimentum ei fauens, in eius defensionem tum complures alios potentes aulicos, tum etiam Episcopos magni nominis inclinauit: effecitque vt cum huius Synodi definitione causa finienda esset, ad œcumenicum oporteret eam deferre Conuentum, vnde tot mala velut è portis inferi magno profluuio scaturirent. Ennuchus hæc præstitit.

XLV. Adueniente iam præscripto à sancta Synodo septem dierum termino, inchoato à die decimasexta Nouembris: vigesimasecundâ eiusdem, rursum sancta Synodus congregata est; & ex more propositis sacrosanctis Euangelijs, iussas est ingredi accusator Eusebius; iussus pariter requiri Eutyches, qui pollicitus erat dictâ die se præsto fore sacro Conuentui suam causam acturum: sed à quærentibus non inuentus; retulitq; hæc Synodo Ioannes presbyter: *Occurrit reuerendissimus presbyter & Archimandrita Eutyches cum magna multitudine militum & monachorum, & Præfecturarum apparitorum magnificentissimi & gloriosissimi Præfecti Prætorio, & non aliter volunt eum dimittere, vt ingrediatur in vestrum sanctum Concilium, nisi eis promiserimus, restituturos ipsum personam. Et verò pariter & magnus & maximè admirandus Silentiarius & ipse vnà cum eo prædictis, cupiens ingredi, vtpotè directus à piissimo & Christianissimo Imperatore nostro.* hæc ille. His auditis, introrsus missus est Silentiarius; qui obtentâ licentiâ, eiusmodi legit Theodosij Imperatoris mandatum ad Synodum missum.

EVTYCHETIS QVALIS ADVENTVS IN SYNODVM.

XLVI. IMPERATORIS MANDATVM.

Quoniam nos de pace cogitamus, & de sanctâ Dei Ecclesiâ, & pro Catholica fide, & custodiri volumus rectam, Deo inspirante, prædicatam fidem à sanctis Patribus, qui in Nicæa congregati sunt, trecentis decem & octo, & ab his, qui Ephesi interfuerunt damnationi Nestorij: Hoc ergo volumus, ne scandalum in prædictam Catholicam fidem committatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Patricium Florentium esse fidelem, & testimonijs probatum in recta fide: volumus ipsum interesse audientiæ Synodali, quoniam sermo de fide est.

XLVII. PERICVLOSE IMMISCENT SE PRINCIPES SACRIS.

Secutæ sunt hæc acclamationes Synodi de fide & religione Theodosij Imperatoris. Sed si prænouissent futura, vtique immensis lachrymarum imbribus fuissent eadem protecuti. Quanto enim detrimento immisceant se interdum Principes rebus sacris, quæ ab Episcopis tractandæ sunt, recentia exempla (vt prætermittamus vetera) docuerunt. Etenim fomes peccati Nestorius litteris Cœlestini damnatus iam, nisi infra decem dierum spatium resipisceret, conspirante in eamdem sententiam Synodo Alexandrinâ, perpetuo silentio iam sepultus fuisset: cùm verò se se in his male (vt vidimus) immiscuit Theo-

dosius,

dolius, quanta illa mala prouenerint in Ecclesiam, adhuc quæ videntur in Orientali Ecclesia vlcera putrefacta testantur. Eutyches pariter delirus senex & impudens hæresiarcha in hac Constantinopolitana Synodo iam cum sua hæresi condemnandus, atque penitus obliuioni delendus: fultus auxilio Præfectorum, & munitus edictis Imperatoris, sic inualuit, vt per plurima sæcula eius hæresis vniuersam Orientalem Ecclesiam vehementis instar incendij exusserit, atq; numquam hactenùs restinguì valuerit. Mentiar, nisi & lapides ista clament, & viæ Sion lugeant. Etenim ex his non Catholica tantum fides insanabilem plagam accepit, sed & Orientale Imperium penitùs collapsum atque funditùs diruptum est. Sed cœptam semel lugubrem prosequamur historiam.

XLVIII EVTYCHES CAVSAM DICIT. Post hæc, assentiente Synodo, Florentius ingredi iussus est, præsentibus Eutyche reo & Eusebio accusatore: tunc quę pluribus sessionibus superiùs facta essent, coram omnibus publicè sunt recitata. Inter legendum autem, de Eutychete conquestus Eusebius, hæc interlocutus: *Metuo ipsum circumuentionem: ego pauper sum, nihil possidens: minatur mihi exilium: pecunias habet: rapinam mihi omnia sam*. id est, petram exily.* hæc ipse: ex quibus planè vides, qualis fuerit patientia, mansuetudo, & paupertas monachi Archimandritæ. Rursum verò cùm inter legendum ventum esset ad S. Cyrilli rectam fidei confessionem, quâ duæ ab eo naturæ prædicarentur in Christo, ad hæc Eusebius: *Consentit ne ipse Eutyches, qua modò lecta sunt beati exemoria Cyrilly, & confitetur ne duarum naturarum vnitionem factam in vna persona & in vna subsistentia, an non?* Flauianus sanctissimus Episcopus dixit: *Audisti presbyter Eutyches, quid accusator tuas dixit? Edicito nunc, si ex duabus naturis vnitionem confiteris.* Eutyches presbyter dixit: *Etiam ex duabus naturis.* Eusebius Episcopus dixit: *Confiteris duas naturas, domine Archimandrita, post incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum secundum carnem, an non?* Eutyches presbyter dixit: *Ego non veni disputare, sed veni satisfacere sanctitati vestræ, quomodò sapiam. Scriptum est autem in hac chartula, quomodò sentio, & iubete eam legi, &c.*

* Oslim & Petrã.

EVTYCHES FRVSTRA EVITAREVGIA CAPTAT.

XLIX. Vides colubrum spiritis inuolui, & ne detegatur, suis inuolucris oculi, & quærere subterfugia, ne capiatur? Cumque mille technis vndiq; fugam captaret, cogitur tandem prodere quid sentiret, cùm dixit: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem: post verò adunationem vnam naturam confiteor.* Hæc igitur prolatâ immensâ blasphemiâ, cùm eam damnare iuberetur, renuit penitùs ille. Sed cùm rursum vrgeret etiam Florentius Patricius dicens: *Confiteris duas naturas post adunationem? dic, si non dixeris, damnaberis.* cumq; se haud sponte id professurum significaret, cum verò rursum Florentius Patricius interpellaret, ad postremum illud edixit: *Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas non credit rectè. Exurgens vniuersa sancta Synodus exclamauit: Quæ ex necessitate est, fides non est.* & subsecutæ sunt acclamationes in laudem Imperatoris. Claudensque eius diei actionem, ita peroranit Flauianus:

L. EVTYCHES DAMNATVR. *Per omnia apparet Eutyches quondam presbyter & Archimandrita, & ex ijs, quæ antè acta sunt, & ex propriis eius confessionibus, Valentini & Apollinaris peruersitate ægrotari, & eorum blasphemias immobiliter sequens, qui nec nostram reuerens persuasionem atque doctrinam, rectiùs voluit consentire dogmatibus. Vnde lachrymantes & lugentes perfectam eius perditionem, decreuimus per Dominum nostrum Iesum Christum ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione, & primatu monasterij. Scientibus hoc omnibus, qui postea collaquentur ei, & ad eum conuenerint, quoniam rei erunt & ipsi pœnæ excommunicationis, sicut non recedentes ab eius collocutione.* His dictis, atq; actis penitùs absolutis, consecuta est omnium Episcoporum subscriptio, qui fuerunt omnes numero triginta duo; subscripserunt & Archimandritæ, qui aderant tres. Repetitus est autè anno sequenti iidem Constantinopoli eorumdem Patrum Conuentus, de quo suo loco dicturi sumus. Porrò præsens Synodus Actionibus septem complera est.

LI. *a Apud S. Leonē pet. epist. 2.* His in Concilio gestis, Flauianus de re tanta, more maiorum, certiorem reddere voluit S. Leonem Romanum Pontificem, has ad ipsum litteras scribens[a]:

Domino beatissimo & Deo amabili Patri Leoni, Flauianus in Domino æternam salutem.

Nulla res diaboli venena compescit, nec continet mortiferas eius sagittas: sursum enim atque deorsum peruolant, quarit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus à Deo obtinendum, vt fatuas inquisitiones euitare possimus. Decet enim sequi patres nostros, nec commutare definitionem eorum perpetuam, quorum regulam secundùm sacras Scripturas esse didicimus. Depositis ergo fletibus & lachrymis, quas incessanter fundo, quia sub me eleris degens immanis est à fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre à tali lupo, qui animam meam pro illo parauit, eram ponere: quomodò rapere sit, quomodò resilit a proposito diuino, & ad illam cucurrit quæ perdere consueuit præcepta Patrum dedignans, & constituta eorum dissecuens, iam incipio enarrare.

FLAVIANVS SCRIBIT AD LEONEM ROMAN. PONT.

LII. *Sunt enim quidam vestræ sanctitatis significantes, interiùs lupi rapaces b, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti primùm fronte videntur esse de numero nostro c, sed non sunt de numero nostro: si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Illud quod prius occultabatur in illis, patet ur, & dolum omnis fit omnibus manifestus. Inuertuntur autem infirma fidei hominis, & qui diuinas lectiones nescium, & secum eos in perditionem precipitant, dissipantes & vituperantes Patrum disciplinas, & reliquas sanctas Scripturas ad suam perditionem. Quos quidem debemus præuidere, & a quibus multum oportet cauere, ne in malitia sua aliquis occupati concidant de sua firmitate. Exacuerunt enim linguas suas sicut serpentes, & venenum in labijs habent quasi aspides: de his enim hæc Propheta d clamauit. Talis inter nos Eutyches emersit, quondam presbyter & Archimandrita: qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc præferebat*. Nestorij quidem impietatis resistentem impugna, quæ contra Nestorium parabatur; trecentorum autem decem & octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes eius, quibus omnes assenserunt, tentauit euellere, antiquam impij Valentini & Apollinaris reparans sectam: & non tamen præceptum Regis vitæ Dei dicentis e: Quicumque scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit ei, vt mola asinaria allegetur collo eius, & demergatur in profundum maris. Verecundiam autem omnem eius perfidia abiecit, & quam gerebat infidelitatis pellem exuens, in S. Synodo asserebat instanter dicens, Dominum nostrum Iesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cùm à nobis vnius * substantiæ & vnius personæ cognoscatur, neque carnem Domini consubstantialem nobis subsistere, tanquam ex nobis susceptam. & coadunatam Dei verbo secundùm substantiam: sed dicebat. Virginem quidem, quæ eum genuit, secundùm carnis consubstantialem nobis esse, ipsum verò Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis: & corpus Domini non esse quidem corpus hominis, humanum verò corpus esse, quod est ex Virgine: omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.*

a Matth. 18.

* duplicis

LIII. *Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam: olim quicquid egerimus, missimus ad beatitudinem vestram litteras, quibus scripsimus & docuimus & presbyterio illum esse mudatum, qui sic captus est: & iussimus eum cum monasterij nullam habere rationem, & excluximus eam à communione nostra: vt sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnium Episcopis sub beatitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui quid ille senserit, quasi ad Orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam communionem iaquant.* hactenùs Flauianus ad Leonem Romanum Pontificem, cupiens ab eo haberi rata, quæ ipse vnà cum alijs Episcopis contra Eutychetem statuisset; probè sciens, primæ sedis esse de recèns emergentibus hæresibus cognoscere, & aduersus eatum promulgatores hæresiarchas sententiam ferre.

LIV. CONATVS EVTYCHETIS POST DAMNATIONEM. Sed & Eutyches nõ ignarus quanti ponderis esset Romani Episcopi, cuius iudicium solerent in ambiguis Synodi expectare, communicationem consequi, atque captare gratiam; & ipse festinauit ad eumdem Romanum Pontificem dare litteras; haud dubius, in eam partem vniuersam Catholicam Ecclesiam inclinaturam, in quam ipse Summus Pontifex videretur esse propensior. Sed quas litteras misit? refertas planè dolis, & mendacijs consarcinatas. at licèt non extent illæ quidem; verùm ex ijs, quæ ad Flauianũ sanctus Leo rescripsit, eas, quales essent, probè

probè possumus intelligere. Mentitus est enim inter alia, se, cùm à Synodo Constantinopolitana damnationis sententiam accepisset, appellasse Romanum Pontificem, sed appellationi minime delatum. blandis item verbis pollicitus est eisdem litteris, se paratum fore corrigere, quicquid reprehensione dignum dixisset. testatur id quidem sanctus Leo a in epistola reddita ad Flavianum, alia insuper ab ipso ad Synodum Ephesinam conscripta, necnon in epistola ad Theodosium, in quibus habetur, ab ipso Eutyche re esse missum ea de re libellum ad Romanum Pontificem.

a Leo ep. 12

LV. EVTYCHETIS DOLVS IN PRÆVENIENDIS LITTERIS FLAVIANI.

Sed quid his amplius versutus homo molitus est? Illud nimirum, vt studio regiorum ministrorum suæ litteræ ad Romanum Pontificem citiùs Romam peruenirent, deinerentur verò litteræ Flauiani. Addidit his etiam, vt inter hæc Theodosio libellum offerret, quo Synodalia Acta esse falsata conquerebatur. Quod insuper senex impudens fronte perfrictâ nouum commentus est facinus? Illud nempe, vt per vrbem Constantinopolitanam publica proponeret scripta, quibus se esse passum iniuriam, populum contestaretur. Hæc autem omnia ex Liberato Diacono, atque alijs. Illud etiam curauit per Chrysaphium eunuchum, vt in odium Flauiani hoc item anno darentur à Theodosio Imperatore litteræ pro eodem Eutyche ad Leonem Romanum Pontificem: non extant ipsæ quidem, sed mentio de illis habetur in litteris, quas idem Leo sequenti anno Kalendis Martij ad eundem Augustum reddidit. Quid præterea molitus nequissimus Eutyches? Litteras quoque dedit ad celebriores Italiæ Episcopos, quò eos in suam pertraheret sententiam: scripsit & inter alios ad Petrum Chrysologum Rauennatem Episcopum, vt eiusdem Petri ad eum redditæ litteræ docent: quæ omnes quoniam datæ reperiuntur anno sequenti, cum nauiganti tempus illuxit; agemus de his pariter eodem ipso, qui sequitur, anno.

LVI. HÆRESIS EVTYCHIANÆ INGRESSVS ET PROGRESSVS.

Vidisti, lector, & admiratus es, quomodò apparatu regio & apparitura potentium stipata, compta mendacijs, delinita fucis, induta dolis atque fallacijs, noua ista cornuta bestia, horrendũ monstrum progrediatur in exitium fidei Orthodoxæ; quæ licèt publico hoc anno damnata fuerit anathemate, regijs tamen & regiorum ministrorum fulta præsidijs, surrexit validior post occasum, & vehementiori impetu insilijt in Catholicos. Fauerunt quidem Chrysaphius & Theodosius Eutycheti; non tamen odio Catholicæ pietatis, sed quòd vterque Pulcheriæ Augustæ causâ (vt suo loco superiùs dictum est) sanctum Flavianum immenso odio persequeretur. Siccine priuatorum affectuum causâ Christiana pietas à Christianis Principibus lancinatur? sed in suam ipsorum perniciem atque iacturam, vt exitus declarauit: haud enim passus est Deus Theodosium diutiùs imperare, postquàm Chrysaphio in re tanta credidit habenas Imperij. Sed & sub dolum eunuchum meritas pœnas dare voluit. Verùm de his suis locis dicendum plurimus.

LVII. DVO CONCILIA IN CAVSA IBÆ EPISCOP. EDESSÆ.

Hoc eodem anno, ijsdem Consulibus, duo habita Cõcilia leguntur, seu potiùs Episcopalia dicenda iudicia, in causâ Ibæ Episcopi Edessæ in Syria, iterum Tyri mense Februarij, Berythi verò alterum mense Septembris; quæ recitata habentur in Cõcilio Chalcedonensi nonâ & decimâ Actionibus. Sunt hæc quidem solertissimo studio perquirenda, atque exactissimè recensenda, vtpote quorum causâ diu multumque fuerit in Ecclesia laboratum, vt cuncta dilucidè pernoscantur. De quibus in primis admonendus est lector, perperàm ibi poni incusis in hanc diem codicibus, deprauato nimirum textu, *Post Consulatum Flavij Zenonis, & Posthumiani*; restituendusque est, vt dicat, *Sub Consulatu* eorumdem. Manifestus enim irrepsisse error inuenitur primùm ex numero Indictionum, dum quæ celebrata est Tyri Synodus vigesimaquinta mensis Februarij, Indictione primâ notata habetur; qui autem Berythi conuentus eodem anno habitus legitur, mense Septembris secundæ Indictionis inscribitur, cùm videlicèt primâ absolutâ, exordio mensis Septembris secunda incipit: *Consulatu enim Zenonis & Posthumiani, non post Consulatum* eorumdem, prima signatur Indictio etiam à Marcellino in Chronico. Præterea quòd iudicium Berythi factum mense Septembris, Theodosio Imperatore & Flauiano Episcopo Constantinopolitano iubentibus, habitum esse dicatur: planè liquet hoc anno id contigisse, nõ autem sequenti, quo tempore iam Anatolius fuerat in pseudosynodo Ephesina subrogatus in locum Flauiani, mense Augusti in eodem conciliabulo è gradu depositi; vbi & Ibas (vt dicemus) pariter damnatus fuit, qui anteà hoc (vt dictum est) anno in dictis iudicijs fuerat absolutus. Acta igitur, quæ habentur Latinè edita Concilij Chalcedonensis, tum in actione nona, tum decima, restituenda sunt, vt dum habent, *Post Consulatum Zenonis & Posthumiani*, dicatur, *Sub Consulatu Zenonis & Posthumiani*.

DEPRAVATI TEXTVS RESTITVTVR. LVIII.

Contrà verò vbi habetur in prima eiusdem Concilij Actione, cùm recitari incipiunt Acta pseudocõcilij Ephesini, illud cœptum esse mense Augusti *sub Consulatu Zenonis & Posthumiani Indictione tertiâ*, restituendum est, vt dicat, *post Consulatum eorumdem Indictione secundâ*: nam non hoc anno, sed sequenti Ephesi ex scelere famosim esse habitam Synodum illam, certum est. Et quis nesciat, ante conciliabulum Ephesinum præcessisse iudicia Tyrij Conuentûs atque Berythi, in quibus Ibas est absolutus, deinde verò subsecutum Ephesinum esse, in quo Ibas est condemnatus, testantibus id ipsis Synodalibus Actis? At hoc anno, mense Nouembris celebratam esse Synodum Constantinopolitanam contra Eutychetem, habent eius Acta signata sub anni huius Cõsulatu, nempe Zenonis & Posthumiani, quæ recitata extant in Actione prima eiusdem Concilij Chalcedonensis. Sub Consulatu verò Protogenis consignata habentur Acta secundæ Synodi Constantinopoli sequenti anno mense Aprilis celebratæ in causa eiusdem Eutycheris; post quam, eodem anno, mense Augusti, liquet habitam esse dictam Synodum Ephesinam. His igitur de temporis ratione elucidatis, vitiatisque locis Chalcedonensis Synodi restitutis, iam de Iba historiam prosequamur.

LIX. CAVSA IBÆ EPISCOPI EDESS.

Meminisse debet lector, ex his, quæ superiori tomo dicta sunt, hunc vnà cum alijs Orientalibus Syriæ Episcopis stetisse pro Nestorio cum Ioanne Episcopo Antiocheno contra S. Cyrillum Episcopum Alexandrinum, vsque ad tempus, cùm per Paulum Emesenum res inter eosdem Ioannem atque Cyrillum compositæ sunt, quando sicut alij, qui inimici erant, ipse communicare cum S. Cyrillo & Ecclesia Catholica cœpit. Accidit autem post hæc, vt quatuor presbyteri Ecclesiæ Edessenæ, Samuel, Cyrus, Maras, & Eulogius, sententiâ excommunicationis affecti, prouocauerint contra suum ipsorum Episcopum Ibam ad Antiochenum Episcopum Domnum, venientesq; Antiochiâ libellum accusationis eidem aduersus Ibam darent: quo ille accepto, ad Ibam scripsit, vt post Paschà proximum Antiochiam se conferret causam dicturus, interim verò excommunicatos absolueret, vt Paschali tempore participes fieri possent sacramentorum. Paruit Ibas, cœptumque iudicium est. Accepit interea Domnus Episcopus ab eisdem accusatoribus iuramentum, ne discederent Antiochiâ. Visum est autem duobus ex illis, nempe Samueli & Cyro, quò vitarent iudicium Domni Episcopi Antiocheni erga Ibam (vt ipsis videbatur) propensioris, proficisci Constantinopolim ad Imperatorem; cui libellum obtulerunt, petentes alios sibi dari Iudices, qui accusationes aduersus Ibam cognoscerent. Interea à Domno celebratur Synodus Antiochiæ, vbi & cognita est Ibæ causa, præsentibus duobus tantùm accusatoribus: in qua duo illi, qui licèt iurati recesserant, accusatores damnati sunt, deq; his Domnus litteras scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum.

LX. IVDICIVM TYRIVM IN CAVSA IBÆ.

Imperator verò Iudicem cognitorem misit Damascium Tribunum & Notarium, eidem mandans, vt iudicio præsens assisteret, & quæ Photius Tyri & Eustathius Berythi, & Vranius Himeriæ Episcopi dilecti à se in ea causa Iudices definirent, executioni mandaret. Missus est etiam tunc à Flauiano Episcopo Constantinopolitano Eulogius diaconus, vnà cum Damascio Iudice cognitore.

Actum

Actum est autem hoc anno eiusmodi causæ iudicium Tyri, die vigesimaquintâ Februarij primæ Indictionis. Sed quid ibi? tres illi delecti Iudices ad huiusmodi tollenda dissidia, pacis accessêre sequestres; primumque omnium illud quàm diligentissimè præstitêre, vt Ibas, cuius accusatus erroris potissimùm erat, hæresim Nestorij & omnes ad eam spectantes execraretur, fidemque Catholicam purè, sincerè, & integrè profiteretur: his verò ab eo præstitis, ijdem Episcopi iudices conciliauerunt eosdem clericos accusatores cum Iba suo ipsorum Episcopo, sicque transacta res est, vt concordes inter se recederent. Continet hæc omnia prolixiùs enarrata Actio nona Concilij Chalcedonensis, quâ etiam habetur, subscripsisse eiusmodi initæ concordiæ Iudices Episcopos Tyri atq; Berythi, Vranium autem Himerorum Episcopum minimè subscripsisse, quem sibi infensissimum fuisse, & accusatorum instigatorem, Ibas conquestus est in eiusdem Actionis exordio.

LXI. IUDICIVM BERYTHENSE IN CAVSA IBA.

At quæ ita Tyri Ibæ causa terminata est concordiâ ambarum partium, dictâ die vigesimâ Februarij: hoc eodem anno sub Cõsulatu (vt dictum est) Zenonis & Posthumiani, Kalendis Septembris iterum perducitur ad iudicium. Vt autem rursus eadem Ibæ causa ad iudicium deferretur, iterumque instauraretur iudicium, ex eo euenit, quòd noui additi sunt accusatores, à quibus non Ibas solùm, sed & duo alij Episcopi cum Iba sunt accusati, nempè Daniel Carrhorum in Mesopotamia ciuitatis Episcopus, & Ioannes Batenorum Episcopus. Clerici enim Edessæ, qui aduersantes erant Ibæ, haud steterunt initæ concordiæ; sed præter quatuor nominatos presbyteros Samuelem, Cyrum, Maram, & Eulogium, miserunt etiam Ablabium, Ioannem, Anatolium, Caiumam, & Abibum clericos Edessenos: qui simul Constantinopolim profecti, adierunt Flauianum Episcopum, dederuntque eidem libellum accusationis aduersus tres modò nominatos Antistites. Placuit autem Flauiano, vt ijdem, qui antè Iudices electi essent, & causam composuissent, iterum sederent Iudices, Photius, Eustathius, & Vranius, ipsaq; causa Berythi tractaretur, cui Ecclesiæ præsidebat Episcopus vnus ex Iudicibus Eustathius: legauitque idem Flauianus Eulogium suum diaconum, qui & superiori iudicio interfuerat: præsens etiam fuit ex Theodosij Imperatoris mandato Damascius Tribunus & Notarius tenens locum Iudicis cognitoris. In primis autem in eodem iudicio, facta ex parte repetitione Actorum Synodi Antiochenæ, lectus est etiam libellus accusationum aduersus Ibam, Danielem, & Ioannem Episcopos, quibus non hæresis tantùm, sed nefandorum criminum Ibam ac collegas Episcopos accusabant.

LXII. QVID CONTRA IBAM OBIECTVM.

Portò capitibus cæteris accusationum prætermissis, illud primò inquirendum propositum est, quo dicebant accusatores, horrendam eiusmodi blasphemiam ab Iba prolatam: *Non inuideo Christo facto Deo: in quantum factus est, & ipse factus sum.* vel: *Si voluero, & ipse vt ille fieri possum.* Negans verò Ibas, & execratus, qui vel talia aliquando cogitâsset; testificationem totius cleri Edessenæ Ecclesiæ ad Episcopos Iudices missam recitari petijt, quâ ab illata per accusatores calumnia idem Ibas redderetur prorsus immunis. ipse verò libellus sic se habet, eidem Actioni decimæ Concilij Chalcedonensis intextus:

LXIII. TESTIFICATIO CLERICORVM EDESSÆ PRO IBA.

Instructio & deprecatio Deo amantissimis atque sanctissimis Episcopis Photio, & Eustathio ab omni clero Edessena ciuitatis.

A multis atque diuersis è Phœnice aduenientibus ad nos cognouimus ea, quæ ab his, qui insurrexerant in Deo amantissimum & sanctissimum Episcopum nostrum Ibam, gesta sunt: perterriti in eo, quod dictum est (transcendunt enim & illos, qui sine Deo sunt, & infideles, & hæreticos & Iudæos & Paganos, ea, quæ dicta nobis sunt) quia nobis præsentibus dixisset idem Deo amantissimus Episcopus: Non inuideo Christo facto Deo: quoniam & ego ipse si volo, possum fieri secundum illum. Et omnes nos, quos dicunt audisse ea, quæ dicunt, manifestum facimus vestræ Deo amabilitati coram Dei clementia; quia neq; ab eo, neque ab alio vllo tale dictum aliquando audiuimus, neq; in aures nostras ingressum est tale aliquid aliquando: Anathematizantes nosmetipsos, & terribili gehennæ nosmetipsos obnoxios facientes, si nouimus aliquid tale dictum ab eo, aut aliud aliquid contrarium Catholicæ fidei. Si enim alicui tali dicto acquieceremus, aut communicare ei, qui dixit, aut commisisse ei in sacrificio: vltimo supplicio fuissemus obnoxij, tanquàm communicantes tali execrationi.

LXIV.

Rogamus autem & deprecamur vestram sapientiam, vt eidem Deo amantissimo suadeatis Episcopo, quatenus velociter ad suum gregem reuertisestinet: periclitatur ab hostibus laceran. cùm nullus sit ei, qui adesse præualeat, & maximè festiuitate saluti serâ sanctæ diei Paschalis imminente, in qua & propter Catechumenos. & propter eos, qui digni sunt sancto baptismate, opus est eius præsentiâ. Et primus, hanc institutionem nostram coram vestra sapientia Gestis inncti. vt nullum hæc lateant. hactenus Edessenæ Ecclesiæ cleri libellus, cui singulorum subscriptiones subijciuntur.

LXV.

Hâc ergo primùm dilutâ calumniâ, in eo, aduersarijs vrgentibus, Episcopi Iudices institerunt: Num verum esset, quod obijceretur, vocatum ab ipso Iba S. Cyrillum hæreticum? Tunc Ibas confessus est, id quidem dixisse eo tempore, quo inuicem dissentirent Ioannes Episcopus Antiochenus atq; Cyrillus, mutuoq; inter se certarent, cùm & à Ioannis parte ipse Ibas persisteret, quo tempore erat Orientalium omnium Ioanni communicantium vna vox atque sententia, Cyrillum esse Apollinaristam hæreticum: postquàm verò declarando sua capitula Cyrillus ista purgauit, & ob eam causam inita inter eos est concordia, vinculoque fidei Catholicæ partes inter se dissidentes iunctæ simul fuerũt & colligatæ, nihil huiusmodi aduersus Cyrillum se esse locutum, sed communicâsse cum eo amicè commercio litterarum. Nec negauit, & posteà se dixisse, S. Cyrillum, donec interpretatus est sua capitula, sicut à Concilio Orientalium habitus esset hæreticus, ita & à se putatum hæreticum. Contradicentibus verò aduersarijs, asseuerantibusque vocatum Cyrillum ab Iba hæreticum, postquàm reconciliatio facta est: editum est fragmentum eius epistolæ ad Mariam Persam scriptæ, quæ intexta habetur Actis Synodi Chalcedonensis: recitandum illud hîc necessario est, cùm huius epistolæ occasione maxima excitata sit post Chalcedonense Concilium controuersia: sanè quidem scripta illa esse videtur, postquam cõmunione Catholicæ fidei transactum est inter Cyrillum atq; Ioannem: Est enim eius argumenti, vt quæcumque in ea causa gesta essent vsque ad eam rei conciliationem, historicè narret. Reddamus hîc ipsam, quæ breuitatis causâ, exordio decurtata, sic se habet, hoc titulo prænotata:

a *Conc. Chalced. Actio 10. to. 1. Concil.*

LXVI. IBÆ EPISCOP. EDESSÆ EPISTOLA AD MARIM PERSAM.

Fragmentum epistolæ Ibæ Episcopi Edessæni ad Marim Persam contra Cyrillum Alexandrinum.

In breui autem clarè tuæ prudentiæ, quæ in paucis multa cognouisti, indicare, quæ pridem & nunc hîc acta sunt, festinauimus; scientes, quia quæ vestræ sanctitati à nobis scripta sunt, vestro studio illic omnibus innotescent. Et quia nullam permutationem Scripturæ à Deo traditæ susceperunt, facio huius argumenti principium ex sermonibus, quos & ipse edoctus es. Contentio facta est, ex quo hîc tua religiositas fuit, hîc duobus hominibus Nestorio & Cyrillo, & conscripserunt aduersum se nocuos & pernicioso libros, qui audientibus fuerunt scandalum. Nestorius enim dixit in suis libris (sicut religiositas tua nouit) quia B. Maria Dei genitrix non est, ita vt multi putarent, ex hæresi Pauli Samosateni hunc esse, qui dixit hominem purum esse Christum. Cyrillus autem libros Nestorij volens destruere, lapsus est, & inuentus est in Apollinarij dogma incidens. Conscripsit enim & iste illi similiter, quia ipse Deus Verbum homo factus est, vt non esset differentia inter templum & habitantem in eo. Conscripsit enim duodecim capitula, quæ puto & tuam cognouisse religiositatem, quia vna natura est diuinitatis & humanitatis Domini nostri Iesu Christi, & quia (sicut dicit) non oportet diuidere voces dictas, quas vel ipse Dominus de semetipso dixit, vel Euangelistæ de eo. Hæc omni impietate plena sunt. Et antequàm nos dicamus (sicut sanctitas tua nouit) quomodo accipi potest hoc, quod est in principio Verbum, de templo, quod factum est ex Maria? aut illud. Minuisti b eum paulò minùs ab Angelis, de diuinitate Vnigeniti dictum: Ecclesia enim sic dicit, sicut & tua religiositas nouit, & à principio est edocta, atque firmata diuina do-

b Psal. 8.

LXVII. ACTA EPHESI NARRAT.

drina ex libris beatissimorum Patrum, duæ naturæ, vna virtus, vna persona, quod est vnus Filius Dominus noster Iesus Christus.

Ob hanc contentionem victores & triumphatores Imperatores iusserunt, Episcoporum primores in Ephesina congregari ciuitate, & coram omnibus libros Nestorij & Cyrilli iudicari. Prius autem quàm omnes Episcopi, qui iussi fuerant congregari, venissent in Ephesum: præcedens idem Cyrillus, aures omnium quodam medicamine, quod solet sapientium oculos obcæcare, præoccupauit. Inuenit autem causam ex odio, quod habuit circa Nestorium. Et antequàm in Synodum adueniret sanctissimus & Deo amantissimus Archiepiscopus Ioannes, Nestorium ex Episcopatu deposuerunt, indicio & inquisitione non facta. Post duos autem dies damnationis huius venimus in Ephesum. Et cognoscentibus nobis, quia in damnationem Nestorij, quæ ab eis facta est, duodecim capitula, quæ à Cyrillo conscripta sunt (cùm essent contraria veræ fidei) posuerunt & firmauerunt, & consenserunt eis, tanquàm veræ fidei consonis: omnes Orientales Episcopi eumdem Cyrillum damnauerunt, & excommunicationem aduersus alios Episcopos, qui consenserunt eius capitulis, protulerunt. Et post hanc perturbationem vnusquisque in suam ciuitatem reuersus est. Nestorius autem, quia in sua erat odio ciuitatis, & virorum, qui in ea sunt, maximorum, in eam reuerti non potuit. Et remansit Orientale Concilium, non communicans Episcopis, qui communicauerunt Cyrillo: Et ob hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant Episcopi aduersus Episcopos, & populi aduersus populos. Et completum est opere, quod scriptum est [a] *Quia crunt inimici hominis domestici eius. Et ex hoc detractiones multæ aduersus nos factæ sunt Paganorum & hæreticorum. Non enim audebat aliquis de ciuitate ad ciuitatem, aut ad prouinciam de prouincia proficisci: sed tanquàm inimicum suũ, vnusquisq; proximum suum persequebatur.*

MALA, QVÆ PROVENERVNT EX DISCORDIA EPISCOPORVM.

[a] Matth. 10.

LXIIX. RABVLA EPISCOP. EDESSÆ DAMNAT SCRIPTA THEODORI MOPSVEST.

Multi autem ante oculos non habentes Dei timorem, occasione Ecclesiastici zeli, aduersitatem, quam occultam in cordibus suis habuerant, ad effectum perducere festinabant. Ex quibus vnus extitit nostræ tyrannus ciuitatis (nempè Rabula Episcopus Edessenus prædecessor) quem & ipse non nescit, qui occasione fidei non solum communes punit, sed & hos etiam qui olim ad Dominum migrauerunt. Quorum vnus est beatus Theodorus veritatis prædicator & doctor Ecclesiæ, qui non solùm in vita sua colaphis cæsdit hæreticos pro veritate suæ fidei, sed & post mortem spiritualia arma in opusculis suis Ecclesiæ filijs dereliquit; sicut & tua sanctitas, ad eum conueniens, agnouit, & ex his, quæ ipse conscripsit, credidit. Hunc ausus est, qui omnia in Ecclesiis præsumit, clarè anathematizare, qui propter zelum Dei, non solùm propriam ciuitatem ab errore ad veritatem conuertit, sed & longè existentes Ecclesias suæ doctrinæ perdouit. & de libris quidem eius multa vbiq; persecutatio facta est, non quia à vera fide existerent alieni. Vidi enim eum (adhuc illo viuo) frequenter eum laudantem, & in libris eius legebat, sed & propter aduersitatem latentem, quam aduersus eum habuit, quoniam manifestè eum conuicit in Synodo.

LXIX. [b] Iudic. 2. DE PACE ECCLESIIS RESTITVTA.

His ergo malis inter eos gestis, & vnoquoque (sicut volebat (sicut scriptum est [b] *) ambulante adorandus Deus noster, qui semper suâ clementiâ curam pro suis gerit Ecclesiis, exuxit cor fidelissimi atque victoris Principis, vt dirigeret virum magnum, & in suo Palatio notum, qui cogeret reuerendum atque sanctissimum Archiepiscopum Orientis dominum Ioannem, vt reconciliaret Cyrillo: ab eo enim fuerat de Episcopatu depositus. Et postquàm litteras Imperatoris accepit, sanctissimum & religiosissimum Paulum Emesenum Episcopum direxit, per eumque eram fidem scribens, & denuncians ei, quia si huic fidei Cyrillus consentiret, & anathematizaret eos, qui dicunt, quia vna natura est diuinitatis & humanitatis, vt ei communicaret. Voluit autem Dominus, qui semper suæ curam gerit Ecclesiæ, quam sanguine suo proprio redemit, vt & cor Ægyptij subigeret, & sine fatigatione fidei consentiret, eamq; susciperet; & omnes, qui absque hac crederent, anathematizaret. Et communicantibus inuicem, contentio de medio est ablata, & pax in Ecclesia facta est, & non est in ea iam schisma, sed pax sicut prius fuerat.*

LXX. SCRIPTA EPISTOLA SYRI M POST PACEM.

Quæ autem verba sunt, quæ à sanctissimo & Deo amantissimo Archiepiscopo Ioanne scripta sunt, & quæ à Cyrillo exscripta suscepit: ipsas epistolas huic, quam ad tuam direxi religiositatem, connexi: vt relegens tua sanctitas, agnoscat, & omnibus amantibus pacem denuntiet, quia contentio iam quieuit, & medius inimicitiæ paries est ablatus; & qui seditiosè aduersùs viuos & mortuos irruerant, in confusione sunt, satisfacientes pro suis excessibus, & contraria docentes suæ priori doctrinæ. Non enim quisquam audet dicere, quia vna est natura Diuinitatis & humanitatis, sed confitentur in templum, & in eum, qui in hoc habitat, qui est vnus Filius Iesus Christus. Hæc autem scripsi tua religiositati ex magno affectu, quem circa te habeo, sciens quia tua sanctitas nocte & die in doctrina Dei semetipsum exercet, vt multis sit vtilis.

Hactenùs fragmentum Ibæ recitatæ epistolæ ad Marim Persam: quam quidem verè esse Ibæ fuisse cognitam, nec ipsum negasse suam, eadem Actio decima Chalcedonensis Concilij docet: sententiaque legatorum Apostolicæ sedis Maximi Episcopi Antiocheni, & aliorum, Ibæ esse, ibi firmatum est; ex ipsáque eumdem Ibam fuisse probatum etiam Orthodoxum, æquè vna fuit sententia omnium Episcoporum, qui Acta Conuentûs Berythi recitata ibi in eadem Actione decima Concilij Chalcedonensis audiuerunt, eiusdemque tunc decretam absolutionem probauerunt. Sed quomodo (inquies) eamdem epistolam orthodoxam esse dixerunt? quomodo excusantur, quæ in S. Cyrillum ibi relata leguntur? & quæ in eadem sunt de laudibus Theodori, quanam ratione purgatur? Accipe. Epistola ipsa quidem (vt vides) historiâ continet rerum gestarum inter Ioannem & Cyrillum, & quæ inter eos transacta essent, ferè; vt hac ex parte nihil aduersus Cyrillum in præsentiarum obloquutus videatur, si cuius erat tunc ille æstimationis apud Ioannem & eius sectatores, q docet: cùm præsertim idem Ibas in Actis Synodalibus non neget, sed apertè testetur, vsque ad reconciliationem, hostem vnà cum Ioanne se perseuerâsse Cyrilli, eundemque hæreticum appellâsse: posteà verò declaratis ab eo capitulis scriptis, secutâ reconciliatione, cõmunicâsse cum eo tamquàm vero Catholico. Ex recitatis igitur Synodalibus scriptis vnà cũ Ibæ Epistola, ipsum se patefecisse verè Catholicum, non immeritò Synodus iudicauit.

LXXI. QVOMODO EX EPISTOLA IBAE PROBATVR ORTHODOXVS.

Eadem dicere possumus de laudibus, quas epistolæ intexuit, Theodori Mopsuesteni, cũ narrat à Rabula Edessæno Episcopo iniustè damnatum. De quibus in memoriam reuocare debes, quæ superiùs dicta sunt anno Domini quadringentesimo trigesimoquinto, cùm de Ioanne Antiocheno Episcopo iam inter Catholicos post reconciliationem profitente enarratum est, pro Theodoro, deq; eius laudibus tres scripsisse epistolas, ad Theodosium primam, secundam ad S. Cyrillum, tertiam verò ad Proclum Constantinopolitanũ; quibus inter alia excusaret, non esse Theodori, quæ Theodori nomine ferrentur blasphemiæ. Is planè fuit status scriptorum Theodori vsque ad hæc tempora, cùm quæ in eum illata essent ab accusatoribus, & quæ ex damnatione facta per Rabulam Edessæ Episcopum Ibæ prædecessorem, & ab Armenis cõtra ipsius Theodori scripta essent superaddita, eadem omnia per tres illas epistolas siue libros Ioannis Antiocheni videri potuissent esse dilata: nulloque posthac Synodali decreto de damnatione Theodori & librorum eiusdem in Ecclesia promulgato; planè sicut nec Ioãnes ob eam causam factus est reus, ita nec Ibas fuerat ob laudatum Theodorum à Patribus accusandus: quod ex eo pleniùs cognosces, cùm nec ab ipsis eius aduersarijs illud criminis loco Ibæ datum fuerit inter tot in eum accusationes prolatas; sicut obiecerunt, quòd Cyrillum appellâsset hæreticum.

LXXII. QVOMODO EX CVIVS POSSIT IBAS DE THEODORO LAVDATO.

Inde quoque accidit, vt etiam Theodoretus in dialogis, quos aduersus Eutychetis hæreses scripsit his fermè temporibus, aperto ore eumdem laudauerit Theodorum, eiusque redarguerit impugnantes: nam in Eranistes primo dialogo, cuius est titulus, *Immutabilis*, hæc de ipso Theodoro Mopsuesteno, & Diodoro, Tarsensi nimirum, loquitur Orthodoxus aduersus Eutychianos: *Diodori & Theodori interpretationes, nisi vos in eos viros infenso animo esse viderem, & Apollinaris in eos odio & maleuolentia succensisse: Vidissem enim eos aliis conuenientia scripsisse, & ex diuino fonte fluenta hausisse, istosq; etiam Sancti Spiritus riuos extitisse.* hæc ibi Theodoretus: qui & ad Irenæum Episcopum, ipsum redarguentem, quòd non æquè Theodori atq; Diodori, ad

LXXIII. QVO TEMPORE THEODORVS LAVDATVS IMPVNE.

astruendas duas naturas in Christo vnâ personâ coniunctas, testimonia posuerit, sicut & SS. plurimorum Patrum, hancassert rationem his verbis [a]:

a Theod. Epist. 16. LXXIV

Quoniam verò me arguitis, quòd sanctos & beatos Patres reliquerim, atq; reiecerim, Diodorum videlicet, & Theodorum, è catalogo Doctorum: necessarium etiam duxi, de hoc nonnulla dicere. Primùm enim, ô earum caput, multos alios insignes & illustres viros me omisisse, scito. Deinde illud etiam animaduerte, quod ille, qui accusatur, testes asserre debet, de quibus nulla est controuersia, & quos nec ipsi accusatores arguere possint. Si verò rem eorum testimonia asserret, qui ab accusatoribus etiam accusantur, & arguuntur: nec ipse Iudex facilè eos admittere vellet. Si etiam Patrum encomia & laudes conscribendo, hosce sanctos omisissem, fateor me deliquisse, & erga eos Doctores ingratus essem: Sin autem dum accusor, excusationem meam attuli, & eorum vsus sum testimonio, de quibus nulla est dubitatio: cur frustrà illi, qui hæc nolunt, nos accusant? Quanto verò honore prosequor viros illos, testatur liber ipse, quem nos pro illis conscripsimus, in quo ea, quæ illis obijciebantur, confutauimus, nihil veritati accusatorum potentiam, nec insidias contra nos structas. hæc Theodoretus: quibus intelligas, eo statu hoc tempore in Ecclesia fuisse scripta Theodori Mopsuesteni, vt tamen non essent omninò vetita, sed ab alijs impugnata, ab alijs verò defensa, patentes verò errores esse negatos illius esse.

LXXV. b Quint. Syn. coll. 8.

Verùm facto de illis diligentiori examine, longè post tempora Chalcedonensis Concilij, in Quinta Synodo [b] fuêre omninò, vt hæretica, condemnata, sumq; eius laudationes eâdé perculsæ sententiâ, vt suo loco dicetur: vnde etiam accidit, vt & dicta epistola Ibæ æquè fuerit ob hanc etiam causam damnata, atq; alia, quæ pro eodem Theodoro Theodoretus vel alij conscripsissent; eâ nimirùm ratione, quòd eâdem epistolâ Nestoriani abuterentur, falsoq; assererent à Patribus in Cõcilio Chalcedonensi esse receptam; ac proinde ab eisdem, quęcumq; eâ epistolâ cõtinerentur, esse probata: quod quidem falsum omninò fuit: Longè enim diuersum inter se est dicere, epistolam probari Catholicam, & quæ in ea scripta sunt, vera esse; vel dicere, ex ea Ibam probatum esse Catholicum. Etenim eâdem epistolâ non ab Iba, sed ab aduersarijs cõtra Ibam prolatâ, nihil aliud inde acceperunt Patres, nisi Ibam, licèt aliquando delirantem (quod nec ipse negauit) tunc temporis fuisse Catholicum; vtpotè quòd ex eadem epistola demõstraretur ipse, qui aliquando cum alijs Nestorianis errâsset, & egisset cõtra Cyrillum, post initam verò pacem cum illo cõmunicâsse, Nestoriumq; etiam nâsse asserentem Mariam non dicendam esse Deiparam; execratusq; esse vnam naturam in Christo confitentes, confessus verò esse naturas duas vnum efficere Dominum nostrum Iesum Christum: quibus insuper additis ijs, quæ esse dicta ab Iba pro veræ fidei cõfessione, Acta Synodalia docent, recitata in eadem decima actione Cõcilij Chalcedonensis, non potuit Ibas nõ probari Catholicus & absolui.

PROBATVS EX EPISTOLA IBAS CATHOLICVS, NON EPIST. CATHOLICA.

LXXVI CONTRA EOS, QVI IBAM HÆRETICVM EX EA EPISTOLA AFFIRMARVNT.

Sic igitur tam in Actis Berythensibus, quàm etiam Chalcedonẽsibus, in quibus illa recitata atq; cognita fuêre, non epistola Ibæ recepta est, sed ex ea epistola ab aduersarijs calumniosè prolata, cognitus fuit Ibas eo tempore, quo ea gerebantur, fuisse Catholicus, calumnioseq; accusatus hæreticus. Quam quidem temporum & rerum gestarum historiam complures non attendentes, alij ex his calumniati sunt Chalcedonense Cõcilium, quòd blasphemam Ibæ epistolam suscepisset & comprobasset; alij verò scientes Ibam ab eadem sacrosancta Synodo absolutum, & blasphemias eiusdem legentes epistolæ, eamdem Ibæ minimè fuisse dixerunt, sed assertam Ibæ; quod Epiphanius disputans contra Gregorium tradit in Actione sexta Septimæ Synodi, quæ Nicæna secũda dicitur: & ante eum S. Gregorius [c] scribens ad Secundinum; quem in deprauata Synodi exemplaria incidisse liquet, dum ait, Ibam negâsse dictam epistolam esse suam; secũdùm quam assertionem & ipse eamdem epistolam non esse Ibæ nisus est demonstrare.

c Greg. lib. 7. Epist. 33.

LXX-VII.

Cæterùm Acta germana habent, Ibam confessum eam esse suam, vt de his nulla tunc fuerit controuersia: nam hoc ipsum Acta Berythensia docent, cùm idem Ibas, eâ lectâ, nequaquàm suam esse negauit, sicut alia, quæ calumniosè obijciebantur; immò ad eius lectionem Iudices prouocauit. Sed & Acta decimæ Actionis Cõcilij Chalcedonensis, eamdem epistolam vt Ibæ cognitam esse à Patribus, docent: id enim in primis Apostolicæ sedis legati, & post eos reliqui Episcopi suâ ipsorum subscriptione firmarunt. Vides igitur, quantum necesse sit in Actis Synodalibus intelligẽdis (ne quis in deformes labatur errores) rerum gestarum veram certamque habere cognitionem, eamdemque ratione temporis consignatam: quam ignorantes hæretici, non aduersus tantum Berythense iudicium, sed etiam contra Chalcedonense Concilium exclamarunt; cùm si cunctas res gestas satis exploratas habuissent, vel mutire quidem erubuissent. At de Ibæ causa hoc anno (vt dictum est) primùm Tyri, Berythi deinde tractata, hactenùs. Sito tamen, quòd qui hoc anno Episcoporum sententiâ absolutus est Ibas, sequenti anno in Conuentu sceleratorum damnatus est Ephesi, receptus verò Chalcedone.

Accidit autem post hæc, vt idem, qui Iba in calumniati LXX-VIII. sunt, cùm priores in eo iudicio reuoluissent, æquè ac in Iudices, in Theodoretum Cyri Episcopum relegatum Theodosij edicto, ne à sua ciuitate discederet, spicula maledictorum conuerterint, quasi Ibæ fauisset: de quibus est epistola eiusdem ad Anatolium scripta, quâ magnoperè queritur se iniustè calumnijs appetitum: est autem huiusmodi [d]:

d Theod. Epist. 111. LXXIX THEODORETVS CALVMNIAM PASSVS QVERITVR.

Tua celsitudo, eorum, quæ in nos contulit, beneficiorum, retributionem à Deo omnium Domino assequetur: quodcunq; enim eius causâ fit, mercedem habet consequentem. Ego quidem calumniatorum numerum video: quæ enim corpora vehementiùs plectuntur, dolorem minùs sentiunt: nam caro dum plectitur, mortua quodammodò & sensûs expers efficitur. Doleo tamen & lugeo ora & linguas illas, quæ effrenatè mendacia proferant. Quâ enim iniuriâ affecti illi, qui religiosissimum Ibam accusant, & hos aduersus nos iniurias ingenerunt? Primùm enim neq; ego aliquis è numero Iudicum fui: mandato enim Principis Cyri manebam. Præterea (vt à multis accepi) agrè ferebant nostram sententiam. Ego enim in sancto Paschate mysticam communionem illis impertiendam curaui; & cùm sæpè apud nos agere voluissent, hilari fronte eos accepi, ac quæ oportuerat, narraui.

Vt verò pro religiosissimo Episcopo Domino aliquid dicam: quid oportebat eum facere, qui apertè opprimebatur? ac alias decreto Synodali damnatos, dum intueretur, in aliam diœcesim mitti? & præter Ecclesiasticos ordines sacerdotium assumere, & res sacras & diuinas ab ipsis veritatis hostibus irrideri? Hæc de causa, vt primùm recognouit, quid sentiret de alijs, etiam significauit, nec solùm religiosissimo Ibæ, verùm etiam sanctissimo Episcopo domino Simeoni Amidæ, vt duarum prouinciarum argumenta & causas Metropolitæ seorsum audirent. Quomodo autem iustum alicui videri potest, eosdem humanitatis & inhumanitatis crimine accusari? Si enim illos ejecimus, periclitamur: sin minùs, nec propterea à periculis erimus immunes. Et soli opprimimur in vniuerso Orbe. Et alia quidem diœceses quietè viuunt, nos verò soli calumniatoribus præda sumus, & ego præcipuè, quamuis in iudicio nullo pacto interfuerim, & omninò à, quauis culpa sim alienus & immunis. XXC.

Hæc scribere coactus sum, tuæ celsitudinis litteræ cùm viderim, & ex eis didicerim, quòd hac de causa maximus contra nos ortus est tumultus, dum relegati sumus, & quietè viuimus, & neq; eum religiosissimis prouincia Episcopis conuenire solemus; cùm non semel, neq; iterum in nostra prouincia ordinatio habita sit (nempè iudiciorum) neutri illarum interfui. Et nisi Principis edicto deciderer, proficiscerer equidem in aliquam extremam Orbis partem, ac ibi quod mihi superest vitæ agerem: non enim possumus calumnijs resistere, quæ contra nos confinguntur. Hæ siquidem ipsos Edessenos non opinor sanè & à se ipsis aduersum nos calumniam composuisse, sed eos ab ijs, qui ibi manent, veris veritatis studiosis hac aduersum nos struere & machinari edoctos esse. Deo, omnium Saluatori gratiam habeo, quòd cùm ipse indignus sim ijs, quæ in Euangelijs habentur, beatitudinibus, nos dignos reddidit: & re legationem libenter accipio: & quodcunq; dicere voluerint, hilari fronte suscipio propter eam spem, quæ nobis reposita est. At propter a magnificentia sine intermissione precor & sanctos omnes, vt suarum XXCI. THEODORETVS VNDIQVE APPETITVS CALVMNIIS.

precum me compotem faciant, rogo. hactenùs ad Anatolium Patricium Theodoretus.

XXCII. a Theod. Epist. 87.

De his itidem scribit ad Apameæ Episcopum, vbi post alia de ijsdem hæc habet [a]: *Oret tamen tua beatitudo, & sanctis Ecclesijs tranquillitatem postulet (pro ipsarum enim tempestate etiam nos gemimus, & lugemus, & lamentamur) hanc enim, vt audiuimus, Ofroëni clerici excerunt, & sexcenta mala contra nos effuderunt, licèt ego neq; cum alijs iudex exiuerim, neq; decreti contra eos lati particeps fuerim; sed potiùs (vt nouit beatitudo tua) communionem illis concedendam in Paschate, orauerim. Sed facilè est calumniatoribus, quæcumq; velint, dicere: nos verò illa, quam Dominus pollicetur beatitudinem, consolatur: Beati enim estis (inquit* b*) cùm maledixerint vobis homines,* &c.

b Matth. 5

XXCIII. QVÆ IN THEODORETVM SPARSA CALVMNIÆ.

Certè quidem dum has considero, quas aduersus Theodoretum Edessenì isti calumnias multiplices subdolè concinnârunt, à quo nonnisi beneficia accepissent: nonnisi fuisse calúnias, quas multiplicibus accusationum capitibus aduersus suum ipsorum Episcopum Ibam, à quo se læsos dolerent, ijdem artificiosè composuerunt, existimare licet. At quamuis quænam fuerint eiusmodi calumniæ, quarum causâ alto fæpiùs ingemuit corde, nõ dicat: ex alijs tamen pluribus eiusdem Theodoreti epistolis assequi possumus, dum ad diuersos scribens anxiè queritur frequentioribus se calumnijs appeti, quòd diceret, duos ipsum prædicare Dei Filios, nempè quòd Nestorianus esset, quasi duas in Christo vnâ cum illo asseret esse personas. Porrò intolerabilia hæc ipsi visa sunt: siquidem, vt habet Ecclesiastes [c]: *Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.* quamobrem in singulis fermè à se conscriptis epistolis suam struit cum fidei confessione defensionem, qua profitetur se damnare Nestorium, & non duas in Christo personas, sed duas naturas sub vna consiteri personam. At de his modò hactenùs.

c Eccl. 7.

XCX-IV. d Leo Ep. 90. LEO REDARGVIT EPISC. BENEVENTANVM.

Sub huius anni Cõsulibus data extat S. Leonis Papæ epistola [d] ad Dorum Beneuentanum Episcopum, quâ eum vehementer redarguit, quòd aduersus regulas Patrum ausus esset recens ordinatos super alios anteà adscitos presbyteros collocare: laudatq; Paulum presbyterum, quòd nõ passus sit ab Episcopo loco moueri, sed gradûs sui prærogatiuæ tuendæ gratiâ apud ipsum Leonem Rom. Pontif. laudabiliter (vt ait) conquestus esset. Vt plane appareat, nihil aduersùs Christianam mansuetudinem & humilitatem tentari, neq; aduersùs niti S. Euangelij [e] instituta, quibus Christianus cedere suadetur, & abripienti pallium dare & tunicam, & cogenti ad mille passus prodire, duo mille superaddere; dum quis arrogantem atq; procacem legum contemptorem legitimâ disciplinâ coërcendum curat, nequaquam permotus prærogatiuæ excellentiæ appetitu.

e Matth. 5

XXCV.

Hoc præterea anno, Suevis in Hispania regnantibus, ipsorum Regem Recciarium redditum Christianum Catholicum, qui res Hispaniarum prosecuti sunt, tradiderunt [f]: posteà verò à fide Catholica deficientes, inhæsisse Arianis, atq; demùm iterum Catholicam religionem professos esse, cùm Theodemirus eorum regno potitus est, Isidorus testatur.

f Vasæ. Chr. Hisp. Marian. rer. Hisp. lib. 1. & Isidor. Hist. Suev.

IESV CHRISTI

Annus 449.

LEONIS PAP. Annus 10. THEODOSII 42. VALENTIN. 25. IMPP.

I. DE CONSVLATV ASTERII MEMORIA. g Sidon. l. 8. Epist. 6

QVI ordine temporum sequitur annus Domini quadringentesimus, vndequinquagesimus, Asterio atq; Protogene Consulibus aperitur: quorum alter eum, nempè Protogenem, Orientale dedit Imperium; Asterium verò vetus Roma promouit. Est mentio Asterij Consulatûs apud Sidonium Apollinarem clarissimum virum, cùm hæc ad Nammatium scribit [g]: *Audius enim adolescens, atque adhuc puer ex puero, cùm pater meus Præfectus Prætorio Galliarum tribunalibus præsideret, sub cuius videlicet magistratu Consul Asterius anni sui fores votiuum trabeatus aperuerat. Adhærebam sellæ curuli, & sinu latens generositatis per ordinem; cerè non sedens pœ atatem; mixtusq; turmæ censualium penulatorum, Consulis proximè proximus eram*, &c. ex quibus etiam & ipsius Sidonij ætatem valeas intelligere. addit ipse de Nicetio rhetore, qui tunc panegyricam habuit orationem. Ad alterum verò Consulum Protogenem, hoc ipso eius magistratûs exordio, Theodoretus hanc dedit epistolam, [i] cùm Syriæ Episcopi legati proficiscerentur Constantinopolim:

i Theod. Epist. 44.

II. THEODORETI AD PROTOGENEM LITERÆ.

Largitus est iam clementissimus Domini tibi potentiam, vt ea recta mentis ministrare posset: nunc verò illam maiorem reddidit, quo facilius veritatem agitatam protegeret tua celsitudo, & mendacium deleret, & optatam Ecclesiæ quietem procuraret. Quantâ enim tempestate Orientis Ecclesia repleta sint, à multis quidem atque diuersis tua magnificentia nouerit, apertius autem & exactius à Deo dilectissimis Episcopis didicerit, qui tempore hyemali hac de causa longum iter hoc susceperunt, posse diuinam opem tuæ potentiæ & prudentiæ confidentes. Tempestatem igitur hanc, ô Christo dilecti, dissipate, & tenebras has in puram serenitatem conuertite; & linguas, quæ contra nos inuehuntur, reprimite. Nos enim diuinâ ope & gratiâ pro apostolicis dogmatibus pugnamus; & eam, quæ in Nicæa edita fides est, inuiolatam custodimus; & eos, qui hæc adulterare audent dogmata, impios appellamus. Et horum testimonium perhibent, qui à nobis catechizantur, quive baptizantur. & qui nostras in ecclesijs conciones audiunt. Si verò legitimè nos accusare voluerint, opus est, vt nos præsentes arguant, & non vt absentes calumnientur. Ista enim etiam alijs in rebus tua magnificentia iura dans, edit sententias, & decreta promulgat, ex his, quæ accusatores & rei dicunt, quid iustum sit colligendo. hæc ad Protogenem Consulem Theodoretus hæresis accusatus, & in pœnam (vt diximus) suæ ciuitatis terminis circumscriptus.

Porrò legatio hæc Episcoporum, cuius meminit, à Domno Episcopo Antiocheno missa est Constantinopolim: nam eosdem legatos commendans Senatori Patricio, hæc ait [k]: *Tuam magnificentiam per dilectissimos Deo ac beatissimos Episcopos saluere iubemus; cuius memoriam perpetuam circumferimus: ipsos autem, vt ad regiam accederent urbem, effecit beatissimus Episcopus dominus Domnus, vt consilio contra mendacium arguerent atq; dissoluerent*, &c. commendauit alijs item literis eosdem legatos Anatolio [l], necnon Antiocho [m], qui consulatum gessit cum Basso. Extant & aliæ eâdem occasione, eodemq; tempore datæ ab eodem Theodoreto litteræ [n] per eosdem Episcopos Constantinopolim ad viros clarissimos, Cõsulares, atq; Patricios, nempè ad Anatolium, Vincomalum, Sporatium, Florentiũ, Nomum, Constantium, siue Constantinum. Quid autem factum sit, non apparet, nisi quòd eodẽ ipse remansit Theodosij Imperatoris edicto sicut anteà obligatus. Etenim turbæ illæ atque clamores Constantinopoli Eutychetis causâ excitati posthaberi fecerunt Theodoreti querelas, & legationem Domni Episcopi Antiocheni. Quæ igitur in eiusdem Eutychetis causâ hoc anno Constantinopoli transacta sint, iam narrare aggrediamur.

k Theod. Epist. 90. DE LEGATIONE EPISCOPORVM.

l Theod. Epist. 92.

m Theod. Epist. 91.

n Theod. Epist. 89. 90. 93. 94.

Cùm litteræ Eutychetis, atq; ab Imperatore pro eodem Eutychete datæ ad S. Leonem Rom. Pont. maiori tabellariorum industriâ citiùs Romam perlatæ fuissent, prænenissentque eas, quas sanctus Flauianus ad eumdem Pontificem conscripsisset: ipse Romanus Põtifex, illis acceptis, ita primum ad ipsum Imperatorem Theodosium rescripsit [o]:

IV.

o Leo Ep. 7. LEONIS PAPÆ AD THEODOSIVM LITERÆ.

Quantum præsidij Dominus Ecclesiæ suæ in fide vestræ clementiæ præparârit, his etiam litteris, quas ad me misistis, ostenditur; vt vobis non solùm regnum, sed etiam sacerdotalem animum esse gaudeam. Siquidem præter Imperiales & publicas curas, pijssimam solicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet in populo Dei aut schismata aut hæreses, aut vlla scandala conualescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiterna & incommutabili Trinitati vnius Deitatis confessione seruitur. Quid autem in Constantinopolitana Ecclesia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & Coepiscopum nostrum Flauianum potuerit com-

commouere, vt Eutychetem presbyterum communione priuaret, nondum potuimus euidenter cognoscere. Quamuis enim predictus presbyter ad sedem Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit; breuiter tamen aliqua prelibauit, asserens se Nicænæ fidei constituta seruantem, frustrà in fidei diuersitate culpari.

V. EVTYCHES STVDET HÆRERI CATHOLICVS.

Eusebij autem Episcopi accusatoris eius libellus, cuius exemplaria ad nos predictus presbyter misit, de obiectionis euidentia nihil habebat: sed cùm presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum arguerat, non euidenter expressit, quamuis & ipse Episcopus Nicænæ Synodi professatur hac in re hærere decretis: propter quod non habuimus, vnde aliquid discerneremus. Et quia causæ meritum, fidei ratio, & laudabilis solicitudo vestræ pietatis exigit, necesse est iam locum subreptionibus non patere; sed prius, de quibus eum æstimat arguendum, instrui nos oportet, vt posit de benè cognitis congruè iudicari. Ad predictum autem Episcopum dedi litteras, quibus mihi displicere cognosceret, quòd ea quæ in tanta causa gesta fuerant, etiam nimio silentio reticeret, cùm studere debuerit primitus nobis cuncta referare: quem credimus vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum; vt in lucem ducti his, quæ adhuc videntur occulta, id quod Euangelice & Apostolice doctrinæ conuenit, iudicetur. Dat. ad Kalend. Martias, Asterio & Protogene viris clarissimis Coss. hactenùs ad Theodosium Augustum S. Leo: quibus fides dololi hæresiarchæ fraudulentiam, quâ sibi Catholicum nomen apud Romanum Pontificem ancupari quæsiuit. Sed antequàm tem, vlteriùs prosequamur, attende Lector, ex veteri instituto absq; controuersia profiteri eosdem inter se altercantes Flauianum & Eutychetem, legitimum & præcipuum Iudicem Ecclesiasticarum controuersiarum esse Romanum Pontificem, ad quem tam actor, quàm reus sponte currunt, sua iura prosecuturi.

VI.

Quod igitur per Magistrianum (sic enim vocabant Tabellariorum præfectum) nullæ cum alijs redditæ fuerint litteræ Flauiani ad Leonem Rom. Pont. quas certus peculiarisque nuncius deferebat, sed nondum Romam peruenerat: idem Romanus Pontifex id nesciens, ad Flauianum, eius redarguens in re tanta silentium, has litteras dedit [a]:

a Leo Ep. 8. LEO FLAVIANVM ADMONET, VT RES GESTAS SIGNIFICET.

Cùm Christianissimus & clementissimus Imperator sanctæ & laudabilis fidei pro Ecclesia Catholicæ pace solicitus ad nos scripta transmiserit de his, qui apud vos perturbationis stre pitum mouerant: miramur fraternitatem tuam, quicquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse, non potiùs procurâsse, vt primitùs non infirmatio magis tua relationis instrueret, ne de rerum gestarum possemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Eutychetis presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio Episcopo, immeritò communione priuatum, maximè cùm euocatum se adfuisse testetur, nec sui præsentiam denegâsse: adeò vt in ipso iudicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum: quâ ratione compulsus sit, vt contestatorios libellos in Constantinopolitana vrbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, nedum agnoscimus, quâ iustitiâ à communione Ecclesiæ fuerit separatus: sed respicientes ad causam, facti tui nósse volumus rationem, & vsque ad nostram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiusquam partis præiudicium definire, priusquàm vniuersa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus.

VII.

Et ideo fraternitas tua per idoneam maximè aptamq; personam plenissimâ nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem nouitatis emerserit, quod seueriori sententiâ dignum fuerit vindicari. Nam & Ecclesiastica moderatio, & religiosa pijssimi Principis fides multam nobis solicitudinem Christiana pacis indixerunt: vt amputatis dissensionibus, fides Catholica inuiolata seruetur; & his, qui prauæ defendunt, ab errore reuocatis, nostrâ auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniatur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cùm memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inuentum fuerit, quòd reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maximè prouideri, vt sine strepitu concertationum & charitas custodiatur, & veritas defendatur, frater carissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt esse solicitos, quàm plenissimè & dilucidè vniuersa nobis annunciet: quod antè facere festinet, ne inter assertiones partium aliquâ ambiguitate falluamur; & dissensio, quæ in suis initijs abolenda est, nutriatur: cum incorde nostro ea obseruantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum diutiùs roborata, & ad solidandam fidei pertinentes, prauâ cuiusquam interpretatione violentur. Deus autem se custodiat incolumem, frater carissime, Dat. XII. Kal. Maij, Asterio & Protogene viris clarissimis Coss. hæc quidem Leo, cùm tamquàm pro tribunali eminentiori sedens, & potestatem super omnes habens legitimus vniuersalis Ecclesiæ Iudex, legitimum parandum esse iudicium monet. Missæ sunt hæ literæ per Pansophium Comitem.

Cùm has accepisset Flauianus, ad ipsum S. Leonem rescripsit aliam mox epistolam, quâ cuncta temerè tentata, per Eutychetem post ipsius condemnationem palàm facit, & scripta ab eo mendacia redarguit, est Flauiani huius epistolæ exordium [b]: Pietate & rectâ prædicatione Verbi, &c. vbi post dilucidiùs demonstratam Eutychetis hæresim, hæc de eodem habet: Ipsum autem elit, & hoc vobis (sicut arbitror) intimare; quia idem Eutyches passus iustam & canonicam damnationem, cùm deluisset secundùs saluare priora, & per pœnitentiam perfectam multaq; lacrymas placare Deum, nostrumq; cor vehementer contristatum in eius ruina per veram sanare pœnitentiam, non solùm non fuit, sed etiam per omnia conturbare Sanctam quæ apud nos est, Ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publicè ponens, & maledictionibus plenas. Super hæc, & preces offerens pijssimo & Christi amantissimo nostro Imperatori, & eadem arrogantia & petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus est.

b Apud S. Leon. ante epist. 9.

VIII.

Sed his ita gestis, literæ nobis datæ sunt vestræ sanctitatis per admirabilem Comitem Pansophium, per quos iamnos edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallaciâ atq; calliditate, dicens, inducij tempore libellos se dedisse appellationis & nobis & his conuenienti sancto Concilio, & appellâsse vestram sanctitatem: quod nequaquàm ab eo factum est. Sed etiam in hac parte mentitus est, tam quàm per fallaciam mendacij subrepere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaq; sanctissime Pater, in his omnibus, quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea, quæ in nos & sanctissimam Ecclesiam facta sunt, atque fiunt, pro consueta fiducia fiduciali ter age, secundùm quod sacerdotio competit; proprianq; facies communem causam, & sanctarum Ecclesiarum disciplinam. simul decernere damnationem aduersùs eum regulariter factam & per propria scripta dignare: confortare autem & pijssimi & Christo dediticios nostri Imperatoris fidem.

DETEGVNTVR EVTYCHETIS DOLI ATQVE MENDACIA.

IX.

Causa enim eget solummodò vestro solatio atque defensione, quâ debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere: sic enim hæresis, quæ surrexit & turba, quæ propter eam facta sunt, facilè destruentur, Deo cooperante per vestras sanctissimas litteras: remouebitur autem & Concilium, quod fieri diuulcatur, quatenus nequaquàm vbiq; sanctissimæ turbentur Ecclesiæ. hæc Flauianus: quibus intelligis, tantam vim inesse litteris Apostolicis, vt Concilio dicat non indigere œcumenico id, quod eiusdem Romani Pont. fuisset litteris definitum. His acceptis & aliis ab eodem anteà datis litteris S. Leo, simulq; lectis missis vnà cum illis Synodalibus Actis, cognitisque cunctis contra Eutychetem à Flauiano & Synodo rebus legitimè gestis, serò licèt, tamen probè nouit impostoram nefandi hæresiarchæ: primumq; omnium aduersùs ipsam hæresim insurrexit, atque de fide Catholica & Verbi incarnatione validâ veritate constantem omnibus omni ex parte numeris absolutam ad ipsum Flauianum, publicam tamen cunctis, scripsit epistolam: de qua antequàm agere aggrediamur, singula, quæ Constantinopoli ab Eutyche hoc tempore sunt temerè atq; dolosè peracta, hîc describamus.

QVÆ AD FLAVIANVM S. LEO RESCRIPSERIT.

X.

Damnato (vt vidimus) anno superiori Eutychete, nullum non mouit lapidem Chrysaphius eunuchus Imperatorij cubiculi Præfectus, vt legitimè à Flauiano confecta in Synodo Acta irrita prorsus reddat, & in ipsum Flauianum damnationis pœnam conuertat. Huius rei causâ in primis (vt dictum est) permouit Theodosium Imperatorem vt ad Leonem Pontificem pro Eutychete scriberet. Cùm verò eius sciret infracti animi robur, & nonnisi solidam, firmam, constantemq; ab eo expectandam fore sententiam; iudicium anteuertit, & quod parabatur exaudien, est conatus eludere, dum persuadet Imperatori vt

XI. VOCANTVR EPISCOPI CONSTANTINOPOLIM AD SYNODVM.

confestim

confestim Constantinopolim Episcopos conuocet, qui causam Eutychetis sint cogniturí: eidemq; triginta Episcoporum Concilio, quem vellet Eutyches; vt præsideret Theodosius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, suâ dexteritate confecit. Quantâ verò id perfecerit celeritate, ex eo accipe, quòd hoc anno sub nominatis Cõsulibus ad quintum Idûs Aprilis ijdem conuocati ab Imperatore Constantinopolim conuenerunt simul ad Synodũ celebrandam in Baptisterio maioris ecclesiæ. Quæ autem ab his gesta sint, ipsa Acta declarant, quæ intexta leguntur primę Actioni Magni Concilij Chalcedonẽsis, ex quibus ea tantùm, quæ ad historiam, exactamq; rerum gestarum cognitionem spectant, hîc describemus [a].

a Apud Cõc. Chal. Act. 1.

XII. CONCILIVM SECVNDVM IN CAVSA EVTYCH.

Cæpta est Synodus quinto Idûs mensis Aprilis, cui triginta interfuerunt Episcopi, & ab Imperatore missus est Florentius Patricius vt interesset; Theodosius autem Cæsareæ Cappadociæ præsidere Synodo iussus est. In ea igitur primùm omnium contra ius fasq; ab Imperatore concessum est Eutyches per procuratorem suam causam in Synodo ageret, accusatori nequaquam secus valuit vlla de his exceptio Episcoporum de non seruato ordine iudiciario, neque Eusebij Episcopi Dorilæi accusatoris querelæ: sicq; cùm essent causam acturi pro Eutychete introrsùs sunt in Synodum Constantinus, Eleusius, & Constantius monachi cum libello ipsius Eutychetis. His admissis, Macedonius Tribunus & Notarius Imperatorum nomine hæc suggessit, præferens sacrum codicem Euangelij: Oportet, inquit, omnia, quæ mandata sunt ab eorum pietate, me dicere: Iussit igitur eos, qui dudum præsentes fuerunt, sacratissimos Episcopos sub sacramento dicere, si veræ sunt legendorum monumentorum professiones ab vtraque parte illatæ. Basilius reuerendissimus Episcopus Seleuciæ dixit: Hactenùs iuramentum Episcopi nescimus oblatum: sed vt præceptum est nobis à Domino Christo [b], *non iurandum*, &c. actum est igitur intercessione Basilij, ne iurare Episcopi cogerentur. Post hæc autem ordine rerum oblatus est legendus libellus, quem Eutyches iam damnatus obtulerat Imperatoribus, qui sic se habet:

b Matth. 5

XIII. LIBELLVS EVTYCH. OBLATVS THEODOSIO.

Pijssimis & fidelissimis amicis Christi Imperatoribus nostris Theodosio & Valentiniano Patribus Patriæ Augustis Eutyches Archimandrita.

In omnibus mihi post Deum & salutis & veritatis manifestatio facta est vestra pietas, in nulla re prætermittens inquisitionem facere eorum, quæ vel de fide, vel aduersùm me calumniosè mota sunt. Gesta enim, quæ sunt composita à reuerendissimo Archiepiscopo Flauiano aduersùm me, legi hesterno die, & repers contraria his, quæ acta sunt, contineri in chartis. Necenim quæ ad me ipse locutus est, iacebant in eis; neq; quæ ego locutus sum, inseruerunt eidem monumento. Supplico igitur vestræ serenitati, consuetè Orthodoxæ fideipatrocinari, & meæ paruitati opinioni: Vt dignetur præcipere, beatissimos Episcopos, qui in hac causa tunc residebant, & Notarios Reuerendissimi Episcopi Flauiani, & reuerendos clericos, qui ad me directi sunt vocantes, vt occurrerem, & reuerendissimum diaconum Athanasium reuerendissimi Episcopi Basilij conuenire in præsentia sanctissimi Episcopi Theodosij, qualenus interrogati dicant omni cum veritate scriptis mandatum quid nouerint: Vt hoc consecutus, more solito laudans, gratias agam Domino omnium Christo, & vestræ pietati. hactenùs libellus Eutychetis oblatus Theodosio Imperatori, lectusque in Synodo.

XIV. MOS NOTARIORVM EXCEPTORVM IN SYNODIS.

Recitato itaque libello, & auditâ Eutychetis petitione, cùm ei Theodosius Imperator annuisset; iussi sunt præsentes esse Notarij Flauiani, qui Acta Synodalia exceperant, ijdemq; diaconi, Notariorum fungentes munere, omnes numero quinque, Asterius, Aëtius, Nonnus, Asclepiades, atq; Procopius: qui iussu Flauiani & aliorum Episcoporum; qui priori Synodo præsentes fuerunt, conscripta ab se Acta ediderunt. Protulerunt alia Eutychetis procuratores, sed quæ cognita sunt non esse originalia, verùm descripta posteà exemplaria. Dum ergo Acta legerentur, ventumq; esset ad tertiam Synodi Actionem de verbo quodam relato in Acta, quòd referri minimè debuisset: rursumque de verbis ab Eutychete dictis, & in Acta minimè relatis, & alijs admodum leuibus controuersia mota est. Cùm enim, qui esset mos Notariorum exceptorum, Aëtius & ipse ex Notarijs vnus his verbis significauit. *In alijs* (inquit) *sanctissimi Concilijs cõtingit frequenter*

vnum ex reuerendissimis Episcopis aliquid dicere: & quod ab vno dictum sit, tamquàm ab omnibus simul dicatur, & subscribatur, & intelligatur, omnibus scilicet consentientibus & approbantibus. *Hoc ab exordio factum est; in tantum vt vno dicente, scribamus: Sancta Synodus dixit. Si verò inuentus fuerit vnus aut secundus dicens idem*, &c. *tunc dicimus, quia & professi sunt Deo amantissimi Episcopi, & exclamauerunt*, &c. & post nonnulla idem Aëtius: *Multa sæpiùs tamquàm in collocutione communi in parte Concilij in conuentu à præsentibus sanctissimis Episcopis dicuntur, quæ scribi non præcipiuntur.* His igitur per Aëtium patefactis, de Eutychetis appellatione, quòd recepta non fuisset in Acta, facta est obiectio à procuratoribus Eutychetis. Acta autem sic se habent [c]:

c Apud Cõc. Chal. Act. 1.

XV. DE APPELLATIONE EVTYCHETIS ACTA.

Quoniam verò ante paucos dies littera sanctissimi Archiepiscopi Leonis insinuatæ sunt nobis, continentes, quia accusauit reuerendissimus Archimandrita Eutyches, & appellauit in tempore examinationis vestræ audientiam per dationem libelli. Et post aliqua, hæc ex suggestione vnius ex procuratoribus Eutychetis: *Constantinus reuerendus diaconus dixit: Eutyches dum legeretur damnatio, appellauit S. Concilium Episcopi Romani, & Alexandrini, & Hierosolymitani, & Thessalonicensis: & hæc in Gesta non sunt inserta. Magnificentissimus Patricius Florentius dixit: Turbâ factâ, & dissoluto Conuentu, dixit ad me silenter, applicans Romanum & Ægyptium & Hierosolymitanũ Concilium. Et ego arbitratus indecens esse, latere hoc sanctissimum & reuerendissimum Episcopum Flauianum, ascendens dixi ei.* ea videlicet, quæ Eutyches sibi dixisset. Addidit his Basilius Seleuciæ hæc: *Iam in veritate dico: Adhuc ipso Conuentu sedente, & proponente sanctâ Synodo, vt diceret istas duas naturas inseparabiles & inconfusas in vno Domino etiam post adunationem: scio quia dixit religiosus Archimandrita Eutyches: Si præceperint Patres Romanus & Alexandrinus, dico hoc ipsum. Hoc autem non quasi appellans dixit.* Post hæc rogata est sententia Archimandritarum, qui Synodo interfuerunt, si quis eorum audisset appellantem Eutychetem in Synodo: & omnes vnâ sententiâ negauerunt.

Vides igitur Eutychetem per mendaciorum anfractus diuerticula quærentem, comprehensum, vbiq; delirum, vaniloquum atque dolosum esse repertum: quæ quidem plus satis esse poterant ad proscriptionem impij hæresiarchæ & ab eo proditæ impietatis: sed dum Chrysaphius priuata contra Flauianum studia fouet, atque in eadem pertrahit Imperatorem, maximum parat Ecclesiæ luctum, summamq; infert cladem Imperio, vt exitus patefaciet. Absoluta est itaque, his actis, eiusdem Synodi prima sessio, habita quinto Idûs Aprilis: In qua quidem (vt vidimus) cùm facta sit mentio litterarum sancti Leonis hoc anno sub ijsdem Consulibus Kalendis Martijs Romæ datarum, quas ante paucos dies fuisse acceptas, Eleusij testificatione est dictum: vides quantâ celeritate, nempè vnius dumtaxat mensis spatio, litteræ ab Vrbe solerent deferri Constantinopolim. Quod etiam ex eo certò certiùs colligere potes, dum quas Theodosius scripsit ad sanctum Leonem Romanum Pontificem post absolutam præsentem Synodum Constantinopoli quinto Idûs Aprilis de Synodo habenda Ephesi litteras, eas accepit S. Leo (vt ipse testatur in epistola ad Pulcheriam [d]) tertio Idûs Maias.

XVI.

d Leo Epist. 13.

Rursum verò eiusdem mensis Aprilis vigesimaseptimâ die iterum à Patribus conuentum est: vbi à procuratoribus Eutychetis oblatus est libellus ab ipso anteà porrectus Theodosio Imperatori, qui acceptus iussus est legi: est autem huiusmodi [e]:

XVII. SECVNDA SESSIO.

e Apud Cõc. Chal. Act. 1.

Pijssimis & fidelissimis ac Christi amatoribus Principibus nostris Flauio Theodosio & Valentiniano perpetuis Augustis, ab Eutychete Archimandrita.

Vestra pietas superiùs & à principio non ignorans circa rectam fidem religionem mundam irreprehensibilem fidem meam, pro calumnia mihi composita & meditatis insidijs ab Eusebio Episcopo Dorilæ, quasi rectè non sapiam, fancire dignata est, ingrediente me in Concilium, adesse mihi virum laudabilem magnum Silentiarium custodiæ causâ: Qui vadens ad Episcopum, & præsentiam meam nuncians, quædam audiuit à religiosissimo Episcopo Flauiano de damnatione mea & vidit. Precor igitur vestram tranquilli-

XVIII. COGNITIO DE FALSITATE ACTORVM.

tatem

tatem, dignetur sancire apud quem placuerit vestra pietati eundem virum mirificum, laudabilem, magnum Silentiarium cum veritate scripta profiteri ea, quæ audiuit (vt superius dixi) & vidit: quò his impetratis, solitas orationes Deo semper pro vestra salute referam, piissimi & fidelissimi Imperatores. hactenùs Eutychetis libellus. Iussus tunc est Silentiarius, quæ audiuit, coram Synodo profiteri: qui testatus est, se accepisse à Flauiano, antequam de damnatione Eutychetis Synodi Actio cogeretur, iam Eutychetem esse damnatum, scriptum nimirùm damnationis libellum, quem Synodo subscribendum porrecturus esset. Sed & restificatione Asterij presbyteri dictum est, & in Acta relatum, ipsa Synodi prioris Acta fuisse à Notarijs immutata. His itaque cauillis illusum est legitimæ factæ à priori Synodo Eutychetis damnationi, fauentibus eidem magistratibus in gratiam Chrysaphij etiam Imperatorem monêtis pro ipso hæresiarcha. Fuerunt hæc præludia horrendæ tragœdiæ, de qua paulò post dicturi sumus, modò autè quæ Liberatus Diaconus [a] istis addat, superioribus coniungamus:

a Liberat. Diac. c. 11.

XIX. *Discussu (inquit) Gestu instantibus Notarys cum Episcopis Deum timentibus, cum Eutycheti aliqui fauerent pro tempore, nihil falsitatis inuenire potuit; sed tantum actum est, vt apud Magistros Officiorum Gesta conficerentur de falsitate Notariorum, astantibus quibusdam laicis de Officio Principis, qui interfuerunt Gestu ipsis tempore Concilij. Postea expetiuit Imperator à Flauiano fidei eius confessionem manu eius scriptam & subscriptam. Scripsit ergo Flauianus fidem manu propria, & Imperatoris in hoc themate direxit:*

XX. *Flauianus Episcopus Constantinopolitanus amatori Christi Imperatori nostro Theodosio salutem.*

PROFESSIO FIDEI FLAVIANI EPISC.

Nihil ita conuenit sacerdoti Dei, & dogmatibus erudito diuinis, quam paratum esse ad satisfactionem [b] omni petenti rationem de ijs, quæ in nobis est & gratia: non enim erubesco [c] Euangelium Dei: Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. Quia ergo & nos, misericordiâ Regis omnium Christi Dei, sacerdotium tale sortiti sumus: sapimus rectè & inculpabiliter semper Scripturas diuinas, sequentes expositiones sanctorum Patrum, qui in Nicæa conuenerunt, & centum quinquaginta, qui hic congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum Episcopus: Et prædicamus Dominum nostrum Iesum Christum ante sæcula quidem ex Deo Patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem. Ex duabus itaq; naturis consistentes Christum post incarnationem ex sancta Virgine & humanatum in vna subsistentia [*], & in vna persona vnum Christum, vnum Filium, vnum Deum confitemur: & vnam quidem Dei Verbi naturam incarnatam tantum & humanatam dicere non negamus; eò quod ex ambabus vnus atque idem sit Dominus noster Iesus Christus. Eos verò, qui aut duos Filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annuntiant, & vnum eundemq; Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei vinis prædicant, anathematizamus, & alienos esse ab Ecclesia iudicamus. Et ante omnia Nestorium impium anathematizamus, & sapientes ea quæ eius sunt, & loquentes ea [d] Abscindantur huiusmodi à filiorum adoptione promissa rectè credentibus. Et subscriptio: *Domine Iesu Christe adiuua nos.* Et iterum: *Hæc scripsi manu meâ ad satisfactionem vestræ potestatis, vt confundantur calumniam facientes nostræ simplici conuersationi.* hactenùs professio Flauiani ab Imperatore ea de causa exacta, quod Eutyches & sentientes cum eo ipsum calumniati essent eadem sapere cũ Nestorio, & sub duarũ naturarũ in Filij Dei confessione duas pariter subintroducere velle personas: ob id enim in hac sua professione Flauianus multus fuit in damnando Nestorio. Quæ autè post hęc acta sint, ita subdit Liberatus Diaconus [d]:

[*] substantia

b 1. Pet. 3.
c Rom. 1.

d Liberat. Diac. c. 12.

XXI. *Postquàm ergo nihil probatum est Notarijs de falsitate Gestorum: Eutyches petit Dioscorum Alexandrinum Episcopum, vt quæreret, quæ de illo acta sunt. Vrgebat [*] apud Principem, vnliersale fieri Concilium, vt improbaretur Concilium Flauiani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio Imperatori, quia aliam fieri Synodum oportet, & quod vt fieret, persuasit Eutyches. Annuit Imperator.* Hæc autem omnia molitione esse facta Chrysaphij, Nicephorus tradit his verbis [e]: *Porrò vbi illa Acta & decreta legitima esse auctoritate suâ comprobauerunt: Chrysaphium eunuchum, qui idem cum Eutyche sentiebat, cum contumeliam ferre nequiret, iram suam aduersus Flauianum maximè auxit, & Dioscoro Alexandrino, impio illo indicauit, se illi in rebus, quæ placita essent, gratificaturum, omnibus, si Eutychetem periclitantem defenderet. Flauianum autem & Eusebium Dorilæum oppugnaret. Eodem modo Eudociam Augustam excitauit, cum multa alia, tum ea potissimum dicendo, quæ ei à Pulcheria acerba accidissent.*

[*] Agebat

e Nicephor. lib. 14. c. 47.

XXII. *His igitur ita dispositis, ad Kalendas Augusti indicitur Synodus Ephesi: Dirigens, (inquit Liberatus [f]) Imperator Sacram Dioscoro in Alexandriam, præcipit, vt decem Metropolitanos Episcopos, quos voluisset, ipse eligeret, & veniret Ephesum, & congregato Concilio, Eutychetis causam discuteret; iubens, Barsumam Archimandritam interesse, & vices agere omnium monachorum Orientalis Episcopos accusantium: Theodoretum verò Cyri Episcopum adesse, Concilio interdixit, & in sua ciuitate permanere eum iussit. Iam enim ibam Edessenum Episcopum, ne Synodo adesset, per illum filium suum, quem dixi, Chrysaphium, in mulcas mansiones Eutyches relegârat exilio.* hæc de indicta Synodo Liberatus. Cum autem ista de OEcumenico celebrando Concilio ote multorum iactari cœpisset, hæcque litteris Domni Episcopi Antiocheni Theodoretus Cyri Episcopus accepisset exilimans ista curari per Dioscorum Alexandrinum Episcopum, quem patiebatur aduersarium, quo futuræ Synodi OEcumenicæ decreto duodecim illa vulgata Cyrilli capitula, quorum causa diu multumque fuerat altercatum, comprobarentur: hanc tuncad eundem Dominum epistolam reddidit, quæ inter eius epistolas Græcè scriptas in codice Vaticano numeratur centesima duodecima, atq; ita se habet:

[f] Liberat. c. 12. INDICITVR SYNODVS EPHESI IN CAVSA EVTYCHETIS.

THEODORETI EPISC. LITTERÆ AD EPISC. ANTIOCH.

Theodoretus Episcopus Cyri Domno Episcopo Antiochiæ.

Sperauimus iam nostra mala quieuisse, vbi nobis nonnulli significarent, tam paratam Imperatoris Victoris & Triumphatoris indignationem, & quod iam inducis facta sunt inter eum, & religiosissimum Episcopum Flauianum, & quod iam sedata esset Synodi conuocatio, & pax Ecclesiarum reuersa esset. Quæ verò nunc à tua pietate scripta sunt, magna nos affecerunt molestia, Nihil enim boni licèt expectare ab ea, quæ muniatur Synodo, nisi clementissimus Deus consuetam nostri curam gerat, & sedauerit technas & machinas turbulentiarum à dæmonibus concitatarum. In magna enim Synodo, quæ Niceæ fuit congregata, vna cum Orthodoxis idem decreuerunt, etiam illi, qui Arij partes sectabantur, & Apostolicæ fidei expositioni per manus subscriptionem consenserunt. Fuerunt tamen reuera hostes, nec vmquam quieuêre illam oppugnare, quousque corpus Ecclesiæ conciderunt, & triginta annis inter se communicarunt, atq; Apostolica dogmata prosequebantur etiam qui Arij morbo laborabant. Cum verò Antiochiæ postrema habita esset Synodus, quando Dei hominem, magnum illum Meletium in Apostolico illo throno constituerunt & confirmarunt, ac deinde post paucos quidem dies Imperatoris auctoritate illum euecerunt, propositus quidem fuit Euzoius Arij morbo aperte laborans, & quam primum se ab alienarunt illi, qui Euangelica dogmata protegebant. Et ex eo tempore diuisio & schisma remansit.

Illa igitur intuens anima mea tristis, ac similia prædicens, gemit ac lamentatur, nihil boni expectans. Neque enim sciunt, qui ex alijs diœcesibus sunt, venerum, quod inest duodecim illis capitibus sed auctoritatem eius, qui illa scripsit, inuenies, nihil mali suspicantur. Et arbitror eum, qui illius in sede successit Dioscorus, hæc omnia agere, vt altera Synodo eadem confirmentur. Quæ enim mandato & iussu hæc ante scripsit, & anathemati denunciauit eos, qui illis assentiri & stare minime voluerint: quid non faciet in OEcumenica præsidens Synodo? Et scito domine, quod nullos eorum, qui eam hæresim, quæ in ipsis latebat, cognouerunt, accipiet, quamuis bis totidem id decernant. Cum enim etiam plures hæc confirmauerint Ephesi, illis aduersati sumus, nec ante communicauimus Cyrillo, qui illa scripserat, quoq; doctrinam & professionem fidei edidit, consonam ijs, quæ à nobis edita sunt, nulla de his capitibus facta mentione. Id q; cognitu facile est tuæ beatitudini, si præceperit, vt perquirantur, quæ gesta sunt. Sunt enim iuxta morem consuetum Synodi, plura quam quinquaginta synodica gesta & scripta, quæ duodecim capitum damnationem ostendunt. Ante enim quam ad Ephesum accederemus, B. Ioannes Antiochenus scilicet Episcopus scripsit ad religiosum Episcopum Eutherium Tyanorum & ad Firmum Cæsareæ Episcopũ, & Theodotum Ancyræ, Apollinarij doctrinã hæc capita nuncupando. Et ea, quæ à nobis Ephesi damnato facta

fuit contra Alexandrinum & Ephesinum Episcopum hinc ortum habuit, quoniam capita illa ediderunt & confirmarunt.

Et litteræ multæ synodales Ephesi ad Victorem & Triumphatorem Imp. & ad magnos Principes de his scriptæ sunt, similiter etiam ad populum Constantinopolitanum & religiosissimum Clerum. Et Constantinopolim nos vocati quinq; controuersias de nobis ipsis coram Imperatore habuimus, & egimus, & tres alias deinde cum testibus ad ipsum misimus, Deoq; dilectissimis Occidentis Episcopis, Mediolanensium, inquam, & Aquileæ & Rauennæ de his scripsimus, significantes, quod Apollinary nouitate & vanitate repleta sunt ea capita. Et ipsimet Cyrillo, qui illa scripsit, B. Ioannes scribendo, beati Pauli auctoritatibus aperte illa arguit & confutauit, similiter etiam beatæ memoriæ Acacius, & (vt pancis tua sanctitas omnia cognoscat) ego misi exemplar illius epistolæ, quam beatus Acacius & Ioannes ad Cyrillum beatæ memoriæ scripserunt, vt cognoscas, quod dum de pace & conuentione inter se scriberent, illamet capita accusabant, & damnabant. Ac ipsemet Cyrillus dum scriberet ad beatum Acacium, suam de his capitibus mentem & animum declarauit, cum dixerit, se illa scripsisse, vt se obiceret, & opponeret ad illius nouitatem & vanitatem. & quod compositæ pacis, erant omnia clara & manifesta. Hæc igitur excusatio accusationem confirmat, misi etiam exemplar eorum, quæ temporeconuentionis & pacis scripta sunt, vt noris, domine, quod nullam de his mentionem fecit, & quod oportet eos, qui ad Synodum irent, asserre ea, quæ conuentionis tempore scripta sunt; & (vt apertè dicam) quanam fuerunt dissensionis causa, & qua ratione quæ inter se dissidebant, conuenerunt & conciliata sunt. Oportet enim eos, qui ad pietatem tuendam & propagandam vocantur, omnem suscipere laborem & diuinum inuocare auxilium, vt eam, quam nostri maiores nobis reliquerunt sortem, inuiolatam conseruemus. Decet autem animaduertere tuam sanctitatem, & eos religiosissimos Episcopos, qui nobiscum sentiunt & conueniunt, illos de profectione docere, ac eos etiam religiosissimos clericos, qui propietate zelum habent, ne à nostrimet socijs proditi, vel cogamur aliquid facere eorum, quæ Deo omnium displicent, vel soli relicti facile opprimamur ab hostibus. Fides est (bortor te) in qua stem habemus salutis, & oportet omnem lapidem mouere, vt nihil adulterinum, vel depranatum introducatur, neque Apostolica doctrina corrumpatur. Hæc ego, licet procul absim, lugens & gemens scribo & communem nostrum Dominum oro, vt atram hanc tempestatem dissipet, & dissoluat; & claram & perspicuam serenitatem nobis largiatur. hactenus ad Domnum Antiochenum Theodoreti epistola à Metio Thermularum Episcopo Latinitate reddita, ex qua vides, quo animo ipse perseuerauerit aduersus duodecim capita illa Cyrilli, quæ adeo timeret œcumenicæ Synodi auctoritate firmari. Innotuerunt puto ista Imperatori, qui cum suo edicto vocasset ad Synodum Episcopos, fecit, ne Theodoretus adesset, vt audisti à Liberato, & ex ipso Imperatoris apparebit edicto. Sed describamus hic ipsius Theodosij Imperatoris prò Synodo Ephesi cogenda rescriptum: est enim huiusmodi ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum datum[a]:

Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper venerabiles Augusti, Dioscoro.

Cunctis constitit manifestum, quia nostræ Reipublicæ status & omnia humanæ diuinâ pietate moderantur atq; firmantur: Deo enim propitio constituto, prosperè & secundum vota nostra gubernari res & proficere solent. Imperium ergo diuino nutu sortiti, subditis prò pietate & mansuetudine similiter plurimam solicitudinem impartimus, quatenus & vera religio, & nostra Respublica cultu Dei purissimo & pietate firmata perfulgeat. Quòd igitur in præsenti subitâ emergente dubitatione, ad Catholicæ, & Apostolicæ doctrinæ ac nostræ fidei custodiam, quæ vt sit, diuersis sententijs impugnata, conturbat & confundit hominum sensus & animas intolerabile duxerim, huiusmodi delictum contemnere, ne per talem negligentiam ipsi Deo inferre contumeliam videremur. Ideoque sancimus, in vnum sanctissimos & Deo placitos conuenire viros, quibus pro pietate Catholica atq; vera fide plurimus sermo est, vt vniuersa quidem talis vana dubitatio, subtili propositâ inquisitione, soluatur; vera autem & Deo amica Catholica fides firmetur.

Igitur & tua sanctitas, sumptis secum decem reuerendissimis Metropolitanis Episcopis, qui sub tua degunt diœcesi, & aliis similiter decem sanctis Episcopis sermone & vitâ ornatis, qui in doctrina & scientia rectæ & immaculatæ fidei præ cunctis apud cunctos eminent, proximis Kalendis Augustis Ephesum Metropolim Asiæ conuenire absq; vlla dilatione festinet, nullo scilicet alio prater prædictos viros sanctam Synodum molestante: quatenus vniuersis sanctissimis & beatissimis Episcopis, quos conuenire per sacras nostras epistolas sancimus, ad prædictam concurrentibus ciuitatem, & subtilissimè inuestigantibus & quærentibus, omnis de medio error contrariæ auferatur, Catholica autem doctrina & Orthodoxæ fidei Saluatoris nostri Christi amicissima solidetur, & confusè effulgeat, quod vniuersis in posterum inconcussum. Deo propitio, & intemeratum custodiant.

Si quis verò tam necessariam & Deo amicam Synodum prætermiserit, & non omni virtute secundum prædictum tempus ad præfinitum locum peruenerit; nullam excusationem, neq; apud Deum, neq; apud nostram inuenier pietatem. Sacerdotalem enim Conuentum nonnisi quis malâ propriâ conscientia sanctatus euitat. Theodoretum sanè Episcopum Cyri ciuitatis, quem pridem iussimus sua soli vacare Ecclesiæ, sancimus non prius ad sanctam Synodum conuenire, nisi vniuerso sancto placuerit conuenienti Concilio & ipsum concurrere, & pariter interesse. Si verò aliqua discordia de eo euenerit, absque illo sanctam Synodum conuenire & quæ iussa sunt ordinare præcipimus. Data tertio Kalendas Aprilis Constantinopoli, Zenone & Postbumiano viris clarissimis Consulibus. Sed deprauatam esse in die & Consulibus eiusmodi epistolæ Theodosij ad Dioscorum scriptam, dum data habetur dicta die Martij, nemo non videt; cum constet ex ijs, quæ dicta sunt, vltimam Synodi Actionem habitam vigesimaseptimâ mensis Aprilis, & post eam has ab Imperatore datas fuisse litteras. Quod verò ad Consules spectat; cùm eosdem superiori anno Consulatum gessisse certum sit, quid commune illis cum rebus anni præsentis? Restituendum est ergo: *Tertio Kalendas Maias, Asterio & Protogene Consulibus.*

Rursum verò ad eundem Dioscorum Theodosius has litteras dedit, quibus voluit ipsum eidem indictæ præsse Synodo[b]:

Dioscoro reuerendo Episcopo Alexandriæ.

Ante hoc quidem, Theodoretum Episcopum Cyri ciuitatis præcepimus in sanctam Synodum minimè peruenire, donec deo, quod placuerit, sancta Synodus constituat: auersati eum, quia præsumpsit proferre contraria ijs, quæ scripsit de fide sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ quondam ciuitatis Episcopus. Quoniam verò suspicamur aliquos sectatores Nestorij assimere studium & conferre, vt omnimodò interfit sancto Concilio: hac de causa necessarium duximus, his sacris litteris ad tuam reuerentiam datis manifestum facere tuæ beatitudini & vniuersæ S. Synodo, quòd nos regulas sanctorum Patrum sequentes, non solùm propter Theodoretum, sed alios omnes, qui ad congregatam S. Synodum pertinent, auctoritatem & primatum tuæ prabemus beatitudini, scientes diligentius, quod & reuerendissimus Archiepiscopus Hierosolymorum Iuuenalis, & beatissimus Archiepiscopus Thalassius, & omnis talis feruens amator & æmulator Orthodoxæ fidei consentanei erunt tuæ sanctitati, radianti per Dei gratiam honestâ vitâ & Catholicâ fide. Eos namq; qui aliquid per additamentum aliquod aut imminutionem conati sunt dicere, prater quæ sunt exposita de fide Catholica à sanctis Patribus, qui in Nicæa, & qui postmodum in Epheso congregati sunt, nullam omnino fiduciam in S. Synodo habere patimur; sed & sub vestro iudicio esse volumus, quia hac de re & nunc S. Synodum disposuimus conuenire. hactenus ad Dioscorum Theodosius.

Portò intentarum hactenus sibi idem Theodosius Imperator ius arrogat & vsurpat: dum celebrandæ Synodo œcumenicæ, qui illi in omnibus præsit, Episcopum deligit; quod quidem Romani esse Pontificis, docent quæ acta sunt in habitis anteà Synodis œcumenicis: siquidem Niceną Synodo Osius à S. Syluestro missus præfuit, Ephesino verò haud pridem celebrato Cõcilio Cyrillus Episcopus Alexandrinus à Cælestino delectus, vt eorumdem Conciliorum Acta significant. Sed Deo vindice, vbi talem sibi Theodosius Pontificiam auctoritatem arripuit, Imperio priuatur. anno sequenti ex hac vita sublatus, vt suo loco dicemus. Quod igitur talibus sacrilegijs est cœptum concilium, quibus fuerit sceleribus auctum & consummatum, eiusdem Acta declarant.

At op-

a *Apud Coneil. Chal. Act. 1.*

XXIII. EPISTOL. THEODOSII AD DIOSCORVM DE SYNODO EPHESINA.

XXIV. DIOSCORVS CVM DECEM

METROPOLITANIS CONVENIRE IVBETVR.

XXV. THEODORETVS PROHIBETVR AC CEDERE.

XXVI. b *Apud Coneil. Chal. Act. 1.* EPISTOL. THEODOSII QVA PRÆFICIT SYNODO DIOSCORVM.

XXVII.

XXVIII. DOLUS EUTYCHIANUS.

At obserua dolum, quam cautè agatur; ne quis ex ijs, qui constantissimè essent aduersus Eutychetem propugnatori fidem Catholicam de duabus in Christo naturis in Ephesinum indictum Concilium admittatur, eâ rectitudinis specie, quod ijdem essent hæresis Nestorianæ fautores: sicq; Theodoretus exploditur, & Ibas suasione Eutychetis fuit anteà relegatus: contrà verò illi, qui Eutychetis studiosissimi essent, Synodo interesse & præsse iubentur, eo quidem colore, quod essent hi hostes Nestorianæ perfidiæ; quasi non contra emergentem nouam hæresim, sed contra Nestorium bellum suscipiendum esset. sed & inter alios nominatus Barsumas in Syria Archimandritarum omnium scelestissimus curatur ab amicis Eutycheris, puto Chrysaphio, vt ab Imperatore Synodo interesse iubeatur: cuius rei causâ has rursum ad Dioscorum idem Theodosius litteras dedit [a]:

a Apud Concil. Chalc. Act. 1

XXIX. THEODOS. IMP. AD DIOSCORVM DE BARSVMA. [a] diuisi-tati.

Peruenit ad nostræ serenitatis auditum, quia multi reuerendi Orientalium Archimandritæ simul cum Catholicis populus aduersus quosdam Episcopos, qui Nestorianâ impietate egrotare dicuntur, in quibusdam Orientalium ciuitatibus constituti, laborarent, & pro Catholica fide contenderent. Hac de causa nostra ferenitati complacuit, religiosissimum presbyterum & Archimandritam Barsumam puritate vitæ & Catholicâ fide probatissimum adesse Ephesinæ ciuitati, & tenentem locum cunctorum Orientalium Archimandritarum considere tanæ tuæ sanctitati, quam vniuersis sanctissimis Patribus ibidem conuenientibus; quatenus Deo placita de omnibus sententia proferatur. Dignetur proinde tua religio perudens (quia omnis nobis est pro Catholica fide sollicitudo) affectuosè & prædictum venerandum Archimandritam susscipere, & operam dare, vestræ eum S. Synodi participem fieri. Dat. Idibus Maij. Protogene viro clarissimo Consule, & qui fuerit nunciato. Adipsum verò Barsumam his verbis [b]:

b Apud Cic. Chal. Act. 3.

XXX. THEODOSII EPIST. AD BARSVMAM.

Nostram pietatem latere non potuit, in quali sint certamine constituti per Orientem religiosissimi & sanctissimi Archimandritæ. Quoniam igitur & tua sanctitas pro Catholica fide tantum laborare sustinuit, vt ad nostram perueniret pietatem: iustum esse duximus, tuam sanctitatem puritate vitæ & Catholicâ fide probabilem ad Ephesinam pergere ciuitatem & locum tenentem omnium religiosissimorum Archimandritarum Orientalium considere sancta Synodo, quæ ibi disposita est conuenire & cum alijs sanctis Patribus & Episcopis quæ sunt Domino placita ordinare. Dat. pridie Idus Maij. hæc ibi. Conscripsisse eundem Theodosium ad alios Orientalis Ecclesiæ Episcopos Metropolitanos, Synodalia Acta fidem faciunt.

Quoniam verò idem Imperator sciebat, nullum fore Concilium œcumenicum absque Romani Pontificis auctoritate, sed quod & satis intelligi poterat, Leonē Papam Eutycheti aduersaturum: illud consilium inijt, vt ita eum vocaret; vt tamen, ne adesset, caueret. Et quomodo id factum? Primùm angustissimo termino tempus clausit, vt adesse nonnisi magno incommodo posset: adiecit etiam, vt ipse scribens Theodosius ad ipsum S. Leonem Romanum Pontificem litteras, eius personam Ephesinæ Synodo præsentem esse peteret, tatus nimirum, id minimè ab eo fore præstandum: de mittendis verò legatis, si venire non posset, nullam penitùs habuit mentionem. hoc planè argumento scriptam esse à Theodosio Imperatore ad ipsum Romanum Pontificem epistolam, ipsius Leonis Papæ litteræ ad Pulcheriam Augustam manifestè declarant, in quibus hæc leguntur [c]:

XXXI. CONCILIVM THEODOSII DE VOCANDO AD SYNOD. S. LEONEM.

c Leo Ep. 53.

Augustissimus & Christianissimus Imperator cupiens quàm celerrimè turbata componi, Episcopali Concilio, quod in Ephesi vult haberi, nimium breue & angustum tempus indixit. diem Kalendarum Augustarum præstituendo Conuentui; cùm à tertio Iduum Maiarum, quo serenitatis suæ scripta suscepimus, maior pars relicti sit temporis assumenda, vt profectio sacerdotum, qui negotio sufficiant: valeat ordinari. Nam illud, quod pietas eius etiam me credidit debere interesse Concilio: etiam si secundùm aliquod præcedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam potuit impleri; quia rerum præsentium nimis incerta condicio à tanta Vrbe populi me abesse non sineret, & in desperationem quamdam animi nonnul-

XXXII. LEO PAP. VOCATVS AD SYNODVM EPHESINAM.

tuantium mitterentur, super occasionem causæ Ecclesiasticæ videret patriam & Apostolicam sedem velle deserere. hæc S. Leo, cum bellum Hunnicum immineret hoc anno, de quo in fine eiusdem actuti sumus.

XXXIII.

Cùm autem de cogenda Ephesi Synodo S. Leo litteras Theodosij accepisset, vt anteuerteret mala, quæ præsagiebat inde esse ventura, persuadere Theodosio conatus est, vt eiusmodi Concilium haberi fineret in Italia, hacq; de causa ad ipsum ista rescripsit [d]:

d Leo Ep. 9. QVÆ S. LEO AD THEODOSIVM RESCRIPSERIT.

Pro integritate fidei Catholicæ Christianissimum Principem conuenit esse solicitum: & hoc indefessis precibus diuinam misericordiam posco, vt cordi vestro id, quod est veritatis, insticeret, ne, si falli vestra aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. hæc ideirco ipso epistolæ exordio Leo ingerit, quòd subodoratus esset, calliditate Chrysaphij in odium S. Flauiani Episcopi Constantinopolitani omnia ista dolosè peragi. sed pergit: *A me autem, atque ab omnibus Catholicis sacerdotibus, quæ Euangelicæ fidei pietas defendit, satis plenè ac lucidè litteris meis, quas clementiam vestram iamdudum per famulum vestrum Epiphanium Tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror vos accepisse, ratum est, nec ambigi potest, hoc nos purissimè credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi Patres quondam apud Nicæam congregati, secundùm fidem Symboli credendum & confitendum, sacratissimâ auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma peruersum, meritò anathematizauimus, ita insitè etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostræ negant, à Domino Iesu Christo susceptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, vt intra Italiam haberi iubeatis Episcopale Concilium: citò, auxiliante Deo, poterunt omnia scandala, quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota, resecari: vt per vniuersum regnum vestrum Catholica fides integritate sequatâ, & pacem Christianam manere, & vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data octauo Kalend. Iunias, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.*

Quod autem his litteris declaret S. Leo se rectæ fidei normam scripsisse per Epiphanium Tribunum, haud existimes ipsum intelligere de celebri illa ad Flauianum epistola data, quâ incarnationis Filij Dei sacramentum reddidit omni ex parte perspicuè definitum: Siquidem litteras illas ad Flauianum non ante hanc epistolam esse datas apparet, vtpotè quæ scriptæ habeantur hoc anno Idibus Iunij.

XXXIV.

Rursum verò cùm alijs litteris Theodosius ad Leonem Pontificem datis instaret de cogendo Ephesino Concilio, immo & rogaret ipsum Leonem, vt eidem suam præsentiam exhiberet: idem rursus ad eum rescripsit, & coitionem hanc Episcoporum dissuadere conatus est, eò quod in re ideo pernicua haud tanta esset consultatio adhibenda, seq; haud eidem fore præsentem excusaturi, his ad eum breuiter scriptis [e]:

XXXV.

e Leo Ep. 17.

Acceptis clementiæ tuæ litteris, & multum vniuersalis Ecclesiæ gaudendum esse prædixi, quòd Christianam fidem, quâ Diuinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo vult esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quàm si vna gratiarum actio, & vnius confessionis sacrificium matestati eius ab omnibus offeratur: in quo & sacerdotum & cæterorum Fidelium ita demum erit plena deuotio, si in his, quæ per vnicum Dei Filium Deum Verbum pro nostra redemptione facta sunt gesta, nihil aliud sentiatur, quàm quod ipse prædicari de se iussit & credi. Vnde & quamuis ad diem nondum Episcopalis, quem pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua de hoc exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur deserere ciuitatem; præsertim cùm tam euidens fidei causa sit, vt rationabilibus causis ab indicenda Synodo fuisset abstinendum: Tamen in quantum Dominus iuuare dignatur, meum studium commodauì, vt clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quique præsentiæ meæ impleant vicem: Quia non talis quæstio orta est, vnde aut possit, aut debeat dubitari. Data XII. Kal. Iulij, Asterio & Protogene viris clarissimis Conss.

XXXVI. LEONIS EPIST. AD THEODO.

Considerâsti ne, lector, quàm blandè, leniq; manu reprehendat Leo Pontifex Theodosium, dum haud dignam

XXXVII.

ait esse causam, pro qua deberet Synodus œcumenica celebrari? Eò planè, per ditissimo tempore isto, infelicitatis prouenerunt res Orientalis Ecclesiæ, vt arbitrio vnius eunuchi cuncta sursum deorsumque agitarentur: qui contra sancita Constantinopolitanæ Synodi, pro restituendo vno homine, sene deliro iustissimè condemnato, non aliam tantùm Synodum Constantinopoli (vt vidimus) per Imperatorem iterum voluerit conuocari, sed ex totius Orbis Episcopis Conuentum Ephesi indici fecerit litteris eiusdem Imperatoris. Sed ad cædem oues potiùs, quàm ad Synodum dixeris esse conuocatos Episcopos.

XXXVII. S. LEO DISCERNIT LEGATOS AD SYNODVM EPHESINAM.

Cùm igitur S. Leo necreptimere Theodosium valuisset ab huiusmodi cogendo Conuentu Episcoporum; neque vt in Italia ageretur, persuadere potuisset: tandem ne fidei causa dispendium aliquod pateretur, quam sciret apperi studijs summæ potentiæ fautorum Eutychetis eũdem Imperatorem præcipitem abducentium: salubre illud in primis consilium inijt, vt è latere Legatos mitteret Ephesum ad Concilium, eisdemq; daret ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum epistolam, quâ non ipse solum, sed vniuersa Synodus, quid de Verbi incarnatione sentiendum esset, ex sententia Euangelicæ veritatis acciperet; vt sic tanquam fixa anchora, fides Catholica haud abriperetur à furentibus factiosorum fluctibus, discordię spiritibus agitatis; sed incõcussâ solidâ firmitate subsisteret. Qui autem in re tanta obeunda sunt directi Legati, eorum hæc sunt nomina, Iulianus Episcopus Puteolanus [a], Renatus presbyter Cardinalis tituli sancti Clementis, atque Hilarius S.R.E. diaconus Cardinalis.

a Ita apud Mar. Scot. in Chron.

XXXVIII.

Data est his epistola ad Flauianum, nõ quidem priuatim ad eum, qui probè Catholicus illâ minimè indigeret, sed vt publica & communis omnibus in plena Synodo legeretur: imo & illud cõstat, non Orientales solùm S. Leonem eâ voluisse reddi communitos epistolâ, sed & Occidentales omnes, tamquam ad nouæ emergentis hæresis venenum cauendum parato antidoto: quamobrem eandem, quam scripsit ad Flauianum, epistolam, legendam in Synodo, voluit esse Occidentalibus omnibus Circularem, quàm Græci dicunt Encyclicam, eò quòd per vniuersam Ecclesiam reddita omnibus manifesta, per manus date, atq; descripta ab omnibus æquè omnibus cognosceretur. Id planè genus fuisse epistolam S. Leonis ad Flauianum, docent litteræ [b] Galliarum Episcoporum ad ipsum S. Leonem conscriptæ, de quibus inferiùs dicturi sumus.

EPISTOLAS S. LEONIS AD FLAVIANVM ENCYCLICA.

b Apud S. Leonem post Epist. 71.

Sed quid prodigiosum accidisse tradatur, cùm eiusmodi epistolam Christianæ fidei regulam S. Leo scripsisse; testificatione (vt asseritur) S. Gregorij Papæ, relatione sancti Eulogij Episcopi Alexandrini, scriptione verò Sophronij, hîc primum reddendum putauimus. sic enim se habet [c]:

XXXIX

c Sophro. Prat. spirit. c. 147. 148.

MIRACVLVM DE EPISTOLA S. LEONIS AD FLAVIANVM.

Narrauit nobis & hoc Abbas Menas eiusdem cœnobij Pater, audisse se eumdem, Abbatem, Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem: Cùm profectus essem Constantinopolim, fruitus sum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, & singularis viri: qui narrauit mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quòd cùm scripsisset epistolam ad sanctum Flauianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychetem & Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus ac vigilijs & ieiunijs vacans orauerit ipsum summum Apostolum, dicens: Si quid, vt homo, vel minùs cautè posui: tu, cui à Domino Saluatore nostro Iesu Christo & hæc sedes & Ecclesia commissa est, emenda. Post quartam verò diem apparuit ei Apostolus, ac dixit: Legi & emendaui. Sumensq; epistolam de sepulchro B. Petri, aperuit eam, & inuenit Apostolica manu emendatam.* hæc ibi. Sed præstat audire potiùs sententiam Petri, quam visionem Petri, dicentis [d]: *Firmiorem quoque habemus sermonem Propheticum*, &c. Etenim maiorem sibi ea epistola fidem vendicat ex diuinis Scripturis, traditionibusque sanctæ Ecclesiæ, & communi sanctorum Patrum consensu, quam ex recensita modò visione. Sed quid per visum

* quadragiota.

d 2. Petr. 1.

oſtensum fuerit de ipso Eulogio pro eadem epistola aduersus hæreticos laborante, ista idem auctor subnectit.

XL. *De me VISIO DE S. EVLOGIO DE SENSORA EPISTOLÆ S. LEONIS.

Theodorus sanctissimus Episcopus Dorneæ, quæ est in Libya, narrauit nobis, dicens: Cùm essem cubicularius sancti Papæ Eulogij, vidi in somnio virum reuerendi habitûs statura procerum; dicentem mihi: Nuncia meum Eulogio Papæ aduentum. Ad quem ego: Quis es tu, qui iubes, vt nunciem? Respondens ille, dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nunciaui dicens: Sanctissimus & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis Antistes conuenire vos vult. Cùm hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus occurrit in occursum eius. Salutantesq; se inuicem, oratione factâ consederunt. Tunc verò dominus & eximius Leo dixit sancto Eulogio: Scis quare huc venerim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Veni, vt vobis gratias agerem, quia rite & magnificè pro mea epistola respondistis, quam scriptam misi ad fratrem meum Flauianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem & sententiam meam aperientem, hæreticorum autem ora obstruentem. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem studiumq; contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus quæ à nobis prædicatur Veritati, qui est Christus Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terq; concipiens, trinâ apparitione firmatus, enarrauit sancto Papæ Eulogio: qui cùm audisset, lacrymatus est, extendensq; in cœlum manus suas, Deogratias retulit, dicens: Gratias tibi ago, Dominator Orbis, Christe Deus noster, qui cum indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere, & per orationes seruorum tuorum Petri & Leonis paruam & modicam alacritatem nostram, tamquam duo vidua minuta, summâ & ineffabili benignitate tuâ suscipere dignatus es. hactenùs ibi.

At certioris fidei, solidioris; testimonij apud me est de epistola sancti Leonis publica Concilij OEcumenici Chalcedonensis assertio & prædicatio, quam quælibet priuatæ huiusmodi visiones. Quòd autem tantæ fuerit æstimationis eiusmodi Leonis epistola ad Flauianum, non indè accidit quidem, quod quid nouum attulerit, vel inauditum annunciauerit: imò quod quid à maioribus acceptum in Ecclesia esset, eo ordine & certitudine demonstrârit, vt viam planè regiam straueriit, per quam quisq; fidelis incedens non declinaret neq; ad dexteram, neq; ad sinistram; vitaretq; lacunas & scrobes Eutychetis altera ex parte, ex altera verò abrupta Nestorij præcipitia. Sed audiamus de epistola hac elogium sexcentorum sanctorũ Patrum ad Marcianum Imperatorem [e]: *Non innouans* (inquiunt) *aliquid aduersus Nicænam fidem nunc sanctissimus Archiepiscopus Leo scripsit epistolam ad sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanæ regiæ vrbis Episcopum; sed sanctos Patres secutus sit, qui & post magnam Synodum Nicænam hæreses, quæ per vnumquodq; tempus exortæ sunt, similiter refutauerunt.* & paulò pòst: *Vnde nobis inexpugnabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit. & Romanæ Ecclesiæ Papam ad victoriam præparauit, & doctrinis eum per omnia veritatis astringens; vt quemadmodum Petrus, & hic affectu feruentiore decertans, omnem ad* Deum sensum intelligentiamq; perducat.* hæc ibi.

XLI. DE EPISTOLA S. LEONIS ELOGIA.

e Concil. Chalced. Act. 2.

Sed audi de hac eadem epistola Gelasij Papæ decretum [f]: *Probamus* (inquit) *epistolam B. Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinatam. Cuius textum quisquam si vsq; ad vnum iota disputauerit*, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit.* hæc ipse. His addimus, morem fuisse tum Romanæ, tum omnium Occidentalium Ecclesiarum, eamdem epistolam legere publicè in Ecclesia, mense Decembris ante Domini Natiuitatem, quo tempore à maioribus celebrari consuetit Domini aduentus in carnem: id quidem nos accepimus ex scripto codice sanctæ Mariæ ad Martyres, quod scilicet ea epistola Dominicæ incarnationis doctrinam absolutissimã contineret. Summis insuper eam extollit præconijs Theodoretus in epistola ad ipsum S. Leonem posteà data, & alij innumeri Orientales eamdem diuinis planè laudibus sunt prosecuti, eidem vt sacræ anchoræ in immenso fluctuum motu inhærescentes.

* ad verũ vel, ad eum

XLII. f Gelas. in Cõc. Rom. de S. auct. * disputarent

Seu accipe de eadem illud admiratione dignissimum. Cùm eam describendam accepissent Occidentales, & inter alios Episcopi Galliarum; ex illis tres insignioris nominis Antistites, Ceretius, Salonius, atque Veranus,

XLIII.

cùm

cùm eam exscripsissent, ipsum ab eis exaratum exemplar Romam ad eumdem sanctum Leonem mittendum putârunt, ne quid minùs à prototypo in eo haberetur exscriptum. post enim multa de eadem epistola ab ipsis effusa præconia, hæc habent [a]: *Deprecamur, vt opus & præsentibus & futuris temporibus profuturum, quod nos asseruandi studio soluj mandare curauimus, sanctitas vestra percurrere, & si quid librarij errore defuerit, emendare dignetur: vel si salutarem lectionem omnibus paginam aliquo studij vestri accumulâstis augmento, id ipsum addis libello huic, solicitâ pietate inbeatis: vt non solùm plures sancti Episcopi fratres nostri per Gallias, verùm etiam multi ex laicis filij vestri, qui epistolam istam magnoperè pro veritatis manifestatione desiderant, remissam ad nos, & sanctâ manu vestrâ emendatam transcribere, legere, & tenere mereantur.* hæctes nominati Episcopi.

a Apud S. Leonem ep. 8 Epist. 56. QVANTI FECERINT GALLI EPISTOL. S LEONIS.

XLIV. Considerâsti ne in his, lector, candorem fidei Ecclesiæ Gallicanæ, cùm licèt doctissimi essent Episcopi, eamdem Encyclicam epistolam exscribentes, maximè timerent, ne vel in apice vno à fide scripta à Romano Pontifice discreparent: tantus enim apud eos vigebat ergà supremum Antistitem cultus & obseruantia, vt ab ipsius decretis vel tenui lineâ declinare, ducerent esse sacrilegum atque impium, & à veritate omninò deficere. Quam quidem dum tenuit obseruantiam, ab omni prorsus hæreticorum labe illibata permansit omnium ore laudata Ecclesia Gallicana; cuius Antistites antiquæ gloriæ memores, tenacesq; pristini comparati sibi ex Catholica fide splendoris, non vt insensati Galatæ, sed sapientissimi Galli antecessores Episcopi ad numeros omnes, lineas, atque apices concordes & obedientes veritati, inhærentesq; Ecclesiæ Romanæ, retinentes quam à maioribus acceperè Catholicam fidem; ne ab ea vel latum vnguem aberrarèt, more maiorum, prototypum consulunt in archiuo Romæ seruatum. Sed iam S. Leonis tot tantisq; laudibus celebrata reddenda est hîc nobis epistola, cuius cùm tot tantaque audiueris præclara præconia, te eam expetere, certò scimus. est huiusmodi [b]:

b Leo Epist. 10.

Leo Episcopus dilectissimo fratri Flauiano Constantinopolitano Episcopo.

XLV. EPISTOLA S. LEONIS AD FLAVIANVM IN CYCLICAM. *Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, & Gestorum Episcopalium ordine recensito: tandem quid apud vos scandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuerit, agnouimus; & quæ priùs videbantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyteri nomine honorabilis videbatur, multum imprudens, & nimis imperitus ostenditur; vt etiam de ipso dictum sit à Propheta* [c]: *Noluit intellegere vt bene ageret: iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autem iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus doctioribusq; non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas litteras, nec ad Euangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Sed* * *ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuêre. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris Testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, ipsius adhuc sensu corde non capitur. Nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum* [d] *intelligentiæ lumen in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam salem communem & indiscretam confessionem solicito apprehendisse studuit, qua fidelium vniuersitas profitetur, credere se in Deum Patrem omnipotentem, & IESVM CHRISTVM Filium eius, vnicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: Quibus tribus sententijs omnium serè hæreticorum machinæ destruuntur.*

c Psal. 35.

* Æt

XLVI. *Cùm enim Deum & omnipotens & æternus Pater credatur, consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo à Patre differens: quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus, non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloriâ, non diuisus essentiâ: Idem verò sempiterni Genitoris Vnigenitus sempiternus natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Quæ natiuitas temporalis illi naturæ diuinæ & sempiternæ nihil imminuit, nihil contulit; sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit; vt & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare nos possemus peccati & mortis auctorem* [e], *nisi naturam nostram ille susceperet, & suam faceret, quem nec peccatum contaminare nec mors potuit detinere: Conceptus quippe est de Spiritu Sancto intra vterum matris Virginis; quæ ita illum, saluâ virginitate, edidit, quemadmodum saluâ virginitate concepit.* e Hebr 2.

Sed si hunc de Christiane fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obscurationè propriâ tenebrârat: doctrinæ se Euangelicæ subdidisset, dicente Matthæo [f]: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Apostolica quoq; prædicationis experisset instrumentum, & legens in epistola ad Romanos* [g]: *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem ad Propheticas paginas piam solicitudinem contulisset, & inuenisset promissionem Dei ad Abraham dicentis* [h]: *In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset Apostolum dicentem* [i]: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius: non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus: Isaias* [k] *quoq; prædicationem interiori apprehendisset auditu, dicentis: Ecce Virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius, Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus: Eiusdemq; Prophetæ verba legisset* [l]: *Puer natus est nobis: filius datus est nobis, cuius potestas super humerum eius, & vocabitur nomen eius, Magni consilij Angelus? Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Princeps pacis, Pater futuri sæculi.* f Matth. 1. g Rom. 1. h Genes. 22. i Galat. 3. k Isa. 7. l Isa. 9. XLVII.

Nec frustratoriè loquens ista Verbum diceret carnem factum, vt editus vtero Virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putauit Dominum nostrum Iesum Christum non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam Angelus ait [m]: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei: vt quia conceptus Virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, vt per nouitatem creationis proprietatis remota sit genera. Fœcunditatem enim Virgini Spiritus Sanctus dedit: veritas autem corporis sumpta de corpore est, & ædificante sibi Sapientia* [n] *domum, Verbum* [o] *caro factum est, & habitauit in nobis: hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex homine, & quam spiritu vitæ rationali animauit. Salua igitur proprietate vtriusq; naturæ, & in vnam coëunte personam, susceptæ est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad resoluendum conditionis nostræ debitum, natura inuiolabilis, naturæ est vnita passibili: vt quod nostris remedijs congruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero.* l Luc. 1. m Prou. 9 n Ioan. 1.

XLIX. *In integra ergo veri hominis perfectaq; natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris: nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Nam illa, quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habuêre in Saluatore vestigium: nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui sine sorde peccati, humana augens, diuina non imminuens: quia exinanitio illa, qua se inuisibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma serui factus est homo: tenet enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura: & sicut formam serui Dei formæ non adimit, ita formam Dei serui forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem sua fraude deceptum diuinis carnisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subisse sententiam, seq; in malis suis quoddam de prædicatoris consortio inuenisse solatium; Deum quoq; (iustitiæ exigente ratione) ergà hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sententiam: opus fuit secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest suâ benignitate priuari, primam ergà nos pietatis suæ dispensationem sacramento occultiore compleret; & homo diabolica iniquitatis versutiâ actus in culpam, contra Dei propositum non periret.*

Ingreditur ergo hæc mundi infima Filius Dei, de cœlesti sede L.

descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, nouâ natiuitate generatus: Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehensibilis voluit comprehendi: ante tempora manens, esse cœpit ex *tempore; vniuersitatis Dominus seruilem formam, obumbrata maiestatis suæ inuisibilitate susceptâ: impassibilis Deus non dedignatus est esse homo passibilis; & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiscentiam nesciens, carnis materiam ministrauit. Assumpta est igitur de matre Dominî natura, non culpa: nec in Domino Iesu Christo ex vtero Virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: nullum est in hac vnitate mendacium, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim vtraq; forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, alterum succumbit iniurijs: & sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemq; est (quod sæpè dicendum est) verè Dei Filius, & verè hominis Filius: Deus per id, quod in principio [a] erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: homo per id, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Deus per id quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: homo per id, quod factus est ex [b] muliere, factus sub lege.

LI. Nativitas carnis manifestatio est humanæ naturæ, partus Virginis diuinæ est virtutis indicium: infantia paruuli ostenditur humilitate cunarum, magnitudo Altissimi declaratur vocibus Angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere; sed Dominus est omnium, quem Magi [c] gaudentes veniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum venit, ne lateret, quòd carnis velamine diuinitas tegeretur; vox Patris de cœlo intonans dixit [d]: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem itaq, sicut hominem diabolica tentat astutia; eidem sicut Deo Angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atq; dormire, euidenter humanum est: sed quinq; panibus quinque millia hominum saturare, & largiri Samaritanæ aquam viuã, cuius haustu bibenti præstet ne vltra iam sitiat: supra dorsum maris planum [h] non subsidentibus * ambulare, & elationes fluctuum increpatâ tempestate consternere, sine ambiguitate, diuinum est. Sicut ergo (vt multa præteream) non eiusdem naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuum [i], & eundem, remoto quatriduano aggere sepulturæ, ad vocis imperium excitare redituum; aut in ligno pendere [k], & luce in noctem conuersâ, omnia elementa tremefacere; aut clauis transfixum esse, & paradisi portam fidei latroni aperire: Ita non eiusdem naturæ est dicere, Ego [l] & Pater vnum sumus: & dicere, Pater maior me est.

LII. Quamuis in Domino Iesu Christo Dei & hominis vna persona sit, aliud tamen est, vnde in vtroq; communis est contumelia, aliud, vnde communis est gloria. De nostro illi est minor Patre humanitas, de Patre illi est æqualis cum Patre diuinitas. Propter hanc vnitatem personæ in vtraque natura intelligendam, & Filius hominis legitur descendisse de cœlo, cùm Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumperat: Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cùm hæc non in diuinitate ipsa, quâ Vnigenitus consempiternus & consubstantialis est Patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus. Vnde vnigenitum Filium Dei crucifixum & sepultum omnes etiam in Symbolo confitemur, secundùm illud Apostoli dictum [m]: Si enim cognouissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Cùm autem ipse Dominus noster atque Saluator fidem discipulorum suis interrogationibus erudiret: Quem, inquit [n], dicunt esse Filium hominis? Cumq; illi diuersas aliorum opiniones retexuissent: Vos autem, ait, quem me esse dicitis? Me vtique, qui sum Filius hominis, & quem in forma serui atq; in veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis? Vbi B. Petrus diuinitùs inspiratus, & confessione suâ omnibus Gentibus profuturus: Tues, inquit, Christus Filius Dei viui. Nec immeritò beatus est pronunciatus est à Domino, & à principali petra soliditatem & virtutis traxit & nominis; qui per reuelationem Patris eundem & Filium Dei est confessus & Christum: quia vnum horum sine alio receptum non proderat ad salutem: sed æqualis erat periculi, Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodò sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse.

Post resurrectionem verò Domini, quæ vtiq, veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quàm qui fuerat crucixus & mortuus: quid aliud quadraginta dierum morâ gestum est, quàm vt fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Alloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans, atq; conuescens, & pertractari & se diligenti curiosoq; contactui ab ijs, quos dubietas perstringebat, admittens *: ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat, & flatu suo dabat Spiritum Sanctum, & donato intelligentiæ lumine sacrarum scripturarum occulta pandebat: & rursus vulnera latenti, fixuras clauorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens [q]: Videte manus & pedes, quia ego sum: Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere: vt agnosceretur in eo proprietas diuinæ, humanæq; naturæ individua permanere, & ita sciremus, Verbum non hoc esse quod carnem, & vt vnum Dei Filium & Verbum confiteremur & carnem.

LIII.

* eundantes. Act. 1.

[q] Luc. 24.

Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in vnigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnouit: nec sententiam B. Apostoli & Euangelistæ Ioannis expauit dicentis [r]: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesu, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quid autem est soluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei, per quod vnum saluati sumus, impudentissimis euacuare figmentis? Caligans verò circa naturam corporis Christi, necesse est, vt etiam in passione eius eadem occæcatione desipiat. Nam si Crucem Dominus non putat falsam, & susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat; cuius credit mortem, agnoscat & carnem: nec dissitetur nostri corporis hominem, quem cognouerit fuisse passibilem: quoniam negatio veræ carnis, negatio est etiam corporeæ passionis.

[r] 1. Ioan. 4.

LIV.

Si ergo Christianam suscipit fidem, & à prædicatione Euangelij LV.
suum non auertit auditum, videat quæ natura transfixa clauis pependerit in Crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat vnde sanguis & aqua effluxerint *, vt Ecclesia Dei & lauacro rigaretur & poculo. Audiat & B. Petrum Apostolum [t] prædicantem, quod sanctificatio spiritûs per aspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdem Apostoli verba dicentis: Scientes, quod non ex corruptibili auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi, Beati quoq, Ioannis testimonio non resistat dicentis [v]: Et sanguis Iesu Filij Dei emendat vos ab omni peccato. Et iterum: Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Et quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quia Iesus Christus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus; non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est Veritas: quia tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Spiritus, Aqua, & Sanguis; & hi tres vnum sunt, Spiritus vtiq, sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis; quæ tria vnum sunt & individua manent, nihil eorum à sui connexione seiungitur, quia Catholica Ecclesia hâc fide viuit, & proficit, vt in Christo Iesu non sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

* ante. Ioan. 19.

[t] 1. Petr. 2.

[v] 1. Ioan. 1.

Cùm autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyches re- LVI.
sponderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem verò vnam naturam confiteor: miror tam absurdam, tamq; peruersam eius professionem nullâ indicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem, niveiq; blasphemum ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum: cùm tam impiè duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Filius Dei fuisse dicatur, quam nefariè, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches vel rectè, vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nullâ vestrâ est sententiâ confutatum: dilectionis tuæ diligentiam commonemus frater carissime, vt si per inspirationem misericordiæ Dei ad satisfactionem causa perducitur, impudentia hominis imperiti etiam ex hac sensûs sui macula per te purgetur: qui quidem (sicut Gestorum ordo patefecit) benè cæperat à sua persuasione discedere, cùm vestrâ sententiâ coarctatus, profiteretur se dicere, quod antè non dixerat, & ei fides acquiescere, cui prius fuisset alienum. Sed cùm anathematizando impio dogmati noluisset præbere assensum, intellexit cum fraternitas vestra in sua permanere perfidia, dignum, esse, qui iudicium condemnationis exciperet.

LVII. *De quo si fideliter atque vtiliter dolet, & quàm rectè mota sit Episcopalis auctoritas, vel serò cognoscit; vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia, quæ ab eo male sunt sensa, vitâ voce & præsenti subscriptione damnauerit: non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: quia Dominus noster a verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos esse vult suæ pietatis; vt peccantes quidem iustitia coerceat, conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demùm fructuosissimè fides vera defenditur, quando etiam à sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem verò causam piè ac fideliter exequendam fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli S. Clementis, sed & filium meum Hilarum * diaconum vice nostrâ direximus: quibus Dulcitium Notarium nostrum, cuius fides est nobis sæpè probata, sociauimus: confidentes assuturum Diuinitatis auxilium, vt qui erranerat, damnatâ sensûs sui prauitate, saluetur. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene VV. CC. Conss.*

a Ioan. 10 & Luc. 9.

* Hilarij

LVIII. Hactenùs illa S. Leonis epistola de Verbi incarnatione ad Flauianum data, quam ingillatim Patres & Concilia œcumenica summis sunt præconijs & acclamationibus prosecuti; quę in primis duas in Christo naturas vnitas indiuisè & inconfusè in vnius personæ subsistentia inseparabiles docet. Claudit de duobus naturis in vna eademq; persona coniunctis in carnationis mysterium Fortunatus de Partu Virginis duobus his versibus c:

In Deitate Patri æqualis, sed corpore matri,
Et sine peccato de genitrice caro.

c Fortunatus de Partu Virg.

quam quidem doctrinam ab ipsis Apostolorum temporibus Catholica semper custodiuit Ecclesia.

LIX. Quod rursum ad hanc epistolam spectat, Marcellinus Comes in Chronico sub Consulatu Olybrij & Rustici, vbi agit de S. Prospero Aquitano hæc inter alia habet: *Epistola quoq; Leonis aduersus Eutychen de vera Christi incarnatione data, & ista dicitur creduntur.* id ipsum putauit Gennadius. d Cæterùm nonnisi S. Leonis eam esse dixerim: etenim eamdé dictionem, quę est in epistola, vriq; recognosco in eiusdem S. Leonis Papæ sermonibus.

d Gennad. de viris ill. cap. 84.

LX. GALLIARVM EPIS. GRATIARVM ACTIO ET PROFESSIO.

Data autem eadem epistolâ in Orientem ad Flauianum, eius quoq; exemplaria missa sunt ab eodem Pontifice (vt dictum est) ad Episcopos Occidentales: inter quos, præter tres illos superiùs nominatos Antistites, quadraginta quatuor Episcopi Galliarum simul, vbi eam accepe-runt, conuenientes in Gallia Narbonensi, gratias agentes reddiderunt Synodalem epistolam ad eumdem Romanum Pontificem, cuius est exordium: *Perlata ad nos epistola beatitudinis vestræ, quam ad Orientem pro Catholica fidei assertione misisti, & vbi post alia: Multi itaq; in ea gaudentes pariter & exultantes recognouerunt fidei suæ sensum; & ita se semper ex paterna traditione tenuisse, vt vester Apostolatus exposuit, sure latan-tur: Nonnulli verò solicitiores facti, beatitudinis vestræ admonitione perceptâ, modis omnibus se gratulantur instructos, datamq; sibi occasionem gaudent, quâ liberè ac fiduciâliter, suffragante etiam Apostolicæ sedis auctoritate, loquantur, & asserat vnusquisque quod credit.* ad finem verò hæc de ipso S. Leone: *Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Deo ac Domino nostro gratias agere, & pariter supplicare, gratulantes, quòd tantæ sanctitati, tantæ fides, tantæq; doctrina Apostolicæ sedi, vnde religionis nostræ propitio Christo, fons & origo manauit, Antistitem dederit: petentes etiam, vt datum concessumq; munus Pontificij vestri longissimâ ad ædificationem suarum Ecclesiarum ætate custodiat.* hæc & alia illi, non vt Nouatores ingrati, qui ab Atianis non ab Apostolica sede fidem se accepisse, dixerunt: nam si qui vel ex Asia, vt Irenæus, vel ex Græcia, vt Dionysius, Episcopale munus in Gallijs obiêre, haud negari potest, quin iubente vel assentiente Clemente Romano Pontifice, & ante eum Apostolis Petro & Paulo, eò profecti fuerint: sed de his superiùs suo loco iam diximus. Qui autem in ea epistola primus ordine inter Gallicanos Episcopos ponitur Rauennius, constat ex his, quę dicta sunt, fuisse hunc Episcopum Arelatensem Hilarij successorem: Rusticum verò, qui sequitur, Episcopum Narbonensem. Vides igitur tamquam coloribus expressum in tabula, ipsum Romanum Pontificem vniuerso Christiano orbi præsidere magistrū, ac velut ex eminenti cathedra docere omnes Catholicam fidem.

LXI. Quod autem nobis hactenùs fuerat incompertū, quoto potissimùm Christi anno sedere cæperit post S. Hilariū Rauennius Episcopus Arelatensis: è duabus S. Leonis epistolis nuper acceptis ex antiquitùs scripto codice Arelatensis Ecclesiæ, certiores vtique reddimur, ipsum hoc anno sub Consulatu Asterij atque Protogenis sedere cœpisse, earum prior scripta habetur ad comprouinciales Episcopos verbis istis:

Dilectissimis fratribus Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicete, Nectorio, Floro, Asclepio, Iusto, Augustali, Hymnatio, & Chrysaphio Leo Papa.

Iusta & rationabilis causa gaudendi est, cùm à sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quæ & paternorum canonum regulis, & Apostolicis congruant institutis. Necesse est enim, vt omne corpus Ecclesiæ salubri crescat augmento, si membra, quæ præsunt, & vigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium ciuitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Rauennium, secundùm desideria cleri, honoratorum & plebis, vnanimiter consecrâstis, bonum fraternitatis vestræ opus nostro iudicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec meritis morum, nec studijs ciuium defuerunt postulationis quidem humanæ, sed inspirationis creditimus fuisse diuinæ. Vtatur itaque, fratres charissimi, Dei munere memoratus Antistes, & secundùm consonantia omnium ordinum vota, quæ ex ipso deuotionis expectatur, intelligat: vt dispensationi sibi creditæ diligens ac temperans exequitor, vestro testimonio non inferior, & nostro fauore per omnia sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. XI. Kal. Septemb. Asterio & Protogene Conss.

Habes igitur cum tempore promotionis Rauennij, etiam certum tempus quò S. Hilarius prædecessor ex hac vita migrauit. Ex quibus redarguas Gennadium, asserentem, eum defunctum esse tempore Valentiniani & Marciani Impp. Quo pariter anno & die data exstat in eodem codice epistola eiusdem S. Leonis ad ipsum Rauennium, quæ habetur nonagesimaquarta numero epistolarum ipsius S. Leonis absque die & Consule extra ordinem collocata, eodem argumento conscripta, quam tu legere poteris. Reddamus verò hic tibi litteras nondum cusas ex eodem scripto codice petitas ad eumdem Rauennium datas his verbis:

Dilectissimo fratri Rauennio Leo.

LXII. *Circumspectum te volumus esse atque solicitum, ne quid sibi plectenda possit vendicare præsumptio, quæ cùm adstum falsa surreptione reperierit, ad maiorem se temeritatem nomine vsurpatæ dignitatis extendit. Petronianum quendam vagum & semper erroneum certâ nos clericorum tuorum suggestione didicimus per Gallias se nostrum esse diaconum iactitâsse, & sub huius honoris obtentu diuersas eius prouincias Ecclesias circuire. Cuius audacia tam nefandæ dilectionem tuam, frater charissime, ita volumus obuiare, vt eum, admonitis etiam totius prouinciæ Episcopis, in sua falsitate detectum, ab omnium Ecclesiarum communione, ne vlteriùs hoc surpet, expellas. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. sub die VII. Kalend. Septembr. Asterio & Protogene VV. CC. Consulibus.*

Sed quas anno sequenti idem sanctus Leo dederit ad Galliarum Episcopos litteras nondum cusas, suo loco ex codice descriptas Annalibus inseremus.

LXIII. e Leo ep. 12 LITTERÆ COMMENDATITIÆ PRO LEGATIS.

Sed iam prosequamur nobilem legationem vnà cum recitata ad Flauianum epistola ab ipso Romano Pontifice missam ad Synodum Ephesi conuocatam. Quo ipso die data legitur dicta epistola Idibus Iunij ad Flauianum, eodem scripta habetur alia brevis e ad Theodosium Imperatorem, quâ indicat inter alia, Eutychetem, misso Romam libello declarâsse, paratum se fore corrigere, quicquid corrigendum ipse Summus Pontifex iudicâsset. Cómendat eisdem litteris quos mittit Ephesum ad Concilium Legatos à Latere. est earum exordium: *Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur, &c.* Eadem quoque die Iduum Iuniarum scripta ab eo extat eodem argumento epistola ad Pulcheriam Augustam f, exordiens in hæc verba: *Quantum præsidij Dominus Ecclesiæ suæ in vestra clementia præparauit, multis sæpè probauimus documentis. Et quicquid nostris temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis*

f Leo ep. 13.

veritatis industria sacerdotalis obtinuit, ad vestram maximè gloriam redundauit. egregiam profectò laudem, quâ damnatio Nestorij contra fauentes ipsi magistratus, tanti testificatione Pontificis, S. Pulcheriæ feratur accepta. Agens ibi demùm de sententia & errore Eutychetis improbi senis, cùm diuinæ Scripturæ contrariam penitùs esse docet, tum etiam Apostolorum Symbolo damnatam ostendit. Commendat denique missos à se legatos in Orientem ad Concilium Ephesinum.

LXIV. Eâdem itidem die decimatertiâ Iunij idem S. Leo eadem ex causa litteras dedit ad Iulianum Coensem, Episcopum virum disertissimum & Catholicæ veritatis acerrimum defensorem [a]. Rursum verò alias eâdem die scripsit ad Archimandritas Faustum, ac Marcianum, atque alios Constantinopoli agentes [b]. Præstaret quidem hic singulas reddere, quod multò fidelior quauis aliâ ea graditur historia, quæ ex epistolarum concinnatione depromitur: sed parcimus, nimiæ prolixitatis vitandæ causâ, quòd easdem qui vult possit apud ipsius S. Leonis scripta consulere. Sed qa minimè prætermitti conceditur; quam ad ipsam Synodum Ephesi ad præscriptam diem Kalendarum Augustarum cogendam idem Sanctus Leo Papa conscripsit, est autem huiusmodi [c]:

[a] Leo ep. 51.

[b] Leo ep. 54.

[c] Leo ep. 51.

LXV. EPISTOLA LEONIS AD SYNODVM.

Religiosa clementissimi Principis fides, sciens ad suam gloriam maximè pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exurgeret: hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sancta dispositionis effectum auctoritatem Apostolicæ sedis adhiberet, tamquam ab ipso Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatum sit, quando dicente Domino [d]: Quem me esse dicunt homines Filium hominis? varias quidem diuersorum opiniones discipuli memorârunt. Sed cùm eis, quid ipsi crederent, quæreretur; Princeps Apostolorum plenitudinem fidei breui sermone complexus: Tu es, inquit, Christus Filius Dei viui: hoc est: Tu qui verè es Filius hominis, idem verè es Filius Dei viui. Tu, inquam, verus in veritate, verus in carne, & saluâ geminæ proprietate naturæ vtrinque vnus. Quod si Eutyches intelligeret ac veraciter crederet, nequaquam ab huius fidei tramite deuiaret, propter quam ipsi Petro respondetur à Domino: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.

[d] Mat. 16

LXVI. *Nimis autem à compage huius ædificationis alienus est, qui & beati Petri confessionem non capit, & Christi Euangelio contradicit, ostendens se nullum vnquam studium cognoscendæ veritatis habuisse, & superfluo honorabilem visum, qua nulla maturitate cordis ornauit canicies senectutis. Verùm quia etiam talium non est negligenda curatio, & piè ac religiosè Christianissimus Imperator habere voluit Episcopale Concilium, vt pleniore iudicio omnis posset error aboleri: fratres nostros Iulianum Episcopum, Renatum presbyterum: & filium meum Hilarium, * diaconum, cum quibus Dulcitium Notarium probatæ nobis fidei misi; qui vicem meam à sancto Conuentui vestræ fraternitatis interfint, & communi vobiscum sententiâ, quæ Domino sint placitura, constituant: Hoc est, vt primitùs pestifero errore damnato, etiam de ipsius, qui imprudenter * errauit, restitutione tractetur, si tamen doctrinam veritatis amplectens, sensus hereticos, quibus imperitia eius fuerat irretita, plenè aperteq; propriâ voce & subscriptione damnauerit; quod etiam in libello, quem ad nos miserat, est professus, spondens per omnia nostram se esse secuturum sententiam. Acceptis autem fratris & Coepiscopi nostri Flauiani litteris, plenius ad eum de his, quæ ad nos vidistur retulisse, rescripsimus: vt abolito hoc, quo inquinatus videbatur errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum vna sit fides, & vna eademq; confessio, & in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene Coss.* hæc ad Synodum S. Leo.

* Hilarium.

* imprudenter.

LXVII. AVCTORITAS ROM. PONT.

In qua quidem epistola illud velim, lector, quam diligentissimè expendas, & tenaci memoriâ numquam abolendum conserues, non sine auctoritate Romanorū Pontificum Imperatores cōsueuisse indicere Synodos. Quantumlibet enim, ipso ægrè ferente sancto Leone Theodosius (vt vidimus) instituerit cogendum Ephesinum Concilium, cui nec cuperet ipsum per suos interesse legatos: haud tamen id ausus prosequi, neque perficere absque ipsius Romani Pontificis auctoritate, prout declarant verba illa in epistolæ exordio collocata, quibus ait: *Hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sancta dispositionis effectum auctoritatem Apostolicæ sedis adhiberet, tamquam ab ipso B. Petro cuperet declarari*, &c. Sic igitur cùm audis, vel legis Imperatorum mandatis esse sacra Concilia conuocata, eiusmodi pernoctis exemplo, numquam id absque Romani Pontificis auctoritate executioni fuisse mandatum.

LXVII. PRAECIPIT IMPERATOR THEODOSIVS LEONI CHRISTE LEO ep. 55. & sup. ep. 53. in fin.

Sed & ex eadem Leonis ad Synodum epistola illud considera, præscribere legem Romanum Pontificem œcumenicæ Synodo, quid decernendum sit, cùm iubet Eutychetem debere suam hæresim condemnare, atque ita de eius restitutione tractandum. de quo etiam in alia epistola ad Pulcheriam eâdem die data, quâ legatos commendat, hæc habet [e]: *Sedulo* (inquit) *Apostolicæ moderatio hanc temperantiam seruat, vt seueriùs agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis.* Nec quidem minimi negotij opus illud, vt de restitutione hæresiarchæ tractari posset, quod à Romano Pontifice Synodo indulgetur: nam auctores hæresum nō recipiendos esse ad pristinum gradum, etiam si mille offerant libellos pœnitentiæ, legibus Ecclesiasticis sancitum, & in Ecclesia iugiter obseruatum, superiùs vidimus. Sed Leo id Eutycheti præstandū esse voluit, quòd (vt dictum est) libellum miserat Romam, quo pollicebatur, si quid errasset, esse ex ipsius Romani Pontificis arbitrio correcturum: quod ipse etiam Leo testatur in epistola ad Theodosium Imperatorē [f]. Si igitur Eutychetis damnationem à Flauiano atq; Synodo factam voluit Pontifex in suo robore permanere, vt si resipisceret, eandem iuberet irritam prorsus reddi, ac proinde illum in pristinum locum recipi: hoc ipsum idem S. Leo in litteris ad Iulianum [g] & in dicta epistola ad Pulcheriam, quâ ait [h], vt resipiscens Eutyches, in communione sui ordinis, nempe presbyteratus, reciperetur.

[e] Leo ep. 55.

[f] Leo ep. 53.

[g] Leo ep. 55.

[h] Leo ep. 54. fin.

LXIX. Rursum autem ex recens acceptis litteris data occasio est eidem Leoni Pontifici iterum ad Flauianum eodem mense Iunij scribendi litteras [i], quæ eiusdem sunt cum prioribus argumenti; adeò vt in his non sit immorandum. Sequenti verò mense Iulij contigit Basilium diaconum à Flauiano Romam ad Leonem Pontificem missum præsto esse cum litteris, quibus de his, quæ ab aduersarijs magno studio aduersus fidem Catholicam pararentur, ipsum reddet certiorem. His acceptis S. Leo, ad eum rescribens [k], fortì atque constanti iubet animo esse, hæc habens inter alia: *Dilectionem tuam per gratiam Dei, in qua fidimus, cohortamur, vtentes verbis Apostoli* [l], *atque dicentes: In nullo teneamini ab aduersarijs: Quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis.* ita quidem prophetice S. Leo: nam eorumdem scelératorum hæreticorum nequitiâ contigit S. Flauianum nobilitari coronâ martyrij, ipsos verò perpetuâ damnatione percelli.

[i] Leo ep. 58. & 57.

LEO COHORTATVR FLAVIANVM PORTITOR. AGERR.

[k] Leo ep. 60.

[l] Philip. 1.

LXX. Inter hæc autem cùm perditissimus Eutyches litteris suis ad Occidentales, qui magni erant nominis, Episcopos, aduersus S. Flauianum conscriptis, eosdem conatus esset concitare, & contra eumdem impellere: ab ipsis demum vtpotè Orthodoxis, errorum que omnium acerrimis pro Catholica fide vindicibus, acriter redarguitur. Conflat quidem ad eum inter alios rescripsisse S. Petrum Chrysologum & Rauennatem Episcopum, dignam planè tanto sacerdote epistolam, quæ sic se habet [m]:

[m] Extat tom. 3. Concil. ante Concil. Chalced.

Dilectissimo & meritò honorabili filio Eutycheti presbytero Petrus Episcopus Rauenna.

Tristis legi tristes litteras tuas, & sic scripta mœsta mœrore debito percurri. Quia sicut nos pax Ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis gaudere facit gaudio cœlesti: ita nos affligit & dejicit æterna dissensio, præsertim cùm talibus oriatur ex causis. Triginta annis humanæ leges humanas admunt quæstiones: & Christi generatio, quæ diuinâ lege scribitur inenarrabilis, post tot sæcula disputatione temerariâ ventilatur? Quid Origenes Principiorum scrutator incurrerit; quomodò Nestorius lapsus sit, disputans de Natura, non latet prudentiam tuam. Magi eum in cunabulis Deum mysticis muneribus confitentur: & sacerdotes, qui

LXXI. QVA PETRVS CHRYSOLOGVS AD EVTYCHETEM SCRIPSERIT. PRAECIPIT AM CATHOLICA VIRTVS.

fit, qui virginalis partu de Spiritu sancto natus est, dolendâ interrogatione disquirunt? Cùm vagitu daret Iesus in cunis, Gloria in excelsis Deo, clamat cœlestis exercitus: & modo, quando in nomine Iesu omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum, origo eius quæstio commouetur?

Nos, frater carissime, vnâ cum Apostolo dicimus: Et si nouimus Iesum secundùm carnem, sed nunc iam non nouimus. Nec possumus carnaliter perscrutari, qui iubemur honorem dare, & timorem reddere, & expectare*, dum non perscrutandum iudicem inuisitemur. Hæc breuiter responsa, frater, litteris tuis, plura scripturus, si ad me frater & Coepiscopus Flauianus aliqua de hac causa scripta misisset. Si enim tibi displicat, quoniam scripsisti electum iudicium: nos quomodo de his iudicare poterimus, quos neque vidimus propter absentiam, & quid intellexerunt, eorum taciturnitate nescimus? Iustus mediator non est, si vnam partem audit, vt nihil alteri partiti reseruet. In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, vt his, quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede viuit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei extra consensum Romanæ ciuitatis Episcopi causas audire non possumus. Incolumem tuam dilectionem Dominus tempore longissimo conseruare dignetur, carissime & honoratissime frater. hæc ad Eutychetem Petrus Chrysologus, qui hoc anno, vel sequenti, secundâ die Decembris (vt produnt Ecclesiasticæ tabulæ[a]) fine humanis rebus impositò, è vita migrauit. Est quidem huius rei firma assertio ex eo, quod Leo Romanus Pontifex sub Consulatu Marciani post annum sequentem, mense Octobris ad eius successorem Leonem Episcopum, seu (vt alij legunt) Neonem, litteras[b] didisse reperitur. Reliqua de Petro consule Hieronymus Rubeus, qui res Ecclesiæ Rauennatis diligenti ac copioso prosecutus est stylo.

Inter hæc autem appropinquante iam die cogendæ Ephesi Synodo præstitutâ, Theodosius Imperator ad suos magistratum, quos iusserat eidem interesse, litteras dedit, atque in primis ad Elpidium Comitem in hæc verba[c]:

Sanctæ quidem Synodi prudem apud Ephesum factæ Nestorij impij contra Deum blasphemiæ exitit causa: & ideò à sancta Patribus, qui ibidem conuenerunt, dignam suscepit sententiam. Quoniam igitur & nunc altera iterum contra diuinam fidem excitata est dubitatio, secundam hanc Ephesi fieri Synodum sancimus, mali radicem omnino euellere festinantes, quo vndique perturbationem dogmatis ejicientes, mundam rationis iustitiam in cordibus referentes, vt sit hoc reipublicæ munimen, & humanitatis vtilitas. Ideo igitur tam charitatem tuam, quàm Eulogium virum spectabilem Tribunum & Notarium ad ministerium elegimus fidei, sitque probatos tam in alijs rebus rectissimos, quàm circa Dei cultum opinatissimos, & valentes diligenter nostru iussionibus ministrare, & de his, quæ à sancta Synodo Ephesi fuerint constituta, & nullum fieri tumultum permittere.*

Sed & si quem videris conturbationibus & tumultui studentem ad lassionem sanctæ fidei, hunc custodiæ mancipare, & ad nostram perferre notitiam; & causam quidem ordine præcurrere, interesse autem iudicio, & operam dare, celerem & circumspectam probationem à sancta Synodo fieri. & nobis cognitam facere, his, qui pridem Eutychetis religiosissimi Archimandritæ iudices extiterunt, præsentibus quidem & tacentibus, nullam tamen iudicantium habentibus locum, sed communem aliorum omnium sanctorum Patrum sententiam expectantibus; quoniam ea, quæ ab ipsis iudum indicata sunt, nunc retractantur. Non licere autem vllum aliquid mouere ex pecuniarijs capitulis, antequàm ea, quæ de fide sunt Catholica, effectui manu ponantur. Ideo nam q, & eumdem per litteras, quas ad virum spectabilem Proconsulem ac reliquos scripsimus, & mittare vobis auxilium deleganimus, quatenus & vos super proprium studium his fulti auxilijs, sufficere possitis ad ea, quæ præcipimus, adimplenda; quæ tanto omnibus bonis meliora sunt, quanto solent homine diuina præcellere: & quæ in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiam. hæc Theodosius ad Elpidium: eodem quoque scriptis argumento ad Eulogium, & ad Proclum Asiæ Proconsulem.

Puto iam intelligere vales, lector, nō paranda sanctorum Concilium, sed violentorum grassatorum latrocinium, dum qui possent contradicere Eutycheti, tamquàm Nestoriani nō inuitantur ad Synodum venire, illi verò vocantur, qui Eutychetis essent studiosissimi; atque etiam qui in Synodo Constantinopolitana eandem causam Eutychetis iudicâssent Episcopi, sic iubentur assistere, vt tamen omnino tacerent. Iam, inquam, satis intelligis, haud præparari facrū Conuentū, sed colligi prædonū manū, qui veritatem hostiliter adoriantur & perdant, & eam defendentes occidant: vt meritò illud eiusmodi Synodus egregium nomen fuerit consecuta, vt non sacrosanctum Oecumenicum Concilium diceretur, sed Synodus prædatoria, vel Latrocinium Ephesinum. Audisti iam tragœdiæ nomen, Actus inspice luctu dignissimos. Sed reddenda sunt hic primùm litteræ, quas vocant Sacras, ad ipsam Synodum Ephesi coactam à Theodosio datæ, quæ sic se habent[d]:

Vellemus quidem absque vlla perturbatione sanctæ Dei Ecclesiæ perfistere, & vos sanctis imminentes Ecclesijs: consuetè ea, quæ ad Diuinitatis placationem pertinent, celebrare, & nō tantum vobis laboris & afflictionis fieri. Sed quoniam beatissimus Episcopus Flauianus aliqua de sancta fide mouere volauit aduersus reuerendum Archimandritam Eutychetem, & Concilium congregari aliqua cœpit agere: nos quidem sapius dirigentes ad eumdem beatissimum Episcopum, vt iuuimus, quæ mora est, conturbationem compescere, persuasisse nobis traditam à sanctis Patribus in Nicæna Synodo Catholicam fidem, quam & sancta Synodus, quæ in Epheso facta est, confirmauit. Sed quoniam sapius à nobis rogatus idem beatissimus Episcopus, desistere à tali quæstione, ne conturbatio vniuersi fiat, minimè ac quiescit: cogitantes non esse eutum absque vestrâ sanctâ Synodo, & absque sanctarum Ecclesiarum Præsulibus huiusmodi quæstionem de fide renouari, necessarium duximus, vestram conuenire sanctitatem; quatenus vos, qua hic acta sunt, cognoscentes, & quæstionem motam, & omnem diabolicam stirpem possitis euellere; & eos, qui Nestorij impij blasphemiam sectantur, aut retinent, à sanctis Ecclesijs repellere; Catholicam verò fidem firmissimam & inconcussam custodiri disponere: quoniam nostra omnis spes est, & nostri imperij firmitas ex Catholica fide & vestris sanctis orationibus pendet. hactenùs epistola Theodosij Imperatoris ad Synodum, quâ quidem (vt audis) non Eutyches auctor fanabrum, sed S. Flauianus perstringitur, vt tuebarum excitator, & rerum nouandarum cupidus; cuius & inquieto animo adscriberetur, quicquid vocari Episcopi labotis & impensarum Ephesum veniendo contraherent; vt eo modo magis magisque in eum totius Synodi animus commoueretur. Porrò hæc omnia non tam Theodosio, quàm Chrysaphio ipsum Imperatorem pro arbitrio manu ducenti, sunt adscribenda, cùm tamen ipse culpâ non vacet, in re tanta vel dormitâsse, vel prius animi affectibus in Flauianum commotis nimium indulsisse. Sed iam ipsa Acta Synodi referamus.

Quæ igitur (vt vidimus) ad Kalendas Augustas indicta Synodus fuerat, cœpta est quarto Idûs eiusdē mensis, cui interfuisse numerati sunt Episcopi centū duodecim; præter paucos aliquos, qui per suos Vicarios ad hoc missos interfuerunt: præsto etiā fuere Apostolicæ sedis legati, Iulianus Episcopus, Renatus presbyter, & Hilarius diaconus, & Dulcitius Notarius. Dioscorus Alexandrinus Episcopus adfuit & præfuit, qui primum sibi indebitum, auctoritate tamen Imperatoris, locū in Synodo vendicauit. Conuenerūt inter primos pariter Domnus Episcopus Antiochenus, Iuuenalis Episcopus Hierosolymitanus, Flauianus Constantinopolitanus, Thalassius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Stephanus Episcopus Ephesi, & alij, qui omnes in vnū ad hoc delectū locum in basilica sanctæ Dei Genitricis Mariæ ad celebrandam Synodum aduenere; vbi in sessione Flauianus non post Antiochenū sedere Antistite à Dioscoro permissus est, sed post Iuuenalem Hierosolymorū Episcopum. Cùm autē omnes simul cōsedissent, iussæ sunt à Dioscoro legi litteræ Imperatoris ad ipsū Alexandriam datæ. Legati verò Apostolicæ sedis de sua legatione Synodum docuerūt: excusauerunt; Leonis Papæ denegatum aduentum in Synodum, ad quam præsens vocatus erat; eò quòd moris non esset, nisi per legatos extra Vrbem Romanos Pontifices Synodis interesse.

Post hæc iidem obtulêre scriptas ad Synodum & ad Flauianum litteras eiusdem sancti Leonis Papæ legendas; quas Dioscorus suscipi iussit: verūtamen nec lectas, immo neque

[a] Apud Cō cil. Chalced. Act. 1.

LXXVI. EPISTOLA IMPERATORIS AD SYNODVM.

[b] Apud Cō cil. Chalced. Act. 1. SYNODVS SECVNDA EPHESINA.

LXXVII.

LXXVIII. LITTERÆ LEONIS AD DIOSCORVM NON ADMISSÆ.

neque susceptas fuisse, testatus posteà fuit Ætius Archidiaconus Constantinopolitanæ Ecclesiæ, sed lectione aliarum literarum Imperatoris ad diuersos causa Synodi conscriptarum à cœptis per legatos sermonibus discessam est; ex compositis quidem, vt vitaretur lectio literarum Romani Pontificis; cum tamen id instanter petentibus legatis Dioscorus iuramento sit pollicitus se facturum: quod nunquam præstitit. Etenim in Concilio Chalcedonensi posteà huius rei causâ Dioscorus vt periurus est accusatus: hæc enim ibi leguntur: [a] *Super hac vero neque epistolam legi permisit beatissimi Papæ Leonis scriptam ad sanctæ memoriæ Flavianum, & hoc frequenter rogatus à portitoribus recitari eam, & cum iuramento fieri lectionem promittens. Quâ non lectâ, scandalum & lasionem sanctæ Dei Ecclesiæ per totum Orbem terræ pertulerunt.* hæc ibi. Vides, quo exordio Synodus inchoëtur, cui satanas præsidens primario throno confideat.

a Concil. Chalced. Act. 3.

LXXIX. Absolutâ autem recitatione litterarum Imperatoris de fide esse agendum, suggestio facta est: sed negauit Dioscorus, affirmans ex decreto Imperatoris tractandum de controuersijs ob bortis Constantinopoli inter Flavianum & Eutychetem. Qui verò Synodi excipiebant Acta, Notarij Dioscori, his addiderunt ex iussione Dioscori Episcopos Synodi acquieuisse Dioscoro, acclamâsseque de fide nihil agendum, nec quicquam innouandum, id quidem posteâ [b] Concilio Chalcedonensi demonstratum est. nihilque huiusmodi ab Episcopis dictum esse: Sed & patefactum est etiam, quod ab eiusdem Dioscori Notarijs insolenter nimis itidem in Synodo est perpetratum, nimirùm factum ab eis impetum in Notarios Stephani Episcopi Ephesini, deletumque quod recens fuerat exaratum, vimque magnam adhibitam, vt eorum theeas abriperent, & ab eisdem digitos resistentium penè confractos esse.

b Apud Concil. Chalced. Act. 1. NOTARIORVM DIOSCORI IN SOLENS FACTVM.

XXC. His ita primo loco transactis, ex suggestione Elpidij Comitis, probatibus Episcopis, iussus est ingredi Eutyches, cathsamque suam agere, & quæ sentiret de fide docere [c]: cùm ille callidus serpens fidem editurus suam, ista blandè præfatus est: *Ego commendaui me ipsum Patri & Filio & Spiritui sancto, & verbo veritatis vestræ iustitiæ: & testes vos habeo meæ fidei, pro qua & labor aui cum sancta Synodo, quæ ante vos hic congregata est, sicut & vestra sanctitas testis est. Habeo pra manibus libellum fidei meæ, & insentem eum recitari, & confessionem fidei, quæ in eo continetur,* hæc prælocutus est Eutyches; legique iussus libellus ab eo oblatus, qui est huiusmodi:

c Apud Concil. Chalced. Act. 1. EVTYCHES AD SYNODVM ADMISSVS.

XXCI. *Sanctissimæ & Deo Amantissimæ vniuersali Synodo congregatæ in Epheso Metropoli, ab Eutychete Archimandrita.*

LIBELLVS EVTYCHETIS LECTVS IN SYNODO.

Gratias ago per omnia sancto Deo præsenti die, in qua per vos pietas recepit fiduciam. Et doceho vestram sanctam Synodum, quæ in me, magis autem contra rectam fidem commissa sunt. Propositum mihi fuerat ab puritia, in silentio absque vllo negotio vsque ad decrepitam senectutem degere, & absq; vlla conturbatione persistere. Non sum autem permissus frui proposito; sed & pessimi periculis insidiantium circumdatus sum, eò quòd secundùm definitionem prioris vestri Ephesini hic congregati Concilij, non acquieui præter eam, quæ in Nicæa à sanctis Patribus fides est exposita, sapere. Necessarium verò arbitror, antequàm ea, quæ in me commissa sunt, doceam, ad satisfactionem vestræ sanctitatis, quam habeo de sancto dogmate confessionem itelum facere manifestam, attendanti mihi tam Deo, quàm vestræ sanctitate, quod ipse semper iuxta virtutem meam pro Catholica fide aduersus hæreticos steti. hæc præfatus, subijcit Nicænum Symbolum:

XXCII. SYMBOLVM NICÆNVM. *Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium creatorem, & vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei natum de Patre Vnigenitum, id est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo verò natum, non factum, homonsion Patri, id est, vnius cum Patre essentiæ: per quem omnia facta sunt, qui in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus, & resurrexit tertiâ die: ascendit in cœlos, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos, qui dicunt: Erat, quando non erat, & antequam nesceretur, non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel essentia dicentes esse, aut conuertibilem, aut mutabilem Filium Dei: hos anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.*

Sic ab initio à progenitoribus meis accipiens, credidi: in hac autem fide & sum genitus, & statim consecratus sum Deo, & suscepit me ipsius misericordia: & in hac fide baptizatus, signatus sum, & vsque hodiè vixi in ea, & mori opto. Hanc fidem & memorata hec antecessor sancta & vniuersalis Synodus (nempè prior Ephesina) confirmauit, cuius Præsul fuit beatæ & sanctæ recordationis Pater noster & Episcopus Cyrillus, & diffinitionem protulit, cum, qui præter ista addiderit aliquid, aut minuerit, aut docuerit, damnationibus, quæ tunc scriptæ sunt, subiacere, quorum exemplaria in codice destinauit mihi memoratus Pater meus & Episcopus Cyrillus, quæ & præ manibus habeo. Subijciens igitur me ipsum sanctæ Synodo, & diffinitionem eius vsque nunc custodiui. Et omnes sanctos Patres sicut vestra sanctitas, Catholicos habui & fideles, & doctores meos posui, anathematizans Manichæum, Valentinum, Apollinarium, & Nestorium, & omnes hæreticos vsque ad Simonem Magum, & eos, qui dicunt carnem Domini & Dei nostri Iesu Christi de cœlo descendisse. XXCIII

Sed secundùm hanc fidem viuens & permanens in orationibus, accusationem ex insidijs Eusebij Episcopi Dorilæi sustinui, libellos porrigentis aduersus me reuerendissimo Episcopo Flauiano, & diuersis alijs Episcopis, qui tunc pro priuatis causis in vrbe degebant regia, hæreticorum me iniuriosè vocantis, nullam autem speciem hæreseos libellis inserentis. Et subitò in altercationibus quæstionum lapsum lingua (sicut solet) ex tumultu & nouitate vocum perpessus irruentem in peccatum, me quidem aduersus libellos accusationis memoratus reuerendus Episcopus occurrere ad satisfactionem accusationis præcipiebat. Ipse tamen in multis cum accusatore degebat, & penè inseparabilis erat ab ipso, putans me (sicut solebam) semper in monasterio perdurare, non meam exhibere præsentiam, ego ideo quasi non occurrentem damnare. Sed subitò postquàm peruenit in regiam ciuitatem de monasterio meo discens à viro laudabili magno Silentiario, quem mihi piissimus & fidelissimus noster Imperator delegauit ad non concedendum me comminatum periculum salutis sustinere, qui superfluam de cetero meam esse præsentiam respondit, vt iam ante discussionem damnati, sicut & posteà facta à viro laudabili Silentiario prosecutio docet. XXCIV

Sed quoniam etiam sic in iudicium ad satisfaciendum occurri, causa quidem, quæ pro diuina confessione à me facta est & subscripta doctrina secundùm eam, quæ exposita est à sanctis Patribus in Nicæa fidem. & posteà confirmata est à priore sancta Synodo Ephesina, neque suscipere dignabatur: neque permittebat recitari, & tumultu & conturbatione Secretarium replebatur, multis inordinatè superuenientibus & vndique clamoribus me turbantibus, sicut posteà prolatæ interlocutiones iudicum, quæ scriptis tenentur, de talefacto tumultum designant. Et cùm iussus fuissem per me ipsum confessionem fidei dicere; & dixissem sapere, sicut trecenti decem & octo Patres qui in Nicæa sanxerunt, & quæ in Epheso sancta Synodus confirmauit: exigebat à me alia aliqua, præter quàm quæ exposita sunt in Nicæa & in Epheso priùs, dicere. Ego verò timens præuaricari, prolatam definitionem à sancta Synodo, quæ hic Deo voluntate prius congregata est, & ea, quæ definita erant à sanctis Patribus, qui in Nicæa conuenerant, rogabam immotescere vestro sancto Concilio; vt hîc, quæ à vobis approbarentur, acquiescerem, paratus in hu manere. XXCV.

Et hæc dicenti, subitò contra me longè ante scripta, vt ipsi videbatur, damnato legebatur. Et secreto tam posteà aliqua ipsorum voces ac professiones meæ & aliæ allegationes, & maximè vbi ego secundum sanctos Patres in Nicæa & posteà in Epheso congregatos sapere confitebar, in monimentorum serie mutabantur, sicut posteà scriptis acta ex mea supplicatione & iussione piissimi & Christianissimi Imperatorij ostendunt, nullum verbum faciente de appellatione mea ad vestram sanctitatem reuerendissimo Episcopo Flauiano, neque meos erubescente canos in præsis contra hæreticos & pietatis confessione senescentis. Sed sicut potestatem habens omnia de fide solus agere, & nihil vestræ sanctitatis æquitate tanti iudicij reseruare, condemnauit me, & ab Ecclesia (vt putabat) abscidit, & sacerdotio (vt arbitratus est) priuauit, & à diuinorum accanonum communione prohibuit, & præsse monasterio consequenter impedinit, & tradidit multitudini ab eodem præparate, vt per Episcopum & per publicum sicut hæreticum ac blasphemum, Manichæum, protraherent; nisi diuina me prouidentia conseruans, vsque in præsentem diem vestræ beatitudini custodiret. Sed & in diuersis oratorijs Memorijs, Sanctorum post appellationem fecit in me prolatam legi sententiam. Et anathematizabat XXCVI

me, &

me, & eos, qui conueniebant ad me & colloquebantur mecum, alienos faciens à sancta communione, non expectans vestra sanctitatis iudicium. Sed & subscribere dictam aduersum me sententiam monasteria compellebat, numquam (sicut & vestra nouit reuerentia) tali habita consuetudine nec contra apertos haereticos. Et in Oriente & per alia diuersa loca charitas destinauit, vt etiam ab aliis religiosis Episcopis & monachis, & hoc, qui non iniudicauerunt, subscriberentur: cum magis oportuerit, ante omnibus Pontificibus scribere, quos & appellaueram.

XXC-VII. *Tunc vix saluatus per libellos manifesta feci vestra sanctitati, quae subsecuta sunt, & piissimo & fidelissimo Imperatori supplicaui, vos sanctos & Deo dignos, atque omnem iniustitiam atque factionem abominantes iudices fieri eorum, quae iudicata sunt. Rogo igitur nunc vestram sanctitatem, considerate compositam mihi calumniam & factiones, & ex hac causa factam vbique sancti Ecclesiae perturbationem, & ex hoc pullulans plurimus scandalum: & per iustitiam vobis Christianissimam sapientiam, eos, qui huius mali occasio facti sunt, Ecclesiasticis regulis subdite: omnem verò aditum blasphemiae & impietatis abscindite. Ego enim vestra beatitudinis iudicium ab initio postulaui, & iterum confessor coram Iesu Christo, qui testimonium perhibuit sub Pontio Pilato bonam confessionem, quia sic sapio & cogito & intelligo, sicut tradiderunt nobis fidem sancti Patres in Nicaea conuenientes, quam in Epheso secundo *Concilio sancti Patres roborauerunt. Et si quis praeter istam fidem glorificat, hunc anathematizo secundum definitionem eorum.* Subscriptio. *Eutyches Archimandrita sic credo, sicut supra scriptum est, & subscripsi manu mea, & tradidi libellos.* hactenus ipse.

*primo

XXC-VIII. EVTYCHETIS SIMVLATAE PAS AC SANCTAE.

Quis amabo te, lector, haec legens, & nesciens esse Eutychetem, non existimet vnum quempiam ex sanctissimis Patribus Orthodoxae fidei praecipuis defensoribus loqui? Vel quis sciens dici ista ab Eutychete, & nesciat, quae praecesserunt, quaeve subsecuta sunt, non eum statim coniungat cum antesignanis fidei Catholicae Athanasijs, Gregorijs, Basilijs, atque Chrysostomis? Sed & quis sciens praeretita, ignoret verò superaddita mendaciorum velamenta, non putet calumniam passum Eutychetem, Flauianum verò persecutorem, & Episcopos Iudices fraudulentos? Videte mihi quidem videor, dum Eutychetem intueor huiusce modi mendacijs circumquaq; contectum ac benè armatum securum progredi, eam, quae apud Iob bestia est, bestiarum omnium maximam Behemoth; de qua dicitur[a]: *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squammis se prementibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: vna alteri inhaerebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.* ita quidem iste, qui &, (sicut de illa subditur) deridet vibrantem hastam, aduersantes nempe sibi omnes contemnat Episcopos. Disce ex Eutychete, lector, reliquos omnes haereticos, ita loquentes, vt nihil praeterea nisi puram fidem, morumque sanctitatem spirare credas: vt magno planè periculo eos quisque fidelium audiat, vel eorum scripta legat. Vnde meritò clamat Apostolus:[b] *Videte* (cauete scilicèt) *canes, videte malos operarios, videte concisionem.*

[a] Iob 41.

[b] Philip. 3.

XXCIX. EVSEBIVS NON ADMITTITVR IN SYNODVM.

Sed prosequamur Acta; tu verò pyraticam grassationem attende. Cùm S. Flauianus, recitato Eutychetis libello in Synodo, peteret dari locum accusatori, iuberiq; ingredi Eusebium Episcopum Dorilaei; numquam auditus, sed repulsus est, vetitusque Eusebius admitti in Episcoporum concessam. Ita quidem ipse posteà expostulauit, lamentatusque est coram sacro Concilio Chalcedonensi[c]: vbi Dioscorus tantam facti turpitudinem reiecit in Elpidium Comitem, Comes verò reiecit in Imperatorem, quòd scilicèt ita iussisset, nempe non esse Flauiani aliquid petere, qui olim Iudex, hac autem in Synodo reus assisteret iudicandus; cuius esse deberet Eutyches accusator, qui iam antè accusationis suae munus implesset. Itaque tam Eusebium, quàm Flauianum non acturos causam in Eutychetem, sed iudicandos in Synodo esse vocatos ab Imperatore. Post huiusmodi Elpidij criminosam accusationem, suggessit Dioscorus esse legenda, quae aduersus Eutychetem Constantinopoli facta essent: consentientibus nonnullis, refragatus est Iulianus Apostolicae sedis legatus; qui adiecit, non permissurum se Acta legi, nisi prius

[c] Concil. Chaled. Act. 1.

S. Leonis Papae epistola legeretur: id ipsum quoque fieri debere, contestatus est Hilarius diaconus eiusdem Apostolicae sedis legatus. Tunc prodiens impudens Eutyches, eosdem mittos à S. Leone Papa legatos suspectos sibi reditos proclamauit, quòd apud S. Flauianum mansissent, atque pransi apud eumdem essent. Acceptâ Dioscorus eius tergiuersatione, & repulsâ legatorum petitione, ipsis inuitis, iussit legi Acta Constantinopolitana.

LEGATI APOST. SEDIS ALLEGATI SVSPECTI AB EVTYCHETE.

XC.

Inter legendum cùm ventum est ad scripta Cyrilli Alexandrini, illis lectis, Eustathius Berythi Episcopus suggessit, ex sententia Cyrilli non dicendas duas in Christo naturas post incarnationem, sed tantùm vnam ex sententia Athanasij. Euicta causam conclamarunt Eutychiani, non attendentes, siue Cyrillum, siue Athanasium interdum naturam pro persona vsurpasse: cùm tamen ex alijs pluribus eorumdem scriptorum locis manifestè daretur intelligi, ambos quam exactissimè duas in Christo naturas in vna persona esse professos. Lectis verò alijs nonnullis, exclamarum est ab ijs, qui erant ex parte Dioscori. Post adunationem non dicendas duas in Christo naturas, sed vnam; sicque haeresis Eutychiana hactenùs pallio Orthodoxae circumamicta fide, denudata penitùs est, & exultans, atque insultans pariter in Synodo tanquam in scena meretricià fronte gestiuit, sed petulantius cùm ventum est ad illam extremam Actorum partem, in qua Eusebius Eutychetem compellauit, vt post adunationem Verbi cum carne confiteretur duas ab inuicem distinctas esse in Christo naturas. Tunc enim ab illis, qui Eutycheti fauebant, exclamatum est[d]: *Tolle, incende Eusebium: iste vinus ardeat, iste in duo fiat: sicut partitus est, partiatur.*

PALAM FIT EVTYCHIANA HAERESIS.

[d] Apud Concil. Calced. Act. 1.

Tunc verò Dioscorus his verbis Synodum percontatur: *Tolerabilis est vobis iste sermo, Post adunationem duas naturas dicere? Synodus dixit: Anathema, qui dixerit.* haec enim dixerùt illi, qui eidem adblandiebantur Dioscoro, vt posteà testati sunt alij Patres, qui aderant, cum eadem causa rursum agitata est in Concilio Chalcedonensi, vbi inter alios Basilius Seleuciae in Isauria Episcopus dixit[e]: *Per B. Ioannem Episcopum rogani emendari interlocutionem meam, timens ac metuens te reuerendissime Dioscore. Magnam enim nobis necessitatem imposuisti tunc, tam ab ijs, qui foris erant, quàm ex lingua tua. Inruebant in Ecclesiam milites cum armis, instabant monachi, qui cum Barsuma erant, & qui Parabolam nuncupabantur* (hi erant Corporati Alexandrinae Ecclesiae) & multitudo alia grandis ista Basilius de vi & metu per Dioscorum Patribus tyrannicè tunc illatis: quod & reliqui posteà in eodem Synodo Chalcedonensi testati sunt.

[e] Ibid. VIS ET METVS A DIOSCORO INFERRVNTVR.

XCI.

Atquid inter haec Apostolicae sedis legati? tantum abest, vt cum haereticis tumultuarie, & alij perfidi, acclamarint, vt potiùs reclamârint, & exclamârint, atque publicè contestati fuerint, nullarum esse virium Acta illa, quae vi illata extorquerentur; nullumque posse fieri praeiudicium Catholicae fidei, cuius formam à sede Petri ad Synodum missam nec legi siuisset nefarius Dioscorus. Testatur id quidem S. Leo in epistola, quam posteà de his questus ad Theodosium Imperatorem[f]: atque ad Pulcheriam misit. Audire haec est superbis ab Episcopis, qui posteà interfuerunt Synodo Chalcedonensi, lamentantibus se vim passos esse, necnon querentibus se Nestorianos esse proclamatos, quodque duas naturas assererent, vt impios esse necandos. Sed audi lugubres voces istorum[g]: *Mittebatur nobis damnatio: minae exilij intendebantur: milites cum fustibus & gladijs instabant. Timebamus gladios & fustes, vbi gladius & fustes, qualis Synodus est?* Contestati sunt pariter, tacere iussos quadraginta duos Episcopos, & quindecim tantum permissos loqui, qui Eutyches fauebant. Et de Barsuma Archimandrita, immo carnifice, haec retulerunt: *Surrexerunt postmodum omnes Aegyptij, & monachi, qui sequebantur, Barsumas[h] & omnis turba, & coeperunt dicere: Eum, qui dicit duas naturas, in duo incidite: qui dicit duas naturas, Nestorianus est.*

[f] Leo epist. 25.

[g] Concil. Chaleed. Act. 2.

[h] Ead. Act. 2.

Lectione denique absolutâ Actorum Synodi Constantinopolitanae aduersus Eutychetè, conclamata est à Dioscoro atq; eius sectatorib. eiusdem Eutycheris absolutio, reclamante Flauiano, & contestante se non esse auditum. Attamen secuta est subscriptio Episcoporum ratam ha-

XCII.

XCIII. EVTYCHES ABSOLVTVS.

bentium Eutychetis absolutionem. Proh pudor! inducti sunt in eam ruinam præcipites etiam Domnus Antiochenus Episcopus, atq; Iuuenalis Hierosolymorum Antistes, necnon Stephanus Episcopus Ephesinus, atq; ie Thalassius quoque Cæsareæ, quæ est in Cappadocia, Metropolitanus Antistes, præter alios plures inlignis nominis Præsules diuersarum Ecclesiarum, de quibus dicere prætermittimus. Quisnam ex reliquis subtitisset, corruentibus tot tantisque antesignanis, quos perterrefecit Dioscorus minis exilij & sedium abrogationis? vt meritò eidem conuenticulo illuc Dauidicum [a] fuerit imprecandum: *Montes Gelboe nec ros; nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium.* Post subscriptionē verò decreti absolutionis & restitutionis Eutychetis, ab eius monachis [b] oblatus est libellus, quo petebant & seipsos absolui, qui etiam fuerant à Flauiano excommunicati: quod absque controuersia sunt consecuti; videbatur enim eadem illorum causa esse communis cum Eutychete, atque proinde illo absoluto, ijs absolutionem minimè negari debere.

[a] 2. Reg. 1.

[b] Concil. Chalced. Act. 1.

XCIV. DE DAMNATIONE FLAVIANI AGI COEPTVM.

Post hæc autem iussu Dioscori lecta sunt Acta prioris Synodi Ephesinæ, & quæ ibi de [illegible] de statuta fuerunt; anathemarique subiectus, si quisaliter sentiret. Et rogante Dioscoro, num eidem Synodi decreto omnes pariter assentirentur; annuerunt Episcopi omnes, quod parerat, vt ab vniuersa Ecclesia Catholica firmarentur, quę aduersus Nestorij impietatem fuerant summâ religione sancita [c]. Intrellexit tamē Onesiphorus Iconij Episcopus technam, palamque eam fecit proximè, sibi assidentibus Episcopis Orthodoxis, nimirùm ista agi, vt quasi Nestorianus damnaretur Flauianus Episcopus Constantinopolis. Probatis igitur ab omnibus, quæ in sacrosancta Synodo Ephesina statuta erant: tunc Dioscorus in sanctum Flauianum atque Eusebium Episcopum Dorilæi eiusmodi tulit damnationis sententiam [d].

[c] Concil. Chalced. Act. 1.

[d] Apud Concil. Chalced. Act. 1.

XCV. SENTENTIA IN S. FLAVIANVM ET EVSEBIVM.

Quoniam sancta & magna Synodus, quæ iam olim in Nicæa congregata est per voluntatem Dei, rectam nostram & immaculatam fidem exposuit, quam & nuper hic congregata sancta Synodus confirmauit, & hanc solem regulam teneri & in Ecclesia tradi definiuit, ordinans & hoc, quatenùs nulli liceat alteram fidem præter hanc vel exponere & inquirere, vel innouare, aut penitus commouere de nostra venerabili religione, eos autem, qui præsumpserint hæc tentant aut sapere, aut quærere, aut componere aut omnino quæ ordinata sunt retractare, certis subiacere damnationibus; ita vt si Episcopi sint, alieni sint ab Episcopatu, & clerici à clericatu; si verò laici, priuentur communione. Hæc namque ex supra lectis monimentis didicimus. Apparent verò (sicut omnis vestra sanctitas & vniuersalis Synodus præuidet) omnia pene reuocantes & immutantes Flauianus quondam Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopus, & Eusebius Dorilæi, & scandali & conturbationis facti occasio sanctissimis Ecclesiis & vbique Catholicis populis: certum est hos ex semetipsis subiacere Synodicis olim à sanctis Patribus latis damnationibus. Vnde & nos, quæ eorum sunt, confirmantes, memoratos, id est, Flauianum & Eusebium ab omni sacerdotali & episcopali dignitate esse iudicamus alienos. Conscribatur verò vnusquisque religiosissimorum Episcoporum, suam propriam voluntatem, & manifestam hanc faciat sub fide monimentorum. Vniuersa autem, quæ acta sunt hodiè, annotescant pijssimi Christo amantissimi Imperatoribus. hactenùs sententia Dioscori in Flauianum atque Eusebium lata.

XCVI. DIOSCORI PERTINACIA.

Quæ hæc autem secuta sint, docuerunt Episcopi Chalcedone posteà istis verbis: [e] *Tunc Flauianus dixit: Appello à te. Hilarius diaconus Romanæ Ecclesiæ dixit: Contradicitur. Tunc Onesiphorus Episcopus Iconij tollens secum alios Episcopos surrexit & tenuit genua ipsius Dioscori, dicens: Nolsper vestigia reuerentiæ vestræ. Nihil dignum damnatione egit Flauianus: si autem reprehensione dignus est, reprehendatur. Exurgens de throno Dioscorus, stans super scabellū suū, dixit: Etiam si lingua mihi præcidatur, aliā vocem non emitto. Cumq; persisterent Episcopi, tenentes genua eius, & rogantes eum: tunc emisit Dioscorus hanc vocem: Voi sunt Comites? Ingressi autem sunt Comites, & introduxerunt Proconsulem cum multitudine magna & catenis. Propter q; vnusquisq; nostrum subscripsit.* hæc testati Episcopi, qui subscripserunt, cum ea de re agitatū est iudiciū Chalced. in Cōcilio œcumenico[s]

[e] Apud Concil. Chalced. Act. 1.

Extant ipsæ singulorum subscriptiones Episcoporum in S. Flauianum & Eusebium, atque primo loco Iuuenalis Episcopi Hierosolymorum his verbis: [f] *Sese alienos à sacerdotio & gradu Episcopali monstrauerunt Flauianus & Eusebius, qui conati sunt addere & minuere aliquid de sancta fide, quæ in Nicæa à sancto Concilio exposita est, & confirmauit sancta & vniuersalis Synodus in hac Ephesina ciuitate pridem collecta. Quapropter iustum est, eos qui audent aliquid addere fidei, aut minuere, alienos esse à sacerdotio, & maximè qui tantam fecerunt confusionem. Vnde ego consona decerno in sancta & vniuersali Synodo & sanctissimo Archiepiscopo Dioscoro, alienans eos ab Episcopatus dignitate.* ita Iuuenalis, quem secutus est Domnus Episcopus Antiochenus, & alij subscribentes, probantesque sententiam Dioscori iacam in Flauianum atque Eusebium: id ipsum & alij plerique, qui videbantur esse columnæ, vt inter eos Basilius Seleuciæ. extant verò numero nonaginta sex Episcoporū subscriptiones magna cum ignominia recitatæ posteà in Concilio Chalcedonensi [g], cum causati sunt vim illatam, dum catenę exponitę essent, & parati milites, vt si quis reluctaretur, vinctus catenis in exilium duceretur. Nam inter alia hæc in faciem Dioscori posteà in restaurato in Synodo Chalcedonensi iudicio: *Puræ chartæ subscripsimus compulsi & violenter, & multa mala perpessi, nolentes, sed & per potentiam oppressi, subnotauimus. Vsque enim ad vestram tenuerunt nos recludentes in Ecclesia, & ægrotantes nos neque quiescere permiserunt, neque concedere, vt aliquantulum refocillaremur, sed milites nobis cum fustibus & gladijs imposuerunt, & sic nos fecerunt subnotare.* hæc Acacius Episcopus coram ipso Dioscoro. At quid de Apostolicæ sedis legatis? num in tali tantoque Ecclesiæ terræmotu, quo solidę quę videbantur stare columnæ prostratæ sunt, eodem ipsi fuêre lapsu prostrati, atque ruinâ sepulti? minimè gentium.

[f] Apud Concil. Chalced. Act. 1. EPISCOPORVM SVBSCRIPTIONES.

[g] Concil. Chalced. Act. 1.

XCVII.

XCVIII. APOSTOLICÆ SEDIS LEGATI CONTRADIXERE DIOSCORO.

In tali namque ac tam horrendo Episcoporum naufragio nauicula tantum Petri saluatur emergens incolumis: Cùm enim omnes æquè Episcopi & Eutychetis impietati, & eius restitutioni, necnon abrogationi Flauiani & Eusebij Episcopi Dorilæi & aliorum suffragati essent; tantummodò Apostolicæ sedis legati Dioscoro audacissimo in faciem restitêre, contestantes, nullius esse roboris, quæ per vim & metum extorquerentur. Porrò etsi eiusmodi protestationis legatorum memoria desideretur in Actis, quæ Dioscorus (vt vidimus) per suos Notarios ad libitum confici voluit; est tamen de his expressa mentio in pluribus litteris Leonis Romani Pontificis datis tum ad Theodosium Imperatorem, tum etiam ad Augustam Pulcheriam, ad quam hæc habet [h] in primis de Hilaro diacono Cardinale fugâ lapso: *Vix vnus illorum Hilarus diaconus noster fugiens sit reuersus*, & paulò inferiùs: *Et ij quidem legati, qui missi sunt (quorum q; vnus vim Alexandrini Episcopi omnia sibi vindicantis effugiens, rerum gestarum nobis ordinem fideliter nunciauit) reclamarunt in Synodo sicut oportuit, vnius hominis non tam iudicio, quàm furori, protestantes, ea, quæ per vim metumq; gererentur, sacramento Ecclesiæ, & ipsi Symbolo ab Apostolis instituto præiudicare non posse, nec se ab illa fide vllâ iniuriâ separandos, quam plenissimè expositam atque digestam à sede beati Petri Apostoli ad sanctā Synodum detulissent.* hæc ad Pulcheriam S. Leo, eademque habet ad Theodosium, [i] necnon ipse Hilarus in epistola ad eamdem Pulcheriam data.

[h] Leo epist. 26. HILARVS LEGATVS FVGA LAPSVS.

[i] Leo epist. 25.

XCIX. RENATI ET COLLEGARVM LEGATORVM CONSTANTIA.

At quoniam vnus dicitur fugâ lapsus Hilarus diaconus, ne subscriberet; ne ob id putes, duos reliquos legatos, qui ictibus expositi remansêre, subscripsisse: etenim quàm nauiter omnes egerint præsertim Renatus presbyter Cardinalis tituli S. Clementis, ex Theodoreti epistola [k] ad ipsum data hoc anno paulò inferiùs apparebit. Porrò cum timeret Dioscorus, ne (quod accidit) Hilarus expeditior inde accederet nunciaturus omnia Romano Pontifici, quæ tyrannicè gesta essent, eum vi adhibitâ retinere tentauit: sed ipse ocyùs fugâ lapsus, per inuia loca, ne caperetur, pene multa pericula Romam tandem peruenit, liberatus quidem ope diuinâ potiùs, quàm humana: nam liberationem ipse nuncupatis Deo per S. Ioannem Apostolū & Euangelistam votis expetijt & impetrauit; quæ suo posteà tempore persoluit, cùm eidem S. Ioanni Euangelistæ

[k] Theodor. epist. 116.

Ephesinę ciuitatis patrono, simul ac Romanus creatus ipse est Pontifex, accepti beneficij memor, ædiculam erexit Romæ in baptisterio Constantini, ornauitq; eam musiuo opere: in cuius superliminari beneficium ab eo acceptum voluit posteris omnibus reddi testatum istis verbis:

LIBERATORI SVO BEATO IOANNI EVANGELISTÆ HILARVS EPISCOP. FAMVLVS X P I. egregium planè antiquitatis monumentum, quo paucis notis nota redditur scelerator um hæreticorum facta grassario aduersus Catholicæ fidei defensores, sub titulo Cœcilij œcumenici, in Latrocinio Ephesino: innotescit & eâdem inscriptione Dei benignitas per S. Ioannis preces exhibita in liberando ipsum Hilarum fugâ lapsum de ore leonis. Qui & ex aduersa eiusdem Baptisterij parte alterâ Ioanni Baptistæ excitauit ædiculam, quæ hactenùs à pijs magno studio frequentatur, in cuius superliminari hęc legũtur. † HILARVS EPISCOPVS † SANCTÆ PLEBI DEI † in ipsis verò æneis portis verba hæc in ære cauata argento superinducto habentur: IN HONOREM BEATI IOANNIS BAPTISTÆ HILARVS EPISCOPVS DEI FAMVLVS OFFERT. porrò de earumdem ædicularum ornatu inferiùs dicendum est.

C.

Si autem adeò grauia Hilarus legatus passus est fugiens: quænam, putas, fuit conditio remanentium, & ex aduerso in ipsa aciei fronte pugnantium, atque se contra torrentis impetum opponentium, cùm præsertim fugâ Hilari ijdem fidei Catholicę per duelles essent redditi truciores? Quænam autem idem Hilarus Romam veniens, irritis iam redditis à S. Leone omnibus Dioscori & in illi consentientium Actis, scripsit ad Pulcheriam Augustam, nos suo loco dicemus.

Cl.

CII. AVCTORITATE SCRIPTI IN SYNODO CONDEMNATI.

Iam verò quæ sunt reliqua Synodi prædatoriæ summatim hîc perstringamus. Damnatis Flauiano atq; Eusebio, condemnati sunt pariter & alij, nempe Iba Episcopus Edessenus, antè (vt diximus) iudicio Episcoporum absolutus. Damnatus est & Theodoretus Episcopus Cyri, quòd olim scripsisset contra Cyrillum. Accepit quoque sententiam condemnationis Domnus Antiochenus Episcopus, licèt in Flauianum & Eusebium impiorum decreto subscripsisset, illud enim in eum obiectum fuit, quòd & ipse olim contra Cyrilli capitula scripsisset; vel (vt alij dicunt) quòd facti pœnitens, suum repetijsset deleri chirographum, quo Flauiani & Eusebij damnationem probasset. Damnatus etiam Sabinianus Parensis Episcopus.

CIII. a Euag. lib. 1. c. 10. & Niceph. lib. 14. c. 47.

Priuatos pariter Episcopatu, tradit Euagrius [a], Danielem Carrhorum, Aquilinum Bibli, & Irenæum Tyri Episcopos: sed iam antè redactum in ordinem fuisse Irenæũ, superiùs dictum est: in cuius locum subrogatus Photius præsens fuit huic Synodo, cui & subscripsit. Constat pariter ex litteris Pulcheriæ [b] Augustæ ad Leonem Romanum Pontificem datis, Episcopos, qui subscribere recusarunt, iussos à Dioscoro per milites in exilium deportari: quinâ isti fuerint, haud liquet; putamus autem hos eosdem esse, quos etiam voluit sede priuatos. His igitur in gradu depositis, alij à Dioscoro subrogati sunt, atque in primis in locum sanctissimi Flauiani Anatolius, qui erat Apocrisarius Dioscori Constantinopoli: pro Domno Episcopo Antiocheno suffectus est Maximus, pro Iba Nonnus, atque pro Sabiniano Athanasius: pro Theodoreto autem atque Eusebio quinam fuerint substituti, non liquet. Hæc ex Liberato Diacono, [c] Euagrio [d], & alijs.

b Extant in praxim. Cœs. Chalced. & Liberat. Diac. Brev. c. 12. d Euag. lib. 2. c. 2.

CIV. e Apoc. 22

Sed nondum finis: illi namque subiacent diuini iudicij sententiæ impij, vt in deterius labi, & in profundiora barratra præcipites ferri sinantur, vt qui sordescit, [e] sordescat adhuc. Ad quidnam istud? Audi portentum, & concutieris horore. *Flauianus autem* (inquit Liberatus Diaconus [f]) *contra se prolatâ sententiâ per eius legatos sedem Apostolicam appellauit libello.* donec enim id voce tantũ (vt vidimus) præstitit, haud adeò aduersariorum animi commoti sunt, vt in eum hostiliter insilirent: *Sed cum scriptum appellationis libellum illum ipse legatũ obtulit; cæsus est* (inquit Liberatus) *Flauianus, & multis iniurijs affectus, dolore plagarum migrauit ad Dominum.* Mox enim, vbi per appellationem legitimè interpositam vniuersa ipsorum machinamenta vana reddi satis perspicuè intellexerunt, insilierunt truculentæ bestiæ in sanctissimum Flauianum, quem ita martyrio coronarunt.

f Liberat. Breuiar. c. 12. QVID SACERDOS IN FLAVIANVM.

CV.

Decuit planè, decuit, inquam adeò dignâ & nobili causâ tantum Episcopũ prouenire coronam martyrij: Decuit pariter & sanguine tanti martyris consignatum, & consecratum relinqui titulum Apostolicæ sedis iurium, Romanæq; sedis primatûs, appellandi nimirùm ab œcumenica Synodo ad Romanum Pontificem: vt qui his refragatur, illud in Cain & Domino dictũ audiat: *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* ipsâ quidem causâ, cuius gratiâ Flauianum cõtigerit martyrum pati, id præclarè demonstrante. Nam etsi non Cœcilij, sed Latrocinij, ob ingentia in eo scelera perpetrata, nomen rei accommodatum Cõuentus ille nancisci meruit: tamen antequàm penitùs improbaretur à Romano Pontifice, Oecumenici, quod semel acceperat, nomẽ inditum retinebat, vtpotè quod auctoritatẽ eiusdẽ Romani Pontificis fuerat congregatũ, & per Legatos à Latere missos suâ illi præsentiam exhibuerat, & nihil minùs haberet (si initia spectes) ab alijs œcumenicis Concilijs, diuersis temporibus legitimè celebratis.

g Gen. 4.

CVI. DE SCELESTISSIMO BARSVMA.

Quod autem ad S. Flauiani cædem pertinet: auctorem fuisse immanis sceleris nebulonem illum, pseudomonachum satellitem satanæ, Barsumam Archimandritam ex præconijs per litteras Theodosij commendatum, testati sunt ijdem, qui interfuerunt Patres, cùm postea tantum sacrilegium delatum est in iudicium SS. Patrum Chalcedone habitũ: vbi Diogenes Episcopus Cyzici dixit: [h] *Barsumas, qui inter alios intrauit, occidit beatũ Flauianum. Ipse enim instabat, & dicebat: Occide.* & de eodem alij Episcopi Syriæ exclamârũt: *Omnem Syriam Barsumæ execrit: duxit super nos mille monachos.* & paulò pòst: *Omnes reuerendissimi Episcopi clamauerunt: Homicidam Barsumam mitte foras: Homicidam in arena,* vt gladiatorẽ: *Anathema Barsumæ: Barsumam in exilium.* hæc in nefarium hominem fuêre in plena Synodo cõclamatâ. Cæterùm quicquid per Barsumam est perpetratum, redundauit in impium Dioscorum malorum omnium auctorem. Ob idque in eadem Magna Chalcedonensi Synodo [i] appellatus est idẽ Dioscorus à Saba Episcopo Palti nouus Caim, & à Quinto [k] Phœnensi Episcopo dictus est interfector Flauiani. Sanè quidem Euagrius [l] ex relatione Eusebij Dorilæi facta Imperatori ait, Flauianum miserandum in modum à Dioscoro interfectum, per vim ab eo Ecclesiâ extrusum, & calcibus appetitum.

h Apud Concil. Chalced. Act. 4. *aduersus

i Chalced. Concil. 3. 10. 3.
k Eod. Act 3.
l Euag. lib. 2. c. 2.

CVII. DECÆDE S. FLAVIANI.

Cùm verò vnà omniũ sententiâ cõcrepet, S. Flauianũ ex his quibus ibi fuerit affectus verberibus, mori cõtigisse; quo tẽpore potissimùm animam exhalauerit, nõ omniũ est vna assertio: nã post triduũ id accidisse, Niceph orus [m] & alij dicunt: at Marcellinus [n] in Chronico ait, eum ita malè habitũ in exiliũ hoc anno à Dioscoro missũ esse in Epipã: id ipsum habet Vaticanus codex à nobis citatus in Notis. Porrò qui Epipa dicitur locus, in Lydia ea ciuitas erat, quę apud Ptolemæũ Hypepa, apud Plinium verò deprauatè Euypa dicitur. Flauiani verò gloriosũ triumphũ Græci annis singulis celebrãt die decimo octauo Februarij, quã trãslatio eius facta est Constantinopolim (vt diximus) sub Marciano, isto præconio [o]: *Cõmemoratio sanctis Patris nostri Archiepiscopi Constantinopolis Flauiani: qui ab impio Dioscoro & hæretico cum eo cõspirantibus eiectus, atq; in exilium missus, variis pressuris & æruminis vexatus, vita functus est.* hæc inquã ex Menologio anniuersariâ die eius celebritatis cõsueuerũt Græci publicè in Ecclesia decantare: quibus paria tecinit Occidentalis Ecclesia eâdem die: sed quòd à post triduum finem viuendi fecisse tradit; triduũ hoc, postquàm peruenit in exiliũ, esse accipiendũ, in Notis demonstrauimus. Perrexisse ipsum quidem in exiliũ, immo contusum verberibus per milites catenatũ esse perductum; illicq; victricem animam auctam coronâ martyrij, triumphali pompâ decoram ad Deum migrâsse, verior sententia est.

m Niceph. l. 14. c. 47. n Marcell. sub consul. Aster. & Protog.

o Menolog. die 18 Feb.

CVIII.

Porrò idem, qui legatus interfuit Hilarus, postea Leonis successor Papa, in mitifico illo & nobilissimo sanctæ Crucis Oratorio, quæ ad dexteram atrij Baptisterij Constantini constructa, & magnificentissimè exornauit, monumẽta certaminis huius musiuo opere expressa reliquit

nimirùm

nimirùm S. Flauiani ex defensa fide coronam, palmam, digna trophæa, atq; triumphum; cùm videlicèt à Dioscoro & reliquis eius satellitibus appetitus calcibus, gloriosum martyrium est cõsecutus. Erant hæc & alia in pariete; & testudine Oratorij musiuo opere expressa: Quæ temporis vetustate collapsa, adeò vt pauca vix signa superessent, fuêre restituta picturis, & quidem rudis crassáque minerua pro ratione sæculi illius, quo ob ingruentia iugiter in Italia bella vnà cum scientijs collapsæ sunt nobiles etiam artes. Sed magno dolore piorum omnium potissimùm verò Ecclesiasticarum rerum studiosorum, adeò egregium monumentum, ipsum integrum Oratorium haud pridem sub Sixto Papa solo æquatum vidimus. At viuat restituta saltem in chartis, quæ cum parietibus est disiecta sub sanctæ Crucis præclaro titulo Flauiani gloriosa memoria in perpetuum permansura. De egregijs verò eiusdem Oratorij ornamentis, ad aliorum, quæ idem Hilarus Papa construxit, dicemus inferiùs in obitu eiusdem Pontificis:

CIX. Non defuit, qui Flauiano vincenti Faustis, ex more, vocibus acclamaret, egregijsque præconijs tantum victorem extolleret, ac prosequeretur oratione triumphum. Præstitit id sanè Theodoretus scripta ad ipsum epistola, quam velut nobilis victoriæ epitaphium hic affigimus: sic enim se habet [a]:

[a] *Theodor. epist. 11.* THEODORETI EPISTOLA AD S. FLAVIANVM.

Orbis lucidissimum iubar te vniuersorum Creator & rector esse ostendit: & profundissimam obscuritatem, quam hucusque ea passus, in perspicuum meridianum splendorem commutauit. Et quemadmodum ignis, qui apud portus accenditur, & splendet nauigantibus noctu, portûs indicat ostia: ita tua sanctitatis radius illis, qui pro pietate præliantur, & mala sustinent, maximum exitus solatium, & Apostolicæ fidei portum ostendit, & eos, qui illum agnoscunt, lætitia replebit, & eos, qui illum ignorant, sc. pulorum illorum, qui latent, periculis liberabit. Ego verò præcipuè bonorum largitorem Deum laudo, diuini timoris propugnatorem nactus talem, qui hominum metum propellat, & pro Euangelicis dogmatibus alacriter pericula subeat, & Apostolorum certamina hilariter suscipiat. Quapropter omnis lingua ad tuam sanctitatem celebrandam concitatur. Non enim solùm pietatis alumni tuæ fidei pietatem & sinceritatem admirantur, sed veritatis etiam hostes tuam fortitudinem mirum in modum extollunt. Vbi tutis enim fulgori mendacium cedere cogitur. Hæc ad te nunc scribo, cùm didicerim venerabilissimum & pientissimum Hypatium Anagnosten tuæ beatitudinis nutibus libenter ministrare, & frequenter tua rectè facta omni laude digna in memoriam reuocare. Nos verò tuum sanctum & Deo carum caput salutantes, tuis orationibus nos confirmari precamur, vt quod reliquum est vitæ iuxta diuinas leges exigamus. hactenùs Theodoreti epistola ad Flauianum, quam cum hic descripsimus, veluti permansuram semper sculptam amplissimis titulis columnam perspicuam cunctis ereximus.

CX. Consolatus est idem Theodoretus Ibam Edesiæ Episcopum ab ijsdem impijs in eodem Ephesino Latrocinio condemnatum, & longâ exilij peregrinatione fatigatum, ista ad ipsum breuiter scribens [b]:

[b] *Theodor. epist. 133.* EPISTOLA CONSOLATORIA THEODORETI AD IBAM.

Eos, qui iniuria afficiuntur, non molestè ferre, sed lætari, præcipit Dominus, & ex vetustis exemplis trahere & lucrari consolationis occasionem & modum. Ex ijs enim, qui primi nati sunt homines, vsque ad hoc tempus, eos, qui Dominum omnium colere & venerari studuerunt, licet inuenire, ab ijs, qui simul cum ipsis vitam ducebant, iniuriâ affectos, & infinitis malis circumuentos. Et horum catalogum percurrerem & ponerem, si scriberem ad hominem, qui sacram Scripturam minus exactè tractâsset. Quoniam verò à puero in sacra Scriptura educatus & enutritus es, Deo dilectissime, superfluum duxi hoc facere. Ad illos tantùm respicere precor, & ad clementissimos sacerdotes, qui eos, qui alios iniuriâ affecerunt, lugere; eos verò, qui ipsos negligunt, miserari solent, & Ecclesiæ tempestatem conquiri. Quòd verò proprietate mala passi sumus, gaudere & lætari debemus, & illum indesinenter laudare, qui nos in hac sorte collocauit. Et concedamus interfectoribus & honorem & voluptatem & primatum & gloriam miseram & infelicem: nos verò Euangelica dogmata teneamus: & cum illis, si oportuerit, quodcumque malum toleremus, & laudabilem paupertatem diuitijs curarum plenis præponamus.

Hæc autem scribo, non vt tibi consulam, vel te admoneam; noui enim fortitudinem & constantiam tuam in rebus aduersis: sed potiùs vt meam mentem tuæ dilectioni patefaciam: teq; doctam domine, quòd commilitones habes, qui pro veritate libenter pericula subeunt. Hæc iamdiu cùm scribere vellem, non inueni cui litteras darem: cùm verò nunc nactus fuerim venerabilissimum & religiosissimum presbyterum Oxam, virum pro pietate pugnantem & pro tua perfecta pietate, & scribo & amplector tuam pietatem; teq; oro, vt orationibus nobis opem feras ac litteris nos confirmes. hucusque ad Ibam Theodoretus.

Quanta enim mala ab aduersarijs idem passus sit Ibas, postquàm sententiam damnationis accepit; ipsum audi hæc coram Patribus posteà in Chalcedonensi Concilio exclamantem [c]: *Eutyches aduersum me perfide *quadam falsa confixit, nec me in Synodum introire permisit: per quadringenta mansiones, per diuersos ad inuicem succedentes ordines deduxit me,* in exilium scilicèt: *viginti & amplius carceres mutaui, tanquam non esset carcer Antiochiæ,* &c. Ita planè, dum vixit Theodosius Imperator, liberum fuit Eutycheti sceleratorum antesignano, quæ vellet in condemnatos Episcopos perpetrare; sic fatigans eos, & labore peregrinationis (quod sancto contigit Flauiano) extremum emittere spiritum cogeret. Quam autem præ se tulerit Theodoretus ipse constantiam, cùm eadem ex causa & ipse solum vertere coactus est, paulò inferiùs suo loco dicturi sumus. Porrò ex his, quæ passus est Ibas, reliqua meditare, quæ sanctissimi Episcopi confessores ab ijsdem Eutychianis hæreticis eadem ex causa damnati perpessi sunt. Vbi enim eadem inerat causa patiendi, idemque persecutor instabat Eutyches truculentus: eadem esse illos secuta supplicia, quisque iure existimabit. CXI.

[c] Concil. Chalced. Act. 10. * pro fide.

Hunc tandem consecuta est finem Synodus œcumenica posterior, quam improbatam à S. Leone Romano Pontifice iurè maiores nostri Prædatoriam appellârunt: In qua nihil nisi per vim & metum tentatum & extortum: In qua loco sacrorum librorum gladij atque fustes: In qua suffragiorum libertas fuit vincta catenis: In qua pro Dei laudibus auditæ sunt militum minæ: In qua perfidus hæresiarcha patronus: In qua hæresis est stabilita: In qua nullus seruatus est à sanctis Patrib* sanctus ordo iudicij, nulla viguit censura canonum & decretorum: In qua siluerunt Episcopi, clamauerunt hæretici: In qua de oppressa fide Catholica impietas triumphauit, & de manubijs lapsorum Episcoporum diabolus trophæa erexit, atque tandem de cæde martyris superbus tyrannus Dioscorus triumphauit: De qua vniuersa Catholica Ecclesia auditi sunt vndique gemitus, luctus, & clamor: De qua ijdem ipsi, qui subscripserant Orientalis Ecclesiæ Præsules repleti sunt vndique lactymis, semetipsos erubescentes, aspectúque suorum vitantes, quòd tam ignauiter fidem Catholicam prodidissent, infamem hæresiarcham restituissent, & innocentissimum Flauianum vnà cum alijs sanctis Episcopis condemnâssent. CLII. QVALIS HAEC SYNODVS.

Triplex namque fuerat lapsorum Episcoporum negatio, triplici subscriptione firmata, videlicèt in restitutione Eutychetis, in confirmatione promulgatæ ab eo hæresis, atque demùm in damnatione sanctorum Episcoporum. Qui igitur metu perculsi, tertiò instar Petri negâssent: cum ex actio sunt ingressi deteriores Annâ & Caiphâ Dioscori. respiciente illo Domino, vt Petrus, flere cœperunt amarè, adeò vt ad luctum suos omnes sibi subditos etiam prouocârint: id enim Theodoretus affirmat in epistola ad Ioannem Episcopum Germaniciæ, quam ad finem anni huius suo loco reddemus. Perseuerauit ita in luctu lugubribus induta vestibus pallens & mœrens Orientalis Ecclesia biennij fermè temporis spatio: cùm Deus haud diutiùs ferens vi potentium fidem Catholicam oppugnari, è medio sustulit Theodosium Imperatorem, & successorem dedit maximè pium, qui prostratæ religioni manum porrigens, eamdem in statum pristinum vindicauit. Quomodò autem hæc fieri contigerunt, suis opportune locis oratio patefaciet. Nunc verò quæ subsecuta fuerint, enarremus. CXIII.

Inter hæc autem Theodoretus Episcopus Cyri, cùm audisset se à pseudosynodo Ephesina esse depositum: appellans CXIV.

pellans (vti Flauianus fecerat) Romanum Pontificem quem vnicum sciret esse reliquum legitimum Iudicem, qui perperam à Synodo facta rescindere posset: honorificam ad eum legationem misit, prosecuturus iam ipsæ præsens causam suam apud ipsum sanctum Leonem Papam, si qui iussus erat Theodosij rescripto à sua Ecclesia, non recedere, ab eodem commeatum obtinere valuisset. Legati autem ab eo missi fuerunt Hypatius & Abramius Corepiscopi, necnon Alypius Archimandrita, quem illum putamus cuius idem Theodoretus [a] meminit in libro sanctorum Patrum Deum amantium in Marciano. Ornauit insuper eamdem legationem pluribus epistolis, atq; in primis ad ipsum Romanum Pontificem iftis verbis [b]:

CXV. a Act. 11. epistola Theodoreti ad S. Leonem Papam.

Si Paulus [c] præco veritatis, tuba sanctissimi Spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, vt ijs, qui Antiochiæ contendebant, ab ipso afferret solutionem: multò magis nos, qui abiecti sumus & pusilli, ad Apostolicam vestram sedem currimus. Vobis namque per omnia primos esse conuenit. Multis enim, quibus superiores estis, ornatur vestra sedes. Alias siquidem vrbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum, qui inhabitant: nonnullos autem priuata dona quædam illustrant spiritalia: vestra verò reboudantem bonorum copiam dedit is, qui est bonorum largitor. Ea est enim omnium maxima & præclarissima, & quæ præcit orbi terrarum; & eorum, qui inhabitat, abundat multitudine. Accedit his quoque, quòd qui rerum potitus peperit Imperium, propriâ suâ appellationeeos, quibus imperat, impertijt.

CXVI. c Rom. 1. ROMANA ECCLESIA TRACTATA.

Præcipuè autem & insigniter eam exornat fides, & fide digni testis diuinus Apostolus, qui clamat [c]: Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Si autem diuinæ prædicationis statim suscepit seminibus, mirabiles hos fructus, & tam vberes tulit: quanam ad eam, quæ nunc in ea versatur, pietatem laudibus celebrandam sufficeret oratio? Habet autem communium quoque Patrum & veritatis doctorum Petri & Pauli sepulchra, quæ fidelium animas illuminant. Horum autem beatissimum par & planè diuinum exortum quidem est in Oriente, & radios omnem in partem emisit: in Occidente autem prompto & alacri animo vitæ suscepit occasum, & nunc illinc orbem terræ suis radijs illustrat: His vestram sedem effecere magis illustrem: ea est vestrorum bonorum colophon. Illorum autem Deus nunc quoque sedem claram insignemq; reddidit, cum vestram sanctitatem in ea collocauerit, quæ adhuc fides Orthodoxa emittit. Atque huius quidem possunt multa quoq; alia inuenirj indicia: sufficit autem & vester zelus in nefandos infaustosq; Manichæos, quem vestra nuper sanctitas aperuit, ostendit vestram in Deum pietatis studium.

CXVII. LAVDATIVA EPISTOLA S. LEONIS AD FLAVIANVM.

Satis sunt etiam quæ nunc à vobis scripta sunt ad significandum vestrum characterem Apostolicum. Incidimus enim in ea, quæ scripta sunt à vestra sanctitate de susceptæ à Deo Saluatore nostro humanitate; & quæ accuratè & perfectè scripta essent, admirati sumus: Verumque enim simul declarant, & æternam Vnigeniti ex æterno Patre diuinitatem, & quæ erat ex semine Abrahæ & Dauid humanitatem: Et quòd qua sumpta erat natura, nobis similis erat in omnibus, solùm autem erat dissimilis, quod ab omni peccato permanserit alienus; quandoquidem id non à natura, sed ab animi instituto & libero arbitrio nascitur. Habebat autem hæc quoque scripta, quòd vnus quidem est vnigenitus Dei Filius, est autem eius diuinitas impatibilis, immutabilis, & in quam non cadit alteratio, sicut in, qui genuit eum Pater, & sanctissimus Spiritus: & ideo passibilem suscepit naturam, quandoquidem in diuinam naturam non cadit passio, vt sua carnis passione largiretur impassibilitatem ijs, quibus ipsum credidissent. Hæc, & quæ sunt his similia, scripta continebant. Nos autem spiritalem admirati sapientiam tuam, quæ per vos locutæ est, sanctissimi Spiritus gratiam laudamus: hortamurq; rogamus, obsecramus, & supplicamus sanctitati tuæ, vt quæ tempestate agitantur, Dei Ecclesiæ opem feras.

CXVIII. QVERITVR DE DEPOSITIONE EPISCOPI THEODORETI.

*Nam cum per ea, quæ à vestra sanctitate Ephesum scripta sunt, sperassemus fore, vt sedarentur fluctus, in grauiorem tempestatem incidimus. Iustissimo enim Alexandrino Præsuli non sufficit iniqua atque adeò iniustissima depositio sanctissimi & religiosissimi Constantinopolitani Episcopi domini Flauiani, nec eius explenit animum similis cædes aliorum Episcoporum; quinetiam me quoque abnum similis cædes aliorum Episcoporum; quinetiam me quoque abnum similis cædes aliorum Episcoporum; quinetiam me quoque abn

fecenſere: ſiquidem perfunctos ab eo in dicto Concilio Epheſino aduerſus ingruentem impietatem labores in memoriam reuocat, & perpetuis monumentis teſtata reliquit, quæ deſiderantur in publicis Actis, haud dubium malitia Dioſcori vel prætermiſſa, vel dempta. Prodimus hanc, ſicut alias Theodoreti epiſtolas, ex theſauro Vaticanæ bibliothecæ, ex quo volumen Theodoreti epiſtolarum (vt ſuperiùs diximus) magno horum temporum rerũ geſtarum cognitionis emolumento, Latino ſermone quã fidelissimè reddendum curauimus à noſtro Federico Metio vtriuſque linguæ peritiſſimo: inter quas cùm aliquæ ſint, quæ ad hanc legationem ſpectant, haud cunctabimur pro rerum geſtarum ſcientia, hîc tibi deſcribere. Ad Renatum igitur S.R.E. preſbyterum Cardinalem data ſic ſe habet epiſtola[a]:

[a] Theod. epiſt. 110.

CXXIV. EGREGIA PACTA RENATI EPHESI.

Cognouimus calidum & feruentem ac ſtudium tuæ pietatis zelum, ac iuſtiſſimam & legitimam auctoritatem, quã vſus, domine, ea, quæ Epheſi audacter geſta ſunt, arguiſti & repreſſiſti. Non autem noſti hæc didicimus, ſed in vniuerſam terram tuæ rectitudinis ſonus exiit, & omnes celebrant iuſtitiam, zelum, auctoritatem, & maieſtatem, & quas minas tu comminatus ſis aduerſus reprobos & prauos homines, vel aduerſus iniquitatem illam. Et hæc fecit tua pietas, cùm vnicam tantum eadem videris: ſi verò alias etiam vidiſſes, quæ poſt tuam profectionem ſecuta ſunt, fortaſſe Phinees illius zelum fuiſſes imitatus,

CXXV.

Vnus verò ex illorum numero, qui fuerunt damnati, etiam ego ſum, cui per litteras Imperatoris illuc accedere fuit interdictum, & abſens ſuis damnatus. Poſt enim ſex & viginti Epiſcopatus annos, poſt magnos & ſexcentos labores, poſt certamina propietate geſta, poſtquàm omnium Saluatori adduxi multas hæreticorum myriadas à primo errore renocatas, me ſacerdotio priuarunt: ejecunt etiam è ciuitatibus, neque ſenectutem veriti, neque caniciem in pietate nutritam. Hæc igitur de cauſa tuam ſanctitatem, vt perſuadeas ſanctiſſimo & beatiſſimo Archiepiſcopo, vt Apoſtolicã vtatur auctoritate, & præcipiat ad veſtrum conuolare Concilium. Habet enim ſanctiſſima illa ſedes omnium per Orbem Eccleſiarum ducatum & principatum multo quidem de cauſis, præcipue verò, quòd hæreticã labe immunis permanſit; & nullus, qui contraria ſentit veritati, in illa vnquam ſedit, ſed Apoſtolicam gratiam integram & immaculatam ſeruauit.

ROMANÆ SED SPRIMATVS.

CXXVI.

Quæ enim à vobis decernuntur, contenti hîc erimus, & illis acquieſcemus, quæcunque illa fuerint, veſtro cuſtoditi iudicio confiſi: Et rogamus, vt ex iis, quæ ſcripta ſunt, iudicium proferatur. Plures enim quam triginta ſcripſi libros aduerſus Arium & Eunomium, aduerſus Marcionem, aduerſus Macedonium, aduerſus Gentes, aduerſus Iudæos. Expoſui etiam diuinam Scripturam: & facile eſt, quicunque voluerit, diſcere, quòd Apoſtolicæ veſtigia ſum ſecutus, vnum Filium prædicans, vt vnum Patrem, & vnum Spiritum ſanctum, vnam Trinitatis diuinitatem, vnum regnum, vnam potentiam, immortalitatem, æternitatem, immutabilitatem, impatibilitatem, vnam voluntatem, perfectam Domini noſtri Ieſu Chriſti deitatem, perfectam humanitatem propter veſtram ſalutem aſſumptam, & pro nobis mortis traditam. Non alium nouo Filium homine, alium Filium Dei, ſed eundem, Filium quidem Dei vt Deum à Deo genitum, Filium autem hominis propter aſſumptam à ſemine Abrahæ & Dauid ſerui formam. hæc & his ſimilia frequenter docto: hoc etiam in litteris ſanctiſſimi & beatiſſimi Archiepiſcopi domini mei Leonis ſcripta ſciens, & omnium Dominum. Laudans, quòd Apoſtolicis eius dogmatibus conſona ſentiat. Meritò igitur preces ſuſcipiat. Hæc enim de cauſa Deo dilectiſſimos preſbyteros Hypatium & Abrahamium Corepiſcopos, & Myrium monachorum, qui apud nos ſunt, Præſectum ad tuam Dilectionem miſimus & deſtinauimus, vitâ quidem celebri ornatos, qui etiam coram diligenter vos docere valeant, quæ noſtræ humilitati contigerunt. hactenus ad Renatum Theodoreti epiſtolã; quam vnà cum alijs ipſius literis eodem argumento conſcriptis, hoc anno datam eſſe, ex eo liquidò patet, dum numerat annos ſedis ſuæ viginti ſex, ſicut & in epiſtola ad S. Leonem Pontificem. Cùm enim (vt dictum eſt latè ſuperiùs) ipſe creatus fuerit Epiſcopus anno Domini quadringenteſimo vigeſimo tertio, ſi hinc numero viginti ſex annos addas, iam ad præſentem annum quadringenteſimum quadrageſimum nonum peruenies.

CONTRA NESTORIANAM HÆRESIM THEODOSII CONFESSIO.

CXXVII.

Eodem quoq; argumento extat eiuſdem Theodoreti epiſtola ad Florentium [b] Epiſcopum in commendatione legatorum, quã & hortatur eundem ad defenſionem fidei. Quiſnam iſte Florentius fuerit, nos quidem latet. Eſt eius epiſtolæ exordium: *Non omnino dereliquit Dei & Saluatoris noſtri gratia humanum genus*, &c. Addidit his inſuper aliam ad Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum perbreuem epiſtolã iſtis quidem verbis [c]:

[b] Theodor. epiſt. 107.

[c] Theodor. epiſt. 108. THEODOSIO ARCHIDIACONO ROMANÆ ECCLE.

Gratiſſima tempeſtas noſtri eſt exorta Eccleſiis: qui verò Apoſtolicam tuentur fidem, tuam ſanctitatem facilem & promptum habent portum & tranquillum: non enim ſolum propugnatis Euangelica dogmata, ſed etiam quæ contra nos iniuſtè facta ſunt, odio habetis. Cùm enim nos procul abeſſemus, triginta quinque videlicèt manſionum & dietarum iter, condemnauerunt, vt voluerunt iniuſtiſſimi ſceliciæ Iudices. Et præter eam, quæ à præſentia Dei & Saluatoris noſtri vſque hodie viguit, cùm dereliquiſſent doctrinam, introduxerunt nouam quamdam & ſpuriam, & omnino contrariam Apoſtolorum traditioni: & eos, qui veterem diſciplinam & doctrinam & dogmata tuentur & ſequuntur, inſectantur apertè.

CXXVIII.

Dignare igitur, Deo dilectiſſime, zelum accendere ſanctiſſimi in omnibus & beatiſſimi Archiepiſcopi, vt etiam Orientis Eccleſiæ veſtrã fruantur protectione, & præcipuè fidem defendere à ſacris Apoſtolis omnibus traditam, & integram & inuiolatam paternam ſortem & hereditatem cuſtodire, & imminentem nebulam diſſipare, & pro tenebris puram ſerenitatem efficere; & quæ contra nos facta eſt cædes, arguere & caſtigare. Decet enim tuam beatitudinem ad alia ſua publicè geſta opera hunc zelum etiam adijcere. hæc ad Archidiaconum Romanæ Eccleſiæ Theodoretus: quibus videlicèt præſtantem Romani Pontificis auctoritatem in Orbis totius Eccleſias. Haud tamen fruſtrã ad ſedem Apoſtolicam Theodoretus appellâſſe cognoſcitur: nam ab ipſa & abſolutus eſt, & in ſedem reſtiturus, vt appareat ex Actione prima Concilij Chalcedonenſis; ſicut & Euſebius Doriłæ Epiſcopus, qui Romam venit, & à ſancto Leone Papa itidem in ſedem ſuam reſtiturus patiter fuit, vt conſtat ex eadem Actione prima eiuſdem Concilij. Priuilegium quidem ſolius Eccleſiæ Romanæ eſſe reperitur, vt depoſitus à Synodo Epiſcopus abſque alia Synodo maioris numeri reſtitui poſſit per Romanum Pontificem: quod alijs ſedibus incôcceſũ fuiſſe liquet, nimirũ, ne depoſit⁹ in Synodo Epiſcop⁹ ab alia nõ maioris numeri Synodo reſtitui queat.

CXXIX. THEODO. PETIT CONCIL. VBI SE-LEVCIAM ROMAM VENIENDI. d Theodo. epiſt. 119.

Quòd verò ipſi Theodoreto Romam, vt oprabat, ſe conferre ad iudicium non liceret, eò quòd litteris Theodoſij Imp. (vt dictum eſt) vetitus eſſet è ſua ciuitate recedere: ad Anatolium Patricium Conſtantinopolim ſcripſit epiſtolam, quã poſt plura hæc, quæ ad ſuam profectionem in Vrbem minimè pertinent, habet, cùm rogat eum, vt ab Imperatore proficiſcendi licentiam obtineat [d]: *Tuam magnificentiam oro, vt hanc gratiam à triumphatore Imperatore obtineas, vt ad Occidentem accedam, & ab illis Deo dilectiſſimis & ſanctiſſimis Epiſcopis audiar: & ſi vel minimum quidem fides eorum tranſgreſſus eſſe ipſe reperiar, in ipſum mare profundum projiciar. Si verò neque hæc noſtris ſuſceperit preces, liceat mihi per eum, noſtrum incolere monaſterium, quod Cyro abeſt centũ viginti paſſuum milliaribus, & Antiochiã ſeptuaginta quinque, & ab Apameenſium ciuitate tribus millibus: hoc quidem ſi fieri poteſt, prius gratiſſimum mihi erit: ſin minùs, poſterius mihi concedi per tuam celſitudinem oro*, &c. Adiecit ad eumdem Anatolium aliam epiſtolam, quã pluribus commendat ſancti Leonis Papæ epiſtolam ad Flauianum de fide Catholica datam, cuius omnibus ſe conſentire profitetur & gaudet.

e Theodor. epiſt. 121.

CXXX.

Sunt & aliæ plures ad diuerſos datæ ab ipſo Theodoreto eodem argumento his diebus epiſtolæ, quæ omnes haud dubium ab eo ſcriptæ ſunt, antequam à Theodoſio Imperatore pro confirmatione pſeudoſynodi Epheſinæ promulgatum eſſet edictum, quo inter multa audita execrabilia, ipſius Theodoreti, perinde ac Neſtorij, atque Porphyrij ſcripta fuerunt omninò vetita, incendioque damnata. Si enim ante datas à ſe ſuperiores litteras fuiſſet eiuſmodi ſanctio promulgata, quales putas clamores dictis litteris cedidiſſet, & lugubres querelas ijſdem intexuiſſet? Edidit quidẽ eam ſanctionẽ Theodoſius Imperator Eutychianorum artibus circumuentus, in primis verò eorundem anteſignani Chryſaphij: quã omnem gloriam, quam ob pietatem hactenus ſincerè ſeruatam ipſe Theodoſius

fuerat

fuerat cōiectus, penitus labefactauit. Sed iam ipsum audiamus edictum, quod sic se habet [a]:

Olim quidem prius Nestorius, qui fuit Constantinopolitanus Episcopus, noua & pestifera, præter illa, quæ tradita sunt, tentans inducere dogmatum Christianorum puræ & Orthodoxæ fidei contraria, à sancta Synodo est electus, quæ Ephesum ex vniuerso Orbe Principali sanctione conuenit. Quæ sancta Synodus pariter confirmauit etiam Catholicam fidem ab Episcopis, qui Niceæ congregati sunt, traditam. Et nos confirmantes quæ salubriter institута sunt ab eadem sancta Concilio, quod Ephesi congregatum est, generalem promulgamus legem, qua tam prædictum Nestorium, quàm eos, qui similia sapiunt, damnat; præcipientes, ne Christiano saltem nomine censeantur, sed vt Simoniani potius vocentur, quoniam blasphemiam Simonis dilexerunt: Definimus enim cæteris eos debere vltionibus subiacere, quæ continet præfata præceptio.

CXXXII. *Quoniam verò præsenti tempore, dum post illam iam pridem quietè essent Ecclesiæ, Flavianus Constantinopolitanus Episcopus, & Eusebius alter Episcopus, pernitiosas seditiones sequendo, Nestorij schismata Ecclesiis intexerunt: præcipimus rursum in eiusdem ciuitate Ephesia sanctissimam Ecclesiam vtique denuò conuenire Concilium, vt cum omni subtilitate verâ fide firmatâ, à sanctis Ecclesiis iniecta per eos hæresis auferretur. Hæc ipsa igitur sancta Synodus definiuit, obtinere quidem fidem, quæ Niceæ à trecentis decem & octo Patribus tradita est; excludi verò ab Episcopatu non solùm Flavianum & Eusebium, sed & Dominum, qui fuit Antiochenus Episcopus, & Theodoretum, & alios quosdam; qui eandem præfatæ hæreseos cæcitate participant, & ob hoc sacerdotalibus indigni sunt sedibus. Et nos igitur eiusdem sanctæ Synodi decreta laudamus atq; firmamus, hanc Orthodoxam fidem putantes atque nominantes, quæ à trecentis decem & octo Patribus exposita est, & firmata in sanctis Conciliis, quæ Ephesi congregata sunt.*

CXXXIII. *Vt verò & in reliquum tempus perfectissima fiat totius solutio quæstionis: iubemus, vt in omni Orbe terrarum huic ipsi fidei, quæ in Nicæa prolata est, vndique Episcopi vniuersi subscribant per Metropolitanos singulorum locorum, & hoc ipsum nobis per proprias eorum litteras intimetur. Omnino autem nullus, qui Nestorij & Flaviani & eorum, qui eiusdem sententiæ detinentur, vllo modo Episcopus ordinetur: Sed & si quis iam malignè peruentus est ordinatus, aut si quis de cætero per concursum fuerit, simulationem q; protectus hic Orthodoxorum proijciatur decreto Pontificum. Et nec vsque ad verbum eidem ad sanctæ fidei vel adiciatur aliquid, vel dematur. Sed nec habeat aliquis vel legat, aut transcribat, professaue Nestorium, vel terniones eius, aut codices noxios, & maximè quos contra solas Porphyrius edidit Christianas litteras, neque Theodoreti scripta: Sed quicumque huiusmodi codices habet, publicè illos proferat, & cunctis videntibus igni tradantur.*

THEODORITVS DAMNATA. CXXXIV. *Et eos, qui hanc religionem colunt, vel doctores eorum nullus neque in ciuitate, neque in agro, neque in suburbio suscipiat, neque eos secum patiatur habere confessum: alioquin rebus eius publicatis, ipse perpetuo exilio relegabitur, quisquis hoc exerit, vel qualibet extiterit, vel quisquis codices habuerit interdictam fidem Nestorij ac Theodoreti continentes, vt interpretationes eorum, qui vocantur Sermones allocutorij, siue Traditiones, ijsdem tormentis subiaceat, vel si ea, quæ ab illo composita, alterius nomini fuerint prænotata.* hactenùs Theodosij edictum, Eutychianorum arte compositum, quo sub specie confirmandæ Niceнæ fidei damnantur immeriti, probaturq; posterior æquè ac prior Synodus Ephesina, ac proinde Eutychiana hæresis validatur. In hæc planè præcipitia feruntur quæ priuatis indulgent affectibus & incauti ipsi cæci cęcorum ducibus dirigendos imprudenter sese committunt.

CXXXV. Theodor. epist. 139. in fin. Theodor. epist. 112. CXXXVI. At qui tanta passus Theodoretus, nempe damnationem, sedis abrogationem, exilium (vt ipse testatur in epistola ad Anatolium [b]) scriptorumque ex Imperatoris edicto iactarum, numquid inseruiens tempori tacuit, vel turpiter adulatus, liberationem supplex ab aulicis implorauit? minimè gentium: immò ipse fermè solùs aduersus nefandos hæreticos exclamare auditus, & vehementius, quâ par esset, id facere visus est Vranio Emesæ Episcopo, ius perneccessario: qui cum, vt taceret, ipsum Theodoretum admonuisset, audi, quodnam ab eo responsum per litteras accipere meruit [c]:

Quòd litteris quidem coniuncti simus, qui iam animis coniunctieramus, pergratum mihi fuit. Non animaduerteram tamen, quod non sint huiusmodi verba tua. Si enim salutationis causâ tantùm ista dicta sunt, non agrè ferò, quod dictum est: si verò consilij memoriam reuocas, silere admonendo, & ea, quæ dicitur œconomiâ & dispensatione vti: nos gratiam habemus, admonitionem tamen non accipimus. Diuinus enim Apostolus [d] contraria præcipit: Instа opportunè, importunè. Et Dominus [e] etiam noster huic præcepto similia mandat: Loquere, & ne taceas. Nec non Isaias [f]: Exclama potentiâ tuâ, & ne desinas. Et Moysi [g]: Descendens, testificare populo huic. Et Ezechieli [h]. Speculatorem dedi te domui Israel: si autem annunciauerit impio, & quæ sequuntur: superfluum est enim de his in virij orationem in longum protrahere. Nos igitur non pauescimus, fortiùs dum summus animos: sed potiùs lætamur & exultamus, & laudamus eum, qui hu malis nos dignos fecit: eos etiam, qui huiusmodi certaminibus sunt exercitati vt idem faciant, precamur. Si enim dicunt nos Apostolicam æqualem fidei minùs obseruare, sed declinare ad dexteram vel ad sinistram: odio nos prosequantur, & cum aduersarijs & inimicis nostris contra nos stent: Si verò rectam Euangelicæ prædicationis doctrinam nos sequi, testimonium ipsi perhibent; ad ipsos clamamus: State etiam & vos succincti lumbos vestros in veritate, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: & quæ sequuntur. Aiunt quippe virtutem non solùm temperantiam, iustitiam, & prudentiam, sed etiam fortitudinem esse, & per hanc illas etiam diregi. Iustitia enim in bello aduersus iniustitiam indiget fortitudine; & temperantia auxilio fortitudinis cum vincitur, vincit intemperantiam. Hæc igitur de causa omnium Deus Propheta dixit [i]: Iustus autem meus fide vivit: & si subtersugerit, non gaudebit anima mea in ipso. Subtersugere verò pusillanimitatem appellauit. Tutæ igitur, & earum caput, Apostolica dogmata. Venier [k] enim iam, qui venturus est, & non tardabit, & reddet vnicuique secundùm opera sua. Transit enim [l] figura mundi huius, & apparebit rerum veritas. hactenùs ad Vranium Episcopum Theodoretus.

His ille acceptis litteris alias reddidit amoris quidem plenas, & indices fuę erga sana dogmata sinceritatis & zeli addidit & epilogias, quibus in exilio positus Theodoretus paupertatę, quâ patiebatur, sustentare valeret: quas licèt ab aliis renuisset accipere, ipse paupertatis voluntarius cultor, grato accepit animo, eidem q; breues litteras reddidit, dignas quidem digno fidei Catholicæ defensore; quibus numquam hactenùs editis tu primus, lector, fueris: indignum enim esse putamus, labores & præclaras virtutes in tanto conflictu Orthodoxorum pugilum silentio sepultas prætermittere, & non potiùs vndique diligenti perueltigatione quæsitas, in medium spectandas exhibere. Accipe igitur, quas secundò reddidit Vranio Emeseno Episcopo litteras Theodoretus [m]:

m *Theodr. epist 123.* CXXXVIII. *Et longa fuit epistola, & iucunda, & amoris vehementiam & veritatem indicabat, & tantâ me lætitiâ replenit, vt minimè ipse animaduerterim, quòd alia sit (vt inde cognoui) prioris epistolæ proœmij sententia. Litterarum enim sententiæ ignoratio, fraternæ dilectionis thesaurum demonstrauit, & fidei perspicuitatem declarauit, & pietatis zelum significauit. Et Propheta quidem verba & tentationes inter nos distribuimus: tua quidem pietas verba sumpsit, nos verò fluctibus & tentationibus agitamur, & aduersus eos, qui nauiculam remis impellunt, vnâ cum Deo clamamus: Quis custodiunt vanitates & mendacia, misericordiam suam dereliquerunt. Concedat autem Dominus noster & illius, vt nos è profundo emergamus, & à cete liberemur. Si verò fluctus seruens & vehemens duraverit: speramus etiam hoc pacto à diuina prouidentia non fore derelinquendos; & experientiâ discere, quòd virtus* n *eius in infirmitate perficitur. Pericula enim nostra imbecillitate metitus est. Diuinum enim illum Prophetam* o *omnes, qui simul nauigabant, in mare proiecerunt: mihi verò etiam tua putatus solatium præbuit, ac aliorum etiam Dei dilectorum hominum: quos mirabula illius Onesphori* p *benedictionem obtinere vn. cum tua dilectione precor; quia catenam meam non erubuistis, sed passionem, quæ ipse pro fide passus sum, socium mihi fuistis. Id quidem certò scio, ô domine, quòd cum alijs Deo dilectissimi Episcopi eulogias mihi miserint, illas nimirùm accepi: non quod illos, qui eas miserunt, contemperim; sed quia adhuc ab eo necessarium victum habemus, qui etiam eorum abundanter illum largitur. Tua verò pietati nihil tale feci: reverâ enim vicit amoris feruor eam, quam hucusque habui, sententiam. Quòd enim ex quo nobis consuetudo creuit, amo* q *etiam*

n 2. Cor. 12. o Ioan. 1. p 2. Tim. 1.

etiam vehementior fuerit factus, tua Deo dilecta anima certò sciat. hæc ad Vranium Theodoretus: qui tunc exul curam gessit exulum Episcoporum eiusdem catenæ consortium: quod intelligere possimus ex perbreui illa epistola, quam ad Alexandram clarissimam fœminam dedit his verbis [a]:

CXXX. IX.

a Theodor. ep. 100.

Accepi paulò antè tua grauitatis litteras: & cùm didicerim qua pro nobis vsa es diligentiâ, gratias habui, & omnium Dominum rogaui, vt præsentia tibi custodiat bona, & maiora addat, & futurorum & æternorum gloriam largiatur. Credimus autem ipsum exaudire relegatos, & hos multò magis, qui propter eius diuinam doctrinam hanc sustinent pœnam. Hæc per Episcopos Deo dilectos ad te scribo, te in primis orans, vt eorum curam suscipias: pro Euangelica enim fide & Ecclesiarum pace hanc longam sustinent peregrinationem. hæc ad Alexandram Theodorus.

CXL. SPORATIVS COMES ADDICTVS THEODORETO.

Nactus est autem in his suis ærumnis adiutorem Sporatium Comitem Domesticorum, qui nihil penitùs veræ Chrysaphium, cuius arbitrio Imperator Theodosius mouebatur, Theodoreti suscepit patrocinium. Quisnam autem adeò pietate insignis Sporatius iste fuerit, nihil præterea, quod de tanto viro dicamus, inuenimus, nisi quod ob excellentiam probitatis sinceræque fidei Orthodoxæ meruit sedere Iudex cognitor vnà cum alijs præstantissimis viris in Concilio Chalcedonensi, vt eius Acta declarant. Quòd præterea iste præ cæteris animosè patrocinium Theodoreti suscepérit, inde arbitror accidisse, quod præ cæteris ipse sciret, quàm re verâ idem Catholicus esset: Licèt enim post restitutam Ecclesiæ pacem, Cyrilli tempore, idem Theodoretus apud Catholicos omnes præsertim verò Constantinopolitanos versatus sciretur esse Orthodoxus, & cõmunicare cum Orthodoxis, haud tamen cõtractam semel ex pristina societate cum Nestorio maculã diluere valuit. Sicuti enim Paulo olim persecutori accidisse scimus: qui licèt ad Christum cõuersus esset, ac pro fide Christi multa certamina subijsset, & in extrema pericula incidisset; tamen (vt Acta habent Apostolorum [b]) cùm Hierosolymis vellet se coniungere discipulis, haud admiserunt, timentes, & nõ credentes, quòd esset discipulus: ita, inquam, Theodoreto euenit, qui licèt à Nestorij societate penitùs desciuisset, Catholicisque coniunctus esset, & pro Catholica fide verbis scriptisque strenuè laborâsset; timor tamen prudentiores tenebat, num ista ipse ex animo faceret, vel lupus intùs latens, ouem extrinsecus præseferret.

b Act. 9.

CXLI. THEODOMALA SVSPICIONE LABORANS QVID AGIT.

Soluit autem ipse omnes huiusmodi infidentes animis ambiguitates, vbi ad eumdem Sporatium Comitem missa Constantinopolim historiam tractationem contra Nestorium, quã simul docuit se tectari se sinceræ fidei veritatem. est eius exordium: *Cùm vniuersus Orbis iam paulatim rueret*, &c. primùm enim locum obtinet inter ipsius Theodoreti epistolas, meritòque præfatibus collocata, quò eam legentes, statim intelligerent, pollere auctorem fide Catholica, absterisseque penitùs inustam olim ex Nestorij contortio natam: quod quidem ipsum alijs quoque litteris ad diuersos datis idem Theodoretus frequentissimè præstitit. Sporatius igitur inter alios plenissimè certior redditus sinceræ fidei Theodoreti, eundem vt verè Orthodoxum, quibus valuit, est prosecutus officijs: cuius rei gratia, grates debitas referens idem Theodoretus ad ipsum perbreuem eiusmodi epistolam dedit, indicem eiusdem Sporatij pietatis: sic enim se habet [c]:

c Theodor. epist. 97.

* Sporadio.

CXLII. EPISTOLA THEODORETI AD SPORATIVM COMITEM.

*Theodoretus Episcopus Cyri Sporatio * Comiti.*

Tuæ magnificentiæ litteræ magnoperè me sunt consolatæ: longè autem maiorem lætitiam meam reddidit Deo dilectissimus presbyter & monachus Iamblychus, ferentem tuum zelum cum nobis narrauerit, & quo teneris circa res diuinas studio, & tuam erga nos animi propensionem. Ego verò cùm hæc didicerim, & gloriosissimi & Christo dilecti domini Patricij, quos pro nobis agones & labores sustinet, audierim: Apostolicam benedictionem vobis pronuncio, quam beatus Onesiphorus à sancta illa lingua Apostolica obtinuit [d]: *Tuæ familiæ Dominus misericordiam largiatur: Det misericordiam Dominus domui tuæ, quia sæpè me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: Det tibi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Hæc vobis precor, licèt maioribus malis veritatis hostes me (vt putant) conculcent. Ad præsentem enim miseriam respicere & in ea sedere iussimus. Te hoc vnum sciat tua magnitudo, quod cum pietate etiam mors nobis iucundissima, & extrema Orbis partes: Ecclesiarum tantùm tempestas & turbo nos turbat, quem vniuersorum Dominus soluere & sedare potest.* hactenùs ad Sporatium Comitem Theodoretus: Qui planè quicquid tempore œcumenici Concilij Ephesini deliquit, aucto fœnore in hoc tumultuario Ephesino celebrato Conuentu persoluit, stans ante alios in suscepto certamine indefessus fidei Catholicæ propugnator. Quo quidem officio nauiter impleto, & munere integrè perfuncto, non solùm priores deleuit ex Nestorij contagio aspersas maculas, sed desuper illas iam ablutas superinducentopere Phrygio victricia signa, aureas palmas, palmaram inde sibi ad triumphum tunicam præparauit. Ac de Theodoreto modò satis.

d 2. Tim. 1.

CXLIII. S. LEO LAVDAT PRO SVA CATHOLICA.

Sed iam res Occidentalis Ecclesiæ inuisamus. Quid in tanto Catholicæ fidei naufragio, qui clauum tenebat, Romanus Pontifex S. Leo? Vt hæc sciamus, opus est, vt sigillatim res ab eo hoc anno gestas ex suis ipsius epistolis intelligamus. Ac primum quidem de eo illud occurrit: quod dum adhuc dubius eiusdem Ephesini Conuentus penderet exitus, pendebat & ipse animi anxius, ne (quod iam longè fuerat odoratus) fides Catholica circumuenta fraudibus perditorum hæreticorum: detrimentum aliquod pateretur. Hinc ipse primum, cum quæ Ephesi agerentur, penitùs ignoraret, de futuro euentu solicitus, tertio Idus Augusti, biduo post illa habita ibi scelerata comitia, ad S. Flauianum Constantinopolitanum Episcopum litteras dedit, dolens in primis, quod cùm immensæ molis opus agitaretur, in quo fides Catholica magno discrimine laboraret, ipse nihilominùs diutiùs siluisset: demùm eum admonuit vtiliter atque strenuè agere. est earum exordium [e]: *Auget solicitudinem nostram taciturnitas tua*, &c. Ac rursus ad eundem scripsit, cum Hilarus diaconus legatus fugâ lapsus Romam peruenisset, & ab ipso de eo, quod Flauiano ante eius discessionem contigisset, certior redditus esset: cùm hæc paucis ad ipsum scribens vigesimanonâ mensis Septembris, certo fidoque nuncio datis litteris significauit [f]:

e Leo ep. 21

f Leo ep. 27 CXLIV

Quæ & quanta dilectio tua pro Catholica fidei defensione patiatur, per diaconum, qui ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licèt magnificemus Deum, qui te gratia sua virtute cõfortat; necesse est tamen nos dolere eorũ ruinæ, per quos veritas impugnatur. Quia verò prouidentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro cõmuni causa nihil eorum, quæ agenda sunt, prætermittere, vt primitùs ad ea, quis vniuersitatis Fidelium profint, peruenire mereamur. Sin est, vt fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sanè huius epistolæ fidelis sermone poterit enarrare, quicquid illud est, ad quod, adiuuante Domino, studio fidei & charitatis intendimus. Dat. tertio Kalend. Octobris, Aëtio & Protogene viris clarissimis Conss. ita quidem Leo, nuncio magis credens secreta, quàm litteris, quod timeret, ne illæ ab aduersarijs Flauianum custodientibus intercipierentur.

CXLV. LEO PAPA CELEBRAT ROMÆ CONCILIVM.

Sed quænam ista, quæ litteris minimè committenda putauit? illud nimirum, quod ipse Leo Pontifex Synodum coëgisset, in qua cuncta, quæ more prædonum Ephesi ab Eutychianis hæreticis gesta essent, penitùs damnauit. Collegit enim quàm citissimè potuit S. Leo Episcoporum Occidentalium Synodum, in qua cuncta, quæ perfidi illi præsumpsissent, Pontificio decreto rescidit, irritaque penitùs esse decreuit. His ergo peractis, summâ celeritate de rebus Romæ gestis ad Pulcheriam Augustam litteras dedit, & ad clerum Constantinopolitanum, necnõ ad alios. At de Synnodo tunc Romæ coacta reddendæ sunt in primis litteræ Hilari diaconi tunc ad Pulcheriam Augustam scriptæ, quæ sic se habent [g]:

g Extant tomo 1 Concil. in præfat. Cõc. Chalced.

CXLVI HILARVS AD PVLCHERIAM.

Gloriosissimæ & pijssimæ Augustæ Hilarus diaconus.

Sæpè mihi fuisse post Synodum venire Constantinopolim, dicere non habeo: quando manifesta necessitas erat, qui me litteras beatissimi Papæ ad vestram clementiam directas afferre compellerit, & vestræ pietatis ac inuictissimo Christiano Principi officium, quod debebam, veneratione exoluere. Sed huic congruo meo proposito ille diabolus impedimentum euenit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorum ingenuisset affectus, hoc est, Alexan-

drinus

dorimus Episcopus in damnatione virorum inculpabilium potentissimi. Nam post quam ininsta eius voluntati atque sententia communicare non potui, ad aliud Concilium * terroribus atq; insidijs me evocare conatus est: quatenus me (quod absit) aut seductionibus sacret consentire ad condemnandum sanctissimum Flavianum, aut resistentem teneret, vt mihi non esset licentia ad pietatem vestram Constantinopolim percurrere, aut ad Romanam Ecclesiam remeare. Verumtamen confidens de auxilio Christi, quod attinet ad damnationem reverendissimi & sanctissimi viri, innocentem me, integrum; seruans; licèt nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius sententiæ consentire. Sed omnibus derelictis, inde discessi, per incognita & inuia loca Romam veniens; vt reverendissimo Papæ, omnium, quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem.

CXLV-II. DE ROM. CONCIL. DAMNATA ACTA EPHESI.

Vestra itaque veneranda clementia cognoscat, à præfato Papa cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscoro Episcopo gesta sunt, & nullâ ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ, per potentiam prædicti non sine lasione fidei, & præiudicio sanctissimi virinnoxij, commissa sunt. Quæ verò constantiæ fortitudo auctoritate pro fide à me nuncianda sunt, superfluum credo narrare: nam hæc ex literis beatissimi Papæ poteritis cognoscere. Vnde domina splendidissima atque clementissima Augusta, adoranda vestra pietas, in quibus libenter fecit initium, relinquere non debet, sed hæc zelo religiosæ fidei constanti voluntate seruare. hæc Hilarius ad Pulcheriam.

CXLVIII. TEMPVS CONGREGATIONIS CONCILII.

Quo autem mense vel die Romæ Concilium contra Dioscorum fuerit congregatum, inde certiùs cognoscere potes, quòd literæ à S. Leone Papa post Synodum celebratam scriptæ habentur octauo Idûs Octobris; vt planè valeas intelligere, vel eâ ipsâ die, vel pridie eius diei idem Romæ ad destruenda Acta Ephesina fuisse Concilium celebratum; in quo quidem omnes Episcopi in vnam cõspirantes sententiam, in rescissionem malè gestorũ Ephesi tulêre suffragium, omnium animis ad detestabile facinus vlciscendum incensis. Extat enim ab hac Synodo data epistola ad Archimandritas [a] hoc anno octauo Idûs Octob. & aliæ plures tertio Idûs eiusdem mensis ab eadem Synodo scriptæ ad Theodosium, ad Pulcheriam, ad clerum, & populum Constantinopolitanum.

a Leo epist. 58. & sqq. vt 22. 23. 25. 26.

CXLIX

Sed cùm huiusmodi Synodus ex plurimis prouincijs congregata esse dicatur in litteris Valentiniani & Gallæ Placidiæ, quas reddituri sumus inferiùs: vnde, dices, facultas suppeditata, vt tam breui temporis spatio tam magna Synodus potuerit congregari: Sed meminisse debes, quæ haud pridem dicta sunt ex eiusdem S. Leonis epistola ad Siciliæ Episcopos [b] data, motis fuisse annis singulis ad tertium Kalendas Octobris conuenire Romam Episcopos ad Synodum celebrandam, ad quam etiam iussit è Siciliæ insula debere ternos accedere. Quamobrem opportunè accidit, vt absque alia Episcoporum vocatione, post Hilari diaconi reditum, Romæ ex pristino iu sancta Synodus cogeretur; in qua cùm damnata esse Ephesina Acta testetur Hilarus ad Pulcheriam scribens, & innuat S. Leo in epistola nouissimè data ad Flavianum, nec de ea damnatione mentio habeatur in Synodalibus literis ad diuersos missis: factum putamus, vt ad tempus voluerit Leo Pontifex ista obtegi silentio, ob eam potissimum causam, quòd speraret, vniuersali Synodo in Italia cogenda, omnem illam Orientalium Ecclesiarum ruinam fore resarciendam. Patres enim ipsi huiusmodi consilium inierunt, vt de cogendo in Italia Concilio œcumenico scriberent ad Theodosium Imperatorem. literæ autem sic se habent [c]:

b Leo ep. 44. c. 6.

DE COGENDA SYNODO VNIVERSALI CONCILIVM.

c Leo epist. 43.

CL.

Leo Episcopus, & sancta Synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, Theodosio semper Augusto.

EPIST. SYNODALIS AD THEODOSIVM IMPERAT.

Literis clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri Apostoli sedem pro Catholicæ fidei amore misistis, tantam fiduciam suppsimus defendendæ per vos veritatis & pacis, vt in causa tam simplici, tamque munita nihil putaremus posse existere, quod noceret: præsertim cùm ad Episcopale Concilium, quod habere apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, vt si scripta, quæ vel ad sanctam Synodum, vel ad Flavianum Episcopum detulerunt, Episcoporum publicari auribus. Alexandrinum permisissitis Antistes: ita manifestatione purissimæ fidei, quam diuinitùs inspiratam & accepimus & tenemus, omnium concertationum strepitus quieuisset, vt nec imperitia vltrà desideret, nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum priuata causæ religionis exercentur obtentu, commissum est impietate pauorum, quod vniuersam Ecclesiam vulneraret. Vides ex his, probè nouisse sanctum Leonem, ob odium aduersus Flavianum conceptum tum ab Imperatore, tum etiam à Chrysaphio, omnia illa adeò funesta Ephesi esse peracta pro Eutyche te contra fidem Catholicam, vt Flavianum è sede deponerent, nullâ habitâ ratione læsæ Catholicæ fidei: quod S. Leo deplorat, qui & subdit:

CLI.

Comperimus enim non incerto nuncio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt, narratore, Hilario diacono nostro (qui, vix, ne subscribere per vim cogeretur, effugit) conuenisse ad Synodum plurimos sacerdotes, quorum vtique frequentia consultationi & iudicio profuisset, si in, qui sibi locum principem vendicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset, vt (sicut moris est) omnium sententijs ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo constitueretur examine, quod & fidei congrueret, & erroribus subueniret. In ipso autem iudicio, non omnes, qui conuenerant, interfuisse cognouimus: nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro suprædicti sacerdotis arbitrio impijs subscriptionibus captiuas manus dederunt, quod nociturum statui suo scirent, nisi imperata secessione: talemq; ab ipso prolatam esse sententiam, vt dum homo vnus impetitur, in omnem Ecclesiam sauiretur. Quod nostri ab Apostolicæ sedis directi, adeò impium & Catholicæ fidei contrarium esse viderunt, vt ad consentiendum nullâ potuerint oppressione compelli: constanterque in eadem Synodo (vt decuit) fuerunt protestati, nequaquam id, quod constituebatur, sedem Apostolicam recepturam: quoniam re verâ omne Christianæ fidei sacramentum (quod absit) à temporibus vestræ pietatis excluditur nisi hoc scelestissimum facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, abolcatur.

CLII.

Quia verò diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, & ita quorundam imprudentiam per similitudinem pietatis illudit, vt pro salubribus ea, quæ adeat nocitura: remouere, quæsumus, à vestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei; quodque in secularibus negotijs legum vestrarum æquitate conceditur, in rerum diuinarum pertractatione præstate, vt Christi Euangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce ego, Christianissime & venerabilis Imperator, cùm consacerdotibus meis impleni ergà clementiam clementiæ vestræ sincera amoris officium cupiens, vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini rei de silentio iudicemur: obsecramus coram vnius Deitatis inseparabili Trinitate, quæ tali facto leditur, cùm ipsa vestri sit custos & auctor Imperij, & coram sanctis Angelis Christi, vt omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto Orbe sacerdotum numerus congregetur: nec alieno peccato patiamini vos grauari: Quòd (quod necesse est nos dicere) veremur, ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur.

CLIII. DE SYNODO IN ITALIA HABENDA ADMONET.

Præ oculis habete, & totâ mentis acie reuerenter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium Apostolorum coronas, cunctorum q; martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ diuinitatis & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impiè nunc à paucis impudentibus obuiatur: omnes partes nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus & lachrymis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri fideliter reclamarunt, & ijsdem libellum appellationis Flauianus Episcopus dedit, generalem Synodum inbeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid vltra sit vel in fide dubium, vel in charitate diuisum; eò conuenientibus vtique Orientalium prouinciarum Episcopis: quorum si qui superati minis atq; iniurijs à veritatis tramite deuiarunt, salutaribus remedijs in integrum reuocentur: ipsis q; quorum est causa durior, si consilijs melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ vnitate non excidant.

CLIV.

Quam autem post appellationem interpositam hoc necessariè postulatur, canonum Nicæa habitorum decreta testantur, quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quæq; subter annexa sunt. Faucte Catholicis, vestro more, parentum q; vestrorum. Date defendendæ fidei libertatem, quam, salua clementia vestra reuerentiâ, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cùm

...nim Ecclesiæ causas, tum regni vestri agamus & salutis, vt pronunciarum vestrarum quieto stare potiamini, defendite contra hereticos inconcussum Ecclesiæ statum. vt & vestrum Christi dextera defendat Imperium. Dat. III. Idus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis Coss. Felix planè Theodosius, si patrem audisset sanctum Leonem talia monentem. Sed quod contempsit, illud planè ipsi euenit, quod vaticinatus est idem sanctissimus Pontifex, nimirum fore, vt nisi audiret, aduersum se diuinam prouocaret indignationem, cœlitusq; vindictam accelleraret. Etenim qui tot tantaq; ille illi præstitit beneficia Deus creator omnium, terribilem, qui aufert spiritum Principum, se in eum iuxta Prophetam [a], ostendit: talem ipse posteà (vt suo loco patebit) infelix expertus est Deum, anteà semper erga ipsum amplissimum bonorum largitorem.

[a] Psal. 75

CLV. PLVRES SCRIPTÆ EX SYNODO L. TERÆ.

Porrò qui ex Synodo has ad Theodosium literas dedit Synodales, priuatim idem sanctus Leo alias ad ipsum literas scripsit eodem die sub ijsdem Consulibus: est earum exordium [b]: *Olim & ab initio in Concilijs celebratis tantam nos percipimus à beatissimo Petro Apostolorum Principe fiduciam, vt auctoritatem habeamus ad veritatem pro nostra pace defendendam, quatenus nulli liceat sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente ipso remouetur, &c.* Rursum verò eodem argumento, quo superiores, scripsit idem sanctus Leo ex eadem Synodo Romæ collecta ad Pulcheriam Augustã [c] Synodalem epistolam eadem die, tertio die Octobris [d], nec non alias ad clerum populumque Constantinopolitanum & ipsas duplices [e]. Alias præterea adiecit ad Archimandritas [f] Constantinopoli agentes, illud in primis hortatus, vt in communione atque dilectione ipsorum Episcopi Flauiani persisterent, nec sinerentur violentia tempestatis in transuersum agi, neque communicarent cũ intruso æquè impiè per Dioscorum pseudoëpiscopo Anatolio. Aliæ [g] insuper eodem die hoc anno leguntur à sancto Leone epistolæ ad Anastasium atque Iulianum Episcopos eadem ex causa conscriptæ, quas, si libet, lector consulere ipse poterit: hæc nobis satis ad rerum gestarum historiam quàm verissimam insinuandam. Misit autem ipse Leo has omnes literas per certos fidosque Apostolicæ sedis nuncios, nimirum Epiphanium atque Dionysium S.R.E. Notarios, vt idem indicat in posterioribus literis [g] ad clerum Constantinopolitanum Idibus Octobris hoc anno datis.

[b] Leo epist. 6.
[c] Leo epist. 7.
[d] Leo epist. 8.
[e] Leo epist 28.
[f] Leo epist 9.
[g] Leo epist. 23.

CLVI. Opportunè autem contigit, vt hoc ipso tempore celebratæ Romæ Synodi, in Vrbe esset Imperator Valentinianus vnà cum Eudocia coniuge Augusta, & Galla Placidia ipsius Valentiani Imperatoris Matre: venerant enim, ex more, ad sacra Apostolorum limina. Porrò ijdem, vt pij Principes, exhorruerunt, cùm quæ Ephesi tyrannicè facta essent audissent. ad quod immane facinus destruendum singuli singulas dedere in Orientem literas, atque Valentinianus in primis his verbis ad Theodosium scribens [h]:

[h] Extant tom. 1. Conc. ante Chalced. Concil

Domino meo Theodosio gloriosissimo Victori ac Triumphatori perpetuo Imperatori & patri Valentinianus gloriosus Triumphator semper Augustus & filius.

CLVII. VALENTINIANVS AD THEODOSIVM.

Cùm aduenissem in Vrbem Romam, ad Diuinitatem placidam, sequenti die ad basilicam Apostoli Petri processi: & illic post venerabilem noctem diei Apostoli, & à Romano Episcopo, & ab ijs cum eo ex diuersis prouincijs congregatus rogatus sum scribere vestræ mansuetudini de fide, quæ cùm sit conseruatrix omnium animarum, dicitur perturbata; quam nos à nostris maioribus traditam debemus cum omni competente deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conseruare; quatenus beatissimus Romanæ Ecclesiæ Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide ac sacerdotibus iudicare, Domine sanctissime pater & venerabilis Imperator. Hâc enim gratiâ secundùm solemnitatem Conciliorum & Constantinopolitanus Episcopus eum per libellos appellauit propter contentionem, qua orta est de fide.

ROMAN PONT. DE FIDE ET SACERDOTIBVS IVDICAT.

CLVIII. *Huic itaque postulanti, & coniuranti salutem nostram communem, annuere non negaui, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingereremus: vt prædictus sacerdos congregatis ex omni Orbe etiam reliquis sacerdotibus intra Italiam, omni præiudicio sumoto, à principio omnem causam, quæ versatur, solicitâ probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides & ratio vestra diuinitus* [i] *expostulat. Non debet enim nostro temporibus contra religionem turbatam petulantia præualere, dum incommota fides hactenus fuerit conseruata. Ad perfectiorem verò agnitionem vestræ dignitatis dirigimus etiam Gesta, per quæ desiderata & acclamationes omnis pietas vestra cognoscat, hactenus Valentinianus ad Theodosium.* Galla autem Placidia in hunc modum ad eundem Imperatorem Theodosium [k]:

[i] Exigi latis.
[k] Extant ibid. ante Conc. Chalced.

Domino Victori Theodosio Triumphatori semper Augusto filio Galla Placidia piissima & perpetua Augusta mater.

Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hanc curam habuissemus, vt cultum beato Petro Apostolo redderemus: in ipso adorando altari mariyris reuerendissimus Leo Episcopus, paululum se post orationem retinẽs, propter Catholicam fidem apud nos deflenit, ipsum similiter summum Apostolorum, quem nuper audieramus, testem obijciens, Episcoporum multitudine circumseptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ pro principatu proprij loci, seu dignitate collegij; & verbis permiscens lacrymas, ad communionem suis sterilis nostros quoq; genuinus prouocauit.

CLIX. GALLA PLACIDIA AD THEODOSIVM.

Non modicum detrimentum est ex his, quæ gesta sunt, vt fides, quæ tantis temporibus regulariter custodita est à sacratissimo Patre nostro Constantino, qui primus Imperator resplenduit Christianus, perturbata sit ad arbitrium vnius hominis, qui in Synodo Ephesina ciuitatis odium & contentionis potius exercuisse narratur, multũ præsentiã & metu impetens Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum Flauianum, eò quòd libellum ad Apostolicam sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium per eos, qui directi fuerunt in Concilium [l] *à reuerendissimo Episcopo Romæ, quæ secundum definitiones Nicani Concilij consuetæ sunt interesse, Domine sacratissime fili venerabilis Imperator.*

[l] Cœlio.

CLX. *Hâc itaque grat. â tua mansuetudo tantis turbis resistens veritatem immaculatam fides Catholica religionis seruari præcipiat: vt secundum formam & definitionem Apostolica sedis, quam & nos tanquam præcellentem similiter veneramus, in statu sacerdotij illæso manente per omnia Flauiano, ad Concilij & Apostolica sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui cœlestes claues dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinauit. Quando scilicet decet nos huic maximè ciuitati, quæ domina est omnium ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentia conseruare. Diligentius autem etiam in hoc prouidere, ne quod priscis temporibus nostra generatio euasit, sub nobis minimus videatur, & per præsens exemplum schismata generentur inter Episcopos & sanctam Ecclesiam, hucusque Gallæ Placidiæ ad Theodosium. Eadem fermè Eudoxia* [k] *filia Augusta ad patrem Augustum scripsit: at non est opus omnes hîc describere tunc datas epistolas, nisi tã ũnquæ ab eadem Galla Placidia tunc eâdem occasione data fuit ad Pulcheriam Cmperatricem, digna quidem perpetuis monumentis, quæ sic habet* [l]:

[k] Extat ibid. ante Conc. Chalced.
[l] Ibid. ante Conc. Chalced.

CLXI.

CLXII. *Galla Placidia piissima semper Augusta Aelia Pulcheriæ piissimæ semper Augustæ filiæ.*

GALLA PLACIDIA AD PVLCHERIAM.

Vt Romam frequentibus concursionibus adquè desideremus inspicere, causa nobis est amplectenda religionis, vt terminis Sanctorum nostrorum exhiberemus præsentiam: quæ certum est pro sua virtute cœlestibus constitutos, neque inferiora despicere. Nos, inquam, sacrilegium esse credimus, si solemnium ordinem denegemus. Cùm igitur beato Apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus: illic multitudine sacerdotum reuerendissimus Leo Papa circumdatus, pro dignitate sui loci, nos primus adijt. Qui propter interpositam gemitus sui tristitiam desiderium plenè suum verbis insinuare non potuit. Vicit tamen constantia sapientia sacerdotis, vt lacrymas paululum retineret, & causam violatæ fidei, tanquam huius vindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognouimus nostris temporibus Catholicam fidem esse turbatam, quam à diuo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenus seruauerunt.

CLXIII. *Secundum voluntatem namque eiusdem paruum aliquid aduersus sacerdotem Constantinopolitanum excitatum ducitur. Nos itaque in Ephesino Concilio, in quo nullus ordinem sacerdotum cu-*

studiuit, neque mensuram, sine consideratione Diuinitatis omnia esse gesta cognouimus, quatenus præsumptio & iniustitia in quorundam damnationem obtinuisse * *dicatur: quæ nostris temporibus terribilia esse videntur. Debet itaque fides propriè valere, sanctissima atq; venerabilis filia Augusta. Igitur tua clementia secundum Catholicam fidem (quod semper nobiscum fecit) & nunc similiter conspirare dignetur: vt quicquid in illo tumultuoso miserrimo, Concilio constitutum est, omni virtute remoueatur: vt omnibus integrè permanentibus, ad Apostolicæ sedis Pontificem, in qua primus Apostolorum B. Petrus, qui etiam claues regni cœlestis suscipiens, sacerdotij principatum tenuit, Episcopatûs causa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortali conseruationi* ti tuere: qua totum mundum propriæ virtutis dominatione compleuit, & nostro Imperio Orbem gubernandum, seruandumque cõmisit.* hactenùs ad Pulcheriam Galla Placidia.

Porrò quo tempore hæ omnes datæ sint literæ, accuratiùs perueſtigandum est, ne quis putet de natali die Apostoli Petri, qui vbiq; & semper vigesimanonâ Iunij celebrari consueuit, Valentinianum Imperatorem in literis ad Theodosium datis intellexisse, vbi ait: *Post venerabilem noctem diei Apostoli.* nam eo tempore ne ipsa quidem Ephesina Synodus celebrata erat, in qua tot nefanda idè queritur esse commissa. Sed quæ alia dies solemnis Romæ Principis Apostolorum? Equidem puto debere intelligi de die dedicationis eiusdem basilicæ; quæ solemnissimo ritu solita est celebrari decimaoctauâ Nouembris: ad quâ existimamus retentos fuisse Episcopos, qui Synodo interfuerunt, vel vt expectarent quid Theodosius ad datas ab eis literas responderet; vt si placuisset illi generale Concilium (vt petierant) in Italia peragi absque alia mora & viatum dispendio se eò omnes æquè conferrent.

Ad quid primùm Theodosius ad Leonis Papæ & totius Synodi literas responderit, licèt non constet: ex illis tamè quas idem rescripsit ad Valentinianum Augustum, Gallâ Placidiam & Eudociam filiam Augustas, satis intelligi posse videtur. Audi verò literas perbreues à Theodosio ad Valentinianum redditas[a]:

Domino meo Valentiniano Augusto
Theodosius.

Et Romam peruenisse tuam mansuetudinem, & petitionem oblatam à sene reuerendissimo Patriarcha, in ipso principio literarum, ex tuæ maiestate significatum est. Et deus quidem incolumi in Romanam vrbem reuersione gratias competentes diuinæ maiestati reddidimus, domine sanctissime fili, & venerabilis Imperator. De his autem, quæ dixit memoratus reuerendissimus vir, indicatum est ad eundem latiùs atque plenius (sicut arbitrati sumus) & cognouit nos in nulla parte à paterna religione & maiorum traditione resiluisse. Nihil aliud volumus, quàm sacramenta patrum per nefiluisse. Nihil aliud volumus, quàm sacramenta patrum per successionem nobis tradita inuiolabiliter custodire. Propter hanc igitur causam, quoniam quosdam cognouimus sanctissimas Ecclesias nocibili nouitate turbare, Synodum decreuimus Ephesi fieri. In præsentia quippè reuerendissimorum Episcoporum cum multa libertate & integra veritate, & indigni sacerdotio amoti sunt; & qui iudicati sunt esse digni suscepti sunt. Nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei aut iniustè factum esse cognoscimus. Omnis igitur contentio sacro iudicio examinata est. Flavianus autem, qui rem inuentus est lasibilo nouitatis debitum excepit: & hoc remoto, omnis pax & omnis concordia regnat in Ecclesiis, & nihil aliud, quàm veritas viget. hactenùs ipse.

Vides ne, lector, quàm difficile sit Principes, cùm semel tuendam susceperint iniustam causam, ostendi à licèt veritate, in rectum iter flecti & reuocari, quamuis millies certissimis testificationibus arguantur erroris? Considerasne insuper, quam facilè subdoli consiliarij animum Principis licèt pium, falsis relationibus atque suasionibus in præceps agant? Ita planè hæc ex parte infelicissimi Principes deplorandi, qui & faciliùs in errorem inducantur, & difficiliùs corrigantur. Sed reliqua prosequamur. Sunt quidem eiusdem generis aliæ Theodosij literæ, quas ad Gallam Placidiam, & ad filiam Eudociam reddidit: at nõ opus singulas recitare. Quæ autem Pulcheria ad sanctum Leonem rescripserit, ignoramus: quàm tamen strenuè ac fortiter aduersus impios & impietatem egisse, dicemus anno sequenti.

Quod insuper ad Gallam Placidiam spectat: quoniam post literas (vt vidimus) hoc anno datas tum ad Theodosium Imperatorem, tum etiam ad Pulcheriam Augustam, nulla vsquam de ipsa mentio habetur, haud diutiùs creditur fuisse superstes, sed extremum clausisse diem, fœmina quidem magni consilij, & diuersis agitata casibus, in quâ potissimùm enituit Christiana religio: quod & causa numismata præ se ferunt, dum nomen Christi super dexterum gestasse brachium, vnum ex ijs, quod hic tibi reddimus, docet.

b



b *Num. aur. Laiij Pasqualini Rom.*

Deo autem Imperium acceptum tulisse, cœlitùs demissâ coronâ voluit demonstrari: & nonnisi Crucis virtute insurgentes cohibuisse tyrannos, signum Victoriæ Crucem dexterâ tenentis ostendit. Maximo quidem damno Valentinianum orbatum fuisse matre, eius posteriora in deteriora prolapsa, & in interitum tandem adducta, facilè declarârunt.

In musiuo opere super arcum maiorem basilicæ Sancti Pauli memoria est Gallæ Placidiæ istis versibus:

PLACIDIAE PIA MENS OPERIS DECVS HOC *faciebat.*
SVADET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS.

Porrò ipsam quinto Kalend. Decembris diem obijsse, sepultamque esse Rauennæ in Ecclesia sanctorum martyrum Nazarij & Celsi, adhucque extra monumentum ipsius, fidem facit, qui eruditè scripsit res Rauennates Hieronymus Rubeus. Verùm de Galla Placidia hactenus.

CLXV-II. GALLÆ PLACIDIÆ OBITVS.

Sed quid interea nefarius Dioscorus, cùm reuersus est Alexandriam? Perinde ac si ad hoc vnum natus esset, vt mortales omnes peccando superaret, & scelera perpetraret, quæ nullus perditorum hactenùs cogitâsset: colligens pauculos Episcoporum Concilium (haud enim plures, quòd facinus exhorrerent, valuit impudens suæ impudentiæ atque dedecoris habere consortes) ausus est in S. Leonem Romanum Pontificem excommunicationis sententiam iaculare. Tali glorientur Nouatores antesignano, tantoq; exultent auctore, qui primus à primario, cui subiectus erat, Anysite, & à quo ducebat originem, & potestatem acceperat, rebellans, illo afflatus spiritu, quem eructat infernus, ferre in eum sententiam anathematis ausus est. Testatur id quidem Liberatus Diaconus[c]. Sed ipsa Acta Concilij Chalcedonensis hæc his verbis habent ex Theodori libello[d]:

CLXV-III. DIOSCORI EXECRANDVM SCELVS.

c *Liberat. Diac. c. 12 d Concil. Chalced. Act. 1.*

Hic autem sanctissimus, magis autem circa omnia ferocissimus (Dioscorus scilicet) in consuetudine habens leges prauaricari, nihil arbitrans quod ab ipso in sancta & sacra memoria Flavianum commissum est, insuper ad mala maiora se vertit. Excommunicationem faciens contra sanctissimum & beatissimum Apostolicæ sedis magnæ Romæ Episcopum, suasit subscribere, qui cum ipso de Ægypto exierunt, sanctissimis Episcopis plus minùs numero decem: neq; enim plures ausi sunt exire cum ipso propter ea, quæ ab ipso in Epheso contra leges peracta sunt; aliquoties comminans, aliquoties volentes decipiens. Vnde lachrymantes atq; gementes nefandæ illæ chartæ subscripserunt. hæc ipse in libello Theodorus. Mirum dictu, longè maiorem numerum Episcoporum, qui Ephesi in Concilio hæresi Eutychianæ contra fidem Catholicam subscriberent, inuenit Dioscorus, quam cùm in Romanum Pontificem damnationis sententiam protulit: adeò enim omnes inauditum hactenùs exhorruêre facinus & sunt execrati portentum, vt licèt hæretici facti essent, & Catholicæ fidei aduersarij, veriti tamen sint maiestatem, sublimitatemque Apostolici throni. Sed audi Liberatum Diaconum[e]: *Ægyptij, Thraces, & Pa-*

c *Liber. in breu. c. 12.*

lastim Episcopi (præterquam in anathemate Leonis Papæ) *Dioscorum sequebantur, Orientales, Pontici, & Asiani partes sanctæ memoriæ Flaviani: quod scisma permansit vsq; ad obitum Theodosii Principis.* hæc Liberatus.

CLXX. ORIENTALIVM EPISCOPORVM TORTOR.

Cæterùm illiipsi, qui Dioscorum sectatifuerunt, sed multi postea autem ab eo facta detestati sunt; haud tamè tantæ erant animi constantiæ, vt licèt ad suas sedes reuersi essent, in ipsum facti pœnitentes insurgerent; sed iactu-
ram sedium timentes, mœrorem silentio deuorabãt. Proh dolor! eo statu reposita tunc erat Orientalis Ecclesia, vt non reperiretur, qui ex aduerso consurgeret, contra ne-
[a] Ezec. 13 fandam impietatem, nec qui liberè loquens, staret [a] pro muro domui Israël, quæ sua essent singulis quæritantibus, & non quæ Domini: Deplorat hæc quidem Theodoretus in epistola hoc eodem tempore ad Ioannem Episcopum Germaniciæ scripta, quâ cùm fœda, turpisque facies Orientalis Ecclesiæ exprimatur, ad rerum gestarum exactam scientiam hîc eam describere, operæpretium ducimus: sic enim se habet [b]:

[b] Theod. epist. 125.

CLXXI. STATVS MISERANDVS LAPSORVM EPISCOPORVM.

Priores literas cùm primum accepi, rescripsi: De rebus verò, quæ in illis habentur, vel præsentibus, nihil hortari licet. Vereor enim omninò de apostasia & defectione. Dum enim illi, qui lugent & dolent pro iis, qui (vt aiunt) Ephesi violenter gesta sunt, aliquâ pœnitentiâ non corrigantur; sed potiùs persistentes in iis, quæ impiè ipsi ausi sunt, & superædificant iniustitiam simul & impietatem: & quod cæteri neq; illis consulunt, vt res ab illo audaciter gestas damnent, & tamquam malas abrenuncient & vituperent; neque vitant eorum commercium, tanquam perseuerantium in iniquitatibus: quod boni licet inde sperare? Si enim laudarent, quæ gesta sunt tanquam benè & rectè se habentia, meritò persisterent in iis, quæ ab ipsis laudarentur. Dum verò lugent (vt aiunt) & necessitate & vt ea fecisse dicunt: qua igitur de causa non refutant & abrenunciant, quæ impiè & iniquè gesserunt? sed potiùs quæ præsentia sunt, licèt sint breui tempore duratura, rebus futuris proponuntur.

CLXXII.

Cur etiam apertè mentiuntur, & aiunt, nihil circa dogmata innouatum? Propter quas cædes & magicas artes ego eiectus sum? Alius quanam adulteria perpetrauit? Alius quæ sepulchra effodit? Perspicuum est etiam barbaris, quod propter dogmata me & alios eiecerunt. Dominum enim Domnum Antiochenum Episcopum, quasi capitula non receperit (Cyrilli videlicet) deposuerunt optimi illi, omni laude digna ipsa vocantes, & persistere eis illis confitentes. Ego enim eorum depositiones legi. Me verò tamquam hæresis principem damnauerunt, & alios similiter eadem de causa eiecerunt. & inferiùs: *Non igitur ludant, atq; impietatem occultent, quam linguis & manibus confirmârunt & apertè ostenderunt. Si verò hæc non ita se habent, dicant eadem causas, fateantur Saluatoris nostri naturarum distinctionem & vnionem sine confusione: dicant, quòd etiam post vnionem integra & diuinitas & humanitas permansit. Deus non irridetur, &c.* Multa enim habet de instabilitate eorum pro aura spirante sese vndiquaquæ vertentium. Sic igitur infelices: ici, perinde atq; in dogmatibus nihil esset innouatum, quod in pseudosynodo Ephesina ab omnibus recepta esset Nicæna fides, gloriabantur Catholico nomine, cùm tamen recentem Eutychetis hæresim minimè auderent condemnare. Cætera autem (vt quæque reddamus suis temporibus tempora) dicemus anno sequenti.

CLXXIII. MARINÆ GESTVS.

Hoc ipso anno sub eodem Consulatu Ptotogenis & Asterij defunctam esse Marinam Arcadij filiam, Theodosij sororem, habet Marcellinus in Chronico: verùm mendosè ibi legitur Marina vxor Theodosij, dicenda soror: Eudocia enim vxor Theodosij erat, eademq; etiam post obitum eius superstes. Porrò Marina ista laude dignissima (vt potè alumna sanctæ Pulcheriæ maioris natu sororis) in sanctæ virginitatis professione educata consenuit, atq; diem in eodem vitæ instituto clausit extremum, admirante planè orbe terrarum, quòd ipsa Regia fuerit conuersa in monasterium; de qua planè in Gallijs sanctus Euchetius scribens ad Valerianum magna cum admiratione habuit mentionem, his verbis: *Nonnulli quoque ex recentioribus exciterunt, atque hâc nostrâ tempestate Principes, qui ad agnitionem veri Regis propius accesserunt, summumq; illum Dominum dominorum summâ cordis contritione confessi sunt. Ad tantam diuinæ maiestatis reuerentiam etiam vxor* [illegible] *inducta est. hibuit.* hæc S. Eucherius alludens ad Theodosium eiusque sorores, ea scribens, cùm nondum ille in deteriora prolapsus, egregium specimen sanctitatis edebat. At iam tantorum pertæsa malorum ad feliciora festinat oratio; dimq; tristium narratione detenta, fatigataq; immensarum Ecclesiæ cladium dictione, ad tranquilliora suspirat.

IESV CHRISTI

Annus 450.

LEONIS PAP. Annus 11. THEOD. 43. IMPP. VALENT. 26.

QVINQVAGESIMVS post quadringentesimũ Domini illuxit annus, Iubilei numero consecratus, faustus & felix: quod depulsis tandem tenebris, cœlitùs missa lux obtectas caligine Orientales illustrauit oras, & Occidentales mœrore squallentes exhilarauit: Etenim moritur Theodosius Imperator, cuius fauore impietas mitũ in modum inualuerat; ac nec citra traditur malorum omnium Chrysaphius auctor, & inuentor hæresis Eutyches exulat, atque ad damnationem Dioscori iam iudicium præparatur. Vt planè Prophetica illud licuerit occinere cẽticum [c]: *Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium.* Tot igitur donis, tantisque muneribus diuinitùs impertitis circumagitur præsens annus, dicendus planè præbonorum secunditate *Annus benignitatis*; cui & aptari potest illud Dauidicum [d]: *benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate.* cùm, exulis zizanijs, valles abundarunt frumento, & induti sunt arietes ouium, lapsis nimirum Episcopis per pœnitentiam restitutis. Tam itaque felix annus aperitur Consulibus Valentiniano septimum cum Auieno collega, de quo pluribus meminit Sidonius ad Heronium [e]. Sed quo ordine cuncta hæc à Deo sint hoc anno dona concessa, iam aggredimur enarrare.

I. ANNVS IUBILEVS TATIS.

[c] Isai. 14.

[d] Psal. 64.

[e] Sidon. lib. 2. epist. 9.

II.

Magna illa pietate insignis Augusta Pulcheria virgo (cui sicut Nestorij, ita & Eutychetis damnationem acceptam fert Summus Pontifex Leo) cùm hactenùs ob domesticas, quas vidimus, simultates vitam agens pene monasticam, procul à negotijs sese in Hebdomo continuerit: mox instar Deboræ, vbi deesse vidit qui pugnarent pro ea Domini, fide armata processit, nec cessauit, quousque religionem prostratam erexit. Has quidem illi laudes tribuit sanctus Leo, qui vbi ab eadem literas accepisset, magnâ spe erectus ad ipsam hoc anno mense Martij ista rescripsit [f]:

III. LEO PAPA AD PVLCHERIAM.

[f] Leo ep. 31.

Gaudere me plurimùm & exultare in Domino pietatis tuæ scripta fecêre, quibus euidenter ostenditur, quantum Catholicam diligas fidem, & quantum hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & Euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa religionis conatur fundamenta conuellere, negans sempiternæ Patris Filium sempiternum de vtero beatæ Virginis matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percellens, qui ab Euangelica & Apostolica fide nullo deducti errore posuerunt; illudq; frustrà pratendens, quod Nicænæ Synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienum, gloriosissimæ Augustæ. Vnde quia non deserit Ecclesiam suam diuina protectio, dicente Domino [g]: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: eodem quoque opere & tempore Spiritus Dei & clementiæ vestræ solicitudinem & curam nostri cordis accendit, vt de remedijs procurandis eadem vtrique cupiremus. Quæ priùs poposci, nunc quoque instantiùs peto, maiore vtens fiducià deprecandi, posteaquàm præsidium veneranda exhortationis accepi, sperans ad futuram misericordiam Dei, vt cooperante vestrâ clementiâ, pestifera erroris possit morbus auferri: vt quicquid ipso inspirante atque auxiliante, potuerit salubriter fieri, cùm vestra fides* [illegible] *de peragatur: quoniam res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat auctoritas. Data XVI. Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto VII. & Auieno viris CC. Cons. Æra quadrin-*

[g] Mat. 28.

gentesimâ

IV. LEO HORTATVR ARCHIMANDRITAS. a Leo epist. 52.

V. THEODOSIVS AD LEONEM.

b Leo epist. 53.

VI. QVOMODO RECIPIENDVS ANATOLIVS.

VII. QVÆ LEO PAPA ANATOLIO PRÆSCRIBAT.

VIII. QVATVOR LEGATI A LATERE MISSI A S. LEONE

genteſimâ octogeſimaeſtauâ. hæc ad S. Pulcheriam Leo Papa.

Eidem quoq; die ad Archimanditas Conſtantinopolitagentes (vt fecerat priùs) literas dedit, quibus eos hortatur ſtrenuè pro fide Catholica agere, ſuo exemplo, qui indefeſſo ſtudio id ipſum per literas ſoleat vbique præſtare: & inter alia hæc ad finem diſtita peruigili cura in progenda fide Catholica[a]: *Memor enim ſum, me ſub illius nomine Eccleſiæ præſidere, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt gloriſicata confeſſio, & cuius fides omnes quidem hæreſes deſtruit, ſed max. hc impiatem præſentis erroris expugnat: & intelligo mihi aliud non licere, quàm vt omnes conatus meos ei cauſæ, in qua vniuerſalis Eccleſia ſalus infeſtatur, impendam.* hæc ipſe, qui quidem non literis tantùm aduerſus profanam hæreſim egit, ſed verbis etiam eandem crebriùs pro cõcione inſectatus eſt, in eam acerrimè ſemper inuectus, vt eius, qui extant, ſermones ſignificant.

Quid verò inter hæc Theodoſius Imperator? Et infelix ab Eutychete atque Dioſcoro deceptus, & intranſuerſum actus ratam habuit Flauiani damnationem: haud tamen eò impietatis profundi demerſus eſt, vt auctoritatem Romanæ Eccleſiæ contemnendam prorſus exiſtimaret: minimè eandem ſedium omnium caput intelligens, non priùs Anatolium à Dioſcoro in locum Flauiani ſuffectum recipiendum putauit, quàm id ipſius Romanæ ſedis Pontificis probaret aſſenſus, deq; his literas daret ad ſanctum Leonem, exploraturus eius voluntatem, & auxilium imploraturus. Non extat illa quidem Theodoſij ad Leonem epiſtola; ſed quam ad eum reddidit S. Leo, omnia iſta exactè demonſtrat. Eſt verò Leonis ad Theodoſium epiſtolæ hoc exordium[b]:

Omnibus quidem veſtræ pietatis epiſtolis, inter eas ſolicitudines, quas pro fide patimur, ſpem nobis ſecuritatis maximam præſtitiſti, Nicænum commendando Concilium: adeò vt ab illo (ſicut ſæpe iam ſcripſiſti) non patiamini ſacerdotes Domini deuiare, &c. ſubdit verò, non recepturum ſe fore Anatolij communionem, neque electionem probaturum, niſi priùs conſtaret de eius fide Catholica: Quâ in his, quæ ad Verbi incarnationis rectam doctrinam pertinent, explorata, probeque cognitâ tum ex ſancti Cyrilli de Incarnatione Verbi ſcriptis voluminibus, tum ex epiſtola à ſe ſcripta ad Flauianum, examinatâ, cognitâ, probatâ, publicaque ſubſcriptione munitâ, & clero ac populo declaratâ; tunc fore, vt bono pacis in Apoſtolicæ ſedis communionem recipiatur, & ſedere ſinatur. Quid inſuper præter hæc ab eo impendendum exigat, idem S. Leo in eadem ad Theodoſium epiſtola declarat his verbis:

Quia verò & nos beati Patres noſtri, quorum doctrinam veneramur & ſequimur, in vnius fidei concordia ſumus, ſicut prouinciarum omnium proteſtantur Antiſtites: agat clementia veſtra deuotiſſima fides, vt quamprimùm ad nos Conſtantinopolitani Epiſcopi, qualia debent, probata & Catholici ſacerdotis ſcripta perueniant, apertè ſelices & dilucidè proteſtantia, quòd ſi quis de incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat, aut aſſerat, quàm Catholicorum omnium & mea profeſſio proteſtatur, hunc à ſua communione ſecernat: vt ei fraternam in Chriſto charitatem meritò poſſimus impendere. hæc ſanctus Leo ab Anatolio exigit, quibus planè in Dioſcorum, Eutychetem, & omnes eius ſectarios connexum eſſe voluit anathema. At quoniam non vnius Anatolij tantummodò exploranda fides erat; ſed quòd plurima eſſet lapſorum multitudo, ab eodem Pontifice aperta iam via omnibus lapſis Epiſcopis ab errore reſipiſcendi, & ad fidem Catholicam reuertendi; viſum eſt eidem ſancto Leoni Romano Pontifici Petri agenti perſonam, cui à Domino iuſſum eſt confirmare fratres, Legatos à Latere mittere Conſtantinopolim, qui lapſos redire volentes ad Eccleſiam, à qua; impiè cogente Dioſcoro, vel fallente Eutychete, turpiter deciſſent, probarent: de qua quidem legatione hæc idem habet in eadem epiſtola ad Theodoſium:

Vt autem ſalubribus curis velocior, plenioráque, auxiliante Domino, per veſtræ clementiæ fidem præſtetur effectus; ad pietatem veſtram fratres & Coëpiſcopos meos Abundium & Aſterium, ſed & Baſilium & Senatorem presbyteros, quorum mihi deuotio eſt probata, direxi: per quos, quæ noſtræ formam ſit fidei, manifeſtatis inſtructionibus, quas miſimus, poſitis dignanter agnoſcere. Vt ſi Conſtantinopolitanus Antiſtes in eandem confeſſionem toto corde conſenſerit ſecuri (vt dignum eſt) de Eccleſiæ pace latemur, ne que aliquid reſidere videamur ambiguum, vt de ſuperſtuis ſuſpitionibus laboremus. Sin verò aliqui à puritate noſtræ fidei atque Patrum auctoritate diſſentiunt: Concilium vniuerſale intra Italiam (ſicut Synodus, qua ob hanc cauſam Romæ conuenerat, mecum petit) clementia veſtra concedat: vt in vnum conuenientibus omnibus his, qui aut ignorantiâ aut timore prolapſi ſunt, correctionis remedijs conſulatur: nec cuiquam vltra ſit liberum, ita Nicænæ fidei facere mentionem, vt eius fides videatur eſſe contraria. hæc idcirco S. Leo, quod (vt dictum eſt) ſub profeſſionis Nicænæ prætextu, quam probaſſent Eutychiani in pſeudoconcilio Epheſino, hæreſis, quæ damnanda erat, occultaretur: vt inter alios ipſe Theodoſius ſibi de fide Catholica blandiretur, qui eo prætextu Concilium illud abominandum probaret, quod fidei Nicænæ in eo fuiſſet profeſſio conclamata. Hæc quidem Leo ad Theodoſium decimoſeptimo Kalendas Auguſtas.

Vetus iſta fuit Rothanæ ſedis conſuetudo, vt collapſæ Orientali Eccleſiæ, qui eam erigerent, Roma legatos mitteret: ita namque factum eſſe poſt Conſtantij obitum, quæ dicta ſunt ſuperius ex Gregorio Nazianzeno atq; Baſilio, ſatis docent: idipſum ab eadem præſtitum ſub Valente, plures ipſius S. Baſilij epiſtolæ clamant. Id denique moderatur more maiorum ab ipſo Leone Pontifice, qui ſequenti die eodem argumento ad Archimanditas literas dedit, quibus declarat ſe legatos mittere non vnius tantùm Anatolij reſtitutionis cauſâ, ſed lapſorum omnium, nempe vt per eos probarentur, qui lapſi in errorem vellent recipi in Eccleſiam.

IX. ROMANA ECCLESIA ORIENTALI SVBVENIRE SOLITA. c Leo epiſt. 54.

Diebus verò tribus inter lapſis, ipſo decimotertio Kalendas Auguſtas idem ſanctus Leo ad Pulcheriam Auguſtam ea quoque de cauſa literas dedit: qui & legatos commendans, laudat magnoperè eius in reſtituenda Eccleſiæ pace ſtudium, adeò vt ei tribuat totum quod ageretur in Eccleſia Catholica depreſſa nimium ſubleuanda: ipſo enim epiſtolæ exordio hæc præfatur: *Gaudeo fidei clementiæ veſtræ, quòd religioſum ſtudium dignanter impenditis, vt pax Eccleſiaſtica reuocetur, quæ quorundam diſſenſionibus videbatur eſſe turbata. Debetur enim hoc veſtræ ſpecialiter gloriæ, vt ablatis omnibus ſcandalis, quæ contra Catholicam fidem inimicus excogitauerat, vna eademq; ſit per totum mundum confeſſio veritatis.* hæc ſanctus Leo de ſancta Pulcheria: cuius conſilio donec Theodoſius ſeipſum & imperium moderatus eſt, nihil felicius ipſi potuit accidere & glorioſius: adeò vt licèt olim puerulus, magno tamen ipſiendo ore refulſerit: tã ſumma pace atq; concordia omnibus benè diſpoſitis, felicſſimè illi cuncta ceſſerint, perſtiterèq; maioresq; ſunt augmento propagata, quòd eiuſdem arbitrio, quæ diuini Spiritus inſtinctu in omnibus regebatur, cuncta omninò commiſerit.

X. de Leo epiſt. 71. PVLCHERIA RECONCILIATRIX PACIS ECCLESIÆ.

Certè quidem in ipſius Imperij regimine eximio ſemper refulgens religionis exemplo Theodoſius exinſtitutione Pulcheriæ, & vitæ moribus integerrimis pollens, ſuperiores omnes Chriſtianos Principes videri poterat ſuperaſſe: cùm verò vxoris & eunuchorum conſilijs ſeſe ab eadẽ ſancta Pulcheria ablegauit, quaſi optimi regiminis ruptis habenis, in præceps actus, deteriora cæteris Principibus per petranit: cum fauens priuatis affectibus, ſummum Catholicæ fidei intulit detrimentum, & imbenſâ clade Eccleſiam Orientalem affecit: cuius rei gratiâ in ſe ipſum primo è patientis Dei manu diræ vltionis fulmen extorſit. Vt planè ad eius exẽplum, illud ſit ſæpè Dauidicũ repetẽdum: *Et nunc Reges intelligite, & eruditimini qui iudicatis terram: ſeruite Domino in timore.* etenim nõ horro laceſſitur, ſed ipſe Deus vltionum, qui affert ſpiritum Principum, & qui eſt terribilis ſuper oẽs Reges terræ. Cæterum quod miſerationes Domini ſuper omnia opera eius, non ſtatim in Theodoſium iræ ſuæ ſagittas emiſit, in quibus patuit vaſa mortis, ne ſimul cum corpore & anima æternæ ſalutis diſpendium pateretur; ſed pœnitẽtiæ tempus indulſit, illuxitq; fulgore gratiæ ſuæ, vt ſanctæ ſororis conſilijs acquieſceret, & remedia ab illa miniſtrata perciperet.

XI. THEODOSII VARIA CONDITIO.

XII. DE POENITENTIA THEODOSII IMPERATORIS.

Feruntur quidem multa & admiratione digna in expiationem admissi sceleris hoc anno ab ipso Theodosio præstita, quæ Nicephorus ita describit[a]: *Deinde verò Theodosius, vbi re secum perpensâ, se Chrysaphij astutiâ deceptum esse comperit: per quàm grauiter & impiè atem in Flauianum perpetratam, & aliis Episcopis nefariè illatam contumeliam & condemnationem tulit. Et cùm doloris suo mederi non posset, in Chrysaphium legitimum iustumq; effudit furorem. Itaque illum primùm dignitate, mox etiam substantiâ omni spoliatum, in insulam quandam relegauit. Cuius iudicium quòd cœlestis quoq; calculum comprobaret, in mari nauigantem assecutus est.* hæc ipse, in mare mersum significans. Sed diuersè Marcellinus in Chronico, vbi sub huius anni Consulibus ita habet de Chrysaphio auctore malorum omnium: *Chrysaphius eunuchus, Pulcheria Theodosij sororis nutu, suâ cum auaritiâ interemptus est.* sed quomodo eius nutu, audi Cedrenum: *Pulcheria autem iniustissimum istum eunuchum Chrysaphium Iordani tradidit Ioannis filio, quem ille dolo necauerat: atque Iordanes vicem rependit.* hæc ipse. Ita planè qui inimicitias exercuit cum Flauiano, & in eis tum Theodosium, tum Eudociam Augustam implicuit, atque illi nocendi causâ hæresiarcham in eum excitauit, & Dioscorum ad omne scelus impulit, meritas pœnas exoluit. Sed pergit Nicephorus dicere de pœnitentia Theodosij Imperatoris:

a *Niceph. li. 14. c. 49*

DE VINDICTA IN CHRYSAPHIVM.

XIII. EVDOCIA OBIVRGATVR A THEODOSIO.

Postea quoque coniugem Eudociam per acrem obiurgationem male admodum accepit: quippe quæ malorum inualescentium causa fuisset: Ad hæc iniuriam quoque germanæ suæ Pulcheriæ, quæ eius causâ Imperiali aulâ recta esset, factam adiecit; atque insuper illam de Paulino suspicionem & contentionis ouem[b], vehementer eam perstringens, in medium protulit. Illa consilij dubia, cùm in magnum esset coniecta metum, vt sibi Hierosolymam petere liceret, petijt: ad quam profectionem se, voto nuncupato, Deo obligauerat, si matrimonium collocatam filiam vidisset. Imperator consessum in Septimum iam misit: sororem Pulcheriam septimum iam ibi annum agentem reuocauit, quæ magno cum apparatu & comitatu in aulam rediit. Ephesum certis hominibus missis, sacrum Flauiani corpus inde in vrbem imperantem transtulit; atque id per mediam ciuitatem cum obseruantia & pompa celebri illatum, intra adyta sanctorum discipulorum Christi templi splendidè & religiosè reposuit.

b *Vide de hac ouc Nicepb. li. 14. cap. 23*

XIV.

At nec in his quidem fides vera Nicephori: etenim id peractum esse ab eius successore Marciano Augusto, ex epistola S. Pulcheriæ[c] ad S. Leonem Papam habetur ex presssum, vt dubitationi nullus sit penitùs locus. neque Ephesi mortuus est Flauianus, vt inde transferendum peteretur corpus ipsius. Sed in eo manifesti erroris redarguendus est Nicephorus, dum ait septem annos Pulcheriam in Septimo vitam priuatam duxisse, cùm eius ibi mansionis vix annos quatuor numerari contingat, & cùm eò profecta sit non ante quam post obitum Procli in eius locum Flauianus est subrogatus Constantinopolitanus Episcopus. Potrò sedisse Proclum vsque ad annum quadringentesimum quadragesimum sextum, quo sacratissimus ille euenit terræmotus, quod omnium testificatione probatur, dubitari, & in controuersiam adduci non potest. Pergit verò Nicephorus: *Postea Iudæorum synagogâ in fabrorum foro in templi formam redactâ pulchritudine simul & amplitudine exornatâ, insignem Dei Genitrici ædem sacram construxit: vbi minoribus aliis adiectis adificijs, venerandam & sacram Dei Matris in ipso sanctioris mensæ tumulo zonam reposuit; & ex eo tempore ea Dei Genitricis ades Sacri tumuli nomen est consecuta.* hactenùs ibi Nicephorus, qui & inferiùs hæc de Theodosij morte addit[d]:

c *Extat to. 1. Conc. ante Conc. Chalced.*

d *Nicepb. lib. 14. c. 58*

XV. CAVSA OBITVS THEODOSII.

Ercùm obitus eius appropinquaret, Ephesum venit, sanctum Ioannem illum virginem & Euangelistam honoraturus: templumq; illius ingressus, orationi sese dedidit: in qua etiam, quis ei in Imperio Romano successurus esset, edoceri se à Deo petijt. Quod vbi per visionem ei Deus ostendit, Constantinopolim rediit. Nec ita multò post, exercitu ex bello aduersus Attilam gesto reuerso, vrbe egressus est, vt equitatione & venatione se recrearet. Atque inter equitandum equo delapsus, spinæ vertebram luxauit. Quapropter lectica in vrbem relatus est. Atque vbi se moriturum esse sensit, cùm Pulcheria sorore, secreto ad se euocata, de Marciano Tribunitio locutus est, Deo gratum placitumq; esse dicens, vt ille post se Romano administraret ditionem. Et ille quidem cùm hæc dixisset, mortuus est. hucusque auctor: licèt Zonaras diuersam tradat de eius obitu esse aliorum sententiam, quòd alij dicant morbo petijsse, alij lapsum ab equo: cui sententiæ Cedrinus visus est assentire, sicut alijs de peregrinatione Ephesum facta, & prædictione successoris Imperatoris. Theodorus Lector in Collectaneis agens de obitu Theodosij, nonam affert causam his verbis: *Theodosius Iunior ad venationem egressus, & in fluuium Alôim abreptus, sequenti nocte mortuus est, & in sepulchro Arcadij patris ipsius sepultus. Et Eudocia Imperatrix Hierosolymam profecta, non est amplius reuersa.* hæc Theodorus.

XVI.

Quod autem ad rationem temporis spectat, contigit Theodosij obitus quarto Kalend. Augusti, anno eius Imperij ab exitu parentis Arcadij quadragesimotertio per tres menses inchoato, ætatis suæ vndequinquagesimo. Qui quidem attemperatam misericordiâ Dei vindictam expertus est, quòd datum illi sit ante obitum admissum facinus intelligere, remedia quærere, in auctorem vlcisci, Romano Pontifici obedire, eidemque communicare; vt datæ mutuo literæ docent. Tanta hæc, haud dubium, precibus sanctæ sororis obtinuit, ne præsentis optimæ sanctæ vitæ bona operis interirent. Sed & misericordiæ quoque diuinæ fuit, vt immanis perpetrati sceleris in hac vita potiùs daret pœnas, quàm in futura; cùm non indicet Deus bis in idipsum: nam sic, ex sententia Apostoli[e], electi corripiuntur in hoc mundo à Deo, vt non cum hoc mundo damnentur.

e 1. Cor. 11

XVII. MARCIANVS IMPERATOR.

Defuncto autem Theodosio Imperatore, voluntate sanctæ Pulcheriæ, ex Senatusconsulto delatum est Imperium Marciano. Quod enim nullum exemplum præcesserat, vt Augusta sola habenas moderaretur Imperij, & ipsa Deo (vt dictum est) virginitatem vouisset, iamque ætate grandiore esset, vtpotè quæ ageret annos quinquaginta & vnum, nata sub Consulatu Theodori & Eutropij: salubre illud consilium inijt, vt coniugij titulo virum eueheret in Imperium ætate maturum, consilio grauem, continentiâ probatum, atque militari virtute vbique spectatum: ficque optimo Imperij regimine opportunè consuleret, vt tamen deuotæ Deo virginitatis integritati esset omninò prospectum: haud immemor, facti huius dignissimum in diuinis Scripturis exemplum haberi literis commendatum, cùm sanctissima virgo Deipara ita fuit matrimonij legibus iuncta coniugi, vt nunquam desierit esse virgo. Hoc igitur tam nobile exemplum facere edocuit, quod necessitas exigit temporis, & virtus hominis persuasit. Quisnam autem iste fuerit Marcianus, audiamus Euagrium[f]:

f *Euagr. l. 2. c.*

XVIII. PRIMORDIA MARCIANI.

Thrax (inquit) erat genere, filius viri rem exercentis militaris: qui propterea quod studio paternæ vitæ æmulandæ duceretur, ad Philippopolim recta se contulit, inque ea ciuitate adscriptus est in militum numerum. Fortè fortunâ ei illuc proficiscenti, inter viam corpus recens occisum, humi, proiectum vsum est. Cui astans (erat enim cùm in alijs vitæ officijs facilè præstantissimus, tum propensissimus ad misericordiam) factum admodum miseratus est; vt diu ibi propterea commoratus, quod fratri iusta soluere cupiebat. Verùm vbi quidam ista viderunt, rem deferunt ad magistratum Philippopolis. Illi prehendunt Marcianum, quæstionem de cæde facta in eum exercent: ac cùm coniecturæ ac signa plura tribuerentur, quàm aut veritati, aut verbis Marciani cædem pernegantis: cumq; iam Marciano pœnas homicidæ esset persoluturus: ex improuiso, diuinâ largiente gratiâ, deprehensus est ille ipse, qui eadem fecisset. quo præ facinore capite mulctato, Marcianus capitis periculo liberatur.

XIX. MILITIA DANS NOMEN SVB IMPERATORE AVGVSTO.

Quocirca mirandum in modum ereptus discrimine, ad quandam militum turbam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & præpotentem fore certò coniecturis augurati, libentissimè eum admittunt, inque suum Album referunt; neque ponunt infimo in loco, sicut lex postulabat militem; sed ad quendam honoris gradum, quem vir nuper mortuus, cui nomen erat Augustus, obtinuerat, Marcianum, qui item Augustus appellabatur, efferunt, inque Album scribunt, sicut nomi, quo donantur Imperatores nostri vnà cum purpurâ (vocantur enim Augusti priusquam potiretur Imperio, obtinuit. subditde

prodigio,

prodigio, quod in Africa contigit sub Genserico, de quo nos suo loco superiùs egimus. Vitam verò ipsius à Patrisco huius temporis præclaro Rhetore literis commendatam fuisse, idem Evagrius tradit: non exstat illa quidem. At nos ea recensere contenti erimus, quæ ad Ecclesiasticam tractationem spectare videntur: atque illud inprimis, quòd simul ac in Imperium elatus est, nihil antiquiùs habuit, quàm hæreticos recens obortos editâ sanctione vexare. Ipsis igitur Kalendis Augustis, biduo, siue triduo ab eius electione, eiusmodi per Palladium Præfectum Prætorio promulgauit edictum [a]:

a Vide C. de apostat. XX. QVID MARCIANVS IMP. ADVERSVS EVTYCHIANOS

Eos, qui Catholicarum Ecclesiarum clerici, vel Orthodoxæ fidei monachi, relicto vero Orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris vel Eutychetis hæresim & dogmata abominanda secuti fuerint: omnibus pœnis, quæ superioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, inhærere teneri, & extra ipsum solum Romani Imperij repelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt. Datum Kal. Aug. Valentiniano VII & Auiêno Conss. Rursum verò eodem sui Imperij exordio idem Marcianus ad præcipuum Ecclesiæ vilibile caput conuertens oculos, eius nutu cuncta agere statuens animo, ad S. Leonem Romanum Pontificem has literas dedit [b]:

b Acta Concil. Chalc. to. 1 Conc.

XXI. MARCIANVS AD LEONEM PONT.

Ad hoc maximum Imperium venimus Dei prouidentiâ, & electione Senatûs excellentissimi, cunctaque militiæ. Vnde pro reuerenda & Catholica religione Christiana fidei, cuius auxilijs virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris literis in principio instum credimus alloquendam; inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate, statuque nostri Imperij æternam Diuinitatem tua sanctitas deprecetur, vt & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni scelere pura & incontaminata consistens. Actum Constantinopoli, Consulatu Valentiniani perpetui Aug. hactenùs epistola.

XXII. Inter hæc autem legati, quos ad Theodosium Augustum ipse Romanus Pontifex Leo direxerat, Constantinopolim peruenerunt, Marciano que nouo Augusto literas reddidêre, quæ ad Theodosium scriptæ fuerant. Quibus Marcianus acceptis, susceptisque legatis honorificentissimè, perbreues has ad eumdem S. Leonem literas secundò scripsit [c], quibus de cogenda œcumenica Synodo, tractare cœpit; probè scitens, nonnisi eiusdem primariæ sedis Antistitis auctoritate solere Synodos œcumenicas legitimè conuocari:

c Ibid. to. 1. Concil.

XXIII. *Leoni reuerendissimo Episcopo Ecclesiæ glorioßissimæ vrbis Romæ Marcianus:*

De studio & ordinatione [*] *nostra sanctitas tua non dubitet, quoniam veram Christianorum religionem & Apostolicam firmam fidem volumus permanere, & ab omni populo prorsùs mente seruari. Denique solicitudinem nostræ potentiæ in recta religione, & propitiatione Saluatoris nostri consistere, non ambigimus. Quapropter reuerendissimos viros, quos ad nostram pietatem sanctitas tua direxit, libenter (sicut decebat) & animo grato suscepimus. Superest, vt si placuerit tuæ beatitudini in has partes aduenire, & Synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur: nostrum vtiq; desiderium vestra sanctitas satisfaciet, & sacræ religioni quæ sunt vtilia decernet. Si verò hoc onerosum est, vt tu ad has partes aduenias: hoc ipsum proprijs literis tua sanctitas manifestet, quatenus & in omnem Orientem, & in ipsam Thraciam & Illyricum nostra littera dirigantur, vt ad quemdam destinatum locum, vbi vobis placuerit, omnes sanctissimi Episcopi debeant conuenire; & quæ Christiana religioni & Catholicæ fidei prosint, sicut sanctitas tua secundum Ecclesiasticas regulas desinteressit, sua dispositione declarent.* hæc ad Leonem Papam Marcianus Augustus, egregium in omnibus Catholici Principis specimen edens.

* oratione POST SVSCEPTOS LEGATOS LITERÆ MARCIANI.

His datis literis, idem Marcianus totus est, vt componat Ecclesiam dissipatam, atque per pretâ facta destruat, & fidem Catholicam procul catam postliminio sanctæ Ecclesiæ restituat. Atque primùm omnium, ex sancti Leonis Papæ literarum præscripto, per legatos missos Anatolij Constantinopolitani fidem Catholicam explorat; quæ quidem eius publicâ professione (vt exigebat S. Leo) Catholica, in omnibus consentiens sancti Leonis Papæ scriptis inuenta est. Quo etiam tempore idem Imperator Marcianus iussit exulantes ex Conciliabulo Ephesino confessores Episcopos ad propria reuocandos, tam in futuro Concilio suas sedes, è quibus eiecti fuerant, recepturos. Sed & illud pergratũ Catholicis omnibus munus Dei obtulit, vt sicut iusserat quoscumque exules solui debere, ita etiam dederit in mandatis, vt sanctissimus Flauianus quantumlibet iam virâ functus, ad suam tamen Ecclesiam summâ gloriâ remearet: quamobrem factum est, vt ex loco exilij, vbi sacræ reliquiæ sepultæ iacebant ingloriæ, transferretur solenni pompâ Constantinopolim, perinde ac si ad triumphum de expugnata suâ nec perfidia, & subiugata impietate inclytus martyr regiam inferretur in vrbem. Hæc autem adeò optata atque iucunda voluit sancta Pulcheria Augusta S. Leoni Romano Pontifici, his datis ad eum literis, nota fieri [d]:

d Tom. 1. Conc. ante Concil. Chalced.

Leoni reuerendissimo Episcopo Ecclesiæ gloriosæ ciuitatis Romæ Pulcheria Augusta.

XXV. PVLCHERIA AD S. LEONEM.

Literas tuæ beatitudinis cum omni decenti omnium Episcoporum veneratione suscepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognouimus, qualu debet cum sanctitate sacro præbere templo. Ego verò, similiter ac meus dominus tranquillissimus Imperator meus coniux, in eadem semper mansimus & manemus, omnem prauitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosa Constantinopolis Episcopus Anatolius in eadem fide permansit atque religione, & tuarum literarum Apostolicam confessionem complectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est. sicut ex eius quoq; literis clarius tua sanctitas agnoscere poterit; & epistola similiter Catholicæ fidei, quam ad sanctæ memoriæ Flauianum Episcopum tua beatitudo direxit sine aliqua dilatione subscripsit.

XXVI. *Et propterea tua reuerentia, quocumque modo prosperit, significare dignetur: vt omnes etiam totius Orientis Episcopi Thraciæ atque Illyrici (sicut etiam nostro domino piissimo Imperatori meo conuenit placuit) in vnam ciuitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant conuenire: & illic sancto Concilio & de Catholica confessione, & de his Episcopis, qui antè hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te auctore decernant. Super hac autem sciat tua sanctitas, quoniam per cepto nostri domini & tranquillissimi Princ. ipsi meæ coniugis, in gloriosam ciuitatem Constantinopolim sanctæ memoriæ Episcopi Flauiani corpus allatum est; & in basilica Apostolorum, in qua consuluerunt prædecessores Episcopi sepeliri, competenter est positum. Et omnes* [*] *similiter Episcopos qui propter eandem causam, quoniam cum sanctissimo Flauiano ad concordiam fidei Catholicæ conuenerant, exilio deportati sunt, reuerti debere, robore pragmatici sui præcepit, quatenus per approbationem Synodi, atque sententiam omnium Episcoporum conuenientium, Episcopatum & Ecclesiæ propriæ recipere dignentur.* hactenùs ad sanctum Leonem sancta Pulcheria.

* hos

Vides igitur ex his in primis, lector, pristinum morem œcumenici cogendi Concilij, vt id in consultò & absque auctoritate Romani Pontificis minimè fieret, sed eius arbitrio Imperatores cuncta decernerent: vt ex his tũ Marciani Imper. tum Pulcheriæ literis, quid ab alijs Catholicis Imperatoribus, quorum non extant literæ, præstitum sit in hoc ipso munere impertito, valeas intelligere; & per literas ipsorum Augustorum, quæ extant, alias percipere possis, quæ desiderantur. Quomodò verò etiam pragmatica sanctione honestare voluit Imperator memoriam S. martyris Flauiani, suo loco dicemus. XXVII.

Quoniam autem cuncta hæc gesta sint ordine, vt intelligamus, illud in primis sciendum est, Apostolicæ sedis legatos, simul ac Constantinopolim peruenerunt, fara gentes ex iussione S. Leonis Papæ restituere lapsos Episcopos Ecclesiæ Catholicæ communioni, ex vicinis locis Episcopos Catholicos conuocati iussisse, haberique Synodum Constantinopoli, in qua primùm omnium Anatolius Constantinopolitanus Episcopus fidei Catholicæ professionem offerret, ac deinde alij, & qui absentes essent, per suos mitterent, vt ab eisdem legatis examinaretur, quæ qualisve cuiusque fidei confessio esset. Sed & ex hac item synodo per legatos Apostolicæ sedis missâ esse ad singulos XXVIII. CONCIL. CONSTANTINOP. CONTRA LEGATOS.

ANATOLII FIDES REPROBATA, EIVSQVE RELAXATI, ET

Metropolitanos Oriētis epistolam S. Leonis olim datam ad Flauianum, cui omnes scriberent, fidem faciunt, quæ habentur post Actionem quartam Concilij Chalcedonensis in causa Photij & Eustathij in Græcis codicibus. Sed describamus hic, quod extat eiusdem Synodi Actorum fragmentum acceptum ex rebus gestis S. Abundij Comensis Episcopi, qui fuit vnus ex quatuor legatis à S. Leone missis: sic enim se habet:

XXIX. EPISCOPI SVBSCRIPSERVNT CATHOLICÆ FIDEI.

Anatolius Episcopus Constantinopolitanus Nouæ Romæ accepta epistola S. Leonis Papæ de confirmatione Catholicæ fidei contra vesaniam hæreticorum, congregauit Concilium omnium Episcoporum, Archimandritarum, presbyterorum, & diaconorum: & ante conspectum omnium recitata est epistola sancti Leonis Papæ, quam beatus Abundius coram omnibus præsentauit. Concordantibus testimonijs Romanorum Patrum ac Græcorum, Anatolius Episcopus Constantinopolitanus huic epistolæ sancti Leonis Papæ continenti Catholicæ fidei veritatem, concordi vtriusque testimonij Patrum ab eadem Apostolica sede decretorum, plenâ deuotione consensit & subscripsit, anathema dicens Eutycheti & Nestorio, & ipsorum dogmaticum sectatoribus eorum. Idipsum fecêre omnes, qui aderant Episcopi, presbyteri, Archimandritæ, atque diaconi.

XXX.

*Mox sanctus Abundius, Asterius Episcopus, Basilius & Senator presbyteri dixerunt: Omnipotenti Deo gratias: quoniam reuerendorum Episcoporum, presbyterorum, Archimandritarum, diaconorum, ac totius cleri professiones cognouimus, fidem rectam & à Patribus traditam profitetur, sicut eorundem subscriptio Gestis præsentibus inserta declarat. Ideo nos quoque, qui à omnes hoc exigere & expectare compertimus, secundum assertionem * venerabilis viri Eusebij Episcopi Doriłæ: & sententiam sanctæ memoriæ Flauiani Episcopi, vel assensum Papæ Leonis, qui ad insinuandam concti fidem Catholicam nos Româ misit: anathema dicimus Eutycheti, vel omnibus, qui eius perfidiam sequuntur, & dicunt in Christo Domino ante incarnationem duas fuisse naturas, post incarnationem vnam tantùm naturam: cùm Catholica fides & ante incarnationem vnam tantùm Verbi fuisse, & post incarnationem duas, id est, Verbi & perfecti hominis fateatur in vna persona, inconfusâ proprietate sui manente naturæ. Nestorio etiam, qui vesanum (vt legitur) dudum dogma disseruit, dicendo Dominum Iesum Christum ex Maria Virgine hominem tantùm non etiam Deũ natum: sed & sectatoribus eius in huiusmodi peruersitate duratibus anathema dicimus. Propter quod conuenit, ad confirmationẽ subscriptionis sanctam, quæ præsens est, fraternitatem, ipsam, vel omnibus, qui eorum doctrinam sequuntur, anathema simul dicere.* hæc ibi ex Actis Constantinopolitani Concilij coram legatis habiti.

* accusationem. DICTVM ANATHEMA EVTYCHETI ET NESTORIO.

XXXI.

Cæterùm haud integra esse noscuntur, cùm præter hæc alia etiam in eadem Synodo statuta esse legantur, quæ ibi desiderantur: nimirum vt Episcopis lapsis in Conuentu latrocinico Ephesino, qui communionem Apostolicæ sedis optarent, communicatio eâ tantummodò concederetur Ecclesiæ, Catholica autem communio nondum eisdem impartiretur. Hæc quidem in hac Synodo acta esse, S. Leonis Papæ epistola ad Anatolium, de qua agemus anno sequenti, demonstrat: quâ pariter declaratur, à legatis Apostolicæ sedis fuisse curatum esse, ne in sacris nominarẽtur nomina Dioscori Episcopi Alexandrini, Iuuenalis Hierosolymitani, & Eustathij Episcopi Berytij, quòd impœnitentes essent antesignani schismaticorum. Quod autem ad literas ab Episcopis absentibus ad eosdem Apostolicæ sedis legatos scriptas spectat: in ijsdem rebus gestis S. Abundij Comensis Episcopi extat epistola Theodoreti Cyri Episcopi, quam dedit ad ipsum Apostolicæ sedis legatum Abundium, istis verbis conscripta:

XXXII. THEODORETI EPISTOLA AD ABVNDIVM LEGATVM APOSTOLICÆ SEDIS.

Domino verè amabili atque sanctissimo fratri Abundio Theodoretus in Domino S.

Comperi, quòd vestra religio veram & Apostolicam fidem piâ mente conseruet: & gratias ego Deo omnipotenti, quòd religio, quæ periclitabatur, renouata est per sanctitatem vestram, & venit in lucem. Et sicut dudum in diluuio factum est, & ad semen generis humani Noë & filij eius relicti sint: ita in præsenti Occidentales Patres sunt reseruati, vt ex ijs etiam Orientales sacro sanctæ Ecclesiæ veram custodiant religionem, quam vastare iam & deuorare impiæ illa lues & noua hæresis tentabat. Et opportunè dictum est vox illa Prophetica [a]: Nisi Dominus Sabaoth semen nobis reliquisset, similes facti essemus, quomodo Sodoma & Gomorrha. Adeo nobis quasi aliquod diluuium & bellum exortum est ira Dei ex impia hæresi.

[a] Isa. 1.

Nunc verò Saluatoris nostri in corpore humano præsentiam, & vnum Filium Dei, & perfectam eius Deitatem, & perfectam humanitatem confitemur: & non in duos Filios vnum Dominum nostrum Iesum Christum diuidimus, est enim vnicus; sed differentiam Dei & hominis cognoscimus; & scimus quod alterum ex Patre est, alterum ex semine Dauid & Abraham iuxtà diuinas Scripturas: quodq; diuina quidem natura sine passione est: corpus autem ante quidem erat in passione, nunc verò & ipsum alienum est à passione: nam postquam surrexit, ab omni passione constat esse liberatum. Hæc ex literis sanctissimi ac religiosissimi Archiepiscopi domini nostri Leonis didicimus. Legimus enim, quæ ad sanctæ & beatæ memoriæ Flauianum scripsit: & gratias ejus Domino nostro humanissimo Deo, quòd aduersatum & propugnatorem veritatis inuenimus. His & ego literis consensi: & huic epistolæ meæ exemplum earum copulauis, cui etiam subscripsi: & ex hoc probaui, quòd regulas Apostolicas, hoc est, vera dogmata sequor, budusq; in his permaneo, & ideo bellum patior: Item dominus meus Ibas, & dominus meus Aquilinus, contra quos Imperatorum potestatem inuentores nouæ hæresis armauerunt.

XXXIII. THEODORETI FIDEI CONFESSIO.

Superest, vt nos cum sanctissimis viris auxilium sacro sanctæ Ecclesiæ ferentis, auferatis ij impia bella, quæ impendebant. Prohibete itaque sacrilegam sectam, quæ contra pietatem commota est; & pristinam Ecclesijs reddite pacem: vt fructus laborum Apostolicorum accipiatis à Domino, qui eosdem fructus redditurum se repromisit. Omnes religiosissimos & Dei amantissimos presbyteros & reuerendos diaconos & fratres per vestram sanctitatem saluto: & nos, & omnes, qui nobiscum sunt, salutamus religionem vestram.

THEODORETVS IBAS, ET AQVILIN. EPISC. SVBSCRIPSERVNT EPISTOLÆ S. LEONIS

XXXIV

hactenùs Theodoreti ad Abundium Comensem Episcopum literæ, quibus (vt dictum est) adiecit exemplar sancti Leonis epistolæ de fide Catholica, cui cùm ipse Theodoretus, tum Ibas Episcopus Edessæ, tum Aquilinus [b] Biblicn Palæstina Antistes subscripsêre, quò se verè Catholicos esse, Apostolicæ sedis legatis significarent: Etenim etsi vt hostes Eutychianæ sectæ passi exilium sunt damnati in conuenticulo Ephesino; quoniam tamen Ibas & Theodoretus Nestorio aliquando fauissent, malè audiebant apud nonnullos Orthodoxorum: cuius rei causâ sæpè iacpiùs ipse (vt vidimus) Theodoretus literis ad diuersos datis conqueſtus est se calumnijs iugiter exagitari.

[b] Euagr. lib. 2. c. 10.

Constat autem, pro Theodoreto stetisse, fauisseque eius causæ Vincomalum Magistrum Officiorum: hic tile, qui vnà cum alijs clarissimis viris præfuit postea Iudex cognitor Concilio Chalcedonenti, quique ob egregias animi virtutes post annos duos vnà cum Opilione viro clarissimo ab eodem Marciano Imperatore Consul ordinarius creatus est. Cùm igitur Theodoretus accepisset, quod sibi ab eodem Vincomalo exhibitum fuisset officium (accepit enim de his ab eo epistolam) ad eundem literas reddidit, & quidem hoc ipso tempore, cùm restituta pace, nondum indictum esset Chalcedonense Concilium, sed de futura indictione facienda creber esset vulgatus sermo, quippe quòd Orientalis Ecclesiæ pacificus status id exigere videretur. Sed audi eiusdem Theodoreti redditam ad Vincomalum epistolam, quâ de rebus suis exactam habet historiam, ex eodem Vaticano codice depromptam [c]:

XXXV. VINCOMALVS PRO THEODORETO AGIT.

[c] Theod. epist. 141.

Vincomalo Magistro Officiorum Theodoretus Episcopus Cyri.

Valdè sum miratus, quòd cùm omninò ignoret tua magnificentia res nostras, & tantum eam, quæ contra me gesta est iniquitas, cùm didicerit, me consolari dignata est, ac omne adhibuit studium & diligentiam, vt ea, quæ contra nos conficta sunt, dissolueret atq; dilueret. Sed vestræ celsitudini dabit omninò retributionem bonorum magnorum largitor. Qui enim pro modica aqua mercedem se daturum pollicitus est, maiores proculdubiò dabit retributiones ijs qui maiora dederint.

XXXVI. THEODORETVS AD VINCOMALVM.

Nos enim talia passi sumus non solùm ab apertissimis inimicis, sed à propriis (vt veremur) amicis: ab illis quidem, dum oppugnamur; ab his, dum prodimur: qualia nullus, vel valdè pauci veterum

XXXVII.

passi

passi sunt. Quis enim tale iudicium audiuit vnquam? Quis cùm reum triginta quinque dierum spatio absentem detinuisset, præcepit iudicibus, vt iudicium decernerent de absente? Quis ita crudelis & ferox factus est iudex, vt hominem iudicet, cuius vocem non audiuit: & non iudicet solùm, sed condemnet? Et hoc valdè crudeliter & sanè & inhumanè. Cùm Dominus[a] præceperit, errantem ex fratribus, & consilium non audientem, post primam & secundam & tertiam correctionem tandem illum haberi tanquam Ethnicum & Publicanum: rectissimi isti & iustissimi Iudices, neque ea, quæ Ethnicis & Publicanis concedantur. Fidelibus concesserunt: illos enim & vident, & aliquando alloquuntur, & maximo etiam cum honore, si aliquam habent dignitatis apparentiam: nos verò præceperunt, neque tetro, neque aquâ, neque quâuis re participare, ita voluerunt imitatores[b] esse Patris nostri, qui in cœlis est, qui facit oriri Solem super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Sed hos quidem omittam: prope est enim Domini tribunal, vbi non quæritur figura apparitio & figmentum, sed rerum veritas.

XXXVIII. *Tuam verò magnitudinem oro, pro nobis gratias Christo dilecto & victorioso Imperatori agas, & religiosissimæ & piissimæ Augustæ, qui pio suo Imperio radices ac fundamentum posuerint pietatem; & eorum maiestatem rogare, vt securam pacem & firmam Ecclesiis largiantur, & Synodum congregari præcipiant non iterum hominum perturbatorum, & qui cœtum sursum & deorsum agitant, sed veritatis studiosorum, & Apostolicam doctrinam confirmantium, & nouam hanc & vanam & mendacem hæresim reprobantium: vt istorum laborum laude dignorum fructus percipiatis à clementissimo Domino.* hactenùs ad Vincomalum Magistrum Officiorum Theodoretus solutus tam exilio literis (vt vidimus) Imperatoris, sed nondum Ecclesiæ suæ plenè redditus, quod futuro fuit Concilio vniuersali reseruatum.

XXXIX. DE ANATOLIO ET ASPARE. Eodem quoq; tempore, eodemq; pariter argumento idem Theodoretus ad Anatolium Patricium literas dedit: Erat iste (vt ex Actis Synodi Chalcedonensis apparet) ille Anatolius, qui olim vnà cum Valentiniano Augusto ante annos decem Consulatum gesserat ordinarium, hoc verò tempore agebat Magistrum militum. Addidit insuper idem Theodoretus ad alias eiusdem generis literas ad Asparem Gothicæ militiæ Præfectum, eundemque Exconsulem ordinarium, qui cum Areobinda eandem primariam consecutus fuerat dignitatem, patrem item Consulis Ardabutij. Hos, inquam, Theodoretus literis interpellat, vt Imperatori & Augustæ Pulcheriæ suo nomine gratias agant de solutis exilijs vinculis, & reliquis anteà condemnatis iniquo iudicio sanctis Episcopis liberis abire permissis, simulq; admoneat, quid de indicenda futura Synodo suggerere debeant Imperatori: ante omnia autè, quàm iniquè fuerit ipse proscriptus, plurimus docet. Egregias has quidem epistolas iũgemus superioribus ex codice Græcè scripto depromptas, quas hactenùs Latinitas tam diu desiderauit; cùm an aliquando simul edendæ sint, ignoremus. Fruère igitur, lector, alieno labore partis tibi diuitijs, & veterà monumenta per tot sæcula conseruata auidè suscipe: sunt hæc enim præambula Concilij Chalcedonensis, de quo sequenti anno dicturi sumus. Ad Anatolium itaq; Exconsulem Magistrum militum à Theodoreto scripta hoc anno, eademque occasione epistola sic se habet[c]:

c *Theod. epist. 139.*

XL. THEODORETVS AD ANATOLIVM. *Nos quidem, quam nacti summa quietem, hilariter accepimus, & vtilem eius & iucundo percepimus fructu. Noster autem Christo dilectus Imperator suæ pietatis fructus Imperium adeptus, primitias Imperij illis, qui ipsi Imperium largitus est, obtulit, quietem videlicet Ecclesiarum, quæ tempestatibus iactabantur, & fidei, quæ opprimebatur, victoriam, & Euangelicorum dogmatum. Hu autem præposuit, vt nostra mala, quæ iniquè passi sumus, sanaret. Quis enim vnquam talem ac tantam audiuit iniquitatem? Quis homicida damnatus absens vnquam fuit? Quis nuptiarum violator, aut adulter non præsens condemnatus? Quis murorum effossor vel sepulchrorum, vel incantator, vel sacrilegus, vel quidvis aliud à lege prohibitum & interdictum ausus, ad tribunal currere festinando, fuit impeditus, ne id faceret, & damnatus fuit absens iudicis sententiâ? Sed in illo nihil tale factum est. Leges enim præcipiunt, vt ante iudicem & actor & reus ex aduerso stent, & Index expellat aperta argumenta & indicia, & tunc vel vt innocentem dimittat, vel vt rectam sententiâ condemnet. Nobis verò contrarium euenit. Imperatoris (nempe Theodosij) literæ interdixerunt nobis ad celebrem illam venire Synodum: & iustissimi Iudices absentem condemnauerunt, non iudicantes, sed potiùs laudantes ea, quæ ad nostram accusationem allata fuerunt scripta: & neq; diuina lex, neq; hominum vindicanda cædem meam & damnationem dirimere potuit. Sed præcipiebat quidem Præses veritatem negligens & contemnens, & temporali potestati obsequens: obediebant etiam illi, qui idem nobiscum sentiunt & conueniunt in dogmatibus, & nostra aliquando maximè sunt admirati: tempus tamen illud horum quidem proditionem, illorum verò pusillanimitatem patefecit; nobis autem occasionem fiduciæ largita sunt ea, quæ pro veritate passi sumus; & Christus Dominus concepit nobis[d], non solùm vt in ipsum credamus, verum etiam pro ipso pati. Maximæ enim gratia hoc est, pro Domino pati: Sanctus enim Apostolus[e] hæc præponit magnis miraculis.*

d Phil. 1.

e 2. Cor. 11

XLI. *Hu quoque ego gloriando licèt humilis & abiectus sim, & nullam aliam gloriandi causam habeam: vestram magnificentiam oro, vt gratiarum actione ipsa vestra humilitate Imperatori Christo dilecto agas, ac potissimùm ac Deo dilectissimæ Augustæ, bonorum magistræ, quòd huiusmodi dona receperint Domino magnorum donorum largitori; & quòd sui Imperij basim, sustentaculum, & fundamentum pietatis zelum ambo constituerunt. Rogate preterea dilectum Deo ipsorum caput, vt finem imponant ijs, quæ rectè sancita sunt, & Synodum congregent, non iterum perturbatorum hominum & cœnarum plenam, sed ab his omnibus alienam, & eos, qui res diuinas rectè iudicant, magni facientium, & præ omnibus rebus humanis veritatem æstimantium.*

XLII. QVÆ SINT OBSERVANDA IN CONCIL. CELEBRANDO. *Si verò ipsorum maiestas veterem Ecclesiis voluerit restituere serenitatem & tranquillitatem (velle autem certò scio) rogate eorum pietatem, vt rebus dum fiunt, adsint: vt eos, qui contraria sentiunt, suâ præsentiâ terreant, vt nullum habeat veritas aduersarium, sed ipsa per seipsam rerum naturam perquirat, & Apostolicorum dogmatum character ilerem, & veritatem. Hæc autem vehementer peto à vestra magnificentia, non quasi desiderio tenear iterum videndi Cyrum (nouit enim celsitudo tua ciuitatis desolationem, cuius deformitatem quodammodò texamus diuersorum ædificiorum magnis sumptibus) sed vt pateat, quòd ea, quæ à nobis præscantur, Apostolicis conueniunt dogmatibus & quod spuria sunt & fallacia aduersariorum inuenta. Hoc enim si fiat (quæ enim diuina fiat) qui mihi reliqui sunt dies, cum hilaritate transigam, vbicumq; Dominum venerer nobis præceperit.*

XLIII. *Decet autem vos cum pietate enutritos & educatos, & virtutis diuitiarum diuites, hunc zelum resumere, & religiosissimum Imperatorem zelo & animi alacritate flagrantem, & Augustam Christo dilectam tuis exhortationibus alacriores reddere, vt laudabilis zelo celeberrimum suum Imperium confirment.* hactenùs ad Anatolium Patricium Theodoretus, nec quidem frustrà: siquidem celebrandæ œcumenicæ Synodo Imperator Marcianus optatam suam exhibuit præsentiam: sed & ex eiusdem Theodoreti consilio, magnoperè ab eodem Augusto cautum est, ne rerum perturbatores, discordiarumque dolosi artifices in locum Synodi se interrent. At quæ idem Theodoretus ad Asparem Exconsulem scripserit, accipe. Sed illud ante præmoneam, quòd cùm in epistolæ titulo Asparis nomen Consulis & Patricij eidem inditum habeatur; certum est, quòd ad nomen Consulis pertinet textum esse mendosum, vt non Consul sed Exconsul, siue fortè Consularis, sit in eo restituendum: etenim longè ante præsentem annum contigit Asparis Consulatus. Porrò hoc anno eandem datam esse epistolam sub Marciano Imperatore, quæ in ipsa tractantur, facilè docent: quæ sic se habet[f]:

f *Theodor. epist. 140.*

XLIV. THEODORETVS AD ASPAREM. *Theodoretus Asparî Consuli* & Patricio.* Excon suli.

Oportebat hoc etiam alijs tua fortitudini & constantiæ virtutibus addere, vt religiosissimus noster, & Christo dilectus Imperator, quem diuina gratia pro subditorum beneficio nobis largita est, per tuam magnificentiam sciat iniquitatis, quæ contra nos gesta est, excessum, & lege iustâ legem iniustam abroget. Si enim nos à diuina prouidentia roborati, eam, quæ contra nos sancita est, pœnam, bonorum causam & occasionem effecimus, & quietem hilari fronte accepimus & silentium iniusta tamen & iniqua passi sumus;

cùm

cùm nihil deliquerimus eorum, quæ calumniatores nostri & veritatis inimici nobis obiecerunt. Sed cùm ea passi fuerimus mala, quæ decent eos, qui maximas res patrare ausi sunt, vel potiùs his etiam grauiora: Indictâ enim causâ damnati sumus, & absentes, & literis Imperatoris cùm nobis interdictum esset Ephesum petere, iustissimum sacrorum iudicum accepimus sententiam.

XLV. Sed hæc omnia soluit & sedauit serenissimus Imperator tua magnificentia studio & diligentiâ. Ego verò ratus me perperam facere, si silerem, nec gratias agerem: vt has literas scriberem adductus sum, quibus tuam precor celsitudinem, vt gratias pro nobis victorioso & Christo dilecto Imperatori agas, & religiosissimæ Augustæ & piissimæ, pro quibus bonum precor Dominum pro virili, vt eorum Imperium securum confirmet, vt subditorum clementer curam gerant, & hostibus metum injciant, eosq; terreant, & laudabilem pacem omnibus largiantur. Ipsos etiam orare tua nitatur celsitudo, vt perfectam solutionem & quietem Ecclesiæ tempestati imponant, & Synodum congregare præcipiant, non iterum eorum, qui turbas ciere solent, & Synodum perturbare, sed eorum, quis diuinas res quietè tractare solitis sunt: & consueuerunt Apostolica dogmata confirmare, & res falsas discernere, & à veritate alienas: vt suum hinc lucrum tua celsitudo consequatur. hæc Theodoretus ad Asparem magistrum militum, qui etsi Gothus sectâque Arianus esset, odio tamen Eutychetis hæresim persequebatur immensò. Sicut igitur Dauid Goliæ gladio ad conficiendos hostes est vsus, ita & Theodoretus aduersus Eutychianos Arianum immittit.

XLVI. DIGNÆ LAVDES THEODORETI. Ex omnibus quidem Episcopis Orientalibus neminem nacti sumus, qui vehementiùs atque constantiùs aduersus eiusmodi recens emergentes hæreticos egerit, quâ Theodoretus; qui etsi sua damna deleuit, ampliùs tamen totius Ecclesiæ mala plorauit. cùm itaq; ab exilio hoc anno est relaxatus, magis ex restituta edicto Imperatoris fide Catholica, & hæresi ablegata lætatus est, quàm sui causâ parui pendere enim se iacturam sedis suæ, superiùs recitatis literis cõtestatus est, vt decet Apostolicum virum, non quærens quæ sua sunt, sed quod esset totius Catholicæ Ecclesiæ emolumentum. Ita namque animo compositus erat, vt suas calamitates apud viros clarissimos deplorando, illos ad Ecclesiam depressam penitùs subleuandam, eiusmodi ob oculos positis iustis causis impelleret; cùm tamen ea esset intrinsecùs humilitatis virtute benè compositus, vt quæcunque pateretur, suis existimaret esse adscribenda peccatis nam audi, quæso, quam eo argumento breuem hoc eodem tempore epistolam ad Ioannem Archimandritam scripsit his verbis[a]:

[a] Theodor. epist 138.

XLVII. *Beatus quidem Dauid nonnulla commisit delicta: quæ etiam vt memoria mandaret ad vtilitatem eorum, qui posteà futuri essent, is, qui omnia sapienter gubernat, Deus effecit. Absalon* [b] *verò parricida & impius & impius & pessimus tyrannus. Con illorum causa habem aduersus patrem suum, sed tyrannidem desiderans, iniustissimum illud bellum suscepit. Et diuinum quidem Dauid, dum hæc faceret, quæ ipse patrarat delicta, recordabatur. Et ego quoque alia quidem multa deliquisse me noui: dogmatica autem Apostolorum doctrinam integram seruaui. Qui verò diuinas & humanas leges conculcarunt, & nos absentes condemnarunt, non illorum quæ nos deliquimus, sententiâ protulerunt: non. n. erant manifesta illis, quæ sunt occulta, sed mendacia & calumnias composuerunt contra nos: vel potiùs Apostolica dogmata apertè conculcare quærentes, me, qui illa sectabar, condemnarunt.*

[b] 2. Reg. 15

THEODORETI INVIRILITAS.

XLVIII. *Sed surrexit Dominus, tamquam dormiens, & arguit & confudit inimicos suos, & dedecus æternum dedit illis, & dogmata adulterina & spuria dissipauit: quæ verò tradidit nobis in sacris Euangelijs, cum maiestate & auctoritate prædicari fecit.* hæc dicens, planè alludit ad obitum Theodosij & necem violentam Chrysaphij Catholicæ Ecclesiæ hostis, nec non ad edicta nuper à nouo Imperatore publicè pro fide Catholica promulgata. sed de se ipso hæc ingenuè subdit: *Nobis verò ad perfectam consolationem hæc sufficiunt: neq; enim ciuitatis desiderio tenemur, in qua laborantes totum absumpsimus tempus; sed rectam Euangelicorum veritatem desideramus regnantem & prædominantem videre. Hoc autem nostrum desiderium Dominus adimpleuit. Lætamur hac de causa, & gaudemus, & Deum magnorum donorum largitorem laudamus; & tuam pietatem hoc ipsum nobiscum agere precamur: & dum Deum laudatis, illum vehementer rogetis, vt eos, qui nunc hæc nõ illa dicunt, & ad tempora instar cameleontum mutantur, qui florum colore vestiuntur, clemens Deus confirmet, vt in petra stabiles reddat, ac illis Largiatur, vt præ omnibus veritatem colant & tueantur.* hactenùs Theodoretus; verè iusti, qui in principio accusator est sui, reddens exemplum, vt qui non gloriam propriam quærat, sed eius, qui misit eũ, quod Apostolici viri & veracis prædicatoris cuidens signum est. Sed de ipso hactenùs.

XLIX. GAVDIVM ORIENTALIS ECCLESIÆ. At sicut Theodoretus, ita & alij Orthodoxi, qui ex Ephesino nefando Concilio, proscriptionem passi fuerunt, & alij Catholici Episcopi, qui eidem minimè præsentes fuêre, cùm post tantas effusas tenebras Catholicæ veritatis claram cunctisq; perspicuam lucem affulgere conspexerunt, æquè immenso repleti sunt gaudio: sed & infelices illi, qui licèt Catholici verè essent; tamen Dioscori minarum terrore perculsi ad horam cessêre tempore inseruientes, etiam lætati sunt, quod tempus aduenisset, quo liberè, quales essent, se possent ostendere, & præuaricationem daretur nouâ confessione delere: exultârunt verò multò magis, cùm ab Apostolicæ sedis legatis opportuna sunt remedia consecuti, nempe vt suorum communicatione contenti essent, in futura Synodo communione totius Catholicæ Ecclesiæ fruituri. In tanto gaudio omnium Orthodoxorum, sola hæresis damnata mœret, impij tantùm in tenebris conticescunt.

L. Sic igitur S. Leo per legatos à Latere missos collapsam penitùs Ecclesiam Orientalem, fidei veræ exactâ ab Episcopis confessione, restituit. Sed quod reliquum tantum esse videbatur, vt qui id facere derectâssent, suis sedibus priuarentur, & spoliati Episcopali dignitate Episcopi Orthodoxi eam reciperent: id quidem œcumenicæ Synodo honoris causâ & disciplinæ seruatum voluit & cultoditù. Hæc sunt, quæ hoc anno sub Marciano Imperatore contigerunt: quæ mox illud magni momenti bonum consecutum est, quod Orientale Imperium, ad multorum annorum spatia assiduis cladibus ab Attila Hunnorum Rege labefactatum, simul ac est restituta per Imperatorem vera religio, continuò à barbaris liberatur, abigiturq; diuinitùs flagellum Dei, vbi locus datur Catholicæ veritati: contrà verò patuit tunc barbaros prædalere, cùm impietas regnat. Sic igitur Attila sponte recedens ab Oriente, copias conuertit in Occidentem, vbi imbellem sciret regnare Imperatorem per Aëtium Patricium bella gerentem. Quando autem in Gallijs victus fuerit, dicemus anno sequenti, quo fieri contigit.

ATTILA RECEDIT AB ORIENTE IN OCCIDENTEM.

LI. Quod autem ad anni huius res Gallicanas pertinet: cùm (vt suo loco dictum est) anno superiori defuncto S. Hilario Episcopo Arelatensi, in locum eius Rauennius subrogatus esset: Episcopi comprouinciales legationem instituerunt ad S. Leonem Romanum Pontificem pro restituendis antiquis iuribus ac priuilegijs Arelatensis Ecclesiæ, illud in primis postulantes, vt ex more antiquo Viennensis prouincia eidem Arelatensi Ecclesiæ subijceretur, quam (vt dictum est superiùs) contra Zosimi Papæ decretum, ex præscripto Nicæni canonis Bonifacius & Cælestinus Romani Pontifices, ac demùm Leo ipse proprium habere Metropolitanum, nec subijci Arelatensi voluerunt. Libellum supplicem dictorum Episcoporum asseruatum hactenùs in Ecclesia Arelatensi ex antiquo scripto codice, sic tibi reddimus.

Preces missæ ab vniuersis Episcopis Metropolis Arelatensis ad Leonem Papam.

LII. LIBELLVS SUPPLEX EPISCOP. PROVINC. ARELAT. AD LEONEM PAPAM. *Memores, quantum honoris & reuerentiæ beatissimæ sedi Apostolicæ, cui vos Dominus noster Iesus Christus pro meritis sanctitatis voluit præsidere, semper debitum fuerit, semperq; debeatur: ordinationem, quâ sanctus frater & Coepiscopus noster Rauennius incunctate Arelate post transitum beatæ recordationis Hilarij Episcopi, concordantibus omnium votis ad summum pontificium, Domino fauente, prouectus est, missu continuò literis Apostolatui vestro indicare curauimus. Quibus à beatitudine vestra tanta dignatione & charitate fuisse responsum, immensas gratias agimus: est tanta, quantas debemus, referre non possumus.*

Notum

LIII. *Notum licèt nobis antè tam fuerit, prædictum sanctum fratrem & Coëpiscopum nostrum maximè coronæ vestræ gratiâ morum suorum mansuetudinem & sanctitatem meruisse: percepti nunc tamen beatitudinis vestræ literis, quanto eum charitate complectamini, cognovimus. Unde præmissis officiis, quæ Apostolatui vestro inire debentur, suggestionem nostram, quæ institutis partibus innititur, audiendam à corona vestra, minimè dubitamus. Quippe cùm non aliqua nova institui, sed prisca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim justum est, ut honorem eius, quem (ut probavimus) impensè diligitis, ulla res minuat, quæ pietatem vestram altè offendit. Et sanè manifestum est Ecclesiæ Arelatensi divinæ gratiæ favorem adesse, cui talem habere contigit sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apostolicæ sedis auctoribus reformata.*

LIV. *Omnibus etenim regionibus Galliarum notum est, sed nec sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quòd prima intra Gallias Arelatensis civitas missum à beatissimo Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei & religionis infusum: primæ, aliæ loca ab hoc uno fidei, quem ad nos Apostolicæ institutionis fluenta miserunt, meruisse manifestum est sacerdotem. quàm Viennensis civitas, quæ sibi nunc impudenter ac non aliter primatus exposcit indebitos. Iure enim & merito ea vobis semper apicem sanctæ dignitatis obtinuit, quæ in sancto Trophimo primitias nostræ religionis prima suscepit, acpostea intra Galliarum hoc, quod divino munere fuerat consecuta, studio doctrinæ salutaris effudit. Cujus honorem obtento Ecclesiam Arelatensem omnes cessores prædecessoresq; nostri velut matrem debito semper honore coluerunt, venustoq; traditionem totam ab hac sibi cincturæ nostræ sede Episcopos postulârunt. Ab hujus Ecclesiæ sacerdote tam decessores nostri, quàm nos ipsos constat in summum sacerdotium, donante Domino, consecratos. Quam quidem antiquitatem sequentes prædecessores beatitudinis vestræ, hoc quod orga privilegia Arelatensis Ecclesiæ institutio vetusta tradiderat eorum legatis (sicut & serenitas Apostolicæ sedis procul dubiò convincit) auctoritatibus confirmârunt: credentes plenum esse rationi atque justitiæ, ut sicut beatissimum Petrum Apostolorum principem sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ teneret supra omnes totius mundi Ecclesias principatum; ita etiam intra Galliarum Arelatensis Ecclesia, quæ sanctum Trophimum ab Apostolo missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vendicaret. hùc secundum religionem vestram privilegiis Ecclesia memorata.*

LV. ARELAT. CIVITATIS DIGNITAS ET LAUDES. *Cæterùm multa sunt, quibus secundum institutæ Principum sanctiones intra regiones nostras civitatibus præferatur. Hæc in tantum à gloriosissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est, ut ab eius vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen acceperit. Hanc clementissima retinuit Valentiniani & Honorii fidelissimi Principes specialibus privilegiis, & ut verbo ipsorum utamur, matremonium Galliarum appellando decorârunt. In hac urbe quicunque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis, Consulatum suscepit & dedit; hanc sublimissima Præfectura, hanc reliquæ potestates, velut communem omnibus patriam, semper inhabitant. Ad hanc ex omnibus civitatibus multarum utilitatum causa concurritur: & planè ista sibi erga privilegia memorata vel Ecclesiæ, vel civitatis, divina (ut credimus) dispensatione, omnia consenserunt, ut semper sicut Ecclesia Arelatensis intra Galliarum primatum in sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam civitas ipsa principatum in sæculo, opportunitatis gratiâ possederit. Unde factum est, ut non solùm provincia Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum, contemplatione sanctis Trophimi (sicut & sanctorum prædecessorum vestrorum patefactis sibi testatur auctoritas) Arelatensis Ecclesiæ sacerdos ad solicitudinem semper suam curamq; revocârit. Cui id etiam honoris dignitatisq; collatum est, ut non tantùm has provincias potestate propriâ gubernaret, verùm etiam omnes Gallias sibi Apostolicæ sedis vice mandata, sub omni Ecclesiastica regula contineret.*

LVI. *Hæc itaque omnibus intimata, & in notitiam beatitudinis vestræ fidei assertione perlata, quæsumus & obsecramus coronam sanctimoniæ vestræ per nomen Domini nostri Jesu Christi, ejusq; vobis justitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatissimum Apostolum Petrum, quem vitâ & conversatione vestrâ vobis divino munere redditum credimus, ut quicquid Arelatensis Ecclesia (sicut superiùs indicavimus) vel ab antiquitate suscepit, vel postea auctoritate sedis Apostolicæ vendicavit, ad omne ad suum pontificium revocare ejusdem Ecclesiæ sacerdotem beatitudinis vestræ auctoritas in perpetuum manu præcipiat. Ipsi autem vel officiorum causâ, vel hujus legationis obtentu sanctimoniæ vestræ hospitem assumus aspectibus, nisi aliis infirmitas, aliosve animi præsentis penuria ab hac votorum nostrorum cupiditate revocâsset: sed confidimus in Domino Jesu Christo, qui precibus & desideriis nostris effectum promptissimæ pietatis vestræ præstitit, quòd qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum pro nostrisipsos actione fungemur.* hactenùs Episcoporum preces sine die & Consule: verùm hoc anno datas esse, sequens epistola S. Leonis ad eos reddita docet, ex qua pariter redditum manifestum, Ecclesiam etiã Viennensem mississe Romam eadem ex causa ad S. Leonem Papam legationem. Iuribus autem vtriusque partis diligenter examinatis, perstitit S. Leo in sententia, vt Arelatensis Ecclesia nihil ibi sumeret eorum, quæ essent Viennensis Ecclesiæ. Epistola verò ipsius ex eodem exscripta codice sic se habet:

LVII. S. LEONIS EPIST. AD EPISC. ARELAT. PRONINCIÆ.

Dilectissimis fratribus Constantino, Armatario, Audentio, Severiano, Valeriano, Verso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Justo, Augustali, Superuentori, Vnanio, Fontejo, Palladio, &c.

Lectis dilectionis vestræ literis, quas ad nos filij nostri Petronius presbyter, & Regulus diaconus detulerunt, quàm benevolum fratri & Coëpiscopo nostro Ravennio impendatis affectum, evidenter agnovimus: siquidem postulatis, ut ej. quod decessor ipsius merito nimiæ præsumptionis amiserat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestræ Viennensis Episcopus missis literis & legatis suâ suggestione prævenerat, conquerens Arelatensem Episcopum ordinationem sibi Vasensis Antistitis usurpâsse. Cùm itaq; nobis ita, & paternarum reverentia sanctionum, & omnium vestrum servanda sit gratia, ut in Ecclesiarum privilegiis nihil convelli, nihil patiamur excidi: consequens fuit, ut ad conservandam intra Viennensem & Arelatensem provincias pacem adhiberetur justitiæ moderatio, quæ nec ab æquitate visum, nec desideria vestra negligeret.*

*Vasatensis.

LVIII. *Consideratis enim allegationibus utriusque partis præsentium clericorum, ita semper intra provinciam vestram & Viennensem & Arelatensem civitates claras fuisse reperimus, ut quarundam causarum æternâ ratione, nunc illa in Ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret, cùm tamen eisdem communis in quibusdam fuisse à gentibus proderetur. Unde Viennensem civitatem, quantum ad Ecclesiasticam institiam pertinet, inhonoratam penitùs esse non patimur, præsertim cùm de receptione privilegij auctoritate jam nostra dispositionis vetatur. Quam potestatem Hilario Episcopo oblatam, Viennensi Episcopo credimus deputandam: quia ne repentè semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præsidebit, ad est, Valentia & Tharantasia, & Genevæ, & Gratianapoli, ut cum eis ipsa Vienna sit coniuncta, ad cuius Episcopum omnium prædictorum Ecclesiarum solicitudo pertineat, reliqua verò civitates eiusdem provinciæ sub Arelatensis Antistitis auctoritate & ordinatione consistant: quem pro modestia sua temperantia ita futurum credimus studiosum charitatis & pacis, ut nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum. Data III. Non. Maij, Valentiniano Augusto VII. & Abieno V. C. Conss.* In fine huius epistolæ hæc, quæ sequuntur, verba habentur: *Hoc præceptum Domini Leonis confirmatum est à sede Apostolica, præsidente Symmacho Papâ, Probo V. C. Conss.* Habes, lector, de antiqua quæstione S. Leonis Papæ sententiam ex recitata epistola nondum cusa, præceptaq; ex codice Arelatensi, quem eò fideliorem existima, dũ quæ contra ipsam esse probarentur Ecclesiam Arelatensem, æquè integra asseruata custodit: vbi & extat eadem die & anno data ad Ravennium ab eodem Pontifice eiusdem epistola:

Dilectissimo fratri Ravennio Leo.

LIX. *Diu filios nostros Petronium presbyterum, & Regulum diaconum in Urbe tenuimus, quoniam & de nostra hoc gratia merebantur, & fides, quæ nunc quorundam errore vexata est, ratio postula-*

bat.

S. LEONIS PAP. AD RAVEN. ARELAT. EPISC. LITERÆ.

bat. Voluimus enim eos intereſſe tractatui; & vniuerſa cognoſcere, quæ per te cupimus ad omnium fratrum & conſacerdotum noſtrorum notitiam peruenire: charißime hoc dilectioni tuæ ſpecialiter delegantes. vt ſolicitudine vigilantiæ tuæ epiſtola noſtra, quam ad Orientem pro fidei defenſione direximus, vel ſanctæ memoriæ Cyrillo, quæ noſtris ſenſibus tota concordat, vniuerſis fratribus innoteſcat, vt certiores effecti contra eos, qui incarnationem Domini prauis perſuaſionibus eſtimant temerandam, ſpirituali ſe virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, quâ cunctis Eccleſiis, & Domino noſtro Epiſcoparum tuæ poßis commendare primordia. ſi hæc ita vt credimus atq; mandauimus, impleueris, frater charißime. Quæ autem committenda literis non fuerunt, cùm prædictorum filiorum noſtrorum inſinuatione didiceris, charißime, Domini fretus auxilio efficaciter (vt diximus) aut laudabiliter exequemur. Deus te incolumem cuſtodiat frater charißime. Data III. Non. Maij, gloriosißimo Valent. Auguſto VII. & Abieno V. C. Conſ.

LX. Ex hac epiſtola intelligis S. Leonem Papam miſiſſe ad Gallicanos Epiſcopos inſignem atq; famoſam illam epiſtolam de fide Catholica ad Flauianum ſcriptam; vt non Orientalibus tantùm, ſed & Occidentalibus innoteſceret, quæ de Verbi Incarnatione tenerer hactenùs atque ſemper tenuiſſet Eccleſia Catholica. Quâ acceptâ ad Flauianum epiſtolâ, Epiſcopi Galliarum eadem probè cognitâ, & in omnibus fidei Catholicæ, quam hactenùs cuſtodiſſent, conſentire probatâ, reſcripſerunt ad eundem S. Leonem epiſtolam illam, quæ ſine die & Conſule data cũ habeatur, eam ſub dictis anni huius Conſulibus eſſe collocandam intelligis, cuius eſt exordium: *Perlata ad nos epiſtola beatitudinis veſtræ, &c.* habetur in recentiori editione Romana epiſtolarum S. Leonis poſt eius epiſtolam quinquageſimam tertiam, non tamen ſuo loco collocata. Sic igitur pluribus habes epiſtolis auctum numerum epiſtolarum S. Leonis Magni, cuius tanti Patris vel vna reperta ſententia ſcriptis mandata magnarum loco diuitiarum fuerat æſtimanda, atque literis anreis exaranda.

LXI. INGENS FAMES ITALIAM VEXAT. a *Valent. Nouel. tit. 17. apud Cod. Theod.*

Hoc eodem anno ingens fames vexauit Italiam; adeò vt mediâ pereuntes, filios ad cibum emendum vendiderint. eſt de his locuples teſtis Valentiniani ſanctio anno ſequenti menſe Ianuario data, quâ præcipit, vt parentibus liceret redimere filios: meminit autem huius penuriæ iſtis verbis a: *Notum eſt proximè obſcœniſſimam famem per totam Italiam deſæuiſſe, coactos homines & filios parentes vendere, vt diſcrimen inſtantis mortis effugerent. Tantùm vnicuique miſeranda macies & lethalis pereuntium pallor extorſit, vt totius, quæ natura conceſſit, amoris obliti, alienare ſuos, pietatis genus putarent. Nihil eſt enim, ad quod non deſperatio ſalutis impellat: nihil turpe, nihil vetitum credit eſuries: ſola cura eſt, vt qualicumq; ſorte viuatur.* hæc Imperator. Sed & peſte laborâſſe Italiam, Gelaſius b Papa teſtatur. Atque hactenùs de rebus geſtis præſentis anni.

b *Gelaſ. in Andron.*

IESV CHRISTI
Annus 451.

LEONIS PAP. Annus 12. VALENT. 27. MARCIANI 2. IMPP.

I. QVADRINGENTESIMVS quinquageſimus primus Chriſti annus lętis auſpicijs Conſulatûs religioſiſſimi Imperatoris Marciani cum collega Adelphio apetitur, memorabilis Magni Concilij Chalcedonenſis pacificâ celebratione: de quo nos acturi, quæ ante ipſum præceſſêre, res geſtas diligenti narratione in medium adducemus. Ac primùm de legatis Apoſtolicæ ſedis Abundio atque collegis dicendum. Hos quidem de rebus geſtis ad S. Leonem Papam relationem miſiſſe vnà cum Anatolij Conſtantinopolitani Epiſcopi epiſtola fidei profeſſionem continente, ex eiuſdem S. Leonis literis conſtat: Quâ cùm ipſe S. Pontifex accepiſſet, atq; eam in omnibus intellexiſſet eſſe Catholicam, in omnibus aſſentientem ijs, quæ in epiſtola ad Flauianum conſcripta erant; gratulatorias atque pacificas eidem Anatolio literas reddidit hoc anno Idibus Aprilis, quarum huiuſcemodi eſt exordium c:

ANATOLIVS PROFESSIONEM FIDEI MITTIT AD S. LEONEM PAPAM.

c *Leo epiſt. 44.*

II. DE LITERIS AD ANATOLIVM REDDITIS.

Gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quia (ſicut dilectionis tuæ literis, & fratrum noſtrorum, quos Conſtantinopolim miſeramus, relatione cognouimus) ſequacem te Euangelicæ traditionis oſtendis: vt per ſacerdotis probabilem fidem meritò præſumamus, quòd tota Eccleſia eidem credita, nec vllam cuiuſquã ſit erroris habitura, nec maculam. hæc exordiens habet. Quòd verò, lapſis in hæreſim Epiſcopis, vel hæreticorum communione fœdatis, ad Eccleſiam Catholicam reuerti cupientibus nonniſi propriæ Eccleſiæ communicatio conceſſa eſſet, quid præterea ijſdem indulgeat S. Leo, ita ſubdens in eadem epiſtola iſta declarat: *De fratribus verò, quos & epiſtolis tuis & legatorum noſtrorum relatione communionis noſtræ cupidos eſſe cognouimus, eò quod doleant ſecutæ potentiam, contraquè terrores non tenuiſſe conſtantiam, ſed alieno ſcelere præbuiſſe conſenſum, cùm ita eos formido turbâſſet, vt in damnationem Catholicæ atque innocentis Antiſtitis, & irreceptionis deteſtabilis prauitatis trepido ſimularentur obſequio: illud quidem, quòd præſentibus & agentibus noſtris conſtitutum eſt, approbamus. vt ſuarum interim Eccleſiarum eſſent communione contenti.* hæc iam per legatos Conſtantinopoli decreta erant: ſed quid his amplius ipſe Leo putauerit eſſe indulgendum, ex verbis ipſius accipe:

III. DE NON RECIPIENDIS NOMINIBVS IMPOSITIS IN CONCILIO.

Sed cum legatis noſtris, quos miſimus, participatâ tecum ſolicitudine voluimus diſponatur; quatenùs hi, quibus ſatisfactionibus malè geſta condemnant, & accuſari ſe magis eligunt, quàm tueri, pacis & communionis noſtræ vnitate lætentur, ità vt aliqno priùs anathemate, quæ contra fidem Catholicam ſunt recepta, damnentur. hæc S. Leo, quibus de primis impietatis auctoribus iſta ſubiungit: *De nominibus autem Dioſcori, Iuuenalu, & Euſtathij ad ſacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet cuſtodire, quod noſtri ibidem conſtituti faciendum eſſe dixerint, quandoquidem honoranda S. Flauiani memoria non repugnet, & à gratia tua Chriſtianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis eſt atq; incongruum, eos, qui innocentes & Catholicos ſua perſecutione vexárunt, ſanctorum nominibus ſine diſcretione miſceri: cùm damnatam impietatem non deſerentes, ipſi ſe ſuâ prauitate condemnent: quos conuenit aut pœnitentiæ pro perfidia, aut laborare pro venia.* hæc ipſe. Commendat demùm eidem clericos Flauiani, quos vult ab ipſo ſuſcipi: ſed & Eccleſiam Euſebij Dorilæi Romæ hoc tempore agentis vt curet, admonet. Reddidit has ad Anatolium literas S. Leo (vt diximus) hoc anno, Idibus Aprilis.

IV. d *Leo epiſt. 58.* e *Leo epiſt. 59.* AD MARCIANVM ET PVLCHERIAM AVGVSTAM.

Eâdem quoq; die idem ſanctiſſimus Pontifex ad Marcianum Imperatorem literas dedit d, quibus immenſas illi de ſuſcepto Catholicæ fidei patrocinio gratias agit: aliam inſuper addidit ad Pulcheriam e Auguſtam; cuius ſtudiũ cùm aduerſus Neſtorium, tum aduerſus Eutychetem plurimùm commendans, gratias pariter agit immortales de honorificè ab ea ſuſceptis Apoſtolicæ ſedis legatis, deque reſtitutis damnatis Epiſcopis, & ſacris reliquijs ſancti martyris Flauiani cum honore Conſtantinopolim tranſlatis, & alijs ab ea ſanctiſſimè geſtis. Commendat inſuper eidẽ Euſebij Dorilæi Eccleſiam. Hic quidem Romam ad ipſũ Leonem Pontificem, vt ab eo in ſedem ſuam reſtitueretur, venit: qui fidei Catholicæ profeſſione eidem oblatâ, ab ipſo Summo Pontifice ſuſceptus eſt. De hac enim ipſi profeſſione ipſemet Euſebius meminit in ſacroſancto Concilio Chalcedonenſi verbis iſtis f: *Hanc regulam ſanctiſſimo Papæ in vrbe Roma relegi, præſentibus clericis Conſtantinopolitanis; eamq; ſuſcepit, &c.* Erant iſti, qui Romæ aderant, ab Anatolio cum eius fidei profeſſione miſſi, quorum ipſe Leo meminit in epiſtola ad Iulianum g:

f *Concil. Chalced. Act. 2.*

g *Leo epiſt. 42.*

V. AGI CONCVLVM DE CONVENTV CONCILIO.

Poſt hæc agi cœptum de Synodo vniuerſali cogenda: quod quidem magnâ induſtriâ ſummâq; diligentiâ à Leone Romano Pontifice Marcianus Imperator expetijt: ſed ipſe Pontifex ob ingruentes Hunnorum exercitus Gallias deuaſtantes & iam Italiam cogitantes, ad opportunius tempus exiſtimabat differendum eſſe vniuerſale Concilium: verùm quod Marciano in optatis eſſe videret quamprimùm ab his diſſenſionibus cauſâ Eutychetis obortis pacatum redderæ Romanum Imperium, alios decreuit mittendos Conſtantinopolim legatos, qui Synodo

interessent: cuius rei causâ has primum ad ipsum Marcianum Augustum litteras dedit, quibus in primis admonet consultum esse debere Ecclesiasticæ antiquitati, nec patetetur Filij Dei incarnationis sacramentum ab Apostolis Ecclesiæ traditum, quasi recens dogma, in controuersiam adducendum. Sed audi ipsam Leonis Papæ ad Imperatorem breuem epistolam [a]:

Quantum per Constantinopolitanos clericos ad pietatem vestram anteà scripserim: sumptu tamen clementiæ vestræ litteris per virum illustrem præfectum Vrbis filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos vos Ecclesiasticæ pacis agnouit. Cui sancto desiderio dignâ æquitate consertur, vt quem statum esse cupitis religionis, eumdem habeatis & regni. Nam inter Principes Christianos Spiritu Dei consummante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profectus charitatis & fidei vtrorumq; armorum potentiam insuperabilem facit, vt propitiato per vnam confessionem Deo, simul & hæretica falsitas & barbara destruatur hostilitas, gloriosissime Imperator.

Auctâ igitur per Imperialem amicitiam spe cœlestis auxilij, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cuiusquam procaci impudentiq; versutiâ, quasi de incerto quid sequendum sit, sinatis inquiri: vt cùm ab Euangelica Apostolicaq; doctrina nec vno quidem verbo liceat discedere, aut à literis Scripturis diuinis sapere, quam beati Apostoli & Patres nostri didicêre atque docuerunt: nunc demùm indisciplinata moueantur & impiæ quæstiones, quas olim, mox vt eas per apta sibi corda diabolus excitauit, per discipulos veritatis Spiritus Sanctus extinxit. Nimis autem impium est, vt per paucorum inscientiam ad conceptus opinionum & ad carnalium disputationum bella reuocemur: tamquam reparatâ disceptatione tractandum sit, vtrum Eutyches impiè senserit, & vtrùm ineptè Dioscorus iudicârit, qui in sanctæ memoriæ Flauiani condemnatione se perculit. & simpliciores quosq;, vt incaute & ninam pronoluerentur, impegit quedam multitudam (vt cognouimus) ad satisfactionis remedia conuersis, & veniam de inconstantis trepidatione poscentibus, non cuiusmodi sit fides, tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Vnde pijssimæ solicitudini vestræ, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem, quæ confestim ad clementiam vestram, Deo annuente, perueniet: quicquid ad causæ vtilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur. Dat. nono Kalendas Maij, Adelphio viro clarissimo Consule. hæc est prima epistola Leonis ad Marcianum de Synodo OEcumenica cogenda.

Dedit eodem argumento alias quoq; litteras [b] quinto Kal. Iunias, quibus de differenda Synodo agit, & quod habebat in animo, aperit: sed & causam moræ eam ostendit, nimirùm vt liberati Episcopi à barbarica hostilitate, liberi ad Synodum se conferrent. Imminebat (vt diximus) cum Hunnorum exercitu Attila, de quo in fine anni huius acturi sumus. Quinam autem ab eo legati mittantur, nominat, nempe Paschasinũ Episcopum Lilibæi in Sicilia, Lucentium Episcopum Asculanum, Bonifacium & Basilium S. R. E. presbyteros Cardinales, quibus participem adiunxit Iulianum Coënsium Episcopum, Interea verò quintum ante diem ab his datis ad Marcianum Augustum à sancto Leone Pontifice litteris, idem Augustus decimo Kalendas Iunias publicam sanctionem edidit de Synodo OEcumenica, ad quam Episcopos conuocauit, Nicææ in Bithynia celebranda: ità enim ipsi erat in animo, ibi vniuersale celebrare Concilium aduersus Eutychetis hæresim, vbi ipsimum fuit impietas Ariana damnata. De ipsa autem indictione futuræ Synodi ita se habet ad Metropolitanos primùm scripta epistola [c]:

Imperatores Cæsares Valentinianus & Marcianus Victores & Triumphatores semper Augusti ad omnes vbiq; reuerendos Episcopos.

Omnia ad veram fidem & Christianam Orthodoxam religionem tendentia præponenda aliis rebus existimauimus. Deo enim propitio existente, & nostrum Imperium & communes causæ melliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quædam circa Orthodoxam fidem motæ sunt, sunt indicant & litteræ sanctissimi Archiepiscopi felicissimæ Romæ Leonis: placuit voluis propriè [d] *sanctum Concilium fieri in Nicæa Bithyniæ ciuitate: quatenus cunctis concordantibus veritate examinatâ, & cessante omnium studio, quo quidam abusi, religionem turbauerunt Orthodoxam vera & salubrima fidei sic omnimodo manifestetur, vt de cætero omnis quæstio & dubitatio auferatur. Vnde tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerendissimi Episcopi sub suo sacerdotio constituti sanctarum Ecclesiarum, expertas habentibus diuinas Scripturas, & in scientia & doctrina Orthodoxa & vera fidei gratia cunctis eminentibus, ad memoratam Nicæam ciuitatem proximis Kalendis Septembris aduenire festinet. Quisquis autem generalem & omnimodo vtilem futuram Synodum refutauerit, peccare quidem & circa Diuinitatem ipsam, & pietatem nostram offendit.* [d] ostendit *Agnoscat autem tua sanctitas, quoniam nostra pietas aderit in ipso Concilio, nisi quadam publice & inuitabiles curæ fecerint occupari.* hæc ad Metropolitanos Episcopos, cuius pariter argumenti extant ibidem litteræ datæ ad omnes Episcopos decimo Kalendas Iunij.

Interea autem cùm ad Synodum OEcumenicam noua legatio esset decreta, reuocata est illa prior anno superiore Constantinopolim missa, cuius legati Romam reuersi sunt ante Idus Iunias. Id quidem constat ex alijs litteris eiusdem sancti Leonis Pontificis ad Marcianum Imperatorem [d] datis ipsis Idibus Iunij, quibus de legatorum reuersione meminit: per eosdem enim ipse Romanus Pontifex ab eodem Marciano Imperatore datas acceperat litteras, quarum occasione ad eumdem ipse rescripsit gratias agens de omnibus superiùs numeratis pro fide Catholica ab ipso diligenter impensis officijs. Excusat iterum in fine, impossibile esse ob ingruentia bella complures Episcopos ex Occidente, derelictis suis Ecclesijs, ad Synodũ proficisci. Scripsit itidem Idibus Iunij ad Pulcheriam Augustam [e], ad quam de Eutychete hæc habet in fine: *De Eutyche autem totius scandali & pranitatis auctore hoc clementiæ vestræ præcipiat, vt ab eo loco, qui Constantinopolitanæ vrbi nimis vicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatijs eo usu, quos ad impietatem suam traxit, vtatur. Monasterio quoq; ipsius, cui pernicioſè indigneq; præsedit, Catholicum Abbatem iubete proponi, qui illam seruorum Dei congregationem & à prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbuere:* hæc de Eutychete ad Pulcheriam sanctus Leo.

Eâdem quoq; die Iduum Iuniarũ ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum litteras reddidit, in quibus inter alia de recipiendis lapsis Episcopis (quod admonuerat antè) illud rursum instantiùs ingerit: nimirùm, recipiendos omnes dignè pœnitentes, qui leuius deliquissent; qui autem alijs malorum fuissent auctores, non ita quidem, sed maturiùs de his sedis Apostolicæ iudicium exspectandum. Haud enim in recipiendis huiusmodi delinquentibus, perditorum antesignanis, festinatò currere Romana Ecclesia consueuit: Quæ etsi numquam cuiusfacinorosissimo delinquenti, vereq; pœnitenti ianuas pœnitentiæ abstulerit: auctoribus tamen exitiorum, vel vehementissimis eorum fautoribus, resistere consueuit, & detinere diutiùs, donec quid de illis esset agendum, maturior consultatio definiret. Ita namq; vidimus haud pridem eumdem sanctum Leonem tunc diaconum Sixty Pontifici suauisse, ne Iulianum audacissimum Pelagianæ hæresis defensorem ad Ecclesiam reuertentem statim exciperet. Quod idem factus Pontifex in Eutychianis recipiendis custoditum omnino voluit. De his enim ad Anatolium ista sunt eius verba, vbi de indulgendo his, qui leuius peccâssent, antè scripsimet [f]:

Debui autem, qui in hac causa grauius peccauêre, & ob hoc superiorum sibi locum in eadem infelici Synodo vendicârunt, vt humilium fratrum simplicitatem arrogantia suæ præiudicijs aggrauarent: si sortè resipiscunt, & à factis suis defensione cessante, in condemnationem proprij conuertuntur erroris: Horum si satisfactio talis accidit, qua non refutanda videatur; maturioribus Apostolicæ sedis consilijs reseruetur, vt examinatis omnibus atq; perpensis, de ipsis eorum cognitionibus, quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cuiusquam talium (vt antè scripsimus) nomen ad altare recitetur, quàm quid de his constitui debeat, rerum processus ostendat. hæc Leo: atque de his hactenùs.

Reuerti igitur vbi sunt legati Romam ad Leonem Pontificem, inde ijdem remeaturi ad propria, haud tamen

a Leo Ep. 42. VI. LEO AD MARCIANVM AVG. DE SYNODO CO-GENDA.

VII. EIDEM NON REVOCANDA IN DISPVTATIONEM.

VIII. b Leo Ep. 44. LEGATI A LEONE MISSI.

c Ante Cal. Chal.

IX. EDICTVM IMP. DE SYNODI INDICTIONE. * Propere

X. PRIORVM LEGATORVM REDITVS.

d Leo Ep. 44.

e Leo Ep. 45. DE TRANSFERENDO LONGIVS EVTYCHETE HÆRESIARCHA.

XI. HÆRETICORVM DVCES HAVD FACILE RECIPIENDI.

f Leo Ep. 46.

XII.

XIII. SYNODVS MEDIOLANENSIS.

otiosè acturi. Etenim S. Abundius vnà cum Senatore presbytero, & in hac legatione collega, litteris eiusdem S. Leonis conuenit Eusebium Mediolanensem Episcopũ, egitq; cum eo, vt prouinciali Conuentu, quæ scripta essent ad Flauianum de verbi incarnatione doctrina, publicis subscriptionibus se omnes recipere testarentur: quod & impigrè curatum est. Conuocans enim ille Mediolanensi Ecclesiæ subiectos Episcopos, prouinciale Synodum egit. Quid in ea ex sententia S. Leonis actum fuerit: extat de his data ab eodem Eusebio Synodalis Epistola ad eumdẽ sanctissimum Romanum Pontificem munita chirographo omnium, qui interfuerunt, Episcoporum, inter quos *Abundantius* mendosè pro *Abundio* ipso subscriptus legitur[a]: qui quidem præter spectatam eruditionem, egregiâ quoq; viræ enituit sanctitate, dignusq; est habitus vt eius memoria perpetuò in Ecclesia coleretur, relato ipsius nomine inter Sanctos quarto Idûs Aprilis.

[a] *Apud S. Leonem post Ep. 82.*

XIV. Sed & ipse Eusebius, qui Synodo præfuit, ex vitæ pariter sanctitate perpetuam gloriam est consecutus in Ecclesia Catholica, à qua singulis annis eius dies natalis recoli consuevit pridie Idûs Augusti: ornauit eum præterea digno epigrammate Ennodius Ticinensis.

XV. DE MAXIMO TAVRINENSI EPISCOPO. Rursum verò inter alios Episcopos, qui huic Synodo interfuerunt, legitur sanctus Maximus Taurinensis Antistes, cuius cùm ob præstantem eruditionem, tum etiam ob insignem viræ sanctitudinem celebre nomen est in Dei Ecclesia. De ipso enim ista Gennadius habet: [b] *Maximus Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, vir in diuinis Scripturis satis intentus, & ad docendum ex tempore plebem satis sufficiens, composuit in laudem Apostolorum tractatum, & in Ioannis Baptistæ natiuitatem, & generalem omnium martyrum homiliam, sed & de capitulis Euangeliorum & de Actibus Apostolorum tractatus multos.* & quæ sequuntur. Quod autem in fine habet: *Moritur Honorio & Theodosio regnantibus.* nisi duos Maximos Taurinenses fuisse constaret (quod à nemine dictum reperi) manifesta deprehenditur error: etenim qui huic Concilio Mediolanensi sub Leone Papa hoc tempore celebrato interfuisse legitur, immo & quem Romano Concilio sub Hilaro Leonis successore præsentem item fuisse, eius Acta declarant, planè longè post Honorij tempora superuixisse eum oportuit, peruenisseq́ue saltem ad Domini annum quadringentesimum sexagesimum quintum. porrò eius memoriam anniuersario cultu, septimo Kalendas Iulij, Ecclesia celebrat.

[b] *Gennad. de Viris ill. inst. c. 40.*

XVI. Dum verò in eodem Concilio post Eusebium Mediolanensem subscriptum legis Fauentium Episcopum Regiensem; intelligere potes, alterius Regij, quod est in Gallijs, fuisse S. Prosperum Episcopum, qui his S. Leonis temporibus Regiensi Ecclesiæ præerat Antistes. Ornauit etiam tantorum Patrum consessum S. Crispinus Episcopus Ticinensis, qui & ipse inter sanctos relatus celebratur singulis annis septimo Idus Ianuarias, quo die ex hac vita migrans successorem æquè sanctum reliquit Epiphanium, de quo inferiùs fusiùs agendum erit. Extat de eodem Crispino Ennodij Ticinensis epigramma, cuius est exordium:

Salue sancte parens: saluete, ô sæpè recepti,
Crispinum cineres, &c.

XVII. EPISCOPORVM SVBSCRIPTO QVO ORDINE FIERI SOLITA. Discè ex serie subscribentium (quod & in alijs quoque Concilijs obseruari contigit) non sedium prærogatiuæ, sed temporis, quo quisq; Episcoporum sedere cœpit, haberi solitam rationem: quod vel hoc vno exemplo intelliges, dum in Concilio Aquileiensi, cui pariter Episcopus Mediolanensis S. Ambrosius præfuit, in ordine subscribentium Episcoporum ante Diogenem Episcopum Genuensem Philaster, siue Philastrius ponitur Episcopus Brixianus, in hac verò Synodo primo ponitur Paschalis Genuensis Antistes, & post alios subscriptus legitur Octauianus Episcopus Brixianus: fuerunt sanè ijdem florentissimarum Ecclesiarum Antistites: quarum Brixiana nobilitata sanguine martyrum, sanctis quoque Episcopis, Philastrio, Gaudentio, & alijs pluribus illustratur: Genuensis etiam nemini cedens antiquitate, sicut Mediolanensis, à S. Barnaba Apostolo se accepisse Euangelium gaudet, & sanctorum martyrum Nazarij & Celsi consuetudine gloriatur, atque sanctis quoque Episcopis Syro, Romulo, Valentino, Felice, atque Salomone siue Salonio magis magisque facta conspicua nitet. Eâdem quoque ratione Iustinus Vercellensis Ecclesiæ Episcopus hîc in imo fermè positus reperitur, qui in Concilio Aquileiensi quarto loco legitur collocatus: quod & de alijs pluribus frequentissimè accidisse cognoscitur.

Sed age iam, quod extat eiusdem Synodi tantâ illustratæ coronâ sanctorum vnicum monumentum, nempe breuem epistolam ad S. Leonem datam hîc describamus.

XVIII.

Domino sancto & beatissimo Patri Leoni, Eusebius Mediolanensis Episcopus.

EPIST. ET CONCIL. MEDIOL. AD S. LEONEM.

Reuersis, Domino annuente, fratribus nostris, quos ad Orientem fides causâ solicitè prouida beatitudo vestra direxerat: decursisq́; litteris, quæ per eos tua sanctitas destinauit: omni exultatione in Christo releuatus sum, quod affectum commissæ sibi legationis eosdem reportâsse, vestra pagina designauit. Nec mirum quòd Dominus noster Iesus Christus Catholicæ fidei, quam tenemus, maiestatis suæ gratiam, custodiamq; præstiterit; quando vos idoneos cultûs sui assertores in Apostoli sui sede Præsules collocauit, qui & rectæ sentire de incarnationis Dominicæ sacramento, & eadem potestis rectè custodire. Admonitis ergo fratribus & Coëpiscopis meis, habitoq́; conuentu, vestrarum formam tenuimus litterarum. Nam recensens Epistolam beatitudinis vestræ in sacerdotum Domini Concilio, quam sanctus frater & Coëpiscopus noster Abundius, & compresbyter meus Senator decluerunt, agnitoque eorum narratione (sicut scripta vestra significauerant) rerum gestarum ordine: continuò requisita est, recitataque epistola, quam fidei assertione plenè digestam ad Orientem dudum sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos ex vestra ordinatione, sancto fratre & Coëpiscopo nostro Ceretio mutuante, peruenit: clarauit eam plenam fidei simplicitate fulgere, Prophetarumq́; etiam assertionibus, Euangelicis auctoritatibus, & Apostolicæ doctrinæ testimonijs, nitore quodam lucis & veritatis splendore radiare; omnibusq́; sensibus conuenire, quos B. Ambrosius de incarnationis Dominicæ mysterio suis libris sancto Spiritu excitatus, inseruit.*

* Abundantius

XIX. *Et quia omnia maiorum fidei nobis antiquitùs tradita totâ puritate conuenerunt, domine sancte & beatissime Pater: placuit omnibus, quorum subscriptio subter annexa nomina poterit declarare, eos, qui impiè de incarnationis Dominicæ sacramento sentiunt, quamuis intellectûs sui pranitate à Catholicæ fidei veritate recedentes, se ipsos dignos abiectione fecerint, suo etiam consensu, authoritatis vestræ precedente sententiâ, damnatione congruâ persequendos. Litterarum ergo vestrarum formam secuti, modum præscriptæ ordinationis nos seruâsse, his per fratrem & Coëpiscopum nostrum Cyriacum missis ostendimus. Superest, vt annuente Domino, perfectis rebus, palmam fidei & consummati certaminis coronam quietè perpetuâ retinentes, hoc futuris memorabile seculis relinquatis, vt ab hoc tempore præsenti extincta impia secta contumacia videatur, vt vobis propugnatoribus in æternum prostrata succumberet.* & alia manu: *Incolumem beatitudinem tuam summa Diuinitas tueatur atque custodiat, domine sancte ac beatissime Pater.* sequitur in codice subscriptio tum ipsius Eusebij, tum etiam reliquorum Episcoporum.

XX. VETVS CONSVETVDO OCCIDENTALIVM EPISCOPORVM.

Sed cur, inquies, iterum per Abundium & Senatorem missa S. Leonis epistola de Christi incarnatione, si antè iam missam in Gallias, Eusebius eamdem acceperat à Ceretio? Ex his prisinum vsum intellige. Cùm OEcumenicum in Oriente Concilium indiceretur, cui cùm haud omnes Episcopi Occidentales interesse possent: quo tamen & ipsi aliquo modo suum ferrent suffragium, soliti erant ijdem (si patereturtur opportunitas temporis) Romam ad Synodum conuocari, vel saltem ijsdem absentibus præcipere Romanus Pontifex, vt prouinciales Metropolitani Episcopi Conuentus cogerent, ex eisque litteras darent ad ipsum Pontificem, qui lega-

tos è Latere dirigeret, non suo ipsius tantùm nomine, sed totius Occidentalis Ecclesiæ. Sic igitur, cùm sub Theodosio postremum Concilium Ephesinum indictum esset, hæc opus fuit præstari ab Episcopis Occidentis: rursum verò cùm hoc tempore aliud esset indictum Concilium OEcumenicum, eadem requiri à ijsdem.

XXI. PRÆSVMPTIO ROMANI VICARII CONTRA CANONES. a Leo Ep. 43.

Inter hæc autem duo ex Oriente presbyteri hæretici pœnitentes Ioannes atque Basilius ad Leonem Pontificem Romam se contulêre, vt coram ipso tum Nestorianam, tum etiam Eutychianam hæresim condemnarent: quo facto, acceptis ab eodem Summo Pontifice litteris datis [a] hoc anno decimo tertio Kalendas Iulij ad Anatolium, Constantinopolim reuersi sunt. Exhortuisse adhuc eos putamus Anatolium, quòd à Dioscoro, damnato Flauiano, Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisset subfitutus Antistes: cum alioqui suscipiendi eiusmodi lapsos eidem Anatolio sciamus à S. Leone tributam esse licentiam.

XXII. b Leo Ep. 44.

Eodem verò mense, sexto Kalend. Iulij [b] idem S. Leo ad Marcianum August. de indicta Synodo scripsit epistolam, quâ legatos à se ad eam missos commendat, & fidei Catholicæ patrocinium vt suscipiat, rogat. Sequenti verò die, quinto Kalend. Iulij [c] ad ipsam Synodum Chalcedone cogendam (locus enim ille delectus postea fuit, vt Imperator ipse præsens esset) eiusmodi dedit epistolam, quâ de legatis à se missis, qui vice ipsius Synodo præsiderent, edocuit, deque in eis tractandis admonuit. Falsò tamen habetur inscripta ad Synodum Chalcedonensem: nam de eo loco nequicquam fuerat hoc tempore mensis Iunij, quo scripta habetur epistola, ab Imperatore decretum. Ea autem sic se habet [d]:

c Leo Ep. 47.

XXIII. LEONIS EPISTOLA AD SYNODVM OECVMENICAM.

Optaueram quidem, dilectissimi, pro nostri Charitate collegij, omnes Domini sacerdotes in vna Catholicæ fidei deuotione persistere, nec quemquam gratiâ aut formidine potestatum secularium deprauari, vt à via veritatis abscederet. Sed quia multa sæpè, quæ pœnitudinem possint generare, prouenerunt, & superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspendatur vltio, vt possit locum habere correctio: amplectendum est clementissimi Principis plenum religione consilium, quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, & ad reformandam Ecclesiasticam pacem voluit conuenire, beatissimi Petri iure atque honore seruato: adeò vt nos quoque suis litteris inuitaret, vt venerabili Synodo nostram præsentiam præberemus: quod quidem nec necessitas temporis, nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio & Basilio presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me Synodo vestrâ fraternitas existimet præsidere, non abunditâ à vobis præsentiâ meâ, qui nunc in Vicarijs meis adsum, & iamdudum fides Catholica prædicatione non desum; vt qui non possitis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non positis dubitare, quid cupiamus.

XXIV.

Vnde fratres charissimi, reiectâ penitùs audaciâ disputandi contra fidem diuinitùs inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat; nec liceat defendi, quod non licet credi: cùm secundum Euangelicas authoritates, secundum Propheticas voces Apostolicamque doctrinam plenissimè & lucidissimè per litteras, quas ad beatæ memoriæ Flauianum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento incarnationis Domini nostri Iesu Christi pia & sincera confessio. Quia verò non ignoramus per prauas emulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque Episcopos, quia hæresim non receperint, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitium alios subfitutos: vulneribus his primitùs adhibeatur medicina iustitiæ, nec quisquam ita careat proprijs, vt alter vtatur alienis: cùm si (vt cupimus) errores omnes relinquunt, gemini quidem perire honor debeat; sed illis, qui pro fide laborauerunt, cum omni priuilegio oportet ius proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ Synodi, cui beatæ memoriæ Cyrillus Episcopus tunc præsedit, in Nestorium specialiter statuta permaneant, ne tunc damnata impietas ideo fibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches iustâ damnatione percelluit. Puritas enim fidei atque doctrinæ, quam eodem, quo sancti Patres nostri, spiritu prædicamus, & Nestorianam & Eutychianam cum suis auctoribus condemnat pariter & persequitur prauitatem. Data quinto Kalend. Iulij, Adelphio V. C. Consule. Hæc ad Synodum OEcumenicam Lro Papa.

Quid autem inter hæc Constantinopoli gestum sit (vt sua quæque proprijs reddamus temporibus) enarrandum est. Cùm igitur promulgatum esset ab Imperatore edictum de Concilio OEcumenico Nicææ celebrando, mox contigit misceri in populo turbas, renouari contentiones, studia partium iterum concitari, excitarique tumultus, quamobrem Marcianus Imperator eiusmodi mense Iulij ad populum proclamari fecit edictum [e]:

XXV.

e l. 5. C. Ut hic qui ad Eccles. confug.

Denunciamus omnibus, vt in sacrosanctis Ecclesijs, & in alijs quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione: nemo conclamationibus vtatur, nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula collectâ multitudine in qualibet parte ciuitatis & vici vel cuiuscumque loci colligere aut celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges à quibusdam sibi existimet perpetrari, liceat ei adire Iudicem, & legitimum postulare præsidium. Sciant sanè omnes, quòd si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit, vltimo supplicio subiacebit. Dat. 3. Idus Iulij, ipso Marciano Aug. & Adelphio Conss. ita quidem Imp. compescuit concitatos inter factiosos vtriusque partis in regia ciuitate tumultus.

XXVI. EDICTVM ADVERSVM TVMVLTVANTES.

Qui enim in gratia Theodosij Imperatoris, atque impulsibus Chrysaphij & aliorum potentium, Eutycheti semel fauissent, ne leuitatis arguerentur, perstabant in sententia, & omni conatu patrocinabantur susceptæ semel inique causæ, & si non aliter, acclamationibus saltem nominis Eutychetis. His verò retinebantur maiori conatu atque fiduciâ, qui viribus præstabant & numero Orthodoxi; periculumque haud mediocre imminebat, ne vniuersa ciuitas, his mutuò inter se altercantibus, cædibus turpiter fœdaretur. Accidit verò, vt cùm quæ Constantinopoli concitatæ sunt turbæ, repressæ essent (vt vidimus) edicto Imperatoris: rursum timeretur, ne eædem transferrentur Nicæam Bithyniæ, præstitutum ad Synodum locum, confluentibus illuc compluribus monachis atque clericis, necnon etiam laicis vtriusque partis inter se mutuò digladiantibus. Ad quos expellendos fanoribus diuersorum in diuersa commotos, sancta Pulcheria Augusta ad Strategium Consularem Bithyniæ eiusmodi litteras dedit [f].

XXVII. DE STVDIIS FAVTORVM EVTYCHETIS.

f Extant ante Concil. Chalc.

Intentio nostra tranquillitatis est, ante ciuiles causas, sanctas Christi Ecclesias, eisq; dicatos in pace consistere, & Orthodoxam fidem, quam continere iudicamus imperium, imperturbatam & immotam ab omni hominum genere custodiri. Vnde dudum prauâ quâdam emergente discordiâ, multam curam habuimus, vt vndique multitudo sanctorum Episcoporum simul congregaretur in Nicæa, quatenus vniuersorum concordiâ, omnis turba de medio tolleretur, & in futuro firma & immobilis fides venerabilis præmaneret. Quis ergo secundum nostram sanctionem reuerentissimi quidem Episcopi vniuersi conuenerunt sustinentes potestatis nostræ præsentiam, quæ non pòst multum, Deo cooperante, aderit: quidam autem (sicut agnouimus) cùm sint soliti conturbare & confundere Deo placitam disciplinam, superuenientes in Nicæam clerici ac monachi atque laici tumultum facere tentant, contendentes absq; his, quæ nobis placuerunt: necessarias has pias litteras ad tuam direximus claritatem: quatenus cum omni virtute eos, qui præter nostram euocationem, aut permissionem sororum Episcoporum, ibidem commorantur, clericos scje intra hunc ordinem constitutos, siue aliquâ eorum à proprijs Episcopis sunt remoti, vel monachos, atque laicos, quos nulla ratio ad Concilium vocat, omnino debeas de ciuitate & ipsis locis expellere: vt cum omni disciplina confidente sancta Synodo, sine aliqua commotione atque contentione, quæ à Domino Christo reuelata fuerint, communiter ab omnibus confirmentur. Sciò enim, quòd si quis de cætero inuentus fuerit tumultuosus ibidem commorare, aut extra præsentiam nostræ tran-

XXVIII. PVLCHERIA AD STRATEGIVM.

quillitatis, aut certè post præsentiam, non fortutum sibi imminere periculum. hæc Pulcheria ad Strategium.

XXIX. EPISCOPI QVI NICÆAM PROFECTI SVNT QVID AD IMP.

Cùm igitur ad præfinitam diem Kalendarum Septembrium Episcopi ad Synodum conuocati, se Nicæam Bithyniæ contulissent, exspectarentque Imperatoris aduentum, qui se in optatis habere Synodo interesse, missis ad Episcopos literis significauerat; & diebus pluribus Nicææ exspectâssent: dederunt ijdem Patres litteras ad Imperatorem, quibus & admonuerunt, complures ipsorum ob laborem itineris detineri infirmitatibus, & alijs afflictari angustijs; petentes simul, vt sineret ex more conuentus agi. Ad hos autem Marcianus Augustus rescripsit, visum esse Apostolicæ sedis legatis, ne absque Imperatoris sententia Synodus ageretur: seque propediem affore pollicitus est: sin autem minimè maturare liceret aduentum: vt se Chalcedonem conferrent, hortatus est. Extant ipsæ Imperatoris litteræ ad Synodum datæ [a].

a *In præambul. Concil. Chalced*

XXX. Cùm verò inter hæc perturbari Illyricum ob metum imminentis barbaricæ inuasionis ideò Imperator certior redditus esset litteris Præfectorum: ea de re ideò commotus est, vt Illyricum profectionem ipse pararet. Verùm quòd sciret, hostes tunc facilius superari, cum primò religioni consulitur, & impietas expugnatur; suscepto iam anteà institutum de OEcumenico celebrando Concilio implere laborat. Quòd verò Nicæam se conferendi propositum deposuisset (haud enim tutum esse videbatur ob bellicas expeditiones Constantinopoli longè recedere) hac de causâ Patres conuocat iteratis litteris Chalcedonem, propinquam ipsi Constantinopoli ciuitatem. Posteriores autem ipsæ ad eos tunc datæ litteræ sic se habent [b]:

b *Extant ante Concil. Chalced.*

Imperatores Valentinianus & Marcianus Victores semper Augusti sancto Concilio, quòd Nicææ per Dei voluntatem nostrâ sanctione collectum est.

XXXI. IMPER. MARCIANVS CONVOCAT NICÆA CHALCEDONEM PATRES.

Dudum quidem & per alias diuinas nostras litteras indicauimus vestræ religioni, quatenùs in Chalcedonensium ciuitatem veniretis, vt ea, quæ de sancta & Orthodoxa fide à sanctis Patribus nostris sunt definita, confirmaretis, ne diutiùs Orthodoxorum multitudo diuersis modis errando seduceretur, sed vt omnes Dominum nostrum Saluatorem Christum (sicut congruit, & sicut sanctissimi Patres nostri decreuerunt) confiteantur. Nos enim propter feruentissimum fidei zelum publicarum rerum necessarias vtilitates in præsenti distulimus, multum desiderantes, ea, quæ Orthodoxa & vera sunt fidei, tranquillitatu nostræ præsentiâ confirmari. Nam ea, quæ in Illyrico contigerunt, & ad vestras aures peruenisse confidimus, licet Dei voluntate competenti vindictâ contigerint: tamen publicarum rerum vtilitas exigebat ad Illyricum nostra tranquillitatu profectionem. Sed quoniam (sicut prædictum est) nihil Orthodoxæ fidei, & vt hæc roboretur, præponendum esse iudicauimus: propterea huic quidem expeditioni interim supersedemus. Et nunc propriè vestram Venerationem per alias nostras sacratissimas litteras adhortamur, quatenùs sine vlla dilatione accedatis Chalcedonensium ciuitatem.

XXXII. *Quoniam Attico diaconio regiæ ciuitatis sanctissimæ & Catholicæ Ecclesiæ referente nostra tranquillitati, cognouimus, vestram sanctitatem formidare, ne forte Eutychetis sectatores, aut alius aliquis seditiones & tumultus præparare pertentet: quâ gratiâ significamus vobis, vt prædictam causam nullatenùs formidantes, aduenietis in Chalcedonensium ciuitatem. Speramus autem de Dei clementia, quia præter aliquam turbam atque tumultum, omnibus secundum Orthodoxam & veram fidem iustè & Deo placitè constitutis; vnusquisque vestrûm ad propria sub celeritate reuertetur. Festinate ergo aduenire, & nullam dilationem negotio facere; neq; per vestram segnitiem, dilationem habeat intentio veritatis. Nobis enim studium est, Diuinitate propitiâ, prosperum finem accipiente causâ, velociter iterum ad expeditionem felicissimam remeare. Deus vos custodiat per multos annos, Dat. decimo Kalend. Octobris, Heraclia.* hæc ad Synodum Marcianus: quibus emendes locum depravatum in epistolâ [c] S. Leonis mense Iulio ad Pulcheriam data, vbi legitur decreto Principis Synodus iam conuocata Chalcedonem: nam nonnisi mense Septembris id factum, ipsæ litteræ Imperatoris Marciani declarant. Vnde cùm ibi dicitur: *Quòd ergo Synodum Chalcedone haberi vestra clementia præcipit, cùm à me, vt in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatum, &c.* pro Chalcedone, restituendum esse, Nicæa, nemo non videt.

c *Leo Ep. 61.*

Sed quinàm isti fuêre improuisi rumores iuncti formidini, in Illyrico agitari, vt à præscripto loco & die celebrandi Conuentûs retardauerint Imperatorem? Illi quidem per Attilam tunc excitati sunt: cùm enim malè pugnâsset in Gallijs, vnà cum suis, qui certamini superfuerant, longiùs à Romanorum regione atque viribus Gothorum abscedens, tentauit Illyricum: sed inde reiectus, consedit in superioribus Veneticæ prouinciæ partibus, illic hyematurus, donec reparato exercitu, appeteret Aquileiam, quam anno sequenti ferociaggressus impetu expugnauit. Apparuit namque quid benè culta religio, quidve impietas possit. Dum enim impietati fauetur, robustior factus Attila, indixit Orienti tributum: dum verò impietas cùm impijs coërcetur, & procilcata religio subleuatur, idem Attila ab Oriente primùm abigitur in Occidentem; & rursus repetens loca, vbi semper vincere consueuit, nullo negotio, Dei virtute expellitur. XXXIII. TVMVLTVS IN ILLYRICO EXCITATI.

Age verò, antequàm Chalcedonensis Concilij Acta aggrediamur, quænam in Gallijs gesta sunt à Romanis & Gothis aduersus Attilam terribilem & formidandum, non Hunnorum tantùm exercitu, sed plurium barbarorum nationum copijs potentissimum prosequamur. Hi namque fuerunt illi bellorum fluctus, quorum causâ vidimus sancto Leoni magis placuisse differre Synodum generalem; eò quòd ob ingruens bellum barbaricum, haud liberum esset Episcopos (vti perierat Imperator) ex omnibus prouincijs ad Concilium mitti. XXXIV.

De his acturi in primis quid de viribus Attilæ maiores posteris tradidêre, hîc describamus: hæc enim de his in collecta historia Miscellanea nomine Pauli Diaconi scripta leguntur [d]: *Fultus namque Attila fortissimarum gentium, quas subingauerat, præsidio ad Occidentale demolendum animum intendit Imperium; cuius exercitus septingentorum millium numero ferebatur: Vir in concussionem Orbis in mundo natus, terrarum omnium metu quoque vulgatus erat: namque superbus incessu, huc se & illuc circumferens, vt elatus potentiâ ipso quoque motu corporis appareret: Bellorum quidem amator, sed manu temperans ipse, consilio validissimus, supplicantibus inexorabilis, propitius in fidem semel receptis, formâ breuis, lato pectore, capite grandiori, oculis minutis, barbâ rasus, canis respersus, simus naso, teter colore, originis sua signa referens. Erant quidem eius subiecti dominio Rex ille Gepidarum famosissimus Andaricus, Vualamirque iam Gothorum regnator ipso tunc, cui seruiebat, Rege nobilior, fortissima nihilominùs gentes, Marcomanni, Sueui, Quadi præterea, Heruli, Turcilingi, siue Rugi cum propriis Regulis, aliæque præter hos barbaræ nationes in finibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Attila superbus Imperio, quamquàm robore facilè se adipisci putaret, quod cuperet, tamen consilij astutiâ potiùs, quàm armorum fortitudine hostes aggredi satagebat.* hæc ibi. XXXV. ATTILA IMMINVTVS EXERCITVS. d *Paulus Diacon. lib. 15.*

Porrò barbaros populos, quos secum ductabat Attila, Sidonius Apollinaris recensetis his versibus [e]: XXXVI. e *Sidon. de Auito Panegyr.* POPVLI QVI SECVM ATTILAM.

—subito cum rupta tumultu
Barbaries totas in te transfuderat arctos
Gallia pugnacem Rugum, comitante Gelone,
Gipeda trux sequitur, Scotum Burgundio cogit
Chunus bello notus, Neurus, Basterna, Toringus,
Bructerus, vluosaquem Velocer abluit vnda,
Prorumpit Francus. Cecidit citò secta bipenni
Hercinia in lintres, & Rhenum texuit aluo.
Et iam terrificis diffuderat Attila turmis.
Incampos se Belga tuos. vix liquerat Alpes
Aëtius, tenue & rarum sine milite ducens
Robur, in auxilijs Geticum malè credulus agmen
In cassum propris præsumens adfore Castris, &c.

addit

addit de Auito tunc Galliarum præfecturam moderante, qui conciliauit, iunxitq; Gothos cum Romanis: sed de his inferiùs agendum.

XXXVII. ATTILA FLAGELLVM DEI.

Anteà enim de Attila aliqua sunt referenda: atque illud in primis, ipsum ex prædictione cuiusdam sanctissimi viri cognominari voluisse, *Flagellum Dei*; quòd nimirùm à Deo missus esset vltor scelerum peccantium Christianorum, instar Assur, qui *Virga furoris Domini* est nominatus[a]. Contremuerunt quidem non Galliæ tantùm, sed vniuersus planè orbis Occidentalis ad nomen Attilæ: expauisse etiam Vrbem, ex ijs intelligis, quæ ex Leone Papa superiùs sunt recitata.

a Isai. 10.

XXXVIII. PRÆDICTIO SANCTI SERVATII EPISCOPI TVNGRENSIS.

Scimus à Gregorio Turonensi & alijs ad hæc tempora referri susceptam ad anteuertendum huiusce modi flagellum Dei peregrinationem ad limina Apostolorum à sancto Seruatio Tungrensi Episcopo. Verum neminem rationem temporis accuratè expendenti hæc probari possunt: cùm constet ex ijs, quæ suo loco superiùs dicta sunt, sanctum Seruatium ante annos fermè centum vixisse, eiusque tempore alias clades barbaricas accidisse, vt non sit opus ad hæc ea referri tempora, vt superiùs demonstrauimus. Nunc verò Octauia Tungrorum vrbs fertur exciss, non credentibus ciuibus suo ipsorum Episcopo Azanario venturam cladem prædicenti. Exuflanda verò sunt, quæ Auentinus æquè impius atque imperitus somniauit de Theoderico & Anthemio Valentiniani Imperatoris Ducibus pacem cum Hunnis firmantibus: de quibus modò satis sit reddere, quæ grauissimus auctor, quites Augustæ Vindelicorum feliciss imè prosecutus est, Marcus Velserus, deliria eiusdem sugillans, habet his verbis [b].

b Marc. Velser. rer. Aug. lib. 2.

Auentinus Theodoricum Veronensem Triarij filium, & Magistrum Anthemium, qui deinde imperauit, Consulem, Valentiniani Imperatoris generum, Dannubiani limitis Ducem, harumque prouinciarum legatos pacem cum Hunnis firmâsse, & exercitui clausis oppidis, itinere faciendi potestatem concessisse prodidit. At breui verborum gyro tot in vnum errorum nauos coegit, vt per immensum opus sparsi, haud dubiè toti simul dehonestando corpori satis sucuri fuisse videantur, &c. prosequitur vir doctissimus refellere hominis rudis in vnum locum congesta plura historiarum insomnia; cùm tamen respectu aliarum eiusdem auctoris deformitatum, quas denudatas, opprobrio atque derisioni expositas idem Velserus frequenter ob oculos ponit, iure hos omnes in vnum coniunctos errores, nævos appellet. Ad finem verò ex Augustanis Annalibus subijcit ipse, aduentum Attilæ nequaquam repressum aliquibus pactis cum Ducibus conditionibus fuisse oppidis absque iactura; immo ferocissimum barbarum numerosissimo truculentorum barbarorum pollentem exercitu, instar fulminis, quæque obuia diiecisse atque prostrauisse, & inter alias ipsam nobilissimam Augustam Vindelicorum ciuitatem eâdem vi tempestatis fuisse concussam, fœdèque vastatam, Memoriamque S. Afræ martyris inflammatum. Cæterum de cladibus illatis ciuitatibus Galliarum, quæ memoriæ commendârunt Gallicani veteres scriptores, & inter eos Gregorius Turonensis, in primis afferamus in medium: sic enim ipse ait [c]:

c Greg. Turon. hist. Franc. lib. 2. c. 6.

XXXIX. DE MIRANDI CIVITATE DOMVSTA, ORATORIO S. STEPHANI SALVO.

Igitur Chuni (hoc namque nomine Hunnos complures maiorum appellare consueuêre) à Pannonijs egressi, vt quidam ferunt, *in ipsa sancti Pascha vigilia ad Metensium vrbem reliqua depopulando peruenerunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipsoque sacerdotes Domini ante sacrosancta altaria perimentes: nec remansit in ea locum innoxium, præter Oratorium beati Stephani primi martyris ac Leuitæ. De quo Oratorio quæ à quibusdam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim, prunisquàm hi hostes venirent, vidisse virum fidelem in visu quasi conferentem cum sanctis Apostolis Petro & Paulo beatum Leuitam Stephanum de hoc incendio ita dicentem: Oro, domini mei, vt non permittatis obtentu vestro Metensem vrbem ab inimicis exuri, quia locum in ea elegi, in quo parnitatis meæ pignora continentur: sed potiùs sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supercrescunt, vt aliud fieri non possit, nisi tradatur cum tali incendio; saltem hoc Oratorium non cremetur. Cui ille ait: Vade in pace, dilectissime frater: Oratorium tantùm tuum carebit incendio. Prædicta verò non obtinebimus, quia Dominica sanctionis super ea sententia iam processit. Inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascendit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde proculdubiò est, quòd horum obtentu, vrbe vastatâ, Oratorium permansit illæsum.* hæc ipse: quæ autem de Aurelianensi ciuitate subdit, dicemus suo loco.

Certè quidem Saluianus [d] Episcopus Massilienfis, dum de cladibus à barbaris & inter alios ab Hunnis illatis agit, longè Gallis modestiores fuisse hic temporibus Hunnos, Gipedas, Francos, Saxones, plurimos docet, vnde iustè hi ab illis meruerint ita affligi: Cùm alioquin acerbiùs solere Deum punire peccata suorum fidelium, quàm gentilium, Apostoli illa sententia doceat, qua ait [e]: *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci.* & iure quidem vt ab eo plura exigantur, qui plura accepit. Qui verò ibi tunc inter eos inuentus est iustus, nequaquam cum sceleratis puniri Dei prouidentiâ finitur. Etenim Metensis Episcopus, Author [f] nomine, cùm ab Hunnis capitur, percussus illis continuò cæcitate liber abire finitur cum alijs, qui ab ijsdem ibidem capti fuerant. Sed & præclarè tunc accidit, vt precibus clarissimæ virginis Genouefæ Parisiorum ciuitas ab ijsdem Hunnis seruaretur illæsa: id quidem Acta [g] rerum ab ipsa gestarum testantur.

XL. d Saluian. de vocatione gentium lib. 4.

e Rom. 2.

f Sigebert. in Chron. an. 433.

g Extant apud Surium die 3. Ian.

Sed quæ transacta sint inter Attilam & Lupum Trecensem Episcopum sanctitate clarum; ex Vita ipsius fidelissimè scriptâ hîc enarremus. [h] *Non longa* (inquit auctor) *post tempora Hunni erumpentes, & per totam Galliam dissusi, partim simulata pacis arte tenebant vrbes, partim vi expugnabant. Vbi ad Trecensem infesto agmine venere, ciuitatem patentibus campis sitam, nec armis munitam, nec muris solicitus pius Antistes ad visitata se recipiens præsidia, solus ad Deum fusis precibus, superna opis auxilio eam defendit. At immanis ille & ferus Attila eâdem sanctis viri altiori sensu suscipiens, pro sua exercitusque sui salute & incolumitate secum cum vultu proficisci ad Rhenum vsque, pollicens ei, vbi eò ventum sit, seipsum dimissurum. Mox copia offertur ab eo loco reuertendi: non negatur reditus, sed quoque inducatur. Orat tyrannus obnixè sanctum virum, vt velit pro ipso Dominum deprecari, interprete vsus Hunigasio.*

XLI. h Extant apud Sur. die 29. Iul. RES GESTÆ LVPI TRECENSIS CVM ATTILA.

Reuersus autem vir Dei, vt vidit se desperatione suorum turbatum, ad montis perfugium Latisconem cateris solertior festinauit, vt eo transferret plebem, quam orationum suarum suffragijs discrimina subiacentem inter excidia publica & arma defenderet. Illud perfugium distat ab vrbe milliarijs quinque & quadraginta. Manens verò illic bienny spatio, offensus raritate suorum eò venientium, Matisconam sibi censuit expetendum, subdit miracula ab eo tunc edita, fidelissimus suorum temporum rerum scriptor, licet multa nimiâ breuitate transilierit: nisi fortè mutilata habeantur, quæ extant eius Acta. hæc enim alij superadduxerunt [i]: *Cùm S. Lupus Attilæ Flagello Dei Hunnorum Principi occurrisset, & pro patria intercederet, & Princeps ferox delere omnino ciuitatem proponeret: diuinâ virtute tunc ipse, tum exercitus neminem videntes transeuntem per ciuitatem à porta vsque ad portam, veluti cæcitate percussi, sicque patria saluata est.* sed de his auctorem aliquem veterem non inuenimus.

XLII. i Petri Catal. lib. 6. c. 5. & alii. OCCVRSVS LVPI CVM ATTILA.

Qui autem fusius res Attilæ sunt prosecuti, ista adijciunt [k]: *Lupus habitu indutus pontificali, cum multitudine cleri, Attila aduenienti sit obuius. Is facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam esset, qui tot regibus dentibus, nationibus, populisque profligatis, vrbibus euersis, cuncta sibi subderet? Cui Attila: Ego, inquit sum Rex Hunnorum Attila Flagellum Dei. Adhæc Lupus: & quis est mortalium, qui Dei flagello resistat. Veni igitur Dei mei flagellum: illoque vtere, vt Deus concedit. Adhæc verba Barbarus emollitus, Trecensem vrbem illæsam transiit.* hæc ipsi. Cæterum Trecensium rerum sub Attila adhuc alia desiderari videntur, nimirùm Acta martyrij

XLIII. k Nicol. Olaus in Attila c. 9.

S. Nemorij eius Ecclesiæ Archidiaconi & sociorum, quos iussos ab Attila occidi, referunt Acta publica Ecclesiarum, in quibus septimo Idûs Septembris relati ijdem inter martyres habentur.

XLIV. Lupum verò ipsum ad plures adhuc annos vitam propagâsse, Sidonij epistola [a] ad eum scripta, cùm iam nonem (vt ait) quinquennia haberet in Episcopatu, demonstrat. Sed quantæ hic esset æstimationis, ex eiusdem Sidonij epistolæ exordio accipe, vbi ait: *Benedictus Spiritus Sanctus, & Pater Dei Omnipotentis, quòd tu pater patrum, & Episcopus Episcoporum, & alter sæculi tui Iacobus de quadam specula charitatis, nec de inferiore Hierusalem tota Ecclesia Dei membra superinspicis, dignus, qui omnes consoleris infirmos, &c.* hæc quidem ipse ob eminentem egregiamque vitæ illius sanctitudinem, quâ cæteris Episcopis emineret, licet alijs Galliarum Episcopis pluribus ditione inferior esset. Rursum verò sub eodem Attila martyrio coronatos ponunt alij sanctum Nicasium Rhemensem Episcopum, & eius sororem Euttopiam, atque alios ipsius Ecclesiæ eiusdem palmæ consortes: verùm à Wandalis hos esse trucidatos, eorum Acta [b] referunt, de quibus nos suo loco superiori tomo.

LUPUS TRECENSIS EPISCOPUS.

NICASIUS ET EUTROPIA MART.

a Sidon. lib. 6 Epist. 1.

b Apud Sur. diet 4. Decemb.

Nec reticendum, quod Sigebertus hoc tempore Hunnicæ cladis accidisse tradit, post Vasatensem ciuitatem magno Dei beneficio liberatam, his verbis [c]: *Vasatensi vrbe ab Hunnorum obsidione liberatâ per diuinum auxilium, cùm Episcopus pro gratiarum actione Missam populo celebraret, respiciens sursum vidit super altare quasi de camera templi cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis crystallo clariores, quæ simul defluentes in vnum coniunctæ quasi vnam gemmam pulcherrimam affecerunt: quam cùm in medio crucis aureæ posuissent, altæ gemmæ ei iderunt: seorsum verò posita infirmis dabat sanitatem, adorantibus verò imaginem sanctæ Crucis angebat deuotionem; quia pijs & mundis clara, immundis obscura videbatur.* hæc ipse, eam asserens occasionem miraculi, quòd Arianismo regio illa nonnihil ob Gothorum ibi versantes infecta esset. Sanè quidem cùm mirabiles instant elationes maris (iuxta Prophetam [d]) tunc mirabilis in altis Dominus, faciens signa atque prodigia: & grandiora tunc semper diuinitùs ostensa fuisse signa, vbi vehementiora instarent mala, plurima diuinæ Scripturæ docent exempla; vt non sint humani captûs angusta mensura immensa omnipotentis Dei opera constringenda.

c Sigebert Chron. an. 452.

d Psal. 92

XLV. Conflagrasse verò hac etiam clade Aquitaniam ipsam sancti Prosperi patriam, ipse his versibus iuget [e]:

Cumq; animum patriæ subijt fumantis imago,
Et stetit ante oculos quicquid vbique perit:
Frangimur, immodicis & fletibus ora rigamus:
Demq; pios agimus, vertimur in querelas.

e Prosp. in præfat. lib. de prou. Dei

AQVITANIA AB ATTILA DIRAPTA.

Porrò scripsisse eam ob causam ipsum S. Prosperum carmen illud post cladem Hunnicam, de qua agitur, inde colligere cer[to] datur, quòd in eo infectatur hæresim Eutychetis confundendis in vnum duas Christi naturas haud pridem exortam.

XLVI. Sed quæ hoc item anno contigerunt de Hunnis Aurelianensem ciuitatem obsidentibus, videamus. Atque primùm de iunctis Gothorum copijs cum Romano exercitu sub Aëtio Duce, opera (vt vidimus ex Sidonio) Aquitani Galliarum hoc tempore Præsidis, ex auctore Miscellæ in medium adducamus: hæc enim ibi scripta habentur [f]: *Prauidens Attila sagacitas, quâ callebat, non sibi fore tutum, si Gothi, qui intra Gallias morabantur, Romanis iungerentur auxilio: amicum se Gothis simulans, aduersum Aurelianos vrbem concitùs pergit. Regem VVisigothorum solicitare nisus, vt pariter cum eo Romanum inuadens Imperium, æquâ sorte positi deret. Ad Valentinianum verò Imperatorem legatione missâ, pacem simulat ad vlciscendos Romanos de Gothis, & restituendâ Republica: ad Gallias & Hispanias pergere se dolosè denunciat. Sed Imperatorem dolis eius minimè latuerunt. Itaque quàm celeberrimè Theodoricum * VVisigothorum Regem per Aëtium Patricium conuenient, in suæ pacis fauorem pertraxit, atque cum eodem Patricio contra Attilam post vastatam ferè omnem Galliam Aurelianos iam obsidentem direxit.* hæc ibi de fœdere Romanorum cum Gothis contra Attilam inito: quod per Auitum esse confectum, Sidonius (vt dictum est) in Panegyrico cecinit.

ATTILÆ DOLOSÆ ARTES.

f Paul. Diac. lib. 1.

* Thoriscum.

Sed de obsidione Aurelianensis ciuitatis agamus ex Actis S. sancti Aniani eius ciuitatis Episcopi, in quibus hæc describta narrantur: *Cùm Rex Attila Aurelianensem vrbem vellet euertere; beatus Anianus, non quòd carnem poneret brachium suum, aut hominum viribus confideret, sed vt officio suo non deesset, Arelatem profectus est, vt Aëtio Patricio, qui tunc in Gallijs erat, barbaræ gentis crudelitatem explicaret. Cùm autem iter ageret, ad Mamerti viri potentis ædes diuertit, qui grauissimè decumbens, spiritu & voce, omnique gradiendi facultate destitutus, spem viuendi omnem suis ademisse videbatur. Vt autem præsensit vxor eius, nationis nobilissima, beatum Anianum aduenisse; ad eius se pedes adiecit, orans, vt marito salus redderetur. Accidit vir Dei ad lectum ægrotantis, videt enim horas extremas ducere, procumbit ad preces, orat Dominum totâ nocte cum lachrymis, donec manè æger pristinæ sanitati redditus est. Inde pergit Arelatem, & ab Aëtio humanissimè exceptus, indicat, quo in periculo versetur Aurelia: implorat eius opem, quam Aëtius libenter ac prolixè pollicetur. Redit ad ciues suos, non parum tanti pastoris absentiâ mœrentes: erigit animos illorum multâ consolatione: præparant illi omnia propulsando hosti oportuna.* hucusque ibi: reliqua desiunt in codice. Sed his iungimus, quæ sunt scripta à sancto Gregorio Turonensi, qui hæc ex eisdem Actis accepit, atque [h]:

h Greg. Turon. hist. Franc. lib. 2. XLIX.

Attila Rex Chunorum à Metensi vrbe egrediens, cùm multas Galliarum ciuitates opprimeret, Aurelianam aggreditur, eamque maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat eo tempore beatissimus Anianus supradictæ vrbis Episcopus, vir eximiæ prudentiæ ac laudabilis sanctitatis, cuius virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. Cumque inclusi populi suo Pontifici, quid agerent, exclamarent: ille fusis in Deo, monet omnes in oratione prosterni, atque cum lachrymis præsens semper necessitatibus Domini auxilium implorare. Denique ijs, vt præceperat, deprecantibus, ait sacerdos: Asscite de muro ciuitatis, si Dei misericordia iam succurrat. Suspicabatur enim per Dei misericordiam Aëtium aduenire, ad quem & Arelatem abierat prius, suspensus futuri. Aspicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille: Orate, inquit, fideliter, Dominus liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Asscite iterum. Et cùm aspexissent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertio: Si fideliter petitis, Deus velociter adest. At illi iterum fletu & eiulatu magno Domini misericordiam implorabant. Exactâ quoque oratione, iuxta senis imperium aspicientes denuò, viderunt de longè quasi nubeculam de terra consurgere, quod cùm renunciarent, ait sacerdos: Domini auxilium est. Interea iam trementibus ab illâ arietum muris, iamque ruituris: ecce Aëtius, & Theodoricus Gothorum Rex, ac Torismundus eius filius cum exercitibus suis ad ciuitatem accurrunt, aduersumque hostem reijciunt ac repellunt. Itaque liberata obtentu beatissimi ciuitate, Attilam fugant. hæc Gregorius. Sidonius [i] verò, hostes non obsedisse tantùm & oppugnâsse, sed & irrupisse in ciuitatem tradit, non autem diripuisse, interrumpente repentino Aëtij cum Gothis aduentu: hæque omnia precibus Aniani obtenta ait, atque vaticinio prædicta. Rursum Gregorius:

i Sidon. lib. 8. Epist. 9.

CIVITAS LIBERATA AB ATTILA DIREPTIONE.

His diebus Romam sonus adijt, Aëtium maximo discrimine inter phalanges hostium laborare. Quo audito, vxor eius anxia atque mœsta assidue basilicam sanctorum Apostolorum adibat, atque vt virum suum de hac expectatione suscitaret, precabatur. Quæ cum diu noctuque hoc ageret: quidam nocte homo pauperculus crapulatus à vino, in angulo basilicæ beati Petri obdormiuit. Clausis verò ex more ostijs à custodibus non est exitus: de nocte verò consurgens, reluctantibus per totam edificia lychnis, pauore perterritus, aditum per quem foras exadat, quærit. Verum vbi primi atque alterius ostij claustra pulsat, & obserata cuncta cognoscat; solo decubuit, trepidus præstolans

L. VXOR ATTILÆ ROGAT PRO CIVITATE IN BASILICA APOSTOLORUM.

tempus, vt venientibus ad matutinos hymnos populo, hinc liber absederet. Interea videt duas personas se inuicem venerabiliter salutantes, solicitosq; de suis esse prosperitatibus. Tunc qui erat senior ita exorsus est: *Vxoris Aetij lachrymas diu sustinere non patior: petit enim assidnè, vt virum suum de Gallijs reducam incolumem, cum aliud exinde fuisset apud diuinum iudicium præfinitum.* Sed tamen obtinuit immensam pietatem pro vita illius: *& ecce nunc illuc propero, viuentem eum exinde reducturus. Verumtamen obtestor, vt qui hæc audierit, sileat, arcanumque Dei vulgare non audeat, ne pereat veleciter de terra. Ille verò hæc audiens, silere non potuit, sed mox illucescente cœlo, omnia, quæ audierat, matri familiæ pandit: explicitq;, sermonibus, lumine caruit oculorum.* ita planè occæcari videntem Deus voluit, vt cæci viderent, intercessione Sanctorum plurima magnaq; diuinitùs petentibus dari. Sed pergit auctori:

LI. ATTILA VICTVS AB AETIO.

Igitur Aëtius cum Franchis, Gothisq; coniunctus, aduersus Attilam confligit. At ille ad internecionem vastari suum cernens exercitum fuga dilabitur: Theodoricus verò Gothorum Rex huic certamini succubuit. Nam nullus ambigat Chunorum exercitum obtentu memorati Antistitis Aniani fuisse fugatum. Verum Aëtius Patricius cum Torismundo victoriam obtinuit. hæc Gregorius. sed quod Franchos dicit pugnâsse in exercitu Romanorum, minimè probatur: nam eos pro Attila stetisse, Sidonius tradit. Eadem de victis Hunnis ait Isidorus [a], additque de Gothis: *Adeò extitêre victores, vt Attila Rex Hunnorum prælio victus, meru insequentis exercitus, nusquam comparuisse dicatur,* in Gallijs scilicèt. Torismundum autem non amplius anno vno regnâsse, occisum à fratribus Theodorico atque Friderico, tradit. Sed cùm ad annum primum Marciani hæc referat, redarguitur à Cassiodoto, qui sub anni huius consulibus ait. *Romani, Aetio Duce, Gothis auxiliaribus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnauerunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit.* sequenti verò anno ab Attila Aquileiam excisam ponit: cui consentit Marcellinus in Chronico. De hoc prœlio ita apud Paulum Diaconum: *Hoc certamen circa horam diei nonam cœptum, de vtriq; partibus centum octoginta millia occisorum dicitur.* Gloriati quidem sunt posteri Gothorum Reges, à suis maioribus Attilam superatum, vt apud Cassiodorum [b] Theodorici Regis epistola docet ad Alaricum data.

[a] Isidor. in Chr. Goth.

[b] Cassiod. Var. lib. 5. Epist. 1.

LII.

Huiusmodi belli describendi Prosper Aurelianensis Episcopus à Sidonio Apollinari promissionem accepit: sed ille magnitudine rerum reuocatus semel à cœptis, quid de his ad eum breui epistolâ scribat, in qua suscepti operis argumentum pandit, intelliges: sic enim se habet [c]:

[c] Sidon. lib. 8. Epist. 15.

Sidonius domino Papæ Prospero salutem.

LIII. ATTILÆ BELLI HIST. COEPTA SCRIBI A SIDONIO.

Dum laudibus summis sanctum Anianum maximum consummatumque Pontificem Lupo parem, Germanoq; non imparem vis celebrari, Fidelium q; desideras pectoribus insigi viri talis ac tanti mores, merita, virtutes: etiam illud non absque iustitia gloria datur, quòd te successore decessit. Exegeras mihi, vt promitterem tibi Attilæ bellum stylo me posteris intimaturum, quo videlicet Aurelianensis vrbis obsidio, oppugnatio, irruptio, nec direptio, & illa vulgata exauditi cœlitus sacerdotis vaticinatio contineatur. Cœperam scribere; sed operis arrepti fasce perspecto, tæduit inchoasse: propter hoc nullis auribus credidi, quod primum, me censore, damnaueram. Dabitur (vt spero) precanti tuo, & meritis Antistitis summi, quatenus præconio suo sub quacumque & quidem celeri occasione famulemur. Catorum tu creditor iustus laudabiliter hoc imprudentiæ temerarij debitoris indulseris, vt quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur irrepossibile. Memor nostri esse dignare, domine Papa. hæc Sidonius: qui perfecerit ne semel cœptum opus, nullus prodidit.

LIV. DE FUGA ATTILÆ.

Sic igitur collectis copijs, quibus abundabat Attila, prudenti vsus consilio, diuimens bellum, fugâque lapsus, longè longiùs abiens, à regionibus illis recedens, quo vires collapsas instauraret, consternatosque erigeret animos, Galliam deserens, se contulit in Illyricum, in Orientem reuersurus: sed à Marciani Imperatoris exercitu repulsus, inter fines Venetticos ad sequentis anni bellum consedit, at de his suo loco dicendum. Arque hactenùs de Attilæ anni huius rebus gestis. Sic igitur diuino nutu, ex insperato pacato Orbe Romano, summâ pace celebratum est Chalcedonense Concilium, ad cuius rerum gestarum narrationem iam admouendus est stylus.

LV. CONCILIVM CHALCEDONENSE.

Hoc igitur anno, ijsdem Consulibus Marciano atque Adelphio, Indictione quarta, mense Octobris Chalcedone conuenit ad Synodum OEcumenicam celebrandam ingens numerus Episcoporum. Quotnàm autem fuerint, diuersæ reperiuntur sententiæ: etenim Marcellinus in Chronico, sexcentos triginta eidem sacro Concilio præsentes fuisse, testatur: sed ampliùs addit Nicephorus [d], nempe duplicatum illum fuisse numerum eorum, qui Synodo interfuêre Nicænæ, videlicet sexcentos triginta sex omnes fuisse: sed triginta tantùm super sexcentos numerat Liberatus [e] Diaconus: idipsum Photius ac [f] demùm reliqui fermè omnes hos secuti scripserunt. Verùm S. Leo in epistola ad Episcopos Galliarum [g] hoc de numero: *Nan enim* (inquit) *vllâ cuiquam excusationis refugium de ignorantia & inscientia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur, cùm hæc ipsa sexcentorum fermè fratrum Coepiscoporumque nostrorum Synodus congregata, &c.* Vnde cùm in prima eiusdem Concilij Actione nonnisi trecenti quadraginta quinq; Episcopi scripti legantur; immo nonnisi trecentorum Episcoporum numerum subduxerit, qui eadem Acta edidit: dimidiam fermè partem in Actis, quæ extant, desiderari certum est.

[d] Nicephb. lib. 15. c. 2.

[e] Liberat. in Breu. c. 13. tom. 2. Concil.

[f] Photius de septem Concil. c. 4. extat to 3. Concil.

[g] Leo Ep. 52.

LVI. SITVS ET ASPECTVS BASILICÆ S. EVPHEMIÆ.

Quod autem ad locum spectat haud intra mœnia Chalcedonensis ciuitatis collectum est, sed in suburbijs, in amplissima basilica sanctæ martyris Euphemiæ; quæ ab Euagrio graphicè his describitur verbis [h]: *Abest autem hoc templum à Bosphoro ampliùs duobus stadijs, situm in loco quodam amœno, qui adeò paulatim erigitur in accliuitatem, vt ascensus perfaciles, minimeque molestos præbeat ad templum martyris accedentibus, qui quidem videntur sibi derepentè in sublime sublati, atque adeò intra ipsum templi Sanctuarium versari. Vnde tamquam è specula oculos deijcientes, campos omnes substratos cernunt, eosque in æquabilem & patentem planitiem porrectos, herba quidem virentes, onustos segetibus, arboribus cuiusque generis pulchrè ad aspectum vestitos; quinctiam montes asperos scitè erectos, in altitudinem leuatos, incuruatosque, diuersos præterea pelagos, partim pro tranquillitate purpureum colorem præ se ferentes, & placidè & quietè cum ipsis lodentes littoribus, quibus adiacentes agri à tempestatibus vacui sunt; partim turbulentos & vastis fureutes fluctibus, vnde vmbel. [illegible] alga & minutiores pisciculi ex typhaceorum genere recipi loco vndarum impetu excutiuntur. Porrò autem illud templum è regione Constantinopolis positum est, adeò vt talis & tam egregia vrbis aspectus illi permultum splendoris asserat.*

[h] Euagr. lib. 2. c. 3.

LVII. STRVCTVRA BASILICÆ S. EVPHEMIÆ.

Hoc templum constat ex tribus amplissimis ædificijs: vnum libero cœlo patens, atrio oblongo, & columnis vndiq; concinne exornatum: alterum deinceps latitudine, longitudineque paribus itidem columnis prioris simile, fastigio supposito solummodo dissimile: ad cuius latus versus Aquilonem est alterum adificium ductum in gyrum, quod spectat ad Solis ortum, ipsumque ad formam testudinis columnis valde artificiosè fabricatis ex eadem confectis materia, magnitudine eâdem inijs in orbem tornatum. Super his tabulatum est sublime, eodem operum tecto, in quo librorum est cuique preces martyri fundere, & sacris interesse mysterijs. Intra testudinem ad Orientem est sacrarium decore constitutum: in quo sanctissima martyris reliquia in capsa benè longa (quam propterea quidam μακρὸν, id est, longam, propriò nomine appellant) ex argento valde scienter confecta, condita reponuntur.

LVIII. MIRACVLA EX RELIQVIIS S. EVPHEMIÆ.

Miracula autem, quæ ab ista sanctissima martyre quibusdam temporibus edita sunt, nemini Christiano obscura sunt. Nam sæpe numerò aut Episcopis, qui ordine illius vrbis Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipsa martyr apparens, aut alijs quibusdam ob piam vitæ rationem nobilitatis accedens, iubet, vt in [illegible]

templo festum delicijs & opiparis epulis celebrent. Sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando. *Quod vbi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti ciuitati: ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua vniuersa multitudo, quo efficiantur mysteriorum participes. Deinde omnibus his inspectantibus, Episcopus Constantinopolitanus vnà cum suis sacerdotibus Sacrarium, in quo sanctissimum martyris corpus, de quo suprà dixi, reconditum est, ingreditur. Est in ipsa capsa ad lauam velut transenna exigua, paruis ianuis obsirmata, per quam ferrum oblongum spongia circumligatum ad reliquias vsque immittunt; quod quidem vbi circumtorserint, spongiam plenam sanguine retrahunt, plenamque cruentis guttis concretis plurimis. Quod vbi videt populus, statim propterea Deum veneratur, gloria & laudibus effert.*

LIX. SANGVINE S. EVPHEMIÆ REPLETVS ORBIS.

Tanta est autem guttarum concretarum inde extractarum copia, vt pijs Imperatoribus, sacerdotibus omnibus ibi congregatis, & vniuersi populi frequentia abunde satis suppetant, tum ad participandum, tum admittendum cæteris Fidelibus per Orbem vniuersum illarum rerum cupientibus fieri participes. At gutta illa concreta manent integra perpetuò, & sacer sanguis nequaquam in aliam formam commutatur. Quæ res fiunt non vllo certo & definito tempore, sed prout Episcopi vita & morum illius grauitas fert. Aiunt namque, cùm aliquis spectatus vir & in virtutibus eximius eam gubernat Ecclesiam, hoc miraculum sæpissimè fieri solere: cùm autem improbus illo munere fungatur, raro admodum signa illa diuina edi.

LX. ODORIMMENSVS EX SACRIS RELIQVIIS.

Aliud præterea commemorabo, cui neque tempus, neque occasio vlla est impedimento, neque discrimen inter Fideles & infideles ab ea confertur, sed omnibus ex æquo ostendit sese. Cùm aliquis eò loci accedat, vbi sacra capsa, in qua sunt condita sanctissima illa reliquiæ, reponitur; tam flagranti repletur odore, vt alij omnes odores, quibus homines vti solent, abeo longè superentur: nam neque odori florum, qui ex prato colliguntur, similis est, neque illis, quæ ex rebus suauissimè olentibus capitur; neque talis, qualis conficitur ab vnguentarijs. Sed peregrinus est, & præcæteris eximius, ex ipsius martyris reliquijs vim & virtutem illam ei tribuentibus efflatus. Hoc eodem loco Concilium cogitur, &c. hæc Euagrius. Porrò ad miraculum illud de sanguine S. Paulinus Nolanus Episcopus alluisse visus est, dum ait [a]:

a Paulin. in Natal. 9. S. Felicis.

Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris
Signat virgineo sacratum sanguine littus.

At de basilica satis.

LXI.

Sed in quanam ipsius parte dispositus fuerit Synodalis consessus, eiusdem Synodi Acta sæpiùs docent, dum omnes consedisse ante cancellos sacri altaris, habent. Nominat locum illum Liberatus Diaconus Secretarium, vbi ait [b]: *Aduenientibus Marciano Imperatore ad Secretarium eorum Iudicibus & sacro Senatu, allocutionis verba fecit in Concilio, &c.* cuius rei causa è loco mutuatus ipse nomen, singulas sessiones ibidem habitas, *Secretaria* nominauit. Moris namque erat, vt in basilicarum Secretarijs Concilia Episcoporum celebrarentur. Habes de his, inter alia, plura exempla Ecclesiæ Africanæ, vbi Concilia Carthaginensia in Secretarijs celebrata esse legeries: necnon Romanæ sub Martino, & aliarum Ecclesiarum. Sed quis, quæso locus ante cancellos, quem Liberatus nominat Secretarium non alium quidem putamus, quàm eum, quem ab Euagrio [c] describente ipsum sanctæ Euphemiæ templum ita delineatur: *Ad cuius latus versus Aquilonem est alterum ædificium* (quod vocat tertiam templi partem, eamdemque intimam) *quod specitat ad Solis ortum, ipsumque ad formam testudinis, columnis valde artificiosè fabricatis.* & paulò pòst: *Intra testudinem ad Orientem & Sacrarium decorè constructum, in quo sanctissima martyris reliquiæ in capsa benè longa repositæ, &c.* nominat Euagrius *Sacrarium*, quod Liberatus *Sanctuarium*: vtriusque namque vocis eamdem esse significationem, docet canon Concilij Laodiceni verbis istis [d]: *Non oportet subdiaconos licentiam habere in Secretarium siue Sacrarium, quod Græci Diaconium appellant, ingredi, & contingere vasa Dominica.* & alio eiusdem Concilij canone [e]: *Quòd non oportet presbyteros ante processionem Episcopi introire Sacrarium, & sedere.* Græcè etiam inuenitur nuncupatum ἱερατεῖον, quod est, *Sacrarium*, siue ἅγιον, quod præ cæteris Ecclesiæ locis emineat.

b Liberat. Diac. in Brev. c. 13. SYNODI IN SECRETARIO.

c Euagr. l. 2. c. 3.

d Concil. Laodic. c. 21. secund. edit. Bin. etc. 57. prim. edit.

Sed quomodò dici potest, ante cancellos fuisse Secretarium, siue Sacrarium? Meminisse debes (quod & in antiquis basilicis cernitur) inter Ecclesiæ gremium & apsidem, vbi sedes Episcopi locari solebat, esse Sanctuarium collocatum, quod quidem altare erat primarium in medio situm, vndique circumcirca cancellis septum. Describitur eius forma graphicè sanè ab Eusebio verbis istis [f]: *Sanctuario hoc modo absoluto & perfecto, sellisque quibusdam in altissimo loco ad Præsidum Ecclesiæ honorem collocatis, & subsellijs præterea vndique ordine dispensatis, decorè eximieque exornato: altarique denique tamquam Sacrosanctorum in medio Sanctuarij sito: ista rursum, vt à plebe & multitudine eò non posset accedi, cancellum ex ligno fabricatis circumdedit.* hæc ille. LXII.

f Euseb. lib. 10. c. 4.

Ante igitur altaris cancellos apsidem respicientes apparet congregatum fuisse Concilium, totumque occupasse locum, qui interiacet inter cancellos & apsidem, vbi erat thronus Episcopalis: qui quidem in ampliotibus basilicis haud mediocris latitudinis & longitudinis existebat, & quidem capax cuiusuis numerosi concessus Episcoporum. Intelligis, puto, & ex his, quam procul absit, vt veritatis scopum attigerint, qui de Secretarijs aliter sunt opinati. Fuisse quidem ea intra apsidem, Paulinus [g] in epistola ad Seuerum haud obscurè significat: in eaque disponi sacra vasa ad ministerium, & sacros codices ad lectionem, ostendit. Ad hæc etiam spectat, quod S. Gregorius Papa [h] iure expostulat aduersus Ioannem Rauennatem Episcopum, quòd tempore ieiunij gestaret pallium per plateas & vias, quando nec licet eo vti in Secretario, loco nimirùm consueto, vbi in suo throno in apside collocato sedere soleret Episcopi, & cum eo presbyteri, diaconi nequaquam: nam hæc habet canon decimusquintus Concilij Arelatensis secundi: *In Secretario diaconos inter Presbyteros sedere non liceat.* At de Secretario satis. LXIII.

g Paulin. Epist. 12.

h Greg. lib. 2. ep. 54.

Quod verò ad personas pertinet, constat pro Apostolica sede à S. Leone Papa & Occidentalibus omnibus Episcopis legatos quatuor ex Synodo Romana missos, Paschasinum Episcopum Lilibæi in Sicilia, Lucentium Asculanum Antistitem, Bonifacium & Basilium S.R.E. presbyteros Cardinales, id quidem testatur ipse S. Leo in epistola data ad Synodum ipsam Chalcedonensem. Verùm quoniam de Basilio in Actis eiusdem Synodi Chalcedonensis nusquam mentio, neque apud aliquem antiquorum scriptorum expressus habetur: coniecturâ ducimur, cum ante coactam Synodum prædefunctum, remanisseque Paschasinum, Lucentium, & Bonifacium. Porrò hunc eumdem esse Basilium putamus cum eo, qui anno superiori vnà cum Abundio & alijs collegis eodem functus est munere, peritiâ visus rerum delectus, qui itidem in Orientem legationem obiret. LXIV.

Voluit sanctus Leo & Iulianum Coënsum Episcopum, solitum in Oriente agere res Romanæ Ecclesiæ, in eadem Synodo legati munere fungi, vt ex eiusdem sancti Leonis litteris & Episcoporum subscriptionibus liquet. Nec verò defuit ex Africana Ecclesia legatio, licèt Wandalica persecutione assiduè vexaretur: missi sunt enim Aurelius Adrumetinus, & Rusticus Episcopi. Sed & adfuêre pro Saracenis Eustathius & Ioannes Episcopi, pro Siculis verò Ioannes Messanensis Antistes. Aduenerunt & hostes Catholicæ fidei, qui simul conspirârant contra sanctum Flauianum, Dioscorus Alexandrinus, & Iuuenalis Hierosolymitanus: venit etiam Dominus Antiochenus iam priuatus, & qui eius loco suffectus fuit Maximus, itemque subrogatus in locum sancti Flauiani Anatolius, iam à S. Leone Papa Catholicæ reconciliatus Ecclesiæ. At iure repte [i] renditur ab Euagrio Zacharias rhetor, cum affirmat ad hanc eamdem Synodum accersitum etiam esse Nestorium. Manauit enim inde ipsi errandi occasio, quòd inter alios Episcopos, qui sancto Chalcedonensi interfuerunt Concilio, legatus [k] Nestorius, sed Phanagoria ciuitatis Episcopus: at lõgè hic alius à Nestorio hæresiarcha. LXV.

i Euagr. l. 2. c. 2.

k Concil. Chalced. Act. 1. in princ.

Sed

Sed & præstò fuit Marcianus Imperator vnà cum Pulcheria Augusta, & alijs Imperij magistratibus.

LXVI. CONSESSVS SYNODI. a Concil. Chalced. Act. 1.

Consessus autem ita dispositus reperitur, vt inter aspidem atque cancellos Patribus constituti [a], à lęua parte sederent Apostolicæ sedis legati, & post eos Constantinopolitanus Antiochenus, & alij Episcopi; à dextris autem Dioscorus Episcopus Alexandrinus, & post eum Iuuenalis, ambo licèt iudicandi, ac subinde reliqui post ipsos Episcopi: in medio verò ipsorum super thronum sacrosancta Euangelia, ex more, fuêre posita. Imperator autem Marcianus & Pulcheria Augusta, vnà cum magistratibus, Senatoribus, ijsdemq; delectis Iudicibus cognitoribus (ita enim nominare consueuit antiquitas Iudices sæculares, quorum arbitrio cuncta, legitimo seruato ordine, tractarentur) cum his, inquam, Imperator ingressus, sedem habuit vnà cum Pulcheria Augusta ante cancellos.

LXVII. DIGNIOR LOCVS LEGATIS DATVS.

Sed quid est, inquies, quòd qui iudicandi iri venerant Dioscorus, Iuuenalis, & alij à parte dextera sunt collocati, legati verò Apostolicæ sedis, quibus primarius locus iure debebatur, à sinistris sunt positi? Vt autem intelligas legatos in sinistra vt nobiliori parte locatos, consule, quæ à nobis abundè satis dicta sunt superioribus tomis secundo & tertio, de ratione dignitatęque dexteræ atque sinistræ.

LXVIII.

Sed & si quæ sunt dicta non placent: quomodò maioris honoris causâ id fuerit ordinatum, cùm ipsa sinistra in dexteram, dextera verò in sinistram commutaretur, audi quæ in antiquo Romano Ordine leguntur his verbis: *Sedebunt cà locali dispositione, vt intrantibus Ecclesiam Episcopi sint ad sinistram, presbyteri verò ad dexteram: vt quando Pontifex sederit, & ad eos respexerit, Episcopos ad dexteram, presbyteros conuocatur ad sinistram.* hæc ibi. Ex quibus etiam illud intelligere possumus, sic à parte sinistra legatos Apostolicæ sedis, & post eos Episcopum Antiochenum, à dextris verò Dioscorum Alexandrinum & Iuuenalem Episcopum Hierosolymitanum esse locatos, vt positus in medio Christus Dominus noster (cuius typum gerebat sacrosanctum Euangelium super thronum in meditullio collocatum) secundum illud Psalmographi [b]: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* in eos respiciens, à dextris haberet qui sedebant in sinistra, & à sinistris qui considerent in dextera. Quâ quidem ratione habitâ, fiet vt multæ conciliari possint de sinistra & dextera parte obortę, & oboriri solitæ controuersiæ, concordentur̃que variæ perplexitates, dum alia in progressu, in consessu ratio alia attendatur ex diuerso aspectu primariæ personæ in medio sedentis, atq; astantibus præsidentis. At de cõsessu satis.

b Psal. 81.

LXIX.

De tempore autem, quò Synodus cœpta, quoue fuerit absoluta: ex eiusdem liquet Actis inchoatam esse hoc anno, octauo Idus Octobris, absolutam verò Kalen. Nouembris: quo medio tempore, duodecim diebus, duodecim Sessiones, siue Secretaria esse habita, Liberatus testatur [c]: Actiones verò in eis habitas numeratipse quindecim; sed tum Latina, tum Græca exemplaria sexdecim cõtinent, cùm tamen ob deprauatos codices interdum ex Græco corrigendus sit Latinus textus, & ex Latino Græcus, habeanturque Actiones in Græco codice, quæ in Latinis desiderentur. Nos autem, quid singulis diebus gestũ sit, Sessionis nomine suo ordine recensentes, tredecim numeramus: sed quòd sub vna Sessione plures interdum inueniuntur celebratæ esse Actiones, extant omnes decem & septem.

c Liberat. in bre. c. 13.

LXX. PRIMA SESSIO. MARCIANVS ARBITRIO LEONIS PAPÆ VULT PERAGI SYNODVM.

Quod igitur ad primam pertinet Sessionem: dispositis eo quo diximus ordine Episcoporum sedibus in Secretario ante cancellos, Marcianus Imperator primus omnium allocutus est sanctam Synodum: quâ quidem oratione post alia illud magnoperè inculcauit, quod à sancto Leone Papa admonitus fuerat Patribus significandum illis verbis: *De cætero autem nemo de natiuitate Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod Apostolicum promonium trecentorum decem & octo sanctorum Patrum consonans huic doctrinæ tradidisse noscitur; sicut sanctissimi Papæ Leonis, qui Apostolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flauianum regiæ vrbis Constantinopolitanæ quondam Episcopum testantur litteræ. Nos enim ad confirmandum fidem, non ad ostendendam virtutem, exemplo Imperatoris Constantini, adisse Synodo cogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracti inueniatur dissentiens, &c.* Prosecuta est faustis acclamationibus orationem Imperatoris sancta Synodus eumdem nouum Constantinum appellans, quem ipse imitaturus, ad ipsam Synodum se venisse testatus fuit.

LXXI.

Post hæc autem confidentibus omnibus, necnõ Dioscoro Episcopo Alexandrino, Paschasinus Apostolicæ sedis legatus hæc ad S. Synodum [d]: *Beatissimi atque Apostolici Papæ vrbis Romæ, quæ est caput omnium Ecclesiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus est, eius Apostolatus, vt Dioscorus Alexandrinorum Archiepiscopus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur: hoc ergo obseruare necesse est, &c.* Ad hæc Lucentius Episcopus Apostolicæ sedis legatus adiecit in Dioscorum, ipsum esse indignum, qui sedeat in Synodo, eò quod Synodum ausus esset congregare absque sedis Apostolicæ consensu, quod numquam anteà factum esset, nec vtè fieri posset. His igitur auditis, Iudices statuerunt in Dioscorum afferri, quæ aduersus ipsum essent accusationes. Instâte rursum Lucentio, sedere cum alijs non debere, qui veneratiudicandus: interlocutione Iudicum factum est, vt è Patrum consessu dimotus Dioscorus, sederit in medio, reliquis Episcopis in proprijs locis considentibus, atq; ita de ipso iudicium inchoaretur, hæc ipsa Acta docent: idè & Euagrius [e] ait, nimirum quòd tunc loco cedere compulsus esset Dioscorus, & vt reus in medio statutus, rationem redditurus, de quibus ab aduersarijs accusaretur.

d Synod. Chalced. Act. 1.

e Euagr. lib. 2. c. 4.

Ita quidem consultiùs visum est, quàm illum è Synodo iubere recedere, & trium citationum longâ mora iuberi iudicio sisti. Sic igitur homo arrogans Dioscorus reus in medio cõstituitur causam dicturus, & iudicium subiturus. Quo facto, Eusebius Episcopus Dorilæi accusator progressus in medium, obtulit libellum contra Dioscorum, seu epistolam ad Imperatores, hæc proclamans cum lachrymis inter alia: *Læsus sum à Dioscoro, læsa est fides, accisus est Flauianus (lachrymis implecor) simul mecum iniustè damnatus est: iubete meas preces perlegi.* Lectus est libellus precum Eusebij, quo etiam cognosci petijt Acta in Ephesina pseudosynodo confecta. His intercessit Dioscorus, atq; agendum primùm esse de fide cõtendit. Sed interlocutione Iudicum cognitorum, primùm omnium ipsa Ephesina Acta iussa sunt legi.

LXXII.

LXXIII. DE THEODORETO IVDICVM INTERLOCVTIO.

Dum verò ea legerentur, ventumque esset ad epistolam Theodosij Imperatoris, legereturque Theodoretus veritus Synodo interesse: Iudices interlocuti dixêre eum admittendum esse in Synodum, cui S. Leo Papa Episcoparum restituisset, atque Imperator adesse sanxisset: sicque omnium Patrum consensu intromissus Theodoretus, cum Episcopis sedit, reclamantibus licèt Ægyptijs, Palæstinis, & Illyricis Episcopis, qui eum Nestorianum esse calumniari sunt: aduersus quos, qui dira passi erant Ephesi, exclamarunt Episcopi Orientales, Pontici, atq; Thraces. Sed reclamans Dioscorus, asserens receptione Theodoreti eijci S. Cyrillum, qui ab eo fuisset excommunicatus. In quem illi vnanimiter exclamantes, dixêre: Dioscorum homicidam foras mitte. Sicq; concertantibus ad inuicem Theodoreti causa Orientalibus & Ægyptijs interloquentibus Iudicibus, sedere iussus est Theodoretus, deq; eius causa posteà agendum esse definiêre.

LXXIV.

Post hæc verò, vbi Ephesina legi cœperunt Acta, Dioscorus, cuius causam primò cognosci debere, Iudices interloquendo stabilierat, excusans se atq; strenuans delictum suum, dixit, non se tantum, sed & Iuuenalem Hierosolymorum Episcopum: atque Thalassium Cæsariensem fuisse præfectos à Theodosio Imperatore Synodo Ephesinæ atq; Acta omnia confirmata esse ab astantibus Episcopis, qui præsentes fuerunt. Contrà verò reclamantes Episcopi dixerunt, nullum voluntariè subscripsisse, sed vi coactos: his addidêre vim adhibitam per milites fustibus,

bus, gladijs, minis exilij, & è sedibus abdicationibus, contumeliasq; in Flauianum iactatas: inter alios hæc pluribus exaggerauit Stephanus Episcopus Ephesinus. Tunc verò Ægyptij Episcopi, qui Dioscoro fauebant, his omnibus suam ipsorum exprobrauerunt ignauiam, nihilrùm quod dixissent, quòd vi compulsi nolentes subscripsissent; exclamantes iure in eos verbis illis: *Christianum neminem timet, Catholicus neminem formidat.* Longeque abesse à Christiana constantia addiderunt, per vim adigi ad id, quod credit esse peccatum.

LXXV. Rursum cùm pergerentur eadem Ephesina Acta legi, iterum Orientales in Dioscorum concitantur ob contumeliam Flauiano irrogatam, qui in Synodo sit compulsus quinto loco sedere. Addiderunt & de vi tunc illata Notarijs. Fit demùm omnium lapsorum, qui Ephesi subscripserunt, vna vox clamantium: *Omnes peccauimus: omnes veniam postulamus.* Ad hæc insuper, dum eadem Acta legerentur, crebræ ab Orientalibus Episcopis ingestæ querelæ fuerunt, asserentibus, eadem Acta à Dioscoro esse depravata atq; corrupta. Cumq; ad finem professio facta ab Eutychete ex eisdē Actis recitaretur; aperuerunt Orientales Versipellis impostura, dicentes: *Sic Eutychetem confessum esse Filium Dei de Spiritu Sancto incarnatum, vt tamen omiserit, ex Maria Virgine.*

LXXVI. DE REBVS GESTIS CONSTANTINOPOLI CONTRA EVTYCHETEM. Expeditâ recitatione Actorum Ephesinorum, iussæ sunt legi res gestæ in Synodo Constantinopolitana, in qua damnatus est Eutyches, ex quibus Apostolicæ sedis legati probauerunt Flauianum verè Catholicum, Eutychetem verò absq; dubitatione impium hæreticum. Tunc Dioscorus inter locutus, quæ defenderat hactenùs, manifestauit hæresim, dicens, iure damnatum Flauianū esse, quòd dixisset, post adunationem duas esse in Christo naturas: sed hoc nihil sanctius dici potuit, cùm ille è contra pertinaci studio contrarium sententiam penitùs coram Patribus asseueraret. His adiecta est recitatio Actorum de cognitione facta de fide Notariorum Constantinopoli. Inde verò lecta absolutio Eutychetis facta Ephesi, atq; eius occasione recitata sunt Acta quædam Synodi OEcumenicæ Ephesinæ. Ad postremum verò lecta est impia sententia Ephesi à Dioscoro lata in Flauianum.

LXXVII. Quibus omnibus exactè percognitis, interlocutione Iudicum in sequentem Sessionem dilata est de fide tractatio. Interlocutique ijdem Iudices cognitores rogauerunt sententiam Patrum, num illi, quos Dioscorus atque eiusdem impietatis collegæ damnâssent, absoluendi essent, & in statum pristinum restituendi; contrà verò, qui in eos cum ipso Dioscoro adeò iniquam sententiam tulissent, num ipsi damnandi essent. Hæc secuta mox est acclamatio Episcoporum, dicentium omnes illos ex præscripto sacrorum canonum esse damnandos, nominatim verò qui principem locum cum Dioscoro in Synodo tenuerunt, nimirum post Dioscorum, Iuuenalem Episcopum Hierosolymorum, Thalassium Cæsareæ Cappadociæ, Eusebiū Ancyræ, Eustathium Berythi, & Basilium Seleuciæ. Consecutā est hæc cuncta pro gratiarum actione, & Dei laudum celebratione, sacri Trisagij acclamatio, videlicet: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis.* additumque: *Multos annos Imperatori.* sed & multa in Dioscorum dicta. Hâc hæcenùs summâ contracta sunt omnia, quæ in prima Sessione facta fuerunt.

LXXVIII. DE IVLIANO LEGATO PER INTERPRETEM LOQVENTE. De qua illud considerandum quidem est, quod Iulianus Coënsis Episcopus, agens & ipse vices sancti Leonis Papæ, per interpretem in Synodo loquitur, homo Græcus inter Græcos, habent enim hæc Acta: *Iulianus Episcopus agēs vices sanctissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ Leonis, interpretante eum Florentio Episcopo Lydiæ, dixit, &c.* Id quidem non aliunde accidisse certum est, nisi quòd (vt primo annalium tomo diximus) ob excellentiam Romanæ Ecclesiæ, moris esset legatorum sedis Apostolicæ, Latinè semper loqui. Ne quis autem putet Iulianum imperitum fuisse linguæ Græcæ, ob id eque locutum esse latine: habes testificatione sancti Leonis Papæ ipsum Græcam linguam egregiè calluisse, cuius sei causâ voluerit ab eo transferri in Græcum sermonem epistolam eam ad Flauianum: testatur id quidem ipse S. Leo epistola ad Marcianum [a]: quinetiam Acta Chalcedonensis Concilij ab eodem Latinitati donari petijt, vt apparet ex litteris [b] ad ipsum Iulianum ab eodem sancto Leone conscriptis.

a *Leo Ep. 69.*
b *Leo Ep. 96. in fin.*

Secunda verò Sessio habita est eodem anno, ijsdemq; Consulibus, sexto Idūs Octobris; in qua de fide tractatio à Patribus habita est. Atque primùm omnium lectum est sacrum Nicæni Concilij Symbolum, secundumque eius definitionem sensisse veteres Patres, Cyrillumque & Leonem Romanum Pontificem, contestati sunt omnes. Recitatum deinde est pariter ex scripto Symbolum Constantinopolitani Concilij OEcumenici; posteà verò duæ sancti Cyrilli epistolæ, quarum alteram ad Nestorium, ad Ioannem Antiochenum Episcopum alteram dederat. Insuper magna illa sancti Leonis epistola, de Verbi Incarnatione ad Flauianum nouissimè scripta, publicè recitari iussa est; quam mirificis laudibus Patres prosecuti sunt, ita acclamantes: *Hæc Patrum fides: Hæc Apostolorum fides: Omnes ita credimus: Orthodoxi ita credimus. Anathema, qui non ita credit. Petrus per Leonem ita locutus est: Apostoli ita docuerunt. Pie & verè Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Leo & Cyrillus similiter docuerunt. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc Patrum fides. Hæc in Ephesio lecta non sunt. Hæc Dioscorus occultauit.* His dictis, & elucidatis atq; solutis, quæ ab Episcopis Palæstinæ & Illyrici fuerunt obiecta: acquiescentibus omnibus, ac comprobantibus, atq; insuper aduersus Dioscorum conclamantibus Patribus vniuersis, secunda Sessio finem accepit.

LXXIX. SECVNDA SESSIO CONCILII CHALCEDONENSIS.

Ad tertium verò Idūs Octob. denuò Conuentus cogitur, sed Episcoporum tantummodò absque magistratibus sæcularibus, eò quòd in hac Sessione tractanda esset Dioscori damnatio per Episcopos tantummodò faciēda: neq; enim ipse Imperator Marcianus admissus, sed tantùm Episcopi Synodum ingressi sunt. Sic igitur cōuenientibus Patribus, primo loco recitatus est precum libellus Eusebij Dorilæi aduersus Dioscorum, quo cum Acta Ephesina damnati, tum Dioscorum debere deponi perebat. Et licèt hæc omnia facta videri poterant in priori Synodi Actione: quòd tamen nō cuncta absoluta fuissent, sed præparatio quædam iudicij & causæ cognitio habita esset, eth omnium acclamationibus tūc innotuisset, quid in Dioscorum statuendum esset: vt tamen seruaretur secundùm Ecclesiasticos canones forma iudicij, iussus est citari absens à Synodo Dioscorus, qui domi erat custoditus à militibus, ne fugam arriperet. Citatus igitur à sancta Synodo per Episcopos, se excusauit, quòd adesse nō posset, cum à militibus custodiretur, & quòd non adessent in Synodo Iudices sæculares, qui anteà causam tractare cœperant. Secundò rursum vocatus, prætexuit ægritudinem, illud ingerens, numquam fore, vt adesset, niſi præsentes essent Iudices sæculares. Ad quem tūc Cecropius Episcopus Sebastenus, vnus ex ijs, qui ad ipsum vocandum missi fuerant, hæc dixit: *Quando quidam regularia* (nempè Ecclesiastica) *negotia examinantur secundum canones, neq; Iudices alios vel laicos interesse oportet.* Habes lector non vnius Episcopi, sed OEcumenicæ Synodi, imò & totius vbiq; vigentis Catholicæ Ecclesiæ testimonium ex rerum vsu & sanctis canonibus comprobatum, quantum sibi laici, ipsi Iudices sæculares in Ecclesiasticis causis valeant vendicare: vt planè qui inconcussa præsumat, sacrilegus habendus sit.

XXC. SESSIO TERTIA.

Inter hæc autem iussi sunt legi libelli aduersus Dioscorum: oblatique omnes eiusmodi inscriptione notati: *Sanctissimo & beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & vniuersali Synodo Chalcedonensi.* primumque lectus, qui oblatus est à Theodoro diacono Ecclesiæ Alexandrinæ, qui priuatus ab eo fuit nulla alia de causa, niſi quod amicus fuisset sancti Cyrilli prædecessoris eius Episcopi: quo accusabat Dioscorum, quòd Origenista esset hæreticus, & blasphemus in sanctam Trinitatem, & homicida, & incendiarius; atque vita turpissimus, quodque demùm ausus fuisset excommunicare ipsum sanctum Leonem Romanum Pontificem. Lectus est post hæc libellus Ischyrionis diaconi aduersus eumdem Dioscorum datus: qui præter cætera de blasphemijs in Trinitatem, &

XXCI. DE LIBELLO THEODORI DIACONI, ET ALIO ISCHYRIONIS DIACONI.

alia suprà narrata, addidit, frumentum Ecclesijs Libyæ, quæ ob nimiam prouinciæ aridit atem tritico carerent, ab Imperatoribus dari solitum ad conficiendam sacram Eucharistiam & solatium peregrinorum, à Dioscoro esse subreptum; adeò vt eam ob causam dim in Libya non fuerit oblatum incruentum sacrificium. Adiecit insuper de bonis relictis cœnobijs & monasterijs à Peristeria nobilissima fœmina, ab ipso subreptis, & in turpes personas expensis; *quod*, (vt ait) *nec pro eius anima incensum obtulerit.* Vides ex his veterem vsum, quo pij prosequerentur memoriam defunctorum: quod nisi sanctè pieque soleret in vniuersa Ecclesia Catholica frequentari, nequaquam coram adeò magna Synodo fuisset Dioscoro datum crimini.

XXCII. Addidit plura de vita eius obscœna valde: vtpotè qui subintroductas fœminas haberet in Episcopio, & lauaretur cum eis in balneo: & quòd inter alias Pansophiam quandam famosissimam præ cæteris haberet in delicijs, magno scandalo Alexandrinorum omnium. Ad postremum adiecit, quæ ipse Theodorus ab eo passus esset; nimirùm quòd ob amicitiam cum sancto Cyrillo mox post obitum eius in Ecclesia ministrare prohibitus esset; & possessiones, quas pertenues habebat; à monachis pet Dioscorum missis, arboribus excisis, incensæ essent, & domus, quæ erant in eis dirutæ; & quòd ipse iussus occidi, vix fugiens euasisset.

XXCIII DE LIBELLIS ATHANASII ET SOPHRONII. Oblatus atque etiam lectus subinde est libellus ab Athanasio presbytero Alexandrino, qui vnus erat ex nepotibus sancti Cyrilli, quo de his, quæ crudelissimè tum in ipsum, tum in fratres Dioscorus perpetrasset, reddidit sanctam Synodum certiorem; quæ à nobis in ipso Dioscori ingressu sunt enarrata; vt hîc eadem repetere non sit opus. Postremo loco lectus est libellus Sophronij Alexandrini Christiani hominis aduersus Dioscorum conquerentis, quod sublatâ suâ ipsius coniuge, Theodotâ nomine, à Macario Curiali; cùm ea de causa venisset ad Imperatorem Constantinopolim, & rescriptum ab eo aduersus Macarium impetrasset: Dioscorus intercessisset, ne executioni mandaretur, dicens se esse dominum, & Ægyptum ad se magis, quàm ad Imperatorem spectare, sicq; nefarius homo etiam tyrannidem affectaret: quodque ipse ea de causa ab eo bonis omnibus spoliatus, vix mortem fugâ vitasset. His iunxit de blasphemijs eiusdem in sanctissimam Trinitatem: Adiecitq; demùm de arrepta tyrannide manifestissimum signum, nimirùm quòd alias ex more Alexandriam Marciani noui Imperatoris imagines, quas Sacra Laureata nominare solebant, per suos eas foras exportari iussisset. hæc ille.

XXCIV Vides, quanta esset Alexandrinorum Antistitum potentia, quâ tamen Dioscorus abuteretur, pro nihilo ducens Imperatorum edicta, & contemnens ipsam Imperatoriam maiestatem. Intelligis etiam, quales esse consueuerint hæresum propugnatores, quales sibi adscisc ât diabolus milites ad veritatem Catholicam oppugnandam; & quibus fuerit cõpositus moribus, qui primus in Romanũ Pontificem ausus fuit intorquere iaculum anathematis: vt planè respectu huius stultitiæ, sapientia sit reputanda derisa insania Cleopatræ appetere audentis Romanum Imperium sub Augusto.

XXCV. TERTIO CITATVS DIOSCORVS VENIRE RENVIT. His visis, placuit Patribus, vt Dioscorus adhuc tertiò vocaretur per libellum conscriptum, quo ei accusationes ab eo prætensæ falsæ sunt demonstratæ, & monitus ipse, vt veniret responsurus accusatoribus Alexandrinis, qui aduersus eum libellos obtulissent. Verùm ille penitùs refragatus, adesse recusauit: nec quidem eum permouere potuit Ioannes Germaniciæ Episcopus, hæc dicens: *Sacerdotum delicta, communis est turpitudo, si igitur scit tua sanctitas calumniam se ab aliquibus pati: non est longè sancta Synodus fatigare, vt conuincas mendacium.* Sed obriguit ille, suâque duritie obstinatus permansit. Cum igitur nihil reliquum esset ad eius defensionem, vel excusationem; ipsi Apostolicæ sedis legati aduersus Dioscorum eiusmodi tulêre sententiam:

XXCVI *Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro quondam Alexandrinæ ciuitatis Episcopo commissa sunt aduersus sanctum regulam ordinem & Ecclesiasticam disciplinam, tam ex ijs, quæ dudum examinata sunt in priori consessu, quàm in ijs, quæ hodie acta sunt. Hic enim (vt plurima intermittamus) Esicyterem similia sibi sapientem, & regulariter à proprio datum Episcopo, ideest, à sanctissimo Patre nostro & Archiepiscopo quondam Flauiano, præsumens sibi primatum, irregulariter in communionem suscepit, priusquàm consideret in Epheso cum Deo amantissimo Episcopo. Sed illis quidem Apostolica sedes veniam præstitit de ijs, quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt; qui & hactenùs permanserunt obedientes sanctissimo Archiepiscopo Leoni, & omni sancto vniuersali Concilio: Huius gratia & in sua communione eos sicut fideles suscepit. Hic autem hactenùs permansit glorians in eis, pro quibus eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hac verò neque epistolam legi permisit beatissimi Papæ Leonis scriptam ad sanctæ memoriæ Flauianum; & hoc frequenter relatus à portitoribus recitari eam, & cum iuramento fieri lectionem promittens: quâ non lectâ, scandalum & lesionem sanctæ Dei Ecclesiæ per totum orbem terræ pertulerunt.*

SENTENTIA ALEXANDRINI APOST. SED. LATA IN DIOSCORVM.

Sed tamen talibus ab eo audaciter commissis, deliberabamus, vt de priore sua pessima actione aliqua præstaretur clementia, sicut & cæteris Reuerendissimis Episcopis, & ijs, qui neque similem ei auctoritatem iudicandi habuerunt. Sed quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit, præsumpsit enim excommunicationem dictare aduersus sanctissimum & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem: insuper etiam multis libellis multis plenis iniquitatibus contra eum in sancto & Magno Concilio oblati sunt; & semel & secundò & tertiò per Deo amantissimos Episcopos regulariter vocatus minimè voluit obedire, propriâ vtiq; conscientiâ stimulatus; & hos [a] *qui à diuersis Conciliis regulariter damnati sunt, contra diuinas leges suscepit: Ideo ipse contra se elicuit sententiam, sapiens Ecclesiasticos conculcans canones.*

XXCVII.

[a] eos

Vnde sanctissimus ac beatissimus Archiepiscopus magnæ & senioris Romæ Leo per nos, & per præsentem hanc Synodum, vnà cum per beatissimo & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille, qui est rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatûs dignitate, quàm etiam ab omni sacerdotali abalienauit ministerio. Igitur sancta hæc & Magna Synodus, quæ placent regulis, super memorato Dioscoro decernat. hactenùs sententia legatorum, cui vniuersi Episcopi subscripsêre, singuli singulis impium Dioscorum perstringentes sententijs, hoc ordine: Post legatos sententiam dixit Anatolius Episcopus Constantinopolitanus, inde verò Maximus Antiochenus, & subinde reliqui. Hanc tandem tumens arrogantiâ nouus Pharao iustissimam damnationem accepit, ducentorum & ampliùs Patrum sententijs veluti flactibus obtrusus, concrementibus exaduersio in tuto litore Fidelibus omnibus vnà cum Moyse canticum Domino, qui Pharaonem cum curribus eius in mare demersit.

XXCVIII. PROVOLGATA SENTENTIA IN DIOSCORVM MVLTIPLICITER.

XXCIX. Damnato in hunc modum Dioscoro, S. Synodus ea de re Synodalem ad Valentinianum & Marcianum Imperatores epistolam scripsit, cuius est exordium: *Magnæ egritudines & medicamento fortis & medico indigent sapienti, &c.* dedit aliam eodem argumento conscriptam ad sanctam Pulcheriam Augustam, quæ incipit: *Multa tibi dona præstantur, &c.* in his omnibus plura Patres in commendatione ipsorum pietatis erga Deum, & vigilantis curæ erga eius Ecclesiam exhibitæ. Proposuit quoque fuit publicum à sancta Synodo de Dioscori damnatione decretum; itemq; ad ipsum Dioscorum eiusmodi damnationis suæ significatio missa [a]:

[a] *Concil. Chalced. Act. 3.* C. AD DIOSCORVM PATRES.

Cognosce te ipsum, propterea quod diuinos canones despexisti, & inobediens extitisti huic sancto & vniuersali Concilio, superque hæc præter alia tua commissa, in quibus inuentus es reus, etiam tertio vocatus ab hac sancta & Magna Synodo secundum diuinas regulas, vt accusationibus responderes, minimè occurristi: Octobris mensis præsentis tertiodecimo die, à sancto & vniuersali Concilio esse ab Episcopatu depositum, & ab omni Ecclesiastica functione summotum. hæc ad Dioscorum

scorum S. Synodus Chalcedonensis: quæ etiam de eiusdem damnatione litteras dedit ad clerum Alexandrinum: extant omnes, sed breuitatis causâ eas citasse sufficiat. Sic igitur iustissimâ damnatione Dioscori omnium superbissimi, crudelitate & turpitudine omnes facilè superantis, atq; impietate nulli secundi, clausa est Sessio tertia Synodi Chalcedonensis.

XCI. SESSIO QVARTA CONCIL. CHALCEDONENSIS.

Eodem verò anno, ijsdemque Consulibus, ad decimumsextum Kalend. Nouembris iterum eodem in loco habita sunt sacra Comitia, ijsdem Episcopis in vnum conuenientibus simul cum magistratibus & iudicibus cognitoribus: vbi proposita est causa Episcoporum, qui cum Dioscoro præfuerunt improbo Ephesino Cõuentui. Fuerunt hi Iuuenalis Hierosolymitanus, Thalassius Cæsareæ Cappadociæ, Eustathius Berythi, Eusebius Ancyræ, & Basilius Seleuciæ Episcopi. Atq; in primis interlocutione Iudicum cognitorum recta fides accepta ab omnibus atq; probata est, nempe Nicænum Symbolum atq; Constantinopolitanum, decreta Ephesi, necnon epistola S. Leonis Papæ: quibus vnà cum alijs Episcopis subscripsêre quinque, illegæ Dioscori modo nominati, qui & damnauerunt his contraria sentientes: iussique sunt Synodum ingredi, à qua antè repulserant, vtpotè rei cum Dioscoro in Synodo scelerum patratorum: coniunctiq; sunt Ecclesiæ, à qua communicatione Dioscori fecerant extorres.

QVINQVE EPISC. INDVLGENTIAM CONSECVTI.

XCII. ÆGYPTII EPISCOPI EXPECTANT NOVVM EPISCOPVM ALEXAND.

Post hæc ingressi Ægyptij Episcopi cum libello fidei, quem obtulerant Theodosio Imperatori: eoque lecto, iussi sunt ab Apostolicæ sedis legatis dicere in Eutychetem anathema, & subscribere epistolæ sancti Leonis, sed detrectantes id facere, quòd expectarent noui Alexandrini Episcopi electionem, quem in subscriptione essent secuturi; instante tursum Synodo, vt damnarent Eutychetem, fecerunt tandem: vrgentibusq; Patribus, vt subscriberent litteris sancti Leonis, renuerunt: eo tantùm vsi præextu, quòd moris esset Ægyptijs Episcopis sequi in subscriptione Alexandrinum: seque magno periculo id tentaturos ob alios Ægypti Episcopos: professentesque se, petière, vt placeret sanctæ Synodo primum eligi Alexandrinum Antistitem. Horum postulationibus, supplicibusq; votis annuit tandem Synodus, cautione adhibitâ, ipsos omnes non recessuros Chalcedone, sed electionem noui Episcopi opperturos. Hactenùs actio quarta. In Græco autem codice ante nuper recensitam Actionem quartam ponitur Actio Synodalis de Eutychianis Archimandritis, distincta ab alijs vel superioribus, vel posterioribus Actionibus. Verùm quod spectat ad res in Synodo gestas ab Archimandritis, Latinis exemplaribus magis in his deferendum putarem, quàm Græcis: eâ potissimùm ratione, quòd non sit credendum Archimandritas hæreticos auditos esse, antequàm lapsorum Episcoporũ causa pertractaretur; quâ (vt vidimus) hac in actione absolutâ, datus est locus Archimandritis hæreticis proponere, quæ vellent.

XCIII. ARCHIMANDRITARVM HÆRETICORVM PERVERSIA.

Intromissis igitur post hæc Archimandritis illis, qui in pseudosynodo Ephesina fuerant contra Flauianum Dioscoro, & pro Eutychete prodeuntes, fidem Catholicam prodiderunt, inter quos eminebant Carosus & Dorotheus, atque sceleribus factus notior Barsumas, in quem vtin famosissimum homicidam, quòd S. Flauianis necis instigator fuisset, in Synodo posteà conclamatum est. His igitur ingredi iussis, preces ab eis oblatæ Imperatori, nec non libellus ab eisdem Synodo datus recitari mandantur: Qui vbi ex libello, siue epistola oblata Synodo cogniti sunt pro Dioscoro supplices habere preces; ne lecto vlterius progrederetur, sed vt ijdem cum libello è Synodo ejicerentur, Synodus exclamauit. At Iudices cognitores libellum integrum nihilominùs legi iusserunt, quo illi profitebantur se tantummodò Nicenam fidem amplecti, nullamq; eius expositionem admittere, contestati se potius extra alios seorsum à communione ipsorum vitam acturos, quàm quicquam noui ad fidem pati superinduci. Ita quidem hypocritæ illi more Eutychetis atque Dioscori sub mentito pallio Nicænæ fidei, nouã fouebant hæresim.

XCIV.

Post hæc autem lectus est libellus à Catholicis Archimandritis oblatus aduersus Eutychetem & eius perfidiam cõsectantes, qui quidem vt pius à sancta Synodo probatus fuit. Interea verò tridui spatium temporis datum est hæreticis Archimandritis ad resipiscendum atque Catholicæ fidei aduersus Eutychetem subscribendum. Erat inter illos Maximus, qui dicebatur Eutychetis magister; cæteri verò post Carosum, Dorotheum, & Barsumam, captiosè sibi Archimandritæ nomen vsurpâsse inuenti sunt: ijdemq; omnium improbissimi, vtpote qui plurimis fuêre scandalo atq; ruinæ. His itaq; rebus gestis clausa est à Patribus quarta Sessio.

XCV. QVINTA SESSIO DE CAROSO ET DOROTHEO.

Habet autem Græcum exemplar amplius, quàm Latinum quintam, quæ sequitur, Sessionem continentem duas Actiones, vna eademq; die habitas, nempe decimo tertio Kalend. Nouemb. in quarum priori actum ponitur de Caroso & Dorotheo, alijsq; Eutychianis Archimandritis, qui libellum Marciano Imperatori obtulerant, petentes, vt sibi liceret de fidei veritate cum Catholicis disputare coram ipso Imperatore. Quid autem eisdem responderit Marcianus, voluit Synodo fieri manifestum per Alexandrum Visitatorem & Ioannem Decurionem: Qui vbi ingressi sunt Synodum, quæ nomine Imperatoris significanda erant, nota fecêre, verbis illis Alexandro docente de responsione ab Imperatore hæreticis data: *Hæc cùm audisset Dominus Orbis, significauit per me & dominum Ioannem Decurionem: Si voluissem ego sedere inter vos atque alios monachos, & audire inter vtrosque vos, non hic sanctam & vniuersalem Synodum congregassem; sed cùm ipsi conuenissent, & mea de vobis certiores fecissent, dixi, vt vos adesseiis, & ea, quæ nescitis, cognosceretis; & interrogando ea, quæ non nõstis, addisceretis ab eis. Iustum igitur decreuimus vos ad Concilium abire. Nam (vt sciatis) quæcumq; definierit sanctum & vniuersale Concilium, ac mihi in scriptis dederit, ea sequor, his contentus sum, his fidem habeo. Hoc habete, nec à me aliud responsum accipitis.* Vbi verò hæc ab Alexandro Imperatoris nomine sunt in Synodo coram Patribus enarrata: ab ijsdem magnis præconijs eidem Marciano (vt par erat) acclamatum est, dignis laudibus tanti Principis sententiam prosequentibus. Hæreticis verò ad resipiscendum datæ sunt inducijæ vsque ad decimamquintam Nouembris. Hæc continet eius diei prior Actio: qua quidem dignissimum habetur expressum exemplũ, quid Principes semper respondere hæreticis debeant, cùm ab eis frequentibus libellis interpellantur, petentibus concedi de Christianæ fidei veritate liberè disputare: vt eisdem minimè quod exposcunt, indulgeant, sed ad Catholicæ religionis Antistites, à quibus veritatem addiscant, abire præcipiant. Quod quidè si ab ijsdem hoc nostro infelicissimo sæculo (vt decebat) præstitum esset, nequaquam Borealis Ecclesia adeò immensis exagitata cladibus esset.

XCVI. ACTIONIS CAVSA IVXTA DIOSCVR.

Posterior verò eiusdem diei Actio tractationem continet obortæ controuersiæ inter Photium Episcopum Tyri metropolis Primæ Phœniciæ & Eustathium Episcopum Berythi; eaque consignata Consulatu Marciani Imperatoris, die verò decimotertio Kalendas Nouembris, nempe post dies tres à celebrata quarta, de qua egimus, Sessione. Quamobrem etsi post quartam, non tamen sub quarta, quasi vnà eâdemq; die habita fuerit, ponenda est. Porrò quod ad propositam in Synodo controuersiam pertinet, resca se habuit.

XCVII.

Antiquiùs, secundum veterem per canones factam prouinciarum distinctionem, Tyria Ecclesia præerat iure metropolis Primæ Phœniciæ. Accidit autem, vt Imperator pragmaticâ sanctione aliam fecerit eius Prouinciæ diuisionem; ex qua complures ciuitates, quæ subiacebant Tyriæ, sub Berythi Ecclesia ponerentur, nempe Byblon, Botys, Tripolis, Orthosias, Arias, & Antaradon. Huic autem diuisioni cùm minimè Photius acquieuisset, iudicium ea de re habitum est Constantinopoli coram Anatolio Episcopo Constantinopolitano & alijs cum eo residentibus Episcopis; qui absentem Photium excommunicauit: Qui vt anathematis vinculo solueretur, licèt inuitus, iussus tamen subscripsit Synodali decreto de

XCVIII. CAUSA ÆLIÆ EUDOXIÆ CONTRA EUSTATHIUM ABBATEM EXPEDITA.

auctoritate Ecclesiæ Berythensis supernominatas Ecclesias.

Cùm verò ipse Photius Episcopus Tyri venisset ad Synodum hanc œcumenicam Chalcedone conuocatam, dedit libellum supplicem Marciano Imp. quo questus est de iure antiquo suæ metropolis diminuto, ciuitati ius ab Eustathio vendicatis. Imperator accepto libello, causam illam sanctæ Synodo tradidit iudicandam, ficque dicta die producta est ipsa coram sacro Patrum Concentu: Vbi Photius constitutus, rogauit Synodum audire causam, quam definiendam ab eadem mandauerat Imperator: petijtque in primis recitari libellum à se oblatum Imperatori. Sed ne fieret libelli lectio, Eustathius obiecit, id nõ faciendum ante absolutã in Synodo de fide tractationem, cuius rei causa omnes essent ad Synodum conuocati. Sed interlocuti Iudices cognitores iusserunt legi libellum, auditæque ex eo Pothij querelæ de vsurpatis ab Eustathio Tyriæ metropolis ciuitatibus, deque per vim & metum extorto consensu, qui nullius debeat esse momenti: quo demùm rogauit, vt secundùm pristina iura ablatæ ciuitates Tyriæ Ecclesiæ redderentur.

XCIX. CESSENT LEGES IMPERATORVM, VBI CANONES ALITER SONANT.

Iussus autem à Iudicibus cognitoribus ad hæc respondere Eustathius: rogauit idem eos, num secundùm canones Ecclesiasticos, an verò secundùm leges Imperatoris causa dirimenda esset; Tunc ijdem interlocuti Iudices ista dixere: *Sacratissimo Domino Orbi placuit non iuxta sacras Imperatorũ litteras & pragmaticos typos res sanctissimorum Episcoporum procedere, sed secundùm canones à sanctis Patribus datos. Omni igitur cessante è sacris pragmaticis definitione, canones de hoc capitulo edicti legantur.* Et inferiùs ijdem ad Patres conuersi: *Dicat*, inquiunt, *sancta Synodus, Vtrum ei placeat ex regulis Patrum huius causæ quæstionem examinari, an ex sacris pragmaticis: de quibus ea, quæ sacro apici visa sunt, tam omnibus aperta fecimus. Sancta Synodus dixit*: CONTRA CANONES NIHIL PRAGMATICVM VALEBIT. REGVLÆ PATRVM TENEANT.

C. ECCL. TYRIÆ INTEGRVM RESTITVTA.

Glorioßißimi Iudices dixerunt. Nunc tempus est, edocerinos à sancta Synodo, an liceat ex sacro pragmatico, alienæ Ecclesiæ iura alijs Episcopis auerti. Sancta Synodus dixit: Non licet hoc: est præter regulas. His dictis, iussus est Photius docere Synodum de vsurpatis ab Eustathio Ecclesijs Tyriæ metropolis: quo facto, petijt idem Photius à Sancta Synodo irrita reddi, quæ ab Anatolio & alijs Episcopis haud pridem contra eamdem Tyriam metropolim ex lege Imp. Constantinopoli definita fuissent. Ad hæc Eustathius se excusans dixit, non à se inuasa iura Tyriæ Ecclesiæ, sed factum esse lege Imperatoris, consuetudinisque esse, Imperatores metropoles facere. Attamen S. Synodus definitæ nullam esse debere sententiam latam aduersùs Photium absentem.

CI. SECVNDVM CANONES IVDICIA FIANT ECCLESIASTICA.

Rursum à Photio petitum, in suas Ecclesias esse restituendos Episcopos à se ordinatos, ab Eustathio autem eiectos Episcopatu & inter presbyteros adnumeratos. Antequàm autem de his S. Synodus aliquid definiret, iussere Iudices cognitores legi sacrum canonem: lectusque est canon quartus Magni Nicæni Concilij, quo iubetur vnum vnusquisque prouinciæ esse debere Metropolitanum Episcopum. Lecto itaque canone, & Eustathio respondente, licere Imperatori iubere, quod vellet: Iudices cognitores de his S. Synodi iudicium ita interpellârunt: *Sancta Synodus quid sibi videatur, doceat, Vtrum placeat secundùm canonem trecentorum decem & octo Patrum, vnum Metropolitanum Episcopum esse, qui in ordinationibus reuerendißimorum in vnaquaque prouincia ciuitate Episcoporum potestatem habeat, an duos, ita vt liceat separatim in ciuitatibus ordinationes facere. Sancta Synodus dixit: Vnum iuxta regulas sanctorum Patrum postulamus esse Metropolitam. Petimus, vt regulas sanctorum Patrum teneat. Atticus reuerendißimus Episcopus Nicopoli Ciuitatis Epiri dixit: Centum decem & octo Patrum regula vnum vult Metropolitam in vnaquaque prouincia Episcopum esse. Et supplicamus, vt nunc etiam virtus canonum in quoslibet & in omnes prouincias valeat, cessantibus omnibus, quæ ex concursatione & ambitione pragmaticorum fiunt, quæ & euerterunt ea, quæ spirituali-ter & secundùm Deum à sanctis Patribus sancita sunt.* Hæc Atticus.

CII. SECVNDVM CANONES, NON SECVNDVM LEGES IMP. IVDICATVM.

His omnibus auditis atque exactè percognitis, Iudices cognitores definitã à sanctis Patribus probauêre, atque suã ipsorum sententia firmauêre, interlocuti: *Iuxta regulas trecentorum decem & octo Patrum, & iuxta sententiam totius sanctæ Synodi, Photius reuerendißimus Episcopus totius Tyriorum metropolis omnem potestatem ordinandi in vniuersis ciuitatibus Primæ Phœnices prouinciæ habebit. Eustathius reuerendißimus Episcopus à sacro pragmatico typo nihil amplius sibi vendicet, quam reliqui Episcopi eiusdem prouinciæ. At an hîc consentiat sancta Synodus, doceat. Sancta Synodus exclamauit: Hoc iustum iudicium: hac iusta sententia: Multos annos Imperatorum: multos annos Augustæ: multos annos Iudicum.* Ita plenè definitum est in perdifficili controuersia, in qua altera ex parte leges vigerent Imperatoris, staretque sententia ea de re in Synodo lata Constantinopoli ab Anatolio, præsente etiam Maximo Episcopo Antiocheno: ex aduerso autem vnus canon Ecclesiasticus reclamaret: Definitum, inquam, non calculis tantùm vniuersæ Oecumenicæ Synodi, sed etiam ipsorum Imperatoris magistratuum, Iudicum cognitorum, quibus omnibus & religiosißimus Imperator Marcianus Augustus haud inuitus subscripserit: dignum planè factum, quod imitari debeant omnes Christiani Principes, sequi etiam ipsorum Iudices: nimirùm, vt cum causam in iudicio agi contingat, cuius altera ex parte faueant sæculi leges, repugnet verò ex altera canon Ecclesiasticus: quid tunc iuste, pie, sancteque decernant, tantum exter de tanto iudicio, non vnius, sed plurium Iudicum præclarum, quod sectentur, exemplum. Habent & sacræ religionis Antistites, non vnius tantùm vel alterius, sed plurium Episcoporum, immo Synodi, eiusdemque Oecumenici, & sexcentorum & amplius sanctorum Patrum egregium factum, quod imitentur: nimirùm non turpi adulatione molliti, frangique potentia Imperatorum, sed aduersus ipsorum leges pro defensione sacrorum canonum acerrimos insurgere vindices, & indefesso studio pro sacris legibus inire certamen. Sed prosequamur quæ reliqua sunt eiusdem Actionis.

CIII. DEFINITIO VT PRAGMATICA VBIQVE CEDANT CANONI BVS.

Restitutis ex sententia totius Oecumenicæ Synodi Episcopis in diuersis ciuitatibus à Photio ordinatis, redactis verò in ordinem presbyterorum ab Eustathio promotis, improbatoque per Apostolicæ sedis legatos & alios vsu illo, vt qui ab Episcopatu deponebantur, sinerentur presbyteri ministrare: mox eiusmodi ad Iudices & ad S. Synodum facta est suggestio à Cecropio Episcopo Sebastopolis: *Ne potestas vestra accusationem & querimonias à quacunque persona accipiat & fatigetur: nemè nos conteramur: petimus, vt sine contradictione essent ea pragmatica, quæ in detrimentum canonum à quibusdam facta sunt in omni prouincia: Canones vero per omnia veneant: sic enim & fides custoditur, & vnaquæque Ecclesia tutum statum habebit: Ac ne liceat præter canones ordinare. Magnificentißimi & glorioßißimi Iudices dixerunt: Si tota sanctißima Synodus consentiat petitioni Cecropij reuerendißimi Episcopi, doceat. Sancta Synodus acclamauit: Omnes eadem ducimus: Vniuersa pragmatica cessabunt: Canones teneant, & hoc à Deo fiat. Magnificentißimi & glorioßißimi Iudices dixerunt: Ex sententia sanctæ Synodi, in alijs quoque omnibus prouincijs regula teneant.* His stabilitis, secuta est ex more fausta totius Synodi acclamatio. Iusseruntque Iudices, vt quæ definita essent, effectui mandarentur. Sicque præsens Actio ex optato felicem finem accepit. Iam reliquas certis quibusque diebus habitas Actiones percurramus.

CIV. SEXTA SESSIO.

Rursum verò conuenientes Patres sextam habuêre Sessionem vndecimo Kalendas Nouembris, in qua per diaconum Constantinopolitanæ Ecclesiæ recitata est fidei Catholicæ definitio, quæ tamen vt minus perfecta explosa est in primis ab Apostolicæ sedis legatis, vetitaque Actis interseri. Eiusmodi enim esse videbatur, vt etsi Catholica, nec errorem contineret, minime tamen satis sufficiens esset ad coarguendas damnandasque

hæreses Eutychetis. Porrò eiusmodi construendæ decipulæ, quâ simpliciores decipi possent, architectus compertus est Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, adhuc dioscori sui, cuius fuerat Apocrisarius, non oblitus: quippe qui & hac sextâ Sessione coram adeò numeroso Patrum conuentu, eorum præsentia minimè veritus, adeò temerè eam effutire sententiam non sit veritus nimirum Dioscorum non propter fidem damnatum esse, sed ob excommunicationem in Romanum Pontificem temere promulgatam. Quamobrem iure S. Apostolicæ sedis legati contestati in Synodo sunt, quòd nisi ab omnibus rursum cosentiretur recitatæ superius S. Leonis Papæ epistolæ, fore vt relictis omnibus, inde ipsi recederent, atque Synodum Oecumenicam in Occidente celebrarent: id etiam & Iudices cognitores pariter confirmârunt. Quòd autem re vera Dioscorus esset hæreticus Eutychianus, & aduersantem illi doctrinam fidei Sanct. Leo Pontifex conscripsisset; Iudices prudenter quidem ita sunt interlocuti: *Dioscorus dicebat: Quod ex duabus naturis est, suscipio. Sanctissimus autem Archiepiscopus Leo duas dixit esse naturas in Christo & nitas inconfusè, inconuerbiliter, & indiuisibiliter in vnigenito Filio Saluatore nostro. Quem sequimini, sanctissimum Leonem, aut Dioscorum?* Quidnam Patres hoc dilemmate coarctati dicturi essent? num perfidiam probari Dioscori, quem damnassent? minimè gentium: sed omnes vna voce ita clamare, etiam aduersatij conclamare: *Vt Leo sic credimus.* Sic igitur ex responsione ipsorum Iudices iusserunt addi, quæ ad destructionem Eutychianæ hæresis à S. Leone in sua epistola posita erant.

CV. LEONIS PAPÆ FIDES RECIPITVR.

Conscripta itaque est fidei definitio atque Actis inserta, cuius est exordium: *Dominus noster & Saluator Iesus Christus*, &c. in Latina antem Syriana editione illud habet errotis, vt quæ sunt eiusdem fidei definitionis, ponantur sub titulo duarum definitionum, ab illis scilicet verbis: *Sufficeret quidem ad plenam cognitionem.* & quæ sequuntur vsque ad finem, quæ in Græcis exemplaribus sub vna tantùm habentur definitione comprehensa, quibus & Acta ipsa consentiunt. In qua quidem definitione professionibus trium Oecumenicorum Conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, & Ephesini, coniuncta leguntur, quæ ad damnationē Eutychianæ hæresis atque Nestorianæ à S. Leone Papa sunt dicta in epistola ad Flavianum. Sic igitur scripta atque lecta ipsa ex sententia legatorum & reliquorum Episcoporum & Iudicum cognitorum, eadem fidei definitio ab omnibus laudata, & ad perpetuam Catholicæ veritatis memoriam fuit publicis Actis intexta.

CVI.

Quod verò nos præstitimus in tribus Oecumenicis Cōciliis, nempe decretum fidei in ipsis editum intexere Annalibus: vt eiusdem quoque Concilij Chalcedonensis fidei definitionem recensere minimè prætermittamus, par ratio persuadet: quæ ex Græcis fontibus in Latinum alueum derivata istis verbis habetur:

Definitio Concilij Chalcedonensis.

Dominus noster & Saluator Iesus Christus notitiam fidei discipulis suis firmans dixit [a]*: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nullus differret à proximo circa dogmata pietatis, sed ex æquo veritatis ostendatur prædicatio. Quia verò non desinit per zizania sua diabolus* [b] *contra semina pietatis insurgere, & semper aliquid nouum contra veritatem inuenire: propter hoc Dominus (vt consuevit) prouidens humano generi, piissimum & fidelissimum ad æmulationem erexit Imperatorem, & vndiq; sacerdotij Præsides ad se conuocauit, vt gratiâ Domini omnium nostrûm Christi operante, omnem quidem mendacij à Christianis omnibus pestilentiam remouerent, floribus autem veritatis eos pingue fecere faciat. Quod & persicimus, communiter dicio dogmata expellentes erroris: & inenarrabilem Patrum renouauimus fidem Symbolum trecentorum decem & octo omnibus prædicantes: & eos vt proprios Patres etiam adscribimus, qui postea in magna Constantinopoli congregati sunt centum quinquaginta, & eandem fidem ipsi quoque confirmauerunt.*

[a] Ioan. 14. FIDEI DEFINITIO. [b] Matt. 13

Definimus igitur, ordinem & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt constitutæ, & nos eius Synodi, quæ quondam in Epheso facta, cuius præsides fuerunt beatissimæ memoriæ Cælestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum Antistites: Præsulare quidem recta & immaculata fidei expositionem sanctorum trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa temporibus piæ memoriæ Constantini Imperatoris congregati sunt: Seruari autem & ea, quæ apud Constantinopolim à sanctissimis centum quinquaginta Patribus decreta sunt ad expellendas quidem omnes germinantes hæreses, & ad confirmationem eiusdem Catholicæ & Apostolicæ nostræ fidei Symbolum Nicænum trecentorum decem & octo Patrum: Credimus in vnum Deum, &c. Idem centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt: Credimus in vnum Deum Patrem Omnipotentem, &c. vsque ad finem vtrumque: quibus mox hæc subduntur, quæ in hoc Concilio definita noscuntur:

CVII. EPHESINVM, NICÆNVM, ET CONSTANT. SYMBOLA CONFIRMANTVR

CXI.

Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis & confirmationē hoc sapiens & salutare diuinæ gratiæ Symbolum. De Patre enim & Filio & Spiritu sancto perfectionem docet: Domini humanationem fideliter accipientibus repræsentat. Sed quoniam hi, qui veritatis reprobare prædicationem conantur, per proprias hæreses nouas generarunt: Et hi quidem mysterium dispensationis Domini, quæ propter nos facta est, corrumpere præsumentes, & vocem denegantes, quâ Theotocos de Virgine prædicatur; alij autem confusionem & mixtionem introducentes, vnam naturam esse carnis & Diuinitatis stulte confingentes, & passibilem Vnigeniti diuinam naturam per confusionem prodigiosè dicentes: Propter hoc illis omnem machinationem contra veritatem volens euidere præsens nunc Magna & vniuersalis Synodus, prædicationem hanc ab initio immobilem docens, decreuit ante omnia fidem integram & intemeratam permanere trecentorum decem & octo sanctorum Patrum: & confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus sancti à Patribus centum quinquaginta posteà congregatis in regia ciuitate tradita est propter illos, qui Spiritui sancto repugnabant; quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi quod aliquid deesset antecedentibus inferentes; sed suum de sancto Spiritu intellectum contra illos, qui diuinitatem eius reppuere tentauerant, Scripturarum testimonijs declarantes. Propter illos autem, qui dispensationis corrumpere conantur mysterium, & purum hominem in esse genitum ex sancta Virgine Maria impudenter delirant, epistolā Synodicam beatissimi Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ Præsulis ad Nestorium & ad Orientales, congruè se habentes, suscepit ad conuincendas Nestorij vesanias, & ad interpretationem eorum, qui salutaru Symboli pio zelo nosse desiderant intellectum. Quibus etiam & epistolam magnæ & senioris vrbis Romæ Præsulis beatissimi & sanctissimi Archiepiscopi Leonis Papæ, quæ scripta est ad sanctæ memoriæ Episcopum Flavianum & ad perimendam Eutychetis malam intelligentiam, vtpote & magni illius Petri confessioni congruentem, & communem quandam columnam nobis aduersus prava dogmata existentem, ad confirmationem rectorum dogmatum vtique coaptauit.

CVIII. LEONIS CONFIRMATVR EPISTOLA

CXII. SEPTIMA SESSIO.

CXIII. CONCIL. CHALCED. ANNO 451. SESSIONE VI.

His namque qui in duos Filios dispensationis diuinæ mysterium discerpere nituntur, repugnat: & illos, qui passibilem Deitatem Vnigeniti ausi sunt dicere, à sacro cœtu expellit: Et hos, qui in duabus naturis Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit: Et eos, qui cælestem, aut alterium alicuius esse substantiæ dicunt, quam ex nobis assumpsit seruiformam, deliranteſ, abegit; Et qui duas quidem ante vnitionem naturas Domini fabulantur, vnam verò post vnitionem confingunt, condemnat.

CIX.

CXIV.

*Sequentes igitur sanctos Patres, vnum eundemq; confiteri Filium Dominum nostrum Iesum Christum, constanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum verum, & hominem verum, eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialem Patri secundum diuinitatem, consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: Ante sæcula quidem Patre * genitum secundum Deitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum eundemque Christum Filium, Dominum Vnigenitū in duabus*

CX. DE CHRISTI DVABVS NATVRIS IN VNA PERSONA.

* Patri

naturæ inconfusè, immutabiliter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum: nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salua proprietate utriusque naturæ in vnam personam atque subsistentiam concurrente: Non in duas personas partitum atque diuisum: sed vnum eumdemq; Filium Vnigenitum Deum Verbum, Dominum Iesum Christum, sicut ante Prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus erudiuit, & Patrum nobis Symbolum tradidit.

CXI. *His igitur cum omni vndique exacta curâ & diligentia à nobis dispositis, definiunt sancta & vniuersalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conscribere, aut componere, aut sentire, aut alios docere. Eos autem, qui audent componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tradere alterum Symbolum volentibus ad agnitionem veritatis conuerti vel ex Gentilitate, vel ex Iudæis, vel ex hæresi quacumque: hos, si Episcopi fuerint, aut clerici, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & clericos à clerico: si verò monachi, aut laici fuerint, anathematizari.* hactenùs fidei definitio, quàm faustis acclamationibus S. Synodus prosecuta est: finemque habuit sexta sessio.

CXII. SEPTIMA SESSIO. Septima verò Sessio habita est octauo Kalend. Nouembris. die enim ipsa natali eiusdem, in cuius basilica agebatur, gloriosissimæ virginis & martyris Euphemiæ, atque Callinici martyris iterum conuenere Patres, & ob diei celebritatem præsto fuit Marcianus Imperator, simulque Pulcheria Augusta vnà cum magistratibus solitis interesse Comitijs. Vbi idem Marcianus Imperator concionatus in Synodo, Latinè primùm, ac subinde Græco sermone perorauit. Ita quidem decebat, more maiorum, ob Romani Imperij dignitatem Romana primum lingua loqui, vt primo Annalium tomo fusiùs dictum est. ipsam autem orationem quod haud prolixa sit, hic describendam putauimus: sic enim se habet [a]:

a Concil. Chalced. Act. 1.

CXIII. CONCIO MARCIANI AD SYNODVM. *Vbi primum diuino iudicio ad Imperium summum electi, inter tantas necessitates Reipublicæ nulla nos magis causa constrinxit, quam vt Orthodoxa & vera fides Christiana, quæ sancta atque pura est, indubitata omnium animis insideret. Constat autem anaritiâ vel studijs per media tempora nonnullis diuersa sentientibus, & pro voluntate sua, non prout veritas atque doctrina Patrum postulat, populos seducentibus, in errorem quamplurimos esse deductos. Quæ de re sanctam Synodum hoc videlicet proposito fieri studuimus, & vobis laborem indixisse videmur, quatenùs omni errore atque caligine detersa, prout se Diuinitas hominibus manifestare voluit, & doctrina Patrum ostendit, religio nostra, quæ pura atque sancta est, vniuersorum mentibus insinuata, suæ veritatis luce fulgescat: Nec in posterum quisquam audeat de natiuitate Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi aliter disputare, quam Apostolica prædicatio & institutæ trecentorum decem & octo sanctorum Patrum eidem conuenientia posteritati tradidisse noscuntur; sicut etiam sanctis Leonis Papæ vrbis Romæ, qui sedem Apostolicam gubernat, missâ ad sanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ vrbis Episcopum scripta testantur. Remotis itaque studijs, ablatis patrocinijs, cessante anaritia, cunctis veritas innotescat.*

CXIV. *Nos ad fidem corroborandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse voluimus, ne vel vlteriùs populi prauis persuasionibus separentur. Facilè enim simplicitas quorumdam hactenùs nonnullorum ingenijs atque superfluâ verbositate decepta est: & constat diuersorum prauis insinuationibus dissensiones & hæreses natas. Studium autem nostrum est, vt omnis populus per veram & sanctam doctrinam vnum sentiens, in eamdem religionem redeat, vt veram fidem Catholicam colat, quam secundum institutionem Patrum exponere; concordantibus æque animis, religio vestra festinet, quatenùs sicut à Nicæna Synodo vsque ad proximum tempus, erroribus amputatis, vera fides cunctis innotuit; ita & nunc per hanc Synodum remotis caligine, quæ in vs paucis annis (sicut superiùs dictum est) prauitate atque anaritiâ quorumdam emersisse videntur, perpetuò, quæ statuta sunt, conseruentur. Erit enim diuina manifestatio, id, quod sancto animo fieri desideramus, in æternum firmiter custodire.* hucusque Marcianus, quem Patres immensis laudibus sunt prosecuti. Græcè deinde in eumdem fermè modum orauit; & rursum faustæ acclamationes ingeminatæ, ipsum nouum Constantinum, Pulcheriam verò nouam Helenam nominantes. Dum autem eâdem oratione Imperator ex anaritiâ eiusmodi prodiisse hæresim plusquàm semel inculcat, sanè quidem ad perditissimum Chrysaphium visus est habuisse respectum; cùm ille non accepta à Flauiano, quam sperabat, pecunia, aduersus ipsum insurgens, partes Eutychetis suscepit, nec cessauit, quousque eum per Dioscorum è sede deposuit & occidit: sed hæc superiùs.

CXV. Lecta post hæc fuit definitio fidei in superiori Sessione conscripta, cui & Episcopi omnes subscripserunt. Dictumque post iteratas acclamationes anathema Nestorio, Eutycheti, atque Dioscoro. Approbataque eadem fidei definitione, hùc Imperator pro custodia ipsius, vitæ vocis oraculo, aduersus disputantes, vel turbas & tumultum concitantes, pœnas apposuit [b]:

b Concil. Chalced. Act. 6.

CXVI. *Piâ & Catholicâ fide à sancta & vniuersali Synodo secundum Patrum expositionem declaratâ, iustum simul & expediens nostra tranquillitas approbauit, omnem de cætero contentionis occasionem de sancta fidei religione penitùs amputari. Si quis igitur idiota *, vel militaris, seu clericus publicè de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, & sciat; quia si quidem idiota sit, ab vrbe regia expelletur, militaris verò & clericus gradu sui periculum sustinebit, & alijs pœnis subiacebit.* secutæ hæc etiam sunt faustæ Synodi acclamationes. Cùm autem rursus Imperatori esset in animo alia quædam Christianæ religioni proficua sancire, abstinuit ipse; sed eadem vt à Patribus sancirentur, modestissima huiusmodi facta ratione, subiecit *Quædam capitula, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis referenda censuimus, decorum esse iudicantes à vobis hæc regulariter potiùs formari per Synodum, quàm nostras lege sanciri.* hæc ipse.

* Paganus

PETITIONES MARCIANI IMP.

Fuit quidem primum capitulum omni acceptatione dignissimum, quod ad tollendos pseudomonachos, quorum causâ adeò pestilens hæresis morbus Dei Ecclesiam infestarat, decerni petijt, non posse à monachis absque Episcoporum consensu monasteria ædificari; eosdemque in omnibus esse subiectos Episcopis; neve adscisceant in monasterium adscriptitios seruos absque suorum dominorum voluntate; ipsosque, qui in monasterio essent, peragere quod monachorum est, nempe vacare ieiunijs, orationibus, neque immiscere se negotijs Ecclesiasticis vel Reipublicæ & alijs importunos existere. Ob insolentiam enim Eutychianorum monachorum sese in aulas obtrudentium & turbas vbique concitantium, hæc sancienda à S. Synodo Imperator expetijt.

XCVII. DE MONACHIS QVÆSTA TVI PETITI IMP.

Addidit etiam, vt simul vetaretur, ne quis alienum clericum susciperet: & hæc quidem ad cohibendam anaritiam & inconstantiam clericorum, extra suas Ecclesias, in quibus essent ordinati, vagantium. Ad postremum verò idem Marcianus Imperator proposuit, vt Chalcedonensis ciuitas ad honorem sanctæ martyris Euphemiæ Metropolis consequeretur nomine tenus dignitatem, absque tamen præiudicio ciuitatis Nicomediensis, cui Patres annuerunt: Petentesque dimitti; adhuc tres vel quatuor dies expectare Imperator eos rogauit. Sicque præsentis diei Actio finem accepit, in qua (quod in primis exigebatur) ipsa fidei definitio promulgata fuit, atque omnium subscriptione roborata.

CXVIII. DE CLERICIS QVID DECERNI PETIERIT

Hic autem adijcienda putamus, quæ apud aliquot Græcos auctores leguntur de eadem fidei definitione diuinitùs per sanctam martyrem Euphemiam confirmata. Sed quod diuerso modo ab eius scriptoribus singulis res tanta narretur; quisnam eorum magis scopum veritatis assecutus sit, est quàm exactissimè disquirendum. Apud Constantinum Episcopum in oratione, quam habuit de inuentione sacrarum reliquiarum S. Euphemiæ, hæc narrantur [c]: *Quando Christi gratiâ, quartâ, quæ fuit Chalcedone, Synodus tempore beatæ memoriæ Marciani, qui pie & sancte imperauit, congregata, cùm aduersus Dioscorum Paganum Alexandrinum conuenisset,*

CXIX. MIRACVLVM DE CONFIRMATIONE FIDEI.

c Apud Metaph. die 11. Iulij.

uenisset, & iam hæreticos anathematizasset, Orthodoxæ fidei Symbolum confirmasset, & decretum exposuisset, Columnam Orthodoxæ fidei: dubitantibus ijs, qui erat ex parte contraria, bono capto consilio, dixerunt: Age, benedicta Euphemia arcam aperuntes, in eius, quæ sunt in carne, & sunt mirabilium operum effectrices, reliquijs, librum ponamus; vt per eam nunc quoque virtutum Dominus faciat miraculum, & per eius preces nobis aperiat, an ex eius voluntate editum sit hoc fidei decretum. Cùm hæc ergo fecissent: simul atq; appropinquauit charta pretiosis eius reliquijs, aliquid mirabile & magnum fecit Dominus opifex miraculorum. Nam cùm martyris mortuam & inanimatam manum animâsset, eam extendit. Cùm autem chartam manu accepisset benedicta Christi martyr, & eam esset amplexa, pie rursus reddidit fidei decretum ministrix rectæ fidei. Hoc cum omnes essent admirati, & stupore essent replati, laudauerunt Dominum omnipotentem. Et sic in perfectione rectæ fidei stabiliti, confirmauerunt sanctam & Oecumenicam quartam Synodum per reuelationem, quæ facta est à benedicta Euphemia. hactenùs narratio Constantini.

CXX. a Zonar. Ann. 16. ANATOLIVS MIRACVLO QVÆRITY CONFIRMATIONEM FIDEI.

Sed apud Zonaram [a] res aliter recenseatur in hunc fermè modum: *Cùm autem Eutychetù & Dioscori sectatores, qui in vrbe versabantur, decreta Concilij subsannarent, eumq; auctoritatem non veritate, sed potentia Imperatorij nixi darent, & prauitatem sententiæ suæ stabilire conarentur: Anatolius Patriarcha, & suffragatoribus suis & aduersarijs conuocatis, ad hos ita loquitur: Quoniam sententiam vestram adhuc mordicus tenetis, neque vos perperam sentire creditis, sed nos incusatis quasi Nestorij dogma approbemus, cum duas naturas in Saluatore prædicemus, vtraque citra confusionem proprietatem suam retinente: istius controuersiæ dubitatio, si placet, Deo permittatur, scribatur igitur vestra de fide sententia in vno libello & nostra in altero: atque ambo in loculo gloriosæ martyris Euphemiæ collocentur; cuius iudicium esto, vtri rectè an perperam sentiant. Hæc cum Hæreticis etiam placuissent; libelli scripti, remoto lapide, qui loculum claudebat, pectori martyris apponuntur, & lapis in suum locum repositus ab vtraque parte signatur. De hinc supplicationes fiunt & preces ad Deum peruigiles; vt demonstret, vtra sententia ei cordi sit, & quæ reijcienda videatur. Post triduum conueniunt, Imperatore etiam præsente. Aperto loculo (ô rem mirabilem!) loculus hæreticorum ad pedes martyris inuentus; alter in manu eius dextera, quam extendisse fertur ad Imperatorem & Patriarcham ac libellum eis porrexisse. Itaque rectæ sententiæ assertores plaudere, aduersarij verò demissis vultibus & prædore caligantibus abire, quidam etiam veram sententiam amplecti.* hactenùs Zonaras.

CXXI. b Nicepho. lib. 15. c. 3.

Nicephorus autem hæc ipsa referens [b], id factum à Patribus, qui in Synodum conuenerunt affirmat: reliqui verò per omnia Zonaræ conscientia habet. Sed quænam horum trium Græcorum auctorum sit reijcienda vel probanda narratio, videamus. Quod ad Constantinum spectat, haud probatur assertio de hæreticis ea de causa ad fidem Catholicam redeuntibus: cùm præsertim nec esse soleat illorum hæreticæ pertinaciæ, de his, quæ asserunt, dubitare, & à Deo quoquo modo auxilium quærere. Sed & cum tempore Synodi id factum referat, & ipsis Actis tunc exactè conscriptis mendacij arguatur auctor: haud enim res tanta silentio sepulta prorsus relicta esset: cùm alioqui ipsa acta declarent, hæreticos Eutychianos, qui semel aduersari cœperunt, in eodem errore obstinatissimè permansisse.

CXXII. NVLLA SYNODVS QVÆSIVIT INFIDE MIRACVLA.

Si itaque nec recipiendum penitùs, quod asseritur à Nicephoro, id factum à Patribus in ipso Chalcedonensi Concilio: longè longiùs enim abest, vt Patres in sacris Oecumenicis Conciliis ex miraculis quæsierint dogmatum veritatem, quam ex diuinis in primis Scripturis, & antiquis Ecclesiæ traditionibus, ac demùm ex sanctorum Patrum assertionibus, quærere, proponere, affirmare, atq; stabilire consueuerunt. Vt planè insulsum & omnino commentitium esse appareat, quæsisse tunc Patres per eiusmodi miraculum veritatem. Sed si id (vt vult) consuluit Synodo factum est: cur res tanta scriptis mandari prætermissa est, atque inseri actis publicis? Euanescit igitur omni ex parte commentum, vt ex Patrum consensu, immo ipsdem fuerit auctoribus factum eiusmodi experimentum.

CXXIII.

Quod reliquum est, assertio Zonaræ examinanda venit, quâ ponitur id post Synodum factum, dum in vrbe Constantinopolitana tumultuarentur Eutychiani: cum ad sedandas eiusmodi turbas, quibus populus potuisset perfacilè commoueri, Anatolius magnâ fiducia illud consilij inierit, vt edito miracula & populus in officio contineretur, & hæreticorum conhiberetur audacia. Habet Zonaras Glicam [c] adstipulatorem, qui id factum post Synodum Chalcedonensem, tumultu antibus rursus Episcopis quibusdam & monachis, ab Anatolio tradit quidam fermè necessitate compulsò hoc ipsum iure consilium. Quibus quidem auctoribus haud penitùs refragamur, cum alia pluta non desint exempla suis locis inferiùs recensenda, quibus probatum redditur, sæpè à sanctis viris altercationes insuperabiles cum hæreticis obstinatissimis semel susceptas eiusmodi miraculorum virtute esse extinctas, & titubantem populum confirmatum, idque priuato diuini Spiritûs factum instinctu: cùm tamen ad veritatem confirmandam firmiorem esse Propheticum sermonem, ipsam nimirùm diuinam Scripturam, S. Petri Apostoli [d] testificatione habeatur expressum. Sed tam ad octauam Synodi Sessionem transeamus.

c Glic. An. mal. par. 3.

MIRACVLIS NON FIDEI FIRMATA.

d 2. Pet. 1.

CXXIV. OCTAVA SESSIO.

Ad septimum Kalendas Nouembris itidem ad Synodum conuenêre Patres ad diuersarum Ecclesiarum controuersias dirimendas. Tres enim sub hac vna Sessione terminuntur habitæ Actiones: Quarum prima compositæ est controuersia inter Episcopos Antiochenum & Hierosolymitanum: iudicataque causa, datæ sunt sedi Antiochenæ duæ Phœniciæ atque Arabia. Hierosolymitano verò Episcopo adiudicatæ sunt tres Palæstinæ. Ex quibus iam perspicuè apparet, ius Metropolis Palæstinæ, quod erat Cæsarienſis Ecclesiæ, in Hierosolymitanam Ecclesiam esse translatum. Secunda verò Actione de Theodoreto Cyri Episcopo actum est. Hic enim à Dioscoro in conuenticulo Ephesino depositus, & tanquam si Nestorianus esset exulare coactus, diu multumque conquestus tum apud Romanum Pontificem, tum etiam Orientis Episcopos & magistratus Orientalis Imperij, se verè esse Catholicum, crebrioribus (vt vidimus) litteris significauit: cum tamen adhuc apud nonnullos, qui nôssent eum aliquando secutum esse Nestorium, fidem minimè inueniret; eò quòd ipsum infensissimum hostem, nec defensorem tantùm Nestorij, sed fortissimum impugnatorem scriptorum sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi Concilium œcumenicum Ephesinum esset expertum.

DE THEODORETO CYRI EPISC.

CXXV.

Quamobrem cùm in hac Sessione de eo agi cœptum, vnâ fermè omnium Orientalium Episcoporum voce conclamatum est, ipsum Theodoretum ante omnia debere dicere anathema Nestorio; cùm tamen ipse liberè profiteretur se esse Catholicum, eiusdemque Nestorij aduersarium. Sed & vrgentibus illis: quod antea sæpè fecerat, ingenuè iterum præstitit. Quo facto omnium Episcoporum conciliauit sibi gratiam, omniumque sententia in pristinam sedem est restitutus, probantibus omnibus Leonis Papæ sententiam, à quo fuerat in communionem susceptus. At licet tum sanctus Leo Romanus Pontifex, tum ipsa Synodus vniuersalis eumdem Theodoretum Nestorium anathematizantem susceperint: tamen post eius obitum, per multos annos, cùm Eutychiani adhuc essent infringere de Theodoreto iudicium Synodi. Vigilius Papa, quod par erat, suis scriptis (vt suo loco dicetur inferiùs) Synodi sententiam confirmauit. Ita quidem Theodoretus præsagiens, benè sibi consuluit, dum compluribus epistolis suis ad diuersos conscriptis fidem Catholicam aduersus Nestorianam hæresim crebrò professus est, ne apud quempiam de se dubitandi reliqua remaneret occasio.

CXXVI. DE CAVSA IBA EPISCOPORVM.

Eodem die, nempe septimo Kalen. Septembris, octauæ (vt diximus) Sessionis celebrata est Actio tertia, in qua de Iba Episcopo Edesseno actum. Hic licet fuisset iam ante duobus iudicijs absolutus, in Ephesino tamen conuen-

titulo Dioscoro condemnatus est. Quomodò autem in hac Actione, præteritis de eo in iudicijs exactè percognitis, à Patribus fuerit absolutus, sed & quonam pacto postea inuidiam passus sit, pluribus diximus, vbi egimus de Concilio Berythensi. De Nonno autem Episcopo in locum Ibæ subrogato, à Synodo autem ab indebitè vsurpato loco deposito, actum est, vt Maximus Antiochenus Episcopus de eo curam gereret. Porrò constat Nonnum post obitum Ibæ redditum Ecclesiæ Edessenæ successorem Episcopum: etenim in litteris Syriæ Episcoporum datis tempore Leonis Imperatoris Nonnus Edessæ Episcopus reperitur esse subscriptus. Sic igitur hac vnâ Sessione octauâ, vnâ die habita, tres fuerunt Actiones absolutæ: cui veritati consentit etiam Liberatus Diaconus, licet eas ponat sub septimo Secretario, cùm tamè locandæ fuissent sub octauo: vnum enim ipsum præterijt Secretarium, ex Græcis exemplaribus superiùs restitutum.

CXXV-II. Quod autem ad Nonnum Episcopum, de quo mentio facta est, pertinet, tradit Nicephorus [a], hunc illum fuisse Nonnum, qui Pelagiam meretricem ad Christi fidem conuertit: ait enim: *Ecclesia verò Edessena diuinus ille præfuit Nonnus, qui primariam in vrbe Antiochena luxu perditam Menadem verborum persuasione adduxit, & præter opinionem omnem Deo consecratam, nympham & sponsam puriss. illi repræsentauit, pro margarita Pelagiam eam cognominans, in qua certè meritò, aliquis diuinis iudicijs Pelagius admiretur.* hæc ipse. Extat rei gestæ præclara historia scriptis mandata à Iacobo diacono Heliopolis: vbi cùm dicatur idem Nonnus fuisse Episcopus eiusdem Heliopolis Phœniciæ ciuitatis subiectæ Episcopo Autiocheno, in dubitationem adduci possunt, quæ à Nicephoro scripta sunt: Num videlicet idem iste sit ille Nonnus cum eo, qui à Dioscoro pro Iba substitutus fuit Episcopus Edessæ, & postea inde, restituto Iba, reiectus, & traditus Maximo Antiocheno, à quo potuerit creari Episcopus Heliopolis. Etenim qui Pelagiam Nonnus conuertit, primus ante hæc tempora fuisse videtur Episcopus Heliopolis: nam ista in Actis illis de eo leguntur à prauo dæmone proclamata: *Non tibi sufficiunt triginta millia Saracenorum, quos mihi abripuisti, & baptizasti: Non tibi sufficiebat me eiecisse de tuis Heliopolitanis: quoniam cùm & ipsa ciuitas esset mea, & omnes, qui in ea habitabant me adorarent, tu mihi abripuisti, & obtulisti Deo tuo?* hæcibi. Cæterum ante Nonni hæc tempora constat fuisse eiusdem ciuitatis Episcopum Iosephum nomine, qui huic interfuit Concilio Chalcedonensi: sed & ante hunc alius Cõcilio Ephesino œcumenico sub Cyrillo Marinus Episcopus Heliopolis subscriptus habetur. Liquet insuper ex epistolis S. Ioannis Chrysostomi [b], iam olim Phœnices habuisse Ecclesias & monachos illuc profectos ad conuersionem Gentilium ibi degentes, persecutionem tamen ab illis esse passos, vt dictum est pluribus superiori tomo: vt planè appareat, ante Nonnum hunc, alium eiusdem nominis Euangelium ibidem prædicâsse circa eiusdem Ioannis Chrysostomi tempora. Sed iam ad Acta redeamus.

[a] Niceph. lib. 14. c. 39

[b] Chrysost. epist. 22. 31. 32. 33. 69. 103. 120.

CXXV-III. NONA SESSIO. c Liberat. Diacon. in Brev. c. 13. Quæ sequitur Sessio, nona est, habita ipsa quidem sexto Kalend. Nouemb. in qua absoluta est causa Ibæ Episcopi, de qua nos superiùs. Sed & *eâdem Sessione* (inquit Liberatus [c] Diaconus) *id etiam inuenitur esse decretum, vt quod sub Dioscoro in Epheso congregatum est concilium, nomen Concilij minimè obtineret, sed & vt peteretur ab Imperatore, vt de hoc ipse lege sanciret.* hæc Liberatus.

CXXIX DE CAVSA DOMNI EPISCOPI ANTIOCHENI. Sub hac ipsa die sexto Kalendas Nouembris alia habita legitur Actio de Domno Episcopo Antiocheno; quam sub dicta die, non tamen suo loco exhibet vetus Latina editio, nempe sub septima Actione. Quæ enim sub vna eademque die tractata sunt, sub vna eadem quoque Sessione reponi debere, ratio persuadet. Quod verò ad posteriorem hanc eiusdem diei Actionem spectat: Cùm à Dioscoro & eius sectatoribus ipse Domnus Antiochenus Episcopus sede priuatus fuisset in Conciliabulo Ephesino, in locum ipsius Maximo subrogato: & causa cognita, eum iustè damnatum S. Leo Romanus Episcopus intellexisset, ac Maximi substitutionem in locum Domni factam Apostolica auctoritate firmâsset: visum est eidem Maximo, pio miserationis intuitu, à sacrosancta hac œcumenica Synodo petere, vt sibi liceret ex suæ Ecclesiæ redditibus Domno exauctorato alimenta præstare: cui sancta Synodus annuit, hæc habet Actio, quæ desideratur in Græco codice: certum verò est eadem caruisse Græca exemplaria temporibus Iustiniani Imperatoris; quod & apertè declarat eiusdem Imperatoris constitutio data ad Ioannem Romanum Pontificem, cuius est exordium [d] *Scientes, quòd nihil aliud sic potest misericordiam Deiplacare, &c.* in qua & ista leguntur: *Chalcedonensis S. Synodus Domnum Antiochia factum Episcopum post mortem damnauit, qui an sit scribere, oportere solùm tacet duodecim capitula Cyrilli.*

[d] Extat. tom. 1. Cle. vet. edi.) in nou. t. 2.

CXXX. Sed quomodò fixisse potuit damnatum à sancta Synodo Chalcedonensi Domnum post mortem, si eidem hac Actione hoc anno sub eisdem Consulibus dicta die sexto Kalendas Nouembris celebrata, decernuntur, petente Maximo Episcopo Antiocheno, alimenta? Ex quibus quidem satis intelligitur, Iustinianum Augustum huius Actionis nescium, alicuius alterius, quam nusquam legimus cognitionem habuisse. Porrò hæc ipsa Actio in Latino veteri scripto codice Vaticano, qui Proculi & Albini fuisse dicitur, sub nona Actione reponitur, & sub eadem die, nempe sub sexto Kalendas eiusdem mensis Nouemb. Sed dicenda potius Sessio nona, quàm Actio nona: Actionum enim numerus excedit numerum Sessionum, quod (vt dictum est) sub vna Sessione plures interdum reperiantur habitæ Actiones.

CXXXI SESSIO DECIMA. Quæ sequitur ordine decima Sessio, habita reperitur quarto Kalendas Nouembris: quas enim diuersis diebus celebratas reperimus Actiones, easdem ad confusionem vitandam sub suis singulis reponimus sessionibus, secuti Liberatum Diaconum, addentes tamen quæ ipsum præterierunt, ex Græcis codicibus. Tractata autem in hac est controuersia inter Bassianum è sede depositum Ephesina, & Stephanum in eius locum subrogatum: sed cùm mutuis se criminationibus ijdem Episcopi lacerarent, in sequentem vndecimam Sessionem res dilata est, in qua ea sententia prolata fuit, vt neuter esset Ecclesiæ Ephesinæ Episcopus, sed alius ordinaretur: ita tamen, vt vterque remaneret in Episcopali dignitate, singulisque præstandi essent solidi ducendi ab eadem Ecclesia Ephesina. Ad accusationem verò atque depositionem Stephani facta est acclamatio sancto Flauiano iam martyri, vtpotè quòd præsto esset, & iudicaret causam suam, & oraret pro Synodo in vltionem eiusdem Stephani potentissimi Dioscori administri.

CXXX-II. VNDEC. SESSIO. Cùm verò ad tertium Kalendas Nouembris Patres denuò conuenissent, Sessio vndecima celebrata est, in qua post absolutam præcedentis Actionis controuersiam, agitata est etiam causa Eunomij Nicomediensis Episcopi cum Anastasio Nicæno. Licet enim rescripto Imperatorum Valentiani atque Valentis Nicæna Ecclesia consecuta esset dignitatem Metropolis: tamen Episcopo Nicomediæ debere subiacere decreuit sancta Synodus. Anastasius autem, qui ibi dicitur Nicænus Episcopo longè diuersus est eiusdem ciuitatis Episcopo Anastasio, qui scripsit librum Diuersarum quæstionum: nam post Iconomachos Imperatores eum vixisse, ex suis ipsius scriptis intelligi potest.

CXXX-III. DVODECIMA SESSIO. Sequenti verò die, nempe pridiè Kalendas Nouembris, duodecima Sessio celebratur, in qua Sabinus, siue Sabinianus restitutus est in Ecclesiam Parentorum, quâ fuerat à Dioscoro spoliatus: Anastasius verò in locum eius antè subrogatus, quiescere iussus est, apud Maximum Antiochenum infra octo mensium spatium sua iura prosecuturus.

CXXX-IV. Hâc absolutâ causâ, soluta sunt comitia, abierèque Iudices atque legati Apostolicæ sedis egressi sunt pariter: remansere autem callidâ arte Orientales Episcopi, canones sancientes, omnes numero viginti septem, vel (vt

Græcum habet exemplar) triginta clanculo scriptos. Verùm à S. Leone Romano Pontifice haud recepti videntur: nam nihil præter fidei definitionem esse firmatum: ipse posteà testatus est in epistola data post sequentem annum ad Episcopos Synodi Chalcedonensis [a] quam suo loco ponemus.

[a] Leo epist. 61.

CXXXV. [b] Ioan. 3.

Planè apparuit, secundum illud Euangelij [b]: *Qui malè agit, odit lucem.* dum Anatolio Constantinopolitano Episcopo rem omnem dolo malo agendi, subripereque clam conanti iura Alexandrinæ & Antiochenæ Ecclesiarum, sibique furtim vendicare curanti, assentientes Orientales Episcopi, rem planè tam digno Consessu indignissimam perpetrarunt. Tantam infamiæ notam inussit sacrosancto Conuentui vnus Anatolius ex schola Dioscori prodiens, sed eum deserens, vt Constantinopolis esse posset Episcopus. Hic igitur totius gaudis inuentor, & dolosæ machinæ architectus, cùm iam expertus esset Apostolicæ sedis legatos petitioni suæ ipsius aduersantes, eam occasionem aucupatus est, vt illis absentibus, clandestinè atq; dolosè tractaret, elicerat que à reliquis quod cuperet, nemine contradicente. Decretum enim ab eo conscriptum, & in Synodo recitatum est, quo Ecclesia Constantinopolitana primum post Romanam locum obtineret. Canon autem ibi propositus, & sequenti Actione iussus prodi atque coram Patribus recitari, ita se habet:

CXXXVI. CANON DE PRIVILEGIIS ECCLESIÆ CONSTANTINOP.

Definitiones sanctorum Patrum sequentes vbique & regulam, & quæ nunc relecta sunt centum quinquaginta Episcoporum, qui congregati sunt sub piæ memoriæ Imperatore Maiore Theodosio in regia ciuitate Constantinopoli noua Roma, cognoscentes & nos eadem definiuimus de priuilegijs eiusdem sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi Seniorii Romæ propter imperium ciuitatis illius Patres consequenter priuilegia reddiderunt: Et eadem intentione permoti centum quinquaginta amantissimi Deo Episcopi æquè sanctissimæ sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt, rationabiliter iudicantes, Imperio & Senatu Vrbem ornatam æquè Romæ seniorii priuilegijs frui, & in Ecclesiasticis, sicut illa, maiestatem habere negotijs, & secundam post illam existere; & in his, quæ in Ponto sunt & in Asia & Thracia, diœcesibus Metropolitanos solos, rursus autem & qui inter barbaros sunt Episcopos præfatarum diœcesium ordinari à prædictæ sanctissimæ Constantinopolitanæ sedis sanctissima Ecclesia: quippe vt vnusquisque Metropolita præfatarum diœcesium cum Episcopis suæ prouinciæ ordinet suæ regionis Episcopos, sicut diuinis canonibus est præceptum. Ordinari autem Metropolitas (sicut dictum est) præfatarum diœcesium à Constantinopolitano Archiepiscopo, decretis consonis secundum morem factis, & ad eum relatis. hactenùs de priuilegijs Constantinopolitanæ Ecclesiæ canon clandestinus & subreptitius. Quod cùm legati sedis Apostolicæ accepissent, rursum conuenire Patres die sequenti voluerunt, vt aduersus subdolum factum publicè reclamarent, idque hoc segniter præstiterunt.

CXXXVII. SESSIO XIII.

Sequenti igitur die, nempe Kalendis Nouembris, rursus collecta est Synodus, atq; decimatertia Sessio eademque nouissima habita est, præsentibus ipsis quoque Iudicibus cognitoribus, & alijs ex more Episcopis. De qua Sessione antequàm agamus, perspicuè satis intelligi potest (nescio qua incuria) tum Græca, tum etiam Latina exemplaria repetiri mendosa, dum hanc nouissimam decimamque extam Actionem celebratam habent quinto Kalendas Nouembris; cùm tamen in eiusdem contextu habita reperiatur sequenti die post decimamquintam Actionem, quam pridie Kalendas Nouembris absque vlla ambiguitate celebratam esse, eadem exemplaria æquè consentiunt. Apostolicæ enim sedis legati, die sequenti post decimamquintam Actionem ob res perperam gestas per Anatolium se conuenisse, in hac eadem decimasexta Actione professi sunt. Id ipsum quidem affirmat Liberatus Diaconus verbis illis [c]: *Alia die*, nempe sequenti (*quæ est vltima & duodecima dies concilij*) *cognoscentes legati Papæ Leonis, petierunt, vt rursus cum Iudicibus ad Concilium conuenirent. Quibus requirentibus à Concilio, quid pridiè fuerit ordinatum: lectis Gestis, cognouerunt, &c.* Rursum igitur, dicta die, sacro instauratio consessu, legati sedis Apostolicæ coram Iudicibus his verbis conquesti sunt: *Hesterno die, postquàm protestatio vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quædam gesta facta dicuntur, quæ nos & præter canones Ecclesiasticos existimamus effecta. Poscimus ergo, vt vestra magnificentia relegi hæc præcipiat; vt omnis fraternitas incipiat, vtrùm iusta, an iniusta sint ea, quæ gesta sunt.* hæc legati.

[c] Liberat. Diac. Brev. c. 13.

CXXXVIII. LEGATI ADVERSANTVR ANATOLII PRÆSVMPTIONI.

Iussum itaque est decretum pridiè eius diei sanctum legi; post cuius lectionem illi adiacens subscriptio Episcoporum recitata est, primoque loco positus Anatolius. Lectâ autem subscriptione, quid Apostolicæ sedis legati iure questi obiecerint, & præ cæteris Lucentius, audiex Actis ipsis, quæ sic se habent: *Lucentius reuerendissimus Episcopus sedis Apostolicæ Vicarius dixit*, compellans ita Iudices: *Primo gloriæ vestræ perpendat, quâ circumuentione cum sanctis Episcopis gestum sit, vt non conscriptis canonibus, quorum mentionem fecerunt, subscribere sint coacti.* & paulò pòst: *Accedit ad cumulum, quòd trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta, qui in Synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscantur, qui dicunt ante octingenta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio vsi sunt*, quid nunc requirunt? si numquam vsi sunt, *quare requirunt?* Vbi hæc Lucentius locutus est, petiit sunt legati edere, quod haberent mandatum à S. Leone Romano Pontifice: protulit illud Bonifacius, quod sic se habet:

CXXXIX. LEONIS PAPÆ MANDATVM.

Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, seruantes omnimodo personæ nostræ in vobis, quos vice nostrâ transmisimus, dignitatem. Ac si, qui fortè ciuitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentauit vsurpare, hoc quâ dignum est constantiâ retundatis. ita se habuit Leonis Papæ mandatum illhæc omnia longius antè subodorantis.

CXL.

Post hæc interlocuti Iudices, iusserunt ab vtraque parte edi canones, quibus sua ipsarum iura stabiliretur. Recitauit Paschasinus legatus canonem Nicænum quintum de diœcesium distinctione, cuius titul habetur exordium: *Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum.* id ipsum Græcè pariter legitur, vt canonis sit illud initium, non autem titulus inscriptus: de qua lectione consule dicta supcriùs, dum de Nicæno Concilio actum est, deque sexto illo canone verba fecimus. Lecto autem Nicæno canone, oblatus est alius codex Nicænorum canonum ab Aëtio diacono sedis Constantinopolitanæ: subdoleque dempto dicto exordio, decurtatoque fine ipsius, idem lectus est canon sextus: moxque ingesta est lectio asserti canonis Concilij Constantinopolitani sub Nectario de priuilegijs Ecclesiæ Constantinopolitanæ; in quo de his, quæ ad quæstionem propositam pertinerent, inter alia hæc habentur: *Episcopatum tamen Constantinopolitanum habere Primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quòd sit noua Roma.* ita ibi.

CXLI.

At certè si non aliunde canon suffulcitur, quàm ex reddita ratione nulla ex parte subsistente; ipsum necesse est penitùs euanescere. Vbinam gentium, quæso, prærogatiua sedium ex pulchritudine, vel amplitudine, vel dignitate ciuitatum à maioribus reperitur esse sancita, & non potiùs ex Apostolorum successione, vnde & ipsæ sunt Apostolicæ nominatæ, & præ cæteris à Patribus exaltatæ reperiuntur? Sed quod fortiter hæc reijcit disputans Gelasius Papa aduersus Acacium, de his suo loco pluribus agemus. Quid tandè? Fauentibus Iudicibus cognitoribus Constantinopolitanæ Ecclesiæ priuilegijs, ipsis nimirùm existentibus Constantinopolitanis ciuibus, itum est in sententiam Anatolij: cùm & aduersariam his protestationem Lucentius Apostolicæ sedis legatus his verbis apposuit:

CXLII. LVCENTII PROTESTATIO.

Sedes Apostolica, quæ nobis præcepit præsentibus, humiliari non debet. Et ideò quæcumque in præiudicium canonum vel regularum hesterna die gesta sunt, nobis absentibus,

sublimi-

*sublimitatem vestram permisimus, vt circumduci * inbeatis: sin alias, contradictio nostra his gestis inhæreat, vt nouerimus quid Apostolico viro vniuersalis Ecclesia Papæ referre debeamus: vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit ferre sententiam.* hæc Apostolicę sedis legatus Lucentius in plena Synodo concestatus.

CXLIII. MVLTI FLAX DOLVS ET FRAVS.

Considera, lector, stropham, admirare vafriciem, & execrare proditionem, Non enim tantum absentibus, qui post iudices recesserant absoluta Actione legatis, ea de priuilegijs Ecclesiæ Constantinopolitanæ statuere cum Anatolio ausi sunt Orientales Episcopi: sed quòd eiusmodi decretum verteretur in præiudicium Ecclesiæ Alexandrinæ, distulerunt post Synodum electionem Alexandrini Episcopi; ne, si præsens esset, obsistere valuisset: immo & maiorem attende calliditatem. Ne Ægyptij Episcopi itidem præsentes reclamarent & exclamarent, noluerunt eos præsentes esse, eo prætextu, quòd absque Alexandrino Episcopo ijs minimè liceret Synodicis decretis subscribere: vnde & inter tres illos addititios canones, postremus is fuit, quo excusandos esse Ægypti Episcopos, neque ob id vt schismaticos habendos declarant, si minimè, vt alij, subscriberent rebus in Synodo Chalcedonensi decretis; sed (vt Alexandrinæ Ecclesiæ leges postularent) exspectandam illorum fore subscriptionem, postquàm ipsorum esset creatus Episcopus Alexandrinus, habet tres canones illos tamquam appendicem Theodoretus Balsamon ex Nomacane Photij.

CXLIV. NVMQVAM ANTECO GNITVS PRIMA- IVS EC- CLES. CON STANTI- NOP. SVPER ALEXAND.

Vidisti quot quantisque oportuit velamentis obtegi turpe factum, & adminiculis suffulciri corruens omni ex parte mendacium? Porrò non vsos esse adscitij illius canonis auctoritate de primatu Constantinopolitanæ Ecclesiæ prædecessores Episcopos Constantinopolitanos (quòd non extaret ille quidem, vel commentium esse scirent) ex rebus ante hæc tempora gestis, potest perfacilè intelligi. Nam si Episcopus Constantinopolitanus primus post Romanum vt esset, decretum fuisset quomodò, quæso (quòd & suo loco notauimus) ad condemnationem sancti Ioannis Chrysostomi accersiretur Alexandria Theophilus Alexandrinus? Vnde appositæ qui dem Paschasinus Episcopus Apostolicæ sedis legatus illa subintulit[a]: *Si vis tuos quid requirunt: si non vis, quare requirunt?* At quo animo ista tulerit Leo Pontifex, suo loco dicemus: constat enim hæc ipsa ab eo irrita prorsus reddita esse, data de his epistola ad omnes Episcopos, qui fuerunt Chalcedone congregati.

[a] *Concil. Chalced. Act. 16.*

CXLV. SATNO DVS TV- DIOSISSI MAS LEO NIS PAP.

Cæterum haud quis putet, ob huiusmodi legatorum contradictiones aduersus tum ipsum in primis Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, tum aduersus vniuersam, quæ decretis illis subscripserat, Synodum, imminutum esse aliquid reuerentiæ & obseruantiæ erga ipsum Leonem Romanum Pontificem, cuius ea de re mandatum audirent; nam in postrema allocutione eiusdem sanctæ Synodi apud Marcianum Imperatorem hæc in primis de ipso Leone habent: *Vnde nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem Deus prouidit, & Romanæ Ecclesiæ Papam ad victoriam præparauit, & doctrinis cum per omnia veritatis adstringens: vt quemadmodum Petrus, & hic affectu fernentione decertans omnem ad Deum sensum & intelligentiam perducat.* Et inferiùs pro eodem facto Leone Papa, quem Eutychiani iam blasphemijs proscindere inchoârant, nimirùm calumniantes ab ipso innouatam fidem Catholicam, ista sancta Synodus subdit: *Considere namque oportet vestram pietatem, quia nihil præter fidem, quæ olim à sanctis patribus annunciata est, venerabilis Romanus Pontifex innouauit. Atque vt nulla hîc, qui Apostolicum virum per inuidiam lacerare nituntur, relinquatur occasio: consonantia epistolæ eius ad sanctorum Patrum testimonia, ad certiorem notitiam vestræ pietatis, ex multis pauca subdidimus. & sic incipiunt: Testimonia sanctorum Patrum, qui duas naturas in Christo, &c.* prosequuntur enim adijcetæ auctoritates, tum Græcorum, tum Latinorum Patrum, quibus sancti Leonis Papæ epistola in omnibus firmæ atque solidæ veritatis esse, luce clarissima demonstraretur. Hactenùs quæ repetiuntur gesta esse in sacrosancti Concilij Chalcedonensis nouissima Actione. Desiderari autem in eisdem Actis postremas acclamationes, mihi facilè persuadeo.

Absolutis rebus propositis, eadem sancta Synodus nouissimo loco Synodalem epistolam scripsit ad sanctum Leonem Romanum Pontificem de cunctis rebus in Synodo pertractatis, petens ab eo cuncta rata haberi atque firmari. est epistolæ exordium: *Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, &c.* De qua quidem illud monendum esse lector sciat, quod habet in fine: *Scripsi pridie Kalendas Aprilis, feriâ tertiâ, Indictione decimatertiâ.* verba enim hæc non sunt eius epistolæ, sed librarij, qui eam exscripsit. Etenim sicut certum est, Synodum mense Nouembris absolutam, non peruenisse ad anni sequentis mensem Aprilis; ita multò certiùs est, nihil pertinere decimam tertiam Indictionem ad Chalcedonense Concilium, quod Indictione quarta esse celebratum, ipsa acta perdocent. Nec verò ipse Marcianus Augustus Imperium vsque ad decimam tertiam Indictionem propagauit, qui defunctus est indictione octaua. Constat autem, ipsa œcumenica absoluta Synodo, eam Synodalem esse conscriptam epistolam, qua inter alia Patres expetunt ab eodem confirmari, quæ in ea statuta essent, vt Constantinopolitana Ecclesia primum post Romanam locum obtineat; quod non ipsam tantùm sanctam Synodum, sed & Imperatorem & Senatum vehementer cupere ingesserunt. At describamus hîc tantum quæ ad hæc spectât ipsius Synodalis epistolæ[b] verba:

CXLVI. QVID SY- NODVS AD LEO NEM.

[b] *Habetur in Concil. Chalced. in fin. Act. 3.*

Confirmauimus autem & centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui in Constantinopoli congregati sunt, regulam sub pia memoria Theodosio: qui præcepit, post vestram sanctissimam & Apostolicam sedem, honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata: confidentes, quia lucent apud vos Apostolico radio, & vsque ad Constantinopolitanorum Ecclesiam consuetè guberdando illum spargentes, hunc sapiùs expandite, eò quòd absque inuidia consueueritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos. Quæ igitur definiuimus, ad interemptionem quidem totius confusionis, confirmationem verò Ecclesiastica ordinationis definiuimus. Hæc sicut propria & amica & ad decorem conuenientissima dignare complecti sanctissime & beatissime pater. Qui enim locum vestræ sanctitatis obtinent sanctissimi Episcopi Paschasinus & Lucentius, & qui cum eis est reuerendissimus presbyter Bonifacius, ijs ita constituta vehementer resistere tentauerunt; proculdubiò à vestra prouidentia inchoari hoc bonum volentes, vt sicut fidei, sic bonæ ordinationis vobis deputetur effectus.

CXLVII. DE ECCLESIA CONSTANTINOPOL.

CXLVIII.

*Nos enim cedantes tam piissimos & Christianissimos Imperatores, & qui super hoc delectantur, quàm clarissimum Senatum, & totam (vt decere conuenit) Imperij ciuitatem, oportunum credidimus esse, honoris eius confirmationem ab vniuersali Concilio celebrari: & vt hæc à tua sanctitate fuerint inchoata (eò quòd fauere * semper studeas) roborauimus præsumentes, dum nouerimus, quia quicquid rectitudini à filijs sit, ad patres recurrit, facientes hoc proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium; & sicut nos cupidi in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua filijs (quod decet) adimpleat. Sic enim & ij Principes complacebunt, qui tamquam legem tuæ sanctitatis iudicium firmauerunt; & Constantinopolitana sedes suscipiet præmium, quæ omne semper studium vobis ad causam pietatis explenit, & semetipsam vobis ad concordiam eodem zelo coniunxit. Vt autem cognoscatis; quia nihil alicui donando per gratiam fecimus, aut per inimicitias aduersando, sed quippe nutu gubernati diuino: omnem vobis Gestorum vim insinuauimus, ad comprobationem nostræ sinceritatis, & ad eorum, quæ à nobis gesta sunt, firmitatem & consonantiam.* hactenùs Patres, qui vnà cum his litteris ad S. Leonem Pontificem (vt profitentur) Synodalia Acta miserunt.

* fauere

CXLIX.

Ex his igitur, quæ in omnibus fermè integra extant, Chalcedonensis Synodi Actis, quid antè in reliquis œcumenicis Synodis fieri consueverit, vnusquisque facilè

potent intelligere, nempe à sancta Synodo ad Romanum Pontificem solita mitti, quæ à Patribus decreta essent, vt auctoritate ipsius Romani Pontificis firmarentur. Sed & obserua illud, quod vniuersi congregati sexcenti Patres sacrosancti Concilij Chalcedonensis cognoscentes in Romano Pontifice summum Pontificij culmen effulgere, seipsos, licet ordinatione collegas & fratres esse simul scirent, filios tamen appellant, vniuersalis Ecclesiæ Catholicæ eum esse caput intelligentes, cuius & sit gradus summos in Ecclesia distribuere: quod profitentur, cùm obnixè petunt vt concedat Constantinopolitanum Episcopum secundum in Ecclesia locum obtinere, primum verò post ipsum Romanum Pontificem; cuius & auctoritatem tanti æstimant, vt putent esse infirma, nec posse subsistere, quæ in duobus œcumenicis Concilijs esse decreta dicebant, nempe Cóstantinopolitano & Chalcedonensi, nisi accedat ipsius Romani Pontificis confirmatio.

CL. NOMEN OECVMENICI OBLATVM ROMANO PONTIF. A SYNODO CHALCED.

Vnde ex omnibus his & alijs superiùs enarratis perspicuè appareat, nullum officium à sancta Synodo præstitissum, quo non prosecuta fuerit ipsum primarium Christianæ religionis Antistitem, & vniuersalis Ecclesiæ visibile caput, cum in omnibus vniuersalem Ecclesiæ Pontificem professa tum factis, tum scriptis, & ipsum titulum Oecumenici Ecclesiæ Episcopi eidem tribuens; nec pauces duntaxat Alexandrinos clericos eum titulum in suis ipsorum libellis indidisse. Nam audi sanctum Gregorium Papam in Epistola ad Eulogium Episcopum Alexandrinum, dum hæc habet: *Sicut enim veneranda vestra sanctitas nouit, vnus per sanctam Chalcedonensem Synodum Pontifici sedis Apostolicæ (cui, Deo disponente, deseruio) hoc vniuersitatis nomen oblatum est: sed nullus vnquam decessorum meorum hoc vsum profano vocabulo vti consensit.* hæc ibi: & in epistola ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum b istud ipsum habet, nec non in litteris datis ad Mauritium Imperatorem c. Quamobrem mihi facilè persuadeo, cùm nomen Oecumenici desideretur in epistola Synodali ad sanctum Leonem Papam, ab ea esse librarij dolo subductum.

a Greg. lib. epist. 30. & lib. 7. epist 30.

b Greg. lib. 1 epist. 18

c Greg lib. 4 epist 32.

CLI. LEO INSCRIBITVR EPISCOPVS VNIVERSALIS.

Quòd verò sanctus Gregorius in nuper citatis locis dicat, nullum prædecessorum suorum vsum esse nomine Oecumenici, vt in scriberentur Vniuersalis Ecclesiæ Episcopus: ita quidem intelligendum est, vt nemo Romanorum Pontificum eo titulo ex solenni ritu semper & in omnibus vsus sit inscriptionibus, vel subscriptionibus: Cæterum eo interdum ipsorum aliquem esse vsum, superiùs est demonstratum. Et ne longiùs progrediamur, ipse S. Leo in epistola, quam post annum sequentem sub Consulatu Herculani dedit ad Marcianum Imperatorem aduersus Anatolium quærentem subiugare sibi nobiliores Ecclesias, nempe Alexandrinam & Antiochenam; cùm ex dictis Synodis primum sibi vendicaret locum post Romanam Ecclesiam, in suæ ipsius epistolæ inscriptione ipse sanctus Leo vsus est titulo Vniuersalis: habet id quidem non solùm Latinus codex epistolarum sancti Leoni, sed & Græcus exemplar in appendice ad Concilium Chalcedonense. At de Chalcedonensis Synodi rebus gestis hactenùs; quam tredecim diebus, totidem consummatam vidimus Sessionibus, siue Secretarijs, Actionibus in eis habitis decem & septem absque spuria & clandestina ab Anatolio furtim adiecta.

CLII. MIRACVLIS CONFIRMATA FIDES.

Quod rursum ad eandem sanctam Synodum spectat: præter Episcoporum sententiam, quorum partium fuit de fide agere, præterque confirmationem Apostolicæ sedis, accesserunt etiam ad eam corroborandam sanctissimorum virorum, qui his temporibus illustrabant Orientalem Ecclesiam, & miraculorum virtute nitebant, elogia: Hi enim se eamdem in omnibus tenere fidem, quam sacrosancta Synodus Chalcedonensis probâsset, testati sunt verbis: eamque verè Catholicam & ex Deo esse, miraculorum etiam crebra editione firmârunt. Iungamus his in primis, quæ de eadem Synodo in rebus admirandi illius Euthymij à Cyrillo conscriptis habentur d (erat iste Abbas sanctorum in Palæstina monachorum, de quo nonnulla superiùs dicta sunt digna memoria.) *Septuagesimo* (inquit) *& quinto anno ætatis magni Euthymij congregata fuit Synodus Chalcedonensis, in qua omnes totius fermè orbis terrarum vndique conuenerunt Pontifices: Eos enim ad conueniendum vocabant, quæ Ephesi scilicet innouata fuerant, à Dioscoro, inquam, Alexandrino: quem simul cum his, qui illius tuebantur dogmata, à sacrio excinxit catalogo, & accuratum fidei decretum exposuerunt. Et autem Synodo insignis Euthymij discipuli intererant, Stephanus Iamniæ, & Ioannes Episcopus Saracenorum, cùm Petrus quidem iam è vita decessisset; qui eum autem secutus est Auxolaus, Dioscoro accessisset; & ideò magno (proh dolor!) Euthymio inuisus vitam finxisset.* Extat quidem Auxolai nomen recensitum inter eos, qui aduersus S. Flavianum vnà cum Dioscoro subscripsissent: ipsa enim Acta Ephesina hæc produnt, quæ inter exta habentur Actioni primæ Concilij Chalcedonensis. Sed pergit Cyrillus:

d Extant apud Surium 20. Ianuarij.

CLIII. EVTHYMIVS PRO VERITATE FIDEI CONCIL. CHALCED.

Ii ergo, Stephanus scilicet & Ioannes, *cùm Synodo interessent, quoniam fidei decretum iam erat mandatum litteris, iter statim arripientes, quam potuerunt celerrimè, accedunt ad Euthymium. Quamam causa? Volentes scire, an ipse quoque consentiret ijs, quæ scripta fuerant: Non mediocriter enim eos terrebat, quòd Auxolao accideret; neque sciebant, an assentirentur, vel differrent, priusquàm scirent illius sententiam. Post quam autem ille legisset; & quæ scripta erant, vellè se habere inuenisset, & concinere rectæ regulæ veritatis: peruasit repente fama totam solitudinem, quòd magnus quoque Euthymius sequatur Synodum Chalcedonensem.* fuit quidem maximi momenti ad continendum in officio complures eremi Palæstinæ monachos, qui sanioris essent mentis, ne seducerentur à Theodosio Eutychiano pseudomonacho, qui Palæstinam prouinciam eâ hæresi magna ex parte fœdauit: id verò quomodò se habuerit, dicemus anno sequenti. Probauerunt insuper & magno gaudio receperunt decretum fidei Synodi Chalcedonensis magnus ille Simeon Stylita, admirandus Saba, & Theodosius insignis Cœnobiarcha longè diuersus ac prorsus contrarius Theodosio Eutychiano monacho: sed & æquè magnus Auxentius Abbas, gratia & ipse miraculorum illustris, his nuper nominatis haud impar, eamdem verè esse secundum Deum fidem miraculorum virtute etiam consignauit.

CLIV. S. AVXENTIVS ACCERSITVR AB IMPERATORE.

Cùm enim videret Marcianus Imperator decreta fidei cognita & firmata in Concilio Chalcedonensi labefactari calumnijs monachorum Eutychianorum, asserentium Nestorij hæresim in ea Synodo esse restitutam ac roboratam, illumque fuisse Nestorianorum conuentum: hæcque longè lateque eos sparsisse in damnum haud leue simplicium intelligeret, cùm, inquam, hæc audiret, salubre illud inijt consilium, vt Auxentium sanctissimum Aliachoretam virtute miraculorum insignem, omnibus fama cognitum, ex solitudine aduocaret, vt miraculorum virtute coram populo eum adstipulari faceret decretis fidei Concilium Chalcedonensis. Quæ autem inter eum & Imperatorem transacta sint, audi periucundam historiam omni fide litteris commendatam ab auctore, qui eo tempore eius res gestas in vnum collegit, in quibus inter alia ista scripta leguntur e:

e Extant apud Surium 14. Febr.

CLV. AVXENTIVS DIVTVRNVLCTVS AC QVIESCIT.

Cùm omnes conuenissent Episcopi, adeò vt essent numero sexcentorum triginta: tulerunt etiam conuenire beatum Auxentium Imperator & Episcopi. Cùm autem magnus & diuinus pater noster Auxentius resisteret, & nullet descendere, dicens: non esse monachorum docere, sed potiùs doceri, hoc verò ijs solis conuenire, qui sunt honorati Pontificatu: Misit Marcianus Imperator quosdam ex monachis & clericis, qui erant circumcincta simul cum militibus, & res eius cognoscentes: & iussit, vt nisi vellet sua sponte venire cum eis, inuitum adducerent. His autem cùm accessissent, cum maximè vrgentes, nequaquam persuasere: adeò vt sint conuersi ad eum incessendum maledictis, & affirmarent eum non sapere. Conabantur itaque eum vi exturbare: sanctus autem eis cedebat, sed nondum perfectâ mente absque superna voluntate: nam cùm dixissent artifices

ad globum, in quo erat, soluendum, & totum diem permansissent, nihil potuerunt facere. Manè verò dicit eis: Dicite mihi, fratres & patres, in quanam re malè credo, & deinde sic prouidentia Dei globus aperietur. Illi autem dixerunt: Quod cùm pius Imperator Marcianus pios, qui vbique sunt, Episcopos congreganerit ad vtilem considerationem dogmatum sanctissimæ Ecclesiæ, tu non vis venire. Sed enim eam, quæ nunc est, conditionem; cùm alij quidem sentiant cum Nestorio, & schisma molientur, propterea quòd vocem Dei parentis auferant à casta & veneranda Virgine & matre Domini: alij verò Eutycheti, vel potiùs Apollinario tuentur dogmata, & confitentur Dominum nostrum Iesum Christum non perfectè carnem susceptisse ex semine Dauid, sed ex visione eum fuisse hominem prodigiosè dicunt.

CLVI. AVXENTIVS ETA VISIONE CONFVSVS, ET PRODIGIOSO.

Hæc cùm audisset beatus Auxentius, dixit: Ego confiteor Verbum perfectè carnem suscepisse ex Virgine, non experta opus nuptiarum. & cætera adiecit, quæ spectant ad Catholicam fidem. Subdit auctor: Hæc cùm dixisset, & coeuntibus vidisset, & manibus in cœlum sublatis tussisset intensam fieri precationem, non tradidit seipsum. Illis autem insultantibus, & globum dissoluere rursus aggredientibus, & nihilominùs valentibus efficere: beatus cùm signâsset globum, & ter dixisset, Benedictus Dominus, miti voce imperauit artificibus: & sic eius voluntate sublatis tabulis, quæ erant in clauis affixæ eius fenestræ, cum eiecerunt. Assiterunt verò iumenta & currus, vt vbi vellet, ascenderet. Cùm verò recusaret locari super iumentum, strato curru sanctum in eo reclinauerunt: erat enim imbecillis & debilitus toto corpore ex nimia exercitatione, & maximè ex laboribus; &c. recitat auctor miracula ab eo in ipso itinere edita, quæ cùm plura sint, brevitatis causa præterimus: lector si vult, consulat eam Auxentij Acta inueniet planè insignia sancti viri miracula. Post multa verò hæc de Auxentij rebus gestis cum Imperatore:

CLVII. MARCIANVS IMP. QVID CVM AVXENTIO.

Post hæc autem pius Imperator, misso Dromone ex Hebdomo, quòd illic esset Procensus, ad se accersit beatum Auxentium: & cùm eum vidisset toto corpore afflictum ob exercitationem, magnam in eum ostendens misericordiam, dicit ei: Scio te esse Dei seruum, domine Auxenti, & debes consentire sanctæ & Oecumenicæ Synodo, ad hoc, ne tu fias auctor offensionis iis, qui eam volant admittere. Sanctus autem respondens, dixit Imperatori: Quis sum ego caius mortuus, quòd vt cum sanctis pastoribus connumerer, iube tua potentia? qui non recusso pasci, & doctrinâ egeo. Imperator autem postquam plurima cum eo esset locutus, dicit: Considera, quid expediat, & ne nos afficias molestia: Nam nec nos quidem quippiam præter id, quod oportet, sed vt decet, ad sanctissimæ Ecclesiæ vnionem & non destructionem Concilium congreganimus. Hæc cùm dixisset Imperator, & preces ab eo petiisset, eum dimisit. Cùm verò venisset beatus Auxentius in monasterium sancti Hypatij in Ruffinianis (erat locus ille sic dictus, à Ruffino Consule, qui Ecclesiam ibi Apostolorum cum monasterio ædificauit) & vidisset illic magnam affluisse multitudinem, cæpit omnibus præcipere, vt abstinerent a theatris, &c. subdit auctor de puella ab obsidente dæmone per eum liberata: atque post hæc:

CLVIII. VNDE CONCVRSATIO AVXENTII.

Cùm verò rursus mittens Imperator eum accersisset, rogauit, an assentiretur sanctæ Synodo, & cum sancta communicaret Ecclesia. Dixit ad eum beatus (quòd nesciret, quæ decreta essent in Synodo, & accepisset à Nestorianis eam esse collectam) Quomodò possum communicare, sine vt confitear esse Deiparentem semper Virginem? Dixit ei Imperator: Si videris, quæ sunt rectè confirmata & stabilita à Synodo ad destructionem reliquarum hæresum, tu ne quoque assentieris? Respondit sanctus: Si nihil aggressa est sancta Synodus, quod tendat ad euertendum Concilium trecentorum decem & octo Patrum, qui erant Niceæ, sed perfectam enunciauit carnis œconomiam Saluatoris nostri Iesu Christi, & quæ conueniunt Virgini Deiparentis vocem non rursus abstulit; communico & assentior, Deo agens gratias & pietati vestræ. Hæc cùm audisset Imperator, osculatus est venerandum & sanctum eius caput, & sic deinde iussit eum maximo honore venire in magnam & sanctissimam Dei Ecclesiam; quamobrem magna cum populi consequebatur multitudo. Significans autem Imperator Archiepiscopo Constantinopolitano quæ ab eo dicta fuerant, iube ei legi omnia, quæ a sancta Synodo fuerunt definita.

CLIX. PROSAPEDEM CHALCEDONENSYNODI AVXENTIVS.

Qui cùm diligenter & accuratè Acta legisset, & persuasum habuisset, quòd Dei voluntate, quæ aduersus Nestorij impietates & Eutychetis manifestum furorem decreta fuerunt, sancta sit, manet Synodus, nempe demonstrasset veram certamq; incarnationem Dei Filij, duasq; naturas in vna persona indiuisè, & inconfusè, & inseparabiliter esse coniunctas, vereq; prædicari Deum verum & hominem in vna persona, asserig; vere dici debere Deigenitricem sanctissimam Virginem, & secundum diuinas scripturas & traditiones maiorum & patrum testificationes, atque secundum sancti Cyrilli scripta, ac iuxta nuper editam S. Leonis epistolam cuncta esse definita atque sanctissimè stabilita: Hæc, inquam, (subdit auctor) cùm legisset & admisisset beatus, indiuina satisfactione & spiritali intelligentia assensus, abijt Ruffinianas, dicens: Non oportet autem nos ex ignorantia maledicta insectari, aut calumniari hanc sanctam Synodum, sed potius manifestum est & verum agnoscentes admittere. Itaque cùm sancti quidem Patres hæc concorditer in Synodo declarâssent & definissent, & vnusquisque ad suæ reuerteretur: noluit beatus Auxentius redire ad priorem montem, sed in alium asperiorem & altiorem, propiorem autem Ruffinanis, nomine Scopen, &c. pergit auctor reliquas præclaras ab eo res gestas & innumera ferè quotidie miracula edita recensere. Vt planè Dei consilio factum fuisse apparuerit, quòd prope Chalcedonem in prominenti loco, tanquam super cathedram collocatus, sublimis professor fidei Chalcedonensis Auxentius degeret: vt clarissima atque altissima voce virtutis, nempe signorum omnium, plus satis manifestum redderetur, quænam esset fides vera, nempe eam, quam Deus in Auxentio iugi operatione miraculorum firmissimè comprobaret.

CLX. DE OSCORI RELEGATIONE.

Absoluta igitur hoc anno (vt dictum est) sacra Synodo mense Nouembris, Patres ad suas singuli Ecclesias redière. Dioscorus verò Gagram in Paphlagoniæ ciuitatem iussus proficisci, immo militari manu perductus, ibidem relegatus est (tradunt id Liberatus Diaconus [a], Euagrius [b], & alij, qui de his agunt) vbi infelix diem clausit extremum. Tanti autem à Deo præstiti beneficij in damnatione perditissimæ hæresis, quæ sacræ incarnationis mysterium abolere præsumpserat, Orientalis Ecclesiæ memor, eamdem ipsam Synodum Chalcedonensem perpetuâ colere statuit celebritate, anniuersariâ eam memoriâ consecraus, cùm annys singulis in Ecclesia hęc publicè occidenda in Menologio scripserit die decimasexta mensis Iulij: Celebritas sexcentorum triginta Patrum Quartæ Synodi Oecumenicæ in vrbe Chalcedone tempore Marciani Imperatoris. ita ipsi, & quidem iure ob acceptum per eam adeò immensum diuinitùs beneficium; de quo etiam hæc habet sanctus Leo in epistola [c] ad Theodoretum Cyri Episcopum. *Secunda est post aduentum Domini hac Orientis festivitas: redditum sæculo est, prædonæ prostrato, incarnationis diuinæ mysterium.* & paulò pòst: *Solis iustitiæ iubar, densis per Orientem Nestorij & Eutychetis nebulis impeditum, pure ab Occidente rifflexerit, vbi culmen sanctum in Apostolico & doctoribus primis aliter Dominum collocauit; quamvis nec illic vnquam defuisse credendus sit, vbi* [*] *confessores fidei egregios reseruauit.* ita sanctus Leo. atque de Synodo modò hactenùs.

[a] *Liberat. in Breuia. c. 14.*
[b] *Euag. lib. 2 c. 5.*
[c] *Leo epist. 81.*
[*] quo

CLXI. DE 7. C. de Pagan.

Post hæc autem eodem anno, duodecima die mensis Nouembris, idem Marcianus Imperator cupiens omni ex parte esse Christianæ religionis benè consultum, cùm iam per sacrosanctum Concilium omnes emergentes hæreses compressisset, voluit sacro edicto quicquid reliquū esset Gentilitiæ superstitionis, penitùs dissipare, huiusmodi promulgando sanctionem [c]:

CLXII. QVID MARCIANVS IN IDOLOLATRAS.

Nemo venerandi, adorandiq; animo delubra, quæ iam olim clausa sunt, reseret. Absit à sæculo nostro infandis execrandisq; simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem thura, victimas cædi, patera vina libari, & religioni loco existimare sacrilegium. Quisquis autem contra seruantia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tatis nostræ sanctiones, & contrainterdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentauerit: apud publicum Iudicem rei tantisacrioris accusetur, & conuictus proscriptionem omnium bonorum suorum & vltimum supplicium subeat. Conscij criminis ac ministri sacrificiorum eandem pœnã, quæ in illũ fuerit irrogata sustineant: vt hac legis nostræ severitate perterriti, metu pœnæ desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus Rector prouinciæ post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione conuictum, tantùm scelus, dissimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipse Iudex, quinquaginta etiam Officium eius confestim Fisco nostro inferre cogatur. Dat. pridiè Idus Nouembris, Marciano Aug. & Adelphio Conss. hæc Imperator in idololatras, quos haud plures ante annos plurimum inualuisse diximus. At de rebus hoc anno gestis hîc finis esto: reliqua autem eiusdem Marciani Imperatoris edicta, quę eamdem Chalcedonensem Synodum sunt subsecuta, qui proximè sequitur annus, quo sunt sancita, faciet manifesta.

IESV CHRISTI
Annus 452.

LEONIS PAP. Annus 13. VALENTIN. 28, MARCIANI 3. IMPP.

I. SEquenti anno Domini quingentesimo quinquagesimosecundo, Consulibus Herculano atque Sporatio * vigesimasexta Ianuarij Marcianus Imperator pro firmitate Chalcedonensis Concilij solicitus edidit sanctionem, ne cui amplius liceret publicè de fide disserere; cui quidem eiusmodi legitur indita inscriptio a:

* Asporatio

a *Apud Concil. Chalced. Act. 3.* TITVLVS SVPPOSITVS.

Imperatores Cæsares, Flauius Valentinianus Pontifex, Germanicus inclytus, Alemannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Tribunitiæ potestatis vicies septies, Imperator vicies septies: & Flauius Marcianus Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alemannicus inclytus, Francus inclytus, Tribunitiæ potestatis vicies septies, Imperator, Consul semel. De prohibitis disputationibus à Christianis ciuibus Constantinopolitanis. ita inscriptio, quam quidem puto ab aliquo additam otioso, cùm plurium mendacium arguatur. Etenim quid sibi vult tribunitiæ potestas vicies septies repetita in Marciano, cùm eadem vnà cum annis augeretur Imperij, Vndenam iste sibi comparauit, vt trium tantum annorum Imperator, describeretur vigesimæseptimæ Tribunitiæ potestatis: quam nonnisi cum Imperio impertiri solitam, satis superiùs demonstrauimus.

II. Rursum verò quomodò vterque inscribitur Pontifex, cùm is titulus (vt à nobis certo tomo Annalium dictum est) defecerit in Gratiano, qui primus, & aliquando sicut à cæteris prædecessoribus vsurpato, sponte carere voluit? quem nec ab alio, nisi à Iuliano Apostata, liquet esse resumptum. Sed & si titulo ex populis debellatis inspicias (vt de Valentinio dicere prætermittamus) vnde Marciano tot ex subiugatis populis titulli? Possent fortè hæc dissimulari, quòd hæredes Imperij ijsdem vterentur titulorum insignibus, quibus prædecessore fuerant decorati, si reliqua sibi constarent. At recitemus ipsum edictum, quod ex parte descriptum in Codice Iustinianeo b mendosissimè datum legitur sub Cõsulatu Ricimeris, cùm iam ante triennium ab eo Consulatu ipse Marcianus, cuius est sanctio, ex humanis excessisset. Sunt autem hæc sanctionis verba:

b *l. 4. C. de summa Trinit.*

III. MARCIANI EDICTVM. *Tandem aliquando, quod summis votis atque studijs optabamus, euenit. Remota est de Orthodoxa Christianorum lege contentio. Tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorum sententia in vnum consensum concordiamq; conuenit. E diuersis enim prouincijs religiosissimi sacerdotes Chalcedonem venerunt iuxta nostra præcepta; & quod obseruari in religione debeat, perspicuâ definitione docuerunt. Cessent igitur iam profana conamina. Nam vereimpius atque sacrilegum est, qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ est in medio & perspicuo die commentitium lumen inquirere. Quis enim post veritatem repertam aliquid vlterius discutit, mendacium quærit. Nemo itaque, vt clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publicè turbis adunatis & aduenientibus tractare conetur in posterum, & ex tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ Synodo, si quis semel iudicata ac rectè disposita reuoluere & publicè disputare contendit: cùm ea, nunc de Christiana fide statuta sunt, iuxta Apostolicas expositiones & statuta sanctorum Patrum trecentum decem & octo, & centum quinquaginta, definita esse noscantur.*

DISPVTATIONIBVS DE TRINITATE.

Nam in contemptores huius legis pœna non deerit: quia non solùm contra fidem benè compositam veniunt, sed etiam cum Iudæis & Paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus fuerit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur; si verò militiâ præditus sit, cingulo spoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei de hac sanctissimæ vrbe pellantur, pro vigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugandis. Constat enim hinc hæreticæ insaniæ exordia fomitemq; præberi, dum publicè quidam disputant atque contendunt. Vniuersi ergo, quæ à sancta Synodo Chalcedonensi statuta sunt, custodire debebunt, nihil post hac dubitantes. Hoc itaque nostræ commonitis serenitatis edicto, abstinere à profanis vocibus, & vlterius desinite, de diuinis disputare, quod nefas est: quia non solùm diuino iudicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verum etiam legum & Iudicum auctoritate coërcebitur. Datum Constantinopoli, 7. Kalendas Februarij, Sporatio viro clarissimo & qui fuerit nunciatus Conss. Sed pro Sporatio, Patricius positus mendosè est in Codice Iustinianeo, cui legata additur Ricimeres. Scimus alios legere, pro Sporatio, Asporatium, sed perperã quidem, mea sententia: etenim in Actis c Matronæ Pergensis, cum de eiusdem Consulis coniuge agitur, Sporatius idem reperitur nominatus; ita etiam in Actis Concilij Chalcedonensis: in Marciani verò Nouella, Storacius, pro Sporatio, deprauatè legitur: & apud Theodoretum in Epistolis, Sporadius, æquè mendosè scriptus reperitur.

c *Apud Metaphr. die 8. Nouemb.*

V. Verùm quod ad edictum pertinet: cùm vaniloqui adhuc obsterperent, & Eutychiani hæretici aduersantes sacro Chalcedonensi Concilio turbas cierent, concitarentque tumultus: idem Imperator mense Martij aliam edidit sanctionem ad Vincomalum Consulem designatum, cuius est exordium d: *Venerabilem Catholicæ Orthodoxorum fidei sanctitatem*, &c. ad finem verò hæc de factiosis & inquietè agentibus: *Verùm sicut manifestã ratione cognouimus, non desinunt quidam in eadem peruersitate insana permanere, & publicè de religione contendere, populu adunatis, & mysteria diuina Iudæorum Paganorumq; sub obtutibus publicare & profanare: quæ rectiùs delenda sunt, quam inquirenda. Oportuerat quidem in eadem pertinacia consistentes statuta dudum animaduersione compesci; vt pœna corrigeret, quos veneratia iussionum emendare potuit. Verùm in hoc secuti consuetudinem nostram, noscentes præ omnibus, quòd Diuinitas pietate lætetur, pœnam nocentium credidimus differendam, iterata hac sanctione nostræ clementiæ iussione, vt in futurum à prohibitu omnes abstineant, nec conuenticula colligant super religione certantes: quia in huiusmodi peruersitate & vanitate detecti, & statutas dudum suscipient pœnas, & iudiciario motu (prout religiosi temporibus conuenit) punientur. Oportet enim Chalcedonense Synodum sequi, in quæ omnibus diligenter quæsitis, ea definita, quæ pridem tres præclari cœtus Apostolicam fidem secuti omnibus seruanda tradiderunt ciuibus Constantinopolitanis.* hæc Marcianus primo huius anni tempore sanciuit. Sed quidem haud proficuè abstinuit à mulctandis seuerâ animaduersione hæreticis: quæ enim impunitè ausi fuerint; paulò pòst dicturi sumus. Illud sanè plurimis exemplis satis perspectum est factum, numquam profuisse Catholicæ clementiam Principum in remittendis culpis ab hæreticis perpetratis. eâ enim abusi semper illi euasêre deteriores.

d *Extat in sine Act. 3. Concil. Chalced.* EVSEBIVS IMPIAM GVTAT NOVATIANAE SVTTCHIANAE

VI. Sic igitur tum Episcoporum sententiâ, tum Imperatoris sanctionibus damnata est cum auctore suo & sectatoribus eius Eutychiana hæresis, aduersus quam complures Orthodoxi scriptores ijsdem temporibus stylum exercuêre: nam præter S. Leonem Romanum Pontificem scripserunt aduersus eam Mochinus Mesopotamius presbyter Antiochenus, necnon Isaac presbyter itidem Antiochenus, Samuel presbyter Edessenus, & Theodoretus Episcopus Cyri, vt qui de his singulis scribit Gennadius tradit. Sed & qui posteà de tribus capitulis tractatus elaborarunt pro Concilio Chalcedonensi, ijdem Eutychianam hæresim acerrimè insectati sunt.

VII. Sed vt anni huius, quæ reliquæ sunt, res gestas prosequamur: Hoc item anno sanctus Leo Romanus Pontifex, simulac exemplaria rerum in Synodo Chalcedonensi gestarum Romam allata percepit: prouincijs Occidentalis Ecclesiæ nota facere studuit, quæ in Oecumenico Concilio de fide Catholica decreta essent. Inter alios autem ad Episcopos Galliarum prouinciæ Narbonensis hęc breuiter scripsit [a].

VIII. *Impletu per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vicem à Orientali Synodo præsederunt, qua vota retulêre, significo: confirmatam Catholicam fidem & glorificatam Apostolicæ prædicationis triumpho: quo etiam his, qui ad deuiandum vel seducti fuerant, vel impulsi, receptâ veritatis luce lætantur. Si quidem omnes Domini sacerdotes in vna sententia, sancto Spiritu docente, consensêre. Et de sacramento Dominicæ Incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, itatenebræ errorum ablatæ sunt, vt in vno Domino nostro vero Dei & hominis Filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de Deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se Dei gratiâ iudicantes, correctionis vti remedio noluêre, qualis sit lata sententia, exemplaria, quæ misimus, edocebunt: vt agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obdurato, & pax impensa correcto. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.* hactenùs epistola, quæ missa ad alias metropolitanas Ecclesias fuit Circularis communis omnibus prouincijs. Cæterùm priuatas alias litteras dedit ad Gallicanos hoc ipso item anno Kalendis Februarij quarum est exordium [b]: *Obtâssemus quidem fraternitatis vestræ litteras, &c.*

IX. Peruenerunt inter hæc Romam ad S. Leonem Papam legati missi Constantinopoli, cum litteris Anatolij & Imperatoris atque Pulcheriæ Augustæ, Lucianus Episcopus, & Basilius diaconus, prosecuturi causam primatus sedis Constantinopolitanæ Ecclesiæ, clanculò (vt vidimus) in Synodo decreti, rogaturique vt ipse Pontifex præberet assensum. His susceptis, & acceptis idem S. Pontifex, quæ Synodalibus literis scripta erant à sacrosancto Concilio Chalcedonensi, in quibus post alia de fide Catholica confirmata, ea de primatu erat: probè sciens illa cuncta per Anatolium eius sedis Episcopum esse curata, ad ipsum rescribens, eundem acriter obiurgauit, quòd inconcessa tentâsset: & post nonnulla, cuncta, quæ præter canones ab ea vsurpata essent, his verbis exprobrat [c]: *Post illa itaque ordinationis tuæ non inculpata principia* (quòd scilicet à Dioscoro, deposito Flauiano ordinatus esset) *post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vendicâsti: doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, vt sanctissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere; tamquam opportunè se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit: vt huic loci iuri tuo subditis, omnes Metropolitani Episcopi proprio honore priuentur. Quibus inauditis & nunquam ante tentatis ita præueneris excessibus, vt sanctam Synodum ad exinguendam solum hæresim & confirmationem fidei Catholicæ pio studio Christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitiosis tradas, & vt conniuentiam tuam tibi dedat impellas: tamquam resistari nequeat, quod illicitè voluerit multitudo; & illa Nicænorum canonum per sanctum verè Spiritum ordinata condicio in aliqua non tuam sit parte salubris.*

Nulla sibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur: neque trecentis illis decem atque octo, quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre: cùm tanto diuinitus priuilegio Nicæna sit Synodus consecrata, vt siue per pauciores, siue per plures Ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penè auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prauæ, quæ sanctissimis canonibus inueniuntur esse contraria. In totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit Concilio Synodali; vt fratres in fidei tantummodo negotium conuocatos, & definitione eius causæ, quæ erat curandæ, personas, ad consentiendum sibi aut deprauando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres nostri ab Apostolica sede directi, qui vice nostra Synodo præsidebant, probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt, apertè reclamantes, ne contra statuta Nicæna Synodi præsumptio reprobæ nouitatis assurgeret. Nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola sua etiam ipse conquestus est, quòd conatibus tuis voluerint obuiare. In quo eos quidem multum mihi hæc scribendo commendas; sed te ipsum, quòd eis parere noluisti, dum illicita moliris, accusas, superflua concedenda appetens, & insalubriter contraria concupiscens; quæ nullum vnquam potuerunt nostrum obtinere consensum.

XI. *Absit enim à conscientia mea, vt tam prava cupiditas meis studijs adiungatur; ac non potius & meo & omnium quibus alta sapiunt [d], sed humilibus consentiunt, opere* [e] *subruatur. Sancti illi & venerabiles Patres, qui in vrbe Nicæa sacrilego Ario sua cum impietate damnato, manserunt vsque in finem mundi leges Ecclesiasticorum canonum constituerunt, & apud nos in toto orbe terrarum sui constitutionibus viuunt; & sic quid vsquam aliter quam illi statuerunt præsumitur, sine cunctatione cassatur: vt quæ ad perpetuam vnitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt communem profixa: & manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo in suis tendat alienum; sed intra fines prouincios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine sit charitatis exercitat, cuius satis vberes fructus Constantinopolitanus potest antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis inflatur.*

XII. *Noli sapere altum sapere, sed time, & Christianissimorum Principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste: quis certum habeo modestiâ te magis, quam elatione placiturum. Persuasionem enim tuæ in nullo penitùs suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta* [f] *(vt iactas) annos facta subscriptio, numquamque à prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissam notitiam; cui ab initio sui caduca, dudum, collapsa, sera nunc & inutilia subijcere fomenta voluisti, eligendo à fratribus speciem confessionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata præberet. Memento quid Dominus* [g] *ei, qui vnum de pusillis scandalizauerit, comminetur. Et sapienter intelliges, quale sit iudicium Dei subiturus, qui tot Ecclesiæ, tot sacerdotibus scandalum inferre non meruit. Decet enim, ita me dilectionem vniuersæ fraternitatis obstringi, vt meminerim pro me in hu, quæ contra se posset, assentiam; posse, euidenter agnoscere, me dilectionem tuam benevolo animo contrâxisse, vt saniore consilio sub vniuersalis te Ecclesiæ perturbatione contineas.*

XIII. *Non conuellantur prouinciales iura primatuum, nec priuilegijs antiquitus institutis Metropolitani Antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi, etsi quam per S. Marcum Euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis; nec Dioscori impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primùm, prædicante beato Apostolo Petro* [h], *Christianum nomen exortum est, in paterna constitutionis ordine perseueret, & in gradu tertio collocata, nunquam se siuat inferiorem. Aliud enim sunt sedes, aliud præsidentes. Et meritus vnicuique honor est integritas sua: Quæ cùm in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quantò magis in Constantinopolitana vrbe magnificentia potest esse gloriosa, si per obseruantiam tuam, & defensionem paterni canonis, exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, vt deposito ambitionis desiderio, spiritu potiùs feruens charitatis, &c.* Vidisti lector,

X. CONTRA NICÆNAM SYNODVM NOVLLA ALIA SYNODVS PRÆVALET.

XI. [a] Rom. 12. ope LEO PAPA TENAX CVSTOS SACRORVM CANONVM.

XII. [b] octogin ta

[c] Matt. 18 Marc. 9.

XIII. LEO CVSTODITA VVLT PRIVILEGIA, ECCLESIARVM.

[d] Act. 11.

SALVERIS LEONIS ADMONITIO.

& quàm perspicuè, vnius fuisse Romani Præsulis, irrita reddere, quæ sexcenti & triginta constituissent vnà simul Episcopi, & Imperatores atque Senatus expetijssent, obtentaque firmássent?

XI. Eâdem quoque die, quâ data est hæc epistola, vndecimo Kalendas Iunij sub dicto Herculani Consulatu, ad Marcianum Imperatorem idem S. Leo eadem ex causa scripsit epistolam [a], vbi post congratulationem de propulsata vnà cum hæreticis, hæresi, & fide Catholica stabilita, hæc de ambitiosa Anatolij temeraria præsumptione: *Hîc autem, propter quæ tanta facta est congregatio sacerdotum, bono & optabili fine compositis: miror & doleo, quod pacem vniuersa sancta Ecclesia diuinitùs reformatam ambitionis rursus spiritus inquietet. Quamuis enim necessariò sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, vt ordinatorum suorum errorem deserens, in assensum Catholicæ fidei salubri correctione transiret: custodire tamen debuit, vt quod vestro* beneficio nosceretur consecutus, nullius cupiditatis prauitate turbaret. *Nos enim vestræ fidei & intercessionis habentes intuitum, cùm secundum sui consecrationis auctores eius instas titubarent, benigniores circa ipsum quàm iustiores esse voluimus: quò perturbationes omnes, quæ operante diabolo fuerant excitatæ, adhibitis remedijs leniremus; quæ illum modestum magis quàm immoderatum facere & buêre.* hæc S. Leo; eò quòd, cùm esset deponendus Anatolius, qui cum Dioscoro sectatus fuerat Eutychianam hæresim, & vitiosè atque tyrannicè per Dioscorum fuerat in locum S. Flauiani subrogatus; abdicatâ hæresi, precibus Imperatoris indulserat bono pacis ipse sanctus Leo, vt remaneret Constantinopolitanus Antistes: nõ enim alterius, quàm Romani Pontificis erat dispensare, vt tot aspersus sordibus homo sederet Episcopus. Subdit verò hæc S. Leo:

XV. *Qui etsi magis præcipuis meritis, optimoq; iudicio legitimè fuisset ac solemniter ordinatus: contra reuerentiam tamen canonum paternorum, contra sancti Spiritus institutа, contra antiquitatis exempla, nullus posset suffragijs adiuuari. Apud Christianum & verè religiosum, vereq; Orthodoxum Principem loquor. Multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito & illicitò crescere optat augmento. Habeat (sicut optamus) Constantinopolitana ciuitas gloriam suam, ac protegente dexterâ Dei, diuturno clementiæ vestræ fruatur Imperio: Alia tamen ratio est rerum secularium, alia diuinarum; nec præter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio. Propriaperdit, qui indebita concupiscit. Satis sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, Episcopatum tantæ vrbis obtinuit: nolt dedignetur regiam ciuitatem, quam Apostolicam non potest facere sedem: nec vllo pacto, quòd per aliorum possit offensiones augeri.*

XVI. ROM. PONTIFEX VINDEX CANONVM. *Priuilegia enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicæa Synodi fixa decreta, nullâ possunt improbitate conuelli, nullâ nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseuerantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum si paternarum regula sanctionum, quæ in Synodo Nicænâ ad totius Ecclesiæ regimen, Spiritu Dei instruente, sunt condita, quæ (quod absit) conniuente, violentur; & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quàm vniuersæ domûs Domini communis vtilitas. Etideò sciens gloriosam clementiam vestram Ecclesiasticæ studere concordiæ, & his, quæ pacis congruunt veritati piissimum præstare consensum: precor, & scelerâ suggestione vos obsecro, vt ausu improbos vnitati Christianæ pacique contrarios ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu; & fratris mei Anatolij nocituram sibi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis; ne ea, quæ vestræ gloriæ temporibus inimica sunt, cupiens, maior suæ velit esse prioribus.* &c. Ad finem verò: *Conuenit* (inquit) *fides vestra, vel gloriæ, vt sicut hæresis (Deo per vos agente) destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur. Agite, quod & Christianæ est pietatis & regiæ, vt prædictus Episcopus pareat patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quòd Antiochena Ecclesia sine vllo exemplo contra statutum canonum Episcopum ordinare præsumpsit: quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio, retractare cessauimus.* hæc & alia ingerens, ad postremum legatos ab Imperatore missos excusat, quos per eos non steterit, quo minùs eam causam sedulò pertractarint; sed quòd esset iniusta, nihil potuisse opera sua consequi.

Scripsit idem sanctus Leo ad Pulcheriam Augustã eodem quoque argumento epistolam [b] eadem pariter die & Consule. est eius exordium: *Sanctis & Deo placitis clementiæ vestræ studijs.* &c. eadem quæ superiùs ingerens, cassare se & irrita penitùs reddere testatur, quæ per Synodum de primatu Constantinopolitanæ sedis essent, Anatolio instigante, decreta: nam post multa, hæc ad finem: *Consensiones verò Episcoporum & sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, vnità nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem beati Petri Apostoli generaliter sua definitione cassamus.* hæc S. Leo, magnis resistens animis, infringensque quicquid Anatolius tanto conatu œcumenicę Synodi perficere nisus erat: planè docens, super arenam erigere molem, qui absque Apostolicæ sedis in qua est firma petra, consensu, ædificium construit.

Atquid Anatolius, cùm ipsius Romani Pontificis litteras accepisset? homo fraudulentus occultauit quidem eas, vtpotè quæ suam ipsius decantarent iunctam cum ambitione nequitiam: sed & (quod deterius est) illud in scandalum plurimorum sparsit in vulgus, Leonem Romanum Pontificem minimè recepisse Chalcedonense Concilium. hæc quidem hoc anno transacta sunt, reliqua verò anno sequenti, de quibus suo loco dicendum. Vidisti hominem ambitionis facibus æstuantem, in quod discrimen Catholicam fidem inducat, dum nouâ ea excogitatâ calumniâ, cuncta quæ in sacrosancto Concilio aduersus hæreses essent decreta ac stabilita, contradictione Romani Pontificis, nullius esse vigoris, sed irrita planè reddita proclamaret, ipsumque Pontificem præuaricatorem constituerer & proditorem, dum quæ essent credenda scripsisset, & eadem, non recipiendo Concilium, condemnásset. Sed veritas tandem redarguit impostorem.

Quid verò hoc anno Alexandriæ actum sit in electione nouæ eius ciuitatis Episcopi, dicamus: atque in primis quæ habet Liberatus Diaconus, qui ait [c]: *Reuersi sunt autem relegato Dioscoro, Alexandriam qui cum eo venerant Episcopi & clerici, Athanasius Busirios Episcopus, & Nestorius Phlagonios, & Auxonius Sebennitensis, & Macarius Chabasenensis, qui consederant in Chalcedone, & anathematizauerunt Eutychetem & eius dogma cum Dioscori damnatione, epistolam Papæ Leonis subscribentes, vt cum omnium ciuium voluntate eligerent ordinandum Episcopum, sacris ad hoc litteris precedentibus ad Theodorum tunc Augustalem. Collecti sunt ergo nobiles ciuitatis, vt eum qui esset vitâ & sermone Pontificatu dignus eligerent: hoc enim & Imperialibus sanctionibus iubebatur. Cumq; super hoc multa dubitatio præcessisset, volentibus ciuibus neminem penitùs ordinare, ne adulteri viderentur, Dioscoro quippe viuente: nouissimè in Proterium vniuersorum sententia declinauit: vtique cui & Dioscorus commendauit Ecclesiam, quis & eum Archiepiscopum fecerat. Ordinatus est ergo Proterius, præsentibus supra memoratis Episcopis, qui Synodo (vt dictum est) subscripserunt, & introniz.atur.* hactenùs liberatus.

De seditionibus verò tunc in populo excitatis ista habet Euagrius [d]: *Proterio in sede Episcopali collocato, maximus tumultus & penè intolerabilis à populo variis æstuante sententijs ciebatur. Nam vt in istiusmodi rebus euenire solet, alij Dioscorum reposcere, alij partibus Proterij firmiter adhærescere cœperunt; adeò vt clades ingens, eaq; certè insanabilis inde nasceretur. Nam Priscus Rhetor scribit, Præfectum Thebaidu eâdem tempestate venisse Alexandriam, vidisseq; populum vno consensu contra magistratus impetum fecisse, iecisseq; lapides in militum copias, quæ seditionem comprimere studebant; atque milites vi coegisse in templum, quod olim Serapidi dicebatur, confugere: tum populum cuncurrisse eò, templum expugnásse, militesq; viuos igni concremásse incendio. De quibus rebus cùm certior factus esset Imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo millia illo misisse; quos adeò secundo vento & prosperâ vsos nauigatione, vt sexto post die Alexandriam appellerent.*

Deinde cùm milites petulanter in vxores & filias Alexandrinorum insultarent, eladem posteriorem priorem suâ acerbitate penè obscurásse. Posteà populum in Circo congregatum orásse Florum, qui præsidiorum militum gessit præfecturam, & ciuilem vrbis administrationem tenuit, vti ipsis frumenti congiarium,

quod

a Leo epist. 14.

QVÆ DE ANATOLIO LEO PAP. AD MARCIANVM IMP.

* nostrò DISPENSAVIT LEO CVM ANATOLIO.

b Leo epist. 22. DE IRRITAT. DECRETVM CHALCEDONENSIVM.

c Liberat. Diac. in Breuiar. c. 14. PROTERIVS CREATVS EPISCOPVS ALEXANDRINVS.

d Euagr. l. 2. c. 5. PRODIOSCORI CERTANT ALEXANDRINI.

quod illis ademerat, quinetiam balnea spectacula, & alias denique res, quæ propter tumultuosam ipsorum seditionem ablatæ fuerant, curaret reddenda. Florum autem populi impetum, cùm coram ad esset, suâ cohortatione cohibuisse, pariterq; seditionem ad tempus sedasse. Quæ verò post hæc contigerint, suo loco dicemus. Sed quid inter tot turbas concitatas suæ electionis causa Proterius? Audi Liberatum: *Multa* (inquit) *pericula Proterius passus est, ita vt militari pro custodia indigeret auxilio, plurimo tempore sui Pontificatûs, & vsque ad mortem Marciani Imperatoris inimicorum manus valuit euadere.* Sedatis autem vtcumque rebus, scripsit Proterius, ex more anno sequenti literas de sua ordinatione ad Leonem Romanum Pontificem: agemus de eis suo tempore.

Vix credat aliquis, quanta possint populi studia & factiones, præsertim apud Ægyptios: quorum in ciēdis turbis leuitatem, in altercando crudelitatem, & summam animi obstinationem ac pertinaciam in prosequēdo, quod semel siue iustè, siue iniustè susceperint defendēdum, absque delectu boni vel mali, veri vel falsi: cùm etiam Gentiles omnis generis scriptores testata hęc sępè reliquerint, nosque eorum sententias ex parte pro temporis opportunitate & rerum gestarum occasione superiùs recitauerimus; certè id maximè presens declarauit exemplum. Quis credere posset, quòd adeò deforme monstrum, in quo monstra omnia in vnum poterant videri coniuncta, vtpotè in quo schisma, hæresis, innumera sacrilegia, rapacitas incredibilis, turpitudo iuenarabilis, incomparabilis superbia, crudelitas ineffabilis cum alijs omnibus vitijs altis essent fixa radicibus: Dioscorum dico semel hoc tempore cœptum defendi à stultissimo vulgo: eundem indesinentibus officijs & studijs frequentatum, ac sublimatum religioso etiam cultu sanctorum (proh scelus!) eius posteritatem fuetint venerati; & vsque in hunc diem idem perseuerārit in Christianorum Alexandrinorum & Ægyptiorum fæce deliuium, vt Dioscorum velut sanctum colerent, idque adeò pugnaci studio, vt parati essent millies mori potius, quàm dicere anathema Dioscoro? Vides in quas palpabiles & horribiles tenebras à principe tenebrarum immissas offendant incauti, qui operibus tenebrarum à luce Catholicæ fidei recesserunt, & à Petri cathedra, vnde & originem acceperunt, & à petra è qua præcisi erant, sese penitùs diuulserunt.

At serò licet, tamdem hoc ipso anno, quem numeramus Domini millesimum quingentesimum nonagesimūquartum, ab Ecclesia Alexandrina vniuersaque Ægypto solemnis missa est legatio Romam ad Clementem Octauum Romanum Pontificem, quâ se expetere Catholicam fidem, & Apostolicæ sedis communicationem quàm auidissimè illi cupere significārunt. Missos autem ad hoc munus obeundum legatos ipsos duos monachos Macarianos, & cum ipsis profectum Archidiaconum Ecclesiæ Alexandrinæ idem Pontifex benigne excepit, munificè ailit, atq; paternè fouet: qui Catholicam fidem professi, Dioscorumq; damnantes, vt idipsum ab eis, à quibus sunt missi, præstetur, internuncio literarum expectant. Faxit Deus, vt qui ista scribentes dolemus eorum lapsu atque ruinâ pariter, & reparatione lætemur. At iam quæ inchoatæ tragœdiæ sunt reliqua, prosequamur.

Qualem autem ruinam, quantamve iacturam secum inuexerint non in sæculares tantùm homines, sed & in Ægypti monachos eiusmodi pro Dioscoro studia concitata, vix credi potest. Atrocius est sanè bellum, quod per homines nullis alijs curis implicitos atque distractos cōflari & exerceri solet, quàm per illos, qui sæcularibus molestijs iugitet tenentur obsessi. Porrò hæc de monachis, quæ suis locis dicentur, manifestè declarant. Cæterùm qui optimi atque Christianissimi Principis specimen in omnibus edidit Marcianus, ita per milites curauit Alexādrinos seditiosos coërcere, vt tamen & salutis ipsorum animarum sedulam curam non prætermiserit. Misit enim ad eos Ioannem Decurionem virum maximè pium atque disertum, qui cum alijs magistratibus sacrosanctæ Synodo Chalcedonēsi præsens fuerat; vt eos, quæ esset Catholicæ fidei in Concilio constituta, faceret certiores: prudenter quidem laicum hominem sibi ad opus legauit, quod sciret populum Alexandrinum Episcopos omnes auersari Catholicos; adeò vt potiùs irritamentum fuisset ad iras, quam ad pacem conciliandam fomentum, si ad eos aliquem Episcoporum misissет. Dedit ei dem ad ipsos epistolam, quâ eos conatus est ad mansuetudinem reuocare, reddereque veritatis amplectendæ cupidos atque concordiæ studiosos; insinuans illud in primis, nihil noui in Concilio Chalcedonensi esse sanctum, sed omnes secundum Nicænæ fidei regulam, iuxta Alexandrinorum Episcoporum sententiam Athanasij, Theophili, atq; Cyrilli; esse decreta: adeò vt refragari velle Synodo, idem esset, quod suis ipsorum doctoribus aduersari. Ad finem verò epistolæ ista habet [a].

Hæc igitur & nunc agnoscentes, si quis forsitan esset adhuc falsitate deceptus, ad veritatem recurrere festinate, nefandis vosmetipsos & canonibus contrarijs collectionibus abstinentes; ne super hoc, quòd animas vestras perditis, etiam legali castigatione subdamini. Vnite vos omnes sanctissimæ & Catholicæ Orthodoxorum Ecclesiæ, quæ vna est sicut & venerabilium definitiones Patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem vestram saluti donabitis; Deo vero eorum quæ sunt, placita facietis; sed etiam nostræ tranquillitati commendantes eius curæ fruemini. Propterea siquidem & Ioannem Decurionem eligentes misimus, qui certissimè valeat ea, quæ de fide sunt, explanare: nam & sanctorum Episcoporum vniuersali Concilio interfuit, & vniuersa, quæ gesta sunt, clarè nouit: vt per omnia satisfactione susceptâ, hi qui (quod non credimus) adhuc dubitant, tandem aliquando ad veram & immaculatam fidem remeare festinent. hæc Marcianus Imperator ad Alexandrinos. Quid autem hic effecerit, non liquet: sed certum est illud, Alexandrinos magna ex parte diu esse tumultuatos, & schismate fuisse ab Ecclesia Catholica omninò diuisos, de quibus hæc Damascenus [b]:

Ægyptij, qui idem Schismatici & Monophysita vocantur, speciosa titulo librilegi, qui Chalcedone probatum erat, à vera Ecclesia defecerunt, Marciano & Valentiniano Imperatoribus. De cæteris rebus cum Ecclesia consentiunt. His autem ob studium suum erga Dioscorum Alexandrinum, qui in Chalcedonensi Concilio vt Eutychetis decretorum defensor de gradu honoris motus fuerat, Concilio interfuerunt; tumq; sexcenta crimina, quæ in eum inerant, contra ipsum Concilium confinxerant. Horum principes fuerunt Theodosius Alexandrinus, à quo Theodosiani, & Iacobus Syrus, à quo Iacobitæ sunt nominati, coniuij defensores & propugnatores. hæc Damascenus. Quæ autem subdit de Seuero, longè posteà cōtigerunt: sed & quem nominat Theodosium, diuersus ab eo fuit de quo modo dicturi sumus.

Maximi quoque tumultus Palæstinam incessère concitati à pseudomonachis Eutychianis; qui hoc tempore magnas ob Concilium Chalcedonense turbas excitantes, in suam ipsorum sententiam quamplurimos seduxēre. Rem gestam Euagrius ita enarrat [c]:

*Interea monachi, qui solitudinem in confinijs Hierosolymorum sitam incolebant, minimè pacato & tranquillo animo fuere: Nonnullis enim eorum, qui Concilio interfuissent, & ab eius decretis pentis dissentirent, veniunt in Palæstinam de fide prodita conquesturi, & alios monachos ad seditionem incendere excitareque operant. At cùm tutelaris ad sui Episcopatūs sedem reuertisset, & vi compulsus ab illis aduersarijs, qui illum in contrariam sententiam trahere nitebantur, suam ipsius sententiam refellere, detestariq; ad Vrbem vsque dum vixit Imperat. confugisset: qui Chalcedonensi Concilio (vt suprà diximus) refragabantur, in vnum coacti, in die sancto festi resurrectionis, Theodosium, qui maximè omnium consilium illud perturbāsset, quique primus illos de eo certiores fecisset, designant Episcopum: de quo posteà monachi in Palæstina scripserunt ad Aclisonem *, quod à suo proprio Episcopo in maleficijs deprehensus, expulsus fuit è monasterio; & quòd dum fortè Alexandriæ versabatur, adhæserat Dioscoro, & multis vtpotè seductoribus, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum more impositus circa vrbem ductus fuerat.* huiusmodi planè infamiâ hominem laborantem Eutychiani habuēre ducem. Sed subdit: *Adistum multi ex vrbibus Palæstinæ accedentes, effecerunt, vt ipse ab eo designarentur Episcopi: inter quos Petro ex Iberia orto Episcopatus Maiumæ prope Gazam donatus fuit.* hæc ipse. Quæ autem addit de Theodosio ex Palæstina Constantinopo-

[a] Epist. ista epistolis virorum illustr. pro Concil. Chalced. XXV. QVID MARCIANVS AD HÆRETICOS.

[b] Damasc. de hær. XXVI. AEGYPTII TA NOMINATI HÆRETICI.

[c] Euag. l. 2. c. 5. MONACHI PALÆSTINI EVTYCHIANI.

* Aclisonem.

XXII. DE ALEXANDRINIS DIOSCORVM COLENTIBVS.

XXIII. RECENS LEGATIO AB ECCL. ALEX. AD ROM. PONT. *Huius legationis successum vide infrà in fine huius tomi ante Indicem.*

XXIV. IOANNES DECVRIO MISSVS ALEXANDRIAM.

XXVII.

nopolim iussu Imperatoris per milites ducto (si vera sūt) ea post sequentem annum cōtigere, vt colligere facile est ex S. Leonis Papæ literis, de quibus suo loco dicendum erit. Horum Palæstinæ tumultuum mentio habetur in Actis Danielis Stylitæ, quorum causâ idem cupiens ad sancta inuisenda loca peregrè, fuit à proposito reuocatus, vtpotè quòd non sine vitæ periculo hoc tempore illuc accedere Catholicis fas esset. Ex quibus quidem Acta illa satis veritati concinna cognoscēs.

XXVIII. At præterea hæc, quæ de nefando Theodosio dicta sunt, alia plura ex diuersis auctoribus colligimus, & sanè luctu dignissima. Etenim flamma ab eiusmodi impostore simul incensa, vniuersam fermè Orientalem Ecclesiam longè lateque combussit, quæ nec per longum temporis spatiū extingui potuit: eâ namque perturbatione accidit, vt veluti cribratione quâdam, qui verè essent monachi DEI cultores, qui verò sub monastico habitu laterent lupi rapaces, fuerit signis perspicuis demonstratum, apparueritque, quos semel suâ nigredine imbuisset monachos hæresis, hos omnes turpiores cunctis facinorosis hominibus euasisse: tales enim eorum profectus esse solent: vt non mireris, si nostri temporis itidem apostatas monachos in hæresim lapsos audias cognitos esse omnium scelestissimos. Sed age iam cœptam semel de Theodosio pseudomonacho historiam prosequamur. Nicephorus enim ex antiquorum monumentis ab eius Episcopatu sic exordiri enarrare [a]:

a *Niceph. Lib. 14. c. 9.*

XXIX. EVDOCIA AVGVSTA DECEPTA AB HÆRETICIS. *Hic* (inquit) *Theodosius, Eudocià Augustâ, quæ adhuc in vita erat, in partes suas raptâ, & sodalitate monachorum omni sibi conciliatâ, prædonis & sanguinarij hominis more, quòd Iuuenalis (sicut diximus) Constantinopolim petierat, Hierosolymorum thronum occupauit, adiutoribus ea in re vsus, qui Synodi constitutionibus aduersabantur, & Eudociæ gratificabantur.* hæc enim post Theodosij Imperatoris obitum Hierosolymam se contulerat, ibi vitam à strepitu quietam tranquillamque ducturā: sed contrarium planè accidit, eremum molestissimā eam reddidêre, qui ipsam in Eutychianam hæresim captiuam duxerunt: semel enim in alterius & deterioris partis factionem se implicans, in turbas maximas & ærumnas innumerosq; se laqueos coniecit imprudens. Sed pergit Nicephorus de Theodosio: *Cùm Episcopi nondum è Synodo reuersi fuissent, alios ipse deiecit in vrbes quasq; misit: Seuerianum autem Scythopolis Episcopum, quod maleuolentiæ ipsius suffragari nollet, oppido exactum interemit.* Recepti verò inter sanctos martyres Seueriani Episcopi vigesimaprimâ Februarij elogium anniuersariâ memoria cantat Ecclesia [b]. Subdit auctor:

SEVERIANI MARTYRIVM.

b *Rom. Mart. 21. Febr.*

XXX. *Magnam quoque persecutionem mouit in ciuitate sancta aduersus eos, qui communicare eum eo nolebant: quosdam namque tormentis crucians, aliquibus substantiam adēmit, aliorum ædibus ignem iniecit: ita vt vrbs à barbaris capta videretur.* & infrà: *Anastasios quidam in dignorum ordinem cooptatus, in media Ecclesia Hierosolymis cum multa dicendi libertate, iniquitatis abominatione throno sanctissimo insidente, vocem illam præclaram emisit: Desine Theodosi, tantam eadem committere: desine Christo bellum inferre, & gregem eius vt prædonum more è diuino ouili ejicere: & aliquando tandem benevolentiam erga verbum germanumque passum eum nostrum cognosce.* Hæc cùm diceret, à satellitibus Theodosij arreptus, & ex Ecclesia raptus est; atq; insolentia petulantiæ & cruciatuum genus omne propter Christum perpessus & flagellis multis concisus, postremò etiam ferro vitam amisit. Cadauer eius ex pedibus per vrbem omnem raptatum, canibus tandem in escam proiectum est. cuius pro Catholica fide susceptæ coronæ quinta Iulij dies finit perpetuæ memoriæ consecrata [c]. Sed pergit ille.

ATHANASII MARTYRIVM.

c *Martyr. Rom. 5. Iulij.*

XXXI. *Porrò Dorotheum, qui Palæstinam prouinciam ab Imperatore acceptam administrabat, & tum apud Moabitidem bello aduersus barbaros occupatum erat, vbi ea, quæ sic in vrbe gerebantur, cognouit: celeritate summâ cum exercitu forti, rebus præsentibus consulturus, accurrit. Cæterum Theodosij & Eudociæ satellites, portis clausis, non priùs eum admisêre, quàm ei potestatem esse, se quoque ad partes eorum defectarum, sicuti monachorum omnium ordo, & vniuersa ciuitatis multitudo fecisset. Ita menses viginti existimo Theodosium tyrannidem in sede Hierosolymitana exercuit.*

EXPELLITVR THEODOTVS.

Quam rem postquàm Marcianus intellexit, à Dorotheotte eius rei est: quem vt capere quidem (si enim Imperatoris præceperat iussio) conatus est: sed id ab eo fieri non potuit, propterea quod pestis illa (nempè Theodosius) *in Sina montem profugerat. Quam ob causam plurimi, qui partibus eius fauerant, tormentis subditi sunt, non plebeij tantum homines, sed etiam qui propter habitum in monachorum ordinem censi fuerant.* hucusque Nicephorus de rebus Theodosij pseudoepiscopi Hierosolymitani, qui per menses viginti illam occupauit sedem: Ex cuius planè temporis calculo colligitur, hoc anno ipsum se in eam sedem intrusisse, mansisse verò vsque ad anni sequentis finem: quibus satis consentiunt, quæ sanctus Leo ait, post sequentem annum fugato sedis illius inuasore, liberum fuisse Iuuenali suam, è qua fugerat, repetere Ecclesiam. Discrepat autem ab Euagrio Nicephorus, dum ille de Theodosio ait, iussu Imperatoris ductum esse captiuum Constantinopolim; iste verò illam fugam arripuisse; cui magis inhæremus.

XXXII. Quid præterea, antequàm Theodosius fugaretur, egerit in Palæstina, quæue transacta fuerint inter ipsum & sanctum Euthymium spectatæ sanctitatis virum, & quomodo tandem ipsa Eudocia Augusta in hæresim infeliciter lapsa ad meliorem frugem per eundem virum Dei fuerit restituta, audiamus à Cyrillo eiusdem Euthymij discipulo quàm fidelissimè conscriptam historiam, quam his verbis aggreditur [d]: *Postquàm autem Euthymius illa legisset, & quæ scripta erant à sacro Concilio Chalcedonensi ei bè se habere inuenisset & concordare rectæ fidei veritati: perussa repente fama totam solitudinem, quod magnus quoq; Euthymius sequatur Synodum Chalcedonensem. Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxisset, nisi quidam Theodosius habita quidem monachus, moribus verò præstigiator importunissimus, & mente corruptissimus, veniens in Palæstinam, cùm de dicta Synodo quædam improbè confinxisset, quòd euerteret quidem dogma rectæ fidei, introduceret autem, vel potius renouaret dogma Nestorij, cepisset Eudociam, quæ tunc versabatur in Palæstina. Per ipsam autem induxit omnes monachos. Et deinde etiam sedem Hierosolymitanam inuerecundè (ò insolitia!) & imprudenter inuasit: & cùm ex potestate accepisset facultatem, bellum gerit aduersus diuinos canones & leges: hinc, factum est, vt homines probi & moderati à sedibus & sacris expellerentur, & nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus scelerata Pontificum sanguine (proh dolor!) pollueret: malefici autem & præstigiatores & pestes, & carceribus potiùs digni, quam sedibus sacrorum interprescrearentur & sacerdotes. & apud hunc sceleratum & exitiosum hominem magnam assequerentur potentiam.*

d *Cyrill. in vita Euth. apud Surium. Ianuar.*

XXXIII. *Cùm verò ipse sic haberet omnes monachos à se pendentes, & eos duceret, quò vellet: si soli, qui magni erant sectatores Euthymij, fugiebant eius communionem tamquam aliquod scelus & piaculum. Quoniam autem eum quoq; tentabat impius Theodosius & ad se accersebat, illo ne ipsius quidem sermonem audire sustinente, misit ad eum legationem Elpidium & Gerontium, quorum vnus quidem magni Passarionis, alter autem beatæ Melaniæ monasterij erat successor, rogantes, vt si ad ipsum venire nollet, conueniret tamen vtercq; ad locum aliquem, & de his, quæ vtercq; haberet, inter se differerent. Ille verò ad hæc grauiter exclamans: Absit, inquit, vt aut impiè fuso sanguini sacerdotum, aut hæresi communicem cum Theodosio. Illi autem: Sed necesse est, inquiunt, vt tu communices Nestorio, quoniam & is duas tuetur naturas: quod quidem ne in hodiernum quidem diem ab aliquo accepimus, & eum secuta est Chalcedonensis Synodus.*

XXXIV. EVTHYMIVS PROFITETVR CATHOLICAM FIDEM.

Magnus autem respondens Euthymius: Quæ ab ea quidem Synodo sunt statuta, nondum inquit, singulatim considerauimus omnia: sed quod attinet ad decretum ab eis expositum, non possum ea, quæ illic vsa sunt, reprehendere. Statuit enim ipsa quoque sequi sententiam trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, qui Niceæ conuenerunt, & suadet amplecti Synodum centum quinquaginta Patrum, qui congregati fuerunt Constantinopoli, & inbet eos sequi, qui conuenerunt Ephesi aduersus impium Nestorium: Cyrillum autem Alexandriæ Episcopum sibi adiungit, tanquam qui sit eiusdem sententiæ, & rectæ sententiæ fatetur esse magistrum: Deiparam sanctam Virginem liberâ lingua nominat, & vnigenitum Dei Filium ex ea natum esse asserit: sine tempore quidem & sine corpore ex Patre, in tempore autem & secundum carnem ex

matre, vnum Christum, qui à nobis inconfuse, immutabiliter, citra diuisionem in duabus naturis cognoscitur: & propter eos, qui audent quamdam inducere diuisionem in inexplicabili & arcana vnione, quæ in hypostasi, seu persona facta est in vtero; & eos, qui per conuersionem carnem factam dicunt Verbum Dei, & Vnigenitis carnem asserunt esse eiusdem essentiæ cum diuinitate; & alioqui propter eos, qui non confitentur Verbi factam esse carni vnionem in hypostasi, sed per confusionem & coalescentiam, & deinde etiam conversionem, hoc est, simul coniunctam essentiam, impiè & prodigiosè affirmant, qui quidem diuinitatis & carnis vnam dicunt fuisse naturam: adeò vt si ea spectentur, quæ ab illo dicta sunt propter rationem, non possit seruari id, quod est Christi patibile propter diuinitatis impassibilitatem, neque id, quod est impatibile propter passibilitatem ipsius humanitatis. Conueniens ergo instituto huic recta sententia illud, in duabus naturis, decretum additum est à Synodo, non tanquam seorsum & per partes Christum diuidens, sed eumdem in vtroq; continens, & vtrumq; in eodem. hæc quidem Euthymius, quod dilueret maculam illam calumniosè aspersam, Orthodoxos euasisse Nestorianos, quo prætextu complures detrectassent eamdem Synodum recipere; & vt ipsidem prodesset legatis, qui tam ignominiosè Theodosium hæreticum sectaren tur, cùm sanctissimorum ijdem essent hæredes Dei amicorum, ille Passarionis, iste sanctæ Iunioris Melaniæ monasterij. Subdit verò Cyrillus:

XXXV. ELPIDIVS DESCIT FIDEM CATHOLICAM.

Hæc prosequente Euthymio, laudabat quidem Elpidius, & fatebatur rectè habere, quæ dicta fuerant, etiam si non recessisset à communione Theodosij, & statim ostendit mutationem: Gerontius autem manebat in eadem sententia. Et sic reuersi minimè inter se consentientes, Theodosio responsa annunciant. Cùm ille verò hæc audiisset: quoniam in Palæstina iam omnia obtinebat, maius studium adhibebat, vt eum in suam nassam traheret: magnoq; Euthymio assiduè tendebat laqueos, & eum insciabat, & quotidiè aliquos ad eum mittebat, qui bona scilicet suaderent & vtilia, nempe vt discederet ab ijs, quæ recta & pia sibi visa fuerant, Theodosio autem assentiretur, & amplecteretur illum communionem. Ille verò, quòd bi quotidiè venirent, ægrè ferens, quid facit? Cùm qui sub ipso erant omnes fratres conuocasset, & eis præcepisset, vt diligenter cauerent, & nullo modo cederent, nec assentirentur malæ Theodosij sententiæ, sed potius ora obstruerent eorum, qui sic sentiunt, & pro viribus deducerent ad veritatem: nunc quoque recedit in vastam solitudinem, cum effeciset, vt multi quoq; alij imitarentur secessum. imitatus planè Eliam, [a] qui videns Palæstinam Achab & Iezabelis impietate vastatam, secessit in montes,

1. Reg. 18.

XXXVI. EVTYMIVS CVRAT ANACHORETAS AB HÆRESI.

Sed & alia quoque ex causa impulit eum Spiritus in desertum, mirum ob magnos anachoretas ibi degentes, quos ad suam Theodosius pertraxisset communionem eo dolo, quòd Nestorianos esse mentiretur, qui decretum fidei Concilij Chalcedonensis consectarentur. Ait ergo Cyrillus: *Erat autem illic quidam magnus anachoreta, qui super quidem venerabat è Lycia, vocabatur autem Gerasimus: qui cùm omne vitæ institutum, quod monachos decet, in patria ostendisset, multos quoque passus erat sudores aduersus spiritus nequitiæ. Is ergo cùm pulchrè exerceretur in ea, quæ est adlordanem, solitudine, & sæpe dæmones percuteret: pulsatur ipse quoque, vel potius supplantatur ab eorum improbitate, & abducitur ab hæreticis. Cùm autem ab omnibus fere anachoretis audiret de Euthymio, ijsq; qui deo sermones celebrabantur, aures haberet oppletas; aliquando ad eum venit in Ruban* (ita nominabatur solitudo, in qua degebat Euthymius) *cumque cum eo diu esset versatus, & illum linguæ bibisset fluentem suauissimum: veluti quendam morbum eum nouit hæresim, & ad sanam fidem reuertitur: Quòd deceptus esset, magnâ ductus pœnitentiâ, & cor variis seductum sermonibus doloris stimulo castigans & puniens. Hunc autem ipsum alij quoque secuti sunt anachoretæ, Petrus cognomine Gurnitus, & Marcus, & Iulon, & Siluanus, qui & ipsi quoque Theodosij sectabantur communionem.* hactenùs de his Cyrillus. Quomodo verò post biennium idem S. Euthymius Eudociam Augustam reddidit Orthodoxam, dicendum suo tempore. Sed non prætereat, quòd Gerasimus iste, quem Euthymius deceptum reuocauit ad fidem, magni sanè fuit nominis Anachoreta; illius enim, & non S. Hieronymi opus fuit, vt Leone vteretur pro asino ab illo interfecto, ad subeunda consueta asini onera, vt nos alibi aliâ occasione diximus meminimus.

XXXVII.

Portò tantam Palæstinorum monachorum cladem per Theodosium his diebus illatam, non armis solùm (vt vidimus) sed & pijs admonitionibus tum Marcianus Imperator, tum Pulcheria Augusta sunt conati auertere, atque lapsos ad fidem Catholicam reuocare: quarum ad eos missarum exemplaria litterarum Romam in manus Sancti Leonis Pontificis allata sunt, vt ipse tradit ad sanctam Pulcheriam scribens inter alia istis verbis [b]: *Indicante enim fratre meo Iuliano Episcopo, peruenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire; vt si eos ad pœnitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lachrymis & à nefando cædibus & ab hæreticorum blasphemijs diluantur.* Exant qui dem ipsæ litteræ, quibus eorundem hæreticorum monachorum fraudulentum cõsilium detegitur: nimirùm quòd cùm traxissent ad sua vota Eudociam Augustam vxorem Theodosij, qui decesserat, Imperatoris; haud id sibi satis visum: sed decipere, in hæresimque pellicere tentarunt S. Pulcheriam. Sed rari nimirùm, stillam excuterent, haud dubium simul etiam Marcianum Imperatorem sibi ficturos consentientem, sicut enim, seducta Eudocia, Palæstina potiti sunt; ita quoque si lucrarentur Pulcheriam, vniuersam se putabant esse seducturos Imperium, talibus namque sciebant artibus Arianam hæresim & alias ex præsidio fœminarum, earumque patrocinio altiores fixisse radices, easdemque toto Orbe fœcundiori germine propagatas. Sed & obserua vafriciem. Ne vt hæretici videantur intrudi, se Eutychetem damnare profitentur, atque pariter Nestorium detestari.

b Leo epist. 80.

FRAVDIS HÆRETICORVM, VT ADVOCANT PVLCHERIAM.

XXXVIII.

Acceptis his ab eis Pulcheria litteris, quæ supplicem potiùs libellum præ se ferebant, ostendit (vt decebat) illas viro suo Marciano Imperatori, memor verbi Domini [c] dicentis Samaritanæ: *Voca virum tuum.* Si enim quam instituebat ipse Christus, conscio viro suo, illud ipsum vult adimpleri: quomodo fœmina ad lapsum facilis cuiusque monentis admittit in animum sine viro doctrinam? Consuluit namque lubrico fœminarum animo & Apostolus Paulus [d], dum monet eas, vt domi interrogent viros suos. Quæ autem suo arbitrio malâ fide fidens regitur fœmina, in quæ præcipitia feratur incauta, recens toto Orbi vulgatum docet exemplum. Marcianus itaque ista accipiens, quæ ad eosdem Palæstinę pseudomonachos scripserit, videamus: magno enim Dei beneficio conseruata sunt posteris præclara huiusmodi antiquitatis monumenta, quæ sic se habent [e]:

c Ioan. 4. FORMINAS CONSVLANT VIROS.

d 1. Cor. 14.

e in epist. virorum illustr. pro Concil. Chal. ed. ep. 2 to. 2. Concil.

XXXIX. MARCIANI AVG. EPISTOLA AD MONACHOS HÆRETICOS.

Agnoscens nostra maiestas preces, quas ad sacratissimam pijssimamque Dominam nostra tranquillitatis coniugem direxistis, rebus ipsis mihi persuasum est, quomodo non supplicationes misistis, sed sub schemate precum impiam & Dijs legibus Romanaq; Reipublicæ contrariam existentem vestram demonstrastis intentionem. Nam cum oportuerit vos quieti vacare, & esse sub sacerdotibus eorum, & doctrinis obedire: doctorum potius ordinem audaciâ vehementi assumere præsumpsistis, qui neque à rectè docente doceri patiuntur, & vobismetipsis stultè persuadetis, quæ cunctos oporteat circa apte fidei scientiam vos potiùs sequi, quàm sanctorum Apostolorum, Prophetarumq; volumina, & sanctæ memoriæ Patribus mandata contradita. Et quasi prius non minora delinquere vos putastis, si falsis doctrinis vestras præsumptiones obumbrare volentes, nihil veritatis in vestru precibus diceretis, asserentes neque incendiorum, neque homicidiorum, neque aliarum incongruarum rerum esse vos auctores, aut monasteria; sed & incolas ciuitatis & quosdam peregrinos memoratarum rerum originem extitisse. Sed nihil horum, quæ testata sunt, nostram latuit pietatem: quando & monimentorum Gestis & singulorum relationibus nobis apertum est, quomodo Heliorum ciuitas à vobis velut hostibus capta sit, qui habitare in monasterijs & in eiusmodi loci obseruare debuistis: insuper & venerandæ memoriæ diaconi commissa cædes, & quod illius corpus post necem etiam communi sepultura priuatum, & insensibiliter tractum subdebatur iniurijs: Quomodo etiam domus incensa & portæ clausæ sint ciuitatis, & quasi legibus propriis ciuitatis custodiebatur muros, & carcere violenter aperto malo-

XL. CÆDES AB HÆRETICIS FACTA.

rum præsumptoribus remissio pœnarum, & periculosæ fugæ prabebatur occasio.

Proficientibus autem ad peiora, postremis minora fuisse præcedentia demonstrantes, Iuuenalem sanctissimum & alios reuerendissimos sacerdotes per quendam ad hoc destinatum interficere voluistis. Cùm verò is, qui missus fuerat, fuisset spe suâ deceptus; sine effectu suam vesaniam & eorum, à quibus missus fuerat, esse non sinens, Seuerianum sanctæ memoriæ Episcopum gladio percutiens, neque eis, qui erant cum eo pepercit. Hæc ergo & hùiusmodi peiora delicta & quomodo præsumpta', & quibus agentibus aut inuitantibus acta sint, manifestant ea, quæ frequenter in diuersis iudicijs propriè demonstrata, & sacratissimis nostris auribus intimata sunt, certissimum indicium vestra voluntatis habentia, quàm promptè ad deliquendum & cedere tis, non Dei fidem indicare, vel fouere volentes, sed vestras petulantias & sacerdotia defendentes, quorum vos ostendistis omnimodis alienos, dum in perditionem ciuitatum habetis studium.

XLI. SIMVLANT EVTYCHIANI SE DAMNARE EVTYCHETEM.

Nostra quidem pietas admiratur, quâ causâ Eutychetem equidem anathematizatis, benè tamen facientes: Theodosio verò, qui peior est omnibus, vos ipsos contradicistis, sapienti ea, quæ sunt Eutycheti: qui circa Valentini & Apollinaris contra Orthodoxam fidem habentes zeli vesaniam, sanctissimas conturbat Ecclesias, ciuitatibus verò subuersionis importabilis & vexationis existit occasio: sed etiam vobis factus est nefandarum & iniquarum causarum princeps. Et impietatis quidem suæ delictorum pœnas dignissimas dabit omnium Domino & Saluatori Christo, aduersus quem rei excitantes originem, non eum patietur sacra potestas sine supplicio finiri ea, quæ in eius fidem blasphemè & in sanctam Ecclesiam & in sanctos viros miserandè peremptos nefandè commissa sunt. Nostra quidem tranquillitas nihil tale fieri contra monachos imperauit, sed vt tantummodò Aeliorum sedaretur ciuitas, quatenùs de cætero quies eius ab omnibus seruaretur. Vestra autem procacitas mandatis contrarijs monachorum agens, bellum aduersus communem quietem assumpsit, & multitudinem congregans latronum, & aliorum iniquè agere solitorum armauit contra legitimè viuentes commouens, causa cædis & deuastationis, aliarumq; crudelium rerum, prouinciæ habitatoribus fuit.

XLII. MARCIANVS BENIGNE AGIT CVM HÆRETICIS. a Mar. 10 Luc. 6.

Vnde mota quidem maiestas nostra, vt indignaretur rerum talium commissoribus insitâ clementiâ superata est, vt quatenùs cadis & incendiorum auctores rei, licèt etiam aduersus vos iustum esset, vt indignatio nostra proueniret: relinquentes quidem monasteria, quibus vos semper obseruare mandata præcipiunt, præsumentes autem & illa, quæ vltimo supplicio digna consistunt: Quia verò docere potius, quàm discere præsumitis, diuina nescientes eloquia apertè præcipientia[a], quia non est discipulus super magistrum suum: Quas doctrinas Saluatoris animarum nostrarum, aut sanctissimorum Apostolorum & Patrum secuti estis? Non enim, licèt proprias sequentes impietates dicere præsumitis, quia per eadem, aliaq; delicta, quæ vos egistis, Sanctorum eruditio procedebat. Proinde duas naturas audientes, perturbatas vestras animas fuisse docuistis, veluti quâdam nouitate auribus vestris illatâ, &c. Iubdit his Imperator rectæ fidei doctrinam Concilijs & sanctis Patribus consentientem. Atq; post hæc de conatibus & violentis ab ijs adhiberi solitis, vt quisq; suæ ipsorum hæresi subscriberet.

XLIII. QVID IN S. SYNODVM ET ROM. PONTIFICEM AVDENT HÆRETICI.

Igitur nostra clementia nulli Anicio necessitatem præcepit imponi, quatenùs aut subscribat, aut consentiat, si noluerit. Non enim terrore aut violentiâ aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Diuersè autem vos super eis, quæ dudum præsumpsistis, gladijs, aliisq; crudelitatibus, insuper & iniurijs & tormentis in mulieribus honestis & nobilibus perpetratis, etiam necessitatem pluribus non dubitastis inferre, vt consentirent quidem peruersis doctrinis, verum clamoribus & subscriptionibus anathematizarent eamdam sanctam Synodum, & sanctissimum Patriarcham sedis Apostolicæ maximæ Romæ Leonem, & sanctissimos Patres. Pro quibus causis necessariò reddituri estis omnium Deo & Domino rationem, in cuius iniuriam (si dicis fas est) cùm facere præsumpsistis, opprobrium & irrisio scelestis Paganis & hæreticis iustissimè constituti, quibus estis exemplum confusionis effecti. Intelligis, lector, derisos esse & à Paganis atque hæreticis alijs huiusmodi insanientes pseudomonachos, dum audent in sanctam Synodum & ipsum sanctum Leonem Romanũ Pontificem anathema dicere, & alios per tormenta ad istud ipsum agendum impellere: par quidem est causa recentiorum hæreticorum, digni sanè & ipsi, qui & ab ijs, qui toris sunt, deridean tur etiam infidelibus. Sed recto illud accipias sensu, quod ait Imperator, neminem inuitum se cogere ad fidem, eo scilicet modo, quo ipsi faciebant hæretici in Palæstina. Cæterùm plura ab eodem Imperatore aduersùs hæreticos data esse rescripta, tum quę sunt dicta superiùs, tùm etiam quæ paulò post dictuti sumus, manifestè declarant. Sed quid insuper in eosdem Imperator? audi hæc postremùm.

XLIV. QVÆ TRIBVTA SINT SAMARITIS.

Quia verò & Samaritas accusastis, tamquam qui aduersùs sanctas Ecclesias crudelia & nefanda commiserint, & eadu partem & alia simul incongrua fuerint meditati: cognoscite quia sanciuimus, vt inquisitione subtilissimâ subsecutâ per virum spectabilem Comitem Dorotheum, ea quidem, quæ direpta sunt sanctis Dei Ecclesijs, & eis, qui perdiderunt, restituantur; illis autem, qui harum rerum inueniuntur auctores, legitimæ vltioni subiaceant: nihilq; vobis in eorum defensione commune sit, quos oportet agnoscentes, quomodò credat nostra potentia, & à nostra pietate pariter inuitatos, à sancta & Orthodoxa fide nullatenùs deuiare, sed residere potiùs in monasterijs, & ad profectum meliorem orationibus vacare & consona paternis mandatis semper efficere, nullamq; turbam omninò miscere. Sed neq; his, quæ ad perditionem animarum à prauis doctoribus proferuntur, incautè consentientes, ab Orthodoxa fide & Dei vos separetis Ecclesijs.

XLV. BENIGNITAS MARCIANI ERGA PRAVOS MONACHOS.

Collectas verè canonibus contrarias nequaquam facere præsumatis, scientes ea, quæ dudum sancita sunt à diuæ memoriæ priorum temporum Principibus, qui sanctam Catholicam, religionem roborantes, maximis supplicijs extraneas collectas præsumentes facere, subdi sanxerunt. Nos autem priorum vos pœnitentiam habere videntes, clementiam nullatenùs denegauimus, multis vtiq; precibus vtente sanctissimo Iuuenale, per quas nos exornauit, hæc ad vos scripta transmitti. Agnoscentes autem diuersorum precibus, quia à militibus custodire iussi Aeliorum ciuitatem multitudine cabalorum atq; virorum vestra monasteria conturbantur: etiam in hoc indignati per Dorotheum virum spectabilem Comitem ab hac eum molestia liberare sanciuimus: licèt nec anteà iniuriam fieri monasterijs, aut vestra fugia sustinere præceperimus angustias. hactenùs litteræ indulgentiæ Marciani Imperatoris ad monachos Palæstinæ, ad quos eiusdem argumenti alias dedit sancta Pulcheria Aug. quarum est exordium: *Preces equidẽ, quas ad nostram direxistis pietatem,* &c. At ne sic quidem obdurata eorumdem impiorum monachorum corda emollita sunt; nam quousque in ea regione Theodosius ille sceleratissimus manſit, ijdem in omnia mala cum illo conspirauêre. Laborauit quoque in his sedandis turbis Romanus Pontifex Leo, vt ex litteris anno sequenti datis ad Eudociam Augustam in Palæstina degentem apparet; dicemq; de his opportunius suo loco.

XLVI. Ipse autem Marcianus Augustus hoc anno rursum res actas in Synodo Chalcedonensi suis muniuit edictis, & quæ ijsdem contraria essent, deleuit, atq; primum aboleri præcepit, quæ contra sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanum Episcopum fuissent Theodosij lege statuta; itemque stabilita esse voluit, quæ de eodem sancto Flauiano in Concilio Chalcedonensi decreta essent, ita rescribens ad Palladium Præfectum Prætorio Orientis[b]:

[b] Extat apud Chal. act. 1.

XLVII. LÆNGTIO IMP. DE ABOLENDA LEGE THEODOSII CONTRA FLAVIANVM.

Gloria numquam gloriosa mortis perimitur: nec pereunt cum morientibus virtutes: immò obitu etiam existimatio augetur bonorum, quia omnis aduersus mortuos cuanescit inuidia. Inde tanto studio ex præconio maiorum facta laudamus: inde optimorum maxima cum veneratione memoria celebratur: inde magnorum animi virorum exitus appetinêre verè glorioſos; quia compertum erat eos solummodò perpetuò mori, quorum de vita ac morte taceretur. Id ita esse etiam præsenti in tempore diuinum ostendit, humanumq; iudicium. Cùm enim falsa inuidia & improbè concinnata calumnia religiosæ ac venerabilis memoriæ Flauianus huius almæ vrbis Episcopus Episcopatu fuisset expulsus, (quamuis hoc fuerit plenius retinere sacerdotium, fidem quam acceperat conseruare: is enim solus est, qui esse meretur, Episcopus) tamen ita eius reliquias & exportijt hæc sacratissima ciuitas & recepit, vt beatior omni viuente videretur: vt exitus ille, qui putabatur acerbus, optandus credatur fuisse, quo illam immortalem meritò est laudem: secutumq; est illud, quod meritis eius Diuinitas præstitit, vt venerabilis

Synodus innumerabilium pene sacerdotum Chalcedone conueneret: qua diutius fidem diligenter inquirit, auctoritate beatissimi Leonis Episcopi aeterna vrbis Romæ, & religionis fundamenta constituit sanctæ ciuitati, & Flauiano palmam mortis tribuit gloriosæ. Quæ post hæc sequuntur, relata etiã habentur in Iustinianeum Codicem[a]:

Ergo quoniam venerabilis recordationis Flauianus tanto ac tali decoratus testimonio, vt Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus vno ore damnaretur: aboleatur vlta constitutio Theodosij, *quæ subreptione sceleratorum post obitum sanctæ memoriæ Flauiani aduersus eum lata cognoscitur: cessetque in totum, cuius initium fuit iniquum, & iniusta sententia. Nihil obstet quoque Eusebio* Dorilæi *& Theodoreto* Cyri *religiosis Episcopis, qui eadem lege continentur: quoniam non possunt sacerdotes constitutione damnari, quos Synodicum ornat super conseruanda religione decretum. Expulsa* * *itaque illa sanctione, retineat vita gloriaq; Flauianus, quam meretur, perpetuam laudem, cæteris constantiæ erga fidem futuris exemplum. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua hanc saluberrimam legem, edicto propositio, ad omnium notitiam faciat peruenire. Datum Constantinopoli, pridie Nonas ..... Sporatio viro clarissimo & qui fuerit nunctatus Consf.*

Mense verò Iulij idem Marcianus aduersus eosdem Eutychianos promulgauit edictum, quos & diuersis pœnis exagitauit: est eius initium[b]: *Amplæ omnipotenti Deo referendæ sunt gratiæ, &c.* Post nonnulla autem, quæ demùm aduersus eos decreuerit, ita habet: *Verùm quoniam principalis prouidentia est, omne malum inter initia opprimere, & serpentem morbum legum medicinâ resecare. Hâc lege decernimus, eos, qui Eutychetis desipiuntur errore, ad exemplum Apollinariorum, quos Eutyches secutus est: quosq; venerabiles parentum regula, id est, Ecclesiastici canones, & Principum diuersorum sacratissima scita condemnant: nullum Episcopum, nullum habere* * *presbyterum, nullos habere vel appellare clericos; ipsumq; Eutychetem nomine presbyteri (quo & indignus & spoliatus est) in totum carere. Si qui autem contra definita nostra, Episcopos, Presbyteros, cæteros, clericos ausi fuerint creare, tam factos, quàm facientes, vel præsumentes sibi clericorum gradum, honorum amissione perculsos, exilio perpetuo præcipimus contineri. Coeundi, vel colligendi, vel congregandi monachos, vel ædificandi monasteria nullam eos habemus habere licentiam; locaq; ipsa, in qua conuenire aliquando tentauerunt, confiscari, si tamen domino loci sciente conuenerint: Quod si ignaro auctore, cõductorem loci fustibus cæsum, deportationem subire censemus.*

Ipsos præterea nihil ex testamento cuiusquam capere, nihil eis, qui eiusdem erroris sunt, relinquere testamento. Ad nullam eos patimur assurgere militiam, nisi fortè ad cohortalitium vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare, vel quia ignorabitur eius religionem peruersitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc denuerit errorem: solutus militia, infidelitatis sua fructum habeat, vt optimorum hominum & Palatij communione priuetur: nec alibi, quàm in quo natus est vico vel ciuitate versetur. Quod si qui eorum in hac almâ vrbe (quod credi nefas est) geniti sunt: tam hac ciuitate venerabili, quàm sacratissimo Comitatu, & omni excludantur metropolitanâ ciuitate. Et hac quidem generaliter circa omnes constituimus, qui tali labe polluti sunt, vel polluentur. Eos autem, qui ante hac clerici Orthodoxorum fidei & monachi, qui quondam Eutychetis habitauêre diuersorium (neq; enim monasterium dicendum est, quod religionis habuit inimicos) qui ad hoc vsq; insaniæ processerunt, vt relicto venerabili religionis cultu, & Synodi decreto, quod totius pæne Orbis Chalcedone coadunati decreuêre sacerdotes insanissimam Eutychetis sequuntur assertionem: quia verâ luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt: omnibus pœnis, quæ vel in hac, vel præcedentibus legibus aduersus hæreticos definita sunt, iubemus teneri: immò extra Romanum expelli solum, sicut præcedentes religiosissima constitutiones de Manichæis constituere; ne eorum venenatis fraudibus, sceleratisq; commentis innocentium & infirmorum animæ decipiantur.

Comperimus præterea, quædam eos in contumeliam religionis & inuidiam venerabilis Synodica definitionis fuisse mentitos, & conscripsisq; libris & chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam aduersus veram fidem auerte signarent: Atque ideò præcipimus: vbicumque huiusmodi scripta reperta fuerunt, ignibus concremari. Eos verò, qui vel scripserint, vel alijs legenda tradiderint docêdi studio, vel discendi: censemus deportatione puniri. Docendi etenim hanc insaustam hæresim (sicut pridem edicto serenitatis nostræ continetur) omnibus adimimus facultatem: quia vltimo supplicio coërcebitur, q illicita docere tentauerint. Eos verò, qui discendi studio audierint scelerata dissentem, decem librarum auri mulctâ compescimus: ita enim materia subeaberetur erroris, si peccatorum & doctor defuerit & auditor. Palladi parens carissime. Illustris itaque & magnifica auctoritas tua, edicto proposito, omnibus faciat nota, quæ iussimus: Cognoscentibus Moderatoribus prouinciarum, eorumq; Officijs. Defensoribus etiam ciuitatum: quod si ea: quæ merâ * *fide & sancto proposita custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permiserint temerari, denarum librarum auri mulctâ perculsi, vt religionis legumq; proditores etiam existimatio. Æ laborabunt. Dat. decimoquinto Kal. Augusti, Constantinopoli, Sporatio & qui fuerit nunciatus Consf.* hæc sunt, quæ spectant ad ea, quæ legibus Marciani Imperatoris aduersus hæresim Eutychianam fuêre hoc anno statuta. Inuisamus iam res in Occidente gestas ab ipso Valentiniano Imperatore.

Hoc quidem anno, decimoseptimo Kalendas Maij Valentinianus Imperator indignam planè Christiano Principe edidit sanctionem[c], quia abstulit iudiciale Episcoporum tribunal: ius enim dicere eos vetuit, nisi partes ex consensu apud aliquem Episcoporum sponte agere delegissent; nullamque voluit esse clericis fori exceptionem, omne adimens iudicium Ecclesiasticum, nisi in his, quæ ad religionem pertinent, iudicandis. Sed & vetuit curiales clericos ordinari, vel monachos fieri, similiter & originarios inquilinos, colonos, & seruos. Hæc quidem Valentinianus turpiter Romæ promulgat: sed quàm iniquè & impiè, lata à successore Maioriano his contraria sanctio demonstrauit. At putas ne, lector, ista adeò impia & temeraria absque vltione à Deo præterita? Considera (dicam cum Iob[d]) semitas Themæ, & itinera Saba, & expecta paulisper.

Quàm autem malè consulatur Imperio, dum in Ecclesiarum iura insurgunt Imperatores, pluribus sæpè superiùs est domonstratum, & nunc grauiori damno id ipsum Imperatorem contigit experiri. Hoc namq; anno (vt habent Marcellinus & Cassiodorus in Chronico & alij omnes) Attila, qui anno superiori maximâ iacturâ suorum in Gallijs ab Aëtio & Gothis victus fuerat, ex peccatis Imperatoris ipse, *Flagellum Dei* dictus, viribus auctus, Aquileiam nobilissimam Italiæ vrbem, alteram Romam antiquitùs dictam, & alias nobilissimas ciuitates expugnat & diruit, perditurus & ipsam vrbem Romam vnà cum Imperio, nisi ille, cuius Valentinianus depresserat auctoritatê, diuina fultus porrò iã obuiasset, indiguit infelix Augustus Papæ præsidio, cuius humiliauerat potestatem: vt planè euenerit, quod mox in Iob recitatâ sententiâ subditur: *Confusi sunt, quia speraui: verecundi quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt.* Intelligis ex ijsdem, quando polleat, vigeatque *flagellum Dei*, quo erat nomine Attila nũcupatus; quãdo videlicet Principes in sancta delinquunt. At vtinam cana tantùm de his extarent exempla, & non recentia videremus, addi quotidiè horribus robur, cum iura violantur Ecclesiæ: sicuti hoc anno accidisse vidimus Valentiniano, cui post latum impium edictum nulla cessêre prospera, sed aduersa, cunctaq; in deteriùs sunt prolapsa, atq; penitùs labefactata, ipseq; demùm miserando interitu periit: cõtrà verò propter peccatum admissum, redditæ sunt vires Attilæ, licèt victo anteà & profligato; & Gêserico ad cladem vtbis, captiuitatemque regiarum fœminarum, aperta est, Deo vltore, via.

Hæc verò de Attila quomodò se habuerint, qui ex Theophane & alijs antiquis collegit historiam, quę Pauli Diaconi esse perperam fertur, his verbis habet[e]: *Attila continuò resumptâ fiduciâ cruentus Italiam petit, Aquileiam capram fundùs eradit, Ticinumq; Mediolanum regias vrbes excidit.*

Quid autem Mediolano potitus, illic egerit, accipe ex Suida, qui ait: *Attila cùm Mediolanum vrbem populosam peruenisset; & Romanorum Imperatores in aureis solijs sedentes, Scythas verò ad coreum pedes depictos vidisset: se in solio sedentem,*

DOCENT VEL DISCVNT HÆRESIM.

* vera

LII. FORVM ECCLESIASTICVM DEMPTVM A VALENTIN

[c] *Novel. Valen. tit. 12 de Episcopali audit.* 10.

[d] *Iob 6.*

LIII. AQVILEIA AB ATTILA DIRVTA.

LIV.

[e] *Paul. Diac. Misc.*

LV.

a *Extat quoque Cod. Theodos.*

b *Extat apud Cod. Theodos.*

* *creare.*

ROMÆ REGINÆ VANITÆ CONTRA EVTYCHIANOS

L.

LI. ADVERSVS CKLYTA ET EOS, QVI

Romanorum vero Imperatores sacros super humeros ferentes, & ante pedes suos aurum effundentes pingi iussit. hæc Suidas. Vidisti tumorem Hunnicum & barbaricam arrogantiam? Vnde magis intelligas, haud humanarum fuisse virium, adeò ferocissimum atque superbissimum Scycham reddere mansuetum, sanè quidem'. Deus enim, quia [a] fœuienti mari claustra pósuit atque vectes, ipse coërcuit nullo negotio mentem magnam, spiritusque vehementes cohibuit. Sed quomodo id præstiterit, ipse, qui superiùs, narrare pergit auctor:

[a] Iob 38.

LVI. LEGATIO PATRIS CASSIODORI.

Inde (inquit) *vastatis circumcirca locis, cùm Romam quoque pararet irrumpere: Leo Magnus Papa missu ad eum Valentiniani Imperatoris accessit: eumq; adeò mitem reddidit, vt illicò promissa pace firmissimâ, vltra Danubium rediturus abierit.* hæc ibi. Testis est etiam Cassiodorus [b], sequestre S. Leone Papâ Attilam pacem concessisse Romanis. Porrò cum sancto Leone profectos esse aliquot nobilium Romanorum, idem scribit Cassiodorus, dum agit de patre suo vnà cum Carpilione ad Attilam legatione fungente, his verbis [c]: *Ad Attilam itur armorum potentem cùm supradicti filio Carpilione legationis est officio non irritè destinatus. Vide intrepidus, quem timebat Imperium: facies illa terribiles & minaces fretus auctoritate despexit: nec dubitauit eius altercationibus obuiare, qui furore nescio quo raptatus,* mundi dominatum videbatur expetere. *Inuenit Regem superbum, sed reliquit paccatum, & calumniosas eius altercationes tanta virtute destruxit, vt voluisset gratiam quærere, cui expediebat pacem cum regno ditissimo non habere. Erogebat constantiâ sua partes timentes: nec imbecilles iunc credi, qui legatis talibus videbantur armati. Pacem retulit desperatam. Cuius legatio quid perfecerit, datur intelligi, quæ tantum est gratulanter excepta, quantum & videbatur optata.* hæc Cassiodorus, dum hæc agit, vt suos commendet maiores: verùm liberiori affectu scribens Chronico eo istud ipsum tribuit sancto Leoni. Sed & in epistola Orientalium Episcoporum ad Symmachum Papam cùm vocarent eum in Orientem, eiusdem S. Leonis legationis mentio habetur his verbis [d]: *Festina* (inquiunt) *& noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi: quia non tantum pro centum viginti millibus illis in magna quandoq; constitutis ciuitate Ninive [e], sed à multò plurimis spera expectari tuam post Deum medicinam. Si enim qui præcepit beatitudinem tuam inter sanctos constitutum Leo Archiepiscopus ad Attilam tunc erronem barbarum per se currere non duxit indignum, vt captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantùm Christianorum, sed Iudæorum (vt credibile est) atq; Paganorum; quantò magis festinare, ad tuam attinet sanctitatem?* &c.

[b] Cassiod. in Chron. hoc æo.
[c] Cassiod. Var. lib. 1. ep. 4.
* raptus
[d] Extat inter epist. Symmachi tom. 1. epist. Roman. Pontif.
[e] Ioan. 4.

LVII. GRANDE MIRACVLVM IN ATTILÆ REPRESSIONE.

Grande planè miraculum, vt inundantem, & rapido cursu absque impedimento fluentem, cunctaq; obuiantia sibi sternentem atque vastantem barbarorum torrentem Summus Dei Sacerdos retrò conuertens, alueo sicco relicto, vnde fluxerat, velocitati fecerit fluxu recurrere. Sed vnde tanta Leoni, vt vincerem vinceret Attilam, & absq; armis conditiones pacis, quas obtulit, velut victum acciperet atq; seruare coëgerit, & iam se inferentê victicibus armis in Vrbem, concito gradu ad propria remeare compulerit? Ille, inquam, qui ab Aëtio & Gothis victus, cessit ad tempus, vt vehementiori iterum incumberet imperio, tantâ iam fretus potentiâ victor, quomodò à Leone cogitur furens barbarus & relinquere Italiam, & vltrà montes ad Istrum non amplius rediturus abire? Sensit citò, quod tardius Antiochus impius experimento confessus est, æquum esse hominem subditum esse Deo, nec mortalem paria cum Deo sentire. Sed & vnde immanissimo Regi tanta de Deo scientia, vt putauerit obuianti sacro Antistiti esse cedendum? Dicam quæ produnt Romanæ Ecclesiæ vetera monumenta in Ecclesijs publicè legi, & annis singulis repeti consuera, quæ sic se habent:

[f] 2. Mach. 9. c

LVIII. A S. LEONE COERCITVS ATTILA.

Cùm Romam ardenti furore Attila raperetur, iamque copias vbi Mincium in Padum influit, trancere pararet: occurrit ei Pontifex Leo malorum Italiæ impendentium misericordis motus: cuius diuinâ eloquentiâ persuasum est Attila, vt egrederetur. Qui interrogatus à suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, atq; tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret? Respondit & confessus, quod verum esset: nimirum se vidisse, Leone loquente, astante alium quendam habitu sacerdotali decorum, quid diuinum præ se ferentem, minantemq; mortem, nisi Leonis Papæ iussa capesseret. Alij textus habent, duos viros apparuisse, alterum à dexteris, à sinistris verò alterum: quorum visione perterrito, nihil sibi præterea fuisse reliquum, quàm quod minaci vultu numen exigeret, ipse homo quàm citò persolueret; quod nõ esset mortalium facultatis Diuinitati resistere, vel in superos bellum inferre. Testabantur quidem ipsum vera fateri interrupta pauore atq; cõcisa tremore verba trucis atque inexorabilis vultus pallor, & robusti audacisq; animi improuisa deiectio, atq; totius simul corporis consternatio.

Cæterum non de duobus Apostolis, sed de vno tantũ, Petro videlicet, qui visus sit Attilę, testatur Paulus Diaconus in historia rerum Romanarum, quam posuit appendicem ad Eutropium, in qua eamdem, eodemque modo narrat rei tunc gestæ seriem.

Considerâsti ne, lector, quam *terribilis sit Deus in consilijs suis super filios hominum?* Eo tempore, quo Valentinianus Augustus Ecclesiasticũ tribunal deprimit; tunc Deus illum comprimit, atque super Reges Pontificem Romanum exaltat: Et ne quid minus haberet videretur nouæ legis Summus Sacerdos à veteris testamenti Propheta, ad quem Dominus [h]: *Ecce constitui te super Gentes & regna:* dat ei, vt barbarum atque trucem Regem coërceat, parereque cogat, & Valentinianum Imperatorem labantem confirmet in eo, de quo periclitabatur, Imperio, qui nuper ab eo fuerat è tribunali depositus. Ita planè qui nutu cuncta gubernat, hunc [i] humilians & hunc exaltans, sacra semper voluit præstare profanis.

LIX.
[g] Psal. 64

[h] Hier. 1. FRVSTRA REGES INSVRGERE ADIN ECCLESIAM Psal. 64

At quid ad hæc tanta Gentiles, qui adhuc Romæ reliqui erant? Ne id Deo Christianorum ferrent acceptum, astrorum potentia & fatinecessitate, ne in Vrbem irrueret Attila factum esse iactabant. Porrò hæc omnia refellens, beneficio Apostolorum fuisse Vrbi tanta bona concessa idem S. Leo pro concione exprobrat ingrato populo, anniuersariâ die huius accepti à Deo beneficij ludis occupato Circensibus, cùm huiusmodi ad populum perbreuem habuit concionem [k]:

LX. RVMINORVM MIRA INGRATITVDO.

[i] Psal. 74

LXI. LEONIS PAPAE RATIO AD INGRATVM POPVLVM. Hieron. 3.

[k] Leo Ser. in Oct. apost.

Religiosam deuotionem, dilectissimi, quâ ob diem castigationis & liberationis nostræ cunctus Fidelium populus ad agendas Deo gratias conflauit, pene ab omnibus proximè fuisse negligiam, ipsa paucorum, qui adfuere, raritas demonstrauit, & cordi meo multum tristitiæ intulit, & plurimum timoris incussit. Magnum enim periculum est, esse homines ingratos Deo, & per obliuionem beneficiorum eius, nec de correctione compungi, nec de remissione lætari. Vereor igitur, dilectissimi, ne vox illa Prophetica talem in nobis reperisse videatur, quæ dicit [l]: Flagellasti eos, & non doluerunt: castigasti eos, & noluerunt accipere disciplinam. Quæ enim in eum correctio ostenditur, in quibus tanta auersio reperitur? Pudet dicere, sed necesse est non tacere: Plus impeditur demonijs, quàm Apostolis, & maiorem obtinent insana spectacula frequentiam, quàm beata Martyria. Quis hanc Vrbem reformauit salutis? Quis à captiuitate eruit? Quis à cede defendit? Ludus Circenſium, an cura Sanctorum? Quorum vtique precibus diuina censura flexa sententia est, vt qui merebamur iram, seruaremur ad veniam.

[l] Ier. 5.

LXII.

Tangat obsecro, dilectissimi, cor vestrum illa sententia Saluatoris [m], qui cùm decem leprosos misericordia virtute mundasset, vnum tantum dixit ex eis ad agendas gratias reuertisse; significans videlicet de ingratis, quod huic pietatis officio, etiam si corporis assecuti sunt sanitatem, non tamen sine animi impietate defuerunt. Nec ergo ista ingratorum nota etiam vobis, dilectissimi, posita adscribi: reuertimini ad Dominum, intelligentes mirabilia, quæ in nobis dignatus est operari: & liberationem nostram, non sicut opinantur Impij, stellarum effectibus, sed ineffabili omnipotentis Dei misericordiæ deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus est; ad tanti vos beneficij memoriam toto fidei vigore conferet. Grauis negligentia maiore satisfactione curanda est. Ad emendationem nostram vtimur lenitate parcentis, vt beatus Petrus, & omnes sancti, qui nobis in multis tribulationibus adfuerunt, obsecrationes nostras pro vobis apud misericordem Deum iuuare dignentur, per Christum Dominum nostrum. Amen.* ita sanctus Leo; & quidem propheticè, quod deberet ingratis, est comminatus supplicium. Etenim qui tantum Dei donum non (vt par erat) iugi gratiarum actione sunt prosecuti,

[m] Luc. 17

* parcentis

denuò

denuò tradi barbaris meruerunt, nempè Wandalis. haud enim serò vindicta prodijt, nimirùm post biennium, vt suo loco dicturi sumus.

LXIII. Desiderantur res ab Attila gestæ fusiùs scriptæ à Prisco Rhetore huius temporis nobili scriptore, vt testatur Euagrius [a]. Addunt alij, precibus S. Geminiani Episcopi Mutinam ab Attila liberatam. Referunt & Ravennam, Ioannis Præsulis, qui Leoni successit, orationibus tantùm euasisse periculum. Tradunt patiter, ex hac inuasione Attilæ, Venetiæ provinciæ occasionem manasse, vt Veneti in insulas transmigrarint, atq; Paduani occupauerint Riuum alrum; ijdemque necessitate primùm impellente, postea verò & ratione suadente, ad euitandos frequentes barbarorum incursus sibi habitare delegerint; vt paulatim crescentibus ædificijs, amplissimæ Venetiarum ciuitatis condendæ ex ea infelicitate felicissima iacta fuerint fundamenta: vt diuino planè nutu acciderit, ne Italia relinqueretur sine Republica; quæ olim florentissima, dominantium vi oppressa, iam cum Imperio collabente, prorsus videretur extincta.

[a] Euag. l. 2. c. 7. VENETIARVM CIVITATIS ORIGO.

LXIV. Quod verò ad Aquileiæ excidium pertinet, quomodo acciderit, vt vrbs munitissima à tyrannis sæpè obsessa, numquam verò capta, ab Attila fuerit expugnata: qui hęc cupit, veteres historicos consulat: quibus tamen in eo assentire minimè possumus dicentibus ab hoste direptam, incensam, aut funditùs euersam, adeò vt diù habitari desierit. Etenim fugatos habitatores, vel captas ab hostibus postliminio redijsse, satis certò intelligi potest ex epistola S. Leonis Romani Pontificis data ad Niceam [b], aliàs Nicetam Aquileiensem Episcopum, post annos sex, nimirùm Domini anno quadringentesimo quinquagesimooctauo sub Cõsulatu Maioriani: quâ ad eumdem Episcopi consultationes respondit, nimirùm quid agendum de fęminis illis Aquileiensibus, quæ captis viris, alijs nupsissent; quum illis è captiuitate egressis, eisdem reddendæ essent: In quibus Aquileiensium mulierum nonnihil impudicitia sugillatur; quam tamen ab alijs [c], qui hæc minimè perspecta habuêre, legi plurimum commẽdari. Quod verò ad eamdem Epistolam spectat, Nouatores, ijdemq; calumniatores, in ea velut in scirpo nodum quærentes, sanctum Leonem carpunt, quem volunt dixisse, non peccare mulierem, si nupserit alteri viro, quando existimet primum virum adhuc esse superstitem. At non hæc quidè tantus Pontifex tradit, sed de ea tãtùm muliere loquitur, quæ nubit alteri, dum putat virum esse defunctum, sunt hæc verba S. Leonis: *Nec tamen culpabilis iudicetur & tamquam alteri uiro peruasor, qui personam eius maritj, qui iam non esse æstimabatur, assumpsit.* Cùm verò idem S. Leo viuentium adhuc virorum insolubile omninò velit esse coniugium, eò tantùm casu inculpabile esse subdit, quòd mortis necessitas præstitisset, nimirùm cùm mulier nupsit putans virum suum esse defunctum. Ad hòcnamq; caput, cùm creditum est virum esse defunctum, sere spõdere, ipso fermè exodio epistolæ idem Pontifex profitetur. Reuersis verò viris, quæ eis se iungunt, cùm laudet, renuentes anathemate damnat. Agitur præterea in eadem epistolà de illis Aquileiensibus, qui cibos immolatitios timore compulsi, vel vrgente fame, sponte comedissent, necnon de illis, qui metu coacti fuerint iterum baptizati: ex quibus intelligere possumus, Hunnorum exercitum non ex paganis tantum, sed & ex Arianis barbaris fuisse conflatum, qui captiuos more suo rebaptizabant.

[b] Leo epist. 79. AQVILEIA HABITARI ITERVM COEPTA. [c] Sabell. Ennead. 8. lib. 9.

LXV. Hoc item anno, dum hæc agerentur, consultus S. Leo à Theodoro Forojulienſi Episcopo de pœnitentia his, qui in extremo laborarent, impertienda, rescripsit [d] ad eumdem quarto Idùs Iunij: in cuius epistolæ exordio, quid consuetudinis esset Ecclesiæ docet, nimirùm Episcopos primò consulere debere suos Metropolitanos: quòd si eadem contingeret ignorare, tunc demùm consulendum esse summum Pontificem, sicque absque consultis antè Primatibus nihil debere Episcopos illis subiectos inquirere, satisfaciens tamen ipsius petitioni, decretalem scripsit epistolam de non neganda quibushibet pœnitentia in exitu vitæ petentibus.

[d] Leo epist. 91. NOS VETVS IN CONSVLENDO ROM. PONTIF.

Quod reliquum est huius anni (quantum ex Victore Vticensi colligitur) Carthaginẽsis Ecclesia, quæ diù, nempè à tẽpore captæ ciuitatis, annis videlicet tredecim, absq; Episcopo fuerat agente Valentiniano apud Genfericum, accepit facultatem creandi Episcopum, creatusque est *Deogratias* ita nominatus Episcopus, vir planè sanctissimus: quem cùm sedisse Victor dicat tantùm annis tribus, defunctumq; esse, cùm captiui ab vrbe Roma delati sunt in Africam; planè dicere opus est hoc anno ipsum fuisse Ecclesiæ Carthaginensis præfectum. Qualis autem, quantusq; fuerit homo iste paucis his declarat Victor, cùm ait; *Huius si narretur quisquam, quæ per illum Dominam fecerit, paulatim excurrere; antè incipient verba desicere, quàm ille aliquid valeat explicare*, hæc Victor: sed de eo pluribus suo loco.

[e] Victor Vticens. de persecut. Vandal. lib. 1. DEOGRATIAS EPISCOPVS CARTHAGINENSIS CREATVR.

IESV CHRISTI
Annus 453.

LEO 29 PAP. Annus 14. VALENT. 29. MARCIANI 4. IMPP.

QVADRINGENTESIMVS quinquagesimus tertius Christi annus Consulatu Opilionis & Vincomalli redditus Fastis legitur: quo nequitiâ Anatolij Constantinopolitani Episcopi rursus perturbatur Ecclesia. Sane quidem exemplum docuit, cum hæreticis non mìi geuti Ecclesiæ damno vt plurimùm indulgentius agi: iste enim (vt dictum est) Eutychianus hæreticus, Dioscori Alexandrini olim Episcopi Apocrisarius Constantinopoli, in locum viuentis S. Flauiani ab eodem impio Dioscoro in Ephesino conuenticulo subrogatus fuit Constantinopolitanus Episcopus; cuius ordinatio, nulla licèt, vt validaretur auctoritate Leonis Romani Pontificis, Marcianus Imp. pacis studio procurauit, dum ipse Anatolius sese Catholicæ fidei professione Catholicum esse docuit, vnde factum est, vt ipse Romanus Pontifex bono pacis indulserit, vt Constantinopoli idem Anatolius sederet Episcopus: Qui post Episcopalem thronum adeptum dolo malo (vt vidimus) [f] rogauit etiam sibi primatum super Ecclesiam Alexandrinam & Antiochenam, sed cùm resistere & aduersari sibi eumdem S. Leonem Papam audisset; mouit instar Iudæ aduersus eum calcaneum suum, proditorie in ipsum agens, sicuti superiùs demonstratum est. Sed & vbi accepisset litteris S. Leonis anno superiori ad se datis iustam de inuaso primatu obiurgationem; tantum abfuit, vt mitior & remissior redderetur, vt maiori fastu & arrogantiâ in eumdem sanctum Pontificem insiliret, non quidem palàm ad eum rescribens defensionem, vel excusationem aliquã: sed vafrè in primis occultans litteras Pontificis ad se scriptas, cœpit primò susurros, inde rumores in vulgus (vt dictum est) spargere de sanctissimo Papa, ipsum reiecisse Synodum Chalcedonensem, sed & grauiori calumniâ addidit ipsum quærere occultâ viâ deprimere defensores fidei Orthodoxæ, & suspectos hæresis exaltare. Ad hæc etiam illud adiecit, vt Archidiaconum Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quem sciret esse Romani Pontificis studiosum, è gradu deponeret sub prætextu maioris honoris, & in locum eius subrogaret Andream, qui tamquàm hæreticus anteà electus fuerat: hic ille namque fuit omnium nequissimus S. Flauiani calumniator. Adiecit insuper persequi omnes, qui è Flauiano fuerant ordinati; contra verò fauere & in Ecclesiæ honores prouehere illos, qui Eutychianæ hæresis fuerant infamati: ista quidem in contumeliam atq; contemptum eius, quem aduersarium patiebatur, Romani Pontificis, Anatolius ab anno superiori machinari non destitit.

I. ANATOLIVS DETEGIT OCCVLTATVM VIRVLENTVM.

[f] Ioan. 16. ANATOLIVS QVID IN S. LEONEM PONTIFICEM.

Hæc aũt omnia cum fidelibus nuncijs S. Leoni significata essent, immò (vt docent eiusdem Pontificis literæ ad Pulcheriam [g]) ipse Marcianus Rom. Pontif. admonuisset, rogâsset q;, vt literis confirmationem fidei Concilij Chalcedonensis notam faceret: ipse sanctus Leo eam in vulgus sparsam studens, datis litteris abolere de non recepto

II.

[g] Leo epist. 80.

Concilio Chalcedonensi calumniam, literas dedit ad eãdem Synodum Chalcedonensem: non quòd adhuc Synodus Chalcedone perduraret; sed ad Episcopos omnes qui ad ipsum Concilium conuenerant, Circularem epistolam verbis istis conscripsit [a]:

a Leo epist. 61.

Leo Episcopus sanctæ Synodo apud Chalcedonem habitæ.

IX. EPIST. S. LEONIS DE CONCILII CHALCEDONENSIS APPROBATIONE.

Omnem quidem fraternitatem vestram nôsse non ambigo, definitiones sanctæ Synodi, quæ ad confirmationem fidei in Chalcedonensi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla fuit dubitatio, vt qui vnitatem Catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum redijsse gauderem. Hoc autem non solùm ex ipso beatissimæ consessionis affectu, sed etiam ex epistolis meis, quas post reditum meorum, ad Constantinopolitanæ vrbis Antistitem dedi, potuisteris agnoscere, si vobis responsionem sedis Apostolicæ manifestare voluissem. Ne ergo per maligna interpretes dubitabile videatur, vtrùm quæ in Synodo Chalcedonensi per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem: hæc ad omnes fratres & Coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt, scripta direxi: quæ gloriosissimus & Clementissimus Princeps (sicut poposci) in notitiam vestræ animæ ex pro Catholicæ fidei amore dignabitur: vt & fraterna vniuersitas & omnium Fidelium corda cognoscant, me non solùm per fratres, qui vicem meam exequti sunt, sed etiam per approbationem Gestorum Synodalium propriam vobiscum inisse sententiam, in sola videlicet fidei causa (quod sæpè dicendum est) propter quam generale Concilium & ex præcepto Christianorum Principum, & ex consensu Apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis: qui si corrigi voluissent, nulla penitùs resideret de vera Domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio.

QVÆ DE FIDE DECRETA SVNT TANTVM PROBAT.

IV. VT NICÆNI CONC. DECRETA INVIOLATA PERMANANT.

Vnde si quis vmquàm ausus fuerit vel Nestorij perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere: à Catholicorum communione resecetur; nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem. Fratres carissimi. De custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis, quæ in Synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis admoneo, vt tuta Ecclesiarum sicut ab illis trecentis decem & octo Patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum: Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis electio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos: infirmum atq; irritum erit, quicquid à prædictorum Patrum canonibus discreparit: quorum regulis Apostolica sedes quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitanæ Antistitis conatus repulit, poterit sanctitas vestra electione cognoscere; & me auxiliante Domino nostro, & Catholicæ fidei & paternarum traditionum esse custodem. Data XII. Kalendas Aprilis, Opilione V. C. Consule. hæc S. Leo ad Patres, quibus profitetur Chalcedonensis Concilij nihil præterilla, quæ ad fidei decretum pertinent, se recipere.

V.

Extant & ipsæ literæ, quarum meminit, ad Marcianum Imperatorem datæ, quibus hanc ad Episcopos Synodi datum epistolam de confirmatione Concilij Chalcedonensis, quod ad fidei decretum spectat, voluit omnibus fieri manifestum: scriptæ autem sunt hoc anno sub eodem die & Consule; est earum exordium [b]: *Multa mihi in omnibus clementiæ vestræ æterna, &c.* quibus potissimùm quæritur de Anatolio, qui Apostolicæ sedis literas occultâsset, eò quòd illi his eius primatus malè vsurpatus abrogaretur. Sed & gratulatur eidem Imperatori, quod acquieuerit ijs, quæ ipse S. Leo statuisset de non violandis decretis Nicæni Concilij, ac proinde irrita prorsus reddi voluerit, quæ in fauorẽ sedis Constantinopolitanæ Anatolius ab Episcopis extorsisset: sunt enim hæc verba Leonis ad Marcianum [c]: *Et meritò geminatur gaudium meum, cùm vobis religiosissimè placere cognosco, vt & fides Nicæna suam teneat firmitatem, & priuilegia Ecclesiarum illibata permaneant.* Eodem quoque argumento, eâdem itidem die ipse S. Leo literas scripsit ad S. Pulcheriam [d], quibus palàm fecit, quæ ab ipso Marciano Imperatore de Anatolio significata essent.

b Leo epist. 59. DE ANATOLIO AD MARCIANVM LEO.

c Leo epist. 59.

d Leo epist. 60.

VI. DE ACTIS SYNODI CHALCEDONENSIS.

Quod insuper ad Chalcedonense Concilium pertinet; eiusdem Anatolij fortasse factum est impostura, vt exemplar Actorum eiusdem Concilij, quod ad Apostolicam sedem Romã perlatum fuit, haud adeò clarum compertum esset. Quamobrem idem S. Leo hoc anno in litteris ad Iulianum Coënsem Episcopum datis [e] iussit ex originali typo Acta quàm fidelissimè scribi, atque in Latinum transferri; cuius ad eum scriptæ in fine epistolæ ista sunt verba: *Gestorum Synodalium, quæ omnibus diebus Concilij in Chalcedonensi ciuitate confecta sunt, partim claræ propter linguæ diuersitatẽ apud nos habetur institutio: & ideò fraternitati tuæ specialiter iniungo, vt in vnum codicem vniuersa facias congregari, in Latinum sermonem absolutissimè interpretatione translata, vt in nulla parte Actionum dubitare possimus, neq; vllo modo esse possit ambiguum, quòd ad plenã intelligentiam te fuerit studente perductum.* hæc ad Iulianum hoc anno quinto Idûs Martias Leo Papa. Videt, lector, iã ab ipso excordio promulgari Cõcilij Chalcedonẽsis in illud hostẽ humani generis insidias parare cepisse.

e Leo epist. 60.

De causa autem Aëtij Archidiaconi ab ipso (vt dictum est) Anatolio è gradu amoto, subrogatoque in eius locũ Andreã Eutychiano: haud silendum putauit idem sanctissimus Leo, acceptis ab eodem Aëtio de ea re quæ relatum litteris. Quamobrem voluit de his cõminuisse alijs litteris eumdem Marcianum Imperatorem, necnon etiam Pulcheriam Augustam: Ad Marcianum autem ista est de Anatolio iusta expostulatio [f], post recensita, quæ olim in eius commendationem scripsisset ipse Imperator, cùm petijt, vt ab ipso Romano Pontifice in sede confirmaretur: *Miror* (inquit) *quid causæ, aut occasionis enuerserit, vt virum Catholicæ fidei & Nestorianis atque Eutychianis hæreticis constanter etiam aduersarium, Archidiaconum sub honoris specie degraderet, & dispensationem totius causæ & curæ Ecclesiasticæ in Andream Eutychianistam repentè transferret; adeò nimia commotione turbatus, vt consecrationem, quam pro iniuria dabat, sextã sabbati, traditionis Apostolicæ aut nescius, aut oblitus, inferret: quasi non ad Episcopum magis, quàm ad presbyterum ordinationis illius ritum pertineret: qui non inueniens, quod argueret in fide, quòd improbaret in moribus, deiectionem innocentis per speciem prouectionis impleuit; addens sententiæ illud iniuriæ, vt eum cœmeterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati vestræ commendare præsumo, ne vllis alterius noxijs ingrauari possit insidijs, quem Dominus (vt comperi) sub vestra defensione constituit.*

VII. QVERELA S. LEONIS DE ACTIO ARCHIDIAC. DEPOSITO.

f Leo epist. 57.

Adijcio autem etiam hanc obsecrationem, vt prædictum Episcopum à professione sua dissonum, & nimium testimonij vestri ac fauoris oblitum necessariò increpare dignemini, cesset Catholicorum sectatoribus cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flauiano placuêre, conterere; & eorum societatem, quos improbauit, eligere. Fraternam eum illi charitatem non aliter poterimus impendere, quàm vt seminicos Catholicæ fidei approbet execrari; eumq; à se consortium, quem meritò abiecit, Andream nempè, abscindat: qui etiam si magnã fuisset satisfactione purgatus, post dubium tamen reuersu errorum, Catholicis diaconibus postponi debuit, non præponi. hæc cùm scribat S. Leo, excommunicationem proculdubiò Anatolio comminatur. Eamdem ingeminat idem Pontifex querelam, ad S. Pulcheriam scribens. Agit de his & in epistola [g] ad Iulianum Coënsem Episcopum data, quã cursitim ex hac causa in ipsum Anatolium censuris Ecclesiasticis auctoritate Apostolicã non insurrexerit, eiusmodi rationem affert his verbis [h]: *In quem pro causæ merito differo commoueri; & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Aetius indicauit, expecto, dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari.* hæc Leo, qui quidẽ ita Anatolium ipsum perstrinxit, vt nisi Catholicã communicatione omninò carere vellet, Aëtium in pristinum locum restitueret. Quomodo autem ad arbitrium Romani Pontificis hæc omnia Anatolius emendârit, atq; etiam à causa de arrogando sibi primatu penitùs resilierit, datis de his omnibus ad S. Leonem litteris anno sequenti, suo loco dicturi sumus: modò verò, quæ reliquæ sunt huius anni cum Orientalibus S. Leonis res gestæ (vt ordo postulat temporis) prosequamur.

VIII. QVERELA DE ANATOLIO FAVENTE ADVERSARIIS FLAVIANI.

g Leo epist. 58.

h Leo epist. 59.

Quod enim ex his, quæ in contumeliã Chalcedonensis Concilij & Apostolicæ sedis iniuriam ab Anatolio tentata essent, portam hostibus aperiri ad labefactandam fidem Catholicam Leo Papa pastorali vigilantiã persentiscret: ad obuiandum ijsdem, Iuliano Coënsi Episcopo, quem fidelissimum semper expertus esset, vicariã iterum delegat præfecturam. Ad eum enim hoc anno scribens,

IX. IVLIANVS VICARIVS APOST. IN ORIENTE.

hæc

hæc inter alia habet[a]: *Hæc specialis curâ vice meâ sanctum virum, ne hæresis Nestoriana, vel Eutychiana in aliqua parte reuiresceret: quia in Episcopo Constantino, olim ano Catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione solicitus.* Hoc idem munere impertito, quod & antea in Chalcedonensi Concilio (vt vidimus) delegauerat; quid curare debeat, & in primis vt solicitus esset de omnibus, quæ ab hæreticis tentarentur, Apostolicam sedem reddere certiorem admonuit, & vt doceat etiam, quò progressa sit causa tumultuantium in Palæstina monachorum: id enim vt quàm exactè literis ipse significaret, præcepit his verbis[b]:

De Palæstinis verò monachis, qui iam pridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo ad hæc animo moueantur, ignoro: neq; cuiusquam sermone mihi patefactum est, quæ causa videantur antefata præferre discordiæ: vtrum scilicet Eutychiana pernersitatis tali furore famulentur, an implacabiliter doleant Episcopum suum in hanc impietatem posse traduci, quis contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis Dominicæ veritate desciuerit; & quod in aliis per indulgentiam curare placuit, in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, vt etiam talium correctioni congrue studeatur, quia aliud est contra fidem impiè armari, aliud in errore quempiam detineri.* hęc idcircò Leo, quòd accepisset ab illis expulsum Iuuenalem Episcopum, qui Dioscorum & Eutychetem fuisset aliquàndo sectatus, & alium in eius locum fuisse subrogatum Hierosolymorum Antistitem; putans eos in ipsum esse commotos: quòd in hæresim antè lapsus, in sedem fuisset immeritus restitutus.

XI. Paulò post has datas ad Iulianum litteras, idem S. Leo alias accepit ab ipso missas, quibus de ijsdem monachis Palæstinis quid rescripsisset Marcianus Imperator, quæsue ad eos S. Pulcheria litteras reddidisset, admonitus fuit, missis exemplaribus litterarum. Testantur hæc quidem eiusdem S. Leonis litteræ paulò post tum ad Marcianum, tum ad Pulcheriam datæ: Nam ad Marcianum[c]: *Per fratrem meum Iulianum* (inquit) *innotuisse significo, quàm pio digni fuerit responso, imperiorum mo..achorum animos cohibere pariter & docere; vt si illos non penitùs deseruerit diuina miseratio, sentiant se & dixisse, quod credant, & agnouisse, quod timeant.* hæc ad Imperatorem, ad Pulcheriam verò ista[d]: *Indicante fratre nostro Iuliano Episcopo peruenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum salubérrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignatis cestu parcendo plectere, & docendo punire, vt, si eos ad pœnitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lacrymis & à nefandis cædibus, & ab hæreticorum blasphemijs diluantur.* hæc ad Pulcheriam S. Leo hoc anno duodecimo Kalendas Aprilis, eâdem die, quâ ad Marcianum litteras dedit.

XII. Scripsit hoc pariter anno, mense Iunij, de ijsdem Palæstinis monachis turbas cientibus, idem S. Leo ad Eudociâ Augustam Hierosolymis agentem, rogans, vt quantum valeat suis admonitionibus curet eosdem à fide deuios monachos ad Catholicam Ecclesiam reuocare. Ita planè prudenter visum est S. Leoni cum fœmina agere, non (vt par erat) acrioribus eam redarguendo litteris, quòd eius filij patrocinio (vt vidimus) Eutychiani monachi adeò nefaria perpetrâssent; sed dissimulando eius errorē, blandis rogat potiùs verbis, eius implorans auxilium: vt ita in castris Fidelium eam quodammodò cogeret ex præsumpta de ipsa fiducia militare. Tale quippe sciebat esse ingenium hæreticarum mulierum, vt eò pertinaciùs inhæresçant errori, quò instantiùs fuerint admonitæ & increpatæ. Sed ipsam perbreuem S. Leonis Papæ ad eam eo argumento accipe datam epistolam[e], & tanti Pontificis admirare prudentiam.

XIII. *Quanta mihi Catholicæ curæ sit fidei, & quâ solicitudine (in quantum Dominus adiuuat) debeat præcauari, ne vmquam à imperitis & impijs veritatis Euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra oranda clementia, obsecro Dominum, vt me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorumdam intra prouinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata; magis magisq; faciat adiuuare: vt tantum (quod pietatis tuæ studio fieri potest) hæretica pernersitati omnis fiducia subtrahatur.* hæc idcircò Leo, quod scisset, Eudociæ fiduciâ impios illos armatos nefaria perpetrâsse. Sed subdit: *Quos enim nec ratio sacramentorum nec auctoritas scriptorum, neq; sanctorum locorum testimonia commouebant: quid ijs nisi abruptum periculum timeretur? Profitetur ergo Ecclesijs, sicut sentit Deo & prodest, & profit generi humano in verbis Dei vestram sibi esse voluntatem, vbi Dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut Deum verum, & verum quoque hominem in vnitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta loquuntur. Si ergo prædicti nomen Catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus se volunt membra nominari: prauos errores, quos temerè admiserunt, detestentur; & agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumq; factorum. Succumbant pro salute animarum suarum Synodalibus, quæ in ciuitate Chalcedonensi sunt confirmata decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera & humilitas quieta non peruenit: credant in Euangelio, quod continetur in Symbolo, nec impijs dogmatibus misceantur. Fides enim Catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno Domino nostro Iesu Christo duas aufert esse prædicare personas; ita damnat etiam Eutychetem cum Dioscoro, qui Vnigenito Dei Verbo negant in vtero Virginis matris veritatem carnis humanæ esse susceptam. Si quid autem ergà prædictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit (quod gloriam vobis præstabit æternam) peto hoc mihi clementiæ vestræ literis indicetis: vt & vobis boni operis fructum, & in illa gaudeamus misericordiam Domini non periisse. Data VII. Kal. Iulij Opilione VC. Consule.*

XIV. S. LEO SCRIBIT AD MONACHOS PALÆSTINÆ

Sed vt qui pastoralis muneris essent S. Leo numeros omnes expleret, eosdem in transfuersum ductos misertimos monachos ad conuersionem inuitauit literis suis, & quidem amantissimis: Quod enim aliter sibi agendū esse sciret cum recens lapsis in errorem, aliter cum iterum restitutis & non recto pede in Euangelium incedentibus: hinc ipse tractans cum Anatolio comminationibus agit, monachos verò istos, quos furor in præceps adegerat, mitiùs atque blandiùs mouet: est enim eiusmodi litterarum exordium, quo vt eos ad conuersionem attrahat, ipsorum delicta excusat[f]:

[f] Leo epist. 89.

XV. EXCVSAT MONACHOS S. LEO, VT CONVERTAT.

Solicitudini meæ, quam vniuersalis Ecclesiæ, omnibusq; eius filijs debeo, multorum relatione patefactum est, dilectionis vestræ animis quidam offensionis illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes aut maligni quædam vos aliter intelligere, quàm à me sunt prædicata, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apiè & propriè Latina transferre, cùm in rebus subtilibus & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisq; sufficiat. Quod tamen apud me eo proficit, vt dum ea, quæ Catholica fides respuit, improbata intelligamus vos veri amicores esse, quàm falsi, & id meritò refutare, quod ex antiqua institutione doctrinæ etiam ipse detestor. Quamuis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flauianum Episcopum data satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neq; in aliquam egeat portationis, aut expositionis indigeat: & aliæ tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est, &c. Excusat ergo, quod ipsi Catholicæ mentis sint, sed in depraua tam ab hæreticis ipsis epistolam offendentes, extra Catholicam Ecclesiam se constituerint: quamobrem rursus, quæ vera sit Orthodoxa fides, quæ duas simul inter * se contrarias hæreses Nestorianam & Eutychianam ingulet, eadem epistolâ pluribus docet. Magna quidem cum summi pastoris apparuit prudentia, pro diuersitate rerum, temporum, ac personarum gregem pascentis; qui factus omnibus omnia, vt omnes lucrifaceret, singulis accommodata impertijt medicamenta. Et quidem ex sententiæ accedit, vt anno sequenti (prout suo loco dicendum erit) ijdem omnes simul ad Ecclesiam Catholicam se conuerterint.

* intra.

XVI. LAICI RESIPVERVNT.

Sparserat impius ille Theodosius (vt dictum est) rumorem, cùm Synodum Chalcedonēsem, tum sanctum Leonem Nestorij hæresim confirmâsse, id ipsum quoque sapere Imperatorem atque Augustam Pulcheriam: quamobrē miseros illos prætextu defendendæ Catholicæ fidei, cōuerterat in furorē, adeò vt ea monachi ausi fuerint, quæ & latrones fœmissimi exhorruissēt. Sed resipuisse ex lapsis primùm Dei benignitate permotos litteris Imperatorijs superiori anno datis laicos Hierosolymitanos, ex epistol

sanctæ

sanctæ Pulcheriæ constat, quam dedit ad Bassam Abbatissam monasterij, quod erat Hierosolymis: quarum quidem scribendarum litterarum causa illa præcesserit, vt sanctis monialibus à sceleratissimo Theodosio deceptis succurreret, illisque significaret: nonnisi Catholicæ religioni consentientia tum Synodum Chalcedonensem statuisse, tum se etiam credere, vt his persuasæ fœminæ illæ ad Catholicam vnitatem connecterentur. Extat quidem eiusmodi sanctæ Pulcheriæ epistolæ in appendice ad Acta Concilij Chalcedonensis Græcè conscripta, vltimaq; datarum ab ipsa epistolarum; quâ dignam memoriâ ac testimonio pietatis, finem viuendi faciens, suum ad Deum transitum egregiè consignauit. Quoniam autem nullibi hactenùs extat (quod sciamus) impressa; hîc ipsam describemus è Græco in Latinum redditam, operæ pretium existimauimus: postrema enim sanctissimæ Imperatricis elogia sæpè sæpiùs pijs auribus inferenda, quis non auidè audiat, mentisque thesauro recondat? Est autem eius epistolæ eiusmodi in codice titulus:

XVII. *Exemplum regiarum litterarum scriptarum ad Bassam Præfectam Asceterij in Aelia à pijssima & Christi amante Augusta Pulcheria.*

S. PVLCHERIÆ EPISTOLA AD BASSAM. *Serenitatis nostræ studium, animum nq; in sanctam & Orthodoxam fidem, & quomodo eam vsquequaque amplificare & celebrare estudemus, nemini dubium esse arbitramur: maximè verò omnium id posse certo tuam reuerentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis* magi Samaritani *imitator, seu potius Antichristi præcursor Theodosius qui quemadmodum affecerit Aelienſium ciuitatem, Palæstinæq; sanctissimas Ecclesias turbauerit, contra diuina & humana iura mala innumerabilia perpetrans, & calumnians sanctam & venerabilem collectam Chalcedone Synodum, quod Symbolum trecentorum decem & octo Patrum commauerit & labefactauerit, & duos Filios, duosq; Christos, ac duas personas adorari oportere docuerit; necreuerentiam tuam latet: necessarium duxit pietas nostra per sacras nostras litteras antea missas redarguere memorati nefarij veri mendacia, nostramq; fidem nobis à maioribus traditam declarare: & quod iuxta Symbolum trecentorum decem & octo Patrum credimus; quod quidem sancta Synodus Chalcedone habita nihil vel addens vel minuens, confirmauit. Cum verò benignitate atq; humanitate Domini nostri & Saluatoris Christi, q, qui Aelicium vrbem incolunt, coegerunt nos serenitatem & religiosissimi Domini Orbis terræ & coniugis meæ maiestatis veram & Orthodoxam fidem: ad eam ac surrexerunt, multisq; laudibus Dominum nostrum & Saluatorem Iesum Christum ac nostram potestatem celebrarunt, veniamq; delictorum, quæ ante commiserant, orarunt.*

ÆLIENSES RESIPISCENTES.

XVIII. *At de illo quidem sacratissimum & pijssimum Dominum & coniugem meam serenitatis solita vsus humanitate, tum typum dedit, quem ipsum pietatem decet: Nostra autem serenitas considerans præsagum scelesti ac nefarij Theodosij calumnias metuensq; ne quas è religiosis fœminis simpliciores circumscripserit, suisq; præstigijs & fallacijs eas valuerit à veritate abducere, volensq; vndiq; deleremorati scelesti hominis impietatem: idcircò has ad vos sacras litteras dirigimus, quibus fidem nobis vsq; à Patribus traditam declaramus, atq; volumus ijs quibus Deo consecratis fœminis prout manifestum esse, quòd nos fidem secundum expositum Symbolum à trecentis decem & octo sanctis Patribus seruamus: Detestamur verò Photinj & Apollinarij & Valentini & Nestorij impietatem, ad hæc verò & nouellam improbatamq; Eutychetis & inuentionem.*

CATHOLICÆ FIDEI ASSERTIO.

XIX. *Et credimus Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum de Spiritu sancto & Maria Deipara natum esse: Confitentes vnum & eundem Filium Iesum Deum perfectum & hominem perfectum eumdem, Deum verè & hominem verè eumdem, nullosque modo duos, aut separatum, aut conuersum, Saluatorem Christum semper adoramus: in hac fide sine fluctuatione agere optantes, & anathematizantes eos, qui dicunt duos Filios, aut duos Christos, aut duas personas, vel qui dixerunt, aut scripserunt, aut dicere audent. Quam quidem sanctam & Orthodoxam fidem venerabilis Synodus, quæ proximè Chalcedone habita fuit, confirmauit, nullumq; vel additamentum, vel detractionem fecit in expositio sancto Symbolo à trecentis decem & octo sanctis Patribus; ac solius Eutychetis pernersam opinionem condemnauit, suffragio sanctis Patribus concinnente. Quamobrem reuerentiatua, cognitâ serenitatis nostræ verâ & Orthodoxâ fide, nos, cuius pro nobis nostroq; Imperio orare studeat.* hactenùs Pulcheria ad Bassam Asceteriam, quæ quidem Catholicam fidem sectata est, vt suo loco dicturi sumus inferiùs.

Porrò ipsa Pulcheria post hæc vndecimâ mensis Septembris, vitâ in virginitate honestissimè atq; sanctissimè perfunctâ, migrauit in cœlũ, ibi coronâ cũ sanctis virginibus acceptura. Sub his namq; Consulibus eam obijsse diem, Marcellinus antiquior chronographus affirmat his verbis: *Pulcheria Augusta Marciani Principis vxor beata Laurentij atrium mirabili opere consummauit, beatumq; viuendi finem fecit.* hæc ipse: cui magis, quàm Nicephoro [a] assentimur, dũ ait, ipsam viuere desijsse anno sexto Marciani Imperatoris.

[a] Nicephor. l. 14. c. 49.

Hæc quidem Christianæ religionis summum decus, cùm se ipsam in primis puram sanctamque Deo, cui se vouerat, conseruârit, & à tenera ætate Imperium diuinitùs inspirata mirabili prouidentiâ gubernârit: cùm & omni virtutum genere semper temporibus etiam perditissimis enituerit, & ad diem vsque nouissimum semper steterit pro fide Catholica sedula patrona & pugnatrix inuicta, adeò vt de omnium sui temporis hæresum expugnatione acceptam victoriam ipse (vt vidimus) S. Leo eidem ingenuè acceptam semper tulerit: hæc, inquam, Catholicæ fidei ornamentum, dictâ die, à cœlesti vocata sponso, in æternum cum eo felicius regnatura cœlum conscendit. Cuius memoria benedictionibus locupletata, nobili epitaphio in Albo Ecclesiæ ob oculos omnium posita, perenniter permansura notis amplissimis collocata, annis singulis solenni ritu, publicoque diaconorum præconio recoli consueuit, virginisq; Augustæ augustum atq; celebre monimentum eiusmodi inscriptione piorũ auribus redditur semper viuens: *Commemoratio S. Pulcheriæ Reginæ impace quiescentis: Hæc fuit soror Theodosij Iunioris, coniunx Marciani pietate præstantissimi Imperatoris: quæ cùm virginitatem ipsam ad senectutem vsq; seruâsset, multaq; præclara opera in templorum & hospitalium domorum ædificia contulisset, & sancta Chalcedonensis Synodi Patres adiuuisset, in pace quieuit.* hæc Orientalis Ecclesia: Occidentalis quoq; paribus eâdem die votis ipsam est prosecuta.

Defuncta autem est anno ætatis suæ quinquagesimoquarto, quippe quæ Marcellino auctore, nata ponitur sub Consulatu Eutropij & Theodori, anno Domini vndequadringentesimo: Quæ, iam absoluto martyri templo, in Dei templum non manufactum semper manens transferri promeruit: in his enim viuens semper fuit, vt siue ecclesias, siue monasteria, vel domos erigeret hospitales. In ædificijs verò sacris à se rectis primum locum tenuit illud, de quo dictum est, templum Dei Genitrici dicatũ in Blachernis: post hocillud in via Ducum, ob idque ἐν τοῖς ὁδοῖς dictum, in quo tradit Nicephorus collocatam ab ea diuinam imaginem Deiparæ Virginis, quæ à S. Luca depicta traditione maiorum ferebatur; Saluatoris infantis fasciis ab Eudocia Augusta Hierosolymis missis ibidem ab ipsa reconditis, in quarum memoriam tigesimaprimâ mensis Augusti dies fuit perpetuò consecrata. Sed quas S. Germanus [b] Constantinopolitanus Episcopus fasciasinfantiæ vocat, Nicephorus [c] fasciassepulchrales appellat. Nobilis pariter fuit basilica ab eadem S. Pulcheria erecta in Foro Fabrorum, cui Sancti Sepulchri nomen inditum fuit. Agit de his Nicephorus, necnon de dicta sacra imagine: sed ante eum Theodorus Lector [d] ait, Pulcheriam ab Eudocia donatam esse imaginem Dei Genitricis Mariæ à S. Luca depictã, conciliatæ inter eas amicitiæ signo.

[b] Germanus de Fascijs Dominic. c. Nicephor. l. 14. c. 49. [c] Theod. Lect. Coll. Lib. Hist. [d] Cyrill. in Orthod. fide ad Reginas.

Ad hæc ipsa planè egregia S. Pulcheriæ opera Cyrillus [e] alludere visus est, dum in libro ad Reginas conscripto: Fecco (inquit) & valdè sapienter consugientes ad Regnum Christi, operam datis, vt quæ illi probantur, & sciatis & faciatis: partim (vt dixi) operibus & irreprehensibili fide & vestitu & Regum aulæ perspicuè à virginitatis gloriâ decoratis, partim sumptuosissima Christo templa erigitis. hæc & alia in Reginarum laudem Cyrillus, Pulcheriæ, inquam, atq; sororum virginum. Præstitit quidem ipsa Pulcheria illud egregium, vt non solùm ipsa sacræ virginitatis cultrix existeret, sed & sanctis sororibus, vt & ipsæ cœleste munus consequerentur, optima conciliatrix extiterit.

[e] Cyrill. in Orthod. fide ad Reginas.

XXIV. Fuit planè grande videre miraculum, in Regia illa regiarum virginum monasterium cõtineri: sed illud singulare super excellens, in fœmina eadem q; virgine enitescere vnà cum monastica obseruantia simul optimum Imperij regimen, altero munere sine alterius detrimẽto iuncto alteri, immò maximo adiumẽto vtrisque connexis: Nam euidenter apparuit (quod & sæpè superius demonstratum est) cùm Imperij habenas eius arbitrio moderandas germanus ipsius Theodosius Imp. reliquit, nullum vmquam felicius, tutiusve Romano Imperio regimen obtigisse, neque aliquando terrarum Orbi tempora feliciora illuxisse. Cùm verò perfidiâ eunuchorum & mentis euersæ Eudociæ coniugis suasionibus Theodosius in trãsuersum actus, à sanctæ sororis consilijs declinauit: se ipsum planè vnà cum Imperio præcipitem egit, atque simul religionem in maximum discrimen adduxit, & perdidisset illic omnimò, nisi (quod restificatione S. Leonis sæpè superiùs dictum est) ipsa S. Pulcheria collabentem sæpè Orientalem Ecclesiam hæreticorum impulsibus actam, indefesso semper studio suffulsisset. Reliquisse insuper sanctam Pulcheriâ cuncta sua bona pauperibus, tradit Theodorus his verbis [a]: *Pulcheria pia moritur, multis post se præclaris factis, & cunctis bonis, quæ habuit, ad sustentationem pauperum relictis: quibus Marcianus non contradixit, sed cunctorum necessitatibus animo proposito seruiuit.*

a Theod. Lect. Collect. lib. 2.

XXV. Ad postremum accedat ad eiusdem S. Pulcheriæ funeris atq; sepulchri decorem, ipsius Augustæ regnantis imago; quam diù quæsitam, vix tandem in aureo nuper nummo cusam inuentam, exhibitam nobis à D. Lælio Pasqualino, hìc tibi formis reddendam curauimus.



Quam in postica vides Crucem corona cinctam, eam super diadema gestare cõsueuisse Christianas Imperatrices, quæ sunt dicta superiùs in Eudoxia satis docens. At de sancta Pulcheria hactenùs. Iam ad Leonem Pontificem redeamus.

XXVI. Quem autem consecutæ finem fuerint, quas S. Leo, necnon cum Marciano Imper. Augusta Pulcheria litteras dedêre ad restituendam fidem exulem Palæstinis, declarat his verbis idem Leo Pontifex in epistola ad Iulianum scripta anno sequenti quinto Idûs Ianuarij, dum accepta cũcta fert religioni & diligẽtiæ Imperatoris maximè pij: ait enim de ipso [b]: *Cuius post Deum beneficijs hoc debetur, quod Hierosolymitanus Episcopus est receptus, & monachos, quos perfidia hæretica falsitatis inuaserat, ad sanitatem Augusta auctoritas reuocauit. Moxitaq; vt accepi epistolas tuas talia continentes, non solùm eâdem die, sed propè eadem horâ responsum reddere maturaui, vt certior de omnibus, quæ scripseras, redderer.* hæc de his Leo sequenti anno dicta die quinto Idûs Ianuarij: vt planè necesse sit affirmare, hoc anno vel autumnali, vel hyemali tempore, Iuuenalem esse reuersum Hierosolymam: quid autem ibi egerit, dicemus anno sequenti.

b Leo. epist. 62.

XXVII. Qui pro Palæstinæ Ecclesia ex muneris vniuersalis regiminis pastoralem S. Leo Papa (vt vidimus) propensiùs curam suscepit, idem & tumultus Ægyptios, quos anno superiori recensuimus excitatos, sedare pro viribus non prætermisit. Hinc ipse in litteris hoc anno missis ad Iulianum Coënsem Episcopum agentem Constantinopoli Vicarium Apostolicæ sedis: *De Ægyptijs* (inquit) *monachis, quàm quieti & cuius sint fidei, scire desidero; & de Alexandrinæ Ecclesiæ pace quid ad vos verũ nuncijs perferatur: Ad cuius Episcopum & ordinatores ipsius, seu clericos, quod* alia scripta duxerim, missa exemplaribus scire te volui. hæc ipse.

DE REBVS ECCLES. ALEXANDRINÆ. c Leo epist. 30.

* quæ

XXVIII. Post has autem litteras quinto Idûs Martias hoc anno ab ipso Pontifice datas, perlatã esse Romam ad S. Leonem epistolam Proterij nouj Episcopi Alexandrini continentem ex more fidei Catholicæ professionem, quo Catholicam ab ipso Pontifice communionem mereretur accipere, testatur ipse quidem S. Leo in litteris ad eumdem Iulianum anni sequentis exordio quinto Idûs Ianuarij scriptis, vbi ait [d]: *Fratres Proterium Alexandrinæ vrbis Episcopum gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, & manifestè quidnam teneat indicasse: cuius dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est præstare, vt honorem in nullo suæ perdat Ecclesia, sed sedis suæ priuilegia paterna antiquitatis exemplo iuxta canonum illibata iura possideat.* hæc S. Leo. Sed excidêrunt tum Proterij ad Leonem, tum etiam Leonis ad Proterium redditæ litteræ.

d Leo epist. 62.

Constat autem post hæc ab eodem Proterio fuisse collectum Orthodoxorum Concilium, in quo actum est, vt ad Catholicam communionem, qui hactenùs ob hæresim Eutychianam separati fuissent, Catholicâ oblatâ professione redirent: sed cùm illi penitùs restitissent, interrogatum in eos fuit ab Imperatore exilium. Mentio huius Synodi habetur in epistola Catholicorum Episcoporum Ægypti & clericorum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem data, de qua suo loco dicendum erit.

XXIX. SYNODVS ALEXANDRINA ORTHODOXORVM. e Extat in vtriusque Conciliorum illustr. pro Concil. Chalc. ed.

Misit insuper hoc anno Maximus Antiochenus Episcopus legatos Marinianum presbyterum & Olympium diaconum vnà cum litteris ad ipsum S. Leonem Romanũ Pontificem, qui de statu Syrorum Ecclesiæ eumdem redderent certiorem, & rogarent pro conseruatione priuilegiorum sedis Antiochenæ, quæ è gradu suo dejici Anatolij Constantinopolitani Episcopi ambitu periclitabatur: dum enim primatum post Romanam Ecclesiam sibi dari ille flagitaret, vtiq; id in detrimentum vertebatur Ecclesiæ Antiochenæ, vt quæ tertia esset ordine, iam quarta numeranda foret. Fauet rogationi Maximi S. Leo, & vt cœperat, se Anatolij stringere temeritatem non defuturum, redditis ad eum litteris pollicetur [f], quibus inter alia salubre illud admonuit, vt sicut laicos, ita nec monachos populum docere permitteret, optimè recolens huiusmodi occasione omne fluxisse malum: Nestorius quippè cùm doceret Antiochiæ, monachus erat, & Eutyches pariter monachus, ait enim: *Illud quoq; dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui sunt Dominj sacerdotes, nullus sibi vsu docendi & prædicandi audeat vendicare: siue sit ille monachus, siue sit laicus, qui alicuius scientiæ nomine gloriatur. Quæ etsi optandum est, vt omnes Ecclesiæ filij, quæ recta & sana sunt, sapiant: non tamẽ permittendum est, vt quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus gradum sibi prædicatoris adsumat; cùm in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora superioribus non resultent.* hæc S. Leo hoc anno, tertio Idûs Iunij.

f Leo epist. 62.

LEGATIO MAXIMI EPISC. ANTIOCHE AD S. LEONEM.

NE LAICI VEL MONACHI DOCEANT.

XXX. Vidisti præsidentem vniuerso gregi pastorum, totius Orientalis Orbis eodem fermè temporis momento suis scriptis Ecclesias visitare; modò inuitare Constantinopolitanos, & ea, quæ essent corrigenda, monere; modò Palæstinos adire, & lapsos ad pœnitentiam reuocare; penetrare ruisum Ægyptum, & demos corrigere, stantesque firmare: percurrere insuper Syros, eisdem q; salubres præscribere leges, quæ essent vniuersæ Ecclesiæ Orientali cõmunes, tamquam opportunum cauendæ pestis antidotum: Etenim has ad Maximum Antiochenum litteras datas voluit idem sanctus Pontifex esse Encyclicas, communes omnibus, & toto Catholico Orbi profuturas, testatum id ipse quidem in epistola, quam pridie eius diei ad Theodoretum dedit, vbi hæc in fine [g]: *Quas tamen litteras pro vtilitate Ecclesiæ per præfatum fratrem Coepiscopum nostrum Maximum ad omnium volumus peruenire notitiam, & ab hoc hic voluimus earum exemplar adjacere: quia quæ prædicto fratri iniunximus, non dubitamus implenda.*

g Leo epist. 63.

Scripsit ad Theodoretũ hæc S. Leo eodem anno pridiè eius diei, quo ad Maximum eas litteras dedit, nempè quarto Idûs Iunij. Quod enim sciret inter Orientales omnes Episcopos Theodoretum excellere; eumdem ad pugnam aduersus hæreticos sibi intimè jungere, & in illos immittere habuit in consilio: quapropter eius operam aduersus hæreticos exhibitam pluribus cõmendans, vt pergat viri-

XXXI.

XXXII. LEO PAPA AD THEODOR.

liter agere exhortatur; nam inter alia: *Exulta igitur* (inquit) *carissime frater, & in vnico Dei Filio victor exulta. Vicit per nos ille pro se, cuius carnis veritas negabatur. Vicit per nos & pro nobis ille, cui vicimus*, &c. Quinetiam curam eidem delegat, vt de omnibus, quæ in Orientalibus illis prouincijs moliretur hæretici, Apostolicam sedem sedulò faciat certiorem. nam ait ad finem epistolæ: *Quod superest, exhortamur, vt quæ illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remansisse, nunc etiam sedi Apostolicæ collabores.* & paulò pòst: *Vnde in hoc quoq; tua vigilantia solicitudine volumus adiuuari, vt tua relatione currente, quid apud illos religionis doctrina Dominica proficiat. Apostolicam sedem festines instruere, quatenùs illius regionis sacerdotes in quocunq; vsus exegerit, adiuuemus.* hæc & alia ad Theodoretum S. Leo.

XXXIII. DE THEODORETI OBITV TEMPORE.

Quid verò Theodoretus? equidem nauiter collaborâsse, certum ducimus argumentum ex ijs, quæ ab eodem gesta sunt ante Concilium Chalcedonense, cùm legatos Romam (vt vidimus) ad eundem Romanum Pontificem misit. Cæterum ipsum haud diù fuisse superstitem, ijsdemq; fermè temporibus mortuum esse, ex eo possumus intelligere, quod in litteris Syrorum Episcoporum pro defensione Chalcedonensis Concilij ad Leonem Imperatorem post biennium datis nulla ejus mentio habetur, nec subscriptus in illis, aut alijs sicut reliqui Orthodoxi reperitur: qui quidem si fuisset superstes, haud dubium requisitum à Leone Imperatore, & expetitum à S. Leone Romano Pontifice officium iuuandæ Catholicæ fidei non denegâsset. Porrò antequàm vitâ defungerentur, quod ab Orthodoxis Orientalibus haud securè in communionem fuisset acceptus, eò quòd fauisset aliquando Nestorio, quodque in Magno Chalcedonensi Concilio à Patribus iussus esset publicis illorum conclamationibus Nestorio dicere anathema; testatam fidem suam Catholicam pluribus epistolis voluit reliquisse, & inter alias in ea (vt superiùs dictum est) ad Sporacium data, quæ inter eius epistolas primum obtinet locum. Qui ergò malè cœpit, gratia Dei (quod paucorum est) benè perfecit, honestatus ante, obitu egregijs S. Leonis Papæ præconijs, epistola adeunt hoc anno, quam diximus, datâ, affigenda tamquàm nobile epitaphium lapidi sepulchrali. Sed rursus ad Leonem.

XXXIV. LEO PAPA DVBITAT DE CYCLO THEOPHILI.

Hoc eodem anno idem qui supra speculam pro vniuersa Ecclesia agebat ex rebus S. Leo, quòd muneris quoq; eius esset cunctæ Catholicæ Ecclesiæ sequentis anni indicere Paschæ diem ab omnibus celebrandũ: cùm ex Theophili centenario cyclo Paschali definitũ reperisset eã diẽ anno Domini quadringentesimo quinquagesimoquinto ad octauũ Kal. Maias incidere; contendẽtibus nonnullis errâsse Theophilũ: de his cõsulere peritos voluit ante animum, quam indicẽdi Paschatis tempus adesset: datisq; ad Orientales literis, in primis ad Marcianum Imperatorem a hoc anno decimosexto Kal. Iulij ista post alia scripsit b:

a Leo epist. 64.

XXXV. QVID LEO AD MARCIANVM IMP. DE PASCHALI CONTROVERSIA.

Paschale festum, quo sacramentum salutis humanæ maximè continetur, quamuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen non est lunaris cursus conditione mutabile, vt plerumq; sacratissimi dies ambigua currat electio; & ex hoc fiat plerumq; quod non licet, &c. non simul omnis Ecclesia, quod nonnisi vnum esse oportet, obseruet. Studuêre sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnemq; hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes: quoniam apud AEgyptios huius supputationis tradita esse videbatur peritia, per quam quis annis singulis dies prædictæ solemnitatis eueniret, sedi Apostolicæ indicaretur, vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias dedicatum generaliter percurreret.

Iudicij. CXVI. DE CYCLO THEOPH. ET CONTROVERSIA.

Sed sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ vrbis Ecclesiæ Episcopus, cùm huius obseruationis annos centum numero collegisset, septuagesimosexto Paschale festum longè aliter quàm alij decreuerant, tenendum esse constituit. A primo Augustæ memoriæ Theodosij Senioris Consulatu succedentes sibi sacra obseruantia ordines ponens, vt longioris temporis ratio eius literis teneretur ad scripta: cuius complexionis septuagesimus & quartus est annus, in quæ pridiè Idus Aprilis (hoc nempè anno Domini quadringentesimo quinquagesimo tertio) *sanctum Pascha celebrauimus anno verò sequenti*, nempè quinquagesimo quarto supra quinquagesimum, *pridiè Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda festiuitas sicut regulariter ecutenaria annorum ratio-*

nis ordo declarat. Sed in anno, qui erit septuagesimus sextus, Domini verò quadringentesimus quinquagesimus quintus, *Paschæ dies inuenietur ad scriptum, quem à passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas; nam diem octauum Kalendarum Maiarum ab eo cognoscimus præfinitum, qui annis limitem antiquitùs constitutum excedit, cùm alij quintodecimo Kalendarum Maiarum huius festiuitati deputauerint diem.*

Siquidem ab vndecimo Kalendarum Aprilium vsq; in decimum Kalendarum Maiarum legitimum spatium sit præfinitum, intra quod omnium varietatum necessitas concludatur, vt Paschæ Dominicum nec priùs possimus habere, nec tardiùs. Quod enim in decimũ & in nonum Kalendarum Maiarum videtur nonnumquam peruenire festiuitas, quâ iam ratione defenditur; quia etsi dies Resurrectionis vltra terminum videtur exisse, dies tamen Passionis limitem positum non inuenietur egressus: Ad octauum autem Kalendarum Maiarum Paschalem obseruantiam perducere, nimis insolens & aperta transgressio est.

XXX-VII.

Quia ergo in illa (vt dixi) *centenaria supputatione Theophil. septuagesimus sextus annus diem Paschæ contra morem Ecclesiasticum statuisse monstratur; & non leuiter delinquitur. si in principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersali Ecclesia non tenetur: obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum præstare dignemini quatenùs AEgyptij, vel si qui sunt alij, qui certam huius supputationis videntur habere rationem, scrupulum huius solicitudinis absoluant; vt eum diem generalis obseruantia dirigat, qua nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam peruenire, vt in diuinis mysterijs nulla dissonantiæ culpa nascatur.* hæc sub Consulatu Opilionis dicta die 16. Kalen. d. Iulij S. Leo. Quâ etiam die eodem argumento ad Eudociam Augustam Hierosolymis agentem litteras dedit b. Scripsisse etiam de his ad Proterium Alexandrinum Episcopum, Beda auctor est, qui & eiusdem Proterij ad S. Leonem datæ epistolæ meminit, breueque fragmentum reddit: ad eum Leonis epistolæ recitat, vbi ait c: *Cuius circuli* (nempè Theophili) *Proterius Alexandrinæ vrbis Antistes ad inquisitionem S. Leonis Papæ luculentissimam reddens rationem, talia rescripsit ab eo meruit seorsum repraedicari: Lætificauerunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater & Coëpiscopus meus Nestarius pio apportauit officio. Oportebat enim, vt ab Alexandrinæ Ecclesiæ Præsule talia scripta ad sedem Apostolicam mitterentur, qua ostenderent magisterio beatissimi Petri Apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum dulciter AEgyptios, quod constat credidisse Romanos.* hæc ex epistola Leonis ad Proterium Beda.

XXX-VIII.

b Leo ep. 62.

c Beda de ratione temp. c. 12.

Scripsit præterea idem S. Leo ad Paschasinum Episcopum Lilibæi in Sicilia, legatum olim Apostolicæ sedis in Concilio Chalcedonensi, virum eruditione præstantem: qui non solùm ex Theophili cyclo, sed & ex Hebræorum calculo probatam reddidit veritatem, eandemque & miraculo confignatam: ostendens non esse absurdum, vt ad octauum Kalendas Maias Pascha Domini in Ecclesia celebraretur. Extãt d ipsæ literæ Paschasini, quas datas anno sequenti, ex eo potest certò cognosci, dũ de sequentis anni Paschatis die tradit esse dubitatum, anni nimirum (vt dictum est) quinquagesimi quinti supra quadringentesimum. ait enim: *Domine venerabilis Papa, iubere dignata est corona vestra, vt quod Paschali supputatione veritas annis posit hactenus habere, sacro sancto auribus vestris exiguitas mea intimaret*, &c. Ex ijsdem quoq; literis intelligitur, barbaricam illam inuasionem, cuius in eorum exordio meminit, anno sequenti contigisse, agemus igitur de ea suo loco.

XXXIX. PROBATVR CYCLVS THEOPHILI.

d Anatol. Leon. pist. epist. 63.

Quod verò ad præsentem de Paschatis die consultationẽ pertinet; exordio anni sequentis, quinto Idûs Ianuarij, de eodem S. Leo adhuc ambiguus scripsit ad Iulianum Coëpiscopum Constantinopoliagentem. Rescripsisse autem ad S. Leonem Marcianũ Imperatorem, eam Orientalium esse sententiam, vt secundum Theophili cyclum octano Kalẽdas Maias Pascha celebraretur, testatur; ipse S. Leo in litteris Circularibus datis ea de re anno sequenti ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum e. Exhis, omnibus vides quàm procul abhorreat, vt Romani Pontifices incõsulto, ex animiq; sententia proponere cõsueuerint in Ecclesia Catholica obseruãda decreta; cùm in am-

XL.

e Leo epist.

biguis ipsi priùs omnium rogare sententias, consulere, & omnes audire, cunctaq; multo consilio examinare soliti fuerint.

XLI. Sub huius anni Consulibus celebratum legitur Arelate Concilium [a], quod tertium ordine positum est, in quo plura de Ecclesiastica seruanda disciplina in ordinandis Ecclesiæ ministris; sed & alia pleraq; ab eodem Concilio sancita apud diuersos auctores leguntur, quæ in vnũ collecta consulere poteris. Agemus nos de eo, qui præfuisse legitur huic Synodo, S. Cæsario eius ciuitatis Episcopo doctrinâ æquè ac sanctitate conspicuo.

a Extat tit. 1. Concil. CONCILIVM ARELATENSE TERTIVM.

XLII. Sed dubitatio hîc haud leuis insurgit: Quonam modo Cæsarius dici potest interfuisse huic Arelatensi Concilio iam creatus eius ciuitatis Episcopus, cùm ex literis S. Leonis Papæ constet anno superiori eidem Ecclesiæ præfuisse Rauennũ Hilarij successorem, post quem ejusdẽ Episcopus fuisse reperitur Eonius, idemq; sedisse saltem triennio, vt Cyprianus discipulus S. Cæsarij eiusdemq; Vitæ scriptor affirmare colligitur; quo tempore Cæsarius præfuit Abbas monasterio Arelatensi. Portrò in tanta rerum certitudine nihil est, quòd dici possit, nisi necessario asserere illapsum esse errorem in Consulatum; sicut & in notam æræ mendum irrepsit, dum ponitur quadringentesima sexagesimaprima, ex qua colligit. At numerus annorum Domini quadringentorum viginti trium: vnde longè absurdius redditur, vt eo tempore Cæsarius præfuerit dicto Concilio Arelatensi. Sed & cùm nihil sit, in quo emendari error possit, vt suo loco dictum, Arelatense Concilium restituatur; hîc de ipso nobis agendum fuit.

Ita quidem in priori editione res insoluta relinquenda fuit, cuius, nisi restitutio fiat deprauati admodum textus, solutio sit impossibilis. Erratum quidem in eo est, vt dum in codice legeretur celebratum Concilium Arelatẽse sub Consulatu Opilionis, qui gessit Consulatum cum Iustino Imper. iterum Consule anno Redemptoris quingentesimo vigesimoquarto, nec additus inueniretur collega, quod sæpè factum inuenitur in monumentis Occidentalibus, prætermisso Orientali Consule, ponit tãtum, Occidentalem: malè cautus sibiq; nimis sapiens visus collector, addendũ putauit Vincomalum collegam, qui hoc anno vnà cum Opilione Consul creatus est; sicq; ea additione septuaginta & vnius annorum errorem induxit, simulq; rerum gestarum confusionem, atque inextricabiles perplexitates inuexit. Qui primus his tenebris facem admouit, fuit Iacobus Sirmondus Aruernus Societatis Iesv professor, à me aliàs testis fidelis adduci solitus, qui humaniores literas Theologicis admodum decorè coniunxit, qui nõ ad Opilionis Consulatũ anni huius, sed ad eũ, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus in Fastis anno Redemptoris DXXIV. præsens Arelatense Concilium esse referendum ostendit ex præsentia Cæsarij Arelatensis Episcopi, qui hoc tempore nondum natus, tunc reperitur reuera sedisse Arelatensis sedis Episcopus, successor Leontij, qui post Æoninm sedit Rauennio substitutum. Firmantur hæc magis, dum omnes fermè Episcopi, qui huic Arelatensi Concilio interfuisse leguntur, ijdem Concilio Arausicano secundo subscripti reperiuntur, de cuius certo tempore proximè suo loco dicendum erit, & corrigendi errores patiter in eum illapsi. Hanc ergo Synodum Arelatensem suo loco restitue, sub Cõsulatu alterius Opilionis anno DXXIV. & simul cum eis iunge, quæ hic de Cæsario narrata habes.

XLIII. Iam verò de Cæsario, qui huic præfuit Concilio, dicendum est, vtpotè viro, qui eximiâ claritudine tũ ex doctrina, tum ex vitæ sanctitate comparata, Gallias hoc tempore illustrauit: breuiq; narratione in primis sunt nobis eius percurrenda primordia, atq; vitæ progressus vsque ad præsentis temporis statum: Eo enim splendore sanctitatis effulsit, vt nobilissimæ totius Galliarum Ecclesiæ eligi mereretur Metropolitanus Antistes, hoc potissimùm tempore, quo eas regiones occupantibus barbaris, sidẽq; vel Gentilibus, vel Arianis, magno opus esset inter tot ingruentes vndiq; fluctus nauis gubernatore.

XLIV. Scripræ sunt res gestæ S. Cæsarijs ab eius discipulo Cyriano ad S. Cæsariam illius sororem, id ipsâ ab eo efflagitante: extant [b] ipsæ quidem, Dei benignitate, inter tot Galliarum busta seruatæ. Placuit, inquam, diuinæ prouidentiæ, vt afflictæ prostratæq; vndiq; Gallicanæ Ecclesiæ hoc perditissimo tempore, tam docto, tamq; sancto illustrarentur Episcopo, cuius sanctitas ipsis inhærens ab incunabulis, septennio ætatis fructus præcoces emiserit, & in dies magis magisq; fœcunda annorum augmẽto consurgeret: Cùm primò erogatis, quæ sibi licuit, in pauperes bonis clarissimorum parentum, domo spretâ, ad sanctum Siluestrum meritis insignem Cabilonensem Episcopum conuolans, ab eo, ex sacro præscripto ritu, in clericum voluit attonderi, atq; clericali institui disciplina, tanto dignus Antistite educatore atq; doctore, qui mirâ sanctitate resplendens, in Cæsarium, quem dilexit vt filium, transmisit opulẽtam virtutum hæreditatem. Est celebris eiusdem Siluestri memoria sacris tabulis adnotata, in Ecclesia semper vigens, annis singulis rediuiua [c], nosq; in Notis de eo pluribus egimus. At Cæsarius, vbi flores eius sanctitatis tamquàm apis auidè suxit, ad Lerinense secretius aluearium conualuit, ibiq; (vt idem auctor habet) sub Porcario Abbate diù monasticâ conuersationem summâ exercuit obseruantiâ: licèt, præ immenso animi ardore ipse sibi semper segnior videretur: vt apparet ex eius homilia, quam posteà in eodem habuit monasterio, vbi primùm ista inter alia interseruit de florentissimo statu huius temporis ejusdem cœnobij Lerinensis [d]: *Benedicimus Dominum nostrum, qui sanctam institutionem & admirabilem consuetudinem loci huius iugiter crescere, & in maiori dignatur gloriæ cumulo sublimare. O felix & beata habitatio insula huius, vbi tam sanctis quotidiè & tam spiritualibus lucris gloria Domini augetur, & tantis damnis diaboli nequitia minoratur! Beata, inquam, & felix insula Lerinensis, quæ cùm parvula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad cœlum misisse cognoscitur.* hæc dicens Cæsarius, alludere ad ea videtur, quæ superiùs recitauimus ex carmine Eucharistico, quod ad Faustum scripsit haud procul Sidonius Apollinaris, vbi ait:

——quantos illa insula plana
Miserit ad cœlum montes, &c.

per montes Sanctos intelligens; cùm ipsa insula vndique planicie latâ gaudens, montibus careat. Hinc & Cæsarius ista subdit:

XLV. *Hæc est, quæ eximios nutrit monachos, & præstantissimos per omnes prouincias erogat sacerdotes.* vix enim reperiri erat, qui his temporibus assumptus in regionibus illis ad regimen Ecclesiarum, non delectus esset ex nobilissimo & regularis institutionis obseruantissimo cœnobio Lerinensi: *Ac sic (subdit ipse) quos accipit filios, reddit patres; & quos nutrit parvulos, reddit magnos: quos velut tyrannos excipit. Reges facit: Nam omnes quoscunque felix & beata habitatio ista susceperit, charitatis pennis ad excelsa virtutum culmina Christo sublimare consuenit. Quæ res cum penè in cunctis habitatoribus fuerit feliciter consummata, tamen existentibus meritis meis, in me non probatur impleta. Cùm enim paruitatẽ istam hæc sancta insula velut præclara mater & vnica singularis omnium bonorũ nutrix brachijs quondam pietatis exceperit, & non parua spatio educare & enutrire contenderit: licèt reliquos ad virtutũ culmina erexerit, à me tamen (quia cordis duritia contradicit) omnes negligentias auferre non potuit. Et ideo cum omni humilitate supplico, & totâ cordis contritione deposco, vt quod negatur meritis meis, vestris orationibus suppleatur,* &c.

XLVI. Mira res, vt sub tot barbararũ gentium frequenter factis in Gallias grassationibus, à Sueuis, Wandalis, Alanis, Gothis, Burgundionibus, Hunnis, & Francis, nihil ad hęc tempora passum fuerit detrimenti idem monasterium insulæ Lerinensis, factum ipsis etiam barbaris atq; Arianis venerandum: Vnde quòd valdè erubescant, habent nostri sæculi Nouatores, qui in Gallijs plus quàm sexcenta monasteria combusserunt, vt taceam de cineribus innumerabilium ecclesiarum. Quanta insuper hoc tẽpore esset gloria eiusdem cœnobij Lerinensis, præter illa, quæ superiùs dicta sunt? ipsum rursum audi Cæsarium ad monachos concionantem: *ab Oriente (inquit [e]) vsq; ad Occidentem, & omnibus penè locis, in quibus Christiana religio colitur, religiosissima vestra conuersatio ad Christi gloriam magnificatur. Iure à vobis exi-*

b Apud Surium 27. Augusti. CÆSARII TYROCINIVM.

c Martyr. Rom. & alia die 28. Nouemb. CÆSARIVS MONACHVS LERINENSIS.

d Cæsar. hom. 20. DE MONASTERIO LERINENSI.

XLVI. REVERENTIA BARBARORVM ERGA MONASTERIVM LERINENSE.

e Cæsar. hom. 20.

gitur, vt quod de vobis creditur, hoc probetur. Agite ergo Deo auxiliante, quod semper egistis, &c.

XLVII. Sed quod sub Fausti nomine peruulgata legitur fabula de eodem Lerinensi cœnobio excisо à Saracenis sub Porcario Abbate institutore S. Cæsarij: eam hîc obiter refellere, ex instituto onus incūbit. Primùm verò scias, nō esse Fausti scriptionem illam, sed appendicem ad Fausti institutionem ad monachos, vt apparet ex ea nuper edita diligentia viri doctissimi Genebrardi nunc Aquensis Episcopi post funebrem orationem sancti Hilarij Episcopi Arelatensis, & alia illi coniuncta, vbi post absolutam Fausti illam tractationem subijcitur narratio de excidio monasterij Lerinensis, quâ dicitur idem monasterium à Saracenis dirutum, & sanctum Porcarium Abbatem cum suis esse necatum. At quantæ fidei scriptum illud auctoris incerti? Et vbinam gentium Saracenorum incursio his temporibus in Occiduis oris innotuit, qui vix post trecentos annos auditi sunt mare mediterraneū infestâsse? Sed haud maioris nobis fidei, quæ habentur in spuria Vita S. Honorati, vbi hæc facta dicuntur per Genserícum Wandalorum in Africa Regem: cùm & addatur idem monasterium per Genserícum sub Abbate Porcario diruptum, nunquàm vsq; ad Pipini Francorum Regis tempora esse restitutum. Si hæc vera sunt; quomodo post Genserícum iam defunctum adeò celebratur gloria eiusdem monasterij Lerinensis, vt audiuimus à Cæsario? Quomodo de tanti cœnobij clade nulla penitùs habetur mentio in Actis ipsius S. Cæsarij, quæ sunt scripta (vt diximus) ab huius temporis scriptore Cypriano? Vel quonam pacto dici potest vsque ad Pipini tempora eius desolationem perdurâsse, si S. Gregorius Papa eiusdem meminit[a] monasterij sub Bono Abbate (ad quem scribit) existentis? Sic igitur cùm neque sub Saracenis, neque sub Genserico ea accidisse funera monasterio Lerinensi sub Abbate Porcario dici possint: necesse est alium mare, vel Porcarium, quem cum suis martyrem dicimus, qui & Cæsarium à pueritia educauit, longissimam vixisse ætatem; & ea, quæ narrant, nō à Genserico, neque à Saracenis, sed ab alijs passos esse successoribus Genserici; vel alterum dicere eiusdem nominis post hæc in eadem insula sub Saracenis Porcarium floruisse, cuius Ecclesia ipsa cum suis celebrat martyrium ptidie Idûs Augusti.

DE CLADE MONASTERII LERINENSIS.

TEMPORA PORCARII ABBATIS.

[a] *Gregor. lib. 9. Epist. 8.*

XLVIII POMERIVS RHETOR MAGISTER CÆSARII. [b] *Gennad. de Script. Eccle. 48.*

Sed ad Cæsarium redeamus, quem diximus in eadem insula in exercitatione monastica sub eodem Abbate vixisse; quo iubente, Arelatem postea se contulit, ibiq; excultus est rhetoricis facultatibus sub Pomerio Afro insigni eius temporis rhetore: Hic ille namq; Pomerius, quê natione Maurum fuisse tradit Gennadius [b], eundemque ordinatum in Gallia presbyterum: quem alij Iulianum nominatum dixêre: Quàm autem decepti sint, qui Iulianū Pomerium putauêre fuisse Episcopum Toletanū, tu consule Notationes nostras in Romanum Martyrologium [c]. Porrò huius Pomerij, quo vsus est præceptore Cæsarius, lucubrationes Gennadius recēset, quem post Gelasij obitum sub Anastasio Imperatore adhuc fuisse superstitem docet. Cæsarius autem egregiè doctrinis sacris potissimū institutus, dignus iudicatus est, qui post Eonium à populo & clero expeteretur in Episcopum Arelatensem: cui nec profuêre latebræ sepulchrales, quin inde traheretur ad regimen Episcopatûs inuitus.

[c] *Martyrol. Rom. die 8. Mart.*

XLIX. CÆSARIVS QVO VIXIT TEMPORE.

Sed non prætermittimus dicere (quod & magnoperè admiratus sum) Trithemium, siue alios ad posteriora tempora eumdem Cæsarium retulisse sub professoribus regulæ S. Benedicti, quem constat ante S. Benedicti monachatum his ipsis vixisse temporibus, interfuisséque pluribus Concilijs his item temporibus celebratis. Porrò id ipsum eius vitæ Acta perspicuè docent: nam vixisse tunc dicunt, cùm Alaricus regnaret in Gallia Narbonensi, & Theodoricus Rex potitus esset Italia: sed & cùm tradat idem eius Vitæ auctor, vsum ipsum esse præceptore Pomerio Afro, atque probâsse Felicem Papam, vulgâsséque eiusdem Cæsarij scripta; nulla penitùs de his vel leuiter dubitandi occasio potuit esse relicta: cùm alioqui & eius homiliæ id ipsum facilè rectè intuenti demonstrent.

Porrò (quod dolendum est) sanctissimi atque doctissimi viri exciderunt nobilissima monumenta, vixq; reliquæ sunt quadraginta sex homiliæ diuersis temporibus dictæ: ad quas prouoco Gallos illos, qui turpiter à fide refugæ, ad hæreticos transfugæ defecêre: videant, quæ de Catholicis dogmatibus, quæ ipsi infectantur, senserit tantus doctor, miraculisq; consignata reliquerit, hoc potissimùm sæculo, quo Franci in Gallijs regnantes eandē fidem Catholicam, in qua & baptizati sunt, acceperunt. Vt planè si quis eiusdem Cæsarij legerit homilias, ex illis facilè intueatur illorum, qui à Catholica veritate defciuerunt, amentiam, cogaturq; præstupore exclamare cum Paulo [d]: *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?* multò magis verò si peruiderit, quæ alij nobiles huius temporis scriptores Ecclesiastici itidem Galli gentiles sui, nempè Prosper Aquitanus, Hilarius Arelatensis, Salmianus Massiliensis, Eucherius Lugdunensis, Claudianus Mamercus Viennensis, Alcimus Auitus, itidem Viennensis, Sidonius Apollinaris Aruernus, & alijs suis scriptis, vitæq; sanctitate, atq; miraculorum virtute egregiè reliquêre testata, in omnibus consentientia illis, quæ Hilarius Pictauiēsis, Irenæus Lugdunensis, atq; Dionysius Parisiensis omnes sanctissimi Episcopi olim ijsdē tradiderunt, & nuperrimè Cæsarius docuit. At ue Cæsario modò hactenùs suis locis inferiùs de eodem sæpè dicturi. Iam verò ad aliud Gallicanum Concilium hoc item anno celebratum orationem conuertamus, immoreturq; in eo paulò longiùs, quæ Arelatense eiò aliquibus tantùm inspectis, pertranſit.

[d] *Gal. 3.*

Hoc itaque eodem anno sub eiusdem Opilionis Consulatu item in Gallijs celebratum est Concilium Andegauense: Quod quidem è temporum obscuritate haud pridem in lucem vindicatū scias à docto pioq; viro P. Frontone Societatis IESV in Gallijs professore, à quo & accepimus: ipsum autem cùm perbreue sit, necdum in lucem editum, hîc tibi verbatim reddendum putauimus: siccenim se habet:

LI. CONCIL. ANDEGAVENSE NVNC PRIMVM EDITVM.

LII. *Cùm ad ordinandum Episcopum in ciuitate Andegauorum conuenissent, & Thalasius esset Episcopus ordinatus: omnibus pariter residentibus, Leone, Eustochio, Charilatone, Rumorido, Vincento, Victorio, & Thalasio Episcopis, pariconsilio atq; tractatu, decisionem quam verbo decreuerant, etiam scripturæ mandare voluerunt, vt hâc die, hoc est, quarto Nonas Octobris, Opilione V. C. Consule, ha regula Ecclesiasticæ seruarentur, quæ à senioribus iuxta auctoritatem Scripturarum iam fuerant constitutæ.*

LIII. *Primùm, vt contra Episcopale iudicium clericis non liceat resilire, neq; inconsultis sacerdotibus, sacularium iudicia expetere: sed nec de loco vno in alium sine Episcopi permissione, transire, nec sine commendatitijs sacerdotum suorum literis commeare.* habet hæc primus canon, quo proculdubiò aduersati sunt Patres illi constitutioni Valentiniani Imperatoris datæ annō superiori, quâ Ecclesiasticum forum suis (vt vidimus) priuilegijs spoliauit: haud enim timuerunt refragari Imperatori pro Ecclesiastica immunitate sanctissimi sacerdotes. Sed describamus reliqua:

LIV. *Vt diaconi presbyteris nouerint omni humilitate deferendum esse.* cuiusnam rei causâ hæc sanciuerint Patres, dictum est Annalium quinto tomo. Sed subdunt: *Vt à violentia & crimine perpetuationis* * *abstineant.* mendosus est locus.

* debiles

Familiaritatem extranearum fœminarum nouerint esse vitandam. Sed si qui sunt calibes *, *nonnisi à sororibus, aut amitis suis, aut à matribus consolentur. Quia sicut bonum non est hominis solum esse; ita familiares esse clericos fœminis non oportet extraneis: quia frequenter plurimorum ruinas sub hac occasione deflemus. Si quis autem post hoc interdictum à præductis familiaritatibus se reuocare noluerit; nequaquàm gradu altiori donabitur, & si iam ordinatus fuerit, non ministret.*

* sceleri

Tum si qui in tradendis vel capiendis ciuitatibus interfuisse fuerint detecti: non solùm à communione habeantur alieni, sed nec conuiuiorum quidem admittantur esse participes.

Quod etiam de his, qui acceptâ pœnitentiâ resilierunt, debitâ seueritate seruabitur. Quæ forma etiam circa eas, quæ de virginitate sanctimonialium crimine proprio deciderunt, statuto rigore permaneat.

His quoque, qui alienis vxoribus, superstitibus ipsorum maritis,

nomi-

nomine coniugij abstinuntur, à communione habeantur extranei.

Clerici quoque, qui relicto clero, se ad secularium militiam, & ad laicos contulerint, non iniustè ab Ecclesia, quam reliquerunt, amoueantur.

Monachi quoque, qui cœptam obseruationis viam reliquêre, & absque epistolis & absque certis negotijs, vel necessitatibus per regiones vagantur alienas, cognitâ districtione, si se non emendauerint, ab Abbatibus suis, vel à sacerdotibus ad communionem non recipiantur.

Alijs quoque Episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat.

Quicunque autem vel de laicis, vel de clero ministri fuerint ordinati, & obseruare noluerint si laicus, communicare non liceat, nisi fortè reprobauerint criminosos.

Nonnisi vnius vxoris viri idemq; virginibus copulati, diaconi, vel presbyteri ordinentur.

Pœnitentia sanè locus omnibus patet, qui conuersi errorem suum voluerint confiteri; quibus perspecta qualitate peccati, secundum Episcopi æstimationem erit venia largienda.

..... Quod ita inter præclios viros pari consilio & ordinatione decretum est, vt si quis ex ipsis contra hanc ordinationem agendum esse præsumpserit, obnixus fuisse regulæ Ecclesiasticæ iudicetur: aduersus quem cæteris fratribus suis, quasi aduersus contemptorts licebit insurgere. hactenùs Andegauense Concilium Romam missum.

LV. De quo quantum ad Episcoporum, qui interfuerunt, nomina pertinet, egregiè idem Fronto depromsit ex primo Concilio Turonensi, quod post annos octo legitur celebratum sub Seuerini Consulatu; & quarumnam Ecclesiarum aliquot ex his Episcopi essent, inuenit, nimirum Victorium, siue Victurium fuisse Episcopum Cenomanensem, Leonem Bituricensem, Thalassium hic ordinatum Episcopum fuisse Andegauensem, qui idem Thalassius scriptus pariter habetur vnà cum dicto Victurio in Cœcilio Venetico: quâ ratione idem auctor iure optinatur non esse congregatum illud Concilium in Venetia Italiæ provincia, sed Venetensi ciuitate in Gallia Lugdunensi; cui & libentiùs assentimur, cùm sciamus & eiusdem Venetensis ciuitatis in Gallia Episcopum, Modestum nomine, cum alijs Gallicanis Episcopis sedisse in Concilio Aurelianensi sub Clodoueo. Habes hâc diligentiâ exploratum, lector, quo tempore fuerit dictum Veneticum Concilium celebratum, nullâ licèt Consulum notâ perspicuum: in quo quidem complura leges, quæ in celebrato hoc anno Concilio Andegauensi sunt statuta, paulòque tutiùs repetita. Obseruauit idem vir doctus & alia pleraque in eo notatu digna, sed hæc nobis modò ad historiam satis.

DE CONCILIO VENETICO.

IESV CHRISTI
Annus 454.

LEONIS PAP. Annus 15. VALENTIN. 30. MARCIANI 5. IMPP.

I. AETII CONSVLATVS ET OBITVS.

QVI sequens est annus Domini quadringentesimus quinquagesimus quartus, Studio & Aëtio Cõsulibus Fastis reperitur adscriptus: illum quidè Marcianus, hunc autem Valentinianus Romæ creauit. Sed funestè ipsi Aëtio accidit, vt ipsius Consulatus occisionis eius index sit positus temporis: nam de ipso hoc anno Marcellinus in Chronico sub eius Consulatu: *Aëtius* (inquit) *Patricius, magna Occidentalis Imperij salus, & Regi quondam Attilæ terror, à Valentiniano Imperatore cum Boëtio amico in Palatio trucidatur, atq; cum ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenùs valuit releuari.* hæc Marcellinus.

Quomodo autem id molitus sit Maximus Romanus Senator, Procopius ita narrat [a]: *Maximus erat quidam è Senatoribus, vnus ex stirpe illius Maximi tyranni, quem Theodosius Senior sustulerat, pro qua victoria Romani quolibet anno festum agunt: huic vxor formosissima, sicut & pudicissima fuerat: quâ Valentinianus amore captus cùm potiri cuperet, vsq; admodum ardua fuerat, rem iniquam excogitauit: Maximum igitur ad se in Palatium venire, quo cum talis colloquium, auro certo prapposito, annulum eius victor nactus est: hunc clàm ad vxorem misit viri nomine, vt quamprimùm signo perfecto, in Palatium salutatum Eudoxiam Imperatricem veniat. Illa subitò parat: quam certi, quibus res nota ac mandata erat, protinùs in aula excipientes, longè in Gynecon tridem duxerunt; vbi Valentinianus occurrens, vim ei intulit. Illa post hæc mœsta domum regressa, calamitatem fatum sibi suum fieri, verumq; magnopere detestari cœpit, vt qui occasionem huic rei dederit.*

a Procop. de bell. Vandal. lib. I.

III. QVID IN VALENTINIANVM MAXIMVS MOLITVS.

Maximus verò dolore ingenti perculsus, de insidijs contrà Imperatorem secum meditatur. Cumq; videret Aëtium tum maximum Ducem, qui paulò ante clarissimam victoriam de Attila, Massegetarum, Scytharumque exercitu armato contra Romanum Imperium retulerat, succurrit si ita agere, vt laudem omnem & merita gestorum amitteret, suspectumque illum redderet Imperatori. Hic considera & in mentem reuoca, lector, quomodo ijsdem insidijs Aëtius pereat, quibus ipse olim circumuenerat magnum Ducem Bonifacium, cuius occasione Wandali potiti sunt Africâ: vnde perspicies & diuinam in tarditate iudicij patientiam, & æquum in exhibitione vindictæ iudicium. Sed pergit Procopius: Tempus quoque commodum tunc visum, quòd longè abesset, quòd fides in copiosissimum Romanorum esset. Cum eunuchis agit, quorum custodiæ vti fidissimorum corpori suo curam Imperator tradiderat, vt persuaderent Aëtium nouis rebus studere. Imperator facilè credens, suspectamque illius habens virtutem, vt interficeretur, mandat. Fertur & proximum quendam ex Romanis interrogasse, an vsus foret Aëtij mors: illi autem respondisse, hoc ipse videret, bene an malè; se tantum scire, quòd sibi dexteram alter à manu incideret. hæc de Aëtij nece Procopius: quæ autem subdit de grassatione Attilæ in Italiam, ea ante Aëtij mortem accidisse, iam superiùs perspicuè demonstratum est. Quid verò sublato de medio Aëtio Maximus in Valentinianum molitus sit, suo loco dicendum anno sequenti. De Aëtij porrò nece est versus Sidonij Apollinaris in detestationem Valentiniani:

Aëtium Placidus mallauit semiuir amens.

VALENTINIANVS OCCIDIT AETIVM.

Manibus etiam ipsius Valentiniani Imperatoris necatum esse Aëtium, auctor [b] Miscellæ testatur. sed ita ante eum Cassiodorus [c]: *Aëtius Patricius in Palatio manu Valentiniani Imperatoris eximitur: Boëtius verò Præfectus Prætorio ab amicis eius circumstantibus interemptus.* At de Consulatu & nece Aëtij satis: iam reliquas anni huius res gestas prosequamur.

b Paul. Diac. l. 15. c Cassiod. in Chron. hoc anno.

IV. LEO SOLICITVS PRO VBIVS ALEXANDRINIS.

Sanctus Leo Romanus Pontifex, vt componeret res Orientalis Ecclesiæ omne adhibens studium, plures hoc anno ea de causa ad Marcianum Imperatorem literas dedit, ac primùm quidem sexto Idùs Martij [d], quibus laborantem magno discrimine commendat Ecclesiam Alexandrinam, itemque Proterium recens eius creatum Antistitem, cuius anno superiori sinceræ fidei professionis litteras accepisset. In his quidem curandis, primò, vnde morbus iste prodisset, docet, atq; mox præsentaneum remedium affert his verbis: *Quia verò quorundam hæreticorum versuta nequitia ad conturbandam aliorum simplicitatem epistolam meã, quam ad beatæ memoriæ Flauianum dedi, falsâ esse perhibetur, vt commutatis quibusdam verbis vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris asserat: Obsecro venerabilem clementiam vestram, vt eandem epistolam per fratrem meum Iulianum Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem iubeatis integrè diligenterq; translatam, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam Iudicibus Alexandrinis, qui eam clero & plebi ipsius ciuitatis cum prædictorum Episcoporum prædicationibus; qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari: vt agnoscant se fallacium hominum fraude vlteriùs decipi non debere, & probentur Apostolicæ sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius vllum obtinuerunt locum; quia sicut alios hæreticos, ita & istos damnauit.* hæc S. Leo.

d Leo Epist. 69.

S. LEONIS EPISTOLA AD HÆRETICOS FALSA.

Quænam autem fuerint, quas dicit prædicationes Episcoporum esse vnà cum epistola ad Flauianum Alexandrinis significandas, superiùs manifestârat, nempè laborâsse se ad conuincendos & reducendos Alexandrinos ad

V.

fidem Catholicam, vt quæcumque ipse scripsisset in dicta epistola ad Flauianum, ea cuncta probata testataque redderet assertionibus Alexandrinorum Episcopotum illorum, qui maiori apud eos gloriâ claruissent. nam ait: *Et ne memoratis noua inferre & propria dicta epistola videatur adstruere: venerabilium Patrum, qui ei Ecclesiæ profuerunt, scripta relegantur; & quid beatus Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales magistri de incarnatione Domini senserint, recognoscant.* & paulò pòst: *Sed nunc (vt dixi) hic docendi optimus modus est, vt paternorum sinsuum linea Alexandrina plebis & cleri auribus innotescat; ac si qui sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscum Apostolicis sensibus congruunt, acquiescant.* hæc sanctus Leo ex diuino plane deprompta Spiritu: Nam hoc vnum exhibitum Ecclesiæ Alexandrinæ remedium satis esse potest ad expurgandas hæresibus omnibus cunctas Ecclesias, prouocando nimirùm singulas ad illos doctores, qui in eis doctrinâ & sanctitate claruerunt, à quibus & Euangelium vel prædicatum ipsis, vel propagatum fuisse constat. Hæc quidem (vt diximus) sexto Idûs Maias Leo Pontifice ad Marcianum.

QVÆ RECTA FIDEI CATHOLICÆ PRÆCEPTIO.

SALVBRE REMEDIVM AD CONVINCENDAS OMNES HÆRESES.

VI. MARCIANVS RESCRIBIT ADVERSVS HÆRETICOS.

Paruit Marcianus Augustus Leoni Pontifici, atque ex eius sententia promulgauit edictum ad ipsos potissimùm Alexandrinos, quo iussit eos non recedere debere ab his, quæ à sacris OEcumenicis Cõciliis statuta fuissent, & quæ ipsis prædicata essent à sanctis ipsorum Episcopis Athanalio, Theophilo, atque Cyrillo. Quod autem in eo de S. Leonis epistola non meminit Imperator, inde fortasse accidit, quòd illa nondum esset Græco sermoni donata, vel ex prototypo emendata, quæ ad illos ab hæreticis cotrupta allata fuerat. Sed illud aduerte, in Codice Iustiniano depraua tam Consulibus eiusmodi recitari sanctionem: quippe cùm in eius inscriptione à Valentiniano & Marciano promulgata feratur, Coss. in fine ponuntur & dies, in quibus neuter illorum superstes erat. Quamobrem quoniam eadem sanctio concinnationem habere cognoscitur cum dicta epistola S. Leonis Papæ hoc anno data ad Marcianum Imperatorẽ sexto Idûs Martij; eamdem ipsam sub huius anni Consulibus Idibus Augusti (vt se habet) fuisse editam, iurè dici posse videtur: Quam quidem veluti affinem dictæ Leonis epistolæ hîc describere dignum putamus: sic enim se habet [a]:

Als. C. de Sanct.

VII. SANCTIO MARCIANI ADVERSVS HÆRETICOS.

Quicunque in hac sacra vrbe, vel Alexandrina, vel in omni Ægyptiaca diœcesi, diuersis, aliis prouinciis Eutychetis profanam pertinaciam sequuntur, & non ita credunt, vt trecenti decem & octo sancti Patres tradiderunt, Catholicam fidem in Nicæa ciuitate fundantes; centum quoque & quinquaginta alij venerabiles Episcopi, qui in alma vrbe Constantinopolitana postea conuenerunt; sicut & Athanasius & Theophilus & Cyrillus sanctæ recordationis Episcopi Alexandrinæ ciuitatis credebant, quæ scilicet Ephesina Synodus (in beatæ memoriæ Cyrillo profuit, in qua Nestorij error expulsus est) in vniuersis secuta est: quos & nuper venerabilis Chalcedonensis Synodus est secuta prioribus Conciliis sacerdotum innexis prorsus parte consentiens, nihil sublimens sanctosancto Symbolo, neque adijciens, sed Eutychetis dogmata funesta condemnans: sciant se esse hæreticos Apollinaristas. Apollinaris enim sacrilegæ mentis fuit, & Eutyches, & Dioscorus mente sacrilega sunt secuti. Ideoq; hi homines, qui Apollinarij, vel Eutychetis peruersitatem sequuntur, illis pœnis, quæ diuorum retrò Principum constitutionibus contra Apollinaristas, vel serenitatis nostræ postmodum sanctione contra Eutychianistas, vel hac ipsâ Augustissimâ lege contra eosdem decreta sunt, nouerint se esse plectendos.

VIII. POENÆ STATVTÆ ADVERSVS EVTYCHIANOS ET APOLLINARISTAS.

Idcirco Apollinaristas, hoc est, Eutychianistas (quibus etsi est in appellatione diuersitas, tamen est in hæresis peruersitate coniunctio, & dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium) siue in hac alma Vrbe, diuersis, prouincijs, siue in Alexandrina ciuitate, siue intra AEgyptiacas diœceses sint, & neque ita credunt, vt prædicti venerabiles Patres credebant, neque viro reuerendissimo Alexandrinæ vrbis Antistiti Proterio fidem Orthodoxam tenenti communicant; Episcopes, presbyteros, alios vero clericos creare & habere prohibemus. Scientibus tam his Eutychianistis, qui ausi fuerint cuiquam Episcopi, vel presbyteri, vel clerici nomen imponere, quàm his qui passi fuerint impositum sibi nomen sacerdotale retinere (nam exilio cum facultatum suarum amissione se habituros.

Vniuersi præterea Apollinaristæ, vel Eutychianistæ non ecclesias, non monasteria sibi constituant: parasynaxes & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neq; ad domum, vel possessionem cuiusquam, neque ad monasterium, vel quemcunq; alterum locum operaturis sicile funestissima congregentur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse domino volente constiterit: post rem in examine Iudicis approbatam, domum vel possessionem eius, in qua conuenerint, vel monasterium, eius cuitatis Orthodoxa Ecclesia in cuius territorio est, iubemus addici. Si verò ignorante domino, scientè verò eo, qui pensiones domûs exigit, vel actore, vel conductore prædij, parasynaxes & conuenticula interdicta collegerint: conductor, vel procurator, siue actor, vel quicunque eos in domum, vel possessionem, vel monasterium receperint, & passi fuerint illicitas parasynaxis, conuentus, celebrari; si vilis & abiecta sint conditionis, fustibus publicè & in pœnam suam & in alterum coerceantur exemplum: si honestæ verò sint personæ, decem libras auri mulctæ nomine Fisco nostro cogantur inferre. IX.

Nullum præterea Apollinaristam, vel Eutychianistam ad aliquam iubemus aspirare militiam: & si inuenti fuerint militare, cingulo soluto, honestorum hominum & Palatij communione priuentur: nec in aliqua, nec in qua nati sunt ciuitate, vel vico aut regione versentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati sunt; tam sacratissimo Comitatu, quàm omni per prouincias metropolitanâ ciuitate pellantur. Nulli insuper Eutychianistæ, vel Apollinaristæ, publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico disputandi, ac peruersitatem facinorosi dogmatis asserendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem Synodum liceat aliquid vel dictare, vel scribere atque emittere, aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. Quòd si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetuâ deportatione damnentur. Eos verò, qui discendi studio aduerint de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri, quæ Fisco nostro inferenda sunt, iubemus subire dispendium. Vltimo etiam supplicio coercentur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiusmodi charta ac libri, qui funestum Eutychetis scilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinorosa peruersitatis vestigia flammis combusta depereant. AEquum namque est, vt immanissima sacrilegia par pœna magnitudo percellat. Scientibus Moderatoribus prouinciarum, eorumq; apparitoribus. Descriptoribus etiam ciuitatum, quòd si ea, quæ lege huius religiosissimâ sanctione custodienda decreuimus, aut neglexerint, aut aliquâ permiserint temeritate violari; denarum librarum auri molitam Fisco nostro inferre cogentur, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt. Dat. Constantinopoli, Idibus Augusti, Constantio & Rufo Consulibus. X.

sed reddenda hæc ad huius anni Consules Studium & AElium. Quòd si non mutandos Consules quis pertinaciter asseueret: tunc necesse ipsi erit, vt titulum legis mutet, ac pro Valentiniano & Marciano restituat Maiorianum atque Leonem. Sed cùm hâc constitutione Imperator profiteatur se contra Eutychianos alias edidisse sanctiones, nihil est, quod ad Leonem post eum in Oriente regnantem, ipso primo sui imperij anno, qui dictis Consulibus consignatur, spectare possit. Porrò qui re verâ legem sanciuit Marcianus Augustus, idem in transgressuros eius animaduertisse reperitur: Etenim fautores Dioscori, qui turbas Alexandriæ excitarabant, ab Ecclesia pulsos, in exilium mitti præcepit, vt fidem faciunt literæ Orthodoxorum Ægyptiorum ad Leonem Imperatorem post necem Proterij [b] datæ, quæ suo loco recitabuntur. Modò ad Leonem Romanorum Pontificem redeamus.

RESTITVIT TEXTVM COD. IVSTINIAN.

b *Apud Euagr. l. 2. c. 5.*

Sequenti mense post datam epistolam ad Marcianum Imperatorem, decimoseptimo Kal. Maij ad eumdem de Anatolio Episcopo Constantinopolitano, cùm fatum, quo erectus erat, demisisse videretur, hæc scribit [c]: *Constantinopolitanus Episcopus ad omnem pietatis profectum præsentis clementiæ vestræ doceatur exemplo: Si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habebit in me sinceræ gratiæ animum; tantum vt quod verbis spondet, corde perficiat. Si verò qua Deo & pietati vestra displicere pertinaci intentione degerit: alibi manifestandus vestræ reuerentiæ, vtar cum omnibus, & pro omnibus vobis quoque ad nitentibus, aduersus superbientem librorum constantia: quem (quod sæpè dicendum est) nullem pro sancto actibus fraternâ charitate*

XI.

c *Leo Ep. 83.*

ANATOLII FACTVS REPREHENSVS.

complecti. hæc de Anatolio ad Imperatorem.

XII. MARCIANI SANCTIO CONTRA ANATOLIVM.

Persuasus igitur litteris Leonis Pontificis Marcianus Augustus, Anatolij repressit audaciam, nihilq; ipsum sibi voluit de sedis primatu ampliùs arrogare, sed iussit stare decretis sacrosancti Nicæni Concilij: quod studuit innotescere, publicâ sanctione hoc anno datâ sub dictis Consulibus Aëtio & Studio, quâ omnibus notum fecit, nihil penitùs innouandum de priuilegijs antiquitùs concessis Ecclesijs. Quinetiam omnia cassa reddidit, quæcunq; ex ambitione Anatolij contra antiquos canones Chalcedone præsumpta essent de primatu Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ. desideratur ipsa quidem integra sanctio, cuius tantùm fragmentum in Iustinianeo insertum est Codice. Puto enim, deditâ operâ eam esse decuttatam sanctionem de abrogando primatu sancitam, eò quòd ipse Iustinianus contrarium postea firmare voluit, cum sua sanctione [a] eidem primatum contulit. Sed reddamus hîc eiusdem sanctionis Marciani fragmentum illatum in Iustinianeum (vt dictum est) Codicem, istis verbis [b]:

a Iustin. Nou. 131. c. 2.

b l. 12. C. de sacrosanct. Eccles.

Impp. Valentinianus & Marcianus Augg. Palladio Præfecto Prætorio.

XIII. MARCIANI SANCTIO DE PRIVILEGIIS ECCLESIARVM.

Priuilegia, quæ generalibus constitutionibus vniuersis sacrosanctis Ecclesijs Orthodoxæ religionis retrò principes præstiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sanè pragmaticas sanctiones, quæ contra canones Ecclesiasticos interuentu gratiæ vel ambitionis elicitæ sunt, suo roborè & firmitate vacuatas esse præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam, vt pauperibus alimenta non desint: salaria etiam, quæ sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenùs ministrata sunt, inlemnis nunc quoq; inconcussa & à nullo prorsus imminuta præstari: liberalitatiq; huic promptissima perpetuam tribuimus firmitatem. Data Aëtio & Studio Conss. quam quidem legem vt dicamus à Marciano potiùs, quàm à Valentiniano sancitam, cùm vtriusque Imperatoris habeat nomina inscripta; Præfecti Palladij nomen, ad quem data est, Marciani esse necessariò fateri admonet: eterenim ipse Constantinopoli gerebat Præfecturam, vt ex Nouellis eiusdem Marciani Imperatoris apparet. Quæ autem de sua emendatione idem Anatolius ad S. Leonem hoc anno rescripserit, ex redditis ad eumdem ab ipso Pontifice litteris satis potest intelligi: nimirum recepisse in amicitiam, quem ab archidiaconatu deposuerat Aëtium, & promouisse Aëtium in illius gradum Andream Eutychianum in ordinem redegisse; item à cœptis destitisse, quibus primatum Ecclesiæ Constantinopolitanæ quæsierat. Sed quòd magni momenti res hæ sunt: quomodo commotus Magni Leonis rugitu, pertertefactusque ille paruerit, recolamus hîc de his ad eumdem Anatolium scripta in epistola verba, quæ sunt huiusmodi [c]:

c Leo Ep. 7.

XIV. OBTEMPERAT LEONI ANATOLIVS.

Quod ergo in Constantinopolitana Ecclesia quadam in officio clericorum correcta significas, vt & Aëtium presbyterum in gratiam tuam affectionemq; renocaueris, & Andream Archidiaconi actione submoueris: nobis placuisse rescribo, quia existimationem tuam (vt optabam) plurimum erigit & commendat. Et meritò post correctionem in obliuionem deduritur, quod reprehensionis obnoxium videbatur, cùm hæreticorum prouectione, & sanctæ memoriæ Flauiani iniuriâ grauaretur: quæ nunc simul ab omni offensione cum tuâ (vt volui) laude cesserunt; quia in ordinem suum quæ fuerant turbata redierunt. Andream sanè, quia rationabiliter Archidiacon est priuatus officio, & Euphratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani (vt compers) improbus extitit accusator, si professionibus plenissimè scriptis non minus Eutychianam hæresim, quàm Nestorianum execrabile dogma condemnant; quoniam venia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, vt sibi vendicium præstanda correctis, presbyteros consecrabis, vt sibi vendicium Catholicæ fidei sentiant profuisse; electo primicùs & probato, qui Archidiacoui officium posset implere, quem nulla vnquàm prædictarum impietatum fama respersit. Cæteri verò, quos parreatus inuoluerat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcent, suis ordinibus reformentur: hæ tantum ad officium primorum admissi, quos ab omni errore liberos esse constiterit. Vides ne, lector, S. Leonem suo arbitrio adeò longè posita moderari Constantinopolitanam Ecclesiam, perinde ac in Romanæ vrbis suburbijs esset constituta? Sed quod ad illam de primatu causam pertinet, ab ea insania resipuisse Anatolium laudat: redarguens tamen frigidam ab eo excusationem assertam, emendationem verò maximè probans, hæc ait:

XV. AFFICIT CVRAM PRO MATRE A NOTO LIVS.

Illam autem culpam, quam de augendæ potestate, alienâ (vt asseris) adhortatione contraxeras, efficacius atq; feruentius tua claritas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transtulisses: quia sicut in mala suasione delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi, frater carissime est, quod dilectio tua professetur sibi displicere, quod nec etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ. & attestatio Principis Christiani: nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiciatur penitùs inconcessi iuris, qui dissensionem fecerat appetitus, &c. Vides igitur frustrà nisum fexcentorum Episcoporum suffragijs Anatolium, dum vnus ei restitit Romanus Pontifex super omnes & in omnibus arbiter, & aduersus omnes legitimus legum Ecclesiasticarum vindex & custos, qui solus irritum reddat, quòd Concilium fexcentorum Patrum sententijs comprobasset.

XVI.

Ad hæc, misit per ijsdem ad Marcianum Imperatorem S. Leo litteris datis aduersus improbum Eutychetem fouentem adhuc in exilio hæresim illa conscripsit [d]: *Quia verò suggestiones meæ pro tranquillitate Catholicæ fidei libenter accepistis: significatum mihi fratris & Coëpiscopi mei Iulciani monone cognoscite, Eutychetem impium pro suis quidem meritis exulare; sed in ipso suæ damnationis loco multa aduersus integritatem Catholicam blasphemiarum dissertionis venena profundere; & quod in illo totus mundus horruit atq; damnauit impudentiâ maiore, vt innocentes decipere possit, enumerare. Plenum ita que rationis æstimo, vt vestra clementia ad longinquiora eum iubeat & secretiora transferri. Monasterio verò eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius monachi Euangelicâ Apostolicâq; doctrinâ crebrioribus sunt & plenius roborandi: salubriter (vt arbitror) fiet, si is, qui ipsi monasterio præpositus esse dicitur, à societate venerabilis vestræ Iuliani Episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat, cuius assiduâ visitatione profectus secutorum Deo illic habitantium possit augeri:* hæc S. Leo. Quid verò post hæc factum sit de Eutychete, ignoratur.

d Leo Ep. 59. DE EVTYCH LONGIVS IN EXILIVM PELLENDO.

XVII.

Quod autem pertinet ad res Palæstinas: Iuuenalis Episcopus, quem anno superiori reuersum diximus in suam Ecclesiam, pacificè agès, hoc anno legatos misit ad S. Leonem Romanum Pontificem, simulque dono dedit particulam ligni sanctissimæ Christi Crucis: Accepit illud gratoanimo ipse Leo; sed referibens noluit prætermittere dignam, quam ob res præteritas perperàm gestas obiurgationem ille commeruisset: ad ipsum igitur hoc anno, dictis consulibus, scribens, hæc habet ipso exordio epistolæ [e]:

e Leo Ep. 72.

XVIII. LEO REDARGVIT IVVENALEM EPISCOPVM.

Acceptis dilectionis tuæ litteris, quas ad me filij nostri Andreas presbyter & Petrus diaconus detulerunt, gratulatus quidem sum, quòd recordationem omnibus, quæ te per quosdam excessus laborare cecerunt, dolus aduersitatum tuarum tenuerit ipsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæretico constantiam perdidisse, qui existimant non esse tibi liberum, vt eos auderes reprehendere, quos tibi professus fuisti in suo errore placuisse. Beata enim memoriæ Flauiani condemnatio, & impiissimi Eutychetis receptio, quid nisi Domini nostri Iesu Christi secundùm carnem negatio fuit: & paulò pòst: *Vndequita in tempore indulgentia resipiscentiam magis, quam pertinaciam delegisti: ita gaudeo te cœlestem recepisse medicinam, vt fides ab hæreticis impugnata tandem posset esse defensor. Quamuis enim nullis sacerdotum liceat nescire, quod prædicat, quoniam qui ignorat, ignorabitur: inexcusabilior tamen est omnibus imperitus qui libet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam veritatem Euangelij non solùm paginarum vsquiq; sed ipsorum locorum testimonijs eruditur,* &c. pluribus verò docet & monet pro fide sincera strenuè agere, & ad postremum de misso sanctæ Crucis ligno gratias agit.

XIX.

His itaque Leonis Papæ litteris ceu flagris excitatus Iuuenalis Episcopus, in Palæstina prouinciale Concilium collegit, in quo ad expurgandam ab hæresi totam prouinciam illam, omnibus fidem Catholicam seruandam proposuit,

posuit. Extat adhuc Synodalis eiusdem Concilij epistola scripta ad Archimandritas & monachos eiusdem prouinciæ Palæstinæ: est eius exordium: *Cùm summus & primus Apostolorum Princeps dixisset: Tu es Christus*, &c. habetur [a] inter epistolas virorum illustrium scriptas pro Concilio Chalcedonensi. Portò in litterarum subscriptione primo loco positus legitur ipse Iuuenalis Hierosolymorum Episcopus, secundo verò loco Irenæus Episcopus Cæsarienſis Ecclesiæ, quæ ex decreto Nicæni Concilij constituta fuit totius Palæstinæ metropolis, aduersus quod ipse sibi Iuuenalis arrogauerat primatum: cuius rei causâ idem S. Leo eidem magnoperè restitit, cùm hæc accepisset à Maximo Episcopo Antiocheno, ad quem de eodem talia sibi arrogante Iuuenale ista respondit [b]:

a Extat tom. 2. Conc. nouæ edit.

IVVENALIS ARROGAT PRIVILEGIA ECCLES CÆSARIENSI.

b Leo Epist. 62.

XX. LEO PAP. IRRITAT QVÆ IVVENALIS VSVRPARAT.

Subrependi occasiones non pratermittit ambitio; & quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta est sacerdotum, difficile est, vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere: sicut etiam in Ephesina Synodo, qua impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuuenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ prouincie principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commenticia scripta firmare: Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus meritò exhorrescens, scriptis suis mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicauit, & solicitâ prece multum popoſcit, vt nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Nam cuius epistola ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam, nos authenticam noscentis reperisse. Hoc autem proprium definitionis meæ est, vt quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorumdam subreptionem decernat, quod illu trecentorum decem & octo Patrum constitutionibus inueniatur aduersum, id iustitiæ consideratione cassetur: quoniam vnitas se pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur. hæc Leo.

XXI. IVVENALIS EPISCOPVS QVALIS.

Vides igitur in Iuuenale nihil optimo dignum Episcopo reperiri, & secundum parœmiam illam, In bello ceruum, i. e. pace se præstitisse leonem: qui malis artibus, mentitisq; scriptis contra Nicænum Concilium inuadens iura primatûs; licèt Cyrillus primò eidem (vt dictum est) restitisset in Concilio Ephesino, ac S. Leo penitùs cassum reddidisset quicquid ab eo vsurpatum esset; adhuc tamen non erubuit in dicta Synodo ante Cæsarienſem totius Palæstinæ Primatem locum sibi principem vendicare, qui (vt Leo redarguit) nec inter Episcopos inferiores ob violatam fidem pacemque Catholicam locum habere dignus erat; sed bono pacis, indulgentiâ Romani Pontificis factum esset, vt post lapsum sederet Episcopos. Quòd autem sanctus Leo dicat, ea de re tempore Concilij Ephesini Cyrillum Episcopum Alexandrinum ad se scripsisse; puto intelligendum, vel ad se, hoc est, ad Romanum tunc existentem Pontificem, vel (quod magis placet) quòd eo tempore esset ipse Leo Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, & eiusdem Ecclesiæ negotia pertractaret. Sed de Iuuenale hactenùs.

XXII. CLADES VNDIQVE SICILIÆ.

Hoc ipso anno Wandali, qui Africam occupabant, pyraticam exercentes, Siciliam insulam deprædati sunt. Id cùm alij complures scribant, est de his querela Paschasini Episcopi Lilibæi in Sicilia in epistola hoc anno (vt diximus) ad sanctum Leonem scripta, qui eum litteris fuerat consolatus; in cuius exordio hæc de his habet [c]: *Apostolatûs vestri scripta, diacono Panormitanæ Ecclesiæ Silano deferente, percepi; quæ nuditati meæ atque ærumnis, quas amarissimâ captiuitate faciente incurri, solatium in omnibus atque remedium attulerunt, cæsti roris animum recreantes, atque omne, quod triste fuerat abstergentes.* Ado Viennensis de his agens in Chronico, hæc de eadem clade ex eodem auctore: *Vvandali Carthagine captâ, Siciliam quoque deleuerunt: cuius captiuitatis Paschasinus Lilibetanus Antistes in epistola, quam de ratione Paschatis Papæ Leoni scripsit, meminit.* hæc ipse, licèt captiuitati Carthaginensi malè coniungat Siciliæ insulæ cladē, cùm ante annos quindecim illa contigerit. Sed & ex eadem Paschasini epistola corrigendus est Victor, dum tradit hæc post Valentiniani Augusti obitum facta esse, qui contigit anno sequenti: nam ait: *Post eius mortem Genserico totius Africæ ambitum obtinuit, necnon & insulas maximas Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Elusam, Maioricam, Minoricam, & alias multas, & superbiâ sibi consuetâ defendit.* hæc Victor, qui (vt dictum est) Paschasini testificatione corrigitur: Sed excusari potest, dicique diuersam fuisse huius anni per Genserico factam pyraticam grassationem, ab illa inuasione, cùm post Valentiniani obitum omnibus illis potitus est insulis, & sub tributo redegit.

c Apud S. Leonem post Epist. 63.

Hoc eodem anno, Aëtio adhuc viuente: *Attila* (inquit Marcellinus) *Aëtij hortatu noctu mulieris manu cultro confoditur. Quidam verò sanguinis reiectione cum necatum perhibent.* hæc sub anni huius Consulibus Marcellinus, Cassiodorus autem sub anni superioris Cōsulatu. Portò fœminam hanc recens amatam ab Attila, cùm Hildiconem plures nominent, Micholtam alij; Paulus Diaconus in sua historia rerum Romanorum, quam appendicē posuit ad Eutropium, Indicto eam appellat, nisi sit mendum in codice, cum de Honoria sorore Valentiniani Augusti, filia scilicet Gallæ Placidiæ, eiusmodi etiam texit historiam, vbi agit de Attilę interitu: *Igitur Attila tali modo à sua sauitia repressus, relictâ Italiâ, Pannonias repetit. Ad quem Honoria Valentiniani Principis germana, dum à fratre ob decus pudicitiæ districtè seruaretur, suum eunuchum dirigit, quatenus eam sibi à fratre in matrimonium exoraret. Accepto itaq; hoc Attila nuncio, qui iam Italiæ fines excesserat: nec tamen satiato exercitu regredi poterat: mandat Valentiniano Imp. minitans peiora se proximè illaturum Italiæ, nisi mox ei suam germanam cum parte regni debitâ transmisisset. Quireuersus ad proprias sedes, supra plures, quas habebat vxores, puellam valdè decoram, Indicto* nomine, sibi in matrimonium iunxit. *Ob cuius nuptias profusa conuiuia exercens, dum tantum vini, quantū nunquam ante insimul hibisset: cùm supinus quiescret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatus & extinctus est. Eâdem demq; apud Constantinopolim nocte, Marciano Imp. in somnis Dominus apparens, arcum Attilæ fractum ostendit.* Hæc Paulus.

XXIII. DE INTERITV ATTILÆ.

* Illico vel Iasico

Portò quod ad Honoriam spectat, quod vnicum Romæ aureum numisma reperitur, illud ipsum hîc ubi reddendum curauimus, sic enim se habet [d]:

XXIV.

d Helvetius suo more Latine Pesquieuse dum.



Quod hactenùs ignoratum fuit, habes hîc nominatam Honoriam, Augustam, licèt nulla sit mentio, apud Latinos vel Græcos scriptores de eo nomine & dignitate ipsi collata, quam reuera consequutam esse, ex eo etiam intelligi potest, quod Attila cùm ipsam sibi dari petijt in vxorem, partem quoque Imperij ipsi debitam (vt superiùs dictum est) sibi ab eius fratre Imperatore tribui æquè postulauit. ex quo ipsam eiusdem Imperij cum fratre fuisse consortem intelligi potest.

XXVII.

XXVIII.

XXIX. IVSTVERVS ECCLESIÆ NORICO-RVM VALERIANI DE PROPICTVS.

Ab Attilæ obitu contexuit Eugipius Abbas suam historiam, quâ prosecutus est res gestas S. Seuerini Norici Apostoli nominati, ita exordiens [e]: *Tempore, quo Attila Rex Hunnorum defunctus est, in vtraque Pannonia cæterug, confinijs Danubij res tumultantur ambiguæ: ac primò inter filios eius de obtinendo regno magna sunt exorta certamina: qui morbo iniqua dominationis inflati, materiam sui sceleris accepere patris interitum. Quibus dictis sanctissimus Dei famulus Seuerinus de partibus Orientis in Pannoniam veniens, morabatur in oppido, quod Castru* dicitur, vbi secundùm Euangelicam & Apostolicam doctrinam omni pietate præditus in confessione Catholicæ fidei venerabile propositum sanctis operibus adimplebat.

XXV.

e Apud Sur. die 8. Ian.

* Astutis

Atque quod audis, de partibus Orientis aduenisse ad Noricos Seuerinum; haud tamen prætes eum hominem fuisse Orientalem; sed Latinum potiùs, ex eiusdem Vitæ scriptore Eugipio ipsius discipulo intelligi potest. Cùm alioqui patriam atque genus suum, inanis gloriæ vitandæ gratiâ, celare voluerit, vt idē auctor in epistola ad Paschasium

XXVI.

S. SEVERINVS NORICORVM HVMANITAS.

sium diaconum data testatur his verbis: *Cùm multi igitur sacerdotes & spirituales viri, necnon & laici nobiles atque religiosi, vel indigenæ, vel de longinquis ad eum regionibus confluentes sæpiùs hæsitarent, inter se quærentes, cuius nationis esset vir, quem tantis cernerent fulgere virtutibus; nec vllus ab eo penitùs audere-*
pro *tur inquirere: tandem Primenius quidam presbyter Italiæ nobilis, & totius auctoritatis vir, qui ad eum confugerat, tempore, quo Patricius Oreſtes iniquè peremptus est, interfectores eius metuens, eò quòd interfecti velut pater fuisse diceretur: Posì multos itaque familiaritatis adeptæ dies, erupit quasi pro* "*omnibus, & rata scisci-*
tatus est, dicens: Domine sanctæ de qua provincia Deus huc regionibus tale lumen donare dignatus est? Cui vir Dei facetâ primùm hilaritate respondit: Si fugitivum putas, para tibi pretium, quod pro me ipsis, cùm fuero requisitus, offerre. His talia senior mox subijciens: Quid prodest (inquit) seruo Dei significatio loci vel generis sui, cùm possit id tacendo facilius vitare taciturnitas, vtpotè finistram, quâ nesciente cupit omne opus bonum, Christo donante, perficere, quò mercatur dexteris socius fieri. & superna patria civis adscribi: quam si me indignum veraciter desiderare cognoscis, quid te necesse est terrenam cognoscere, quam requiris? Verumtamen scito, quia Deus, qui te sacerdotem fieri præstitit, ipse me quoque periclitantibus his hominibus interesse præcepit. Talis memoratus presbyter responsione conticuit, nec quicquam antè vel postà beatum virum super hac parte perunctari præsumpsit. loquela tamen ipsius manifestabat hominem omnino Latinum; quem constat ad quandam Orientis solitudinem feruore perfectionis vitæ fuisse profectum, atque deinde post ad Norici Ripensis oppida Pannoniæ Superioris vicina, qua barbarorum crebris prædebantur incursionibus, diuinâ compulsus revelatione, venisse; sicut ipse clauso sermone tamquam de alio aliquo referre solitus erat, nonnullas Orientis vrbes nominans, & itineris immensa pericula se mirabiliter transisse significans. hæc Eugipius in epistola ad Paschasium præfixa ipsius Seuerini Vitæ, quæ desideratur in ea, quam edidit Surius, sicut & pleraque alia: habemus autem ipsam integram in nostra bibliotheca, eamque claudit eiusdem Paschasij diaconi epistola ad eundem Eugipium reddita, de qua infrà.

XXVII. Quod autem ad ipsius Seuerini genus pertinet: fuisse illud sanè clarissimum, quod ob humanam vitandam laudem silentio obuolutum reliquit, vnusquisque facilè poterit opinari: quam minimè timuisset, si humili loco, obscuraque se ortum prosapiâ dicere potuisset. Seuerinos quidem Romæ inter Senatores claros eluxisse, Fastisq; sæpè dedisse nomina Consulum, ipsæ Cõsulares tabulæ docent.

XXVIII Quòd igitur qui perfectionis vitæ studio (vt idem ait Eugipius) profectus erat in Orientem, inde recesserit, causam illam planè patere vides, quòd his temporibus, tum in Ægypto primaria sanctissimorum monachorum sede, tum Palæstina, vniuersaq; Syria dirè vexati concussiq; essent Orthodoxi motibus Eutychianorum monachorum; quos, vt vitaret Seuerinus, profectionem parans, Dei (vt audisti) monitu, ad Noricos Ripenses, vt illis præsto esset in opportunitatibus, proficiscitur.

XXIX. SEVERINVS ECCLESIÆ NORICORVM VALDE PROFICVVS. Magno sanè Dei beneficio factum est, vt Ecclesia illa olim nobilis sanctorum martyrum multiplicibus aucta coronis, frequentibus tamen barbarorum incursionibus valdè depressa, aduentu Seuerini consurgeret, fidesque tepescens denuò miraculis incalesceret. Sed quibus signis idem continuò innotuerit, hæc accipe ab eodem Eugipio enarrata: *Dum* (inquit) *talibus exercitijs roboratus palmam supernæ vocationis innocuè sequeretur, quâdam die ad ecclesiam processit ex more. Tunc presbyteris, clero, vel ciuibus requisitis, cepit totâ mentis humilitate prædicere, vt hostium infidas imminentes orationibus & ieiunijs ac misericordiæ fructibus inhiberent. Sed animi contumaces, ac desiderijs carnalibus inclinati, talia prædicentis oracula, infidelitatis suæ discrimine probauerunt. Famulus autem Dei reuersus ad hospitium, quo ab Ecclesia fuerat custode susceptus, diem & horam imminentis excidij prodens: De contumacij, ait, oppido & citiùs perituro festinus abscedo. Inde ad proximum, quod Comagenis appellatur, oppidum declinauit: hoc barbarorum intrinsecùs consistentium, qui cum Romanis fœdus inierant, custodiâ seruabatur arctissimâ; nulliusque ingrediendi vel egredienti facilis licentia præstabatur: à quibus tamen famulus Dei, cùm esset ignotus, nec interrogatus est, nec repulsus.*

Itaque mox ingressus Ecclesiam, cunctos de salute propria desperantes, tertio & orationibus atque eleemosynis hortabatur armaris, proponens antiquæ salutis exempla, quibus diuina protectio populum suum contra oppressionem omnium mirabiliter liberâsset. Cumque salutem omnium in ipso discriminis articulo promittenti credere dubitarent: senex, qui diuturni Casturis " *tanti hospitis susceptor extiterat, venit, atque à portarum custodibus solicitè interrogatione discussus, interitum sui oppidi habitu verboq; monstrauit; adijciens, eâdem die, quâ quidam homo Dei prædixerat, barbarorum vastitate deletum. Quo audito, solliciti responderunt: Putas ne ipse est, qui desperatis rebus, Dei nobis subsidium pollicetur? Mox igitur in Ecclesia recognito Dei famulo senex pedibus eius prostratus, aiebat ipsius se meritis liberatum, ne cùm cæteris oppidanis subiret excidium.*

XXX. PŒNITENTIÆ DOCET IRAM DEI AVERTENDAM. * Asturis

His auditis, habitatores oppidi memorati incredulitatis veniam postulantes, monitis viri Dei sanctis operibus paruerunt: ieiunioque dediti, in Ecclesia per triduum congregati, errata præterita castigabant gemitibus & lamentis. Die autem tertio, cùm sacrificij vespertini solemnitas impleretur, facto subitò terræmotu, ita sunt barbari intrinsecùs habitantes exterriti, vt portas sibi Romanos coegerint aperire, celeriter exeuntes. Igitur concitis diffugerunt, existimantes se vicinorum hostium obsidione vallatos: auctoque terrore diuinitùs, errore confusi, mutuis se gladijs conciderunt. Tali ergo aduersarijs interneccione consumptis, diuino plebis seruatæ præsidio, per tantum virum armis didicit pugnare cælestibus. sic igitur à domesticis primum atque ab externis liberati sunt hostibus, qui San. Seuerini monitis paruêre. Complura auctor subdit, quæ post hæc sunt subsecuta: sed hæc modò satis de virtutibus Seuerini, cui patentes Norici, filiorum Attilæ euasêre furorem. Hæc ego considerans, proximamque cladem à Turcis illatam eisdem populis lugens, ad eos planè clamare compellor illud Machabæi [a]: *Memores estote, quomodò salui facti sunt patres vestri.* [a] 1. Machab. 4. Si hæc tanta sunt vobis parta à Catholico & Apostolico vito Romanæ Ecclesiæ communicatione coniunctis; quæ vobis reliqua spes salutis, cùm pro vobis hostes Catholicæ fidei & Romanæ Ecclesiæ perduelles hæretici contra aduersarios pugnant? Ad illud ingerendum Ioëlis vociferantis [b]: *Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum cum dulcedine, quæ perijt de ore vestro: Gens enim ascendit super vos fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis, & molares vt catuli leonis.* Interpellare iterum precibus, qui vos liberet, Seuerinum; & Deum colite sicut ille. At de his hactenùs. [b] Ioel. 1.

Hoc item anno, qui obitum Valentiniani præcessit, magnâ penuriâ laborâsse complures Orientis provincias, & diuino auxilio subleuatas esse, Evagrius & alij tradunt. Porrò rem gestam ipse narrat his verbis [c]: *Eisdem temporibus tanta fuit imbrium paucitas in vtraque Phrygia, Galatia, Cappadocia, & Cilicia, vt homines rerum necessariarum penuriâ coacti, alimentum pestiferum & exitiale caperent: vnde etiam pestis nata est, & ob victus mutationem ægrotare cœperunt; & corporibus intumescentibus propter nigrorem inflammationem lumina amiserunt; ac tussi simul affligati, tertio die migrarunt è vitâ. Cui quidem pesti quamquam nullum potuit omnino remedium inueniri; fames tamen ijs, quibus vita suppetebat, per salutarem Dei omnium moderatoris prouidentiam leuata est. Quippe anno illo sterili & effœto alimentum ex aëre non aliter ac manna olim Israëlitis delapsum dicitur, & insequenti anno fructus maturos terra sua sponte produxisse. At non modò hæc mala per Palæstinam grassabantur, verum etiam aliæ graues calamitates per alias multas & propè infinitas regiones perrepabant.* hæc ipse, qui mox subdit de nece Acij, de qua nos huius anni exordio. Occidentales quoque & Boreales oras penuriâ afflictatas deplorat Gelasius in Andromachum scribens. Sed eluxit eiusmodi famis occasione Noricorum Apostoli Seuerini sanctitas. nam audi, quid de ipso scribat Eugipius: [c] Evagr. lib. 2. c. 6. INGENS PENVRIA VEXAT ORBEM.

XXXI. BARBARI SEIPSOS TRVCIDANT.

XXXII.

XXXIII. *Eodem tempore ciuitatem nomine Fabianas* (quam eam tradunt esse ciuitatem, quæ Vienna Austriæ appellatur) *sæua*

VIENNENSIVS FAME LABORANTIBVS SEVERINVS VC CVRRIT.

fames oppresserat: cuius habitatores vnicum sibi remedium adferre crediderunt. si ex supradicto oppido Comagenis hominem Dei religiosis precibus inuitarent. Quos ille ad se venire præsciens, à Domino, vt cum eis pergeret, commonetur. Quò cum veniret, cœpit ciuibus suadere dicens: Pœnitentia fructibus poteritis a tanta famis pernicie liberari. Qui cùm talibus proficerent institutis: beatissimus Severinus diuinâ reuelatione cognouit, quamdam viduam nomine Proculam fruges plurimas occultasse. Quam productam in medium arguit vehementer: Cur (inquit) nobilissimis ortam natalibus, cupiditatis te prabes ancillam, & extra auaritiæ mancipium, quæ est (dicente Apostolo) seruitus idolorum? Ecce Dominus famulis suis misericordiâ consulente, tu quid de malè partis facias, non habebas, nisi fortè frumenta, luce negata, in Danubij fluenta projicias, humanitatem piscibus exhibeas, quam hominibus denegâsti: quamobrem subueni tibi potiùs, quàm pauperibus ex his, quæ adhuc te existimas, Christo esuriente, reseruare.

XXXIV

*Quibus auditis, magno mulier pauore perterrita, cœpit seruata libenter erogare pauperibus. Igitur non multò post rates plurimæ de partibus Rætiarum mercibus onustæ quamplurimum insperatè videntur in littore Danubij, quæ multis diebus craſsâ fluminis glacie fuerant conclusæ: * quâ Dei imperio mox resolutâ, ciborum copias laborantibus detulerunt. Tunc cœperunt omnes Deum insperati remedij largitorem continuatâ deuotione laudare, qui de tabe diuturnæ famis interire crediderant, fatentes euidentius rates extra tempus glaciali resolutas frigore seruis Dei precibus aduenisse.* Atque penuria satis, rebusque hoc anno gestis, hîc finis esto.

* colligatæ

IESV CHRISTI
Annus 455.

LEONIS PAP. Annus 16. MARCIANI 6. MAXIMI IMPP.

I. ANNVS VLTIONIS.

AGE iam annum vltionis aggrediamur, qui quadringentesimus quinquagesimusquintus ordine currit funesto Consulatu Valentiniani octauo, Anthemiúsque collegæ: quo ipse Valentinianus Augustus obtruncatur, sed & qui tyrannicè inuasit Imperium occiditur Maximus, atque in Vrbem ab Eudoxia aduocantur ex Africa Wandali: hæc quidem ab ijs ex iniurijs acceptis sibi inuicem vltionem patantibus, vlciscente simul infenso numine peccata populi, sunt perpetrata: vt meritò *Vltionis annus* hic sit nominandus.

II.

Destituitur diuino penitùs patrocinio Imperator (vt vidimus) simulac intra perturbat Ecclesiæ; cuius præsidio, cùm anteà de religione benè mereri satageret, ad triginta fermè annos inter varia oborta rerum discrimina vitam incolumis propagârat: finitur verò in scelus se præcipitem ferre, cùm incantamentis & magijs (vt inquit Procopius [a]) operam dedit, hisce artibus matronarum castitatem expugnaturus: cum & aggressus est illud nefas, vnde sibi ipse parauit interfectores, ad quos perdendos barbari ex Africa vocarentur in Vrbem: quæ ab immittenti super ceruicem Hunnorum gladio iam semel diuino beneficio liberata, non gratiarum actionem, sed peccata ingrata rependit, cùm (vt testificatione Sancti Leonis Papæ diximus) Gentiles illud insigne Dei munus adscriberent faro, Christiani verò Circenibus dediti & voluptatibus præpediti ad Ecclesiam accederent infrequentes. In memoriam reuocanda est concio illa Leonis, quâ de acceptis à Deo beneficijs ex insperata salute liberatum populum ingratum arguit: cùm ipse ista procul intuens atque prævidens exclamauit: *Magnum (inquiens [b]) periculum est, esse homines ingratos Deo, & per oblivionem beneficiorum eius nec de correctione compungi, nec de remissione lætari. Vereor igitur, dilectissimi ne vox illa Prophetica tales increpâsse videatur, qua dicit [c]: Flagellauit eos, & non doluerunt: castigauit eos, & noluerunt accipere disciplinam*, &c. Sed singulorum funera prosequamur.

[a] Procop. de bello VVandal. lib. 1.

[b] Leo ser. in octauam Apost.

[c] Hiere. 5.

III.

Hic igitur anno, decimosexto Kalendas Aprilis, Valentinianus Imperator occiditur in Campo Martio (ait Cassiodorus [d]) ab amicis Aëtij, dolo Maximi (subdit Marcellinus [e]) per Ostilam & Transtilam Aëtij satellites, iam percusso Heraclio spadone. De his item Euagrius [f] & alij. Tenuit Valentinianus Imperium annos triginta minùs mensibus septem & diebus sex.

VALENTINIANVS OCCIDITVR.

[d] Cassiod. in Chron.

[e] Marcell. in Chron.

[f] Euagr. lib. 2. c. 7.

IV.

Sed ne ignominiosè omnino Valentinianus sepelitur; quod reliquit posteris pietatis monumentum, hîc perspicuum: unctis eius affigamus sepulchro. Agens Hadrianæ Papa in epistola ad Carolum Magnum de cultu sacrarum imaginum, cùm quæ essent in Vrbe nobiliores recenset, hæc subdit: *Sed & per rogatum eius* (nempè Sixti Papæ) *Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Saluatore gemmis pretiosis ornatam, quam vota gratia super Confessionem B. Petri Apostoli posuit, & à tunc vsque hactenus apud nos ab omnibus Fidelibus venerantur.* hæc Hadrianus. Ex quibus & illud obseruatione dignissimum æquè intelligere potes, Wandalos hoc anno ingressos in Vrbem, pretiosa quæque prædantes, abstinuisse tamen ab Ecclesiæ S. Petri ornamentis: Quomodò rogo, ad Hadriani Papæ tempora aureum illud monumentum intextum gemmis super Confessionem Petri Apostoli immobiliter inhærens integrum perdurâsset, nisi manus Wandalica religionis intuitu pepercisset? Sed cœptam iam prosequamur historiam.

V. MAXIMVS IMP.

Occiso Valentiniano, Maximus horum omnium architectus, nullo obice, inuadit, sibique sumit Imperium; de quo ista Procopius [g]: *Interea Roma Maximus, Imperatore nullo negotio interfecto, tyrannidem capit. Eudoxiâ postea potitur, eamque sibi coniugem iungit, cùm fortè anteà prima vxor decessisset.* Sidonius de Maximo agens, tradit ipsum mox creasse Magistrum militum, Auitum, virum quidem insignem, & nobilibus præfecturis clarum. Tanto autem Duce Maximus meditabatur Romanum Imperium in pristinum vindicare: nam de eo agente in Gallijs ista Sidonius:

[g] Procop. de bello VVandal. lib. 1.

AVITVS MAGISTER MILITVM CREATVS.

——*sed perdita cernens*
Terrarum spatia Princeps iam Maximus, vnum
Quod fuit in rebus peditum, equitumque, Magistrum
Te sibi, Auite, legit. ita ipse de electo à Maximo Duce Auito peritiâ militari Aëtio quidem impari, sed probitate maiore. Agebat tunc in Gallijs Auitus Præfectum Prætorij, quem magistratum summa cum laude pluribus annis administrauerat: cùm & iniunxit eidem Maximus legationem ad barbarorum Reges, ad fœdera cum illis paciscenda; nam ipse apud Sidonium hæc ad illos pro concione fertur orâsse:

FOEDVS CVM BARBARIS.

Sed dum me nostri Princeps modò Maximus Orbis
Ignarum, absentem procerum post mille repulsas
Allituo posit iura vocat, voluitque sonoris
Præconem mutare tubæ: promptissimus istud
Arripui officium vos quo legatus adirem.
Fœdera prisca reuor, &c. dedere illi dexteram, spesque magna meliorum illuxit temporum, si licuisset.

VI. EVDOXIA PRODITIO.

Verùm foris cautus, intùs socors Maximus, citò nimis Eudoxiæ credens, se ipsum perdidit & Imperium. Subdit enim Procopius: *Eius tandem amore, dum vnà dormirent, fassus est, se virum interfecisse. Quare illa exacerbata, prius animo de vltione viri cogitans multò magis ob eius verba & animum impudicum detectum ad vindicandum facinus est incensa. Vbi igitur illuxit, Carthaginem mittit rogatum Genserichum, vt viri necem ab impio tyranno vltus velit, ipsam verò indigna ab eodem pati, Imperium occupatum, omnia perditum iri. Adiit quoque pro officio illud facturum, si afflictis auxilium ferat, cùm in amicitia societateque Valentiniani esset; è Constantinopoli nullam esse spem, Theodosio iam extincto, & Marciano imperante. Genserici igitur auaritiâ in primis permotus, spe quoque opum maximè consequendarum, ingenti classe in Italiam adnauigans, Romam nullo aduersante, facilè ingreditur. Maximum cuestigiò Romani fugientem insectati, lapidibus obruunt, membratimque discerpunt.* hic finis Maximi, cùm menses tantùm duos & dies aliquot imperâsset. De quo quidem hîc Sidonij Apollinaris egregiè philosophantis describamus epistolam, quam ad Serranum, qui eum laudauerat, reddidit verbis istis [h]:

MAXIMVS IMP. VCCIDITVR.

[h] Sidon. lib. 2. Epist. 13.

VII. SIDONII EPISTOLA DE STATV MAXIMI.

Epistolam tuam nobis Marcellinus Rogatus exhibuit, homo pe-
ritus, vir q, amicorum: qua primoribus verbis salutatione libatâ,
reliquo sui tractatu, qui quidem grandis est, patroni tui Petronij
Maximi Imperatoris laudes habebat: quem tamen tu pertinacius,
aut amabilius, quàm rectius, verius q, felicissimum appellas: pro-
pter hoc quippe, cùm per amplissimos fascium titulos fuerit cuctus
vsq, ad Imperium. Sed sententiæ tali num quam ego assentior, vt for-
tunatos putem, qui Reipublicæ precipitibus ac lubricis culminibus
insistunt. Nam dici nequit, quantum per horas ferain hac vita mi-
seriarum vita felicium illorum (si tamen sic sunt pronunciandi, qui
sibi nomen vt Sylla præsumunt) nimirum qui supergressi insaq,
commune, summam beatitudinem existimant summam potestatē,
hoc ipso satis miseriores, quòd parum intelligant inquietissimo se
subiacere famulatui: Nam sicut hominibus Reges; ita Regibus do-
minandi desideria dominantur.

VIII. QVANDO MAXIMVS FELIX.

Hic si omittamus antecedentium Principum casus, vel secuto-
rum, solus iste peculiaris tuus Maximus maximo nobis documento
potuit esse: qui quamquam in aricem Prætorianam, Patriciam, Con-
sularemq, intrepidus ascenderat; eosq, quos gesserat magistratus, ceu
recurrentibus orbitis, inexpletus intrauerat: cùm tamen venit o-
mnibus viribus ad Principalu apicis abruptum, quamdam potestā-
tis immensæ vertiginem sub corona patiebatur, nec sustinebat do-
minus esse, qui non sustinuerat esse sub domino. Denique requiren-
supradicto (Maximo scilicèt) vita priùs gratiam, potentiam,
diuturnitatemq, neq, diuerso principatûs paulò amplius quàm bi-
mestris originem, turbinem, finem: profectò inuenies hominem bea-
tiorem priùs fuisse, quàm beatissimus æstimaretur.

IX. *Limitibus* SE INSTITICEM MAXIMVS NOVIT CVM IMPERIVM SVMPSIT. *texit*

Igitur ille, cuius anterius epistolæ, mores, pecunia, fasces pompa,
litteræ, patrimonia & patrocinia florebant; cuius ipsa sic denique
spatia vitæ custodiebantur, vt per horarum dispositas clepsydras ex-
plicarentur: is nuncupatus Augustus, ac sub hac specie Palatinis li-
*minibus inclusus *, ante crepusculum ingemuit, quòd ad vota per-*
uenerat. Cumq, mole curarum pristinæ quietis tenere limen sum
prohiberetur, veteris allutum regulæ legibus renunciauit; atque
prosperè pariter ire non posse negotium Principis, & otium Sena-
toris. Nec fefellerunt futura mœrentem: nam cùm cæteros aulicos
honores tranquillissimè percurrisset, ipsam aulam turbulentissim
*texit * inter tumultus militum popularium, fœderatorum: quod &*
exitus prodidit nouus, celer, acerbus, quem cruentauit fortunæ diu
lenocinantis perfidu finis, qua virum, vt scorpius, vltima parte per-
cussit.

X. DAMOCLIS DESCRIPTIVA CAVS.

Dicere solebat vir litteratus, atq, ob ingenij merita Quæstorius,
partium certè bonarum pars magna Fulgentius, ore se ex eius fre-
quenter audisse, cùm perosus pondus Imperij, veterem desideraret
securitatem: Felicem te (ait) Damocles, qui non vno longius pran-
dio regni necessitatem toleraueris. Iste enim (vt legimus) Damocles
pronincia Siculus, vrbe Syracusanus, familiaris tyranno Dionysio
fuit. Qui cùm nimis laudibus bona patroni, vt cætera scilicet inex-
pertus, efferret: Vis, inquit Dionysius, hodie in hac mensa beatis meis
ac malis pariter vti? Libenter, inquit. Cùm ille confestim latum
clientem, quamquàm attonitum, plebeio tegmine crepto, muricis
Tyrij seu Tarentini conchilato ditat indutu & renitentem gem-
mis, margaritisq, aureo lecto, sericatoq, torcumati imponit.
Cumq, pransuro, Sardanapalitium in morem, pauo daturè Le-
ontina segete confectus, insuper dapes cultæ ferculis cultrioribus ap-
ponerentur: spumarent falerno gemmæ capaces, inque crystallu ca-
lerent vnguenta glacialibus; hinc suffita cinnamomo acthure cœ-
natio spargeret peregrinos naribus odores, & madescentes nardo
capillos circumfusa florum serta ficcarent: cœpit supra tergum sic
recumbentis vibrari mucro districtus è lacunaribus, qui videbatur
in ingulum purpurati iam iamq, ruiturus: nam filo equinæ setæ li-
gatus, & ita pondere minax & acumine gulam formidolosi Tan-
taleo frenabat exemplo, ne sibi ingressi per ora, per vulnera exi-
rent. Vnde post mixtas fictibus preces, atque multimoda suspiria,
vix absolutus, semicatimq, profiliens, illâ refugit celeritate diuitia-
as, deliciasq, regales, quas solent appeti: reductus ad desideria me-
diocrium, timore summorum, & satis cauens ne beatum vltrà
duceret, ducereq, qui septus armis ac satellitibus, & per ipsa ra-
pturu incubans opibus, ferro pressus, premeret aurum. Qua-
propter ad statum huiusmodi, domine frater, nescio an consset
tendere beatos: patet certè miseros peruenire. hactenùs Sidonius ad Serranum suum, egregiè sanè philosophatus de vita Maximi. Sed iam quæ reliqua sunt historiæ lugubris prosequamur.

Vna Eudoxia furens fœmina Orbem simul cum Vrbe prostrauit, cùm eam Wandalico gladio volens libensque subiecit, barbaro nimium credens, fidensque ignorans infelix se eum filiabus fore captiuam. De his enim ista Procopius [a]: *Genserico verò Eudoxiam simul cum Eudocia & Placidia eius ex Valentiniano filiabus cepit, gazamq, omnem Imperatoriam in nauibus positam secum in Africam tulit: ac si quæ erant Romæ decora, itemq, Iouis Capitolini regularium ex ære auratarum partem dimidiam abripuit. Vnam verò ex his nauibus, vbi statua fuerant, tempestate perisse dicunt, cæteras incolumes in Africam delatas.* hæc de direpta Vrbe Procopius, ex innumeris perpauca recensens. Constat [b] siquidem, inter alia vetera monumenta hactenùs asseruata, vasa illâ Hierosolymitani templi à Tito Romam translata, à Genserico esse ablata, atque delata in Africam: quæ postmodum per Iustinianum Imperatorem belli iure vendicata, Constantinopolim translata fuisse, suo loco dicemus.

XI. EVDOXIA VOCANS IN VRBEM VVANDALOS DAT POENAS.

a Procop. de bello VVandal. lib. 1. b Procop. de bello VVand. pl. lib. 2. Niceph. li. 13. c. 11. & Iustinian. de ædif. Præfe. Prat. Afric.

Sed & de capta hoc anno Vrbe à Wandalis, simulque & de nece Maximi, Sidonius hos habet [c] versus, cùm Auiti Imperatoris laudes celebrat, sui temporis res gestas tractans, atque Romam alloquens:

Interea infantum fortuis VVandalus armis
Te capit: infidoq, tibi fiurgundio dulcu
Extorquit trepidas malè andi Principis iras.
Heu facinus! in bella iterum quartoq, labores
Perfida Elisææ crudescunt classica Byrsæ.
Nutrisi quod fata malum? Conscenderat arces
Euandri Massyla phalanx, monteq, Quirini
Marmarici prebere pedes. Rursumq, renexit,
Quæ captiua dedit quondam stipendia Barbæ,
Exilium patrum, &c.

XII. c Sidon in Panegyr. Auitimp.

Incensam à Genserico Vrbem, Euagrius tradit [d]: spectacula tantùm combusta, ait Nicephorus [e]. Habet autem auctor Miscellæ [f], occursu sancti Leonis liberatam Vrbem à cæde atq; incendio: *Genserico* (inquit) *continuè vacuam præsidio ciuitatem capit; & occursu Leonis Papæ mitigatus, ab incendio, cædibus, atque supplicijs Vrbem immunem seruauit: omnibus tamen opibus ablatis, multa inde captiuorum millia cum Augusta Eudoxia & eius filiabus Carthaginem reuexit.* Adde his amplius, coërcitum partier à S. Leone Genserici furiosse, ne in thesauros trium præcipuarum basilicarum manus inijceret, direptis cæteris; quod & certo exemplo docuimus in obitu Valentiniani. Sanè quidem post cladem Wandalicam remansisse integra vasa à Constantino tribus illis maioribus basilicis donata, quæ in Leone legitur in libro de Romanis Pontificibus fidem faciunt istis verbis: *Hic renouauit post cladem VVandalicam omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos de conflatu hydriis sex, duas basilicæ Constantinianæ, duas basilicæ beati Petri Apostoli, duas beati Pauli Apostoli, quas Constantinus Augustus obtulit; quæ pensauerunt singulæ libras centum.* hæc ibi: ex quibus intelligere possumus, peperciisse Wandalos tribus primarijs Romanæ vrbis basilicis, titulos autem tantùm prædatos esse: quod quidem summa admiratione dignum est, truces barbaros, eosdemque Arianos maioribus peperciisse basilicis, in quibus immensitas thesaurorum recondita erat, à Constantino collata. Direptas autem Vrbis direptionem diebus quatuordecim, Isidorus in historia Wandalorum affirmat; sed illud malè, quòd habet Valentinianum post direptionem Romæ relictum, quem liquet antè esse necatum: Perisse autem naufragio direptas opes affirmant.

d Euagr. lib 2 c. 7. e Niceph. lib. 15. c. 18. f Paul. diac. li. 15. VVANDALI VEPERCERE PRIMARIIS BASILICIS.

Sed miseros captiuos delaros Carthaginem prosequamur. ait de illis istis Procopius [g]: *Ecaptiuis mulieribus Eudociam Honorico filio, Placidiam verò Olybrio nobili Senatori Romano locauit: quam Placidiam simul cum Eudoxia matre, rogante Leone Imperatore, quipolit Marcianum successit, Constantinopolim misit.* hæc de his Procopius, eadem Euagrius [h]: sed nuptias Placidiæ cum Olybrio non per Genericum, sed per Marcianum Constantinopoli esse contractas, cum illuc, captâ Vrbe, Olybrius confugisset, testatur, eademque Nicephorus [i], qui tamen errare conspicitur, dum viuente Pulcheriâ hæc facta esse affirmat. Exhibuit tamen istum humilitatem barbarus, vt Placidiam cum

XIII.

XIV. g Procop. de bello VVandal. lib. 1. QVID DE EVDOXIA ET FILIABVS. h Euagr. lib 2. c. 7. i Niceph. l. 15. c. 11.

Eudo-

Eudoxia matre Constantinopolim honorificè miserit, vt cognouit eam iam ante inuasam Vrbem esse desponsatam Olybrio, qui Vrbe captâ profugus Constantinopolim se contulerat. ista Nicephorus. At quod ad nuptias Eudociæ cum Honorico spectat, suo loco dicemus.

XV. QVID ERGA CAPTIVOS EPISCOP. CARTHA.

Quod verò ad reliquos captiuos pertinet; quantâ charitate eos prosecutus fuerit Deogratias Episcopus Carthaginensis, Victor his narrat verbis[a]: *Illo igitur Episcopo constituto, factum est, peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobilissimam atque famosam decimoquinto regni sui anno Genserico caperet Romam: & simul exinde Regum multorum diuitias cum populis captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attingeret luctus, diuidentibus VVandalis & Mauris ingentem populi quantitatem (vt moris est barbaris) mariti ab vxoribus, liberi à parentibus separabantur. Statim sategit vir Deo plenus & carus vniuersa vasa ministerij aurea vel argentea distrahere, & libertatem de seruitute barbarica libare, & vt coniugalia fœdera manerent, & pignora genitoribus redderentur. Et quis loca nulla sufficiebant ad capessendam multitudinem tantam, basilicas duas nominatas & amplas Fausti & Nouarum eorum lectulu atque stratoribus deputauit; doctrinens per singulos dies, quantum quis pro merito acciperet. Et quia plerosq; consuetudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, non parum inter eos numerus fuerat ægrotorum: quos ille beatus Antistes, vt nutrix pia, per momenta singula cum medicis circuibat, sequentibus cibis, vt infecta* venâ, quid cui opus esset, illo præsente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordiæ feriabatur, sed pergebat currens per singulas lectos, scisitans qualiter se quisque haberet. Ita se tradiderat omnino labori, vt nec defessis membris, nec cariosa iam senectuti parceret.*

[a] *Victor. de persec. Vandal. lib. 1.*

* secta

XVI. RIXANI NVIDIA COMMOVANTVR.

Quo liuore Ariani succensi, dolicum quamplurimis voluêre sæpius enecare. Quod, credo, prauidens Dominus, passerem suum de manibus accipitrum voluit liberare. Cuius exitum ita Vrbicarij planxerunt, vt tunc se putarent magè tradi manibus barbarorum, quando ille pertransit ad cælum. Functus est autem eo sacerdotio annis 9 tribus. Cuius amore & desiderio populus attentus potuerat membra digni corporis rapere, nisi consilio prudenti dum euocatur; nesciente multitudine, sepeliretur. hæc de Episcopo Deogratias atq; Romanis captiuis Victor. Porrò honorifica memoria tabulis Ecclesiæ publicis eiusdem sanctissimi viri commendata certâ die annis singulis rediuiua vndecimo Kal. Aprilis peragi consueuit.

XVII. IN ORDINATOREM EPISCOPI CARTHA. QVID ARIANI.

Sed quod impij agere non valuerunt in sanctum, quem ab oculis eorum Deus eripuisset, cõuerterunt in ipsius ordinatorem Thomam, de quo ista mox idem subjcit Victor: *Et quia tacendum semper non est de impietatibus hæreticorum, nec verecundum potest esse, quod ad laudem proficit patientiæ: ordinator quidam memorati sacerdotis, nomine Thomas, dum variis insidijs ab eis sapius arctaretur, quodam tempore venerabilem senem in publica facie catomus* cæciderunt: Quod ille non ad opprobrium, sed ad mercedem computans gloriæ suæ in Domino lætabatur.* hæc Victor. At quid sit catomis cædere, vel catomum cædi, consule nostras Notas ad Romanum Martyrologium [b]. Porrò defuncto Deogratias Episcopo Carthaginensi, impius barbarus Gensericus, vsque dum vixit, nullum alium passus est in locum defuncti Carthaginensem Episcopum subrogari. Sed quomodò grassari cœpit grauiùs in Catholicos persecutio dicemus anno sequenti.

* catonum

[b] *Martyrol. Rom. die 15. Iunij.*

XVIII. EVDOCIA AVGVSTA EX APPELLATIONE REDDITVR ORTHODOXA.

Profuit grauis ista afflictio & captiuitas Eudoxiæ Augustæ & filiarum eius, matri Eudociæ itidem Augustæ, vxori quondam Theodosij Junioris, Hierosolymis agenti. Etenim cùm ita imbibisset Eutychianam hæresim, vt respiscentibus cæteris, ipsa obstinata pertisteret; his attrita flagellis, tandem reddita menti, quam hactenùs fouisset hæresim, est detestata: id in primis operante sanctissimo vero Euthymio, de quo plura supetius. At quomodò se hæc habuerint, Cyrillum monachum eadem fidelissimè describentem audiamus. Vbi enim eiusdem Eudociæ conatus recensuit aduersus Catholicam fidem, eam instigante subdolo illo Theodosio ex monacho pseudoepiscopo, ista subdit [c]: *Postquam verò iustitia aggressa est Theodosium, & ille quidem procul abest* (siue fuga lapsus, siue in exilium deportatus) *Iuuenalis autem suam sedem recepit; & ea dissoluuntur, quæ Ecclesiis afferebant molestiam: Valerij fratris & Olybrij generis* (cui, vt dictum est, desponsata erat filia Eudoxiæ Placidia) *sæpè mittuntur litteræ ad Imperatricem Eudociam hac de causa, vt Eutychianis statum relictâ communione, sequatur ea, quæ decreta fuerant ab Ecclesia Catholica. Illa autem primùm quidem cunctabatur & differebat mutationem; neque scibat quemadmodum dimitteret ea, quæ sibi visa fuerant. Postquam verò intellexisset suum generum* (nempe Valentinianum Imp.) *fuisse interemptum in Vrbe, filiamq; & eius filias esse in potestate hostium, & captiuas abductas Carthaginem: corde valde sauciata & rerum carissimarum amissione ea esse repensa arbitrata, inuenit calamitatem magistram eius, quod rectè habet: Ipsa enim inquit*[d] *tua disciplina me docebit. Et adrectam & veram fidem per illam reducta, statuit deinceps viru diuinis vacare, ab iis instrui, & vt ducibus ad salutem.*

[c] *Cyrill. in Vita S. Euthym. apud Sur. die 20. Ianuar.*

[d] *psal. 17.*

XIX. LEGATOS MITTIT EVDOCIA AVG. AD SIMEONEM STYLITAM, QVI MISSOS REMITTIT.

Et ideo Anastasium Corepiscopum cum quibusdam alijs, qui ei seruiebant, mittit Antiochiam ad Simeonem στυλίτην, id est, columnam habitantem, quærerat multò altiùs sublatum virtute quam columnâ, & verè totius Orbis miraculum: ei scopum cordis super litteras significans, rogansq; vt ab illo rursus acciperet, quænam sua esset sententia. Quidnam autem respondit? Scias (inquit) *quòd malignus videns opes* tuarum virtutum, experiuit te, vt cribraret* sicut triticum, & per pestiferum illum Theodosium tuam corrupit animam. Sed isto bono animo: non enim deficit fides tua. Mihi autem hoc succurrit admirari, quòd cùm sit tibi solus propinquus: ipsum quidem deficis, procul verò quæris eundem aquam haurire: habes enim diuinum Euthymium, cuius sequens doctrinam, non retrahis à salute. Hu audisti, non fuit negligens Eudocia, neq; supina in boni inquisitione: sed cùm statim de vero inquisiuisset, & intellexisset eis esse prohibitum ad ciuitatem aliquam accedere: turrim in solitudine, quæ vergit ad Orientem in altissimo ædificat promontorio, quod non plus quam triginta stadia ab stat à Laura. Et illa quidem in eam ascendit, vt nullo prohibente frueretur ad satietatem doctrinâ Euthymij.*

* opes

* Luc. 22.

Statim autem mittit ad eum quærendum Cosmam Crucis custodem, & qui à me suprà dictus est, Anastasium Corepiscopum. Illi autem cùm ardenti mandato aquè vehementes ad parendum studium attendissent, in Lauram quidem protinus perueniunt. Cùm verò accepissent eum non adesse, sed iamdiu transiisse in Ruban, locum eremi secretiorem: nec sic quidem à cursu desistebant: sed cùm simul beatum accepissent Theoctistum, ad eum abeunt, & eum vehementer simul orant & obsecrant, & eundem persuadent, vt ad turrim veniat, vbi nunc est adiacentium Scholarij monasterium.

XX.

Cùm autem eum vidisset Imperatrix Eudocia, non leuiter aspexit, sed vt qui in æstate aquam sitit, ad illius pedes præ gaudio procidens: Nunc cognoui (inquit) *quòd Deus me visitauit. Ille autem cùm eam solutâ impertisset benedictione: Sed oportet* (inquit) *ô filia Deo tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter cauere. Nam quoniam vel parum abducta fuisti vnacum Theodosio, propterea tibi molesta euenerunt in rebus carissimis. Sed vt per totam vitam abstineas ab ac à ratione aliena contentione; oportet te præter tres sanctas & Œcumenicas Synodos, nempe Nicænam quæ conuenit aduersus Arium, & Constantinopolitanam quæ ipsa quoq; congregata fuit aduersus Macedonium, & Ephesinam priorem aduersus Nestorium, accipere etiam decretum, quod fuit editum ab ea, quæ nunc fuit congregata Chalcedone; & cum te separaueris à communione Dioscori, Iuuenali Hierosolymitano Archiepiscopo omnino communicare, & cum eo omnino consentire. Cùm hæc quidem dixisset, & precatus esset pro Imperatrice, & deinde ei valedixisset, recedit.*

XXI. EVDOCIA AVG. AD PEDES S. EVTHYMII.

XXII.

Illa autem statim re ipsâ est executa ea, quæ mandata fuerat, sanctamque ingressa ciuitatem, Iuuenali & Catholicæ communicauit Ecclesiæ; magnamque & frequentem inducit multitudinem monachorum & laicorum, vt quæ sicut dissensionis ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam vnus Archimandrita Eleutherius. Nam Gerontium (quem vidimus præfectum Melaniæ monasterio) *in malo malunt consentire, & non sibi solum, sed multis quoque alijs fiunt causa interitus: cui etiam similem & similiter ducentem ad exitium duo quidem ingressi sunt Ilpidij conuentum Marianus & Romanus, & construxit vterque monasteria, vnus autem circa sanctam Bethlehem, alter verò in vico Theocorum. Et beata quidem Eudocia accersit è Laura fratres custodes Crucis, nempe Chrysippum & Gabriellium, & efficit,*

vt or-

MONACHIS PRAESECTI VNTVR CATHOLICI.

XXIII. BASSA REDDITA CATHOLICAE.

[2] Niceph. lib. 15. c. 15.

XXIV. AVITVS CREATVS IMP.

XXV. MARCIANVS IMP. VINDICAT ECCLESIAM IN PRISTINAM LIBERTATEM.

[b] Marc. Nouel. tit. 5.

XXVI.

et ordinaretur presbyteri. Et Chrysippum quidem cùm fuisset in presbyteratu insignis, reliquit scripta sua digna, quæ mandarentur memoriæ: Gabriellio autem committit præsidiatum monasterij Stephani protomartyris.

Bassa autem pia & Deo amabilis cum Andream fratrem Stephani Iamneæ Episcopi è Laura accersiuisset, eum pastorem effecit & præfectum monasterij, quod ab ea fuerat ædificatum: ædificatum autem fuit in nomine Mennæ martyris. hactenùs de his Cyrillus: quibus intelligas non Eudociam Augustam tantum redditam pietati, sed & per eam monasteria, quæ fuerant hæresi maculata, fidei Catholicæ restituta esse; cuius exemplo idipsum tunc Bassa clarissima fœmina præstitit: hæc namque illa, ad quam S. Pulcheria (vt vidimus) scribens, istud ipsum litteris expetierat. Istæc autem ex Cyrillo recitata fermè omnia etiam N. Cephorus [2] habet, sed nos maluimus è fonte petere, ab auctore nimirùm, qui res temporum suorum scribens præsens interfuit. Sic igitur maximo Dei beneficio factum est, vt fœmina potens, hæresi valde labefactata, tandem eâ vexatione excitaretur, & ad bonam frugem per sanctissimos Patres Simeonem atque Euthymium perduceretur, facta & ipsa plurimis causa salutis.

Hoc eodem anno, à cæde Maximi interstitio duodetriginta dierum interregni elapso in Gallijs Auitus, qui magister militum à Maximo creatus fuerat & Præfecturâ Prætorij Galliarum à Valentiniano donatus, legatum tùm apud Gothorum Regem Theodoricum agens, ab exercitu, adnitentibus Gothis, Imperator acclamatus: immo primum Gothorum Regem nomen illi Augusti detulisse, magnaque simul Romanæ Reipublicæ spopondisse, Sidonius docet his versibus, cùm hæc Theodoricum dixisse refert:

Testor, Roma, tuum nobis venerabile nomen,
Et socium & de Martegenus, vel quicquid ab eo,
(Nil te mundus habet melius, nil ipsa Senatus)
Me pacem seruare tibi. Vel velle abolere
Quæ noster peccauit auus: quem fouisse reum
Quod te, Roma, capit. Sed Dij si vota secundant,
Excidij veteris crimen purgare valebit
Vltio præsentis: sit tu. Dux inclyte, solùm
Augusti subeas nomen. Quid lumina flectis?

Inuitum plus esse decet, &c. Compositis in hunc modum rebus, & iam cum Gothis sanctâ firmissimâ pace, tum militum, tum Galliarum procerum omnium animis in vnum conspirantibus, ab ipsidem acclamatus est Imperator, licèt inuitus atque reluctans. Erat Auitus domi militiæque spectatus, nobilissimo ortus genere, orator egregius, iuris consultissimus, laborisq; bellici haud expers; cuius res gestas Sidonius perstrinxit paucis in Panegyrico anni sequentis exordio in Consulatûs auspicatione versibus edito. Quomodo autem Imperium deposuerit, suo loco anno sequenti dicturi sumus:

Tantam illatam Occidentali Imperio cladem longè positus Marcianus Imperator contemplatus, doluit & ingemuit, quòd nec satis tunc sibi virium esset, nec temporis, vel occasionis (iam Wandalis prædâ onustis reuersis in Africam) tantis malis occurrere: quibus iam perpetratis non esset sibi integrum, ne fierent, præcauere. Sed qui prudens erat, religionis contemptum considerans intercessisse, cuius causâ ruinam & casum Imperium passum esset; cùm intelligeret Valentinianum diuinam in se ipsum iram concitâsse, simulac sanctionem edidit aduersus Ecclesiasticam immunitatem: sed & Principes haud impunè in religionem peccare solere, docuisset Theodosij prædecessoris exemplum: his monitus ipse prudens, haud sibi satis visum fidei Catholicæ se exhibuisse patronum, sed & personas etiam Ecclesiasticas pristinæ restitui voluit iurium libertati, antiquaris legibus illis aduersus libertatem Ecclesiasticam ab alijs Imperatoribus anteà promulgatis, quibus & interdicebatur clericis, ne quid ex testamento relictum à viduis caperent: itaque ista ad Palladium Præfectum Prætorio rescripsit [b]:

Sæpè materiam scribendi serendiq; legibus negotia inopinatò exorta suppeditant; & aut nouas constitui sanctiones, aut duriùs & asperiùs latas facium abrogari. Æqualis enim in vtroque æquitas est, promulgare quæ iusta sunt, vel antiquare, quæ grauia sunt. Nuper cùm de testamento clarissimæ memoriæ Hipatiæ, quæ inter alios vsum religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit heredem, amplissimo Senatu præsente, tractaret pietas mea; & dubium videretur, an verè esse deberent hæ voluntates viduarum, quæ testamento suo aliquid his clericis reliquunt, qui sub prætextu religionis huiusmodi fœminarum domos adeunt: Cùm lex diuæ memoriæ Valentiniani & Valentis & Gratiani Ecclesiasticos, vel eos, qui se continentium volunt nomine nuncupari, nihil quicumq; liberalitate viduarum extremo iudicio permittat adipisci: contrà verò hæc diuæ memoriæ Valentiniani, Theodosij, & Arcadij constitutio legatur: Inspicientibus & æstimantibus nobis latoris animum: visum est iusta ac rationabili pœnitentia priorum constitutionum vigorem antiquare voluisse. Nam cùm in prima lege viduarum tantummodò mentio facta sit, in secunda autem tantummodò diaconissarum, intelligitur, eam constitutionem, quæ viduarum & diaconissarum meminit, de lege vtraq; dixisse.

Quòd cùm de voluntate latoris & de sanctione legis nobis videretur: vniuersum testamentum nobis insinuari relegi atque replicari: & cùm repertum fuisset, alias quoque partes eiusdem voluntatis ita iustè & prudenter institutas, vt nullum benè de se meritum neglexerit, multa sacrosanctis Ecclesijs, multa pauperibus, multis monachis religionis intuitu, multa captiuorum redemptioni, cùm mota miserabili eorum sorte contulerit, multa liberis suis eadem latorum sibi obsequiorum contemplatione præstiterit: alteram quoque partem institutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit heredem, aduertimus ordine iuris dispositam. Ea enim mobilia, quæ plurimum inde accipiet reliquit, per hunc voluit vniuersa comleri; vt non solùm heredis, sed etiam dispensatoris fungatur officio. Ideoque huiusmodi clarissimæ memoriæ Hipatiæ voluntatem etiam in ea parte, quâ Anatolium presbyterum instituit heredem, meâ auctoritate firmamus.

XXVII. MARCIANVS ABROGAT LEGES ADVERSVS CLERICOS LATAS.

Sed ne in posterum, vel ex prioribus constitutionibus, quarum fecimus mentionem, & quas nunc præcipio penitùs abrogari, vel, ex præsentis negotij dubitatione aliquid fortè relinquatur ambiguum, securitati vel fiduciæ morientium prouidentes generali perpetuoq; victurâ hâc lege sancimus, vt siue vidua siue diaconissa, siue virgo Deo dicata, vel sanctimonialis mulier, siue quocumque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis fœmina nuncupetur, testamento, vel codicillo suo, quod tamen aliâ omni iuris ratione munitum sit, Ecclesiæ, vel Martyrio, vel clerico, vel monacho, vel pauperibus aliquid vel ex integro, vel ex parte in quacumque re vel specie crediderit relinquendum, id omnibus modis ratum signatumque consistat, siue hoc institutione, siue substitutione, siue legato, aut fideicommisso per vniuersitatem, vel specialiter, siue scriptâ, siue non scriptâ voluntate fuerit relictum, omni in posterum de eiusmodi negotio ambiguitate submotâ: donationibus etiam, vel qualibet liberalitate tam viduarum, quàm diaconissarum, siue virginum, quæ Deo dicatæ sunt, vel sanctimonialium, quæcumque in Ecclesiam, vel Martyrium, vel clericum, vel monachum, vel pauperes collata fuerint, parirebore firma esse præcipio, Palladi parentissimè Augustorum. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua ea quæ generali legis huius sanctione decreui, edictis ex more propositis, ad omnium notitiam facias peruenire. Data decimo Kalend. Maias Constantinopoli, Anthemio viro clarissimo Consule. hæc Marcianus, cùm iam potuerit resciuisse Valentiniani necem: mensis enim spatio per veredarios perferri solitas Româ litteras Constantinopolim, superiùs demonstratum est. Probauit hæc eadem Iustinianus, Iaoq; Codici voluit intexuisse [c].

XXVIII. CONCESSA FACVLTAS DONANDI CLERICIS.

[c] *l. generaliter 8. de Epis. & cler.*

Sed iam finem huius anni res gestæ imposturi, haud prætereundum putamus, quod tradit Cassiodorus [d], PROSPERI CHRONICON. in hunc vsque annum, quo Genserico Vrbs depopulata est, S. Prosperum Chronicon perduxisse; quòd etiam affirmat Gennadius [e], dum ait vsque ad Valentiniani obitum eâ scriptione Prosperum peruenisse. Ex quibus redarguas, qui eum ad Leonis Senioris Imperatoris tempora scripsisse tradunt: antiquioribus enim & res suorum temporum scribentibus maior debetur fides. Cùm aliqui sciamus, quòd casum extat Prosperi Chronicon, decurtatum ac planè mutilatum esse, cùm nonnisi vsque ad

XXIX.

[d] *Cassiod. Instit. diuin. lect. c. 17.*

[e] *Gennad. de Vir. illustr. c. 84.*

sextus

sextum Consulatum Valentiniani cum Nomo, annum Domini quadringentesimum quinquagesimumquintum, tempora digesta habeat; vt planè decem annorum spatia intercisa noscantur.

IESV CHRISTI
Annus 456.

LEONIS PAP. Annus 17. MARCIANI 7. AVITI IMPP.

I. REDVNT Fasti Consulares præsentem annum Domini quadringentesimum quinquagesimum sextum notatum Consulibus Ioanne atq; Varane, seu Varate, vt Cassiodori atq; Marcellini Chronica docent. Verùm Sidonius Apollinaris huius temporis scriptor alterum Consulem Auitum Augustum ponit in Panegyrico ipsi dicto Kalendis Ianuarij: qui enim anno superiori creatum eum tradit Imperatorem, hoc anno Consulatum adijsse his explicat versibus:

Principis anteriori iam Consulis iste coruscat
Annus, & emerita trabeis diademata crescunt.

ostendit idipsum in fine. Sed & de eodem Auiti Consulatu vetus extat monumentum: vt nullus penitùs de his dubitandi locus reliquus esse possit. In basilica enim sanctæ Agnetis viâ Numentanâ, eiusmodi inscriptio legitur incisa lapidi pauimento inhærenti: *

LOCVS. GERVNT. PRESB. REQVIESCIT
IN DOMINO. CONS. EPARCHI AVITI V.C.

Sic igitur de Auiti Consulatu nulla remanet dubitatio. Sed accidisse puto, vt cùm Imperio eidem abrogatus fuerit Cõsulatus: *Hoc etiam anno* (inquit Cassiodorus in Chronico) *Placentiæ deposuit Auitus Imperium.* qui illud tenuisse tradit menses decem & dies octo, licèt Euagrius[a] octo tantùm menses eius Imperio tribuat.

II. Porrò de eiusdem Imperij depositione diuersæ sunt sententiæ: peste eum extinctum idem Euagrius tradit, Nicephorus[b] autem fame vitæ impositum esse terminum. sed longè ab his abhorrent, quæ de eo habet Gregorius Turonensis his verbis[c]: *Auitus vnus ex Senatoribus, (vt valde manifestum est) ciuis Aruernus, cum Romanum ambiuisset Imperium, luxuriosè agere volens, à Senatoribus eiectus, apud Placentiam vrbem Episcopus ordinatur. Comperto autem, quòd adhuc indignans Senatus vitæ eum priuare vellet, basilicam sancti Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiuit. Sed impleto in itinere vitæ cursu, obijt, delatusq; ad Briuatensem vicum, ad pedes dicti martyris est sepultus.* hæc ipse Gregorius.

III. Cæterùm ob odium in Maximum Imp. à populo occisum, Auitus, qui ab eo elatus fuerat Magister militum, passus inuidiam, Romano populo Senatuique perinfensis redditus, haud ab eo receptus est Imperator: quamobrem quòd nec sibi satis virium in militibus, nec tuta fides ob odium conceptum in Maximum, cui acceptæ ferebatur clades illata Vrbi, Auitum sponte se abdicâsse putamus. Ne autem errare contingat in nomine & genere, alius Auitus vixit hoc tempore, idemque Sidonio sanguine propinquus, ad quem extat data ab eo epistola[d], cuius est exordium: *Multis quidem vinculis charitatis*, &c. quâ quidem cum demonstret se illius esse ætate æqualem, planè fateri necesse est, longè alium ipsum esse ab Auito, qui purpuram induit: nam constat hoc tempore Sidonium planè adolescentem fuisse, qui testatur[e] se sub Consulatu Asterij, qui incidit in annum Domini quadringentesimum vndequinquagesimum, ex nuper puero adolescentulum fuisse annorum puto sexdecim, vel circiter: cùm tamen ex Panegyrico à Sidonio dicto satis appareat, Auitum Imperatorem, cùm est creatus Augustus, fuisse emeritæ militiæ senẽ, qui iam quater Præfecturã Prætorij Galliarũ administrãsset, longè antè, iamque ea, de qua idem Sidonius scribit, legatione apud Theodoricum Regem pro Maximo functus esset. Quomodo igitur qui æqualis Sidonio iuuenis fuisse in ea epistola Auitus dicitur, ille elle potuit Imperator, quem scimus eiusdem Sidonij assertione in Panegyrico dici senem? Hæc ad ambiguitates tollendas dicta sunto. Porrò quod ad Auiti Imperatoris abdicationem pertinet, hoc anno decimosexto Kalendis Iunij facta ponitur fuisseq; interregnum decem mensibus & diebus quindecim.

Sed quid inter hæc qui suppetias cum auxiliaribus copijs pollicitus adeò liberaliter fuerat Theodoricus Gothorũm Rex Auito? Audi sanctum Isidorum[f]: *Theodoricus pro eo, quòd Imperatori Auito sumendi Imperialis fastigij cum Galliæ auxilium præbuisset, Aquitaniæ cum ingenti exercitu & cum ingenti licentia eiusdem Auiti Imperatoris ingreditur. Cui cùm magna copia Rex Suenorum Rectiarius occurrens, duodecimo Asturicensis vrbis milliario, apud fluuium, qui Vrbicus appellatur, vnito mox certamine superatus est, cæsis suorum agminibus, aliquantis captis, plurimis fugatis, ipse postremum Rex telo saucius fugit. Rectiarius verò ad locum Portucula profectus, Regi Theodorico captus adducitur. Quo perempto, cæteris, qui deprœlio certamine superfuerant, sese tradentibus, aliquantis nihilominùs interfectis, regnum Suenorum penè destructum est & finitum. Reliqui Sueui, qui remanserant in extrema Galliciæ Massyla filium nomine Masdrum sibi Regem constituunt, regnumq; reparatur Suenorum. Theodoricus autem de Gallicia in Lusitaniam victor succedens, dum Emeritensem vrbem deprædari molitur, beatissimæ Eulaliæ martyris terretur ostentis. Mox aduersis sibinunciis territus, de Emerita egressus. Gallias repetit, & partem exercitus cum suis ducibus iterum ad campos Gallicia dirigit: qui eâdã Asturicensi regione, rursum reuertuntur in Gallias,* &c. hæc Isidorus; quæ quidem hoc anno cœpta, plurium annorum impleuere curricula.

Porrò Sidonius[g] in epistola ad Agricolam Theodoti- cum hunc mirificè celebrat, & cùm animi, tum corporis egregiam effigiem calami penicillo perspicuam cunctis reddit; & quod ad religionis cultum pertinet, hæc habet, quæ in Principe belligero admireris: *Antelucanos sacerdotum suorum cœtus minimo comitatu experit, grandi sedulitate reneratur: quamquam (sit sermo secretus) possis animaduertere, quòd seruet istam pro consuetudine potiùs, quàm pro ratione reuerentiam.* ista quidem Sidonius, quod Theodoricus Arianus sectâ esset. addit alia plura optimo Principe digna: vt non mirum videatur, si dignus habitus sit, qui clarissimi viri Sidonij Apollinaris laudibus celebraretur. Quod autem Theodoricus bella in Hispanias conuertit: cesserunt hæc percommodè Childerico Franchorum Regi, qui his diebus successerat Moroueo, dum absente Romano exercitu in Italiam secuto Auitum; & Gothorum viribus in Sueuos conuersis, atque in Hispaniam opportuna occasione transmissis, datum est Franchis, cum sæpè frustrà Gallias pertentassent, vt figerent tandem in eo solo feliciter regni radices. Iam enim diu ante temporibus Aureliani Imperatoris (vt Flauius Vopiscus[h] est auctor) Gallias inuaserunt, & repulsi sunt; rursumque tempore Iuliani cum earumdem partes extremas attigissent, fuerunt ab eodem repressi[i]. Insuper (vt alias repentinas ab occasione oblatas eorumdem grassationes in eadem regiones dicere prætermittamus) sub Valentiniano Maiore vnà cum Burgundionibus magno exercitu rursus Gallias inuasêre, sed æquè reiecti: itemque sub Valentiniano tertio in Gallias sese intrusêre, sed per Aëtium atque Maiorianum (vt Sidonius[k] tradit) sunt victi, Tauro & Felice Consulibus, quod sanctus Prosper & Cassiodorus affirmant. Demum verò ijdem cum Attila sese in Gallias immiscêre, vt Sidonius[l] docet, discesserint ne amplius, haud certum est: Liquet tamen, ab huius anni tempore, cum res Romanæ collapsæ essent, & Gothis negotium esset cum Sueuis, Francos in Gallia suas firmâsse sedes, regnumq; stabilisse Parisijs, dicto Childerico regnante, qui (vt dictum est) successit Moroueo, quem præcesserat Clodio: quinam autem hos antecesserint, obscurũ est: hãc fuisse tamen gentem fortissimam semper Reges, ex Ammiano & alijs constat.

Præsenti igitur anno, qui est primus à nece Maximi, cœptum apparet regnum Franchorum in Gallia; quibus

AVITI CONSVLATVS.

AVITVS DEPONIT IMPERIVM.

AVITVS ALIVS AB IMPERATORE.

* CERONT.

a Euag. li. 2. c. 7.

b Nicepb. lib. c. 11.

c Greg. Tur. hist. Fran. li. 2. c. 11.

d Sidon. l. 3. Epist. 1.

e Sidon. li. 8. Epist. 6.

f Isidorus in Chron. Goth.

g Sidon. li. 1. Epist. 2.

h Vopisc. in Aurelian.

i Cassiodor. in Chron. Conf. Valentinian. & Valent.

k Sidon. in Panegyr. Maiorian.

l Sidon. in Panegyr. Anthem. CHILDERICVS PRIMVS FRANCHORVM REGNAT IN GALLIA.

cùm cõsentiat Sigebertus[a], nempe à nece Maximi regnare in Gallia cœpisse Childericum; errat tamẽ ponens post annum sequentem eius exordium, decœptus nimirum, dum sequenti anno Maximum interfectum esse putauit. De Parisiorum longa obsidione per Franchos mentio habetur in Actis[b] sanctissimæ virginis Genouefæ, quæ miro modo periclitantem fame populum liberauit. Potitos vetò tandem esse Franchos Parisiorũ ciuitate, & in ea Childericum ipsorum Regem sedem firmâsse, eidem Acta fidelia sanè testantur: quibus etiam significatur, ipsum Regem etsi Ethnicum mirificè coluisse sanctissimam virginem, auditis ingentibus ab ea solitis edi miraculis, adeò vt petenti aliquid virgini nihil auderet omnino negare. Sed accipe id ex his, quæ in eisdem Actis de rebus ab ea gestis narrantur verbis istis: *Childericus Rex Francorum, tametsi non esset Christianâ religione initiatus, virginem hanc sanctissimam singulari veneratione prosecutus est. Nam cùm aliquando quosdam reos capitis pertinaci animi sententiâ decreuisset occidere; ne sanctæ Genouefæ precibus posset flecti ad misericordiam ex vrbe egressus, iussit portas occludi. At vbi sanctæ Genouefæ renunciatum est, Regem eos necandi gratiâ extra oppidum processisse: mox illo veniam precatura festinauit. Atque aduenientè illa ad portas, obseratas, confestim ei, stupefactis custodibus, quasi ad quoddam iubentu imperium, reseratæ sunt; sicq; cœptum carpens iter, vbi ad Regem peruenit, ne miseri illi capite plecterentur, obtinuit. Ita illi iam iamq; perituri, à præsentissimo mortis discrimine sunt liberati.* hæc ibi de rebus inter sanctam Genouefam & Childericum Regem transactis, cùm multa alia hæc oportuit præcessisse, quibus tantam sibi apud nouum Regem, & à religione Christiana alienum, naturâ ferum, fiduciam comparâsset.

VII. Vides quidem, & puto admiraris, lector, barbarum Regem idolorum cultorem, hostem Romani nominis, inuasorem Galliarum, eumdemque (quod Gregorius ait) & moribus impudicum, tanto honore prosecutum esse virginem Christianam, vt exertum & iam ad ictum sublimem elatum gladium, veluti vetante numine, eius rogatu cohibuerit, & incruentum vaginæ reddiderit. Vt planè ex his intelligas, quàm longè deteriores Ethnicis sint hæretici, & quàm longissimè à pijssima illa sint Franchorum nobilitate degeneres ij, qui cùm se profitentur esse Fideles, vincuntur tamen in veneratione & cultu Sanctorum ab Ethnico Rege: cui quidem pro munere illud videtur à Deo omnium remuneratore largiter impertitum, vt sicut Ægyptijs obstetricibus ob subtractos à nece Hebræorum infantes domus in præmium fuerunt ædificatæ[c], ita Regi Franchorum regnum (quod hactenùs barbarorum nulli licuit) in nobilissima parte Galliæ stabiliretur, permansurum tamdiu ipsum, quoadusque eiusmodi in cultu Sanctorum piè iacta fundamenta permanserint; periturum verò omninò, cùm eadem ipsa impiè admodum fuerint hæreticâ prauitate[d] reuulsa. At de rebus Franchorum modò satis, de illis acturi frequentiùs suis locis.

VIII. Hoc ipso anno, vitâ functo (vt dictum est anno superiori) Deogratias Episcopo Carthaginensi viro sanctissimo, qui ad preces Valentiniani à Genserico permissus fuerat, ordinari: nulla facta est Catholicis potestas alicuius in locum eius subrogandi; quin eius ordinatore Thomâ (vt vidimus) ludibrio exposito & verberibus affecto remotioribus quoque prouincijs dempta est facultas ordinandorum Antistitum. Sed hæc tam dira, quæ Africana Ecclesia hoc anno ad cumulum præteritorum malorum passa est, verbis Victoris[e] ea describentis in medium afferamus: *Factum est* (inquit) *vt post obitum Episcopi Carthaginensis, Zeugitanæ & Proconsulari prouincia Episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat numerus centum sexaginta quatuor: qui paulatim deficientes, nunc simul qui supersunt tres tantum esse videntur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sinnaritanus, verè meritò & nomine Paulus, & alius Quintianus, qui nunc persecutionem fugiens, apud Edessam Syriæ* * *ciuitatem commanet peregrinus.*

IX. *Sed etiam martyria quamplurima esse probantur, confessorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua enarrare tentabo. Erant tunc serui cuiusdam VVandali (fuit hic VVandalus ex illis, quos millenarios vocant) Martinianus, Saturianus, & eorum duo germani; erat & conserua eorum quædam egregia Christi ancilla, nomine Maxima, corpore simul & corde decora* (ex capta nuper Vbe his Wandali omnes erant ditati seruitijs.) *Et quia Martinianus armisactor erat, & domino suo satis videbatur acceptus, & Maxima vniuersæ domui dominabatur: credidit VVandalus, vt fideles sibi magis memoratos faceret famulos Martinianum Maximamq; coniugali consortio sociare. Martinianus, adolescentulorum secularium more, coniugium affectabat. Maxima namque iam Deo consecrata humanas nuptias refutabat. Ai vbi ventum est, vt cubiculi adirent secreta silentia, & Martinianus nesciens quid de illo decreuerat Deus, maritali fiduciâ, quasi cum coniuge cuperet cubitare: viuâ ei voce memorata fanula Christi respondit: Christo ego, ô Martiniane frater, membra mei corporis dedicaui, nec possum humanum ortiri coniugium, habens iam cœlestem & verum sponsum: sed dabo consilium, si velis, poteris & ipse tibi præstare, cùm licet, vt cui ego concupisti nubere, delecteris & ipse seruire. Ita factum est, Domino procurante, vt obediès virgini etiam adolescens suam animam lucraretur.*

X. *Nesciente igitur VVandalo, compunctus, atque spiritualis secreti commercium mutuatus* * *Martinianus etiam suis fratribus persuasit, vt thesaurum, quem inuenerat, haberent, vtpote germani, communem: conuersus est itaque cum tribus fratribus. Die puella comitante, nocte clàm egredientes, Tabracèno monasterio, cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur: illa verò haud procul à monasterium incoluit puellarum. Scisitante igitur barbaro inquisitionibus & muneribus crebris, quod gestum erat, celari non potuit. Inuenient ita que iam non sua, sed Christi mancipia, conijcit in vinculis, & varijs tormentis Christi seruos insectatur, agens cum eis non tantùm, vt pariter nisi cerentur, sed quod grauius est, per rebaptizationis eorum fidei suæ ornamenta turparent. Peruenit hoc ipsum vsque ad notitiam Genserici. Decernit Rex, vt tamdiu implacabilis berus seruos affligeret, quam diu illius succumberent voluntati. Iubet in modum serrarum fustes robustos vel palmatos cum stirpibus fieri, qui quatientibus tergu, non solum ossa confringerent, sed & intercrebrantes aculei intrinsecùs remanerent. Qui, dum sanguinis effluerent, & dissipatis carnibus, viscera nudarentur sequenti die, Christo medente, incolumes reddebantur, hoc sapius ac multo factum est tempore, vt nulla plagarum vestigia viderentur, sancto spiritu subinde curante.*

XI. *Post hæc arctatur Maxima dura custodiæ, cuspidiq; crudeli extenditur. Cui cùm Dei seruorum non deesset frequentia visitantium, videntibus cunctis, ingentium lignorum putrescens soluta est sortitudo. Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad quem custodia pertinebat, cum sacramento testatus est ita fuisse. Ast vbi VVandalus virtutem neglexit cognoscere diuinam, cœpit in domo eius vindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul & filij, familia, atque animalium quæcumque optima erant, pariter interierunt. Remansit q; domina vidua marito & filijs & substantiâ destituta. Seruos Christi cognato Regis Sesaoni gratiâ muneris offert. Qui cum eos vtpote oblatos cum gratulatione nimia suscepisset: filios & domesticos, sanctorum merito, malè cœpit dæmon varijs motibus agitare. Ex ordine ille cognatus, vt gestum erat, suggerit Regi. Decernit statim Rex cuidam Gentili Regi Maurorum, cui nomen erat Capsur, reclamandos debere transmitti. Maximam verò Christi famulam, confusus & victus, propriæ voluntati dimisit. Quæ nunc super est virgo, mater multarum virginum Dei, nobis etiam nequaquam ignota.*

XII. *Peruenientes autem traduntur memorato Regi Maurorum commanenti in parte eremi quæ dicitur Caprapicis. Videntes igitur Christi discipuli multa apud Gentiles & illicita sacrificiorum sacrilegia, cœperunt prædicatione & conuersatione sua ad cognitionem Domini Dei nostri barbaros inuitare, vt tali modo ingentem multitudinem Gentilium barbarorum Christo Domino lucrarentur, vbi antea nulla fama Christiani nominis fuerat diuulgata. Tunc deindè cogitatur, quid fieret, vt ager iam culcus & egraminatus vomere prædicationis Euangelicum susciperet semen, & imbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera distenta deserti: peruenitur tandem in ciuitatem Romanam. Rogatur Episcopus, vt presbyterum & ministros credenti populo destinaret. Explet cum gaudio quod petebatur Pontifex: Desconstituitur Ecclesia, baptizatur multitudo maxima barbarorum, & de supu grex sæ cundus multiplicatur animorum.*

DE MAXIMA SACRA VIRGINE ET SOCIIS.

* Exod. 1

[a] Sigebert in Chron.

[b] Extant apud Surium 3 Ian.

CHILDERICVS REX MIRIFICE COLVIT GENOVEFAM.

[c] Villar. de persecut. Vandal. lib. 1.

[d] Macedoniæ

[e] Victor Vticens. de persecut. Vandal. lib. 1.

XIII. DIRVM SVPPLICVM SANCTORVM FRATRVM.

Hoc Genserico relatione suâ nunciat Capsur. De qua resurgens invidiâ iubet famulos Dei, legatis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca siluarum pariter introire, ducta & reducta domosis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, ita deligans, vt exitium suum inuicem peruiderent. Qui cum è vicino currentibus Mauris, sese mutuo conspicarent. Vale, sibi in angusto fugæ vnusquisque querela dicebat: Frater, ora pro me: impleuit Deus desiderium nostrum: taliter perueniturad regnum cælorum. Ita que orando atque psallendo, gaudentibus Angelis, præsanimas emiserunt. Vbi vsque in hodiernum diem non deest ingentia mirabilia Iesu Christus Dominus noster operari: Nam nobis beatus quondam Faustus Biarnitanus Episcopus attestatus est, cæcam quandam mulierem illuminatam fuisse, vbi ipse aderat præsens. hæc de martyribus & fide Christi in Mauritania Interiori propagata Victor. Claret adhuc vigetque horum sanctorum martyrum in publicis Ecclesiæ tabulis memoria rediuiua singulis annis decimasexta die mensis Octobris; vna cum Maxima horum bonorum omnium conciliatrice.

XIV. CVR MITTANT ROMAM.

Quòd autem ijdem martyres suaserint pro sacris ministris legationem esse mittendam ad Romanum Pontificem, cum tamen illi prouinciæ proxima esset Mauritania Cæsarienſis, quæ nondum erat exhausta sacerdotibus: inde conijcimus hos martyres ex Romana vrbe fuisse captiuos, & vnde venerant, petijsse ministros; vel potiùs voluisse ex ipso limpidissimo fonte petere Catholicæ fluenta doctrinæ. Constat autem Episcopos, qui his temporibus erant in Mauritania, à S. Leone Romano Pontifice admonitos esse, vt Ecclesiasticam obseruantiam custodirent. Etenim qui totius Ecclesiæ vniuersalis curæ inuigilabat, Potentium Episcopum delegauerat, qui in ea prouincia de Episcopis inquireret, an iuxta canones ordinati essent. Est de his ipsius S. Leonis epistola ad episcopos per Mauritaniam Cæsarienſem constitutos, quæ hæc habet sui exordio [a]:

a Leo ep. 87

XV. CVRA PROPENSAS LEONIS DE ECCLESIA MAVRITANIÆ.

Cùm in ordinationibus sacerdotum quædam apud vos illicitè vsurpata, et ebrior ad nos commeantium sermo perstrepet: ratio pietatis exegit, vt pro solicitudine, quam vniuersæ Ecclesiæ ex diuina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ nostræ proficiscenti à nobis fratri & consacerdoti nostro Potentio delegantes qui secundum scripta, quæ per iri sum ad vos direximus, de Episcopis, quorum culpabilis screbatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisq; omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissimè notitiæ nostræ cuncta retulit, & sub quibus qualibusq; rectoribus quædam Christi plebes in partibus prouincia Cæsarensis habeantur, sincerè à nobis relatione patefecit: necessarium fuit, vt dolorem cordis nostri, quo pro Dominicorum gregum periculis æstuamus, datis nunc ad vos litteris promeremus, mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse populares, vt indignis quibusq; & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ cederetur, &c. Porrò huiusmodi ordinationes Episcoporum fuisse opportuit secretas, ne scirentur à Genserico Rege, qui (vt nuper vidimus) edicto vetuit defunctis nouos subrogari ab illis Episcopos; nisi fortè quod denegatum vidimus Zeugitanæ & Proconsulari Africæ prouincijs, id permissum fuerit Mauritaniæ Cæsarienſi, de qua agitur.

XVI. CVM BIGAM. 3 NECTEM TEMPORE NECESSITATIS LEO DISPENSAT.

Sed illud planè admiratione dignum est, quòd cum occasione perturbati temporis indulgendum videri posset Ecclesiæ illi, quæ ex cõflata persecutione ministris videretur maximè indigere, vt aliqua ex parte rigor canonum relaxari posset: tamen Pontifex Leo nihil voluit prætermitti Ecclesiasticæ disciplinæ. quamobrem bigamos ordinatos, vel qui anteà viduam vxorem accepissent, deponi voluit, nec quidem cuiquam eis dispensandum putauit: cùm alioquin incredibilis esset in Africa penuria Dei ministrorum. Si enim (vt suo loco superiùs dictum est) temporibus Sanct. Augustini, & Aurelij Episcopi Carthaginensis, licèt florentissimus tunc status esset Ecclesiæ Africanæ, ita tamen ministris indigens erat, vt illos ipsi à Romano Pontifice & ab Episcopo Mediolanensi litteris expetierint: quanto indigentiorem illis eamdem Ecclesiam fuisse oportuit his temporibus Wandalicæ persecutionis vrgentis? Et tamen cum bigamis idem Leo minimè relaxandam censuram Ecclesiasticam existimauit. Agit insuper in eadem epistola sanctus Leo de Lupicino Episcopo, qui ad sedem Apostolicam appellauerat, ac de aliis, quibus Romani Pontificis suprenum in omnes Ecclesias ius & potestatem vsu frequenti exhibitum manifestat.

XVII. DE VICTORE CARTENNÆ EPISCOPO

Illustrabat his temporibus eam prouinciam Mauritaniæ Victor Cartennæ Episcopus, qui aduersantes & insultantes exagitantesque fidem Catholicam Arianos scripto libro redarguit; quem quidem neque intra parietes continuit edendum post obitum, sed misit ad Genſericum Regem, paratus oppetere pro fidei confessione martyrium. meminit eius luchbrationis Gennadius, & aliorum ipsius scriptorum, his verbis [b]: *Victor Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis Episcopus scripsit aduersus Arianos librum vnum longum, quem Genserico Regi per suas audiendum obtulit, sicut ex prooemio ipsius libri didici. Et de Pœnitentia publica librum vnum, in quo & regulam viuendi pœnitentibus iuxta Scripturarum auctoritatem instituit. Ad Basilium quendam super mortem filij librum consolatorium ipse resurrectionis perfecta instructione munitum. Homilias etiam composuit multas, quas à fratribus salutis propriæ solicitus in libris digestas seruari cognouit.* hæc de Victore Gennadius.

b Gennad. de Script. Eccl. c. 37.

Sed & exiliuit in prelium pro domo Dei aduersus Arianos Voconius in eadem prouincia Mauritaniæ Episcopus, de quo idem auctor hæc pauca [c]: *Voconius Castellani Mauritaniæ oppidi Episcopus scripsit aduersus Ecclesiæ inimicos Iudæos & Arianos & alios hæreticos. Composuit etiam Sacramentorum egregium volumen.* Claruit & his ipsis temporibus itidem in Mauritania Pomerius scientia celebris: qui illic recedens, Romam primùm, inde se in Gallias contulit, multaque scripsit, quæ Gennadius numerat, laudatque simul eius vitæ mores sanctissimos. Tot planè syderum illustrata radijs prouincia illa fuit, quæ etsi nihil profuerit Wandalis, & ipsi Regi eorum Genſerico; constat tamen horum & aliorum sanctorum Episcoporum labores Catholicis fuisse proficuos, vtpotè qui eorum classico ad subeundum pro recta fide martyrium animarentur; quòd cùm occasio exegit, egregiè præstiterunt. Siquidem quod pertinet ad Genſericum, tantùm abfuit, vt ex Martiniani ac fratrum martyrio & miraculis vllum pœnitentiæ signum ostenderit, vt acerbiùs ferociusque Catholicos exagitare perseueraverit: nam audi Victorem [d]: *Accenditur* (inquit) *propter hæc aduersus Dei Ecclesiam Genſericus. Mittit Proculum quædam in prouinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum ministeria diuina, vel libros cunctos Domini sacerdotes: vt primo armis nudaret, vt ita facilius inermes hostis callidus captiuasset. Quibus se non posse tradere clamantibus, ipse rapaci manu cuncta populabatur, atque de pallijs * altaris (proh nefas!) camisias sibi & semoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, finitatim comedens linguam in breui turpissimâ consumptus est morte: ita vltus est pessimus dæmon, eum obsidens, Dei omnium creatoris iniuriam.* Sed pergit:

d Victor. de persecut. Vandal. libr. 1.

* pallis

XIX. VALERIANVS EPISCOPVS IN REGNO CONIEC TVS.

Tunc enim sanctum Valerianum Abensis ciuitatis Episcopum, dum viriliter, sacramenta diuina ne traderet, dimicasset: foras ciuitatem singularis iussus est pelli: & ita præceptum est, vt nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare. Qui in strata publica multo tempore nudo iacuit sub aëre: annorum erat plus octoginta: quem nos tunc indigni in tali exilio meruimus salutare. Sed Valeriani defuncti senis memoria indita sacris chartis die decimaquintâ Decembris in Ecclesia perseuerat. Subdit autem:

XX. PASCHALIS IVSTVS VITÆ FACTI MARTYRIS.

Quo tempore Paschalis solemnitas agebatur; & dum in quodam loco, qui Regia vocitatur, ob diem Paschalis honoris, nostri sibimet laudem ecclesiam referarent; compererunt Ariani statim quidam presbyter eorum, Andiot nomine, congregatâ secum armatorum quamplurimâ manu, ad expugnandam turbam accenditur innocentium. Introierunt exagitatis spathis, arma corripiunt, aly quoque secta conscendunt, & per fenestras Ecclesiæ sagittas spargunt. Et tunc fortè & canente populo Dei, lectore vnus pulpito sistens, Alleluiatica cum melos canebat: quo tempore sagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus post cecidit ipse. Nam & aly quamplurimi sagittis & iaculis in medio crepidinis altaris pro-

XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV.

bantur occisi. Nam qui gladij tunc interempti non sunt, postea pœnis attriti, regio iussu omnes penè necati sunt, præsertim maturioris ætatis. quorum omnium natalis dies coroni martyrum laureatus annuatim in Ecclesia exhibetur Nonis Aprilis. Ad hæc Victor:

XXI. *Alibi namque sicut Thunzendæ contigit, Galibus, vico Arymoniæ, vel alijs in locis, tempore, quo sacramenta Dei populo porrigebantur, introëuntes maximo furore, Corpus Christi & sanguinem pauimentis sparserunt, & illud polluris pedibus calcauerunt.* Vides ad quam execrandæ & horrendæ sacrilegia inducantur infelices hæretici. Quæ autem his diebus Carthagine facta sint, eumdem Victorem referentem audi, cum subdit:

XXII. ARMOGASTIS NOBILIS CERTAMEN. *Ipse enim Genserico præceperat (ita persuadentib. Episcopis suis) vt intra aulam suam, filiorum ejus, suorum, nonnisi Arriani pr diuersa ministeria ponerentur. Inter alios venerim est tunc ad Armogastem vestrum. Cuius cùm diu ac sæpius tibias torqueret quendam commentibus confingeret chordis, & frontem, in qua Christus vexillum suæ fixerat Crucis, rugatam, magisq; aratam extenderet atq; nugientes distenderet neruis, vt fila, arcuarum, sancto calum resistente, crepabant. At vbi tortores neruicas chordæ disruptas esse viderunt, allatis crebrius fortioribus chordis atq; cannabinis, illo nihil aliud, nisi nomen Christi inuocante, illa omnia vanè celebant. Sed & capite deorsum, dum ad vnum penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratis, omnibus videbatur.*

XXIII. ROMANI EDEM QVOD CATHOLICI. *Quem cùm Theodoricus Regis filius, qui eius dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari iussisset: à suo prohibetur locundo presbytero, dicente sibi: Poteris cum diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare.* Vides, lector, vsum loquendi, vt qui dicerentur Catholici, ijdem Romani nominarentur: quod alias superiùs est demonstratum. Quod enim ad Arianos vel alios hæreticos spectat: cùm more prædonum vendicarent sibi Catholicum nomen: qui verè essent Catholici (quòd eo potissimùm discernerentur signo, nempè si communicarent cum Romana Ecclesia) eos appellare Romanos consueuerunt, non secùs ac hodiè recentiores hæretici vsurpantes sibi & ipsi Catholicum titulum, Papistas nominant, quos ex coitione cum Romano Pontifice Ecclesiastica antiquitas semper nouit esse Catholicos, & eo semper nomine nuncupauit: vt planè ipsorum confessione appareat eos verè esse Catholicos Orthodoxos, quos eo nomine celebrant, quo se illos infamare ac reddere viles putant. Sed prosequamur cœptum fortissimi Armogastis certamen.

XXIV. ARMOGASTIS EXITVS ET BEATVS CHRVM. *Tunc* (subdit Victor) *Theodoricus in Bizacena prouincia ad fodiendas eum condemnat fossores. Postea quasi ad maius opprobrium, haud procul Carthagine, vbi ab omnibus videretur, pastorem eum præcepit esse vaccarum. Inter hæc, Domino remittente, cùm dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem venerabilem Christianum, procuratorem domus filij Regis, qui Armogastem vt Apostolum venerabatur, dixitq; illi: Tempus meæ resolutionis aduenit: Obsecro te per fidem, quam vtrique tenemus, vt sub hac siliquæ arbore me sepelire digneris, redditurus Domino nostro, nisi feceris, rationem. Non quòd ille curaret, vbi, aut qualiter suum sepeliretur corpus; sed vt illud demonstraretur, quod seruo reuelauerat Deus. Respondit Felix, & dixit: Absit Domine, confessor venerabilis; sed sepeliam te in vna basilicarum cum triumpho & gratia, quam meruisti. Cui beatus Armogas: Non; sed quod dixi, facturus es. Ille timens Dei hominem contristare veraciter, quod dixerat, promisit se esse facturum. Statim ipsa paucos dies Comes bonæ confessionis de hac vita migrauit. Festinauit Felix fidelegatum sub arbore fodere sepulchrum. Cui cùm intexteradices & soliditas aridæ telluris meram facerent, & calore angeretur, quòd tardiùs sancti membra corporis humarentur: tandem abscisis radicibus, multò altiùs terram cauans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, qualem fortè nullus omnino habuit Regum.* hucusque de consummato Armogastis agone Victor.

XXV. Vides, lector, esse diuinæ curæ & prouidentiæ, vt confessores sui, quos in cœlo celebrat coràm Patre, in terra condantur honesto sepulchro; quod & in alijs factum sæpè legimus: Vt vel ex his intelligas, quam pugnent contra Deum, qui in sepulchra Sanctorum insaniunt. Porrò vincentis nomen athletæ inseruit triumphantium martyrum choro Catholica Dei Ecclesia his solita nobilitari triumphis, cùm persecutione aduersariorum vrgetur; quæ in ipsorum commemoratione victoriæ certis diebus, quibus exultauêre victores, eorum coronas annuatim publico præconio exhibet venerandas: & sicut de alijs facere consueuit, ita clarissimo Armogaste, quarto Kalendas Aprilis, annis singulis digna persoluit.

Subdit Victor & reliquorum certamina martyrum istis verbis: *Sed nec quendam Archimimum, nomine Masculan, doloso præterire, qui cùm multis insidijs premeretur, vt Catholicam amitteret fidem: ipse cum Rex postea blandiendo assatibus secularibus mutabat, promittens eum multis diuitijs ditandum, si voluntatem eius auditum facilè commodasset. Qui cùm fortis atque inuictus in aurei cubo cum subtre sententiam capitalem ita tamen calidus occultè precipiens, vt si in illa hora vibrantis gladij pertimesceret ictum, magis eum occideret, ne martyrem gloriosum fecisset: si autem fortem in confessione conspiceret, à gladio temperaret. Sed ille, vt columna immobilis, Christo solidatus, effectus confessor reperitur gloriosus. Etsi martyrem inuidus hostis noluit facere, confessorem tamen nostrum non potuit violare.* Porrò quòd & iste perseuerans in Christo semper confessione consummauit agonem, eumdem inter Sanctos Deo caros, hominibus colendos, Catholica descripsit Ecclesia quarto item Kalendas Aprilis.

ARCHIMIMI FRVSTRA TENTATA FIDES.

Sed audi vltimo loco positum viri clarissimi Saturi illustre certamen; quod sui splendore coruscum absque eloquentiæ fuco ita Victor enarrat: *Nouembri & alium ea tempestate, nomine Saturum: qui cùm lucidum esset membrum Ecclesiæ Christi, & præmutatum Arianorum libertate Catholica frequenter argueret (fuit hic procurator domus Hunerici) conuenitur, accusante Marcadeo quodam diacono, quem Hunericus infaustus singulariter honorabat: Vt fieret Saturus Arianus, promittuntur honores & diuitiæ multæ si faceret: præparantur supplicia dira, si nollet. Hac optione proposita, vt si regalibus iussis non obediret, primo facta dissipatione & amoenissima domo vel substantia, postea omnibus mancipij & filijs, vxor ipsius, ipso præsente, cameratio in conuictum traderetur. Quod ille plenus Deo, magis vt velociter præueniisset, impios prouocabat. Obquam causam vxor eius inducta visa est ab his, qui exequebantur, mestienti marito, penisse. Accedit ad maritum alia Eua, consilio magistrata serpentis: Sed ille Adam non fuit, qui illecebrosa vetita arboris pomi contingeret: quia non indigens, sed Saturus vocabatur, saturatus ab vbertate domus Dei, & torrente deliciarum eius potatus.*

XXVII. PRÆCLARVM CERTAMEN SATVRI.

XXVIII. *Aduenit mulier ad locum, vbi maritus singularis orabat, conscissis vestibus, crine q; soluto, secum comitantibus filijs, vnumque infantulum, qua tunc lactabatur, manibus gestans; quæ nescienti prosternitur ad pedes maritis: etiam ipsa sum genua complectitur viri, sibilans vociferatione draconis: Miserere mei, dulcissime, simul & tui: miserere communibus liberis, quos conspicis ipse: Non subiaceant conditione seruili, quos clara prosapia edidit generis nostri: Non subiaciar ego indigno & turpi coniugio, viuente marito, quæ mihi semper inter cætera plaudebam de Saturo meo: Cognouit Deum, quia inuitus factus es hoc, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Cui ille, Iob [a] sancti voce respondit. Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Formidarem, mulier: si sola esset huius vitæ amabilis dulcedo: artifex, communx, diaboli ministratrix: si diligenti maritum, num quam ad secundam mortem attraheres proprium virum. Distrahant filios, separent vxorem, auferant substantiam: mei Domini ego securus de promissis verba sencebo [b]: Si quis non dimiserit vxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid vltrà discedente muliere cum filijs refutatâ, consortatur Saturus ad coronam, discutitur, expoliatur, pœnis conteritur, mendicus dimittitur: interdicitur ei prodeundi accessus: totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.* ita Saturus longo iugique martyrio auctiorem nobiliorémque de aduersariorum perfidia reuexit triumphum, qui & suæ victoriæ insignibus velut trophæis erectis, in Ecclesiasticis monumentis perpetuò permansuris, vtinam semper anniuersariâ memoriâ perseuerat, quarto Kalendas Aprilis iugiter redimita.

[a] Iob 2. SVMMA SATVRI CONSTANTIA.

[b] Matt. 19 Marc. 10.

XXIX. *Post hæc* (addit Victor) *Genserici Ecclesiam Carthaginis*

INSVLÆ ET LOCA MARTI MAGNA VI A PASSA A GENSERICO.

Claudio præcepit, dissipatus atque dispersis per diuersa exiliorum loca (quia Episcopum non fuerat) presbyteris & ministris. Quæ vix reserata est, Zenone Principe supplicante per Patricium Seuerum; & sic vniuersi de exilio redierunt. sed de his suo loco. Porrò hæc quidem hoc anno (vt vidimus) cœpta, in sequentes sunt propagata. At verò non Africa tantùm passa dirum barbarum, acerbum persecutorem ingemuit, sed & aliæ Romani orbis prouinciæ, cùm ipse annis fermè singulis validâ classe ora maritima infestaret. Hinc idem Victor ad ea, quæ sunt dicta, adijciens corollarium, ista subijcit: *Quæ autem in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutys, Lucania, Epiro, vel Hellada gesserit, melius ibi ipsi quæ passi sunt miserabiliter lugenda narrabunt.* hactenùs ipse.

XXX. OBITVS MAXIMI, ET CREATIO BASILII EPISC. ANTIOCHENI.

Hoc eodem anno defuncto Maximo Episcopo Antiocheno, in locum ipsius Basilius subrogatus est. At ne hoc de obitùs Maximi tempore diuinandi esse credatur: inde certum deducimus argumentum, quòd cùm constet assertione Nicephori, qui vnus catalogum Episcoporum Antiochenorum recensuisse scitur, sedisse Basilium successum Maximo annis duobus, & qui illi substitutus fuit Acacius annum vnum, addatque memorabilem cladem illam terræmotûs Antiochiam sæbuentis sub Acacio contigisse; constet verò eamdem factam esse anno secundo Leonis Imperatoris, vt suo loco dicemus: cùm idem Leo regnare cœperit anno sequenti, & ab hoc anno vsque ad cladem illam tres intercedant inchoati anni, quibus impletur locus sedis Basilij & Acacij: dicendum vtique est, anni huius exordio Maximum esse ex hac vita subductũ, cùm sedisset annos septem, quippe quem creatum vidimus anno Domini quadringentesimo quadragesimonono, cum Ephesi sub Dioscoro improbatum illud Ephesinum Concilium ageretur. Fuisse verò Basilium Catholicæ fide præstantem, litteræ Sytorum Episcoporum datæ posteà ad Leonem Imperatorem significant.

XXXI. Hoc item anno, dum Auitus cum Marciano regnaret: *Philippus presbyter* (inquit Gennadius) *optimæ auditor Hieronymi commentariorum in Iob edidit sermone simplici librum. legi eius familiares epistolas valde salsas, & maximè ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias. Moritur Marciano & Auito regnantibus.* hæc ipse.

IESV CHRISTI
Annus 457.

LEONIS PAP. Annus 18. LEONIS I. MAIORIANI I. IMPP.

I. SEQVITVR Christi annus quadringentesimus quinquagesimusseptimus Constantino & Rufo inscriptus Consulibus, quo Marcianus Imp. ex hac vita migrâsse ponitur à Marcellino [a] & Cassiodoro [b] & alijs: ex quibus corrigendus est Euagrius [c], qui eum imperâsse tradit vsque ad Imperium Seueri in Occidente regnantis: sed & redarguitur ex epistolis Sancti Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem ante Imperium Seueri conscriptis. Numerant verò annos Imperij Marciani sex integros, menses sex, & dies duos. Anni quidem huius exordio, nempe vigesimasextâ Ianuarij defunctum esse Marcianum, Theodorus Lector [d] cùm tradat, de eo ista præmittit: *Marcianus ad supplicationes, quæ in Campo fiebant, egressus, multa largitus est egenis: Anatolium verò Episcopum hortatus est, vt secundum consuetudinem vrbis illius Episcoporum, à Tauro vsque ad Campum vectus supplicaret: Hic cum Marcianum peditem ingredientem videret, & ipse supplicauit.* ad hæc addit idem auctor: *Marcianum cognitus, qua contra Romanam ciuitatem & Imperatrices ab Afris fierent, pro maiestate Imperij commotus, ad bellum separauit. Contigit autem, vt ad supplicandum in Campum cùm egrederetur, vigesimasextâ Ianuarij diem obierit.* hæc Theodorus de tempore eius obitûs.

a *Marcellinus Chron.* b *Cassiod. in Chron.* c *Euagr. lib. 2. c. 8* MARCIANI IMP. OBITVS. d *Theod. Lect. Collect. libr. 1.*

II. MARCIANI DIGNA LAVDES.

Prædicatur & inter alias eius virtutes digno præconio à Nicephoro effusa in pauperes Marciani largitas, & in primis inculpata religio, propensissimumque erga fidem Catholicam studium, & in Imperij administratione prudentia cuius tempore omnes barbari conticuerint: legum insuper in eo laudatur inuiolata custodia, vt nihil præter fas sibi concessum esse putaret; vnde non curauerit in canonum contumeliam sancitũ tueri de primatu sedis Constantinopolitanæ in Concilio Chalcedonensi decretum: celebratur & admiranda eius tum corporis, tum animi castitas; vt non tantùm ab alienis abstinens fuerit, sed quã accepit Augustam virginem coniugem, virginem pariter transmiserit ad Christum primum eius sponsum in cœlis cum eo perpetuo regnaturam: Atque demùm (vt vnâ sententiâ plura tamquam vno fasce perstringam) vix fit reperiri inter Constantinopolitanos Imperatores aliquis post Constantinum, qui cum Marciano cõferendus videatur. Quod igitur robore bellico atque religione polleret in numismatibus galeatus & dexterâ iaculum tenens exprimitur, ex parte verò altera in signis Cruce geminata Victoria collocatur, prout ex aureo numismate hic tibi reddendum curauimus.

e Extat apud Labb. Parisijs. Roma.



Sed & ipsius pariter cedit laudi, quòd adeò modestum & benẽ obsequentem (quod rarò contigit) reliquit in omnibus Senatui exercitum, ipsumq; Senatum adeò summâ pace coniunctum animis, vt ipso defuncto, quamuis legitimus deesset hæres, & plures essent tum in militia, tum in Senatu, qui sibi Imperij iura prætextu aliquo vendicare, vel tyrannicè arripere potuissent: summâ tamen pace atq; concordiâ, tamquam fi in illa florentissima olim Romana antiqua Republica tractaretur, qui optimus videbatur, ipse à Catonibus eligeretur Augustus: *Sic igitur* (inquit Nicephorus [f]) *communi Senatus calculo Leo Tribunitius, Thrax ipse quoque genere, Imperator Romanorum salutatus est, & à Patriarcha Anatolio diademate coronatus.* hæc ipse. Verùm Ardaburius & Aspar filius militiæ Magistri videri voluerunt ipsius Leonis in Imperium promotores; quorum officium Leo non recusauit, & ipsorum petitionibus annuit, eâ arte è manibus Arianorum hominum exercitûs robur eliciens, quòd timebatur à Catholicis omnibus. At nõ præterenda putamus, quæ de rebus ante Imperiũ gestis tradita posteris de Leone sunt. Nicephorus enim de eius rebus ante Imperium præclarè transactis eiusmodi narrationem instituit [g]:

III. LEONIS IMP. ELECTIO. f *Niceph. lib. 15. c. 11.*

Leo iste cùm nondum diuino nutu Imperiali dignitate exornatus, priuatus degeret, & circa eum locum (vbi scilicèt posteà factus Imperator construxit Ecclesiam) *in hominem casu obuiam incidit: & vicem eius miseratus* (erat enim vir bonus & misericors & in rebus omnibus consideratus & prouidus) *manu eum duxit, oculi ei vicem præstãs: gressumq; eius per loca plana dirigens, si quid in itinere spinarum aut durum esset, quod incedentem offendere posset, remouit: atque ille quidem hunc ducebat, ille autem sequebatur. Et iam itinere aliquanto confecto, propè cænosum hunc locum venerant. Cæcus, ille sitiebat plurimùm conficiebatur, & quin concideret, parum aberat: ita humor omnis in eo æstu vehementissimo exaruerat. Itaque Leoni valdè institit, ab eoq; vrbis contendit, vt sitienti eius mederetur, & viæ laborem in vmbra quapiam aliquantulum recrearet. Erat hoc inenarrabilis cognitionis & sapientiæ Dei, quæ mirificè omnia instituit.*

g *Nicph. lib. 15. c. 11.* IV. LEONIS EXCAECATVM FIGIVM.

Ille igitur misericordiâ erga pauperem motus, densam siluam omnem perlustrauit, & si quis aqua humor vbi scateret, scrutatus est. Vt verò post fatigationem multam, infeliciter ad illum rediit, & anxiè admodum quiritaretur, quòd misero illi in tali casu nihil solatij conferre posset: vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam audiit, quæ diceret: Non ita anxietate te macerari oportet, Leo: ecce, aqua prope est. Proinde nouâ hãc voce con-

V. DE LEONIS ANTIOCHENI PRIMI MIRACVLVM.

sterna-

IX. DE SANCTIONE LEONIS IMP. PRO FIDE CATHOLICA

sternatur, denuò vndam inquirere instituit: sed & ipse cæcus prorsus fuit: circum enim eam versabatur, minimè tamen eum videbat: quod & situs densæ opacitas ei obstaret, & cæcum profundius illum inde remoueret. Quapropter partim indignans, quòd quem manu duxerat, cæcus erumnam eam pateretur; partim vocem eam in animo fixam consideraus, & aquam rursus inuestigans; denuò eam ipsam exaudijt suauc quiddam & iucundum cælitus sonantem vocem. Nam & de nomine eum compellauit, & Imperialem dignitatem primo quoque ei tempore aduenturam certò denunciauit, ita inquiens: Leo Imperator, densum hunc & vmbrosum lucum ingressus, turbidam aquam hauri, eaq; sitim hominis agrè refice, & limũ cænosum pannis cape, quo cæci oculos inunguas. Quæ verò sumdudum hunc obtinens locum, eoque me obleclans, mox sies. Tu fac, vt eidem hic mihi sacram construas, in qua identidem versor & suauiter deambulem; in qua etiam precantibus omnibus, locumq; hunc cum ardore & fide certa adeuntibus optata præstem omnia. Neque quicquam est prorsus quod mihi aduersetur, & non continuò mea potestati cessurum sit, etiam si dæmon sit, aut morbus, qui omnem superet medicinæ curam, aut aliud quicquam, quod factura non sim: dummodò vitæ pieq; sit petitum.

VI. *Verba eius Leo parens, cænum & vndam ad cæcum parum id iam curantem, vt in quo spiritus propè extinctus esset, attulit; & oculo eius luto, non secùs atque Saluator illius à natiuitate cæci, linuit. Deinde etiam aquam præbuit. Oculis attrectanti, ecce autem maiestas & magnificentia tua, ô Dei Genitrix, se exhibet; & misere illi aqua turbida & lutum soloec fit. Confestim enim visum recepit, & diuturnas abjecit tenebras, oculis prater spem omnem Solem, seu potiùs cænum & lutum inspiciens. Sicuti namque Sol primùm, qui visus lucem primus dat, ab eo conspicitur; sic tum lutum, quo lumen illi ministraueras, primùm ab eo conspectum. Quæ in re illud etiam admirandum fuit: nam quod oculo valentibus maximè aduersatur, id tum naturâ & visu â depositâ, salutare est facium. hæc Nicephorus de his, quæ ante Imperium adeptũ, de Imperio tamen adipiscendo sunt prænunciata Leoni: qui & de templo ibi Dei Genitrici Mariæ, Ad fontem nũcupato, ab eodem; postquàm factus est Imperator, erecto, historiam narrat. Quòd autem referant plures, necem Asparis & Ardaburij ipsius exordio Leonis Imperij patratam esse; manifestè errare conuincuntur auctoritate Marcellini, qui post annos tredecim id factum ponit: agemus ergo de his suo loco.*

DE ECCLESIA S. MARIA AD FONTEM

VII. Interea autem cùm S. Leo Romanus Pontifex de electione Leonis Imperatoris nuncium accepisset, litteras ad eum, ex more gratulatorias dedit, vt ipse testatur in litteris [a] ad eumdem secundò datis. hortatus verò est idem S. Leo Leonem nouum Imper. ad custodiam eius, quam vnà cum Imperio acceperat à prædecessore Marciano Augusto fidem Catholicam, defensionemque Chalcedonensis Concilij, quod tantoperè hæretici cùm in Ægypto, tum in Palæstina labefactare conati essent. Leo Augustus igitur tanto excitatus classico, licèt sponte curreret, vehementiùs tamen in opus fertur. Quamobrem nihil antiquius habuit, quàm fidei Orthodoxæ consulere, & quibus eam valeret viribus obfirmare, atque solidiùs stabilire. Ad quòd præstandum salubre illud consilium inijt, vt sanctionem amplissimam ederet, quâ significaret se confirmare omnia à prædecessoribus Imperatoribus aduersus hæreticos promulgata decreta, atque in primis quæ pro firmitate Chalcedonensis Concilij haud pridem à Marciano Augusto sancita fuissent edicta.

a Leo epi. 73.

LEO IMP CATHOLICAM FIDEM TVETVR.

VIII. Adiecit posteà, vt ad Metropolitanos omnes Orientales litteras daret, quibus reliqui pariter admonerẽtur Ecclesiarum minores Episcopi, vt cuius essent fidei, redditis litteris facerent manifestum: ex quo alterum de duobus efficeretur, vt vel in hunc modum calculo omnium Orthodoxorum iterum ipsorum confessione Chalcedonense Concilium firmaretur, & perinde ac præsentes essent in Synodo, suâ scriptione fidem Catholicam communirent; vel ex hoc qui essent hæretici, palàm fierẽt, deteclique; tum sententia Episcoporum, tum etiam legibus Imperatorum è gradu sedeq; protinùs pellerentur. Horum omnium fidem faciunt litteræ Alexandrinorum & Ægyptiorum Orthodoxorum ad ipsum Leonem Imperatorem postcàreddite, in quarum exordio ista narrantur [b]:

LEO IMP. QVID EXIGAT A METROPOLI.

b Extat inter epi. illust. personar. pro Con. Chalced. to. 2. Concil.

A superna gratia modò diuinitùs confortatus, iuste non cessas pro communi vtilitate cogitare, post Deum, cunctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiam omnis fortitudo verborum tuũ vincitur actibus, quibus Diuinitas exornatur; & verba ad hoc eis necessaria non sunt, quibus opera facere noscuntur indicium. Nuper enim electus à Deo & purpurâ exornatus, optimum iudicâsti propositũ tuum magnum ostendere, quem ipse omnium creator elegit, benignè diuitijs largitorem remunerando bonorum: quando repente in ipso principio, voce vestrâ ex scripto procedente pessima, ad sanctissimos Metropolitanos Episcopos, insrangibilem Ecclesiæ Catholicæ crepidinem robor âstus, & priorum omnium possimorum Principum constituta pro Orthodoxa religione firmâstis.

X. *Insuper & ijs, quæ nuper à sanctæ memoriæ Marciano Principe nostro sancita sunt, consona decernentes, nihil aliud estis meditati, quam pacem omnium & stabilitatem Reipublicæ, frenantes linguas eorum, qui aduersus Ecclesias Christianas consurgunt, & blasphemant Deum, aut in eum quoquomodo delinquunt. Iniuria namque Dei manifesta est hæreticorum abscindentium semetipsos à recta fide sententia. Quapropter hanc optimè sciens, venerabilis Imperator, maligni prolem existere insidiantis quieti sanctarum Christi semper Ecclesiarum, eamq; immutilatam pacem conservare non finens, recte prouidentiam tuam studuisti mox adhibere, ei per omnia resistentem: quod est opus possimorum Principum pro Orthodoxa fide pugnantium & resistentium primitus malis extrinsecùs venientibus, & animabus Fidelium aduersantibus.* hæc de institutione Leonis Imperatoris ipso regni sui exordio. Eadem Catholicam confirmantis, optimique Principis specimen edentis, sic posteris relinquentis exemplum Imperatoribus, quodnam tantæ molis regiminis debeant subijcere fundamentum, vt sit ab omni hostium turbine incõcussa atque stabilis permansura. Sicut enim Catholicæ fidei confessioni, neque ipsæ portæ inferi, Domini promissione, valent obsistere: ita pariter super eadem Imperium stabilitum, perseuerauit aduersus ingruentes aduersarios omnes semper illæsum.

* licentia

XI. Excidit autem eiusmodi Leonis Imperat. sanctio, quâ Deo sui Imperij primordia consecrauit: sed satis ad rei gestæ historiæ veritatem consequendam, hæc modò ex litteris Alexandrinorum & totius Ægypti Orthodoxorum in medium adduxisse. At vnde earum scribendarum litterarum occasio eisdem Orthodoxis Ægyptijs data fuerit, ex ipsis itidem petenda est. Dum enim hæc pro firmitate Catholicæ fidei Constantinopoli à Leone Imperatore omni studio agitentur, contigit. Alexandrinam ciuitatem vnà cum omnibus Ægypti prouincijs turbis vehementioribus agitari, vexariq; mirum in modum à factione Dioscori, ex improuiso omnium, quam per septem fermè annorum spatium in stomacho continuerat, auxeratque indies bilem, in ipsum sanctissimum Alexandrinum Proterium, momente. Hæc autem quomodo se habuerint iam narrare aggrediamur.

TVRBATVR ECCLES. ALEXANDRINA.

XII. Cum Ægyptij illi hæretici, qui Dioscori studiosissimi erant, licèt sæpè moniti, nusquam tamen resipiscere voluissent, & in vilium eam ob causam exturbati essent; simul ac defuncti Marciani nuncium accepissent, duce Timotheo olim ex monacho creato presbytero Alexandrino, vehientes Alexandriam, adeò in sanctum Proterium eius sedis Episcopum consortes hæreseos concitârunt, vt eumdem occiderint, & in locum eiusdem ipsum Thimotheum subrogauerint, de quo quidem Timotheo hæc habet inprimis Theodorus lector his verbis [c]: *Thimotheus Ælurus, antequam occideretur Proterius nigrâ vestc induitus cellas monachorum circuibat, & vbunquemque monachum ex nomine vocabat: Cum autem illi auscultarent, vtum se ex administratoris spiritibus esse dicebat: ad hoc missum vt cunctis ederet, ne cum Proterio communicarent, sed Timotheum Ælurum Episcopum designarent, hoc pacto cunctis sese insinuans.* hæc Theodorus.

QVÆ NEFARIA PATRATA AB HÆRETICIS ALEXANDR.

c Theod. Lect. in Codice Ii.

XIII. Sed quomodo tantum nefas & inauditum hactenus in sanctissima illa Ecclesia sacrilegium sit perpetratum, cum in loco sacro venerabilis baptisterij, tempore sacro, nempe maioris hebdomadæ propè Pascha virsanctissimus atque primus in Ecclesia Dei post Romanum Episcopus occisus fuerit atque discerptus, enarrare progrediamur.

Extat ea de re dicta epistola cleri Alexandrini & Ægyptiorum Episcoporum Orthodoxorum ad Leonem Imperatorem missa, quâ cuncta, quæ ab impio Timotheo facta sunt, exactè describuntur. Nos igitur ex ea illa tantùm, quæ ad historiam spectant, hic inseremus. est autem eiusmodi epistolæ titulus [a].

XIV. QVERELA DE TIMOTHEO ÆLVRO.

Oblatæ preces ab vniuersis Episcopis nostro Ægyptiacæ diœcesis, & clericis sanctissimæ vestræ maximæ ciuitatis Alexandrinæ. epistola verò sic exorditur: *A superna gratiâ modo diuinitùs confortatus, &c.* recitauimus ex ea superiùs, quæ ibi sequuntur de edita Imperatore sanctione aduersus hæreticos: quæ autem ad res Alexandriæ gestas pertinent, ita se habent, vt primùm doceant se Catholicæ fidei cultores esse, his verbis: *Hunc igitur animum repossidentem religiosum & rectorem humani generis, tantumq; circa Christum studium demonstrantem, admiti & nos importabilia mala passi, licèt peccatores, Christi Pontifices, quæ neque sermonibus sufficimus præsentare, nec lugere digne valemus. Quemadmodum autem nostra sic gesta calamitas enarramus. Catholica siquidem intemerata & apostolica fides in Nicæa à sanctis trecentis decem & octo Patribus posita & vbique firmata, & apud omnes verbum veritatis rectè prædicantes habitâ, quam etiam vnaquæque per tempora Orthodoxorum Episcoporum ad peremptionem quidem sapiès exortarum contra rectam fidem vanarum quæstionum, custodiam verò rectè cõsistentium Patrum firmauit atque roborauit. Simili quoq; modo & Chalcedone sanctum & vniuersale Concilium congregatum dudum sub pio sanctæ memoriæ Principe Marciano hanc inviolatam incontaminatamq; seruauit, abscindens quidem zizaniæ pestem à quibusdam rectis superseminatam dogmatibus, confirmans autem venerabilis Nicæna fides (sicut diximus) Symbolum salutare, & figens ineuertibiles terminos super eum, sicut gratia Spiritus sancti declarat; formamq; constituit, per quam omnem adiectionem, omnem inminutionem aduersus confessionem rectam penitùs abnegauit.*

XV. PRÆPONITVR ET ORTHODOXOS.

Quapropter & nostro Ægyptio Concilio necessariò cum Archiepiscopo nostro sanctæ memoriæ Proterio indubitanter ei consentiente, & ea sapiente & vnanimiter cum vniuersis totius Orbis Christi sacerdotibus, & præ omnibus cum sua sanctissima Episcopia, id est, Romana Leone, regia Constantinopoli Anatolio, & Antiocheno Basilio, & Iuuenali Hierosolymorum, & omnibus Orthodoxis Episcopis consentiente: laborantibus nobis secundùm S. Apostolum pro Euangelicæ fidei firmitate, & in Christo sapientibus cum nostro Ecclesiis & ciuitatibus. & in cõmutata [a] *pace Orthodoxi populi apud nos & apud Alexandriam consistentu excepto Timotheo, qui semetipsum ab Ecclesia Catholicæ fide dissipit pariter & abscidit annos post Chalcedonense Concilium, dum tunc dignitate presbyterij fungeretur, cum quatuor aut quinque solis Episcopis & paucis monachis hæreticâ Apollinarij & eius similiũ sectâ languentibus: propter quam damnati tunc regulariter à sanctæ memoriæ Proterio & omni Ægyptiaco Concilio, etiam Imperiali nutu dignè exilium, sunt experti.*

[a] incommota

XVI. TIMOTHEVS CELESTIS NOVA TENTAT.

Hunc Timotheum malignus inuenit arma suæ machinationis aptissima quem nouimus quidem boni cuiuslibet extorrem diabolica verò mentis solummodo instrumentum opportunum existere. Qui dudum inhians in Episcopatum Alexandrinæ maximæ ciuitatis (sicut rei euentus ostendit) apparens, quòd eum oporteret effugisse, si tamen speret, bene proponens habema, quod vitare se primùm dolosè fingebat, insidiatus q; transitum sanctæ memoriæ Principis Martiani, quo migrauit ad Deum, blasphemis vocibus impudenter aduersus eum insurgens, & sanctum & vniuersale Cõcilium Chalcedonense anathematizans inuerecundè, & vulgus populi seditiosorum & vilium congregans; denique contra sanctas regulas, Ecclesiasticam disciplinam, & communem Rempublicam, legesq; coæmans irruit in Ecclesiam sanctam Dei, habentem pastorem atque doctorem sanctissimum nostrum tunc fratrem Archiepiscopum Proterium, & collectas solitas celebrantem, & orationes fundentem omnium nostrum Saluatori Christo pro vestræ pietatis imperio & Christianissimæ vestro Palatio, congregatis in ipsa ciuitate magnificentissimo Iudicibus & curiâ & plebe fideli, omnibus q; simul clero & monachis.

XVII. TIMOTHEVS INTRVDITVR IN EADEM ALEXAND.

Hoc itaque malo procedente, & vix adhuc factâ die, dum in Episcopio secundùm consuetudinem degeret Deo amabilis Proterius: assumens secum Timotheus iniquè condemnatos duos Episcopos & clericos similiter, qui (vt diximus) in exilium fuerant habitare damnati, eam quam manus impositionem susceptum à duobus, nullo pe-

nitùs Orthodoxorum Episcoporum ex diœcesi Ægyptiaca præsente: vt mortuus est in Alexandrinorum Episcoporum ordinationibus interesse (vt reuera) adeptus est Pontificatûs sedem, adulterium apertè præsumens in Ecclesia proprium sponsum habente & agentem in ea diuina mysteria, & sedem propriam regulariter exornantem.

Iste optimus odibilem Deo & vndique periculosam differri non sinens actionem, cum rabie quadam incomprehensibile repentè semetipsum in bronizauit, legem & ordinem Ecclesiasticum irrationabilem tramitem quasi permixti esse confidens, & neque regulas Patrum, neque legem Imperialem, non iudicialem seueritatem mente percipiens, nec ordinationes effecit Episcoporum simul & clericorum, Episcopo sine impositione manus existens. Sed neque reorum baptismatis presbyteratûs ordinem baptisma fecit, & omnes operationes, quæ ei nullatenus agere competebant, exercuit. His itaque dudum & nefariè per eum quotidiè procedentibus, post aliquot dies, dum alibi degeret magnificus & gloriosissimus Dionysius ciuitati adfuit laboranti, & egit quatenus pestifer Ecclesia crudelissimus tyrannus etiam ab ipsa ciuitate recederet: quo facto Ecclesia & ciuitas communem vitæ tatem contulit.

XVIII.

XIX.

[b] Rom. 12. GRADATIO HAERET. CONVM.

Sic ergo decursis paucis diebus, dum commotio & rationabilis ira pro Timotheo concitaretur ab aliquibus contra sanctæ memoriæ Proterium, nihil aliud erat, quod faceret ille beatæ memoriæ, quàm vt locum daret ira (secundùm quod scriptum est [b]) *& adsacrum baptisterium se conferret, inuasionem fugiens contra suam concurrentium necem. In quo celsiori loco à barbaris & cunctis seruientibus hominibus timor fuit, etiam nescientibus locis culturam & exinde gratiam emananiem. Tunc hi verò, qui ab initio intentionem Timothei ad effectum perducere festinabant, neque in illo inueniebant locum eum saltem volentes neque cultum loci metuentes, neque tempus cum esset salutaris Paschæ festinitas, nec ipsum sacerdotium pauescentes, quod est mediatio Dei & hominum.* hoc, quod de Pascha dicitur, de Cœna Domini intelligi debet, in qua id perpetratum fuisse, habet Liberatus [c] Diaconus. Sed pergunt:

[c] Liberat. diac. in Breuiar. cap. 15.

XX. OCCIDITVR S. PROTERIVS.

Percusserunt inculpabilem virum, eumq; crudeliter occiderant etiam cum aly sex: & eum inducentes eum vbiq; cadauer vulneratum, crudeliterq; trahentes per omnia pene ciuitatis loca, insensibile corpus plagis sine miseri cordia verberabant, dudentes membratim eum, & neq; parietes interiora, mere canum, gustare illius viri, quê nuper habere se Dei & hominum mediatorem putauerant: tradentesq; reliquum eius corpus igni, etiam dispergebant eius cineres in venios, ferocitatem bestiarum omnium transcendentes. Horum siquidem omnium auctor fuit & sapiens (si Deo placet) architectus Timotheus, primò siquidem adulter, posteà etiam homicida, penè manibus propriis hoc nefas efficiens, & propterea condemnandus: quando agentis quis iubet malum fieri, in supplicio proximus est.

XXI. TIMOTHEVS SACRILEGVITER ARCET PONTIFICALIA.

Adiecit etiam his malis sine timore peiora, dum inique contra regulas operatur. Hactenus agit sacra mysteria, qui neque commonendi habere laicorum sanctiu canonibus potest: & gubernat quidem auctoritate suâ sanctam Alexandrinam Ecclesiam, res autem eius, vt ei visum fuerit male deuastat; & habentes alimenta pauperes ab Ecclesia, ea solatia prinat omnimodis, alios hos scelerati ssimis expendendo. Et apertè quidem Episcopos condemnatos quatuor vel quinque contrarios Orthodoxæ fidei (sicut diximus) existentes, alios quidem secum habet, alios verò per ciuitates mittit, vt in eis Episcopos Orthodoxos persequantur: sed & alios ordinare non cessat. Eos autem, qui regulariter consistunt, velut communicatores sancti & vniuersalis Concilij & sanctæ memoriæ Proterij, anathematizat: & iam expulit omnem sanctissimum vrbis Alexandrinæ clerum communicantem similiter generali Concilio & sanctæ memoriæ Proterio Archiepiscopo. Sed ipsum clericos, qui nostru Ecclesiu, & à nobis sunt ordinati, omnes velut hæreticos anathematizando verè monstrauit. Orthodoxos verò senes, & sanctæ memoriæ Theophilum Alexandrinorum ciuitatis Episcopum, & sanctæ memoriæ Cyrillum, & beatæ memoriæ Proterium, omnes antiquitùs ordinatos, & vt diximus, anathematizauit, & à sacerdotio cuncto prohibuit.

XXII. NOMINATVR PROTERIVS AEXANDRINVS DIPTYCHIS

Addidit etiam istis malis, quod ex venerabilibus Diptychis abstulit quidem sanctæ memoriæ Proterij vocabulum: posuit verò sui nomen, & Dioscori ab vniuersali Concilio condemnati, cuius nec ordinationes suscepit: sic vndique velut ebrius varia calliditate coniungitur: & per singulas ciuitates & venerabilia monasteria præcipit, & nullus communionem suscipiat aut ab Episcopo, aut à clericis, qui communicatores sunt, aut fuerunt sancti & vniuersalis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Concilij Chalcedonensis, & memoria venerandæ Proterij. Nec putat clericos, qui à nobis sunt ordinati, sed pro illis alios iubet introduci, tam quos ipse ordinat, quàm quos alios fatere iubet. Hinc igitur cūctas AEgyptiacæ diœceseos sanctas Ecclesias obtinente caligine atque mœrore, cuius confusione rerum in eo sic existentium cumulatius consulti sumus, contemnentes salutem propriam, multo sudore in labore suscepto, de ciuitatibus nostris exire, & sedibus atque tam fortibus adiutoribus ac defensoribus nostris, & aliis ecclesiorum agere vitam propter calumnias à Timotheo & aliis ecclesiarum contra nos singulos meditatas; & tæ quam ad serenissimum & imperturbatum portum ad est, ad vestræ tranquillitatis vestigia cunctare, deferentes consacerdotes nostros in quibusdam latentes locis propter insidias ab his factas, nec valentes nobiscum longa itinera peragrare, expectantes per nos vestræ pietatis auxilia, vnam eandemq; nobiscum & simul cum Alexandrinis omnibus clericis habentes fidem.

XXIII. Quia verò sic aperta sunt, quæ quotidiè à Timotheo præsumuntur, vt neque commotionibus, neque labor ibus cedant ad probandum, quando enim superbia manifesta est, & contra regulas Patrum, & contra sanctiones Ecclesiarum, contra q; ipsam Rempublicam, contra omnem cingulum & potestatem (præsumimus autem dicere aperte) etiam contra vestræ pietatis imperium: Supplicamus & deprecamur vestram Christianissimam pietatem, & Orthodoxam & immaculatam fidem, & integrè vbiq; seruatam, & indubitabilitèr consistentem, nullo q; nostrorum circa eam ullo crepante, (sed sicut diximus) concordantibus nobis cum omnibus totius Orbis sacerdotibus, non patiamini tyrannidem rectitudinem fidei sustinere, sed vindicare potius sanctæ Patrum regulas in ordinem Ecclesiasticum, cinulenq; disciplinam, & sanctorum magnorumq; Conciliorum diuersis temporibus pro Orthodoxæ fidei vigore celebratorum iniuriam. Et scribere dignemini sanctissimo Romanæ ciuitatis Episcopo, quatenus hæc ea vestra tranquillitate nota fiant; necnon & Antiocheno, & Hierosolymitano, & Thessalonicensium vrbis Episcopo, & Ephesio, aliisq; quibus vestræ visum fuerit potestatis: nam Archiepiscopo huius regiæ ciuitatis Anatolio declarata est nostri libelli huiusmodi causa, vt eorum sanctitas certissimè cognoscens mala, quæ prouenerunt contra Orthodoxorum Ecclesias & Episcopos per Timotheum, vestra pietati renunciet, quid in tanti malefactis sanctorum Patrum regulis fiat decretum. Et tunc sanciat quidem vestra potentia, vetet vastauit Ecclesiasticas sanctiones, ab Alexandrinorum Ecclesia sancta recedat, cui præfederat tyrannico modo, & non legitimâ dispositione tentauit atque perficit, tantarumq; præsumptionum pœnæ subiaceat.

XXIV. DECRE-TVM HAC DE RE MANI-FESTA ROM PON-TIF. ET ALIIS. DECRE-TVM DE EPISC. ALEXAN. Deinde iubeat (sicut sanctæ Patrum regula præcipiunt, & antiqua consuetudo tradit AEgyptiacæ diœceseos) omnem Synodum Orthodoxam & communicatricem totius Orbis Episcoporum, quempiam sanctæ vitæ eligere dignum sacerdotio virum, & communicatorem venerabilis Concilij & vestra pariter pietatis, & qui sedis S. Marci irreprehensibilis esse videatur; quiq; possit vitâ Alexandrinum populum in sanctitate atque iustitia gubernare, noxiq; aleat, veluti propria membra defendere, & sit ad satisfaciendum idoneus verbo simul & doctrinâ secundum Apostolum, vt possit crudere resultantes, & ad veritatem cum satisfactione reducere. Si verò (quod non credimus) postquam secuta fuerint hæc, quæ possimus supplicantes, opus fuerit etiam Synodo, non pro causa fidei, quia (sicut prædiximus) nullo modo dubitamus, sed propter Timothei nonitates & vanitates & nefandos actus: neque hoc cunctamur, neq; segnes ad hoc erimus, sed potius confidentes accedimus: quia ipsa nostra iustitia defensionem nobis apportat; quādo nobis nullum sermonem

Tit. 1. facientibus pro redargutione vel probatione eorum, ipsa, quæ ab illis iam contra sanctas regulas prauè commissa sunt & hactenus perpetrantur, pene vocem suam aduersus eos emittunt, nec occultare possunt.

XXV. HAGRILE-VS TIMO-THEI MI-RA PRO-CACIA. Cumq; ipse cum suis instanter vsque ad præsens, impudenterq; deroget & anathematizet summos Archiepiscopos, id est, Romanum Leonem, & Constantinopolitanum Anatolium, & Basilium Antiochenum, cunctumq; Chalcedonense Concilium, omnes q; totius Orbis Episcopos, & vndique Orthodoxos clericos simul & laicos: hinc itaque vestram tranquillitatem suppliciter exoramus, quatenus dum petitiones nostræ perueniant ad effectum, sancire iubeatis vestra syllabus pietatis, Timotheum ab appetita vesania prohiberi, vt nec ordinationes aliquas tamquam Episcopus faciat Episcoporum, seu clericorum, aut quarumlibet aliarum, neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud Episcopi opus efficere, vel contra nostras ciuitates aut Ecclesias & aduersum eos aliquid tentare vel innouare: quoniam absolute contrarius apparuit & Concilio & Catholicæ simul Ecclesiæ.

Sed vt neque res Alexandrinæ Ecclesiæ, vt visum ei fuerat, disperget, ne (sicut malè putat) per pecuniæ suæ vtilitati prospiciat, sed vt consilio seniorū cleri Alexandrinæ ciuitatis, præter eos scilicet, qui ab ipso nunc sine iudicio & contra regulas ordinati sunt, constituat: qui etiam dudum indictum diligentiæ & fauoris sanctæ Ecclesiæ temporibus Patrum præcedentium præbuerunt, quatenus & prouidere rebus Ecclesiæ, & custodire eam redditur posse Domino. Hæc forma à vestra pietate proferatur. Clericos verò vniuersos honore dignos & inuenerentia senescentes, qui ab eo sunt (sicut iam diximus) expulsi, sancire præcipite, sine calumnia ad suas Ecclesias, in pace celebrantes pro vestra pietate solemnes orationes, cum quiete seruari, vrbemq; pariter, & in ea sanctæ Ecclesiæ constituatis, ad Christi gloriam & salutem & perpetuitatem vestræ Christianissimæ pietatis: literas dirigentes pro his, quæ poscimus, ad magnificentissimum Dionysium Ducem, necnon ad singularum prouinciarum Iudices; quatenus ea, quæ à vestra mansuetudine sunt sancita, & seruentur, & effectui contradantur, hactenus Episcopi Ægyptij & clerici Alexandrini ad Leonem Imperatorem.

XXVI. QVID PRO BONIS ECCLE. ALEXANDR. PETANT.

Scripserunt eidem tunc etiam (vt dictum est) litteras ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, quibus eadem, quæ sunt in litteris ad Leonem Imperatorem, recenset, adduntq; de virginum sacrarum & monachorum monasterijs ab eodem Timotheo profanatis, itemque de sede Proterij à Timotheo igne succensa: rogantes eundem, vt ea, quæ scripserant, Romano Pontifici significanda curaret. Quod quidem quàm diligentissimè Anatolius præstitit, vt ex litteris ipsius S. Leonis apparet, de quibus proximè dicturi sumus.

XXVII.

XXVIII PRÆVALET VERITAS. Vidisti, lector, & exhorruisti ferale spectaculum crudele facinus, immane scelus, horrendum flagitium, & facilegium portentosum, siue ad personam, siue ad locum, tempusve respicias in nece Proterij perpetrata? vnde consideres, qualia esse soleant opera à fide Catholica deuiantium impiorum. Sed licèt irrumpat audacia, furatque temeritas, atque debacchetur soluta licentia, grassetur insuper infrenis perfricta fronte procacia, occidat, trahat, discerpat, comburat, & tenues cineres spargat in ventum, atque ne eius nomen memoretur amplius, abradat è Diptychis: longè tamen secus, proquibusuis æreis tabulis Proterij nomen liber vitæ habet descriptum in cœlis, & in terris non vna tantùm, sed omnes totius Orbis Ecclesiæ indelebilibus notis perpetuæ memoriæ commendarit, solemniter acceperunt annis singulis magno præconio repetendum: quem sciunt sacerdotali corona decorum, martyrij splendentem purpurâ, partem in cœlis cum sanctis Apostolis accepisse.

XXIX. TIMOTHEI MIRA PROCACIA. Intuitus es pariter, nescire in delinquendo terminum semel transgressam vallum fidei Catholicæ hæresim: haud enim cruenta bestia exatiari valuit nece Proterij, sed debacchatur in cleyum Alexandrinum; sed & peruadit ciuitates omnes Ægypti, fuit in Orthodoxos Episcopos, omnes explorat vicos, penetralia solitudinis penetrat, irruit in monasteria exagitans Catholicos omnes: nec his contenta limitibus, longius amens sagittas emittit, intorquet furens anathematis iacula in Romanum Pontificem quem pertimescit vindicem necis sanctissimi viri, iudicem læsæ fidei, & vltorem omnium scelerum patratorū: ex quo intelligere valeas, vnde emergat cornuta bestia, quæ cornibus petat supremum Ecclesiæ thronum; vnimirum è portis inferi, inferorum satellitio constipata: quibus nostri temporis infelicissimi hæretici satellites accessêre, contendentes totis viribus, ne à suis maioribus crudelitate atque perfidiâ superentur. Sed stat sui firmissima Christi promissio solidata, atque supra firmam petram erecta, cum Petro dixit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Atreliqua prosequamur.

XXX. LEGATIO HÆRETICORVM AD LEONEM IMP. Non defuerunt hæretici partibus suis: miserunt & ipsi ad Leonē Imperatorem legatos, litteras q; dedere, in quibus de nece ex vi publica illata sancto Proterio nec verbum quidem, solùm in eo insistentes, sedentq; Timotheo,

pacem esse redditam Alexandriæ, omniaq; statu tranquillissimo collocata. Sed & quod literis Imperatoris omnes Metropolitani (vt diximus) exigerentur professionem fidei, quam profiterentur, scribere; ijdem quę tum ipsi, tum Timotheus crederent, magnâ procacia ijsdem[a] litteris adjunxerunt, quæ sic se habent[a]:

[a] Inter ep. Vir illustr. in Concil. Chalced.

XXXI. AEGYPTII HÆRETICI AD LEONEM MVLT.

Pijssimo & Christianissimo Imperatori Orthodoxo Leoni Victori, Triumphatori, semper Augusto, Episcopi & clerici AEgyptiacæ diœcesis ab Episcopo Timotheo AEluro destinati.

1. Pet. 2.

Scriptum est: Omni [b] *petenti rationem esse reddendam de spe, quæ in nobis est: atque multò magis pijssimo atque Christianissimo Principi. Nos itaque sanctissimi & Deo amantissimi Patris nostri Timothei literas tranquillitati vestræ delatumus gratiarum actione plenissimas, & quòd Alexandrinorum magna ciuitas, auspice Deo, sub vestræ pietatis Imperio pacem habeat, cum quiete multa tam ipsa ciuitas, quàm sanctissimæ Ecclesiæ & venerabilia monasteria gubernantur. Quia verò necesse visum fuit etiam sphem nostram & fidem breuiter vestræ mansuetudini declarare: suggerimus, nos trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, qui in Nicæa ciuitate collecti sunt, & per sanctum Spiritum sunt locuti, Symbolum atque idem tenere & custodire, & neque augmentum aliquod, neque imminutionem recipere. Considera hic, lector, peculiare esse hæreticorum, quo decipiant simplices atque rudes, speciem saltem aliquam induere Catholicæ formæ, atque ipso primo cum eis congressu, illa prima verba habere in ore, se credere, quod crediderunt Apostoli; Symbolumque ipsum Apostolicum reddunt, siue (vt illi) Nicænum, sed planè suo ipsorum illud sensu interpretatum, & diuerso prorsus ab eo, quem Ecclesia Catholica ob emergentes hæreses declarans apposuit: fitque vt qui ad ditionem respuunt, ipsi impia addant; & qui interpretationem Ecclesiæ renuunt, ipsi pro animi sententia ad praua sensa aliud distorqueant. Sed pergunt illi: Ea namque quæ à sancto Spiritu dicta atque conscripta sunt, sas non est aliquo modo retractari, nec augmentum aliquod, nec imminutionem eis inferre, sicut scriptum est:* [c] *Noli transponere terminos æternos, quos posuerunt patres tui, quando neque interpretatorem egeret prædictorum sanctorum Patrum fides Symbolum, cùm per se interpretatum sit, & clarè prædicet mysteria pietatis.*

HÆRETICORUM PRÆTEXTVS SOLITVS.

[c] Prou. 22

XXXII.

Hanc ergo fidem firmè & inconcussè atque immobiliter retinemus: hæc ad satisfactionem perfectam mansuetudini tuæ suggerimus, & ita credimus tam nos, quam Deo amantissimus Archiepiscopus noster Timotheus. Hoc autem manifestum tuæ serenissimæ pietati de præsidio Archiepiscopo nostro Timotheo, quia compendens de tua pietate, eidem Symbolo trecentorum decem & octo sanctorum Patrum, in quo baptizatus es, bonamq; confessionem confessi, credere, & in coepersistere, & spem salutis habere: & communicat tuæ pietati, & confitetur Orthodoxum ita sapientem atque credentem, vt etiam collectas & sine sanguine sacrificia celebret pro vestra potentia. Quia verò satisfecimus præcepto vestræ tranquillitatis, supplicitèr exoramus, vt annuatis precibus nostris, & Deo amantissimo & sanctissimo Archiepiscopo nostro rescribatis, & nos ad eius sanctitatem protinùs dirigatis. Speramus etiam, quoniam Deus, qui tuæ serenitati pium hoc donauit imperium, pacemq; in Alexandrina ciuitate dispensare dignatus est, vestrum corroborabit amplius imperium, maioremq; pacem conabit cuncto terrarum orbi & sanctis Ecclesijs.

XXXIII

Quia verò vestra pietas imperauit, vt quemadmodum de Synodis sapiamus, nostram sententiam faciamus manifestam: quoniam communicat Ecclesia Synodo in Epheso celebratæ, Synodum verò centum quinquaginta nescimus: nouimus autem, quia B. Patres nostri & Archiepiscopi post Concilium & in Constantinopolitana Ecclesia congregati sunt: Synodum autem Chalcedonensem Ecclesia maximæ ciuitatis Alexandrinæ non suscipit. hæc pro Timotheo Imperatorem. Sed dolo hæreticorum factum, vt istiusmodi suis literis subscriptionem non apposuerint, vt fecerant Orthodoxi: fugillat enim id S. Leo[d] Roman. Pontifex, vt suo loco dicemus. Cõsideras ne eorumdem hæreticorum perfidiam, profiteri eos Ephesina Cõcilia non vnum sub Cyrillo dumtaxat, sed aliud sub Dioscoro nefandissimum, quod vel nominare saltem erubescere debuissent? Missas autem has fuisse litteras postquam dedenda à singulis fidei suæ professione Leo Augustus Sacram dedisset ipsæ sui narratione demonstrant: quamobrem errare videtur Liberatus[e] Diaconus, dum habet post horum legationem ea de re fuisse ab Imperatore scriptas epistolas.

[d] Leo ep. 93

His omnibus acceptis litteris atque libellis, Leo Imperator Anatolio Episcopo Constantinopolitano legenda ea misit, ad quem & hæc scripsit[f]:

[e] Liberat. diac. in Breuiar. c. 13 XXXIV

[f] Extat ep. ver. ep. Vict. Tunn. pro Cõc. Chal. ed. tom. 2. Concil. QUID AD ANATOLIVM IMPERATOR

Imperator Cæsar pijssimus Victor & Triumphator Maximus semper Augustus Anatolio Regiæ ciuitatis Episcopo. Fuit mea pietatis optatus, vt tum omnes sanctissimæ Orthodoxæq; Ecclesiæ, tum præterea ciuitates Reipublicæ Romanæ subiectæ summâ tranquillitate fruerentur; nihilq; accideret, quod quietum earum statum perturbaret. Quæ autem turbæ nuper Alexandriæ contigerunt, tuæ sanctitati minimè iam obscurum arbitramur. Verùm quo accuratius omnia intelligas, & quæ causa tanti tumultus, tantæq; perturbationis extiterint, vera cognoscens: exemplaria supplicum libellorum, quos sanctissimi Episcopi & clerici à prædicta vrbe & diœcesi AEgyptiaca Constantinopolim vrbem Imperij primariam aduenientes contra Timotheum ad meam pietatem attulerunt, quinetiam exemplaria supplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria à Timotheo ad nostra castra venientes, nostræ clementiæ tradiderunt, ad tuam pietatem misimus; ad eumplanè finem, vt quid factum sit à Timotheo, quem & populus Alexandrinus, & curiales viri, ac ciues, & nauicleri sibi proposuerunt Episcopum, deq; aliis rebus in ipso supplicum libellorum corpore comprehensis, & præterea de Chalcedonensi Concilio, cui minimè assentiuntur, sicut libelli supplices infrà positis declarant, tua sanctitas prospicere & intelligere posset.

XXXV. CONSULI MANDAT EPISCOPOS.

Proinde tua pietas agat, vt omnes Orthodoxi & sanctissimi Episcopi, qui in hac vrbe primaria in præsentia commorantur, quinetiam omnes sanctissimi clerici consistim apud te conueniant: vt omnibus rebus (quippe Alexandria, quæ vti in statu tranquillo & placato loquetur, maxima cura est, iam vehementer turbata est) diligenter tractatis, disquisitisq;; quid de eo, de quo supra diximus, Timotheo; quid etiam de Concilio Chalcedonensi, omni humano timore gratâ, & odio penitùs deposito, soloq; Dei omnipotentis timore ante oculos statuto (nostis enim vos de hac re sancta eius & sinceræ Diuinitatis rationem reddituros) quid, inquam, vobis videatur, planè significetis: quo nos de omnibus per vestras literas certiores facti, edictum, quod apposite illis conueniat, promulgare possimus. hactenùs ad Anatolium Imperator. in quibus diligenter praxim obserua in causis Ecclesiasticis pertractandis, cum etiamsi manifesta & nefanda essent crimina, minimè se solerent ingerere Imperatores, nisi consultis priùs Episcopis. Quid autem ad ista rescripserit Anatolius, accipe 8:

[g] Extat inter ep. vet. edit. pro Cõc. Chal. ed XXXVI QUID AD LEONEM AVG. ANATOLII.

Pijssimo & Christianissimo Imperatori Augusto Victori & Triumphatori Leoni Anatolius Constantinopolitanus Episcopus.

Oratum quidem nostræ opus est, Christianissime & fidelissime Imperator, vt non circa meditationem à diabolo prouenientium mirerum contra communem Ecclesiarum pacem occupemur. Quia verò (sicut apparet) aduersarius non sinit præsentē sine fluctuatione nauigare nos vitam: necesse est superna gratia gubernaculo vti oportere nos omnes, qui Deo auctore sumus in sacerdotio constituti, illum certaminibus obuiantes. Vide etiam nunc in his, quæ sunt præsumpta in Alexandrinorum Ecclesia non quieui: sed sequens vestra tranquillitatis intentionem, volens & sanctorum Patrum regulas non spernt, & ciuilia tua seruari, quod me facere congruebat, scilicet eadem gubernantem huius regiæ ciuitatis, egi: & hæc vestræ pietatis manifesta fient, per ea, quæ scripsi tam Romano sanctissimo & venerando Leoni Pontifici, quàm omnibus cuiuscumque diœcesis Metropolitanis Episcopis: apud quos ingemui petulantiam contra sanctorum Patrum regulas perpetratam, & facta scelesta Timothei, sicut accusationes aduersus eum vestræ pietati & nobis scriptæ testantur: qui conculcauit Ecclesiasticas sanctiones, & leges ciuiles, quiq, secundum quod scriptum est, malam potiùs partem libenter elegit. & quæ illis, quæ in rebus decentibus deficiunt, commodatur. Ait enim [h]*. Impius dum ceciderit in profundum malorum spernit.*

[h] Prou. 18 XXXVII. TIMOTHEVS INDIGNVS DICATVS SACERDOTIO.

Significaui nihilominùs eis & de sancto beatoq; nostro Concilio Chalcedonensi, quæ digna sunt. Ergo quoniam aliis hæc conuenienter exposui, prolixior non extiti, vt eum fiducia clarius de rebus præsentibus meam possim publicare sententiam. Notum igitur facio vestræ tranquillitati, quod pijssimis vestris syllabis à nobis pleni præcepistu: quia constituo Timotheum quidem (quantum ad integritatem sanctorum canonum) aduersum quos semper ea, quæ gessit

& gerit,

& gerit, hactenùs irritauit) in ordinatione sacerdotij nullatenus esse dignum. Quomodò enim sacerdos erit, qui ita à proprio Pontifice & ab omnibus totius Orbis sacerdotibus sponte semetipsum abrupit, & hæreticum per omnia demonstrauit, dudum se à sancto & famosissimo Chalcedonensi Concilio separando, & reuerendissimos Episcopos AEgyptiacæ diœcesis & clericos, necnon & Orthodoxorum multitudinem & monachorum Catholicæ fidei & ipsi vniuersali Concilio communicantium, velati hæreticos, ab Ecclesiis propriis expellendo: insuper & aliarum multarum malarum, rerum auctor existens, sicut accusationes aduersus eum oblatæ proclamant? Sed hîc aduerte, lector, hanc non esse Anatolij iudicialem definitiuamque sententiam damnantis Timotheum Alexandrinum intrusum Episcopum (haud enim id partium eius erat, sed maioris sedis Episcopi) verùm potiùs eiusdem fuisse suffragium in Timothei damnationem collatum per litteras, vt quæ de eo inferiùs dicenda sunt, facilè declarabunt. Sed pergit ad petitionem Imperatoris respõdere, quid de Chalcedonensi Synodo sentiat, atque ait:

XXXVIII. DE RATO HABENDO CONCIL. CHALCED.

De Chalcedonensi verò sancto & vniuersali Concilio hoc apertè pronuncio, quia tentare omninò retractare aliquid eorum, quæ à Deo definita sunt, hominum est insidiantium seipsis modò Catholicæ Ecclesiarum Christi concordiæ congaudentium turbare ac tumultuare: quando Apostolica quidem & paterna dogmata olim nobis tradita, in eo roborata sunt & confirmata: Nullum enim dogma rectitudini Ecclesiasticæ contrarium illic peregrinè aut nouitèr est probatum. Illa siquidem Deo amabilis & veneranda Synodus ex imperiali tunc sanctione celebrata, ad peremptionem scandalorum, quæ tunc contra fidem intemeratam videbantur exorta, non aliam inuexuit fidem, non permisit antiquitùs existentem, non adiecit aliquid confessioni olim contraditæ, non imminuit ea, quæ semper custodiuit & salnat; sed trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Symbolum in contaminabile & inuiolabile à domesticis fidei custodiri, & eis, qui imbuuntur ab impietate cum errore tradi præcepit: nec non Synodos sanctas & Orthodoxas post illam maximam ei consonas existentes, & pro illius confirmatione diuersis temporibus celebratas rectè probauit; & solummodò (sicut diximus) semen zizaniorum tum exortum exterminauit; ne vlla ex hoc malitia radix per eos, qui inerudite contendunt, denuò pullularet, & puram intemeratam q; nostram fidem in aliquo noceret, quatenus ab hoc aliqui simplicium fœdarentur.

XXXIX

Nunc igitur, famosissime & fidelissime noster Princeps, inserta tibi iustitia congruis sanctire, ne quorundam mala voluntas, seu hæretica prauitas cuncta orbi terrarum, & omnibus Christi sacerdotibus vnitis secùndum Deum & pacem habentibus, vexationis communis & contritionis fiat occasio, & sacra canonibus firma robur contra Timotheum spernentem eos per nos demonstrantibus decernere, vti quæ necessaria sunt, vt per vestræ pietatis Imperium, sicut in illo, quoque contra talium rerum præsumpta prouenire sanctum est; hæc secundum legum seueritatem effectus contrà adantur, ad vindictam contemptarum Ecclesiæ sanctionum, & innoxij sanguinis, hoc est, sanctæ memoriæ Protherij Orthodoxi Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, sicut visum fuerit vestræ tranquillitati, Christianissime ac fidelissime Imperator Auguste, immaculata & intemeratæ dextera. hactenùs epistola Anatolij ad Leonem Augustum.

XL.

Porrò idem Anatolius (vt rogatus fuerat ab Orthodoxis Alexandrinis, velut ipse in nuper recitata epistola ad Imperatorem habet) de his omnibus, quæ Alexandriæ acciderant, adeò execranda, certiorè in primis reddidit sanctum Leonem Romanum Pontificem, ac demùm, iu publicis circularibus litteris totius Christiani orbis Ecclesias. Quibus cumq; autem scriptum est à Leone pijssimo Principe, simul cum eius litteris sunt annexæ duæ petitiones Episcoporum Ægypti, & eorum, qui ex persona Timothei Æluri preces obtulerant, necnon eiusdem Anatolij dictæ litteræ circulares ad Metropolitanos totius Orientis Episcopos, vt patet ex redditis ab ijsdem litteris ad Leonem Imperatorem. Cæterum quod ad Anatolium spectat, constat quidem ad eam functionem ab ipso diaconum Æsclepiadem esse missum, vt tradit Liberatus [a]. Porrò ipse Romanus Pontifex, acceptis ab Anatolio litteris, ad Leonem Augustum ista mox scripsit [b]:

[a] Liber. in Breuiar. cap. 15.
[b] Leo ep. 72

XLI. *Officijs, quæ ad gratulationem Imperij pertinent, persolutis, et-*

*tam hanc paginam necessaria supplicationis adieci, quâ Catholicæ fidei diuinitùs præparatum fauoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata, fratru & Coepiscopi mei Anatolij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti atque vexari, nisi vniuersali fidei vestra deuotione profligatur; & memorata Ecclesia, quæ anteà Catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas: vt cessantibus hæreticorum impugnationibus Euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, vnita cum totius Ecclesiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris gloriæq; conueniens celerem & Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem Synodum de Domini nostri *incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsari.*

* Christi

Quia in illo Concilio per Spiritum sanctum congregato tam plenè ac perfectè definitionibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regulæ, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, si quidem (vt multorum ante relatione compertum) molitiones hæreticorum quæ contra prædicta Synodi auctoritate conabantur insurgere, nihil ex hoc permiserit audere. Vnde quod negandum illa sponte vidistis, gloriosum vobis est vniuersali Ecclesiæ, ibi supplicante, concedere, & incommutabiliter perpetuoq; præstare, vt quæ secundum Euangelium Christi & prædicationis Euangelicæ veritatem ab omnibus retrò seculis vnâ fide, vnâque intelligentiâ roborata sunt, nullâ vlteriùs possint actione conuelli. Prouergo misericordia Dei, consilio Spiritus sui, mentem vestræ pietatis instruxerit sanctæ primitiis Alexandrinæ Ecclesiæ debitæ reparationi consulere, & per Catholicos sacerdotes talem prouideri iubere Pontificem, in quo & in Altum probitate & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri: vt omnibus ritè compositis, eadem vbique seruetur prædicatio veritatis. Datâ sexto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus. hactenus Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem epistola.

XLII.

Scripsit etiam ad ipsum, à quo exulare acceperat litteras, Anatolium Constantinopolitanum Episcopum quibus eum laudet studium & Ægyptijs Orthodoxis legatis exhibitam charitatem; obiurgat tamen, quod non ageret censurâ canonum in aliquos ex suæ ipsius Ecclesiæ clericis, qui eum aduersarijs habere cõsuetudinem dicerentur. Sed audi ipsum: *Illud* (inquit [c]) *sanè plurimum mihi displicere significo, quòd inter electionum tua clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum communicant prauitati, & vasa iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis & seueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere; ita ne* [d] *cum bonis malos, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Euangelicæ* [e] *memini esse mandati, quod ab ipsa veritate percipitur, vt si nos oculus aut pes, aut dexter a scandalizauerit vitanus, à compage corporis auferatur: quia melius sit in Ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna vre supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam posito resistimus, si ab his, qui intùs sunt, in sacerdotale vigore patientia est, quæ solemus, peccatis aliorum parcendo, non parcit, &c.* hæc & alia ad Anatolium S. Leo: plenè significans, etsi quibuslibet peccantibus præsto esse debeant sacerdotes, spiritu lenitatis atque clementiæ tractata membra componentes, & patientia solidantes; aduersus tamen hæreticos atque fautores eorum, absque mora seueriori debere insurgere disciplinâ, & quàm celerrimè acriori medicamento, atque etiam sectione, si opus sit, vti, aduersus eos nimirum, quos ignorantia non excusat, sed perfidia obstinata condemnat.

[c] Leo ep. 76 FAVTORES HÆRETICORVM INVESTIGANDI ET COERCENDI.
[d] Matt. 16 Marc. 19.

XLIII.

Sed & de ijsdem hæc ad Imperatorem [e]: *Sacerdotalem namque & Apostolicum tuæ pietatis animum etiam hoc malum ad iustitiam vltionis debet accendere, quòd Constantinopolitanæ Ecclesiæ puritatē pestilentes obscurent, in qua inueniuntur clerici, quidam hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera assertionibus suis hæreticorū partem adiuuantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimia benignè parcit, segnior inuenitur: dignamini pro fide vestra etiam ipsam Ecclesiæ præstare medicinam, vt tales non solùm ab ordine clericatus, sed etiam ab vrbis habitatione pellantur, ne vlterius sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluatur.* hæc de his S. Leo, iugillans planè clericos illos, qui licèt fidem profiterentur Catho-

[e] Leo ep. 77 XLIV. S. LEO IMPERATOREM AGIT VT, CVM EPISCOPI DESVNT OFFICIO.

Catholicam, (aliter autem nec licuisset illis in Ecclesia Catholica ministrare) hæreticorum tamen partibus fauerent, fouerentque ipsorum causam: quos sanè vel ex hoc ipso esse eijciendos, S. Leo præcepit. Sed ad hæc quid Leo Augustus?

XLV. Sancti Leonis Papæ litteris admonitus, ardentiori animo hæreticis restitit, publicèque professus est, se Chalcedonensis Synodi esse custodem. Testatur id ipse S. Leo [a] se accepisse ex Anatolij litteris. Tamen quòd cuperet Imperator omnes simul in vnam concordiam Fideles vnire: missos à Timotheo legatos haud vt par erat (spreuit atque reiecit, nec in ipsum Timotheum vltus est: sed petentibus illis causam agi debere in vniuersali Concilio; factum perpetam, vt moræ importunæ ne eterentur, dum de congregando iterum Concilio œcumenico tractaretur. Sic igitur Leo Augustus bono pacis illectus, sed deceptus, de celebrando œcumenico Concilio assensum præbuit, optauitque ad terminandas omnes, quæ vbique essent in Ecclesia lites, præsentiam requiri debere Romani Pontificis; ad quem, vt præsto esset, rogans litteras dedit, misitque partes vtriusque partis oblatos precum libellos ab Alexandrinis acceptos. His Imperatoris Sanct. Leoni redditis litteris, conatus est Pontifex vehementer huiusce modi cognatibus hæreticorum obniti atque penitùs refragari: primùm verò quod ad suum Constantinopolim aduentum & ad celebrationem Concilij pertinet, hæc ad eum rescripsit [b]:

a Leo ep. 74

CONCILIVM VNIVERSALE POSCVNT HÆRETICI.

XLVI. *Litteras clementiæ tuæ, plenas virtute fidei & lumine veritatis, veneranter accepi: quibus cùperem, etiam in eo, quòd præsentiam meam pietatis vestræ necessariam existimat, obedire, vt maiorem fructum conspectu vestri splendoris assequerer: sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstrauit.* nempe non opus esse nouum rursum Concilium œcumenicum cogere, & statuta semel iterum tractanda proponere. hinc subdit: *Nam cum studio & spiritali studio vniuersam pacem Ecclesiæ munditus, nihil, sit conuenientius fidei defendendæ, quàm his, quæ per omnia, instruente Spiritu sancto, irreprehensibiliter definita sunt, inhærere: ipsi videbimur benè statuta conuellere, & auctoritates, quas Ecclesia vniuersalis amplexa est, ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum colligendis Ecclesiis modum ponere, sed data licentia rebellandi, dilatare magis, quàm sopire certamina.* hæc S. Leo.

b Leo ep. 75

QVID AD IMP. DE CONGREGANDO CONCILIO S. LEO.

XLVII. Porrò quòd eiusmodi Concilium experti essent ij, qui erant ex parte Timothei agentes Constantinopoli, vt hoc prætextu fouere iniustitiam viderentur, qui totius Ecclesiæ iudicium implorarent, ista idem Sanct. Leo Pontifex eâdem epistola ad Imperatorem addit: *Apud Christianissimum igitur Principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor Catholicæ fidei libertate, & ad consortium te Apostolorum ac Prophetarum securum exhortor, vt constanter despicias ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuauêre, nec patiaris parricidas sacrilegâ simulatione de fide agere, quos cùm ea fide velle enauare.* Cùm enim clementiam tuam Dominus tantâ sacramenti sui illuminatione ditauerit: *debes secundùm hæc aduertere, regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, vt omnes nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata, restituas, repellendo scilicet peruasores Ariæ alieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ Ecclesiæ reformando: vt correctionibus tuis Deus iracundia mitigata, regia ciuitati nò retribuat, quæ antea admissa sunt, sed remittat.*

QVANDO NVLLO MODO AVDIENDI SINT HÆRETICI.

XLVIII. *Constitue ante oculos cordis tui venerabilis Imperator, omnes qui per totum Orbem sunt Domini sacerdotes pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare: in qua respectaliter ambiunt, qui Apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ Ecclesiæ præsidere, agentes apud pietatem vestram, ne hæreticos homines & meritò pro sua, euerfitate damnatos vti sucessor suasione patiamini: cùm sine impietatem errorum aspicias, sine opus perpetrati furoris attendas, non solùm ad sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis vestræ venia dixerim) quædam contagio splendorem vestræ serenitatis obfuscat, cùm sacrileges parricidæ audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere.* hæc de his Leo. Intelligis hinc, lector, nouum consentiente Romano Pontifice, esse iuris Imperatoris œcumenica congregare Concilia; qui si resistat, nihil penitùs posse confici, vt modò vidimus accidisse.

QVIQVAM IN VVLGENDVM HÆRETICIS ALEXAN.

Vides & captiosos hæreticos sub pulchræ pacis nomine detinuisse diutiùs Imperatorem, ne in sæuum parricidam & grassatorem, inuasoremque Ecclesiæ Alexandrinæ Timotheum (vt par erat) lege ageret; deluisseque hactenùs eidem sub specie Nicænæ fidei confessionis, ostentantes se esse Catholicos. Sed & hanc omnem eâ de re epistolâ sanctus Pontifex ipsorum aperuit impostura; nimirum cùm docet, non satis esse ad perfectam confessionem his temporibus Nicænum tantummodò Symbolum proficeri, in quo non de humanitate Christi, sed de diuinitate potissimùm actum esset; in Cõcilio verò Chalcedonensi tractatum sit de vera & perfecta Christi humanitate: atque proinde sicut verum hominem & verum Deum Christum vnum confiteri Fideles debent, ita pariter astringi omnes veram quæ Synodum profiteri. Huic illa accedit iusta contestatio eiusdem Pontificis ijsdem in litteris ad Leonem præmissa [c]:

c Leo ep. 73

Cùm ergo (inquit) *vniuersalis Ecclesia per illum principalem petræ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus voce Domini discentis audierit [d]: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: Quæ est, nisi Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem: qui sæua in malitia inconuertibilis perseuerans, per vastas & sitas apta fallacia, falso diligentis nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare. Atque contemnenda & euitanda meritò, quæ sibi continens furor & impietas usurpauit, vt dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam sanctæ Ecclesiam, quales esset, qui Chalcedonensem Synodum retractari cupiunt, disceretur: in qua nullo modo accidere potuit, vt à nouo contra sanctam Nicænam Synodum sentiretur, quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni Concilij tenere consingunt; in qua sancti & venerabiles Patres nostri contra Arium congregati, non carnem Domini, sed diuinitatem Filij homousion Patri esse firmauêre: in Chalcedonensi autem Concilio aduersus Eutychetem impietatem definitum est, de substantia Virginis matris Dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatem.* Istis verò reuelatis à sanctò Leone technis hæreticorum, ac pariter confutatis, idem ipse arbitr sedens, de vtriusque partis libellis oblatis iudicans, quid demùm Imperator agere debeat, admonet. sed audi ipsum ad eundem Imperatorem ad finem propè epistolæ istam scribentem:

d Matt. 16

QVIS PRO PRIE ANTICHRISTVS.

Oblata sunt gloriosissimæ pietati vestræ preces, quarum exempla vestris litteris subdidistis. Sed in his, quæ Catholicorum sunt, deplorantium subscripto concinctur: & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas suo honori aperitur. In illis autem, quæ Orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidauit obreptio, sub incerto confuse vniuersitatis vocabulo ideo certum nomen rei abstrui, ne non solùm paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur: latere enim sibi vile æstimant eorum quantitas, quorum est qualitas iudicata, nec incongruè, cuius loci homines sunt, profiteri metuunt, qui merucre damnari. In vna ergo Catholicorum supplicatio continetur; in alia hæreticorum commenta panduntur: His sacerdotum Domini & totius Christiani populi ac monasteriorum defletur iniuria; ibi immanium scelerum continuatio demonstratur; vt quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiare, ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum?

LI. DE DVOBVS OBLATIS LIBELLIS IIS QVI DE MIS SENTIEBANT.

LII. DE VLCISCENDO IN TIMOTHEVM.

Manifestum quippe est, per crudelissimam immanissimamq; sanitiam, omne illic cœlestium sacramentorum lumen exstinctum. Intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxêre mysteria. Nec vllo modò ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, & concremati corporis cineres in contumeliam aeris calesti, dispersum, audent sibi tm peruersa dignitatis expetere, & Apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidem ad Concilia prouocare. Magnum ergo vobis est, vt diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona; & de hostibus Ecclesiæ triumphetis: Quia si laudabile vobis est, aduersus gentium arma contendere; quanta erit gloria, ab vsurpatissimo tyranno Alexandrinorum Ecclesiam, in cuius

contritione omnium Christianorum est iniuria, liberare? hæc S. Leo ad Leonem Augustum propè finem anni huius, nempe Kalendis Decembris. Ad hæc vsq; tempora potuerunt fallacijs suis implicatum tenere hæretici Imperatorem de indicendo Concilio, qui tandè his S. Leonis literis à proposito destitit.

LIII. Aderat in Palatio Basiliscus, qui postea inuasit Imperium: Hic licet specie tenus se Catholicum profiteretur, hostis tamen erat Chalcedonensis Concilij fauebat q; hæreticis clanculò: cuius putamus persuasione ita reuocatum fuisse Leonem Imperatorem, & persuasum de nouo celebrando Concilio. Sed Leonis Papæ præualuit auctoritas, cuius impulsu tandem anno sequenti (vt suo loco dicemus) Timotheum abijcientem, & alium in eius locum subrogandum præcepit. Addit ad hæc Euagrius [a]: *Primùm igitur Leo Episcopus antiqua Romæ prodefensione Concilij Chalcedonensis scripsit, creationemq; Timothei, vtpotè contra Ecclesiæ legem factam improbauit. Quam Leonis epistolam Imperator per Sententiarium eius mandata exequentem Timotheo Alexandrino Antistiti misit: cui respondit Timotheus, & cùm Concilium Chalcedonense, tum Leonis epistolam coarguit. Illarum epistolarum exemplaria extant in litteris Leonis Imperatoris generatim ad omnes scriptis.* hæc Euagrius.

Reliquum autem est, vt quæ Orientales diuersarum prouinciarum Episcopi ad Leonem Imperatorem retulerint, cùm Metropolitani singuli, qui de fide Catholica sentirent, & de fide decreto Concilij Chalcedonensis, litteris ipsius fuissent interrogati. Rem ipsam Liberatus Diaconus his paucis absoluit: [b] *Referebant* (inquit) *Chalcedonensem Synodum vsque ad sanguinem vindicandam, eò quòd non alteram fidem teneret, quàm Synodus Nicæna constituit: Timotheum verò non solùm inter Episcopos non haberi, sed etiam Christianâ appellatione priuari. Et hæ epistolæ, vel rationales Episcoporum omnium in vno codicis corpore positæ, vocantur Encyclicæ.* hæc Liberatus.

LIV. LV. Extant triginta septem prouinciarum Metropolitanorum cum subscriptione suorum Episcoporum epistolæ ea de re simul redditæ ad Leonem Imperatorem: quæ omnes eodem sunt argumento scriptæ, in vnam sententiam conspirantes in confirmando fidei decreto edito in Concilio Chalcedonensi, atque damnatione Timothei pseudoepiscopi Alexandrini: de quibus hæc Euagrius: [c] *Porrò aliquidem Episcopi Chalcedonensis Concilij firmiter adhæsêre decreto, & creationem Timothei consentientibus suffragijs damnauêre. At solus Amphilochius Episcopus Sydæ epistolam scripsit ad Imperatorem, in qua vti contra Timothei creationem grauiter vociferatur, sic Concilium Chalcedonense improbat: quæ res fuit etiam à Zacharia Rhetore litteris mandata. ipsa q; epistola Amphilochij in eius libro posita.* ista Euagrius. Porrò reperitur quoque postea hæc scripsisse idem Leo Imperator ad sanctissimos monachos Simeonem Stylitam & alios magni nominis anachoretas, sed anno sequenti potiùs, quàm præsenti agemus de his itaque suo loco.

LVI. Hoc item anno Rauennæ creatus est Imperator Occidentalis Imperij Valerius Maiorianus, nepos illius Maioriani, de cuius genere ista Sidonius: [d]

Fertur Pannoniæ quâ Martia pollet Achintus
Illyricum rexisse solum cum tractibus Istri
Huius auus. Nam Theodosius quo tempore Syrmij
Augustum sumpsit nomen, per vtramque Magistrum
Militiam ad partes regni venturus Eoas,
Maiorianum habuit. & paulò pòst:
Hunc socerum pater huius habet vir clarus, & vno
Culmine militiæ semper contentus, vt vnum
Cæsibus in dubijs iunctius sequeretur amicum. &c.

Fuerat enim ob victos Francos & superatos Alemannos iam Magister militiæ creatus: quæ omnia pluribus Sidonius cecinit: additque summâ concordiâ creatum fuisse Imperatorem, annuentibus simul Senatu atque militibus & Leone Imperatore, dum ait:

——Simul ordine vobis
Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles,
Et collega simul. subdit de victoria, simulac creatus est Imperator, obtenta de Wandalis, quos ad Campanum littus classis Genserici Regis inuexerat. tu ipsum consule. hęc nobis satis ad noui Imperatoris exordium consignandum.

Hoc etiam anno defunctum esse Iuuenalem Hierosolymorum Episcopum, cùm sedisset annos viginti octo, Cyrillus monachus in Vita Sancti Sabæ Abbatis, res sui temporis posteris tradens, narrat his verbis: [e] *Cùm Saba in hoc quidem monasterio annos decem transegisset, ætatis verò ageret annum decimum octauum, quo Marcianus & Iuuenalis ambo pij & religiosi, ille ab Imperio, hic autem à Pontificatu morte desistunt.* &c. Fertur idem Iuuenalis ex maiorum traditione de Transitu Virginis libellum scripsisse, tradit hoc Nicephorus. [f] sed quod addit sepulchrum Dei genitricis ab eodem translatum fuisse Constantinopolim, de inhærentibus ipsi lapidibus intelligendum puto; siquidem (vt suo loco dictum est) non in mobili lapide, sed in montis rupe illud more Iudæorum fuerat excauatum. Vacâsse autem successore Episcopo Hierosolymitanam sedem vsque in annum sequentem, Acta [g] Quiriaci anachoretæ nos admonent, in quibus qui nonus numeratur annus Leonis Imperatoris, idem Anastasij sedis recensetur octauus; adeò vt qui primus Anastasij, is idem Leonis fuerit annus secundus: agemus ergo de eius creatione anno sequenti.

LVII. IVVENALIS EPISC. HIEROSOLYM. circa finem 5. post Sanct. 6. diem 3 Decembr.

[e] Nicep. l. 2. c. 23. & l. 15. c. 24.

LVIII. Quo item anno Saba ille sanctorum monachorum vertex, vbique egregiâ sanctitate conspicuus, in Palæstinam pertexit adolescentulus ad magnum Euthymium, cùm ageret annum ætatis suæ decimum octauum, natus nimirum (vt idem Cyrillus tradit) sub Theodosij Minoris Consulatu decimo septimo: Iste quidem hoc anno ad nobilem structuram iecit egregia fundamenta. dicturi sumus de eo sæpè inferius pro temporis ratione, & rerum ab eo gestarum occasione. Cùm enim plurima turba monachorum, Eutychetis atq; Dioscori veneno semel hausto, non à Catholica tantùm fide, sed & ab omni monastico instituto penitùs deuiasset: summâ Dei misericordiâ factum est, vt eiusdè monasticæ professionis homines sublime perfectionis culmen attigerint, ijdemque in Palæstina claruerint. nimirum Euthymius, Saba Ioannes cognomẽto Silentiarius, Cyriacus, Gerasimus, Theodosius, & alij plures; quorum res gestas, qui eodem vixit tempore Cyrillus, posteris (vt diximus) commendauit.

[f] Apud Sur. die 29 sept. c. 3.

IESV CHRISTI
Annus 458.

LEONIS PAP. Annus 19. — LEONIS 2. MAIORIANI 2. IMPP.

NOVVS annus nouis Consulibus, ambobusque nouis Augustis, Leone & Maioriano, vtriusque Imperij summâ lætitiâ auspicatur, qui Christi Redemptoris numeratur quadringentesimus quinquagesimus octauus. Porrò Consulatum Maioriani Panegyrico celebrauit Sidonius Apollinaris; qui clarissimus genere, litteris probè excultus, eodem tempore publicis meruit monumentis honestari, gemina nempe coronâ, donariquè statua in Foro Traiano: nam ipse ad Firminum suum post alia hæc habet: [h]

I.

Sistimus portu, gemine potiti
Fronde coronæ:
Quam mihi indulsit populus Quirini
Blattifer, vel quam tribuit Senatus:
Quam per tot rerum dedit ordo consors
Iudiciorum;
Cum meis ponit statuam perennem
Nerua Traianus titulis videret*
Inter auctores vtriusque sexûs
Bibliothecæ, alludit Sidonius ad Forum Traiani, vbi huiusmodi statuæ collocari solitæ erant.

[h] Sidon. l. 9. epist 16. SIDONIVS DONATVS STATVA ET CORONIS.

* titulus

II. Maioriani Nouel. tit. 3.

Maiorianus autem, postquam adijt Consulatum, hæc ad Senatum, cùm esset Rauennæ, conscripsit: [i]

Imperatorem me factum, Patres Conscripti, vestra electionis arbitrio,

MAIORIANVS AD SENATVM

arbitrio, & sortissimi exercitus ordinatione agnoscite. Absit ordinationi omnium propitia Diuinitas, quæ regni nostri augeat prouestra vtilitate & publica successus, qui ad sustinendi Principatus apicem non voluntate meâ, sed obsequio publicæ deuotionis accessi; ne aut mihi soli viuerem, aut ingratus Reipublicæ, cui natus sum, sub hac recusatione iudicarer. Dicat & quoque Iano Kalendis susceptis feliciter Consulatus ereximus fasces; vt præsens annus nascentis Imperij nostri incrementa suscipiens, nostro etiam nomine signaretur. Fauete nunc Principi, quem fecistis; & tractandarum rerum curam participate nobiscum: vt Imperium, quod mihi, vobis admittentibus, datum est, studijs communibus augeatur. Præsumite iustitiam nostri vigere temporibus, & sub innocentia merito proficere posse virtutes.

III.

*Ricimero

Nemo delationes metuat, quas & priuati in aliorum moribus condemnauimus, & nunc specialiter persequimur. Nullius calumnias reformidet, nisi quas ipse commouerit. Apud nos cum Patre Patriæ, nostro Ricimere* rei militaris peruigilis cura Romani Orbis statum, quem communibus excubijs & ab externo hoste & domestica clade liberauimus, propitiâ Diuinitate seruemus. Peto institutionis nostræ vobis inesse notitiam, quam mihi amore vestrum vitæ & periculorum quondam socio inadmirantes exponendo. Eniteamur tamen rebus communibus (si superna concesserint) auctoritate Principis & obsequio collegæ, vt vestrum in me vobis non possit displicere iudicium. Et manu diuina. Optamus vos felicissimos & florentissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis Patres Conscripti. Data Idibus Ianuarij, Rauennæ, Maioriano Augusto primum Consule. Idemque septimo Idus Martij publicæ indulgentiæ edidit sanctionem, [a] quâ tributa omnia in præsentem vsq; annum non soluta, quæ multiplicia erant, penitus relaxauit.

[a] Maioria. Nouel. tit. 4.

IV.

[b] Maioria. Nouel. tit. 8.

QVID DE VIRGINIBVS ET VIDVIS MAIORIANVS.

Sed & hoc eodem anno promulgauit edictum [b] aduersus eos, qui filias virgines inuitas cogebant sacrum velum accipere, Deoque in perpetuo virginitatis culcu dicari: prohibens, ne aliqua huiusmodi à parentibus oblata virgo, ante quadragesimum ætatis annum sacrum velamen acciperet; vt vsque ad illud tempus libera esset, posset{que} nubere, si veller. Eâdem quoque lege pariter exagitauit viduas illas, quæ non amore continentiæ, sed vt liberiùs viuerent, refugerent nuptias iterare. Hæc quidem suadente S. Leone Romano Pontifice, qui Ecclesiastico decreto eadem prohibuerat, fuisse à Maioriano constituta, ad coërcendam nobilium Romanorum potentiam vim inferentium filiabus; quæ de eodem sancto Leone habentur scripta in libro de Romanis Pontificibus, satis ostendunt. dum hæc ab ipso instituta esse, traditur his verbis: *Hic quoque constituit, vt monacha non acciperet velamine capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate annis quadraginta.* Porrò idem sanctus Leo de virginibus, quæ ſpõtè habitum virginitatis susceperant, ad Rusticum Narbonensem ita rescripsit [c]: *Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, præuaricantur, etiam si consecratio non accesserit; cuius vtique non fraudatur munere, si in proposito permanerent.* Ex his inteligis lector, cum de rebus sacris Imperatores leges sanciuêre, id ipsum admonitione SS. Præsulum requirentium eorum officium ex scriptis legibus statuisse, ni vinum vt Imperatoriâ coërcerentur auctoritate, qui sanctiones Ecclesiasticas paruipenderent.

[c] Leo epist. 91. c. 14.

V.

SANCTI COPORAET NOSTRA SCRIPTI. de Sa. do. l. 9. epist. 13.

His igitur optimis legibus Maiorianus primordia stabiliuit Imperij, quod & muniuit ministris insignibus: cõtulit enim Ricimero exercitũ gubernandum, Magistrum constituens militum, quem Sidonius pluribus laudat. Magistrum verò Scinij creauit Petrum, quem idem auctor in eodem de Maioriani Consulatu Panegyrico valde commendat; eundemque poëticis facultatibus apprimè imbutum tradit, dum editi ab eo libri, scribens ad Tonantium, meminit [d].

[d] Sid. Apol. in carm.

VI.

PETIT LEGATOS MITTI ROMA LEONIS.

Sed ad res Orientales hæreticorum turbinibus agitatas transeamus. Cùm Leo Imperator datas à sancto Leone Romano Pontifice Kalendis Decembris anni superioris litteras accepisset; & quæ esset de indictione noui Concilij eius sententia, percepisset: à cœptis penitùs destitit; ad ipsumque rescribens, se ei in omnibus assensurum fore pollicitus, ad componendas tamen res Orientalis Ecclesiæ petijt ab eo legatos mitti Constantinopolim. Annuit his libenter sanctus Leo, & absque mora ad eundem rediditit litteras [e] hoc ipso anno, vigesimasecunda die Martij: contestatus tamen est illis, non se missurum legatos ad disputandum cum hæreticis; quod non esset Ecclesiasticæ dignitatis ac maiestatis, in dubitationem reuocare, ac rursus disceptationi subijcere, quæ œcumenicis iam fuissent definita Concilijs. Exigunt autem à nobis dignitas argumenti, personarum sublimitas, atque vtilitas rerum, hanc Leonis ad Leonem (cum [f] *dies diei eructat verbum*) epistolam recitare, & tanquam Ecclesiasticam regulam exhibere, quâ omnes eruditantur, post sacrosanctas Patrum in Spiritu sancto legitimè simul congregatorum definitiones, non esse hæreticorum petulantiæ atq; garrulitati vllatenus assentiendum, vt iursum de ijsdem agatur, atque Catholicæ veritatis amplitudo iterum subijciatur arbitrio iudicantium. Sed ipsam reddamus epistolam [g].

[e] Leo epist. 70.

[f] psal. 18.

[g] Leo epist. 73.

VII.

S. LEONIS EPIST. DE LEGATIONE MITTENDA.

Multo gaudio mens mea exultat in Domino, & magna mihi est ratio gloriandi, cum clementiæ vestræ excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiæ cælestis agnosco, & per incrementa diligentiæ deuotionem vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquijs non dubiè patet, quid per vos in totis Ecclesiæ salutem Spiritus S. operetur, & quantum vniuersorum Fidelium precibus sit optandum, vt in omnem gloriam vestrum extendatur Imperium, qui supra curam rerum temporalium religiosæ prouidentiæ famulatum diuinis & æternis dispositionibus perseuranter impenditis: vt scilicet Catholica fides, quæ humanum genus sola viuificat, sola sanctificat, in vnius confessione permaneat; & dissensiones, quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur, à solliditate illius petræ, supra quam ciuitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autem Dei numera ita diuinitus demum nobis conferentur, si de his, quæ præstita sunt, non inueniamur ingrati; & tam quam nulla sint, quæ adepti sumus, contraria potiùs expetamus. Nam quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, & quæ sunt de

[h] psal. 17.

[i] Tit. 1.

[k] Gen. 4.

nita conuellere, quid aliud est, quàm de adepta gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum mortiferos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere?

VIII.

SAMEL DE FIDE SANCTA IN DISPUTATIONEM NON REVOCANDA.

Vnde quia ad pacem vniuersalis Ecclesiæ, & ad custodiam Catholicæ fidei cura dignanimi solicitore respicere: euidenter agnoscitis, quod magnis hæreticorum audetur insidijs, vt inter Eutychetu, Dioscorig, discipulos, & eum, quem apostolica sedes direxerit, dissentior, tamquam mihi fuerit ante definitum, tractatus habeatur: & quod totius mundi Catholici sacerdotes in sancta Chalcedonensi Synodo probant, gaudentiq, firmatum, in irritam etiam sacratissimi Concilij Nicæni efficiatur infirmam. Quod enim nostris temporibus apud Chalcedonem de Domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Niceam mysticum ille Patrum numerus definiuit, ne Catholicorum confessio aut vnigenitum Dei Filium in aliquo crearet Patri imparem, aut eundem, qui factus est Filius hominis, non veram carnis nostræ atq; animæ habuisse naturam. Detestandum ergo nobis est, perseuranterq, vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere: nec in aliquam disceptationem piè & plenè definita reuocanda sunt: ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est per omnia Prophetici & Euangelicis & Apostolicis auctoritatibus consonare.

IX.

QVANDO IN SVA PERVERSITATE RELINQVENDI HAERETICI.

Vnde si qui sunt, qui ab his, quæ cælitus sunt constituta, dissentiunt: suis opinionibus relinquantur, ab vnitate Ecclesiæ cum ea, quam elegêre, peruersitate discedant. Nam nullo modo fieri potest, vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliquâ nobis communione socientur. Iactent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur: nobis placet Apostolicis obedire præceptis, dicentibus: Videte [h] ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionem hominum. Nam secundum eundem Apostolum: [i] Si quæ destruxi, hæc ædificio: præuaricatorem me constituo: & eis me vltionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatæ memoriæ Principis Marciani, sed etiam ego meâ consensione firmauit: quia sicut sanctè veraciterq, dixistis, Perfectio incrementum, & adiectionem plenitudo non recipit.

[h] Colos. 2.

[i] Galat. 2.

X.

Vnde cum hoc sciam, te, venerabilis Princeps, sinceriſsimo veritatis lumine imbutum in nulla fidei parte nutare, sed inconcussæ fidei

SALVBRIS S. LEONIS AD IMP. ADMONITIO.

iudicio à prauis rectà discernere, & à refutandis amplectenda diuidere: obsecro ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam; cùm hæc mea cautio non solùm vniuersali Ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur; ne sub Imperij tui tempore, & hæreticorum audita videatur improbitas, & Catholicorum perturbata securitas. Quamuis ergo multum per omnia de pietate vestra corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei, satis vos instructos esse perspiciam, ne fidei vestræ vllus possit error illudere: præceptioni tamen vestræ in eo admirare obedire, vt aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentia mea instar exhibeat, & quæ sit Apostolicæ fidei regula, licèt (vt dixi) vobis benè sit nota, demonstrent; patefacientes in omnibus & probantes, non esse omninò inter Catholicos computandos, qui definitiones venerabilis Synodi Nicænæ, vel S. Chalcedonensis Concilij regulas non sequiuntur: cùm vtrorumq; sancta decreta ex Euangelico & Apostolico sint manifestum fonte prodire, & quicquid non est de irrigatione Christi, procul esse viperei.

XI. NON ADMITTENDOS AD DISPVTATIONEM HAERETICOS.

Pernoscat igitur pietas vestra, venerabilis Imperator, hos, quos sponsoleo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, à sede Apostolica profecturos: quia de rebus & apud Nicæam & apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum; tanquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Institutioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerij nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti Domini dicentis [a]*: Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos. Nimis quippè indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per Prophetam dicens* [b]*: Filij alieni mentiti sunt mihi. Qui etiam si Euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est* [c]*: Deum se profitentur scire, factis autem negant: Clamante adhuc iusti Abel* [d] *sanguine aduersus impium Cain: qui increpatus à Domino non requieuit ad pœnitudinem, sed exarsit ad eadem. Cuius vindictam sic Domini iudicio volumus reseruari, vt improbus prædo & parricida crudelis in seipsum recidat, & nostra non teneat. Neque sanctæ Ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem capisitatem patiamini vlteriùs prolongari: cùmporteat fidei vestræ, iustitiæque præsidio suam restitui libertatem, vt per omnes Aegypti vrbes dignitas Patrum, & ius sacerdotale reparetur. Data vndecimo Kalendas Aprilis, Leone & Maioriano Augustis Consulibus.*

[a] Matt. 7

[b] Psal. 17

[c] Tit. 1.

[d] Gen. 4.

XII. DE LEGATIS AD LEONEM MISSIS.

Quod autem nulla in his de legatorũ nominibus mentio habeatur, alias præter has literas à Leone Pontifice datas existimamus, quibus ex more de certis missis legatis & eorundem cõmendatione fit actum. Quinam autẽ hi fuerint, ex eiusdem S. Leonis Papæ literis [e] ad Gennadium Constantinopolitanæ sedis hoc anno post Anatolij successorem datis satis potest intelligi; missos nimirùm fuisse Episcopos Domitianum & Geminianum: sed quarum Ecclesiarum Episcopi fuerint, mentio ibi nulla est. putatur tamen Geminianus illic fuisse sanctitate clarus Mutinẽsis Episcopus, quem eius Acta habent claruisse temporibus Attilæ, Domitianum autem Episcopum, qui hoc tẽpore claruerit, inuenimus neminem præter Catalaunensem sanctitudine æquè conspicuum, cuius est mentio in Concilio Turonensi, & apud Venantium Fortunatum, vt notauimus in Romano Martyrologio, vbi vtriusque certi dies eorum natalibus habentur adscripti. Porrò hoc eodem anno ad eumdem Leonem Imperatorem sanctus Leo Papa prolixiorem dedit epistolam de Verbi incarnatione conscriptam cum appendice sententiarum sanctorum Patrum de eadem incarnatione vera certaque testantium: est eius exordium [f]: *Promisisse me memini, &c.*

[e] Leo epist. 100.

[f] Leo epist. 97.

XIII.

Sed & eodem mense Martij, quo (vt vidimus) ad Leonem Imperatorem recitatam nuper S. Leo scripsit epistolam, dedit aliam ad Anatolium [g] Constantinopolitanum Antistitem, redarguens eum, quod non eo modo, quo decebat, hæreticos pœnitentes reciperet in Ecclesiam; & quonam modo esset eorum recipienda confessio, docet: quod & diligenter attende. Cùm enim solius esset sedis Apostolicæ iuris, pœnitentes hæreticos recipere in Ecclesiam, vt hoc ipsum idem Anatolius Constantinopoli præstare posset, delegauerat eidem ipse Pontifex vices suas: quibus ille abusus, Articum quendam presbyterum lapsum in hæresim, speciem quandam pœnitentiæ præseferentem, absq; legitima satisfactione inter Catholicos esse patiebatur: cuius rei causâ idem S. Leo Papa commotus, literis ad eũ datis amicè redarguit, hęc inter alia scribens [h]:

[g] Leo epist. 97.

XIV. DE ARTICO HAERETICO POENITENTIAM SIMVLANTE.

Admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia Catholica ea prædicare præsumeret, quæ hæreticorum sensibus conuenirent: Quod vtrum veraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendum iudicio delegaui: neque in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea, quæ ad me erant perlata, commisi: Vt scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoueram, nisi perfectâ satisfactione purgâsset, & non solùm voce hæreticos, sed etiam propriæ manus subscriptione damnâsset, à communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiæ fidei & professionis incertæ, confirmauit magis quàm diluit, quicquid ad nos de eo fama pertulerat: cùm se conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychetem sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, deberet confiteri: quia aliud sit humanè etiam inter Catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides Catholica damnat, errores. & paulò pòst, quonam modo recipiendus Atticus esset, docet his verbis:

[h] Leo epist. 77.

XV. QVOMODO RECIPIENDVS HAERETICVS POENITENS.

Prædictus autem Atticus vt ab omni suspicione contraria liber appareat: quid in Eutychete anathematizet & damnet, euidenter ostendat: & in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat; ita vt Chalcedonensis Synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, & quam Apostolicæ sedis firmauit auctoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propriæ manus, quam in Ecclesia, Christiano populo præsente, recitetur: vt pro Catholica fide neque nos negligentes, neque ipse vltra suspectus habeatur. hæc S. Leo ad Anatolium, more maiorum; ne videlicet homo in Ecclesiam peccans, absque Ecclesiæ præsentia scilicet populi Orthodoxi, recipiatur: cuius quidem praxis plura superiùs singulis sparsa tomis exempla prodidimus.

XVI.

Inter hæc autem Leo Imperator consulturus in omnibus Catholicæ fidei: etsi anno superiori ex vniuerso Orbe Orientali exegerat literis ab Episcopis Catholicæ fidei confessionem, 'quâ illi cùm Chalcedonensem Synodum comprobarent, tum impudentem Timotheum condemnarent: adhuc putauit vtile fore ad simplicium corda potissimùm confirmanda, ne hæreticorum vacillarent impulsibus, & labefactarentur ictibus, si sanctissimorum vlrorum, quos Deus innumeris miraculis illustrâsset, qui & vitæ mirifica sanctitudine vbique splenderent, ipsum Chalcedonense fidei decretum testificatione corroboraret; quod idem planè videri posset, ac si fidem Catholicam omnium scriptione & subscriptione firmatam, etiam miraculis consignaret. Quamobrem consilium illud inijt, vt scriberet ad celebrimi nominis sanctos anachoretas, maximè verò ad magnum illum adhuc superstitem Simeonem, quem super omnes mortales columnæ incolatus exercerat, ac subinde ad alios, ad quos singulos dedit epistolas certis nuncijs.

LITERAE IMP. AD SS. ANACHORETAS.

XVII.

Contigisse verò huiusmodi ad sanctos anachoretas legationem hoc anno, non autem superiori, ex eo inducimur, quòd redditæ ad Imperatorem literæ datæ legantur (vt dicemus) mense Augusti hoc anno secundo ipsius Leonis Imperatoris. De his autem agens Euagrius, hæc ait [i]: *Non dissimiles ab eodem Imperatore scriptæ fuerunt literæ tum ad alios Episcopos, tum ad viros illustres, qui id temporis (vt suprà demonstratum est) vitam inopem in rebus omnibus ad victum necessarijs destitutam egerunt: ex quorum numero Simeon, de quo superiùs nostra mentionem fecit historia, fuit; qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudq; domicilij genus inuenit. his adnumerati Baradatus & Iacobus Syrij.* est horum illustris memoria apud Theodoretum in libro Sanctorum Deum amantium Patrum [k]. Per Eutropium enim Magistrianum ad Syriæ anachoretas Imperatorem misisse literas, habet idem Baradatus in epistola ad ipsum reddita. Subdit verò Euagrius hæc inferius sequenti capite: *Simeon item vir sanctæ memoriæ binas de eisdem rebus scripsit epistolas, alteram ad Leonem Imperatorem, ad Basilium Antiochiæ Episco-*

[i] Euag. lib. 2. cap. 7.

[k] Theodo. lib. 28. Pat. c. 21. & 27.

pum alteram. Quarum eam, quæ est ad Basilium, vtpotè breuem, in hac mea ponam historia, cuius hæc est sententia:

XVIII. EPIST. SIMEONIS STYLITÆ AD BASILIVM.

Domino meo religiosissimo, sanctissimo, Deoq; carissimo Basilio archiepiscopo, Simeon humilis peccator, in Domino salutem:

Iam opportunè dicere possumus: Benedictus Deus, qui non amouit orationem nostram & misericordiam suam à nobis peccatoribus. Cùm literas vestræ amplitudinis accepissem admiratus sum singulare studium & pietatem Imperatoris nostri sanctissimi, quâ non modò erga sanctos Patres, verùm etiam erga fidem ab illis confirmatam demonstrauit. declarauitq; Verùm hoc non ex nobis donum (vt S. loquitur Apostolus a) sed ex Deo, qui per preces vestras hanc propensam illi largitus est voluntatem. Posteà adiungit ista: *Quapropter ego abiectus & vilis vermis, abortus monachorum, Imperatori significaui, tua quid ipse de fide sexcentorum illorum & triginta SS. Patrum Chalcedone in vnum coactorum sentiret, tum ne illi adhæresceret, & ab eadem non recederet, vtpotè S. Spiritu afflatu demonstrata & confirmata affirmaui.*

a Ephes. 3.

XIX. CVRSVS DVM CONCILIORVM DE CRETIS.

Nam si Saluator adest in medio duorum vel trium in nomine eius congregatorum: qui fieri potest, vt tam multorum, tamque SS. Patrum non interfit Concilio, cùm Spiritus sanctus fuerit cum illis abinitio & posteà? Quamobrem confortare & esto robustus in veræ pietatis defensione, non aliter atque Iesus filius Naue seruus Domini in populo Israëlitico gubernando, Iudoque Vniuerso clero tuæ sanctitati obsequenti, & populo benedicto ac fideli à me, qui eo salutem dicito. hæc magnus ille ad Basilium Antiochenum Episcopum. Intelligis, lector, quanti vir ille diuinus, totius Orbis luminare resplendens, miraculorum radijs vbique refulgens, quanti, inquam, fecerit facta Conciliorum decreta: vt planè per ipsum Deo sacratum organum non nisi Spiritum sanctum esse locutem, quisque, dummodò mentis sit compos, intelligat. Vtinam ita his addere liceret & eam, quam scripsit idem Simeon ad Leonem Imperatorem epistolam, cùm tanti viri singuli apices quibusuis gemmis pretiosiores extiterint. Functum verò esse legatione à Simeone ad Leonem Imperatorem Sergium monachum, per eundem ab missum cucullum suum ad eundē Augustum, habent Acta S. Danielis cognomento Stylitæ: sed quonam casu eandem vestem ipse Daniel accipere meruerit, suo loco dicemus.

b Apud Surium 11 Decembr.

XX. c Theodo. lib. 55 Pat. c. 27. DEBARADATO ANACHORETA.

Extat autem epistola Baradati: de qua antequam agamus, hîc describamus, quæ de eo Theodoretus posteris tradidit, cùm ait c: *Is enim (Baradatus scilicet) excogitauit nouas rationes exercendæ tolerantiæ. Nam cùm primùm quendam longo tempore se inclusisset in domuncula, solâ diuinâ fruebatur contemplatione. Illinc cum occupâsset rupem eminentem, & paruam quandam arcam, nec iusta quidem symmetria corpori congruentem ex ligno construxisset: in ea vitam degebat, deorsum assiduè incurrari coactus: Non enim habebat altitudinem eius longitudini iustâ proportione conuenientem: non erat autem ea compacta asseribus, sed erat aperta similiter atq; cancelli, & erat similis fenestris, quæ latiores habent ingressus luminis: Quocirca nec à pluuia erat impetu libera, nec erat tecta à flatu Solis, sed vtrag; non minùs admittebat, quàm alia quæ sunt sub dio: in hoc autem solo ea superabat, quòd accederet labor inclusionis.*

XXI. THEODOTO EPISCOBYEMPIRAT.

Cùm autem longum tempus hoc modo transegisset, posteà egressus est cedens precibus diuini Theodoti, cui obtigerat Pontificatus sedis Antiochenæ. Stat autem assiduè manus ad cœlum tendens, & vniuersorum Deum laudans, totum corpus tunica pelliceâ contegens: cruraq; nuda autem solùm & os reliquit modicum ingressum spiritui, vt respiret, communem aërem excipiens, quòd humana natura non possit aliter viuere. Omnem autem eum laborem sustinet, cùm non sit corpore valdè robusto, sed valetudinario & multis morbis obnoxio: feruens autem animi alacritas & diuino amore incensa cogit vt laboret qui non potest laborare. Iam verò sapientiâ verbi & intelligentiâ ornatus, optimè & interrogat & respondet, & ratiocinatur nonnunquam cum Græcis & potentissimis, qui Aristotelicos legêre Labyrinthos.

XXII.

Cùm sit autem in ipso summo virtutum fastigio, non finit, vt arrogantia simul efferatur spiritus, sed iubet ipsum deorsum repere circa ipsum latus montis: scit enim, quantum sibi damnum mens cõciliat, quæ tumet & ardet insolentiâ. hæc est in summa eius philosophia, cui concedatur, vt crescendo possit metam cursus attingere. Est enim communium piorum lætitia, horum, qui victoriâ potiti sunt gloria. Mihi autem videtur, vt eorum suffultus precibus, non

sim procul ab hoc monte, sed paulatim conscendam, & meorum contemplationi voluptate expleam. hactenùs de Baradato scripsit Theodoretus, dum adhuc ille viueret: cũ & Syrorum sibi notorum sui temporis anachoretarum res gestas posteris tradidit. Reliquum verò est, vt cuius audiuimus adeò præclara facta, audiùs legamus & scripta: sed priùs consideremus ætatem.

Qui enim sub Theodoto maiorem cursûs ætatis partem Baradatus (vt vidimus) confecisset, hoc tempore ætate senem valdè fuisse liquet. Ad hunc igitur Baradatum (vt ex Euagrio dictum est) Leo Augustus cùm dedisset epistolam, vt quid de fide in Chalcedonensi Concilio firmata sentiret, literis declararet; paruit ipse æquè ac Simeõ Stylita, scripsitque ad eundem Imperatorem epistolam, quæ integra, mendosâ licèt, adhuc extat inter epistolas Episcoporum ea de re scribentium ad eundem Leonẽ Augustum: quâ inter alia multa his verbis eundem hortatur ad insequendos hæreticos, ad ipsum Leonis nomen alludens d:

XXIII.

d Extat ep. 2 Cle. XXIV. QVÆ BARADATVS AD LEONEM AVG.

Audiuimus, quomodo incedunt lupi super oues, & rapiunt oues ab ouilibus suis, & non metuunt à voce pastorum: Quapropter repentè, amice Leo regies, fuge, cui valdè terribilis, vt pro metu Leonis impetum fugientes, quod abripuerunt, de suo reddant. Sit ergo vestram facere condecet pietatem, vt sicut nomen est Imperij vestri, ita præditetur in toto mundo terribile pietati vestræ decretum, cùm e *scriptum sit* e: *Sicut enim nomen tuum Deus, ita & laudatio tua. Sed & Salomon Dauid filium eius ait* f: *Similis est ira Regis furori Leonis. Et Dominus omnipotens glorificauit nomen Leonis super omnia, quæ in terra sunt, vt subijciat omnes volentes exitioli contra timorem Dei, &c.* Subdit etiam perstans in Leonis metaphora, quòd sicut lex insurrexit vindex mandatorum Dei aduersus Prophetam g, qui Dei præceptum fuerat præuaricatus; ita & ipse Leo Imperator exurgat armatus aduersus transgressores Catholicæ fidei: *Sic decet* (inquiens) *nomen pietatis vestræ terribilia ferre præcepta in omni terra contra eos, qui præsumunt diuina mandata corrumpere. Isti enim sunt filij Timothei qui latenter egit iniqua, &c.* Post hæc autem de icones similitudine ad eum excitandum aduersus hæreticos inculcata, plura habens in detestationem perfidorum atq; eorum antesignani Timothei, subijcit ex diuinis Scripturis Orthodoxæ fidei confessionem sentientem Catholicæ pietati, cum exprobratione impietatis hæreticorum abijcientium Chalcedonense Concilium eo prætextu, quòd nihil admittendum dicerent præter Nicænum fidei Symbolum: meminitque de redditis ad ipsum Imperatorem literis eodem argumento conscriptis: pluraque disertissimè disputans & inculcans, planè quàm verissimum esse declarat, quod de ipso scribit Theodoretus, ipsum fuisse sermone atque doctrinâ præstantem. De tempore autem scriptæ ab eo hoc anno epistolæ, in fine ista habet, cùm salutationem apponit: *Hæc cum tremore scripsi vestræ pietati Imperio, septimâ & vigesimâ die Augusti mensis, anno secundo Imperij, Indictione decimâ, * &c.* Videz, qualis ac quantus anachoreta ad excitandum aduersus hæreticos Imperatorum classicum occinat.

e Psal. 47 f Prou. 19 g Psal. 93. Prou. 25 * vndecima.

At cùm plurium sanctorum monachorum Syriam incolentium, tum Iacobi etiam Syri admirabilis sanctitate viri literæ in eandem sententiam ad Leonem Imperatorem datæ desiderantur. Quàm autem hic extiterit sanctitate eximius, prolixam narrationem prosecutus est Theodoretus, cui ipsum cõsule: longa nimis esset digressio, cuncta de eo ab ipso descripta narrare: Inuenies quidem mira. De eodem meminit & Theodorus Lector in Collectaneis; & ad tollendam dubitationem, vel errorem eorum, qui putâ unt hunc eundem esse cum Nisibeno illo Iacobo, hæc ait h: *Sciendum est, Iacobum illum, qui miraculum hoc circa fontem & puellas operatus est, non esse eum, qui ad Encyclicam rescripsit. Hic Nisibenus Constantij temporibus vixit. Veruntamen ille alius Iacobus magnus erat & clarus miraculis, sicut Theodoretus in sua historia dicit. Vnam Theodoretus magno Iacobo ad sepulturam parauit, ipsum autem Theodoretum priùs mori contigit: in eadem tamen & ipse magnus Iacobus est reconditus.* hæc Theodoretus: quem si legisset Nicephorus, vel aliter rem accuratiùs perpendisset, haud in erro-

XXV. DE VITA ET RES AD A LEONIS ANACHORETAE DATIS.

h Theod. Lect. vel infrà lib. 1.

rem lapsus esset, vt diceret [a] Iacobum hunc Syrum, ad quem Encyclicam Leo scripsit, fuisse Iacobum Nisibenum, quem longè ante hæc tempora constat ex hac vita migrâsse.

[a] Niceph. lib. 15. c. 22.

XXVI. DE ALIIS BI MONACHIS, AD QVOS LEO IMP. SCRIPSIT

Quod verò spectat ad circulares datas literas ad eos, qui erant in Syria, monachos præstantissimos: haud putâdum præterisse Leonem Augustum alios sanctissimos viros in alijs prouincijs agentes: sed ipse Euagrius patriâ Epiphanensis proximorum tantùm memini et sanctorum virorum, ad quos scripsit Imperator: cùm haud dubium esse debeat, ad alios aliarum prouinciarum celebres sanctissimos anachoretas ipsum eadem in causa dedisse literas, præcipuè verò ad eos, qui incolerent Syriam Palæstinam, vt inter alios ad magnum illum Euthymium, & cæteros superius nominatos monachos celeberrimos, itemque ad admirandum illum Auxentium degentem in Bithynia æquè sanctissimum virum, quem aliàs confirmâsse suo elogio sub Marciano Concilium Chalcedonense, superiùs dictum est. Rursus etiàm scripsisse ad admirabilem Danielem Stylitam, probè notum Constantinopolitanis, & in primis Anatolio eius ciuitatis Episcopo, quem anteà ægrâ valetudine laborantem curârat, nemo iure potest dubitare. Sic igitur voluit Leo Augustus contra omnem aduersantium hæreticorum calumniam sacrosanctum Concilium Chalcedonense in omnibus custoditum ac veluti munitionibus obfirmatum, vt sic eos penitùs obstranti occluderet impietati.

XXVII. TERRÆMOTVS ANTIOCHENVS.

Hoc item anno (vt superiùs diximus) defunctus est Basilius Episcopus Antiochenus, anno nimirum eius sedis secundo; in cuius locum fuit subrogatus Acacius, sub quo hoc præsenti anno memorabilis clades accidit ex terræmotu Antiocheno. Tradit autem sub anni sequentis Cõsulibus Marcellinus, cladem hanc scriptam fuisse ab Isaac eius Ecclesiæ presbytero, viro diserto, ait enim [b]: *Isaac Antiochenæ Ecclesiæ presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipuè aduersus Eutychianos & Nestorianos: ruinam quoque Antiochiæ elegiaco carmine planxit, quem admodum Ephræm monachus Nisibenæ lapsum.* hæc Marcellinus: eadem quoque Gennadius [c]. Sed audi de eodem terræmotu Antiocheno hæc dicentem Euagrium [d]:

[b] Marcell. in Chron. [c] Gennad. de Script. Eccl. c. 66 & Euagr. lib. 3. c. 12.

XXVIII

Secundo (inquit) *anno Imperij Leonis ingens terræmotus & conquassatio Antiochiæ accidit: ante cuius initium quidam è populo eiusdem vrbis satis supra modum insanire & omnem belluinam feritatem superare visi sunt, quasi proæmium eiusmodi cladibus præbituri.* hæc ipse. Sed quod subdit computans annos à ciuitate illa condita vsque ad præsens tempus, numeratque annos sex supra quingentos; errorem putamus innumerum irrepsisse: cùm ciuitas illa (vt auctor est Eusebius in Chronico) condita sit anno duodecimo Seleuci, qui regnare cœpit eodem, quo mortuus est Alexander, anno, Olympiade centesimâ quartâ; præsens verò annus ponatur sub Olympiadis trecentesimæ nonæ anno secundo. Cùm autem idem ibi tradat, id factum esse hoc anno secundo Leonis Augusti, cùm ætatis annum ageret quinquagesimumsextum; planè indicat ipsum creatum Imperatorem anno suæ ætatis quinquagesimoquarto.

XXIX. DE CAVSA TANTÆ CLADIS.

Sed vnde tanta vibi Antiochenæ clades? Non aliunde quidem ea manâsse videri potest, quàm ex impietate hæreticæ prauitatis. Confertam sanè fuisse ciuitatem illam Apollinaristis & Nestorianis, quæ dicentur inferiùs, demonstrabunt. Etenim neque ex hac tam ingenti clade, abiecta scoria, Ecclesia illa purgari valuit. Quod enim Nestorius diu ibi degens, malum semen ibidem seruit, sub Ioanne Nestorij fautore in messem creuit, & fœcundo prouentu est congregatum in horrea impietatis. Sic igitur non sera vindicta fuit Antiochenis magna ex parte hæresi deprauatis.

XXX. DE CLADE PER TERRÆMOTVM ILLATA.

Sed prosequamur de eodem terræmotu Euagrij narrationem: quem cùm ipse anno secundo Imperatoris accidisse tradat, id factum dicit decimaquartâ die mensis Septembris, horâ quartâ noctis: lugubre planè spectaculum præbens, terrorem ingentem spectantibus & horrorem incutiens: cùm non vna ciuitas, sed machina ipsa mundi videretur penitùs ruitura: *Hic quidem* (inquit) *omnes ferè ædes vrbis nouæ disturbauit: quæ vrbs à multis hominibus incolebatur, nullaque eius pars deserta fuit, aut neglecta, sed torâ imperatorum magnificentiâ, aliorum alios in ea re superare contendentium, exquisitè elaborata constructaque. Quinetiam prima & secunda Palatij domus deiecta, aliis stantibus vnà cum adiuncto balneo, quod cùm ante nullis fuisset vsui, tam dum in eadem calamitate necessariò propter clades, qua reliquis balneis obtigerunt, ciuitati abluendæ inseruiit. Euersa etiam porticus ante Palatium, & locus, qui Tetraphylon dicebatur, & turres Circi prope ianuas: & quasdam etiam porticus ex illis egredientes, aliquam item partem balneorum Traiani, Seueri, & Hadriani concussit, diruitq; : aliam quoque viciniæ, quæ Ostracina dicitur, vnà cum porticibus, & Nymphæum (sic enim nominatur) prostrauit: quorum singula accuratè à Ioanne Rhetore narrantur. Ait porrò, cùm ciuitati de tributu mille auri talenta ab Imperatore esse condonata, tum ciuibus etiam vectigalia, qui eâ clade afflicti erant, tum denique ab eodem curam de publicis ædificijs reficiendis esse susceptam.* hactenùs de his Euagrius. addit Nicephorus: *Eâ tempestate Thracia etiam & Hellespontus, Ionia omnis, & quæ vocantur Cyclades insulæ concussæ sunt, ædificia verò plura in Gnido & Coo collapsa.* diruta Cyzicum in Hellesponto positum terræmotu, sub anni sequentis Consulibus Marcellinus narrat.

Inter hæc autem contigit, vt sanctiori Antistite Constantinopolitana Ecclesia ornaretur, Anatolio sublato de medio, qui hoc anno, cùm iam sedisset annos octo & totidem menses, ex hac vita decessit. Qualis autem iste fuerit, Dei iudicio relinquitur iudicandus: illud constat, non per portam ingressum, sed aliunde in ouile ouium ascendisse, cùm ab interfectore sanctissimi Flauiani Dioscoro fuerit Episcopus successor indignissimus ordinatus: scimus pariter eumdem sæpè sæpius diuersis ex causis redargutum fuisse à sancto Leone Romano Pontifice, maculatumque potissimùm tolerantiâ hæreticorum, quos adscitos inter clericos, opus fuit iussione eiusdem sancti Leonis expelli: vt non sit mirum, si tanto fulti præsidio iidem hæretici inuaserint in Oriente. Cæterùm ipsum videri voluisse Catholicum, ex scriptis ipsius satis liquidò constat: verùm vt qui magnam cum Dioscoro olim inijsset familiaritatem, cui & sedem illam acceptam ferebat, haud aduersus hæreticos (vt par erat) ardore Catholicæ fidei insurrexit.

XXXI. ANATOLII EPISC. CONSTANTIN. OBITVS.

Leo autem Imperator, defuncto Anatolio, omnem adhibuit diligentiam, vt vir pius nulla suspicione labefactatus, omnique macula purus, sanctus, atque doctus illi subrogaretur Episcopus. Cumque in hoc nonnihil esset collaborarum, rem ipsam Deo gubernante, ex sententia accidit: vt virtutibus insignis Gennadius eligeretur Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus; de cuius electione hæc Theodorus [e]: *Mortuo Anatolio, Gennadius Ecclesiæ presbyter eligitur, suffragatore Acacio orphanorum nutritore. Designauit autem Gennadius Marcianum Oeconomum, ad Ecclesiam, relictâ Catharorum secta, translatum: qui mox atque Oeconomus esset factus, qua in vnaquaque Ecclesia offerebantur, ab eius loci clericis auferri decreuit, donec* magna Ecclesia cuncta illuc acciperet. hæc Theodorus de Marciano Oeconomo; eadem verbis istis dilucidiùs apud Nicephorum [f]: *Constituit* (inquit) *vt quæ in Ecclesia quacunque loco munera offerrentur, ea vt locis cuiusque clerici ferrent: cùm ad id tempus Ecclesia Catholica, seu vniuersalis, dona huiuscemodi omnia tulisset.* planè significans, vsurpâsse maiorem Ecclesiam oblationes aliarum minorum sibi subditarum Ecclesiarum; sub Gennadio verò factum, vt quique clerici suarum Ecclesiarum oblationibus fruerentur, ita cohibente auaritiam primariæ Ecclesiæ ministrorum, subiectarum sibi Ecclesiarum oblationibus inhiantium.

[e] Theod. Lect. Collect. lib. 1. GENNADIVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS. [f] Niceph. lib. 15. c. 22.

XXXII.

Inualuerat quidem mirum in modum in illa Ecclesia auaritia, sed & creuerat simoniaca labes; quam anno sequenti cùm Synodali, tum Imperiali decreto exemptam esse, suo loco dictum fuit, vbi agemus de Concilio prouinciali Constantinopoli eo tempore congregato præsentibus Apostolicæ sedis legatis. Simulac enim Gennadius thronum illum conscendit, ad sananda illata vulnera tum ab hæreticis, tum à prauis clericis labefactantibus

XXXIII

Ecclesiasticam disciplinam, adiecit animum; simulque ad impurum illum inuasorem Ecclesiæ Alexandrinæ pellendum, vnà cum legatis Apostolicæ sedis à Leone Pontifice missis, omne studium curamque prudenter adhibuit. Ad hæc autem omnia præstanda, Concilium in sequentem annum Constantinopoli celebrandum indixit, de quo suo loco dicendum.

XXXIV. ANASTASIVS EPISCOPVS HIEROSOLYMORVM. a Extant apud Sur. die 20. Ianuarij.

Hoc eodem anno secundo Leonis Imperatoris (vt anno superiori dictum est) in locum Iuuenalis Hierosolymorum Episcopi suffectus est Anastasius ex presbytero illius Ecclesiæ vasorum custode: ordinatus quidem, secundùm Apostolum, præcedentibus prophetijs. Quænã autem hæ fuerint, accipe à Cyrillo in rebus gestis[a] S. Euthymij Abbatis ab eo conscriptis, qui ait: *Sequenti autem anno Iuuenalis quidem Patriarcha, XIV. * anno eius Patriarchatus, ex hac vita excedit: Anastasius verò communi omnium suffragio ad sedem illius promouetur, de quo Euthymij fuerunt prædictiones, & de eo veræ promissiones. Quarum is statim recordatus Phidium, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audierat prædictiones, ordinat diaconum, & rursum ad magnum illum mittit Euthymium vnà cum custode Crucis, & prophetiæ significans euentum, & rogans, vt sibi permitteretur ad eum descendere. Is autem hac dat responsa: Ego quidem semper desidero vestram videre perfectionem, & sic lucrum consequi spirituale: sed prior quidem vestræ aduentus erat ab omni turba remotus, & separatus ab omnibus negotijs: nunc autem vestri magistratus magnitudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente. quamobrem longè meam superat imbecillitatem vestra scilicet præsentia. Rogo ergo te, ne amplius vexeris hoc iter suscipiendo: sin minùs, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam; & deinde necesse erit, vt non possim alios amplius repellere; nec potero amplius deinceps hic versari, vt qui ab eorum, qui accedunt, hic sim comprimendus multitudine.* hæc ad Anastasium Patriarcham S. Euthymius: cuius de eo præcedentes prophetias, quas te cupere scio, lector, ex eodem auctore hîc describamus.

XXXV. PRÆDICTIONES EVTHYMII DE EPISCOPATV ANASTASII.

Euthymium (inquit Cyrillus) *videre valdè desiderabat Anastasius, cuius fidei credita erat custodia sacrorum vasorum sancta Resurrectionis Ecclesiæ, eratque Corepiscopus, suitq; simul discipulus & imitator S. Passarionis. Cùm ergo teneretur tanto eius videndi desiderio, Phido Ioppes Episcopo, & Cosmæ, cuius munus erat custodire Crucem illam pulchram communicat cupiditatem. Cumq; eos assumpsisset, quam etiam quoq; Phidum Phidi Episcopi nepotem (erat autem is adhuc ætate iuuenis, & in chorum lectorum coopta-tus, qui etiam Cyriaco hæc tradidit & narrauit) cùm is proficisceretur ad magnum Euthymium. Postquàm autem fuerunt tam prope Lauram, ab alijs quidem cùm nondum peruenissent, ignorabatur, Euthymio verò arcano quodam modo aperuit Spiritus. Cùm verò statim vocâsset Lauræ œconomum Chrysippum: Sint, inquit, tibi parata, quæ sunt ad recipiendos hospites necessaria; Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos venit etiam Patriarcha. Cùm autem ipsi iam aduenissent, diuiniore quâdam contemplatione magnus correptus Euthymius colloquebatur & ridebat cum Anastasio, tanquam cum Patriarcha Hierosolymorum. Atq; qui adstant quidem omnes admirabantur.*

XXXVI. EPISCOPI HIEROSOLYMORVM HVMILIS VESTITVS.

Chrysippus verò quoq; ipse obstupefactus, & ad aurem se inclinans Euthymij: Sed non est, inquit, apud nos Patriarcha, ô venerande Pater, hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quisnam sit eius vestitus? ostendens eius vestes: ea autem erant splendidæ & serica: quas quidem (inquit) non est fas Hierosolymitanum Patriarcham induere. Ad imitationem enim primi eius Ecclesiæ Episcopi, qui sindone tantùm simplici induebatur, Sancti Iacobi fratris Domini, & in ipsius Domini in eo loco crucifixi memoriam, factum est, vt Hierosolymitani Episcopi haud circumspectè vestiti incederent, sed viliori habitu, quàm illius Ecclesiæ clerici, qui sericis etiam (vt vides) vtebantur indumentis. Sed pergit Cyrillus: *Cùm aliquo autem tempore se recepisset senex, & veluti ad se redijsset: Sed mihi crede, fili, inquit, hunc vidi candidâ veste indutum, & quali decet indui Patriarcham, & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus præscivit, id ad finem quoque deducet. Sunt enim eius chrismata minimè pœnitenda. Ille ergo hæc quidem dixit, multis audientibus; & consecutus fuit rerum euentus.*

XXXVII. hactenùs de his ibi.

Hoc item anno, qui primus Gennadij Constantinop. Episcopi numeratur, facta est translatio reliquiarum sanctæ Anastasiæ martyris, impulsu Marciani Œconomi Gennadio id suadente Leoni Imperatori, collocataque sunt in Ecclesia ab eodem Marciano nobiliter erecta Constantinopoli super ædiculam Anastasiæ, ita nominatum locum illum, vbi primùm hospitatus S. Gregorius Nazianzenus prostratam fidem erexit, vnde Anastasiæ nomen accepit; id ipsi Gregorio diuino reuelante Spiritu, fore aliquãdo, vt ædicula illa in basilicam ingentem consurgeret. Hæc quidem facta esse hoc anno: non superiori primo Leonis Imperatoris (vt vult Cedrenus) ideò affirmamus, quòd, [b] tentiâ Theodori [b], Nicephori [c], & aliorum, eam translationem factam liquet sub Gennadio Patriarcha. De ipsius autem templi dedicatione agemus anno sequenti.

b Theod. Lect. lib. 2. in fin. c Niceph. lib. 14. c. 19. & Cedren. in Comp.

IESV CHRISTI

Annus 459.

LEONIS PAP. Annus 20. LEONIS 3. MAIORIANI 3. IMPP.

CHRISTI annus quadringentesimus quinquagesimus nonus nouis aperitur Consulibus Ricimere atque Patricio: cùm Constantinopoli, præsentibus Apostolicæ sedis legatis, exoptatum diu à Leone Imper. celebratum est Concilium, non quidem œcumenicum, vt petebat, ad quod omnes conuocarentur Episcopi, sed ex proximis tantùm prouincijs, Gennadio adnitente Constantinopolitanæ sedis Episcopo, fidei Catholicæ & Ecclesiasticæ disciplinæ acerrimo vindice atq; custode: qui inter alias deformitates cùm nactus esset Ecclesiam illam simoniacâ labe deturpatam, ad eam penitùs euellẽdam, alioſque prauos mores extirpandos. Synodum colligi festinauit. Interfuit huic Synodo numerus septuaginta trium Episcoporum, præsentesque fuêre (vt dictum est) Apostolicæ sedis legati à S. Leone missi, cùm anno superiori Imperator eos expetijsset) Domitianus atque Geminianus Episcopi, quos constat Constantinopoli vsque ad sequentem saltem annum cõmoratos esse, prout literæ S. Leonis Papæ ad eundem Gennadium datæ declarant [d].

I. CONCIL. CONSTANTINOPOL. d Leon. ep. 100.

Perierunt quidem huius Synodi Acta, vt non nisi canon vnus aduersus Simoniacos datus reperiri possit. Actũ verò in ea esse de abolenda penitùs Eutychiana hæresi nulla potest esse dubitatio. Etenim ipse Leo Augustus eius rei causã expetierat præsentiam S. Leonis Romani Pontificis: quam cùm obtinere minimè licuisset, vt saltem legatos è Latere ipse mitteret, exorauit: quibus missis, etsi ab eodem S. Leone non valuerit impetrare, vt œcumenica Synodus haberetur, egit tamen, vt ex finitimis saltem prouincijs Concilium cogeretur. Vbi autem conuenêre Patres, ex more primum omnium actum esse de firmando fidei decreto in Chalcedonensi Concilio edito, quod frequentibus ictibus hæretici concutere atque penitùs dissipare conabãtur; recitatasque ibidem fuisse omnes epistolas illas cùm ab Episcopis Orientis, tum etiam à sanctissimis anachoretis conscriptas, in primis verò Romani Pontificis literas eo argumento anno superiori datas, omnes puto consentient absque aliqua controuersia; cùm (vt dictum est) ea potissimùm ex causa hæc fuerit Synodus conuocata. Sed quod ipsa Acta Synodalia, quæ hæc ostenderent, periêre. Illud saltem vnum, quod Synodi huius fragmentum supereſt, recitemus, relictum tanquam fortem arietem ad demoliendas simoniacas molitiones: sic enim se habet, quæ tunc ab eadem Synodo scripta est epistola Circularis [e]:

II. QVÆ ACTA IN SYNODO e Apud Theod. post Nyssen. & in Bibl. sanct.

Religiosissimo & sanctissimo in sacris comministro N. Gennadio, & quæ in Christi amante regia ciuitate Constantinopoli coacta est sancta Synodus.

III. QVID AD VERBVM

Cùm Dominus & Deus Saluator noster Iesus Christus suæ discipulis Euangelij prædicationem credidisset, eosq; per vniuersum terrarum orbem inter homines ad docendum misisset: aperte ins-

4 Mat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

sit, vt quod gratis accepissent, eis quoque gratis darent, non aurum vel argentum, aut alias omninò materiales & terrenas facultates pro eis acquirentes: Cœlestibus enim & spiritualibus donis nulla est cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc autem præceptum non solum illis, sed etiam nobis per illos dedit; quos in illorum gradum & locum subsitituere dignatus est: & oportet, sicut illi tunc, nos quoq; nunc accuratè & diligenter seruare, nec in vlo, quæ technas sophisticas non admittunt, vti sophisticâ calliditate, nec aleam periculosam iacere. Gratis (inquit[a]) accepistis, gratis date: Non possidentes [b]aes, neq; aurum, neq; argentum in zonis vestris. Simplex est & aperta huius mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil quod non sit facilè & explicatum, nihil quod sophisticâ explicatione egeat. A me (inquit) accepistis dignitatem sacerdotij. Si mihi pro ipso parum quid vel magnum soluistis, & hoc à me venditum est, vos quoq; ipsum alijs vendite: si autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem his, qui parent, vtilius? Væ illis, re verâ, qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecunia dare in animum inducunt: In fel enim amaritudinis & vinculum iniquitatis ij (iuxta S. Petri sententiam[c]) à sua malitia comprehensi sunt.

[a] Act. 8.

IV. CANON CONCIL. CHALCED. ADVERSVS SIMONIACOS.

Vnde & sanctorum ac beatorum Patrum sanctæ & magnæ Synodi œcumenica Chalcedone congregatæ huic legi Dominica connexit canon, qui sic à nobis apertè ijsdem verbis editus est:

Si quis Episcopus pecunijs ordinationem fecerit, vel non venalem gratiam ad venditionem deduxerit, & pecunijs ordinauerit Episcopum, vel Corepiscopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, vel aliquem eorum, qui in clero connumerantur, vel pecunijs promouebat Oeconomum, vel Defensorem, vel Paramonarium, vel omninò aliquem ex clero propter suum turpe lucrum: qui hoc aggressus esse conuictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum; & quiordinatur, nihil ex ordinatione aut promotione, quæ sit instar mercaturæ, iuuetur, sed sit alienus à dignitate, vel curatione, quam pecunijs assecutus est. Si quis autem hu turpibus ac nefarijs lucris sequester intercessorue apparuerit: is quoque si sit clericus, à primo gradu excidat; si autem laicus vel monachus, anathematizetur. Quæ sequuntur, tanquam Theodori verba sint, diuersò charactere habentur exarata: sed eorumdem Patrum Constantinopoli hoc anno congregatorum epistolæ Encyclicæ conuenire, neminem puto inficias iturum; quæ sic se habent.

V. EIVSDEM EPISTOLÆ VERBA.

Pulcherrima & valdè pia sunt huius canonis sanctorum Patrum præcepta, quæ omnem inuasionem satanicam, diabolicumq; conatum, qui in donum spirituale intenditur, repellit & rescindit. Nullo enim modo vult ordinationis promotionem pecunijs aut fieri, aut suscipi, nec ab eo, qui illam exercet, nec ab eo, qui ordinationis promotionem accipit: sed nec ante tempus ordinationis, nec post dari pecunias concedit: omnium enim in hac quoq; re esse sordes, murumq; corruptionem pronunciat.

VI. GALATÆ SIMONIACI.

Quoniam tamen ita ijs apertè prohibitis, quidam sunt in Galatarum Ecclesia deprehensi propter turpe lucrum & auaritiam hæc salutaria & humana præcepta negligere & transgredi: ea quoq; ipsa nobis renouare visum est, cùm hac sancta Synodo, quæ in hac regione, Noua Roma, nunc agit: vt sine omni penitus inuentione, & omni pretextu, callidoq; commento impiam hanc & odiosam, quæ nescio quomodò in sanctissimæ Ecclesiæ subijt, consuetudinem omninò excindamus: vt cum para & absq; vlla cauponatione eorum, qui ordinantur, renunciatio ab Antistitibus facta fuerit, gratia Spiritus sancti superne veniat. Quibus nescio an per pecuniam promotionem facientibus, & manu non parùm operante, ad eum, qui promouetur accedit, secundum vocem Euangelij, & nos potius retrahitur gratia sancti Spiritus.

VII.

Scias ergo, ô vir religiosissime, & omni ex parte sanctissime, quòd quicunque huius conuictus fuerit Episcopus, vel Corepiscopus, vel Viator, vel Presbyter, vel Diaconus, vel quius alius ex canone, vel ex laicis, communi Antistitum decreto, communiq; sententia condemnatus est, fiunt de hoc quoque sanctorum Patrum precedens canon loquitur. Oportet enim gratiam semper esse gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni sacerdotali dignitate & ministerio alienus, & anathematis loco subiectus, qui & semper pecunias acquirere existimat, & qui eam pecunijs habere pollicetur. Siue sit clericus, siue laicus, siue hoc facere conuincatur siue non: quia fieri non potest, vt conueniant quæ conuenire nequeunt, nec vt Mammona Deo consentiat, vel vt qui ei seruiunt, Deo seruiant. Domini[d] est sententia, cui contradici non potest: Non potestis Deo seruire & Mammonæ.

[d] Mat. 6.

Nos in his pro viribus consulentes, & eis cedentes [e], *cum eo, qui hæc dixit, aduersus eos, qui in ijs peccant, sententiam protulimus. Tua sanctitas curam gerat, omni adhibitâ diligentiâ, vt hæc per transcripta exemplaria innotescant & sanctissimo Episcopis, qui tibi subsunt, & [illegible] & alijs omnibus: vt in vno spiritu & vna anima omnes simul constipati Christiano aduersus communem inimicum, Dei auxilio possimus auaritiæ radicem, quæ ab illo nobis insita est, cum omnibus eorum malorum germinibus exscindere. Omnium, quæ tecum est in Christo, fraternitatem salutamus. Fortis existens in Christo, ora pro nobis, sanctissime pater.* post epistolam hæc ibidem sequuntur: *Hanc epistolæ cum ipso Gennadio subscripserunt etiam septuaginta tres.* sed ponuntur ibi Metropolitanorum Antistitum tantummodò nomina, videlicet:

[e] cedentes

Ioannes Episcopus metropolis Heracleæ.
Anastasius Episcopus metropolis Ancyræ.
Eunomius Episcopus metropolis Nicomediæ.
Petrus Episcopus metropolis Niceæ.

Reliquorum autem nomina desunt: at tantummodò hæc sunt, quæ ex nobilissima Synodo remanserunt. Cæterùm excisis licèt Simoniæ malæ arboris ramis, ex occultis radicibus iterum infelices propagines pullulârunt: adeò vt opus fuerit, non post multos annos, vt quos Ecclesiastica censura non terruit, Imperator in officio contineret: [f] de his suo loco dicturi sumus.

[f] Theod. Lector. lib. 1. Niceph. lib. 15. c. 23

IX.

Qui autem solertissimus fuit vnà cum Catholica fide etiam Ecclesiasticam disciplinam sartam rectâ reliquere, ipse Gennadius Constantinopolitanus Episcopus, haud impunè fuit Ecclesiasticos conculcari canones; in quorũ custodiam non Episcopos tantùm & Imperatorem, sed Sanctos ipsos cum Deo in cœlo degentes coadiutores, & delinquentium vltores adhibuit. Pauendum planè de his extat exemplum à Theodoro [g] Lectore primùm ac subinde à Nicephoro [h] recitatum de clerico Ecclesiæ sancti Eleutherij martyris, quem cùm Gennadius sæpè admonuisset, vt prauorum morum vsum relinqueret, & ministerio, cui mancipatus fuerat, & ordini, quo insignitus erat, vitam consentaneam institueret: cùm verò in admonendo & corrigendo eam operam (vt dicitur) & impensam perderet; martyrem eius vel emendatorem, vel vltorem interpellauit. Res gesta describitur nõ solùm à Theodoro lectore, atq; Nicephoro, sed & à Cedreno & alijs, at copiosiùs à Sophronio, istis verbis primò. vnde acceperit, fideliter enarrante:

[g] Prat. spirit. c. 149.

X. QVID GENNADIVS IN CHARISIVM.

Accessimus ad cœnobium, quod dicitur Salama, nono ab Alexandria milliario distans: inuenimusq; illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis Constantinopolitanæ Ecclesiæ se esse presbyteros. Narrabant ij, nobis de beato Gennadio Constantinopolitano Patriarcha, quod fuerat mitissimus, & mundus corpore, multumq; continens. Dicebant & hoc nobis de ipso: Quòd cùm molestaretur à plurimis de quodam clerico nimis delinquente, Charisio nomine: accersiuit eum Patriarcha, ipsumq; emendare conatus est. Cùm verò nihil increpando proficeret, per misit eum cum paterna & Ecclesiastica censura flagellari. Vbi quam verò didicit in nullo meliorem fieri neque per verba, neque per flagella (vacabat enim homicidijs & magicæ præstigijs) misso quodam Apocrisario suo, iussit, vt diceret sancto martyri Eleutherio (erat enim lector in ipsius Oratorio Charisius) Miles tuus, sancte Dei Eleutheri, multum peccator est: aut emenda illum, aut excede. Venit igitur Apocrisarius in Oratorium, & stans ante altare, & intendens ad sepulchrum martyris, extendensque manum suam, ait martyri: Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyr Eleutheri, per me peccatorem; quia miles tuus multum peccat: Aut emenda illum, aut pnacide eum. Ille crastinum verò mortuus inuentus est scelerum opifex Charisius. [illegible]

XI.

Quod rursum pertinet ad Gennadij studium de restituenda Ecclesiastica disciplina, addit post hæc Nicephorus [i], nunquam eum voluisse ordinare aliquem sacerdotem, qui Psalterium Dauid non semper haberet in ore: vt planè exegerit in clero monasticam obseruantiam.

[i] Niceph. lib. 15. c. 25

XII. ENCÆNIA ANASTASIÆ.

Hoc item anno, vbi primùm Episcoporum Synodus Constantinopoli habita ad finem perducta est, ab eisdem Episcopis celeberrima facta est dedicatio nobilis Ecclesiæ

a Marciano erectæ, nomine Anastasiæ, egregij Magni illius Gregorij Nazianzeni monumenti. Motis namq; fuit celebrare Encænia tempore Synodorum, cùm videlicet plurimi Episcopi conuenissent in vnum, prout innumera superiùs diuersis locis exempla recitata declarant. Quæ verò acciderint in eiusmodi dedicatione basilicæ, ipsius Marciani Acta demonstrant, quæ sic se habent[a], post enarratam eiusdem templi amplitudinem, & sacrorum vasorum eidem collatorum præstantiam.

a Extant apud Surium 8 Iun. 10. Iunij.

XIII. *Omnibus autem conuenientibus, nouo quidem templi (vt paruit) Encænia celebrantur & dies quoque, quâ ipsa martyr certamen consummauit, ipso, inquam, Decembri. Vocabant autem ad Encænia & fideles Imperatores, & sacrum Senatum, & omnem (vt semel dicam) ciuitatem. Oportebat autem, quod latebat, Marcianum eo die videri, qualis esset moribus, qualis virtute, & quantum se vltra mandata extenderet. Nam cùm tot & concurreret ciuitas, & egentes vnà cum ea quodam pacto attraherentur: pauper quidam accedens ad hunc virum egregium (ij enim exquirunt & discunt benignas & clementes animas, non secus atque hi, qui laborant, medicos) accedens ergo, respexit ad eius dexteram, & petijt, vt acciperet aliquod medicamentum sanis. Ille autem (tuncenim nihil gestabat in sinu, sed reuerà habebat intra animæ sinum benignitatem multam & clementiam) cùm remotus fuisset ab omnibus, & locum aspexisset valdè latentem: nullo autem alio, nisi vnicâ tegeretur tunica, quod quidem fuit ei totâ vitâ familiare, vt duabus non teretur tunicis: cùm sic se haberet vir diuinus, etsi facilè erat excusando egestatem, repellere supplicationem: nam quòd nihil portabat, testes habebat omnia intuentes oculos: Ille, perinde ac si non daret, fieri non posset, vt non Deo afferret molestiam, cùm se ea ipsa, quæ sola inerat, veste exuisset, dat egenti prompto & alacri animo: & de catero habebat solam vestem sacerdotalem & penulam, quæ corpus contegebat; quam etiam vndiquaque contrahens, cupiebat, quantùm fieri poterat, latere, & id quod factum fuerat, omnium celare oculos.*

MARCIANI OECONOMI CHARITAS.

XIV. *Postquàm autem fuerunt intra ædem sacram (eidem autem diuinum sacrificium celebrare iussit primus sacerdotum) ille quidem penulam similiter contrahebat & complicabat, cupiens (vt dixi mus) etiam latere. Qui autem aderant, & vnà cum eis Pontifex, cùm oculos in eum defixissent, vident quoddam nouum & arcanum miraculum, & propemodum vix solùm credibile, qui adfuerunt. Vident enim in eius indutum eximiâ quâdam veste regiâ, & auro nitenti intertextâ; quæ tum etiam magis apparebat in manibus, quando eos, qui accedebant, diuino corpore impertiebat. Hæc videntes alij quidem apud se mirabantur, alij autem alijs quoq; enunciabant, nonnulli quidem vt admirantes, nonnulli verò (vt est verisimile) etiam inuidentes. Cæterùm apud ipsum Pontificem Gennadium accedentes, tanquam existimantes eum nescire, quæ eum scire maximè volebant, ei renunciabant: deinde etiam ei conabantur detrahere, & monebant calumnias aduersus bonam illam animam. Et ille se ipsum quoq; dicebat vidisse, modum autem ignorare, & se decore vera dubitare.*

DE MARCIANO MIRACVLVM.

XV. *Postquam autem à Marcello fuit impositus finis sacrificio, cum accessit Patriarcha, & eum, secundùm conuenientem, de veste reprehendit, dicens, eam magis Imperatoribus conuenire, quàm sacerdotibus. Ille autem magni animi dubius, quam is, qui dubitabat, procedit ad pedes illius, & in eos multas effundens lachrymas, negabat omninò id, quod dictum fuerat, & dicebat deceptos fuisse eius oculos: Tale quid enim vel solùm cogitasse, aperta est insania. Ad hæc Patriarcha (stultum enim existimabat, & à ratione aperiè alienum, propriis non credere oculis) manu propria statim tangebat, relaxat ipse penulam cum veste sacerdotali; & de catero miraculum videbatur & dicebatur: Nam illa quidem aurea quæ ante videbatur tunica, nusquam erat: nudus autem sanctus videbatur, sicut erat, excepto his indumentis sacerdotalibus; nudus, inquam, qui verè aureis virtutis tunicis, quæ sub aspectum non cadunt, tegebatur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationem; in admirationem eidem addicit Imperatores, cùm iam fama ad eos peruenisset,* Leonem nimirùm & Irenem Augustum: *clarum autem erigit tropheum simul & aduersùs malignam & sceleratam Eutychetis* insaniam, quæ (proh dolor!) vsque ad id tempus defendebatur ab aliquibus.* hæc ex Actis Marciani OEconomi viri sanctissimi: reliqua autem de ipso suo loco dicemus opportunius. Tali namque meruerunt nobilitari miraculo Encænia illius Anastasiæ, Gregorij olim Nazianzeni sedis, ab ipso plurimis laudibus celebratæ.

DETEGITVR MIRACVLVM.

* Alij

Aucta est etiam eodem Gennadij Episcopi tempore Constantinopolitana Ecclesia nobilissimo cœnobio monachorum Acœmetarum, hoc est, Insomnium; in quo plurima multitudo habitans monachorum iuges die noctuque peruigiles Deo laudes offerret, tripertito tempore, & monachis sibi inuicem succedentibus. Vocati sunt ijdem, Studitæ, à Studio viro clarissimo, qui eiusmodi monasterium erexit; de quo ista Nicephorus[b]: *Eiusdem Gennadij Episcopatûs tempore, Studium vir præclarus Roma Constantinopolim aduenit, & sancto Præcursori templum erexit, in quod monachos ex domicilio eorum, qui ἀκοίμητοι, hoc est, Insomnes dicuntur, induxit. Horum domicilium Marcellus dominicum construxerat, in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni canebantur, sodalitate monachorum tam ob rem in tres cœtus diuisa. Intra quoque mandra Ioannes Calybites monachum egit.* hæc Nicephorus.

XVI. MONASTERIVM STVDITARVM ERECTVM

b Niceph. lib. 15. c. 23

Quod verò ad Studium monasterij conditorem pertinet: non solùm suo ipsius clarus fuit munere Consulatûs, sed maiorum suorum quoque magistratibus insignis. Temporibus namque Maioris Theodosij claruit Studius Præfectus Prætorio, ad quem extat luculenta sancti Ambrosij epistola[c] ad eius consultationem respondentis, quâ ipsius summa religio innotescit. Porrò hunc, de quo est sermo, ante quinquennium cum Aëtio Consulatum gessisse, Fasti produnt Consulares: eâ enim nobilissimâ omnium dignitate insignire voluit Studium nouum Constantinopolis colonum Marcianus Imperator anno Domini quadringentesimo quinquagesimoquarto: in Oriente quidem ipsum creatum fuisse Consulem, ex eo liquet, quòd Aëtium collegam constet esse creatum in Occidente. Diuino planè consilio accidit, vt religiosissimus Senator cum bonis suis Româ migrarit Constantinopolim, ita præceptus à ventura per Wandalos inferenda Vrbis captiuitate. Hunc quidem qui Consulatum gessit, eundem esse cum Studio, qui condidit monasterium, Suidas affirmat, cùm de alio ab eo erecto ædificio hæc ait[d]: *Idem Studius Princeps ædem Archistrategi Nicolia condidit, in qua extant versus heroici:*

XVII.

c Ambros. epist. 20.

d Suid. in voce Στ.

Studius illustrem ædem condidit, celeriterq; suorum
Laborum præmium reperit, Consulares fasces ad. p. tw.

Ante quidem excidium Vrbis per Gothos illatum Studiorum familiam translatam Constantinopolim, inde potes intelligere, quòd reperitur[e] Studius Præfectus Vrbis Constantinopolis sub Consulatu Honorij sexto & Aristæneti, anno Domini quadringentesimoquarto. At de Studio hactenùs: De Studitis verò monachis suo loco pluribus dicendum. Ad sextum autem Imperatoris annum illud absolutum esse cœnobium, Cedrenus habet.

e Cod. Th. de Epis. & Cler.

Cæterùm quod spectat ad Acœmetarum monachorum institutum, non fuit eius Marcellus auctor, sed propagator: verùm Alexander Abbas, eiusdem Marcelli institutor religiosum illum cultum inuenit, prout eiusdem Marcelli Acta[f] testantur. Successit verò Alexandro in præfectura monasterij Ioannes Marcelli collega, cùm ne crearetur Abbas, Marcellus ipse inde recessisset, sed post Ioannem præsse cœnobio compulsus. Porrò sub ipso Marcello plura ædificante monasteria, laudabile institutum illud semper Deum laudantium longè lateq; diffusum esse, eius vitæ Acta testantur.

XVIII. ALEXANDER AVCTOR ACOEMETARVM.

f Extant apud Sur. ad 29. Decembr.

Hoc eodem anno Acacius Episcopus Antiochenus, cùm sedisset annum dumtaxat, ex hac vita decessit: in cuius locum subrogatus est Martyrius, de cuius sedis annis in eius obitu dicturi sumus.

MARTYRIVS ANTIOCHENVS EPISCOPVS.

Quod autem ad huius anni res gestas in Occidente pertinet, obtutæ penè esse noscuntur silentio, nisi tantùm quòd ab anni huius Cõsulibus data habetur sancti Leonis decretalis epistola[g] ad Episcopos Campaniæ, Samnij, atque Piceni, de seruanda antiqua traditione Ecclesiæ, vt nonnisi Paschæ & Pentecostes tempore, citra necessitatem, sanctum Baptisma ministraretur, præmissis catechismis & exorcismis, ieiunijs atque alijs, quæ sacrum baptisma præcedere solerent. Sed & illi etiam occurrere stu-

XIX.

g Leo ep. 80.

duit

duit corruptelæ, cum prætextu magis fructuosæ pœnitentiæ, confessionem peccatorum, quæ solita erat esse secreta, quidam in publicam conuertebant: quem prauum vsum S. Leo remouit, iubens omninò fieri eam ex more secretam. Est autem huiusmodi ipsius de confessione publica tollenda decretum:

XX. SECRETAM ET NON PVBLICAM CONFESSIONEM ESSE DEBERE.

Illam etiam contra Apostolicam regulam præsumptionem, quam nuper cognouis à quibusdam illicitè vsurpatione committi, modis omnibus constituimus submoueri (de pœnitentia videlicet, quæ ita à Fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere libellus scripta professio publicè recitetur, cùm reatus conscientiarum sufficiat soli sacerdotibus indicare confessione secretâ. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur; tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare; remoueatur tam improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referre, quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator attendit. Tunc enim demùm plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. hæc is, ipse: qui dum ait, contra Apostolicam regulam ista præsumi, planè insinuat ex Apostolica traditione probatam haberi in Ecclesia secretam peccatorum confessionem. At de his superiùs actum est pluribus. Iam transeamus ad anni sequentis res gestas.

IESV CHRISTI
Annus 460.

LEONIS PAP. Annus 21. — LEONIS 4. IMPP. MAIORIANI 4.

I. SEXAGESIMVS suprà quadringentesimum voluitur annus Domini, notatus Magni & Apollonij Consulatu. Est mentio Magni Consulis apud Gennadium, vbi agit de Fausto, atque ait [a]: *Scripsit postea ad Felicem Præfectum Prætorij & Patricię dignitatis virum, filium Magni Consulis tam religiosum, epistolam ad timorem Domini hortatoriam,* hæc ipse: at de Felice inferiùs.

[a] Gennad. de script. Eccl. c. 85.

II. LEO IMP. EXPELLIT TIMOTHEVM ALEXAN. b Liberat. in Brev. c. 13.

Huius anni exordio Leo Augustus impulsus Synodicis decretis Concilij ad finem anni superioris Constantinopoli (vt vidimus) celebrati, iam peractis Encæniis, iussit inuasorem Ecclesiæ Alexandrinæ Timotheum inde ejici, dato ad hoc certo rescripto ad ducem Augustalem, qui curaret exactè negotium. Sed quæ de his habet Liberatus Diaconus, hic reddamus, ait enim [b]: *Scripsit Imperator Leo duci Alexandriæ Stylæ, vt pelleret quidem ab Episcopatu omnibus modis Timotheum, intronizaret autem alium decreto populi, qui Synodum vindicaret. Iussione susceptâ Dux Stylæ fecit, quæ fuerant imperata. In exilio relegatur Timotheus Aelurus Chersonæ arctâ custodiâ, & cum eo Petrus hæreticus; & pro Proterio Timotheus cognomento Solofaciolus, siue Albus, Episcopus constituitur.* hæc Liberatus. Quæ quidem primùm omnium (quod ad tempus spectat) hoc anno & non ante facta esse (vt habet Cedrenus [c] anno superiori) vt affirmemus, rationem literæ S. Leonis Romani Pontificis ad Leonem Imperatorem hoc anno datæ decimoquinto Kalendas Iulias, quibus vt de recenti facto gratias agit de expulso inuasore Timotheo; cùm necdum creatus eius successor esset Solofaciolus: vt planè appareat hoc eodem anno eiectum fuisse Timotheum, & non antè.

[c] Cedren. in Comp. an. 3. Leon.

III. TIMOTHEO IN VASORIS REDIS A LEX. SIMVLATE AGENTE.

Sed in eo corrigendus est Liberatus, dum ait, eum statim relegatum esse Chersonam, vel quod scribit Cedrenus, missum in Paphlagoniam primùm, deinde verò relegatum in Chersonesum, vel (vt alij habent) in Oasim. Nam constat eiusdem sancti Leonis Romani Pontificis litteris dictâ die hoc anno ad Gennadium datis, eundem Timotheum permissum fuisse venire Constantinopolim sub specie quadam abdicandæ hæresis, & recipiendi Chalcedonensis Concilij: istâ enim speciosâ larvâ sese impius per suos, quos penes Imperatorem Constantinopoli habebat, intrudere in eam vrbem conatus est, re verâ tamen, vt editâ professione Catholicâ, restitueretur in Alexandrinam Ecclesiam. De his autem cùm tam Gennadius Constantinopolitanus Episcopus, quàm etiam ibi adhuc agentes Apostolicæ sedis legati Domitianus & Geminianus Episcopi reddidissent certiorem sanctum Leonem, ipse mox ad eumdem Gennadium ista rescripsit [a]:

[a] Leo ep. 100.

IV. LEO ADMONET DE TIMOTHEO GENNADIVM.

Dilectionis tuæ literis & fratrum Coepiscoporum nostrorum Domitiani & Geminiani sermone agnouis, Timotheum, postquam Ecclesiâ Alexandrinæ ciuitatis expulsus est, Constantinopolim (nonnullis hoc fidei aduersarijs agentibus) venire permissum: vt (quantum datur intelligi) quia vniuersorum Domini sacerdotum sententijs coarctatus, inuitus saltem ad Catholicam se dogma conuertat, vt (tanquam propter hanc tantummodò culpam videatur eiectus) hæreticæ peruersitatis errore damnato, doctrinæ Apostolicæ, vt ad Alexandrinam redeat Ecclesiam, acquiescat: cùm illi, etiam si Catholicus probaretur, hoc vehementer obsistat, quòd viuente Episcopo, tanta sedis inuasor, & auctor apparuit inaudita crudelitatis admisse.

V. DE PELLENDO TIMOTH. ET CREANDO NOVO EPISC. ALEXAND. LEO AGIT.

Et ideo dilectio tua, solicitudine, quâ claret, enixè & elaborare debebit, ne cùm tam nefario homine sermo aliquis priuatim vel publicè misceatur: neve sub specie correctionis eius, quorumdam consentiat præbeatur occasio: neve redeundi intempestiuam capiat libertatem, de quo iam edictis suis Princeps Christianissimus iudicauit. Omni igitur labore & circumspectione perueniendi vnitatis Ecclesiasticæ profuturum, enitere, frater carissime, vt spes suffragatoribus ipsius adimatur, & Alexandrinis ex clero suo Catholicus Episcopus, secundum morem veterem per Orthodoxos Episcopos consecretur. Quia parricida ille non aliter à suis defensoribus deseretur, nisi Alexandrina Ecclesia, quæ Patrum honori & suæ restituenda est libertati, reclorem sanandis omnibus, quæ malè gesta sunt probatissimum fuerit consecuta. Datum XV. Kalendas Iulias, Magno & Apollonio Consulibus, per Philoxenum Agentem in rebus. hæc S. Leo: ex quibus in primis erroris redarguas, qui dixerunt Timotheum relegatum fuisse, arctâque custodiâ, ne effugeret, custoditum. Eadem quoq; die, de subrogando in locum Timothei alium Episcopum, ita scripsit ad Leonem Imperatorem [c]:

[c] Leo ep. 99.

VI. LEO PAPA AD LEONEM IMP.

Si gloriosum pietatis vestræ in fidei defensione propositum tantâ profecto laude cupiamus, quantâ rerum ipsarum magnitudo deposcit, inueniremur impares in actione gratiarum, si nostri tantùm otij angustijs vniuersalis Ecclesiæ gaudia celebremus. Sed dignius illius remuneratio vestris altibus meritoq; seruabitur, in cuius causa & speciali excellitis animo, & optato triumphatis euentu gloriæ. Sciat igitur clementia vestra, omnes Ecclesias Dei cum laude exultare pariter & lætari, quòd ab Alexandrina Ecclesia iugo improbus parricida depulsus est; & populus Dei, cui præda nefarius incubabat, in antiquæ fidei libertatem reducitur, potest; tam in salutis viam fidelium sacerdotum prædicatione reuocari, cùm videat omne sentinæ vitium venenorum cum ipso auctore proiectum. Nunc ergo quia hoc constanti proposito & magna mente peregistis, consummato operi fidei illud adjungite, vt de Catholico illius ciuitatis Præsule, quod Deo placeat, decernatis, qui nulla damnatarum hæreticorum impietatis sit infectus aspergine: ne forsitan telum vulnus sub facie obductæ cicatricis reseret; & plebi Christiana, quæ vobis agentibus, aperte ab hæreticorum peruersitate liberata est, exhalibus earum obnoxia sit venenis.

VII. EXCLVDENDVS TIMOTH. A SPE PRÆCVPERANDÆ SEDIS.

Vides autem, venerabilis Imperator, & euidenter agnoscis, quòd in persona, de cuius abscissione agitur, non sola est fides integritas intuenda: quæ etiam si vllu correctionibus professionibusq; purgari & in integrum valeret qualibet conditione restitui, nequaquam tamen quæ scelestè cruentèq; commissa sunt, possunt probabilium verborum protestationibus auferri: quia in Pontifice de hoc (maximè tamen tantæ Ecclesiæ sacerdote) non sufficit sonus linguæ & sermo laborum: & nihil prodest, si Deum voce prædicatur, & mens impietate conficitur. De talibus enim per Apostolum sanctus Spiritus loquitur [1]: *Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et iterum alibi* [2]: *Deum profitentur se scire, factis autem negant.* [1] 2. Tim. 3. [2] Tit. 1.

Vnde cùm in omni Ecclesiæ membro & integra fides veritas & bonorum operum plenitudo quæratur: quanto magis in summo Pontifice debent vtraque præcellere, quia alterum sine altero non potest cum Christi corpore compaginari? Nec nescire eius nunc omnia, qua Timotheum execrabiliter fecisse, euertere; cum

copiosè atq; manifestè in totius mundi notitiam, quæ per ipsum ac propter ipsum sunt gesta, processerint; & si quid ab incomposito vulgo contra iustitiam perpetratum est, in huius omnia verticem constituant, cuius desiderijs manus furentium seruierunt. Vnde sit etiam in professione fidei nihil hic negligat, nihil fallax: apprissimum gloriæ vestræ est, ab hoc appetitu illum prorsus excludere: quia in tanta vrbis Antistite vniuersa Ecclesia membra decet sanctâ exultatione gaudere, vt vera pax Domini non solùm prædicatione fidei, sed etiam morum clarificetur exemplo. Datum decimoquinto Kalendarum Iuliarum, Magno & Apollonio Coss. per Philoxenum Agentem in rebus.

VIII. TIMOTHEVS ÆLVRVS RELEGATVR.

Hæc cùm accepisset Imperator, obsequens Romano Pontifici, & Timotheum relegari præcepit, & successore Proterij à clero Alexandrino eligi, & ab Ægyptijs Episcopis, more ptistino ordinari. Ad hoc quidem tempus, quæ de relegatione Timothei & electione successoris Episcopi Alexandrini à Liberato Diacono vel alijs dicta sunt, referri debent. Porrò de successore Proterij, item Timotheo nominato, hæc idem auctor habet[a]: *His quidem Timotheus Catholicorum Episcopus vixit sine seditione. Quieuit enim Alexandrina Ecclesia toto tempore Leonis & Zenonis, donec Basiliscus arripuit tyrannidem, &c.* Quæ autem post hæc renouatæ sunt turbæ, suo loco dicemus.

a Liberat. Diac in Breu. c 15. TIMOTH. EPISC. ALEXAND.

IX. DE LEGATIONE MISSA ALEXANDRIA ROMAM.

Ordinatus itaque Orthodoxus Episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ Timotheus, statim more maiorum, de sua ordinatione vnà cum Catholicæ fidei professione literas dedit ad sanctum Leonem Romanum Pontificem; missis ad hoc legatis Daniele presbytero atque Timotheo Diacono: præstiterunt id ipsum eiusdem Alexandrinæ Ecclesiæ clerus, necnon Ægypti Episcopi Orthodoxi, qui Timothei ordinatione interfuerunt: ad quos singulos perbreues extant redditæ ab eodem Leone epistolæ, atq; in primis ad Timotheum recens creatum Episcopum ita conscriptæ[b]:

b Leo ep. 101

X. c Rom. 8 EPIST. 8. LEONIS AD TIMOTHEVM EPISC. ALEXAND. d Psal. 33.

Euidenter apparet[c] *sub Apostolicæ splendore sententiæ, quoniam diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum; & diuinæ dispensationis pietatis, vbi excipiuntur aduersa, ijs donantur & prospera: quod Alexandrinæ Ecclesia experimenta demonstrant, in qua multos sibi patientiæ thesauros humilitas, modestia, & tolerantia congregauit: quia*[d] *iuxta est Dominus ijs qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit: glorificatâ in omnibus inclyti Principis fide, per quem dexteræ Domini fecit virtutem, ne in thronum beatorum Patrum Antichristi diuitijs sedere opprobrium. cuius impietas nemini magis quàm sibi nocuit: quia etsi aliquos ad societatem sacinoris impulit, se tantùm denique inexpiabiliter cruentauit. Vnde de eo, quod instinctu fidei in fraternitatem tuam, cleri, & plebis, atq; omnium Fidelium egit electio, vniuersam mecum Ecclesiam Domini gaudere rescribo; vtq; hoc benignitas diuina pietatis multiplicatâ gratiâ confirmet, exoptoxta ipsi per omnia tuâ deuotione famulante, vt etiam eos, qui veritatis aliquatenus resiliuerunt, reconciliando Deo per Ecclesiæ preces instantes acquiras, & sacramento Catholicæ fidei cum solidatas nullam diuisionem recipit, solicitus rector adiungas. illum imitatus verum piumque pastorem, qui animam suam*[e] *posuit pro ouibus suis, & errantem*[f] *vnam ouem non flagellis coërcuit, sed ad ouile proprium suis humeris reportauit.*

e Ioan. 10 f Luc. 15.

XI.

Agat ergo electio tua frater carissime, ne vel Nestoriani dogmatis, vel Eutychiani erroris vllum in Dei populo possit vestigium reperiri. Quia & nemo potest fundamentum ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus: qui vniuersum mundum non reconciliaret Deo Patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostræ carnis veritate susciperet. Cùm ergo scribendi opportunitates quibus fraternitas tua vtatur, extiterint: sicut necessariò & ex more fecisti, vt per filios nostros Danielem presbyterum & Timotheum Diaconum ordinationis tuæ ad nos scripta dirigeres, ita omni tempore in hoc officio perseueres, vt de prouenientibus pacis sapè (quantum fieri potest) solicitudinis nostræ mittantur indicia; vt per alterna colloquia sentiamus, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Datum decimoquinto Kalendas Septembris, Magno & Apollonio Coss. hæc ad Timotheum S. Leo.

1. Cor. 3. DE REDDENDIS EPISTS.

XII.

Ad Episcopos etiam eius ordinatores eâdem die idem Pontifex Leo scripsit epistolam. Portauerant hi pondus diei & æstus, & persecutionis tempore aduersus Timotheū sedis illius inuasorem infracti steterant & inconcussi. Horum igitur cùm S. Leo literas de Catholico ordinato Antistite accepisset, eisdem adgratulans, istas reddidit[h]:

h Leo ep. 99.

Leo Episcopus Theophilo, Ioanni, Athanasio, Abrahæ, Danieli, Ioanni, Paphnutio, Marsæo, Panuluio, & Petro Episcopis Ægyptijs.*

* Ioanne EPISTOLA LEONIS PAPÆ AD EPISC. AGYPTII.

Literis fraternitatis vestræ, quas ad me filij nostri Daniel presbyter, & Timotheus diaconus detulerunt, cognouisse me gaudeo, quod gloriosi & venerandi Principis fides Prophetico & Euangelico vbique doctrinæ adsanctos & Deo placitos dispositionum suarum deuenit effectus, vt cruentissimo Alexandrinæ Ecclesiæ pernasore delecto, & in longinquiora translato, dignum suâ gubernatione rectorem totius ciuitatis mereretur electio, ad cuius vos consecrationem nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniquitas incitaret: sed in medio constitua meritorum sanctitate, cum cunctis nō dubitaret præponere, quem sibi vniuersitas cuperet præsidere. Vnde redditâ populis Christianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis inuicem vestri operis dignitatem, vt religiosè per omnia ordinatus Antistes fraterno se viuere experiatur assensu. & ad obolenda scandala, quæ error hæreticus excitauerat, cooperatione vestrâ audeat adiuuari.

XIII. SALVBRIS ADMONITIONIS.

Excluso enim, qui imitator diaboli fuit, & in veritate non stetit, male vtens specie peruersi honoris & nominis; congruit & Alexandrina Ecclesia cum veneretur & diligat, quem & probitate morum & integritate Catholicæ fidei dignum tanto sacerdotio comprobauit. Cui mutuæ charitatis plenum animi nostri præbemus affectum, cohortantes, fratres carissimi, & fiducialiter exigentes, vt in prædicatione verbi, in eruditione præcepti, illam formam custodiatis charitatis, sine qua nulla possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri & Coëpiscopo nostro Timotheo de renouandis ijs, qui à veritatis itinere deuiantes, inconsultiùs se seruitio eius cesserunt, scriptum esse cognoscitis; dilectio quoque vestra ad curam suam intelligat pertinere: vt quia latè sese posthinc illa ægritudo diffudit, vbiq; omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus; vt per diligentiam pastoralem incunctis Ecclesijs Domini ouile reparetur, & per solicitudinem charitatis atque doctrinæ omnes Christi oues vnum sentiant habere pastorem. Data decimoquinto Kalend. Septembr. Magno & Apollonio Conss.

XIV. DE MODESTIA ET CHARITATE THEODORI.

Vidisti ne, lector, quales esse soleant Orthodoxi vincētes? non efferri superbiâ, nec ad vindictam acceptarum iniuriarum impelli, sed omnia in eos, qui superati sunt, emolumenta conuertere: vt planè appareat, nō contra impios, sed contra impietatem potiùs bellum gessisse, imò & pro ipsorum salute dimicâsse, cùm omni abolitâ iniuriarū memoriâ, memores tantùm sunt, quibus valeant modis omnibus illis subuenire atque prodesse: Ita planè filij pacis, quos non odium & vindicta, sed charitas & benignitas mouet ad bellum: Vt vel ex hac saltem parte valeas pios ab impijs atq; ab hæreticis Orthodoxos discriminare; cū innumeris exemplis, Ecclesię præsertim Alexandrinæ, videas illos rerum potestatem semel nactos, statim furentes in Orthodoxos insurgere, arma sumere, & in eos excitare alios vndiq; hostes, sacra dispergere, cruentare manus, & (quod latronū ac furum est) mactare gregem & perdere. Sed gratulantem adhuc sanctum Leonē clero Alexandrino de noui veri pastoris electione audiamus, vt qui eius lugubres in afflictionibus querelas mœrentes audiimus; adgaudentes pariter, tantæ lætitiæ comparticipes simus: his enim verbis per literas eos alloquitur[i]:

i Leo ep. 120.

XV. LEO PAPA AD CLERVM ALEXANDRINVM. a Epist 4.

Gaudeo exultanter in Domino depissimo, quem inter vos habetis, affectu dū (sicut scripta vestra manifestant) & pastor gregem & grex ostea litur amare pastorem. Soliciti ergo inuicem (sicut Apostolus[k] *ait) seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, properate ad fructum vestræ aperuenire patientiæ. Quid enim dignius aut melius potestis aut agere, quàm vt auxiliante Deigratiâ, gloriosissimi Principis fide ad profectum solidissimæ pacis vtamini, remotâ procul ea bestia, quæ vineam plantationis Dominicæ (sicut Psalmus Propheticus*[l] *canit) singulari feritate vastabat? Quia ergo in ouili Domini co nec rum tam insidiæ, nec latronum timentur incursus: redeat vniuersitas vestra in concordiam & magisterio spiritus sancti illa in omnibus vnitas expetatur, propter quam dicit Apostolus*[m]*. Non quærimus quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Id ipsum dicant & sentiant omnes: nulla sint sensuum dissentionum q, certamina.*

k 1 Psal. 79 l 1. Cor. 10.

XVI.

Quod vsque ad Catholicos præsules in Alexandrina Ecclesia

SALVTIS ADMONITIO

discipuli veritatis didicerunt atq; docuerunt, eádem à cunctis Fidelibus confessione promatur: quia varietatem veritas (quæ est simplex atq; vna) non recipit. Si quos autem cuiuslibet ordinis Christianos impia hæreticorum conturbauêre mendacia, ad satisfactionis remedia prouocate, & in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite: quia (sicut ait beatus Apostolus Petrus[a]) non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter nos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam conuerti. Agendum ergo est, ne difficultas veniæ curationem faciat tardiorem. Data decimoquinto Kalend. Septemb. Magno & Apollonio Coss. hæc S. Leo: est hæc nouissima earum, quæ extant, ipsius epistolarum: contigit enim ipsum anno sequenti hâc vita defungi: quem his Dorynus præuenit benedictionibus dulcedinis, vt antequam ex hac vita migraret, in priſtinum statum restitutam viderit Ecclesiam Alexandrinam, pro cuius salute atque concordia diutiùs tantopere laborârat.

[a] 2. Petr. 3.

XVII. Hoc ipso anno[b], quarto nempe Leonis Imperatoris, magnus Simeon ille Stylita, Orbis miraculum, ex hac vita migrauit. hoc quidem nomine Theodoretus eum honorat, vbi ait: *Simeonem illum insignem, magnum illud Orbis terrarum miraculum, sciunt quidem omnes, qui parent Romano Imperio, nórunt autem Persæ quoq; & Indi & AEthiopes, quinetiam ad Scythas atq; Nomadas fama peruadens eius in laboribus subeundis diligentiam docuit & philosophiam.* sed infernis addit eundem notum fuisse Occidentalibus & Borealibus omnibus, Britannis, Gallis & Hispanis. Quod verò ad eius ætatem longæuam pertinet: ipsum vltra centesimum annum ætatem propagâsse, inde facilè colliges, quòd iam columnam ascenderat viuente Meletio Episcopo Antiocheno, qui mortuus est anno Domini trecentesimo octogesimo primo: à quo tempore vsque in hanc diem numerare licet annos octoginta vno minus. Verùm cùm eum inuisit Meletius, haud putamus minorem fuisse annis triginta. Porrò qui ipsius adhuc viuentis aliqua scripsit, prosecuturus post eius obitum reliqua, Theodoretus, accidit, vt præmoreretur ipse, relicto Simeone superstite; vnde & factum est, vt maxima tanti viri rerum gestarum pars remanserit obuoluta silentio: etenim nondum excegerat in columna annos duodetriginta, cùm Theodoretus eius res gestas conscripsit, cùm tamen constet plus quàm octoginta annos eundem incoluisse columnam.

[b] Cedr. in Comp. an. 4. Leon. SIMEON STYLITA

XVIII. Hunc velut supra eminentem thronum in media Syria extulit Deus hoc deploratissimo sæculo perspicuum cunctis doctorem Orbis, vt omnes addiscerent in tot tantisq; tenebrosis anfractibus hæresum, illam verè esse Catholicam fidem, quam humanus Angelus illis credendam intimuaret, crebrisque miraculis confirmaret: Ita planè consulendum fuit vel imperitis, simplicibusque, vel reliquis omnibus, qui sacra Concilia recipienda renuerent, & sanctorum Patrum decreta & Ecclesiæ traditiones negligerent; vt fuit Eudocia Augusta, quæ in hæresim Eutychianam prolapsa, per Simeonem hunc salutem inuenit; & alij plurimi eiusdem erroris vel aliarum hæresum sectatores, persuasi omnes, haud falsùm posse docere fidem, cuius dictis omnipotens ipse Deus iugi miraculorum operatione subscriberet: vt merito tum ad sui ipsius, tum aliorum salutem, eundem Simeonem, quid de fide sentiret, Leo Imperator (vt vidimus) consuluerit. SIMEON ORBIS CONCIONATOR.

XIX. Iure igitur Christianus Orbis, qui viuentis (vt dictum est) coluit nomen, & est veneratus imagines, memoriam defuncti maioribus est prosecutus honoribus, annis singulis eius diem natalem celebrâdum instituens, siue diem translationis, cùm videlicet venerandum ipsius corpus paulò post obitum Constantinopolim translatum fuit, ita eodem præcipiente Leone Imperatore maximè pio: qui & indignè quidem in eius honorem nobilem ibi erexit Ecclesiam, vt in Actis Danielis Stylitæ narratur[c]. Hunc tantiem accepit magnus Simeon post mortem honorem: quem viuentem ab Imperatore Marciano sæpè priuato habitu conuentum, Suidas tradit: literis verò pios omnes Imperatores eius in ſtequutatis & coluisse, quæ dictantur superiùs, satis docent. Cæterùm solemnem pompam exhibitam à cœlestibus ipsâ die, qua triumphans cœlum concendit, non vnus Daniel, longè licèt absens, agnouit, sed

[c] Apud Sur. die 11. Decembr.

& celeberrimus ille Auxentius[d], de quo plura superiùs narrata sunt, cùm esset in Bithynia, intellexit, vt eorundem Acta significant.

[d] Apud Sur. d. 24. Febr.

At sicut Elias Elisæum Spiritûs reliquit hæredem & virtutum imitatorem; ita Simeon Danielem monachum, quem prædictionibus & diuinis visionibus ad eiusmodi angelicum arripiendum vitæ institutum adhortatus est, sibi substituisse visus est spiritualis hæreditatis legitimum successorem. Paulò enim antè eius obitum idem Daniel instar Elisæi, sicut ille pallium est consecutus Eliæ, ipse cucullum Simeonis per Sergium discipulû ad Leonem Imperatorem missum, sed ab illo non acceptum, accipere meruit: ita planè diuino consilio factum est, vtpotè quod Simeonis hæres spiritûs & virtutis in edificatione signorum esset. Accidit autem id eodem die quo idem Simeon ex hac vita decessit: Vbi verò illum Daniel accepit à Sergio, eidem decessum Simeonis sibi reuelatu patefecit; & magnâ fiduciâ, ceu paternam adituras hæreditatem, constructam apud Ostia Ponti columnam ascendit; cùm aduersantem sibi mox expertus est inter alios S. Gennadiû Constantinopolitanum Antistitem, rei nouitate perculsum, subuerentem quidem, ne inflatus homo superbiâ, æmulatione magni Simeonis impulsus, inde humanam captaret auram, & eâ arte sibi gloriolam compararet: sed signis diuinitûs editis fari; tandem persuasus est, Danielem Dei amicum, non humanâ id ten ásse præsumptione, sed Dei consilio niti, eiusq; imperio regi, Spiritu agi, & eius ope fulciri. Ita sanè decuit margaritum probari, quod nimiâ sui magnitudine, impostura suspicionem augebat. DANIEL COLVMNAM ASCENDIT

XXI. Cæterùm etsi hoc anno columnam conscendit: haud tamen in monastica professione tyro dicendus erat, qui eam ab anno duodecimo suæ ætatis feliciter fuerat auspicatus; & iam in ea militia veteranus, Præfectus meruerat eligi monachorum, sed renuit: Qui igitur iam perfectissimo studio omnia explesset officia monachorum, recombenti illi in nouissimo loco, à Domino dictum est: *Amice, ascende superius.* Quæ verò inter Danielem & Imperatorem & Eudoxiam, cùm eisdem innotuisset, transacta sint, dicemus anno sequenti, quo accidisse probâtur. Errare autem qui consensum Danielis in columnam ad annum Leonis Imperatoris octauum referunt (vt Cedrenus) Acta ipsius ostendunt.

XXII. Hoc ipsum anno Eudocia Augusta, Theodosij Iunioris relicta coniunx, in Palæstina, vbi à viri obitûs tempore vitam transegit, defuncta est. De qua ista apud Nicephorum[e] ex antiquioribus prodita sunt, monumentis: *Posteriùs templum amplitudine & formâ præclarum ex ipsis fundamentis admirando illi & primo diacono simul & martyri Stephano, stadio vno ad Hierosolymis, Eudocia erexit: quo in loco à persecutoribus Domini sæcu obrutus ille, immarcessibilem coronam reportâsse dicitur. In quo templo & ipsa, aliquo post tempore cùm ad immortalem migrasset vitam, condita est, quarto Magni Leonis Imperij anno, cùm plane Deo placitamq; exegisset vitam. Defuncta est autem ætatis suæ sexagesimo septimo anno: nam viginti annos nata Imperatori Theodosio coniuncta est: & in aula Imperiali & vnà cum Augusta Pulcheria viginti annos transegit; ipsa sola absque Pulcheria Imperium annis septem administrauit. Porrò Hierosolymis vndecim transegit: ex eo tempore quatuor vixit annos, vniuersalis Synodi Chalcedonensis Acta non probans; posteaquàm autem Synodi eius decreta rata grataq; habuit, alios etiam transegit quatuor, & tandem mortua est.* hæc Nicephorus. Sed præstat audire Cyrillum de his, quæ ipsi hoc eodem anno ante eius obitum contigerunt. Dum enim res gestas sanctissimi viri Euthymij oratione prosequitur, de Eudocia Augusta post alia eiusmodi inserit orationem, res suæ ætatis, quas conspexisse potuit, posteris tradens[f]: EVDOCIA AVG OBITVS.

[e] Niceph. lib. 14. c. 59

XXIII. *Beata autem Eudocia cùm quamplurima templa Deo ædificâsset, Gerontochomiaque & Prochotrophia, quæ ne facilè quidem possunt numerari, pie constituisset: iussit in quodam ex eis templis, quæ erant ab eo ædificata, quod erat sacrum Petro Principi Apostolorum, sicuti est autem è regione Lauræ Euthymij, non distans minùs quàm viginti stadia, cisternam valdè profundam fimui & latam gratiâ alicuius vsus necessarij construi. Cum autem aliquan-*

[f] Apud Sur. 20. Ianuar. EVDOCIA QVID NOVISSIME CVM EVTHYMIO.

aliquando venisset ad eam spectandam, videt Lauram Euthymij positam in media solitudine, & quemadmodum cellæ fratrum erant à se inuicem seiunctæ: & cùm illud Scripturæ apud se cogitâsset [a]: *Quàm pulchri sunt pedes Iacob, tabernacula Israël: & ex eo anima esset valdè compuncta: ad eum statim mittit Gabrielium, rogans Euthymium, vt sibi permitteretur ad eũ accedere, & frui illius sermone atque doctrinâ: & simul etiam Lauræ, cui, dare redditus habebat in animo: causa autem erat, vt fratribus daretur sufficiens rerum necessariarum suppeditatio. Ille verò eam sic priùs compellat: Cùm tuus decessus sit in foribus: cur solicitaes ô filia, & distraheris circa plurima? Illa sint tibi solùm parata, quæ pertinent ad excessum ex hac vita. Nostri autem ne memineris quantum ad redditus & pecunias; sed communis Domini memineris, apud quem rogamus vt nostri potiùs recorderis.*

[a] Nv. 24.

XXIV. *His illa auditis, his duabus affectionibus bifariam diuisum habuit animum, admiratione & animi agritudine: illud quidem magni Euthymij tribuens præscientiæ, & quemadmodùm quod ipsa animo suo agitabat, ille longo antè spatio intelligat: hoc autem propterea, quòd ipsa à sua spe excidisset. Volebat autem ei pecunias relinquere & reditus, vt diximus: Hinc vè, ò venit ad sanctam ciuitatem, & cùm Anastasium accessisset Patriarcham, & ei exposuisset, quæ à diuino audiuisset Euthymio, ea fecit quæ illi priori cogitationi respondebant, & erant planè fraterna. Et primùm quidem Stephani protomartyris Christi templum, quod nondum erat plenè constructum, dedicat quintodecimo mensis Ianuarij: deindè cùm ei etiam multum tribuisset redituum, & eius curam dedisset Gabriellio, neq; alias quoq; neglexit Ecclesias, quæ ab eo ædificatæ fuerant; sed eas quoq; valdè diligenter obibat, & dedicans, & sufficientem redditum vnicuiq; tribuens. Cùm quatuor autem menses iam præteriissent post dedicationem, ipsa quoq; humana vitâ relictâ, excedit ad Dominum.* hactenùs Cyrillus res Eudociæ prosecutus. Hunc tandem felicem finem consecuta est Eudocia Augusta; de quâ (verè dixerim) planè miraculum contigit, vt fœmina potens in hæresim lapsa, diuq; in ea versata, resipuerit, denumque sancto fine clauserit diem extremum.

IESV CHRISTI
Annus 461.

HILARI PAP. Annus 1. LEONIS 5. SEVERI 1. IMPP.

I. MAIORIANI MORS, ET SEVERI IMPERIVM.

ANNVS Christi agitur quadringentesimus sexagesimus primus, Consulibus Seuerino & Dagalaipho: quo Maiorianus Imperator apud Dertonam Hispaniæ ciuitatem fraude Seueri necatur, qui post eam tyrannicè inuasit Imperium. Hæc quidem Marcellinus, sub huius anni Consulibus, necnon Cassiodorus, qui item affirmat id factum immissione Ricimeri Magistri militum Gothi hominis & Ariani, cuius opera idem Seuerus in Imperium est exaltatus. Quòd autem die vel mense hæc acciderint, antiquorum (quod viderim) cũ nullus prodat, haud acquiescendum putauimus recentiori auctori [b] pro animi sententia annos, menses, & dies tum Maioriano, tum Seuero etiam præsidenti. Nobis autem religio planè sit, quicquam absque maiorum auctoritate firmare. Porrò de eius sepulchro hi extant Ennodij versus:

[b] Fasti de Rom. Imp. & in Fast.

Cùm præstat grauior buſsum Fortuna petitum
Contulit exuuijs, Maioriane tuis.
Nunc indignis pyramidum iam prospice moles,
Vtilia Principibus, linque sepulchra pijs.

II. Vè, tu

Sic igitur Maioriano laudatissimo Imperatore sublato, planè concidit Occidentale, quod ei innitebatur Imperium: cuius ruinæ illa certior causa præcessit, quòd Gotho homini & hæretico Ariano Ricimero creato Magistro militum, malè creditæ fuêre vires Imperij, vt exitus declarauit: docuit enim sæpè experimentum, magno dãno hæreticos admisceri Catholicis; quòd nulla sit (vt ait Apostolus [c]) conuentio lucis ad tenebras.

[c] 2. Cor. 6.

III. S. LEONIS PP. OBITVS.

Eodem etiam anno, sub ijsdem Consulibus, tertio Idus Aprilis moritur S. Leo Romanus Pontifex, cùm sedisset annos viginti vnum minus diebus triginta duobus. Re-

darguitur verò erroris Marcellini Chronicon, dum anno superiori Leonis Papæ obitum ponit: Etenim cùm reperiantur ab eo datæ epistolæ anno qui hunc præcedit, mense Augusti; & sit omnium sententia, ipsum vita functum mense Aprilis: certum est non ante præsentem annum id contigere potuisse. Hic quidem ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium, à maioribus, Magnus cognomento iure meritoque meruit appellari.

IV.

De quo cùm sint nonnulla antiquis tradita monumentis, quæ neque ãt certis eius sedis annis adscribi, hìcin eius obitu referemus: atq; in primis quæ de eo habet S. Gregorius Papa in epistola ad Constantinam Augustam his verbis [d]: *Cognoscat autem tranquillissima domina, quæ Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias sunt, vt quisquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodò in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponitur: quod elevatum in Ecclesia, qua est dedicanda, cum veneratione recondítur: & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac illius specialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit, vt beatæ recordationi Leonis Papæ temporibus (sicuti à maioribus traditur) dum quidam Graci de talibus reliquijs dubitarent: prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.* hæc S. Gregorius. Vnde autem acceperit recens auctor [e], qui rem diuersè ab ipso Gregorio narrat, non inuenimus.

[d] Greg. lib. 2. epist. 30.

MIRACVLVM DE INCISO BRANDEO. [e] Sigeb. in Chron. an. 441.

V.

At hìc opportunè describamus veterem Ecclesiæ morem ponendi vela vel sudaria supra Apostoli Petri sepulchrum, vt ea reciperent benedictione locupleta. meminit eius Gregorius Turonensis, qui de ipsa basilica Vaticana ista præmittit [f]: *Quatuor ordines columnarum valdè admirabilium numero nonaginta sex habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ sunt simul centum, præter illas quæ Ciborium sepulchri sustentant. Hoc enim sepulchrum sub altari collocatum, valdè earum habetur. Sed qui orare desiderat, reseratis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit super sepulchrum: & sic fenestella parvula patefacta, immisso introrsum capite, quæ necessitas promit, effligitat. Nec moratur effectus, si petitionis tantùm iustæ proferatur oratio. Quòd si beatæ auferre desiderat pignora, palliolum aliquod momentaneum (nempe tã tatera) pensatum iacit intrinsecùs: deindè vigilans ac ieiunans, deuotissimè deprecatur, vt deuotionis suæ virtus Apostolica suffrageatur. Mirum dictu, si fides hominis præualuerit, à tumulo palliolum elevatum, ita imbuitur diuinâ virtute, vt multò amplius quàm prius pensauerat, ponderaret: & tunc fit qui lenauerit, cùm eius gratia sumpsisse quod petijt. Multi enim & claues aureas ad referendos cancellos beati sepulchri faciunt, qui ferentes pro benedictione, priores accipiũt, quibus infirmitates tribulantium medentur. Omnia enim fides integra præstat. Sunt ibi & columnæ mira elegantia candore nitentes, quatuor numero, quæ Ciborium sepulchri sustinere dicuntur.* hactenùs ille: quæ, vt facilius intelligas quæ de S. Leone ex Gregorio Papa sunt enarrata, hìc tibi spectanda proponimus.

[f] Greg. Turon. Mirac. lib. 1. 28. DE ECCLESIA ET SEPVLCHRO S. PETRI Apostoli.

Rursum verò apud Sophronium hæc de eodem Leone scripta leguntur [g]: *Cùm descendisset Abbas Anastasius Hierosolymã, & Patriarcha ordinatus esset; venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, vt adorarent eum: inter quos adfui & ego cum Abbate meo. Cæpitq; Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum enim onus & intolerabile mihi iniunctum est sacerdotij, dignitatis me terret immensitas. Petri & Paule similium est regere rationales animas. Ego autem infelix & peccator sum: plus enim quàm cætera timeo ordinationis sarcinam. Nam inuenti scriptum, quia beatissimus & æqualis Angelis Leo Papa, qui Romanorum Ecclesiæ præfuit, quadraginta dies perseuerauit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigilijs & orationibus insistens, petens q; ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens ei: Orauit pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præter quàm impositio tuæ manuum. Hoc solicitus abs te requireretur sine benè, sine fortasse malè egerit.* hæcibi.

[g] Prat. Spirit. c. 140.

QVID REVELATVM LEONI VT. VENTVL VII. QVOMODO DIMISSA PARS PECCATORVM.

Sed quid est: Omnia tibi sunt dimissa peccata præter manuum impositionem? Num peccata ex parte dimitti possunt; minimè gentium, si ad culpam referas. Cæterùm quo ud pœnam dici debêt dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quòd enim facilè sit in his peccare etiã prudentê Episcopum

pum, iure S. Apostolus [a] monet ita Timotheum: *Neminem citò manus imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.* illis ergò remanebat S. Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetrâssent, qui ab eo indigni promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur præsules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt honores & ministeria. Hinc sibi timens Propheta Rex ait [b]: *Ab alienis parce seruo tuo.* Quòd si hæc [c] fiunt in viridi, quid fiet in arido? Leone quis sanctior atque prudentior, vt tantum periculum liber transiliat?

a 1. Tim. 5

b Psal. 18

c Luc. 23.

VIII. EXPLODITVR DE LEONIS FABELLA

De eodem sanctissimo Pontifice quædã indigna Christianis auribus irrepsit fine vlla maiorum auctoritate iactata fabella; quæ à recentioribus tamen nonnullis absq; delectu cuncta confarcinantibus, & siue sint vera vel falsa minimè disquirentibus, vel saltem leuiter dubitantibus, scriptis asseritur: nempè S. Leonem, cùm formosa mulier eius manum esset exosculata, passum quid oblectationis humanæ, ob eam causam in se ipsum vltorem, ad excidendam dexteram ferro armâsse sinistram: sed oranti ipsi ad Dei Genitricis imaginem, ab eadem sectam manum fuisse restitutam. At nugæ sunt istæ, & garrularum fabulæ vetularum. Quod enim S. Ioanni Damasceno contigit, cùm ab Iconoclasta Leone mutilatus est dexterã, & sanatus à Virgine, inuersâ historiæ veritate, Leo Papa præcisus manu iactatur, & à Deipara eâdem restitutus asseritur. Sed facessant commenta isthæc: quorum imago picta iussu Clementis Papæ octaui, consultis viris doctis, abrasa iussa est, quòd nulla penitùs reperta sit veritate subnixa, vel saltem veri similitudine colorata, sed leuissimè in vulgus sparsa, instarq; somniorum effusa, vt solent nugę reliquę ab otiosis effingi. Describerem hîc, quæ ad refellendam fabulam hanc, iustus conscripsi, si id alicuius ponderis quæstio, & non quæ suâ leuitate euanescit, exigeret.

IX. DE SCRIPTIS S. LEONIS.

Iam verò quæ de eodem S. Leone in libro de Romanis Pontificibus ab Anastasio scripta leguntur, adijciamus: præterilla enim, quæ superiùs certis locis sunt collocata, de scriptis ab eo epistolis hæc ibi habentur:

Hic beatissimus Leo Archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie Archiuo Ecclesiæ Romanæ recondita tenentur. Hic firmauit frequenter suis epistolis Synodum Chalcedonensem: Ad Marcianum Augustum epistolas duodecim: Ad Leonem Augustum epistolas tredecim: Ad Flavianum Episcopum epistolas nouem: ad Episcopos per Orientem epistolas octodecim, per quas fidem Synodi confirmauit. & inferiùs: *Hic renouauit basilicam Petri Apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornauit. Et beati Pauli basilicam posti ignem diuinum*, cùm videlicet tecta fulmine incensa est, *renouauit: fecit & cameram in eadem similiter, & in basilica Constantiniana.* Sed dilucidiùs de opere S. Leonis in basilica S. Pauli hæc habet Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum Imperatorem:

X. AD LEONIS EXORNATÆ IMAGINEM VS ECCLESIÆ.

Item de sacro quarto Concilio egregium atq; mirificum prædicatur sanctus Leo Papa, qui & ipse fecit Ecclesiæ quas in musiuo ex diuersis historijs, seu imaginibus pingens decorauit: magis autem in basilica sancti Pauli Apostoli arcum ibidem maiorem faciens, & in musiuo depingens Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum, & secum vigintiquatuor seniores, nomine suo versibus decorauit: & à tunc vsque hactenus fideliter à nobis venerantur. hæc Hadrianus ad Carolum. Porrò ipsa Saluatoris imago cum dictis vigintiquatuor senioribus super maiorem arcum ab ipso ad iustum fulciendum veterem arcum superadditum, musiuo opere elaborata, adhuc extat, seniorum verò imagines nonnihil passæ iacturam: facta hæc autem expensis Gallæ Placidiæ, docet inscriptio superiùs in eiusdem Gallæ obitu recitata. Reliquos verò, qui nomine Leonis reperiuntur ibi tituli, siue suprà basilicæ ianuam, siue in columna dextera maioris arcus, scias esse Leonis Papæ Tertij.

XI.

Sed rursus apud eundem auctorem de eodem, de quo est sermo, Leone hæc sequuntur: *Fecit quoque basilicam sancto Cornelio Episcopo & martyri iuxta cœmeterium Callisti, viâ Appiâ.* & paulò pòst: *Hic constituit monasterium apud beatum Petrum Apostolum. Hic constituit, vt intra actionem sacrificij diceretur: sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, &c.* & inferiùs: *Hic etiam constituit & addidit super sepulchra Apostolorum ex clero Romano custodes, qui dicuntur Cubicularij.* quos modò dicimus Capellanos: Cubiculum enim idem fuisse apud antiquos, quod hodie apud nos Capellam, notauimus in Romano Martyrologio: cùm alioqui & aliquos ex Cubicularijs fuisse laicos homines, doceat ordo Romanus. Subditur verò ibidem: *His fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in vrbe Roma, presbyteros octoginta vnum, diaconos triginta vnum, Episcopos per diuersa loca centum octoginta quinque. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum Apostolum tertio Idus Aprilis. Cessauit Episcopatus eius dies septem.* hæc ibi. Extat eiusdem S. Leonis sepulturæ inditum Epitaphium, non cùm modò sepultus est, sed cùm translatum est eius venerandum corpus à Sergio Papa. quod sic se habet [d]:

d Anton. Augustin. in Append. pag. 170. n. 4. LEONIS EPITAPHIVM.

Huius Apostolici primum est hic Corpus humatum
Quod foret, & tumulo dignius in arce Petri
Hunc vatum proceres, cohors quos cernis adesse
Membra sub egregia sunt adoperta domo
Sed dudum vt Pastor Magnus Leo septa gregemq;
Christicolam seruans ianitor arcis erat
Commonet è tumulo quod gesserat ipse superstes
Insidians ne lupus vastet ouile Dei
Tessantur missi pro recto dogmate libri
Quos pia corda colunt quos prava turba timet
Ruggi & pauida stupuerunt corda ferarum
Pastoreq; suinsa sequuntur oues
Hic tamen extremo iacuit sub marmore Templi
Quem iam Pontificum plura sepulchra celant
Sergius Antistes diuino impulsus amore
Nunc in fronte sacra transtulit inde domus
Exornans Rutilum pretioso marmore tumbum
In quo pascentes mira superna vident
Et quia præmicuit miris virtutibus olim
Vltima pontificis gloria maior erit.

Ad postremum verò quod inuenimus nobile monumentum, nempe cusum numisma æreum in sancti Leonis Papæ memoriam, cum imagine & nomine sancti Petri à parte altera, altera verò nomine expresso ipsius S. Leonis (quod de alijs ante eum Romanis Pontificibus non repetitur) hîc tibi expressum formis reddendum curauimus. extat ipsum quidem in Archiuio rerum antiquarum mei pernecessarij, viri deserti, Lælij Pasqualini Canonici sanctæ Mariæ Maioris: præ se fert namque omnem cum antiquitate sinceritatem, vt nec leuissimæ suspicioni subiaceat impostura.

XII.



NVMISMA S. LEONIS.

De quo [e] quis eam roget sententiam, puto illud de eotẽpore cusum, quo ab Attila Hunnorum Rege, cum exercitu imminẽs, fultus præsidio S. Petri Apostoli, Vrbem (vt diximus) liberauit. Sed dicet aliquis: Quid super humerũ clauis? Vtique allusum esse scias ad vaticinium Isaiæ, quo hæc sub figura de Christo dicũtur [f]: *Dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* cuius clauis pariter mentio est in Apocalypsi [g]: quo symbolo significaretur Christi potestas S. Petro collata. Habes etiam & excusã S. Petri imaginẽ, quales esse solerent tonsuræ sacerdotum, quas coronas vocamus. Non omittimus de S. Leone, quod auctor fuit Placidiæ Augustæ, vt exornaret basilicam sancti Pauli (quod, & superius suo loco dictum, cùm de eadem basilica fusiùs tractatum est.) Sed, & curauit pariter idem sanctus Leo, vt eadem Placidia basilicam S. Laurentij in agro Verano in meliorem formam restitueret & ornaret. Est namque de his vetus inscriptio, quam hic describendam curauimus [h]:

e Isai. 22. f Apoc. 3. S. LEO PLACIDIÆ AVCTOR EXORNANDÆ S. PAVLI BASILICÆ ET S. LAVRENTII. g Antiq. inscr. in Append. pag. 1173. num. 2.

Gando

Gaudet Pontificis studio splendere Leonis
*Placidia pia mens *operis decus omne Pater*
Demouit Dominus tenebras vt luce creata
His quondam latebris sic modò fulgur inest
Augustos aditus venerabile corpus habebat
Hucvbi nunc populum largior aula capit
Erutaplanicies patuit sub monte recisa
Eliquere remota graui mole ruina minax.

Ad postremum verò quod apud Valfridum legitur de S. Leone, septies vel nouies Missarũ solemnia eâdem die celebrâsse: de Tertio Leone potiùs quàm de Primo accipiẽdum est: cùm alioqui ipse Leo in epistola ad Dioscorũ tradat, ex iustâ causâ sæpiùs sacrificiũ eâdẽ die iterare licere.

XIII. De tempore autem vacationis sedis S. Leonis, quòd traditur vacâsse dies septem, certus deprehenditur error; cũ ex Concilio Romano sub Hilaro Papa Leonis successore constet, subrogationem Hilari contigisse mense Nouembri: Habent enim ipsa Concilij Acta, cóueniisse eo tempore Romæ Episcopos celebrandi causâ natalis diei ipsius Pontificis. Porrò per natalem diem, qui solemniter Romæ agi solitus erat Romani Episcopi, inquam, si ordinationis eius in Summum Pontificem intelligi debere diem, S. Leonis Papæ de ea re sermones habiti manifestè declarãt. Par est igitur, de tempore creationis Hilari, Concilij Actis & ipsius Papæ epistolæ potiùs acquiescere, quàm numero dierum incerto auctore signato, cùm præsertim assertoré huius veritatis dignum chronographum habeamus Marianum Scotum, qui pridie Idûs Nouẽbris ordinationem Hilari Papæ ponit.

HILARVS PAPA CREATVS

XIV. Qui verò post S. Leonem subrogatus est Hilarus, fuit natione Sardus, patre Crispino genitus: quem olim diaconum idem S. Leo legatum vnà cum collegis (vt dictum est) miserat Ephesum ad Concilium, ibi œcumenicum sub Theodosio celebrandum. Simulac autem Hilarus in Romanæ Ecclesiæ Apostolica sede consedit, memor se tanti esse Pontificis successorem, sub quo aduersus hæreticos certans, vicem eius agens, primos ordines duxerat; nihil antiquiùs habuit, quàm quæ tanto labore essent contra hæreticos constituta, eadem sarta tecta firmaque atq; custodita relinquere. Quamobrem epistolam Encyclicam scripsit de damnatione Nestorij & Eutychetis, & confirmatione trium præcipuorum œcumenicorum Conciliorum: id enim in rebus ab eo gestis, in ipso earum ingressu, ita describitur: *Hic fecit decretalem & per vniuersum Orientem sparsit epistolam de fide Catholica, confirmans tres Synodos, Nicænam, Ephesinam & Chalcedonensem, & tomum S. Archiepiscopi Leonis: & damnauit Eutychetem & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreticos, confirmans dominationem & principatum sanctæ sedis Catholicæ & Apostolicæ.* hæc ibi, atq; de Hilarò modò satis.

HILARVS CONFIRMAT DECRETVM FIDEI.

XV. Quod verò ad res Orientis spectat: hoc ipso tempore, cùm S. Danielis, qui columnam ascenderat anno (vt vidimus) superiore, miraculorum editione fama celebris innotesceret, Leo Imperator eum cœpit magno honore habere, & interdum etiam visitare, cuius & ad Deum precibus masculam prolem ex Verina coniuge obtinuit: quomodo autem hæc se habuerint, in rebus ab eo gestis fideliter scriptis ita narratur[a]: *Magnus Leo, qui Romanum quondam regebat Imperium, naturam autem regere non poterat, sed proles ei decerat masculà, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dominũ, apud ipsum Danielem virum intercessorem. Ille verò paruit. & anno sequenti parturiam esse vxorem protinus significauit. Res verò vt dixerat, successit: natura cessit precibus, non solùm ad hoc, vt daret filium, sed ad hoc etiam, vt daret illo tempore, quo Sancti os diuinum præexerat. Sic ille Daniel non solùm erat filius precationis, sed per preces dabat alijs, vt haberent filios.* hæc ibi. Verùm transtulit infantem Deus è terreni regni successione ad fruitionem regni cœlestis, occulto iudicio, sed tamen ipsi infanti profuturo: Cæterùm haud leuis suspicio est, subductũ fuisse ex hac vita arte Ariadnæ sororis nequissimæ fœminæ, Zenonis vxoris, inhiantis Imperio, & malorum omniũ, quibus afflictata est Orientalis Ecclesia, subdolæ concinnatricis. Subdit verò mox auctor de Eudoxia vxore Valentiniani Augusti, quæ cum filiabus captiua ducta fuerat à Genserico Wandalorum Rege in Africã, atq; inde vnà cum filia Placidia coniuge Olybrij missa Constantinopolim.

a *Apud Sur. 11 die Decembr.* LEO IMP. OBTINET FILIAM.

XVI. EVDOXIA AVG. AD DANIEL. STYL. *Cùm* (inquit) *fama ergà Sanctum vbiq; prædicaretur, ad eum venit etiam Imperatrix Eudoxia, nuper seruata ex Africa: & magnam quidem ei reuerentium, multum autem tribuens honorem, & rogans, ipsum Danielem, vt descenderet quidem de columna, ad sua verò loca veniret & cohabitaret: Sunt autem (dicebat) ea quidem multa, & amœna silentio, & qua possent aliquam præbere consolationem. Ille verò bonam eius mentem accipiens & laudans, statuit non transmigrare, sed in eo loco perseuerare, in quo fuerat à Christo plantatus.* ista ibi de Eudoxia, quæ deprauato texru nominatur Eudocia: nam quæ fuit hoc nomine Imperatrix coniux Theodosij Iunioris, ipsa iam (vt vidimus) defuncta Hierosolymis erat: alia autem Eudocia filia Eudoxiæ Augustæ retenta fuit in Africa à Genserico in coniugem Hunerici eius filij, ipsa verò Eudoxia dimissa libera est profecta filiam Olybrio nuptam Constantinopolim, vbi & diem clausit extremum.

XVII. DVÆ EVDOXIÆ. Quòd autem duæ reperiantur Eudoxiæ, eædemq; Augustæ, prior Arcadij vxor, posterior verò Theodosij Iunioris filia ex Eudocia, vxor Valentiniani tertij huius nominis Imperatoris: priorem illã dictam esse cognomento Liciniã cum antiquarius magni nominis nobis asseueret, errandi tribuit occasionem: cæterùm ex litteris[b] ipsius Eudoxiæ ad Theodosium datis aduersus Dioscorum & Eutychetem pro S. Leone Rom. Pontif. satis apertè apparet, non illam, sed Iuniorem dictam fuisse Liciniam Eudoxiã. Priorem verò Eudoxiam oẽs fermè Iuliam cognomento nominant: Eudociam autem Iunioris Eudoxiæ matrem, Æliam cognominatam fuisse, vetera numismata docent: Quod quidem cognomen deductum videri potest à Flacilla Augusta Theodosij Maioris vxore, quæ Ælia dicta reperitur. Quarum quidem Augustarum hîc tibi simul ex numismatibus formas reddere laborauimus, atque in primis Æliæ Flaccillæ coniugis Theodosij Senioris, à qua Augustæ posteriores Æliæ nominatæ videntur[c].

b *In præfam. Conc. Chalced.*



c *Ex aur. num. Lab. Pasqual.*

Quod autem subditur cusum numisma, est Æliæ Eudociæ Augustæ Theodosij Iunioris vxoris, matris verò Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani Imperatoris[d].



d *Ex aur. num. Lab. Pasqual.*

Quam verò vidisti Crucem intra coronam, eam super frontem gestâsse Augustas, aliàs diximus, & sequentis nummi forma declarat, quæ est Liciniæ Eudoxiæ Augustæ coniugis Valentiniani, errore aliquando posita pro Eudoxia Augusta Arcadij vxore: sed cur non & ipsa Ælia dicta, ignoratur.



IESV CHRISTI
Annus 462.

HILARI PAP. Annus 2. LEONIS 6. SEVERI 2. IMPP.

I. QVADRINGENTESIMVS sexagesimusque secundus Christi annus clarus duobus Augustis Leone secundum & Severo Consulibus illuxerit, sed scriptorum inopia obscurus omnino redditus. Quid enim certi sub hoc anno factum sit, nihil planè est, nisi quòd Cedrenus [a] ex antiquioribus tibi memorijs ista prodit: *Hoc anno sexto Leonis Imperatoris, Constantinopoli pictori cuidam aggresso Christum formæ Iouis pingere, manus exaruit: Eum facinus confessum Gennadius Constantinopolitanus Episcopus sanauit.* hæc eadem habet Theodorus Lector [b] atque Nicephorus [c]. Ex quo planè facto duo sunt Ecclesiæ exempla relictа vt & sacræ imagines piè sanctèque reddantur: & vt peccata quantumuis enormia confessione purgari per sacerdotem quærantur: cùm ex signo, quod foris apparuit, redditæ sanitatis, purgatam intrinsecus animam à reatu, intelligi possit.

[a] Cedren. in Compend.

[b] Theod. Lect. Collect. lib. 2.

[c] Niceph. lib. 15. 23

II. Anni huius initio, nempe mense Ianuario, qui superiori anno mense Nouembri creatus est Pontifex, Hilarus Papa litteras de sua creatione scripsit ex more ad omnes Ecclesias. Extat inter alias eiusdem Pontificis litteras epistola, quam eo argumẽto dedit in Gallias ad Leontium Episcopum, quam vnà cum cæteris ex sæpè dicto veteri codice Arelatensis Ecclesiæ hic tibi edendam curauimus: est huiusmodi:

III. EPIST. HILARI PAPÆ AD LEONT. EPISC. ARELAT. DE SVA CREATIO

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

*Quantum reuerentiæ in Spiritu Dei, qui subditos sibi inhabitat sacerdotes, beato Petro Apostolo & sedi ipsius deferatur, omnibus arbitror esse compertum, quibus paternarum traditionum incorrupta custodia est: quos cum voluntas de nostræ ordinationis primordijs gratulari, opera, quæ in nos diuinæ pietatis dignatio ostendit, sanctitati tuæ duximus indicanda: vt ipse primùm pro eo, quem in nobis inuicem semper impendimus, præstante Domino, laceris affectu: deinde vt dispositione tuæ fraternitatis omnibus per vniuersam prouinciam fratribus & consacerdotibus innotescat, quod humilitatem meam dextera Domini visitare dignata sit, & in Apostolicæ sedis regimen non pro merito, sed pro suæ gratiæ abundantissima Largitate commiserit. Proinde, frater charissime, quòd sanctitati tuæ præsens sermone patefecimus, in omnium nostrum (quemadmodùm diximus) notitiam deferre dignaberis: vt supplicaturi Domino nostro Iesu Christo, sicut exultationis gaudia, ita profutura vniuersali Ecclesiæ orationum suarum nobis vota coniungant. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Kalend. Febr. domino Seuero * Aug. Cons.* his datis litteris ad Leontium, paulò post, vbi eas nondum redditas accepisset, idem Pontifex ista adiecit.

* In Fastis præponitur Leo Aug. & additur Seuerus item Augustus.

IV. ALIA LITTERA RIVIDEM AD EVNDEM.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

*Dilectionis meæ, qua circa Ecclesias Gallicanas, omnesq; in eis Domini sacerdotes etiam in inferiori gradu positos abundat, multum accedit augmenti, quòd per verum & spectabilem populum filium nostrum sermonis tui ad me sunt delata principia. Exquo tamen conijcio, paginam meam, quam dudum de Episcopatus mei primordijs misi, necdum traditam tibi fuisse cum scribens, de qua veteq; non siluisses, nisi prolatorem aliqua causa tardasset. Vnde quod & consuetudo poscebat & charitas, iampridem me executum significo: & hoc ipsis litterarum exemplaribus, qua direxi, plenius nosse vos cupio, vt officio fraterno in nullo intelligatis fuisse me desidem: & ita vicissim frequentandis studeamus alloquijs, vt vicem nobis communis præsentia scribendi cura compenset, frater charissime. Acceptis itaque communis * tui gratijs ni plus se non passus es, & quod eis solicitudine intentum te esse cognosco, vt custodiendis paternorum canonum regulis studere me cupias: quo desiderio nihil concipi salubrius potest, quàm vt in vna Ecclesia, cui oportet nec maculam aliquid inesse, nec rugam, vna fit in omnibus obseruantia disciplinæ. Cui si aliquid eruditionis aut correptionis addendum est, rectissimè per vestram diligentiam conferetur, si quemadmodum es dignatus scribere, tam instructa ad nos fuerit persona directa, quæ inquisitionem nostram plenè omnibus possit instruere. Expondeo enim quantum gratiæ Deo donat, vt expondeam hoc me ad vniuersalem sacerdotum Domini concordiam prouisurum, vt omnes non sua audeant quærere, sed quæ sunt Christi, studeant obtinere. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Accidit autem post hæc, vt cùm Hermes quidam intrusisset se in Ecclesiam Narbonensem, scriberet Hilaris reprehenderet Leontium Episcopum, datis ad eum litteris istis:*

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

V. *Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem esse, vt quæque iniqua & contra Patrum nostrorum statuta in prouincia, quæ ad monarchiam tuam pertinet, firipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentij tui taciturnitate permittas corrigere. Siquidem quod & rumore cognouimus, & quantum diligenter à diacono Ioanne, qui à magnifico viro filio nostro Frederico litteris suis insinuatus est, requisiuimus, quòd iniquissimâ vsurpatione quidam Hermes Episcopatum ciuitatis Narbonensis execrabili auctoritate præsumpserit. Quam rem decuerat sanctitatem tuam vt nobis ijs vestigio indicaret. Quæ de re, frater charissime, monemus, vt fides adhibeatur assertu, sepposita excusatione, ad nos tam dilectionis tuæ, quàm fratrum nostrorum, aut per portitorem litterarum, aut per quem ipse elegeris, subscriptam manuum vestrarum relationem transmittatis, vt quid desinire possimus, recurrenti paginâ posita agnoscere. Dominus te incolumem custodiat, Frater charissime. Dat. III. Non. Nouemb.* At de his & alijs idem Hilarus Papa eiusmodi dedit litteras ad Metropolitanos diuersarum prouinciarum his verbis:

Dilectissimis fratribus Episcopis prouinciæ Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis Primæ & Secundæ, & Alpium Apenninarum, Hilarus Episcopus S.

VI. *Quamquam notitiam dilectionis vestræ, quanta vel qualis in Narbonensi ac Biterrensi Ecclesia dudum sint admissa, non lateant, & præsumptionis impudicæ ad nos vsq; peruenientis proculdubio regionibus manifesta sit Gallicanis: Apostolica tamen solicitudini interest culpas in nostro deprehensas examine non tacere; neper incongruum fiducium cum iniquè agentibus habere videamur conniuentiæ portionem. Olim igitur vrbium Præsides prædictarum sanctæ memoriæ decessori meo non minus, quàm nobis etiam tunc attulerunt dolores illicitis petitionibus audendo prosequi, quod vix apud patientiam nostram sola necessitatum potuit deploratione leniri. Quibus enim (sicut etiam vos probatis factis) constat exemplis, ea quæ non obsurgatione dignissimum est, quod sanctorum Patrum decretis & ipsis repugnat canonum institutis? Cum ideo se frater iam & Coepiscopus noster Hermes à Narbonensi Ecclesia credidit iure suscipi, quia indigne à Biterrensibus, quibus ordinatus est, dicebat excludi. Quod si verè hoc in se factum doleret, & legitimo remedio subuenire propriæ scisset iniurie, vindicta magis debuit sperare perpessi, quam veniam perpetrati. Denique si nunc saltem communi omnium Domini sacerdotum vtatur animo, si imitetur exemplum, si ad hæc, quæ Ecclesiasticæ quietis contemplatione vtcumque sopita sunt, oculis cordis intendat, & præsertim Ecclesiæ pace vel fide, qu, sunt multipliciter rata, consideret: nihil est profectò, quòd non etiam ipse reprehendat, & erubescat sibi annus, quod in altero laudabiliter improbârit.*

VII. *Scimus enim, & iamdiu de memoratis fratris conuersatione nihil habemus ambiguum, cùm antea ta vita ipsius cursum & retrò antè positum nostro reuoluentes animo, hos illum, quos in eo arguimus, incurrisse potuis, quàm fugisse extimemus excessus. De quibus præsidente fratrum numeroso Concilio ex diuersis prouincijs ad diem natalis nostri in honorem beati Petri Apostoli per Dei gratiam congregato, præsidentibus fratribus & Coepiscopis nostris Fausto & Auxanio, atque agentibus plurimis, quæ vigorem respiciunt auctoritatemque iudicij, id à nobis pacis amore est constitutum: vt in sententia, quam sub aduersione vtriusque legationis inde directæ, Christo Domino nostro inspirante, protulimus, neque charitas Euangelica indulgentia, neque Apostolica virga defuerit disciplinæ: namque in totum nec remittere nos fecit indulgentia, nec affectio coercere. Et qui nunc Ecclesiæ Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporum ob hæc, quæ prauè facta sunt, sustulimus potestatem: quam sta ad fratrem & Coepiscopum nostrum Constantium Vticensem Ecclesiæ Antistitem, quia eius honoris Primas esse dicitur, perscribere censuimus, vt si superstitio*

Hermę Episcopo defuncto fuerit, illum hæc cura respiciat, quem repererit Episcopalis ordo Primatem: Herme autem Episcopo deficiente, faciendum mos Antistitum Narbonensi mox reddatur Ecclesiæ, quem non ciuitas, sed causa præsumptionis amisit.

VIII. Vnde vestra fraternitatis in Domino sincera dilectio solicitudinem pastoralis curæ in suis sedibus partiri nobiscum commissarum sibi Ecclesiarum diligentiâ vigilanter exerceat, & eorum taliter, quæ in Narbonensi prouincia emersere, meminerit, vt testetur factum potius, quàm sumat exemplum. Quod ita deinceps esse nolumus, sicut nouimus non fuisse. Itaque fratres carissimi, necessarijs studijs est agendum, ne error, quem iuuante Christo Domino nostro nuper aboleuimus, aut in similes, aut in nouos vmquam prodire possit excessus: quod vtique non aliter poterit præcaueri, nisi statuta venerandorum canonum in faciendis conuentibus; quos hactenus omitti fecit certa necessitas, exoquamur: in quibus posint pro emergentium necessitate causarum ad Ecclesiasticæ obseruantiam disciplinæ, & quæ secùs facta fuerint, corrigi, & sequenda constitui.

IX. Per annos itaque singulos ex prouincijs, quibus potuerit congregari, habeatur Episcopale Concilium: ita vt opportuno loci atque temporis situ secundùm dispositionem fratris & Coëpiscopi nostri Leontij, cui solicitudinem in congregandis fratribus delegauimus, Metropolitanis per litteras eius admonitis, celebretur: Vt si quid vsquam vel in ordinandis Episcopis, vel presbyteris, aut cuiuslibet loci clericis faciendis contra præcepta Apostolica reperiatur admissum, aut in eorum conuersatione quippiam reprobatur, communi omnium auctoritate resecetur. In ea præcipuè celebritate conueniatur, quæ præsidente Christo Domino nostro & veneranda sit sanctis, & formidanda peruersis. Nec cuiquam licebit à regulis exagari, quas sibi iuxta canonum definitiones vnita fraternitas in commune præfixerit, cùm imminente quotannis examine, ita singuli actus suos dirigunt, vt hùc discussio iudicij optari magis debeat, quàm timeri. In dirimendis sanè grauioribus causis, & quæ illic non potuerint terminari, Apostolicæ sedis sententia consulatur.

X. Illud etiam non possumus præterire, quòd solicitudine diligentiore curandum sit, ne præter Metropolitanorum suorum litteras aliqui ad quamlibet prouinciam audeant proficisci: quod etiam in omni genere officij clericalis per singulas debet Ecclesias custodiri. Quibus è contrario hâc ratione prospicimus, vt si hoc impetrare per aliquam non meruerint simultatem, cum duobus Metropolitanis prouinciarum, quæ congruæ sunt, Arelatensis Episcopus cuncta discutiens pro causæ qualitate obseruanda constituat; nec iniuriam alterius alienum clericum suscipi præter testimonium proprij Antistitis secundùm canonum statuta præcipiet. Singuli autem fratres vniuersi, cognoscant parendum esse præsentibus constitutis, quibus etiam commonitio nostra denunciat in eos Christi Domini nostri iudicium minimè defuturum, qui declinando superbâ rebellione conuentus, conscientiæ suæ testimonio confutantur sacerdotalis innocentiæ fiduciam non habere.

XI. Præterea eiusdem fratris libellus oblatus est nobis, quo perhibet parochias Arelatensis Ecclesiæ à prædecessore suo Hilario in alias (quod non licuit) fuisse translatas, petens illas Christiano iuri nostrâ auctoritate restitui. Sed moderationis Apostolici memores fraternitati vestræ querelam ipsius remisimus audiendam, vt in vestro conuentu ea, quæ à nobis scripta sunt, allegentur, & quæ Ecclesiasticis regulis congruant, decernantur. Simul etiam super hoc vniuersam fraternitatem volumus esse commonitam, ne prædia, quæ neque deserta, neque damnosa sunt, & ad Ecclesiam pertinent, ex quibus plurimorum consuluerit necessitatibus subuenire, aliquo iure in alterum transferantur, nisi prius apud Concilium alienationis ipsius causa doceatur; vt quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. III. Non. Decemb. Porrò has omnes Hilari Papæ epistolas integras edendas curauimus, quòd hactenus nunquam cusas sciamus: accepimus verò ipsas ex codice sæpè citato Arelatensis Ecclesiæ, vbi extant & aliæ eius epistolæ, sed quòd sequentibus annis datæ appareant, suo loco ponemus.

* * *

IESV CHRISTI
Annus 463.

HILARI PAP. Annus 3. LEONIS 7. SEVERI 3. IMPP.

QVI sequitur annus quadringentesimus sexagesimus tertius, Cæcina Decio Basilio & Vibiano Consulibus adnotatur. Exat quidem præclara memoria Basilij Consulis, dum eum Sidonius comparat [a] cum Auieno, qui ante annos octo Consulatum gesserat cum Valentiniano Augusto septimùm eo magistratu fungente. Agens enim de Senatu Romano eius temporis, ista ait: *Erant quidem in Senatu plerique opibus culti, genere sublimes, ætate graues, consilio vtiles, dignitate elati, dignatione communes: sed seruata pace reliquorum, duo fastigatissimi Consulares Gennadius Auienus, & Cæcina Basilius præ cæteris conspiciebantur: ij in amplissimo ordine, seposita prærogatiua partu armatæ, facilè post purpuratum Principem principes erant*, &c. comparat eos simul, & in quibus alter alteri præstaret, enarrat; sed ad commendationem huius hæc ait: *Auienus ad Consulatum felicitate, Basilius virtute peruenerat.* sed & de Basilij familia paulò pòst addit: *In hoc* (inquit) *Coruinorum familia Decianæ præratur.* I. BASILII CONSVLATVS. [a] Sidon. lib. 1. Epist. 9.

Sub hoc anno [b] Hilarus Papa considerans Theophili Alexandrini Episcopi Cyclum iam in decimum labentem, absoluendum anno Christi quadringentesimo octogesimo, de nouo conscribendo calculo prouinciam iniunxit Victorino Aquitano, qui huius facultatis habebatur omnium hoc tempore facilè princeps. Præstitit ille quidem quod à Romano Pontifice iniunctum fuit opus, scripsitque Cyclum annorum quingentorum triginta duorum: expertus est tamen postea aduersantem sibi Victorem Episcopum Capuanum, cui magis Beda tribuit: sed de controuersijs suo loco dicendum erit. Hæc de Victorino complures testantur. Gennadius temporis huius scriptor de ipso ita habet [c]: *Victorinus natione Aquitanus, calculator scripturarum *, imitatus à sancto Hilaro vrbis Romæ Episcopo, composuit Paschalem cursum indagatione cautissimâ post quatuor priores Hippolytum, Eusebium, Theophilum, & Prosperum; & protendit annorum seriem vsque ad quingentesimum trigesimum secundum, ita vt quingentesimo trigesimotertio anno Paschalis reincipiat solemnitas eodem mense & die, eâdem & Lunâ, quâ primùm passio & resurrectio Domini facta est.* hæc Gennadius. II. [b] Marian. Scot. in Chr. HILARVS PAPA CYCLVM NOVVM CVRAT PER VICTORINVM. [c] Gennad. de vir. illustr. c. 81. * computorum.

Positum hic erat in priori editione Concilium Arausicanum posterius, vbi collocarum erat à veteri Conciliorum collectore. Verum ab ipso erratum vel sero cognoscimus, sicut ab alijs eodem errore deceptis, qui eandem rationem temporis inierunt. Quam obrem in sequentem Tomum reponendum suo loco curauimus, vbi Lector exactam de his cunctis reddita rationem inuenier. III.

Hoc eodem anno data reperitur in Gallias epistola ab Hilaro Papa ad Leontium Arelatensem Episcopum aduersus Mamertum Episcopum Viennensem, quòd extra suam Metropolim Episcopum ordinâsset: quæ ex codice Arelatensi accepta sic se habet: IV.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus.

Qualiter contra sedis Apostolicæ veniens constituta sacerdotalem modestiam Mamertus Episcopus Viennensis excesserit, dilectionis tuæ debuimus relatione cognoscere, vt auctibus talibus maturum & iuxta Ecclesiasticum ordinem regularum congruum iudicium proferremus.

Quantum enim filij nostri viri illustris Magistri militum Gunduicy sermone est indicatum, prædictus Episcopus inuitis Diensibus, & qui ad Ecclesiarum eius numerum, quem ei Apostolicæ sedis deputauit auctoritas (sicut in scrinijs nostris legimus) minimè pertinebant, hostili more (vt dicitur) occupans ciuitatem, Episcopum consecrare præsumpsit. In quo, frater charissime, si ita est, quam multiplex culpa sit, pronunciare possimus, nisi iudicij (vt diximus) & moderatio nobis esset & ordo seruandus. Atque ideo memor solicitudinis, quam dilectioni tuæ scis esse commissam,

quæ-

quicquid nunc ad notitiam nostram breui insinuatione delatum est, in conuentu Synodali, qui secundum statuta nostra annis singulis te sibi præsidente est congregandus, discutere quæ sunt acta debeas, & à præsidio rationem facti sui sub vniuerso cœtu fraternitatis exigere, ac deinde omnium litteras nostræ intimare notitiæ: vt quod sancto Spiritu dictante, faciendum est, ad compr[e]endos conatus illicitos ordinemus. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data VI. Id. Octob. Basilio V. C. Cons. eodem quoque quoque argumento illas, quæ sequuntur, litteras dedit ad Episcopos Galliarum his verbis:

V. *Dilectissimis fratribus Episcopis prouincia Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis Primæ & Secundæ Alpinæ Hilarus Episcopus.*

Etsi meminerimus fraternitatem vestram ea, quæ à nobis sunt statuta retinere, nec aliquid ex his dissimulare, quæ scripsimus, vt scilicet pro disciplina Ecclesiastica & pro causis, quæ inter Domini sacerdotes oboriri plerumque non dubium est, Synodalia quotannis Concilia, quorum maximè & in fratre & Coëpiscopo nostro Leontio Arelatensis Ecclesiæ summam placuit esse, celebrentur, nec aliud fieri posse credamus, quàm quod pro communis Domini domo nostra ordinatio vobis placitura constituit: tamen repetitis litteris eadem nunc quoque obseruanda decreuimus, præcipuè cùm grauis, sanctæ Viennensis ciuitatis Episcopus inuolueretur offensa in iniuriam fratris & Coëpiscopi nostri Leontij Diensibus Antistitem consecrando. De cuius facto vindicta congrua sententiam differentes, relationi fratrum qua interim fuerant visa, respondimus: Sed quoniam tanti excessus maiorem nobis solicitudinis materiam detulerunt: hæc ad vniuersam charitatem vestram etiam per fratrem & Coëpiscopum nostrum Antonium scripta direximus, quibus admonita communis omnium solicitudo procuret, ne quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos à venerandis Patribus constitutos.

VI. *Vnde omnia, quæ à vobis sunt per fratres & Coëpiscopos nostros Faustum & Auxanium definita roborantes, congregationes annuas ordinante fratre & Coëpiscopo nostro Leontio admonitis Metropolitanis (quod sæpè dicendum est) in locis celebrare digneminì, ad quæ conueniendi nulla sit cuiquam commeantium difficultas. Cui diligentiæ etiam prouisio adhibenda est, vt opportunitas quemadmodum locorum, ita constituatur & temporum: vt inexcusabilior, quisquis tam necessariæ & salubriter constitutum nostrum negligendum putaret, appareat, fratres charissimi. Illius autem confirmationem, quem Viennensis Episcopus alienum & ad se minimè pertinentem grauiter ordinare præsumpsit, fratris & Coëpiscopi nostri Leontij relinquimus voluntati, quem confidimus non præter humanitatem pensare, quæ iusta sunt. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.*

VII. Hoc eodem anno, qui septimus numeratur Leonis Imperij, Eliſæi Prophetæ [a] ossa è Palæstina Alexandriam sunt translata. Cæterùm sepulchrum eius apud Scoasten existens sub Iuliano Apostata profanatum esse superiùs dictum est.

[a] *Cedren. Annal. hoc ann. 7. Leonis Aug.*

IESV CHRISTI

Annus 464.

HILARI PAP. Annus 4. LEONIS 8. SEVERI 4. IMPP.

I. PERSECVTIO EVARICI REGIS GOTHORVM.

NOVI Consules Rusticus & Olybrius nouum annum Christi quadringentesimum sexagesimum quartum aperuêre: quo tum Hispania, tum Gallia à nouo Rege Gothorum Euarico afflictari durissimè cœperunt. Hoc enim anno morte sublato Theodorico Gothorum Rege, frater eius Euarix siue Euaricus regnum capessit; vt Isidorus auctor est [b], dum ait: *Anno Imperij Leonis octauo Euaricus* [*], *pari scelere, quo frater, successit in regnum annis decem & octo: in quo honore prouectus & crimine, statim bello desæuit, partesq; Lusitaniæ depradatus: qui priùs captâ Pampilonâ, Cæsaraugustam inuadit, totamq; Hispaniam Superiorem obtinuit. Tarraconensem etiam nobilitatem, quæ ei repugnauerat, exercitûs irruptione peremit. In Gallias autem regressus, Arelatum & Massiliam vrbes capit, suoque regno vtramque subiecit.* & paulò pòst: *Sub hoc Rege Gothi legum institutа scripta habere cœperunt: nam antè tantum moribus & consuetudine tenebantur.* hæc Isidorus, paucis complectens eius cuncta in regno res gestas. Quæ autem spectant ad persecutionem illatam ab Euarico Galliarum Ecclesijs, dicemus anno Domini quadringentesimo sexagesimo octauo, reddituri singula suis temporibus.

[b] *Isidor. Chron. Gothor.* [*] Euarix

II. Hoc eodem anno, qui Constantinopolitanæ vrbis præcessit incendium, Leo Augustus cùm plurimùm eos coleret, quos Deo sciebat amicos, præ cæteris veneratus Danielem Stylitam (quem cùm admirandum vitæ institutum, tum frequentium miraculorum editio non vicinæ tantùm Constantinopoli, sed reddiderant Orbi notum) vnà cum Gennadio Patriacha inuisit, qui ad eum ordinandum presbyterum perrexit: quod & præstitit, licèt illo diutiùs reluctante. Tunc & ipse Daniel Gennadio futurum prædixit incendium vrbis, quod vt anteuerteret ieiunijs atque precibus admonuit, significans & prædicens id ipsum Imperatori. Hæc quidem fusiùs ipsius Danielis Acta fideliter scripta: ex quibus memoriâ dignum illud de Leone Imperatore ab auctore narratum, ipsius verbis, ne quid additicium putet lector, hìc describemus: ait enim de ipso Leone Augusto Danielem adeunte [c]:

DANIEL FVTVRVM PRÆDICIT INCENDIVM.

Cùm non ingentes, qui sunt Imperij proprij, sumpsisset spiritus; sed didicisset, quantum sit virtus Imperio præstantior: ipse quoque Imperator ad eum ascendit, super columnam videlicèt, & perinde ac si regium fastum ac superciliũ reliquisset inferiùs & se exuisset, se quidem humi prosternit, tangit autem sacros illius pedes, quasi hoc faciendo magis honoraretur, quàm quòd esset Imperator: Quos cùm tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius: erant enim illis pedes valdè tumentes & omnino scatentes vlceribus; eratque simul horribile & miserabile, illos videre tangere. Tunc etiam Imperator donat cuilibet basi geminarum columnarum, quas ipse posuit, duplicem etiam columnam nominans. hæc ille. subdit quæ terribilia post annj vnius circulum Constantinopoli contigere: nos verò suo loco dicturi eà sumus anno sequenti. Potuisset quidem huiusce modi officijs diuinum placare numen Imperator, atque venturam cladem anteuertere; nisi peccatis id exigentibus, populus illam è Dei manibus extorsisset inuitus. Et quod iam completa erat iniquitas Sodomorum [d], non intercedit Abraham: obliuiscitur, inquam, Gennadius, quod monuerat Daniel, publicas indicere preces, & ieiunia biduana per hebdomadas singulas imperare. Sic namque Deus vltionem immissurus in peccatores venia indignos, illud prætermittere solet, quod loquitur per Isaiam [e]: *Misit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros: Prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet.* etenim tum Gennadius, tum Imperator, quæ audierant de clade incendij à vero sanctissimo, omnino ea oblitioni mancipârunt.

[c] *Acta Daniel. 4. iul. Sur. die 11. Decemb.*

III. LEO IMPERATOR QVANTVM EST VENERATVS DANIELEM.

[d] *Genes. 19.*

[e] *Isa. 29.*

IV. Quod pertinet ad res Ecclesiasticas, hoc eodem anno, qui etiam notari consueuit post Consulatum Basilij, datum legitur decretum Hilari Papæ aduersus Viennensem Episcopum, cui ejusmodi præpositа est inscriptio:

Præceptum Hilari Papæ de Ecclesia Diensi, vbi Episcopus indebitè à Viennensi Episcopo ordinatus est.

Dilectissimis fratribus Victure, Ingenuo, Idacio, Eustasio, Fontcio, Vincentio, Eulalio, Fausto, Auxanio, Proculo, Ausonio, Paulo, Memorialì, Calestio, Proiecto, Eutropio, Auiciano, Vrso, & Leontio Hilarus.

Solicitè admodùm nobis, & ex his, quæ proximè ad nos relatio certa detulerat, multa expectatione suspensis, litteræ dilectionis vestra, fratre & Coëpiscopo nostro Antonio, quem dignum tantâ legatione probamus interpretem, deferente, sunt traditæ, quæ nos ab ipsis contextûs sui contrahentes principijs: nam qui requiescere solicitudinem nostram, & magnæ ex parte releuari in his, quæ à sanctæ memoriæ decessore meo de Vientensi Episcopo præfixa sunt, credebamus, euidenti assertione cognouimus, & non sine dolore miramur, definitiones illas à Mamerto Episcopo nunc potuisse transcendi, per quas Ecclesia priuilegium probatur acquirit: cùm præcipuè sancti fratris & Coëpiscopi nostri Leontij moderatio

formam continentiæ prabere debuerit ambienti: aut si spiritu amulationis inflatus cum (quod non oportuit) arbitratus est negligendum, decessoris sui saltem instructus exemplo illius imitaretur temperantiam, cuius honore perfungitur: nec transgrediendo violaret, quod iam nunc, nisi patientiæ moderamina teneremus, posset amittere. Cui vnquam profuit mens rebellis? aut quem superba non inclinauit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui pauperiate spiritus ad præmium promissæ beatitudinis iter regni cælestis aperitur. Nec perfunctorium prauaricator existimet esse, quod fecit. si eruditus doctrinis Ecclesiasticis, quid vtrò, meretur, agnoscit: a Psalm. 100. cùm alter secundùm propheticam vocem a in medio Dominicæ domûs habitare prohibetur: alter, suscipiente se Domino, semper iunctus asseritur, cuius consolatione saluatur. Pessent venerabilium veterum multa replicari, quæ iuxta veritatem dicta monstrantur: sed ab eadem causa, quæ se, vt loqueremur, inuitet, recentiora sunt exempla sumenda. Non dignitatem Viennensis Ecclesiæ Mamertus Episcopus meminit Arelatensis Antistitis quondam transgressione crimen esse, & pro corrigendis, quæ perperàm egrebantur, inuiolabili posteà definitione compositum, ne alter inglorius, alter in totum veteri honore & vitium præcessoris reperiretur exitus.

V. Sicuti ergo & vestra dilectionis relatio, & fratris & Coepiscopi nostri Antonij insinuatio reseranit, claret prædictum priuilegia certis conclusa terminis velle perdere plus volendo. Qui abusus fratris & consacerdotis Leontij moderantiâ, Diensibus contra fas Episcopum, etiam si est meritus, non timuit consecrare: In quo factum eius conuenerat sic resolui, vt iuxta eorum, quæ perpetrata sunt, qualitatem non sine iactura propriij ordinis etiam illum à sacerdotali consortio submoueri cerneret, quem obtenuit indebitè, quemque indignissimè fecisse communicatur, correctum iustâ vltione sentiret, nec concepta audacia incastigata temeritas licentia se perisse putaret exemplum.

VI. Verum ad Ecclesiarum quietem tanta transgressionis vulnera meliores Apostolicæ sapientiæ curari volumus antè fomentis, vt corporis nostri membrum fortè sanandum in integritatem pristinam per mitiora medicamenta reuocetur: nec credatur negligi, quod interim non monetur abscindi. Prauia medendi semper austeritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compescitur, aut inexploratò, vel quod facilè prodesse possit, offertur: nunc enim temporis opportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicinæ ipsius & modus est quærendus, & qualitas: vt omnis per sapientiam facta in vitijs reprimendis solicitudo curantis gaudeat reparatione, quod saluat, nec careat moderatione, quod resecat.

VII. His igitur vestra fraternitas grauiter prudenterque perpensis, alia apud nos dissimulare posse non æstimet: in quorum se maximè contumeliam, qui non immeritò pulsatur, erexit: fratri enim nostro Leontio nihil constitutum à sanctæ memoriæ decessore meo iuris potuit abrogare, nihil valuit, quod honoris ei debetur, offerri: quia Christianorum quoque Principum lege decretum est, vt quicquid Ecclesiis earumque rectoribus pro quiete omnium Domini sacerdotum atque ipsius obseruantia disciplinæ inauferendis confusionibus Apostolicæ sedis Antistes suo pronunciasset examine, æquanter acceptè, tenaciterque seruari cùm suis plebibus charitas vestra cognosceret, nec vnquam possent conuelli, quæ à sacerdotali Ecclesiastica præceptione fulcirentur, & regiâ.

VIII. Vnde, fratres charissimi, præsumptionem prædicti, quæ in fratris & Coepiscopi nostri Leontij processit iniuriam, sicà conuenit tolerare, æquæ nunc interim vltionis inmunem, vt si transgressor remedijs abutitur satisfactionis & venia, nec culpam præsentis excessus curandam futuræ obseruantiæ sedulitate promittit, redeunte querimoniâ, eo priuilegia Viennensis Ecclesiæ ad Arelatensem Antistitem transferantur exemplo, quo mox auctore principio. Vnde moderationis nostræ nomen tenentes, ad Veranum fratrem & Coepiscopum nostrum scripta direximus, vt prædictum de nostra delegatione conueniret, quatenùs quod de eo retuleritis, agnosceat: quia onerosum esse non debet delinquentem fratrem de propriis excessibus increpare, quibus præceptum constat frequenter ignoscere. Necesse est autem, si nullum correctionis eius indicium sumpserimus, quod illâ est professione retinendum, quam definitione sedis Apostolicæ periculo ordinis sui obseruandam semper sine vlla deinceps transgressione testetur, ad Arelatensem Ecclesiam eadem quatuor ciuitates, quarum non fuit, aut non fuerit Mamertus Episcopus, ordinatione esse reuocandas. Quod etiam tunc oportebit fieri, si vllus vnquam post eum, quem nunc charitate corripimus, & vlteriùs ab illicitis confidimus abstinere, præsumptionis huius imitator extiterit. De hoc sanè, qui licèt inscitè Diensibus cognoscitur ordinatus, iustitia ratione censuimus, vt sacerdotium eius fratris & Coepiscopi nostri Leontij confirmetur arbitrio, à quo ritè debuit consecrari. Deus vos custodiat fratres charissimi, ano longiore. Dat. VI. Kalend. Mar. P. C. Basilij V. C. Conss. Non miteris, lector, Romanum Pontificem Hilarum aduersus Mamertum adeò vehementer insurgere, virum (vt declarârunt euentus) sanctitate insignem: in his enim, quæ contentiosi fori sunt, perfacilè est quemque decipi. persimile etiam S. Leoni accidit, qui in S. Hilarium eadem fermè ex causa acerrimè inuectus est. Quis nesciat sæpè accidere, vt falsis accusationibus & surreptionibus aures Pontificum repleantur, & cùm putant agere, quod iustum appareat, exagitent innocentem? sed de his satis.

IESV CHRISTI
Annus 465.

HILARI PAP. Annus 5. LEONIS 9. SEVERI 5. IMPP.

INSIGNI calamitate notatus præsens annus quadringentesimus sexagesimus quintus, Constantinopolitanæ vrbis conflagratione, nouo Consule nequissimo Basilisco, hæreticorum fautore præcipuo, aperitur, collegâ ei coniuncto in Occidente à Seuero Augusto Hermenerico Gotho, opera Ricimeri Ariani. Qui igitur magistratu duorum hæreticorum, alterius Consulis Ariani, alterius verò Eutychiani, incipit annus, memorabilia secum mala vexit. His enim Consulibus (inquit Marcellinus b) Constantinopolis magno inuasa incendio, facie fœdata deplangitur. hæc ipse. Sed accipe ista fusiùs narrata ex Danielis Stylitæ, qui cuncta prædixit; fidelibus Actis c: I. b Marcellin. in Chron. sub Cons. c Apud Sur. die 11. Dec. cumb.

Iampridem quidem (inquit auctor) principium habebat anni ambitus, & mensis instabat, quem Romani vocant Septembrem, in quo magni martyris Mamantij festum pij celebrant. Vespere ergo, quando festum à pijs præparatur, & totâ nocte agitur vigilia, finem accipit magnis Danielis prophetia: Et repente in maxima atque regia ciuitate incipit incendium, quod vsque ad, à est excitatum, & adeò inualuit, vt ferè vniuersam contriuerit ciuitatem. Nam cœpit quidem à muro, qui est prope mare, quem etiam nominant nauale: peruenit autem vsque ad forum Constantini, & pertigit ad portum Iuliani, quasi mediam ciuitatem diuidit. Quo in loco & comprehensa sunt vniuersa corpora: quæcumque verè fuere comprehensa, facilè perierunt. Et sic passus ignis in maximam creuit flammam. Eratque malum inexpugnabile: quippe cùm quicquid ad opem ferendam afferebatur, argueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domos, multa autem templa, virorumque & mulierum proserpsit dapsens multitudinem: multi verò partibus & membris corporis, quæ inuaserat ignis, statim mutilabantur, erantq; semiusti, & mediâ parte cæsi, miserabiliores ijs, qui omnino cum suis perierant. II. INCENDIVM VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

Erant ergo periculum, ne quod vulgò celebratur, Orbis terræ miraculum, Constantini inquam ciuitas, cerneretur pati similia incendia Sodomorum. Vix tandem vt in tanto malo eu venit mentem S. Danielis prædictio; & credunt fore, vt vllius solum precibus malum vincatur: Hinc factum est, vt ad eum magnâ celeritate currerent, ille quidem pecuniæ desiens priuationem, hic seruorum, alius domûs, alius amicorum, & hic quidem cognatorum, ille verò vxoris & suorum filiorum, alius autem omnium facultatum. Propter quæ Sanctum tanto dolore affecêre, vt totus repletus lacrymis, eos damnaret negligentiæ, quod ipso tot multum testificante & prædicente, malum pœnitentiâ vitare non curauerint: vt qui in patiendo solùm foerint Niniuitæ, non autem in pœnitendo. Hæc dicens, illis quidem sic suadebat curam gerere orationis & ieiunij. Quinetiam ipse quoq; manus in cælum tollens, illinc implorabat auxilium. Et post orationem cùm eis dixisset finem calamitatis, eos dimisit: Post septem (inquit) dies cessabunt mina ignis. Sicut ille dixit; & res est consecuta: septimo enim die non erat amplius ignis. Tunc & alios & eos, qui gerebant III. CONSTANTINOPOLITANI AD DANIELEM CONFVGIVNT.

magi-

magistratu, quinetiam & ipsum Imperatorem incessit metus: & secum assumpta Imperatrice, sit supplex beato Danieli pro eo quidem quod præterierant, misericordiam, securitatem autem in futurum postulans, hæc ibi de incendio.

IV. Sed & Euagrium audi mali originem describentem [a], fuisse nimirum immissiones per angelum malum? nam ait: Fertur dæmonem quendam maleficum & conscleratum mulieri gerentem similitudinem, sive mulierem egentem, quæ victum manibus quærebat, (virumque namque dicitur) circuisse tempus, quo lucerna accendi solent, lucernam in forum detulisse, quasi aliquid salsamenti empturam; depositaq. ibi lucerna, fomite subduxisse: flammam lucernæ stupam occupâsse, maximum excitâsse incendium: ædificium q. in foro positum, dicto citius, combussisse, atque ædificia alia in proximo sita, non modò quæ facilè incendi poterant, verùm etiam quæ erant ex lapidibus constructa, depascentem, facilè absumpsisse.

V. Quod quidem incendium duráse ad quatridium, nullusq. viribus comprimi potuisse, per vrbem mediam totam peterrans, à Septentrionali regione ad Australem vsq. omnes domos ad quinq. stadia in longum, in latum ad quatuordecim stadia penitùs vastâsse; nullum q. ædificium vel publicum, vel priuatum, nullas columnas, nullos denique fornices ex lapidibus structos toto illo spatio, quo grassabatur, omnino reliquisse, sed omnem duram concremâsse materiam, perinde ac si fuisset res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nauale est, à tra Bouis (hoc enim nomine est) vsque ad vetus templum Apollinis oberrâsse: in Australi autem, à portu Iuliani ad ædificia Ecclesiæ, quæ Concordiæ nomine nuncupatur, non multum distantia, grassatam: in media ciuitate, à foro Constantini ad Tauri forum vsque, miserabile spectaculum & cum primis horrendum ante omnium oculos posuisse: nam quæcumque vrbis loca in sublime cum summa pulchritudine erecta fuissent, aut quæ ad magnificentiam & singularem præstantiam affabrè elaborata, aut ad publicos priuatosq. vsus extructa, aceruatim veluti in montes collesq. inuios & abruptos aggregata fuisse, atque confertos omni materiæ genere sic priorem deformâsse effigiem, vt nec ab eorum habitatoribus internosci posset, qui locus hic vel ille ante fuisset. hæc Euagrius, in eò à superiùs dictis tantùm discrepans, dum quatuor dumtaxat dies incendium perduráse tradit, cùm alij sex ponant.

VI. At minimè prætereundum est ingens tunc temporis editum à sancto Marciano miraculum. Cùm enim dominans suâ potentiâ vastum incendium depasturum esset, quam nuper erexerat, atque Deo dicauerat, ingentem basilicam Anastasium; ipse, ne id fieret, precibus anteuertit. Nam in rebus ab eo gestis hæc leguntur [b]: *Incendium, quod non multa habuit similia, exitio dabat Rostra Domini* (hoc etiam nomine nuncupata est basilica Anastasiæ, quòd in eo loco Gregorius Nazianzenus pulpitum ad conciones erexisset.) *Nam cùm ignis apprehendisset loca, quæ sunt ad mare Boreale, totam vrbem cingebat; & sic serpens ferociter vsque ad mare, quod est in Meridie, depascebat; omnia, quæ intercedebant. Consequenter ergo hanc quoque sacram ædem ignis comprehendebat impetus. Vnusquisque ergo, propriis negletis calamitatibus, ad templum amator procedebat, igni, qui non cernebatur, eorum inflammatis animis.*

VII. MARCIANVS INCENDIVM SVPERAT. *Homo autem Dei Marcianus nihil perterritus, & ne siquidem eum in orbem circumsideret ignis, nihil faciens, sed fidei in Deum credens omnia cedere, sacris acceptis Euangeliis, in summum tectum ascendit: & stans in medio flammæ, & seconuertens ad preces. Christe Deus (dicebat) Deus patrum nostrorum, qui* c *Abraha sacrificium suscepisti, & quem ex promissione præter spem tribuisti filium, præter spem à cede liberâsti: qui etiam in fornace Babylonica* d *tres pueros captiuos eo effecisti potentiores: ipse nunc quoque, Domine, hanc tuam domum conserua, ne lædatur ab igne: & ne concedas, vt opus tuum, quod nos multo labore & tanto persecimus desiderio, ignis destruat: ne adhuc peccet inimicum aduersos nos insolenter gloriari; nec ora Arianorum, qui sunt nobis propinqui, nos probris appetant: sed nunc quoque ostende aliquid dignum tuâ benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram, qui veritati credimus gloriationem & exultationem.*

VIII. *Hæc cùm ille diceret, vnà cum verbis effluebant lachrymæ, & ostendebant eum intùs extabescere. Deinde cùm subiunxisset, Amen: videbant omnes fere, qui aderant, primùm quidem ignem sibilantem circa totam ædem, & in illam veluti facientem impetum, deinde verò recedentem, & veluti repressum à quadam inexpugnabili & fortissima virtute. Certè hoc quoque sacra ædes, quomodo diuinorum puerorum corpora, tota illæsa, tota intacta in tanto (ô Christe Saluator) igne est conseruata.* hactenùs de his auctor. Sed ne tota periret ciuitas hoc incendio, preces quoque sancti Marcelli Archimandritæ viri sanctissimi à Deo obtinuisse, quires ab eo gestas conscripsit, testatur, à quo & eiusdem incendij vastitas describitur [e]: sed satis quæ suprà ijsdem consentientia sunt dicta sufficiant.

e *Apud Sur. 29. Decemb.*

IX. Deformata admodum remansit ciuitas, tanto per tot dies exusta incendio, adeò vt penè fuerit eadem ex integro construenda. Quamobrem Zeno Imperator, qui Leoni successit in Imperium, constitutionem de priuatis ædificijs promulgauit [f], quâ consultum fuit in posterum, ne si contingeret domum aliquam conflagrare, vicini quoque domum continentem flamma depasceretur: etenim statuit, vt ædificans domum, duodecim pedum spatij relinquere debeat inter proprias & vicini ædes, ad securitatem ab igne præstandam, & alia huiusmodi. habetur ibi mentio de domibus combustis, vt vsque ad centum pedes altas instaurare liceat. Apparet quidem ex noua hac restauratione Constantinopolitanæ vrbis domos omnes in insulas formam fuisse redactas, quæ vndique pedibus duodecim à vicini æde distarent. Insuper ibi meminit Imperator de Leonis Imperatoris eodem argumento constitutione his temporibus edita: quarum quidem legum sanciendarum quæ causa præcesserit, ex iam dictis satis habetur expressa.

f *Lit. C. de priuat. ædif.*

DE NOVA ÆDIFICANDI RATIONE.

X. Ad affligendum verò peccantem populum haud sufficiens visa est ista vrbis vindicta, sed Deus alias superaddidit. Conferta ciuitas hæreticis erat, illis verò præsertim, qui ob gratiam Imperatoris foris fidem Catholicam profiterentur, intùs autem Eutychetem atque Dioscorum haberent inclusum. Sed & Arianorum sicut increbrescebat numerus, ita erat & soluta licentia patrocinio aulicorum potentium, in quorum manu post Imperatorem summa rerum esse videbatur. fuêre hi Aspar & Ardaburius Præfecti militibus, quorum magna erat penes omnes auctoritas. Vt meritò Deus incendio tradiderit ciuitatem, in qua impietas, inuito licèt Imperatore, sibi solium collocauerat. Sed quæ mala incendium secuta sint, lis addamus, & primùm de Imperatore in magno vitæ discrimine collocato. Suppeditant enim hæc nobis Acta Danielis abundè, quæ de his ista habent, quibus ipsa historia texitur [g]:

ARIANI ET EVTYCHIANI CONSTANTINO ABVNDANT.

g *Apud Sur. die 11. Decemb.*

XI. *Iam quidem post autumnalem conuersionem, mutato tempore, erat hiems, & hiems maior, quàm vt eam possit explicare oratio: quæ tamen superabatur ab inuicto generosi Danielis animo. Cadebant autem imbres plurimi, & ventorum erat procella vehemens.* de his puto imbribus imminentibus Nicephorum intelligere, vbi multa simul, quæ diuersis temporibus contigerunt, in vnum congerit, atque ait [h]: *Constantinopoli verò & in prouincia Phrygia imbres immensi, & in quarum diem iugibus aquis cœlitùs fluminum more descendentibus, durauerunt; montes in planitiem deciderunt, & vici maximi diluuio perierunt. Ex quibusdam pergamenorum copia in quibusdam lacubus insulæ extiterunt, sicuti in Boane, quæ ad Nicomediam est, accidit.* hæc ipse de pluuijs. De vi autem magna ventorum, Acta iterum repete Danielis, in quibus hæc sequuntur.

h *Niceph. l. 15. c. 10.*

IMBRIVM PRODIGIOSA FREQVENTIA.

XII. *Venti verò inter se agitabant seditionem, & multi simul spirabant, & adeò violenti & immanes, vt ferreas ansas columnarum, quæ duas columnas inter se committebant & coniungebant, & Danielem in altum ferebant, violenter excellerent.* Et inferiùs, summum Danielis vitæ discrimen mouisse ait Imperatorem, vt ad eum inuisendum obequitaret, sed quid tunc illi magni periculi acciderit, audi: *Nouerat* (inquit auctor) *Imperator, quæ iusto Danieli acciderant; & contendit ad videndum columnam, partim quidem pœnas sumpturus de his, qui ansas non effecerant firmas & validas, partim verò, vt tuto eas de cætero committeret. Sed illos quidem magni Danielis magnitudo*

LEO IMP. INVISIT DANIELEM.

eripit à minis Imperatoris mortem eis minantis. Descendenti autem de monte Imperatori non paruum accidit periculum: Nam cum quidam metus equum fortè fortunâ turbâsset, quem ille ascenderat, vbi conterritus pedes erexisset anteriores, supinus quidem cecidit statim humi: iacebat equus supinus autem etiam cum eo Imperator; id verò quod ante stabat super sellam regiam, frontem contriuit Imperatori, & quæ erat in capite coronam procul expellit; quo tempore contigit eas, quæ in ipsa erant, margaritas aliam aliò dispergi. Sed Daniel quoque cùm oratione preueniſſet malignum, amala morte seruat Imperatorem, & sic reuersus fuit sine periculo. Subdit verò auctor, quomodò eâ occasione contigerit Arianum hominem ad Catholicam fidem conuerti, sic dicens:

XIII. COMES STABVLI ARIANVS FIT CATHOLICVS.

Equiso Imperatoris (vt eum vulgaris & consueta lingua vocat) Comes equorum, vel Comes stabuli, omni quidem anteriori tempore laborabat nefariâ Arij insania. Tunc autem & Imperatoris timens periculum, & ne quod acciderat eis iram concitaret, cursu venit ad Sanctum. Ille verò non solùm eum metu ab Imperatore, sed etiam malâ pollicitus est se esse liberaturum opinione, quâ est quouis alio periculo grauior. Hæc audiuit equiso; & cum mitibus placidiq; eius suasionibus opinionem Arij euertisset, ea sensit, quæ Orthodoxi. Atque Sanctus quidem scribit ad Imperatorem quòd & Iordanes (id enim illi nomen fuit) abnegat à deceptione, in rectis incedit dogmatibus, & quòd propter hoc ipsum est iustificatus: qui etiam huc ad me venit, vt à te veniam consequeretur. hoc litterarum magni Danielis est argumentum, ad quem Imperator ita rescripsit:

XIV. EPIST. LEONIS AD DANIELEM.

Periculi quidem mei causa non alius fuit, quàm ipse mihi, qui sic ausus sum ascendere ante oculos tuos, & non pedes procul abij à sacra columna. Ego autem deinceps diligenter cauebo. Iordani verò non modò non irascor; vt etiam valde later, quòd meus ex equo lapsus ei causa fuerit, vt qui iacebat, surgeret. hæc Leo ad Danielem. Sed pergit auctor:

XV. REX LAZORVM INVISIT DANIELEM.

De cætero autem tanta erat Imperatoris in Sanctum reuerentia, vt non solùm ipse honoraret eum ijs, quæ oportebat, sed etiam alijs eum tanquam rem cælestem ostenderet. Itaque cùm paulò post contigisset Regem Lazorum uenire ad Imperatorem Romanorum causa faciendi fœderis; alijs quidem prætermissis, eum verò accipiens & ducens ad Sanctum: Hoc est (inquit) mei Imperij miraculum. Ille autem vsque adeò obstupuit, eius videns tolerantiam atque fortitudinem, vt non solùm Sanctum, sed etiam columnam, in quæ erat positus, cum lacrymis adorans, multas voces emitteret barbarus valde erudita mente, vt qua multa didicerat: Ago tibi gratias, dicens, Rex cælestis, quòd qui ad terrenum Regem veneram, cælestem huius viri vitam ostenderis, & dignum me censueris, qui essem spectator talium mysteriorum. hæc ipse. at de his hactenùs.

XVI.

Hoc pariter anno nono Leonis Imperatoris, celebris fama Quiriacus anachoreta Hierosolymam petens, in Laura sanctissimi viri Euthymij Abbatis primordia auspicatus vitæ monasticæ, ad magnæ virtutum molis ædificium construendum fundamenta iecit. Extant eius Acta[a] & quidem mirifica, quæ & aliqua ex parte Cyrillus in rebus gestis Euthymij simul intexuit. Agit de eodem Cedrenus, sed sub anno Leonis Augusti septimo. Iam verò ad res Occidentalis Ecclesiæ transeamus.

a Apud Sur. die 29. Septemb.

XVII. NATALIS ROM. PONT. CELEBRITAS.

Hoc eodem anno, sub ijsdem Consulibus, decimo octauo Kalendas Decembris, ab Hilaro Papa habita est Romæ Synodus. Conuenerant enim eo tempore Romæ quadraginta octo Episcopi ad natalem diem ipsius Romani Pontificis, ex more, solemniter celebrandum pridie Idus Nouembris, vt ex epistola Synodali data ad Episcopos Tarraconensis prouinciæ constat: de quo quidē pristino vsu superiùs dictum est in Anastasio Papa auctoritate sancti Paulini. Huius igitur occasione Episcoporum conuentus, Hilarus Papa Romæ Synodum habuit. Cum enim ex diuersis prouincijs, more maiorum, missæ essent Romam ad ipsum Pontificem ab Episcopis & Synodis cōgregatis variæ consultationes, ex Hispania nimirū & Gallia: has omnes cū Episcopis, qui Romæ conuenerant, cōmunicare voluit cōsuetā modestiā Rom. Pōtificis, qui eas poterat solus absoluere. At reliqua omnia, quę in hac Synodo fuerint pertractata, ipsa, quæ extant, Acta significant, quæ sic se habent, præloquuto ita in primis Hilaro Papa:

b Extant to. 2. Concil.

Quoniam religiosum, sancto Spiritu congregante, Conuentus hortatur, vt quacumq; pro disciplina Ecclesiastica necessaria sunt, curâ diligentiore tractemus: si placet, ea, quæ ad ordinationum tenorem pertinent, iuxta diuinæ legis præcepta & Nicænorum canonum constituta, ita adiuuante Domino in omne æuum manuta soldemus: Vt nulli sas sit sine statûs sui periculo, vel diuinæ constitutionis, vel Apostolicæ sedis decreta temerare: Quia nos, quo potissimi seruorum administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quòd timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentia sacerdotum: Siquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. hæc prælocutus Hilarus in Synodo coram Episcopis, tria ad rectam ordinandorum clericorum dispositionem decreta subiecit: quibus recitatis, hæc secuta est acclamatio omnium Episcoporum: Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est sexies. Hæc confirmamus & hæc docemus: dictum est octies. Hæc tenenda sunt: hæc seruanda sunt: dictum est quinquies: Doctrina vestra gratias agimus: dictum est decies. Ista vt in perpetuum seruentur, rogamus: dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum vt in perpetuum seruentur, optamus: dictum est septies. Hæc præsumptio nunquam fiat: dictum est decies. Qui hæc violauerit, in se veniet: dictum est septies. Has scias à Patribus ingestas acclamationes esse more maiorum ad insinuandam Episcoporum omnium in decretis à Romanis Pontificibus sanciendis spontaneam fauorabilemq; consensionem. XVIII. ROMANVM CONCILIVM.

Post hæc autem idem Hilarus Papa in medium protulit consultationem ex Hispania missam ab Episcopo Tarraconensi. Etenim Acta ista subijciunt: Et facto silentio, Hilarus Episcopus dixit: Præterea, fratres, noua & inaudita (missis de Hispania epistolis sub certa relatione peruenit) in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique Episcopatum, qui non nisi meritis precedentibus datur, non diuinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas atq; mortales, ita sacerdotium, velut legatario aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes mortis tonsinio constituti, in locum suum feruntur alios, designatis nominibus, subrogare; vt scilicèt non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quàm graue sit, æstimate. XIX. CONSVLTATIO TARRACONENSIVM EPISCOPORVM.

Cùm hæc ab Hilaro Papa de Hispaniarum Ecclesijs ingesta per litteras Episcopi Tarraconensis Ecclesiæ audis; in memoriam reuoca, quæ anno superiori iridem de Hispanijs ex S. Isidoro dicta sunt; nimirùm tremendo ac terrifico Dei iudicio datas Gothis furentibus deuastandas: vt planè, qui secundùm illud Propheticum dixerant c Venite hæreditate possideamus sanctuarium Dei, imprecationem eiusdem Prophetæ vltricem senserint mox ista subdentis: Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: Sicut ignis, qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate, &c. Vetùm etsi penes aliarum Hispaniæ prouinciarum Episcopos solutus esset vigor Ecclesiasticæ disciplinæ, certè quidem in Tarraconensi prouincia vigebat custodia legum: in quas cùm quis enormiter deliquisse inuentus esset; istarum omnibus in vnum coëuntibus audita eius causa deferebatur ad Romanum Pontificem: quod his diebus bis factum, ex litteris ab ipsis Romam missis intelliges. XX. c Psal. 82.

Hilarus igitur in posterum consulturus, ista subiecit: Atq; ideo, si placet, etiam hanc licentiam auferamus: ne (quod turpe dictu est) homini quispiam putet deberi, quod Dei est. Vt autem quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam posse peruenire notitiam: Hispanorum fratrum & Coëpiscoporum nostrorum scripta legantur. Recitatæ sunt primùm litteræ vltimo loco datæ, posteà verò quæ primitùs scriptæ fuerant; priores enim de Siluano Calaguritano Episcopo querelam habebant; posteriores verò causam Nundinarij Episcopi Barchinonensis & eius successoris Irenæi continebant. At nos, pro more nostro, de his, quæ primo loco sunt scriptæ, primùm agamus. XXI.

Ascanius itaque Tarraconensis Episcopus, & qui cum eo conuenerunt omnes prouinciæ illius Antistites in litteris ad Hilarum Papam aduersus Siluanum ita scripserunt: XXII.

Domino beatissimo & Apostolicâ reuerentiâ à nobis in Christo colendo Papæ Hilaro, Ascanius Episcopus & vniuersi Episcopi Tarraconensis prouinciæ.

Et si nulla extaret * *necessitas Ecclesiasticæ disciplinæ: expetendum re verâ nobis fuerat illud priuilegium sedis vestræ, quo susceptis Regnis clauibus post Resurrectionem Saluatoris per totum Orbem beatissimi Petri singularis prædicatio vniuersorum illuminationi profuit: Cuius Vicarij principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitùs adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, vnde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur.* Habes, lector, satis perspicuè declaratũ cùm plurimis alijs, tum hoc, quod modò recitatur, exemplo, quantâ obseruantiâ Hispaniarum Episcopi sint semper prosecuti Romanum Pontificem, è cuius sede se Euangelium accepisse scirent. Sed audi de Siluano eorumdem narrationem.

* dictaret HISPANI EPISCOPI QUANTUM COLANT ROM. PONT.

XXIII. *Cùm hæc ita se habeant: est tamen inter nos falsus frater, cuius præsumptionem sicut diutiùs tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicij necessitas imperauit. Siluanus quidem Episcopus Calagurræ in vltima parte nostræ prouinciæ constitutus, diuinationes* * *sibi indebitas vsurpando, humilitatem nostram ad hoc vsq; perduxit, vt contra eius vanissimam superstitionem sedis vestræ vnicum remedium flagitemus. Hic namque iamante septem aut octo amplius annos, postponens Patrum regulas, & vestra in statuta despiciens, nullis petentibus populis Episcopum ordinauit: cuius præpropera factum existimantes fraternâ & pacifica posse admonitione sanari, profecit in peius. Denique, contra vetustatem canonum, contra Synodi constituta, alterius fratris nostri presbyterum, spiritu tantum præsumptionis accensus, in eodem loco, qui illi fuerat destinatus, cui inuito & repugnanti imposuerat manus, & qui nostro tam cœtui fuerat aggregatus, Episcopum fecit. Hinc factum est, vt de eius miserrima temeritate ad nos Cæsaraugustanæ vrbis Episcopus frater noster vniuersa referret, cuius diligentia & solicitudo admodum prosperare, si in aliquo profuisset. Siquidem cunctis in vicinia positis Episcopis, ne se schismatico adiungerent, frequentissime contradixit: sed obstinatione damnabili totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, non erubuit solus ille committere.*

* ordinationes SILVANI CAVSA.

XXIV. CAVSAS EPISCOPORVM AD ROM. PONT. DE FERRI. *Proinde quia his præsumptionibus, quæ vnitatem diuidunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurri: quæsumus sedem vestram, vt quid super hac parte obseruare velitis, Apostolicis affatibus instruamur: quatenus fraternitate collectâ, prolatis in medium venerandæ Synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestrâ auctoritate subnixi, quid oporteat de ordinatore & de ordinato fieri, intelligere, Deo adiuuante, possimus. Erit profectò vestrum triumphus, si Apostolatûs vestri temporibus, quod sanctis Petri cathedra obtinet, Catholica audiat Ecclesia, si nouella zizaniorum semina fuerint extirpata.* Et subscripto: *Orantem pro nobis sanctum Apostolatum vestrum iugi anno diuina conseruet æternitas.* hactenùs prior data in Siluani causâ Synodi Tarraconensis epistola, ex qua antiquam vides custoditam praxim, nimirùm causas Episcoporum solitas deferri ad Romanum Pontificem.

XXV. DE CAVSA IRENÆI EPISCOPI. Posterior verò data ab ijsdem ex alio Episcoporum Conuentu epistola in causa Irenæi, primo loco recitata est, in qua mentio habetur de datis anteà litteris in causa Siluani: à qua diuersa erat causa ipsius Irenæi Episcopi Barchinonensis. Hunc vir dignissimus Nundinarius Episcopus Barchinonensis hæredem paucorum bonorum instituens, optare se dixit, vt in locum suum idem Irenæus ordinaretur, qui erat alterius Ecclesiæ Episcopus: eius quidem vltimæ voluntatis elogium & populus & clerus, simulq; cõprouinciales Episcopi ratũ habuêre, immo & annuisse ponitur Metropolitanus Antistes ob Ecclesiæ illius vtilitatẽ, & merita decedentis & succedentis Episcoporum. His enarratis in epistola ad Romanum Pontificem, eiusmodi petitionem adiecerunt: *Ergo supplices precamur Apostolatum vestrum, vt humilitatis nostræ decretum, quod iuste à nobis videtur factum, vestrâ auctoritate firmetis.* Intelligis, Romanæ tantummodò sedis Episcopi fuisse dispensare in ijs, quæ contra canones præsumpta essent; nec Concilio prouinciali tantam fuisse auctoritatem, vt inconsultâ Apostolicâ sede id præstare potuisset. Quid autem ad hæc qui Romæ conuenerant Patres? Primo quidem publicis acclamationibus, inde verò singulorum sententijs, quæ ab illis Episcopis probata fuerant, sunt explosa. In acclamationibus verò inter alia illud quinquies dictum: VT SERVETVR ANTIQVITAS ROGAMVS. digna planè tanto Confessu sententia, quæ tamquam valido mucrone confoditur, quicquid vmquam vel contra fidem, vel contra Ecclesiasticam fuerit disciplinam præsumptum.

XXVI. De his autem omnibus, quæ Synodali fuerunt sententiâ definita, scripta est ab ipso Hilaro Papa epistola decretalis ad Ascanium & reliquos prouinciæ Tarraconensis Episcopos data tertio Kalendas Ianuarij, Basilisco & Herminerico Consulibus: vt planè appareat, ab exordio Synodi cœptæ decimoquinto Kalen. Decembris, vsque ad datas has litteras tertio Kalendas Ianuarij, intercurrisse mensem vnum & dies duodecim, tantoq; temporis spatio Synodum perdurâsse; cuius aliquæ deesse videntur Actiones, vt inter alia, quæ ab aduersaria parte pro Siluano Episcopo illata fuisse, idem Hilarus Papa in dicta epistola docet, quæ fuerant huiusmodi, vt eumdem Pontificem ad dispensandam cum eodem Siluano permouerint, ne videlicet diro schismate scinderetur Ecclesia. Non sic quidẽ cum Irenæo, quem ad suam Ecclesiam Hilarus redire præcepit: quibus intelligas, quam indigno animo tulerint Romani Episcopi sedium mutationem. Dedit & de his idem Hilarus Papa priuatim alias ad eumdem Ascanium Tarraconensem Episcopum litteras, quæ ijsdem Actis accesserunt, appendix. In hac insuper Synodo, ad Ecclesiæ vniuersalis ædificationem, cõstitutionem edidisse Hilarum Papam, habent eius vitæ Acta his verbis. *Fecit constitutum de Ecclesia in basilica ad S. Mariam, Consulatu Basilisci & Herminerici, decimosexto Kalendas Decembris.* Quid enim per Constitutum intelligatur, superiùs dictum est.

XXVII. DE MAXIMO EPISC. TAVRINENSI. Quòd verò inter quadraginta octo Episcopos, qui Synodo interfuerunt, primo loco ponatur Maximus Episcopus Taurinensis post Romanum Pontificem; non id quidem accidit sedis prærogatiuâ, cùm digniores illic essent Episcopi Metropolitani, vt inter alios Ecclesiæ Mediolanensis Antistes: sed id factum scias prærogatiuâ ætatis in Episcopatu agentis: hic namque mos vetus, vt qui plures annos ageret in Episcopatu, vel Archiepiscopatu, priorẽ sibi in Synodis locum vendicaret, etiam si alio qui dignitate sedis esset inferior, saltũ tamen Patriarchialium prærogatiua sedium. Maximum autem Taurinensem plurimos egisse in Episcopatu annos, ex eo poteris intelligere, quòd de ipso agens Gennadius[a], qui his viuebat temporibus, claruisse eum tradit Honorio & Theodosio Iuniore regnantibus, licèt cusi codices habeant eum obijsse diem sub ijsdem Augustis. Sed quomodò id fieri potuit, vt sub Theodosio mortuus dicatur, si idem Maximus subscripsit in Concilio Mediolanensi sub Marciano Imperatore (vt vidimus[b]) celebrato & hoc anno inter fuisse, sedisse & subscripsisse Romanæ Synodo primo loco post Romanum Pontificem reperitur? vt non sit, qui ob id reddere possit alium hunc Maximum Taurinensem ab illo fuisse: nam vt primo loco sederit atque subscripserit, non (vt dictum est) aliunde, quàm ex prouectiore in sede ætate potuit cõtigisse? Vnde ne dicamus adeò manifestè in rebus sui temporis Gennadium hallucinatum, mendum in codicem irrepsisse dicendum erit; sicut nuper factum vidimus, dum in fronte scriptorum ipsius Maximi, quę Romæ sunt edita, Gennadij texrus illud accepit additamentum de anno, quo mortuus est, nimirum ab Orbe redempto quadringentesimo vigesimo: putauit id sibi licere Galesinus, qui edidit. Propagata est autem ad posteros summa gloria eiusdem Maximi memoria, cuius & dies natalis anniuersaria commemoratione recurrit septimo Kalendas Iulij. Vixit hoc item tempore alius Maximus, & ipse inter sanctitate claros adnumerandus Episcopus Tolosanus, de quo paulò pòst dicturi sumus.

a *Gennad. de vir. Illustr. c. 40.*

b *Epist. Concil. Mediolan. apud S. Leonem post Epist. 12.* DE ÆTATE MAXIMI REGERES CORRIGVNTVR ALIORVM.

XXVIII. Qui verò post Maximum primo ponitur loco Ingenuus Ebredunensis Episcopus, idem conquestus est apud

ipsum Hilarum Romanum Pontificem de vsurpatis quibusdam suæ diœceseos iuribus. Extat de his epistola eiusdem Hilari Papæ ad Leontium, Veranum, & Victorium Episcopos, quibus delegat causæ cognitionem & instaurationem iurium Ebredunensis Episcopi Metropolitani Alpium marium arum. Aduersus autem eos, qui insanâ cupiditate nonnisi in hoc laborant, vt suæ diœceseos fines dilatent, est eiusdem Hilari Papæ in eadem epistola aurea illa sententia: *Expectatio fructûs nostri ministerij non in latitudine regionum, sed in acquisitione pontur animarum.* hæc & alia ibi Hilarus digna Pontifice tantæ sedis. Porrò Leontius primo loco positus inter Episcopos, quibus causa committitur, etsi cuius Ecclesiæ Antistes fuerit, nulla sit mentio: scias tamen istum ipsum laudatũ ab Hilario Arelatensi in funebri oratione de sancto Honorato Episcopo prædecessore quem Forotulienſem Episcopum, eundem opinor esse, ad quem extant Sidonij Apollinaris litteræ.

XXIX. Sed quod polliciti sumus de Maximo Tolosano Episcopo dicere, non prætereat: Hic his temporibus ex Palatino inuitus, reniteus, nolensq; cogitur à populo fieri Episcopus: Ad quam sacerdotij dignitatem assumptus, qualenam specimen ediderit sanctissimi sacerdotis, accipe, quæ de eo obiter Sidonius scribit ad Turnum [a], cùm eidem occurrit nescienti creatum Episcopum: *Vt (inquit) veni, occurrit mihi ipse, quem noueram anteriùs corpore erectum, gressu expeditum, voce liberum, facie liberalem, multum ab antiquo dissimilu, habitu verò gratu, pudor color, sermo religiosus, coma breuis, barba prolixa, tripedes sellæ, Cilicium vela sordibus appensa, lectus nihil habens plumæ, mensa nihil purpuræ, humanitas ipsa sic benigna quàm frugi, nec ita carnibus abundans, vt leguminibus: certè si quid in cibo vnctius, non sibi, sed hospitibus.*

a Sidon. li. 4. Ep. 24

XXX. *Cùm surgeremus, clàm percunctor astantes: Quod genus vitæ de tribus arripuisset ordinibus: Monachum ne geret, an clericum pœnitentemve? Dixerunt super impacto sacerdotio fungi, quo recusantem factio ei ligâsset ciuicus amor.* hęc de maximi mutatione vbi electus est Episcopus Tolosanus: à quo efficiant, qui in Ecclesiasticam dignitatem assumpti nobiles & diuites, de sacerdotio maioris luxus captant occasionem, vt in Ecclesiam Christi transferant regios apparatus; vel (quod deterius est) qui ignobiles ad Episcopatũ accedentes & pauperes, mox Sybariticas quæsunt delicias. Quantum autem temporis Maximus iste sederit, ignoratur: constat tamen, Concilio Aurelianensi non Maximum, sed Leontium eius successorem haberi subscriptum.

XXXI. SEVERVS IMP OCCIDITVR. Huius pariter anni Consulibus, Seuerus Imperator dolo Ricimeris in Palatio veneno peremptus est. hęc Cassiodorus, cui consentit Marcellinus. Perobscuræ quidem res Seueri Augusti remansêre: duæ autem ab ipso editæ extãt constitutiones, quarum posterior hoc anno data habetur septimo Kalendas Octobris. Ex quibus redarguæ eum, qui diuinatur [b] Seuerum hoc anno defunctum decimooctauo Kalendas Septembris. Abrogatam ex parte fuisse à Seuero, in ijs scilicet quæ spectabant ad monialem & viduas, constitutionem Maioriani Augusti, de qua suo loco dictum est, inscriptio indita priori ab eo editæ constitutioni demonstrat. Post obitum verò Seueri factum esse interregnum per annum & menses aliquot, itidem Cassiodorus affirmat dum creationem Anthemij post sequentis anni Consules ponit.

b Panuin. in Fast.

XXXII. WARDALICVM INCVRSIO. Obsit multum Italiæ eiusmodi interregnum, & frequens ista mutatio Augustorum: ex quo factum est, vt Wandali regnantes in Africa crebrius Romana littora incursarent. Hinc Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto:

— Quemcumq; creauit
Axe meo natum, confestim fregit in illo
Imperij Fortuna rotæ. Hinc VVandalus hostis
Vrget, & in nostrum numerosâ classe quotannis
Militat exercitum, conuersoq; ordine fati
Torrida Caucaleos infert mihi Byrsa furores.
Præterea inuictus Ricimer, quem publica fata
Restituunt, proprio soli seruix marte repellit
Piratam per ruta Syrtim, &c.

Ad hæc fortasse alluſit Maximus [c] Taurinensis, vbi ait: *Non spirituales, sed etiam carnales nobu (qui sunt barbari) piratæ non desinunt.*

c Maximus Taurin. de diuis. Samuel. Barb. XXXIII.

Cæterùm non huius tantùm tempore interregni ista Genserici aggressus est, sed cœptam diu antè piraticam ab ipso Valentiniani obitu quotannis exercuit, de qua ista Procopius [d]: *Post mortem Valentiniani, aliquot annos vetus initio, continuo longas fecit prædando & populando incursiones, nunc in Siciliam, nunc in Italiam, ciuitates insuper partim diripiendo, partim solo æquando: vbi verò omnia deleuit, ad Orientis conuersus Imperium, Illyricum omne simul & Peloponnesum, huq; adiacentes insulas cum reliqua Græcia inuadit. Ad Italiam reuersum Siciliamq; reuersus, quicquid erat reliqui, diripuit. Verùm quondam, cùm è Carthagine portu passu velu soluturus esset, interrogatus à nauclero, quò tendere populabundus vellet: respondisse: Quo Deus impulerit, adeò ex nulla causa an obnias quascumq; hostiliter ferebatur.* hæc Procopius. Portò ita formidabilis factus erat Genserius piraticâ classe, vt Alexandria etiam fuit timore concussa. Etenim habent hæc Acta [e] Danielis Stylitæ: *Quadam famæ in omnes gentes manauit, Genserium Regem VVandalorum bellum gerere aduersus Romanos magno apparatu & maiori audaciâ, & quòd magnâ manu peruenit Alexandriam, eam sibi volens bello facere præmium. Non parum ergo animo augebatur magistratus & ipse Imperator: Quicùm occurrisset ad confectum medicamentum animi egritudinem & S. Danieli famam significat. Ille verò tamquam non prauidens: sed videns oculis ea, quæ erant ventura, dixit protinùs: Non solùm Genserium Alexandriam non esse occupaturum: sed in omnibus etiam alijs: re infectâ, domum esse reuersurum. Omnino nihil opus est adycere id, quod euenit, ijs, qui virum nôrunt; Factum est autem non multò post, sicut diuina Daniel lingua prædixit.* hæc ibi.

d Procop. de bello VVandal. lib. 1.

e Apud Surium. Decemb. WANDALI TRIBVTARVNT ALEXANDRIAM.

Post hanc autem prædictionem, eodem petente Daniele, curâsse Leonem Imperatorem translationem reliquiarum magni illius Simeonis Stylitæ ex Syria in Thraciam, eadem Acta habent: sed quoto anno id Leonis Imperatoris acciderit, haud facile sit asserere. Ex dicta autem Alexandrinorum turbatione acceptâ occasione, Leo Augustus comparandi classem aduersus Wandalos consilium inire cœpit, quod perfecit tertio ab hinc anno, vt suo loco dicemus.

XXXIV. TRANSLATIO SIMEONIS STYLITÆ.

IESV CHRISTI
Annus 466.

HILARI PAP. Annus 6. LEONIS IMP. Annus 10.

INGREDITVR Christi annus quadringentesimus sexagesimus sextus, altero (ita dixerim) pede claudicans, cùm nonnisi vnus Consul Leo Augustus tertium creatus sit in Oriente: in Occidente autem cum nullus esset Imperator, nulla est à Senatu habita ratio Consulis eligendi. Cùm igitur tum Cassiodorus, tum Marcellinus vnum tantùm Consulem hoc anno esse creatum dicãt; videnam à recentiore chronographo [f] additio collegæ Fabij Titiani? sed nec teste aliquo id probat, neq; coniectura saltem verisimili.

f Panuin. in Fast.

Hoc ipso anno Leo Imperator vltimâ die Februarij de immunitate confugientium ad Ecclesiam amplissimam edidit sanctionem; cùm nouo casu diuinitùs ostensum esset, magno periculo asylum Ecclesiæ violari. Rem gestam habent Acta Marcelli Accœmetarum Archimandritæ sanctissimi his verbis descriptum [g]: *De Ardaburij & Aspari, qui erat illo tempore, potentia, nihil est dicendum, nec, de crudelitate æquali potentiæ atque adeò maiori* (erant ambo Ariani potentissimi, vtpotè longo tempore militiæ præfecturis insigniti, ipsi quoque Imperatori timendi.) *Hic ergo, qui adeò potens erat & crudelis Ardaburius, irascebatur cuidam ex ijs,*

g Ex Metaphr. Surij 29. Decemb.

L. LEX LATA DE ECCLESIARVM IMMVNITATE. II.

qui

qui erant in eius potestate, nomine Ioannis. Ille verò omnibus aliis, atque adeò ipso Imperatore pretermisso, vt qui non essent satis potentes, vnum nouit refugium, Marcelli tabernaculum, ipsum videlicèt Acœmetarum cœnobium: & id subit. & in eo latet, tamquam sub aliquo tuto propugnaculo. Ille autem cùm resciuisset, petebat (ad ipsum mittens) hominem sibi tradi. Cùm verò non obtemperaret, cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit; missisq; militibus, & qui virtutis valebant (erant multi numero) iussit quærere eum, qui confugerat, & si non pareret, vi armis. Atque ille quidem cùm sic iussisset, eos dimisit. Illi autem profecti, & verbis, vti iussi erant, vsi; quoniam non parebat, monasterium circumsidebant. hæc facta sunt vesperè. Magnum verò Marcellus rogauit eos, an vellent manere, & se eis dixit alimenta daturum. Cùm autem mansissent, suppeditauit alimenta, & res ita quidem transiit vsque ad vesperam.

III. S. MARCELLVS NON VULT TRADERE FVGAM.

Cùm autem mox aduentâsset, qui foris quidem erant, enses tam quatiebant terribiliter. Monachi autem hæc videntes & audientes, Sanctum circumsistentes, pro ensibus eum verbis feriebant: Quid ergo, dicentes, Tibi omnes propter vnum peribimus? idque morte violentâ & acerbâ? Et tum filijs erit tibi præferendus extremus? Et tibi à fundamentis cum templo peribit monasterium? Non dimittes, non citò prabebis eum, qui quæritur, qui malis hoc perimit pedibus? Cùm sic per totam noctem cum & hostes & amicis certam acriter inuaderent; tempus q; frustrà contereretur, & supplex non traderetur; manè autem stetissent milites vt gladijs, & ipsum essent aggressuri, tunc Christi athleta suam obiecit potestatem. Eis verò præter opinionem apparet aduersaria, non phalanx quidem, sed diuina quædam & cœlestis potentia in orbem ab igne circumscripta, & arma inexpugnabilia, nempe Crucis Christi imaginem in medio ferens, longè magis refulgentem quàm ignis, quæ erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, qua apparerat, ex ipso fastigio monasterij emittebat grauia tela aduersum milites, qua quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cùm non solùm resistere, sed nec ea quidem contrà intueri possent: gladios in terram proiecerunt, & ipsi ceciderunt; & voces ad Deum placandum accommodatas, prout quisque poterat, emittebant. Quæ cùm hi, quintùs e, rant sensissent, canere cœperunt, & fuerunt ipsi quoque testes miraculi, quod euenerat præter opinionem. Hoc effecit, vt crudelissimus Ardaburius suorum morum oblinisceretur; & causa fuit, vt præter sententiam benignus videretur, ità in Ioannem remissâ hactenùs ibi.

PYLMIMIBVS RE BELLVNTVR MILITES.

IV. Huius itaque rei tam insigniter gestæ occasione factum puramus, vt Leo Imperator egregiam illam, quam dixi mus, sanctionem pro confugientibus ad Ecclesias promulgauerit hoc ipso anno, cùm tertium ageret Consulatum, ità rescribens ad Erithreum Præfectum Prætorio [a]:

a l. 6. C. de hær. qui confug. ad Eccles. SANCTIO LEONIS IMP. DE ECCLES. IMMVNITATE SERVANDA.

Præsenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac vrbe Regia, in qua nos Diuinitate propitiâ degentes, quoties vsus exegerit, innocuis, singulis causis atque personis præsentanea constituta præstamus) nullos penitùs, cuiuscumque conditionis sint, de sacrosanctis Ecclesijs Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi, confugas: nec pro his venerabiles Episcopos, vel religiosos Œconomos exigi, qua ab ipsis debeantur. Vides Leonem Imperatorem antiquâsse penitùs veterem sanctionem, cuius à nobis quinto tomo mentio facta est, quà iubebatur, vt Episcopi soluere tenerentur, quod creditoribus deberet debitor ad Ecclesiam fugiens, nisi eum redderent: cuius rei causâ S. Augustinus debitor constitutus, collectam indixit, vt dissolueret, quod non dando confugam debitorem, æs alienum contraxerat. Sed pergit Imperator: *His, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione, aut tractatu ausi fuerint tentare, capitalis & vltimi supplicij animaduersione plectendis.*

V. *Ex his ergo locis, eorumque finibus, quos anteriorum legum præscripta sanxerunt, nullos expelli aut eiici aliquando patimur: nec in ipsis Ecclesijs referendis ita quemquam detineri atque constringi: vt ei aliquid victualium verum, aut vestis negetur, aut requies.*

Sed siquidem ipsi refugæ apparerant in Ecclesia publicè, & se in sacris locis offerant quærentibus conueniendos: ipsis seruatâ loci reuerentiâ, iudicum, quibus subiacent, sententijs monentur, responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit conuenire.

VI. *Quod si in finibus Ecclesiasticis latitant: religiosus Œconomus, seu Defensor Ecclesiæ, vel certè quem his negotijs commodiorem auctoritas Episcopalis elegerit, reconditam latentemq; personam decenter sine vlla incommodo monitus intra fines Ecclesiæ, si inuenitur, præsentet.*

Cùm autem monitus fuerit in publico priuatone contractu actionem ciuili, in eum sit arbitrio, siue per se siue (si magis elegerit) instructo solemniter procuratore directo, in eius Iudicis, cuius pulsatur sententijs, examine respondere.

Sed si hoc facere detrectet, aut differat: iudiciorum legitimo, solitus ordo seruetur. Itaque si res immobiles possidet: post edictorum solemnium citationem, ex sententia iudicantis, vsque ad modum debiti, bonorum eius siue prædiorum traditio siue venditio celebretur.

Quòd si res mobiles habet, eas, extra terminos occultat Ecclesiæ: sententiâ iudicantis, & executoris solicitudine perquisitæ, quocumq; loco occultentur, erutæ, pro æquitatis tramite modoq; debiti, publicis rationibus, priuatisq; profuturi. Sanè si intra fines habentur Ecclesiæ; vel apud quemlibet ex clericis absconditæ siue depositæ fuisse firmantur: studio & prouidentiâ viri reuerendissimi Œconomi, siue Defensoris Ecclesiæ diligentiâ inquisitæ, hac quolibet modo ad sacrosanctam Ecclesiam peruenientes, præseruantur: vt pari æquitatis ordine ejusdem ex bonis fisco, vel Reipublicæ, siue creditoribus & quibus cunque iustis creditoribus ad modum debiti consulatur. Siquibi depositæ vel commodatæ dicuntur inquirendi talem volumus esse cautelam: vt si sola suspicione apud aliquem adseruentur absconditæ, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis Antistitis iubeatur: adijcientes, quòd ea, quæ de principalibus personis decreuimus in causis fideiussorum, siue mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium & sociorum, seu participum; & omninò in eisdem causis obnoxiorum personis præcipimus obseruari: scilicèt si ipsos quoque secum confugæ intra Ecclesiarum terminos habere voluerint, vt eorum quoque bonis publica debita priuataque soluantur, & per eos rerum, vbicumque posita sunt, procedat inquisitio. Et hæc quidem de ingenuis liberisque personis.

VII.

Sanè si seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris, siue libertus, & hæc quæ aliqua persona domestica, vel conditionis subdita, conquassatis rebus certis atque subtractis, aut se ipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit: statim à religiosis Œconomis siue Defensoribus, vbi primùm hoc scire potuerint, per eos videlicèt, ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus pro Ecclesiastica disciplina & qualitate commissi, aut vltione competens, aut intercessione humanissimâ procedente remissione venia, & sacramenti interuentione securis, ad locum statumque proprium reuertantur: rebus, quas secum habuerint, reformandis. Diutiùs enim eos in Ecclesijs non conuenit morari: ne patronis seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, & ipsi per incommodum Ecclesiæ egentium & pauperum alantur expensis.

VIII.

Inter hæc autem, quæ sedulò ad religiosi Œconomi siue Defensoris Ecclesiæ solicitudinem curamque spectant, erit etiam illud obseruandum, vt singulorum intra Ecclesiam confugientium personas, causasq; incessanter conquirant: deinde Iudices, vel eos, ad quos causæ & persona pertinent, instantius instruant, & æquitati conuenientia dilucidius exponantur. Dat. pridie Kal. Mar. Leone A. III. Cos. hactenùs constitutio Leonis Imp. qui se iudicem & vindicem in his, quæ Constantinopoli acciderent, voluit constituere, vt magistratus discerent ciues irritare præsentem Imperatorem, qui per suos Præfectos adeò seuerè, nec tuli pœnâ capitis statuisset crimen puniri. Potuit idem hæc sanciendo habuisse respectum ad eminentissimos viros Asparem & Ardaburium, quibus Imperium ferebat acceptum; ne in eos videretur esse commotus atque voluisse subijcere iudicio Præfectorum. Cæterum vbi occasionem nactus est opportunam, haud prætermisit instissimè idem Princeps vlcisci: vt planè apparuerit, prudétiæ fuisse, aliquando dissimulâsse, iustitiæ autè impios barbaros contumeliosos in omnes è medio sustulisse. At de rebus Orientalibus hactenùs.

IX.

Sub eodem Leonis Augusti tertio Consulatu secundus absoluitur annus, quo Euaricus Rex Gothorum regnare cœpit, cùm & Hispanijs incursione vastatis, descendit in Gallias, atque Arelatum obsedit: Cùm vir clarissimus Ecdicius, Dei virtute confisus, magno miraculo, ingentem hostium numerum, summamque ipsorum potentiam, longè dispari paucitate militum atque virtum

X. EVARICVS REX GOTHORVM EVGATVR.

supe-

superauit, non quidem casu tentatâ (vt solet dici) fortunâ, neq; temerariâ furentis Drucis audaciâ, sed ingenti spe ex Diuinitatis inuocatione conceptâ: cuius nutu vnus vincit & perse quitur mille, & duo fugant decem millia; nimirùm quia Deus [a] vendidit eos, & Dominus conclusit illos: Ita namq; Sanctorũ precibus redimi solet insperata victoria, quæ humanam superet expectationem & vires. Hæc verò quomodò se habuerint, Sidonius refert in epistola ad eundem Ecdicium data, cùm post multos annos eamdem ciuitatem Aruernensem à Gothis iterum afflictari contigerit, dum rogat eum, vt patriæ periclitanti opem ferat. Erat enim Ecdicius filius Auiti Imperatoris, natus & educatus Aruernis, vt idem Sidonius eâdem epistolâ narrat; qui postquàm cunabulis iure naturæ debita, quæ recenset, eidem in memoriam reuocauit, mox subdit de ciuium omnium desiderijs, quibus eius præsentia quàm auidissimè expetebatur. ingentiq; opportunè gloriosum facinus hoc tempore editum, quod & exactè describit. sed accipe hæc tanta verbis ipsius [b]:

[a] Deut. 32.

[b] Sidon. lib 7 Epist. 7.

XI. ECDICIVS CVM PAVCIS FVGAT GOTHOS.

Non enim tetisset vmquam ciuicis pectoribus elabi quam te, quantumq; nuper omnis ætas, ordo, sexus, de semirutis & cursum aggeribus conspicabatur; cùm interiectu equorum in aduersum perambulatio, & vix duodeuiginti equitum sodalitate comitatus, aliquot millia Gothorum, non minùs die quàm campo medio (quòd difficilè fit) perseritas credutura) transisti. Ad nominis tui rumorem, personæq; conspectum, exercitum exercitatissimum stupor obruit: ita vt præ admiratione nescirent Duces partu inimicæ, quàm se multi, quàm te pauci comitarentur. Subducta est tota protinùs acies in supercilium colli abrupti, quæ cùm priùs applicata oppugnationi, te viso, non est applicata congressui. Interea tu cessis quibusq, optime quos nouissimos agminis non ignauia, sed audacia fecerat, nullis tuorum certaminæ extanto desideratu, solùm planicie quàm patentissimâ potiebare, cum tibi non daret tot pugnæ socios, quot solet mensa conuinas. Hinc iam per otium in urbem reduci quid tibi obuiam processerit officiorum; quid suum, fletuum, gaudiorum, magis tentant vota concipere, quàm verba reserare. Si quidem cernere erat, & ferè capacissimæ domus atrijs, illam ipsam felicissimam stipatiorem tuis oratione[*], dum alij osculis pulserem tuum rapiunt, alij sanguine ac fumis pinguia lupata suscipiunt. & inferiùs.

[*] deuotionem

XII. AL Æ RES AB ECDICIO FORTITER GESTÆ.

Taceo deinceps collegisse te priuatis viribus publici exercitûs speciem, paruis extrinsecus municorum opibus aduersum, & inferiores hostium ante discursus coercuisse popularibus. Taceo te, aliquot superuenientibus, cuncos maclasse turmales, ex numero tuorum vix bonis, ternis vepositi prælium desideratis: & tantùm calamitatis aduersa partis inopinatis certaminibus inflictum; vt occulere casorum numerositatem consilio deformiore meditarentur. siquidem quos humari nox subducta prohibuerat, de cernuatis loquere cadaueribus; tamquam minoris indicij foret, quàm villis agnosci crinitum d. missse truncatum. Qui positi quàm luce reuolutâ intactexerunt furtum ruinæ, nec crudelis vilitate patuisse tum d. mium palàm efficijs exequialibus occupabantur, non magis cladem fraude, quàm fraudem festinatione celantes. Sit tamen quòd nec ossa tumultuarij cæspitis molo tumulabant, quibus nec elatu vestimenta, nec vestitu sepulchra tribuebant, ipsis sic mortuis talia iustia soluentes. Iacebant corpora vndiq, locorum plaustris conteda retantibus: quæ quoniam perculsis indesinenter incumberet, captim successis conclusa domiciliis culminum superlabentium regalibus fragmentis funerabantur. hæc & alia de Ecdicij bellica virtute Sidonius.

XIII. S. MARTINI INVOCATIONE ÆRVI. CTOR ECDICIVS.

Cæterùm tanta hæc nonnisi ope diuinâ precibus Sanctorum implorata Ecdicium præstare contueuisse, planè declarant, quæ de eodem habet Gregorius Turonensis in tractatione de miraculis sancti Martini verbis istis: *Ecdicius* (licèt Egidius, depranatè legatur) *quoque cùm obsideretur ab hostibus, & exclusò à se solatio, turbatus impugnaretur; per inuocationem beati viri* (sancti Martini videlicet) *fugatis hostibus liberatus est. Ida, damoniacus in medio Ecclesiæ, ipsâ horâ qua gestum fuerat, est professus, sancti Martini obtentu hoc fuisse concessum.* hæc ipse.

Hunc autem Ecdicium, cuius sunt adeò præclara facinora, quem ex Sidonio diximus fuisse Auiti Imperatoris filium, eumdem quoq; germanũ Papianillę vxoris Sidonij fuisse apparet ex eius epistola [c] ad ipsam data.

[c] Sid. lib. 5 Epist. 16.

Hoc eodem anno sanctus Prosper Regiensis in Gallia Narbonensi Episcopus ex hac vita migrauit, cùm sedisset annos saltè vigintiquatuor: Qui enim (vt dictũ est) interfuisse reperitur Vasensi Concilio sub Consulatu Dioscori, anno Domini quadringentesimo quadragesimo secundo, & ad hunc vsq; annũ (vt eius Acta testatur) superuixit, planè eum annorum explêsse numerum dicendus est, meminit eiusdem Marcellinus ante duos annos. Erat Regiensis sedes hoc tempore nobilis in Gallia Narbonensi, cuius meminit Sidonius in epistola [d] ad sanctum Patientẽ Lugdunensem Episcopũ, primamq; ponit post Arelatensem, cui quidem post decessum S. Prosperi datus est Episcopus sanctus Maximus Abbas Monasterij Lerinensis, & post eũ Faustus ibidem ex Abbate eiusdẽ cœnobij est creatus Antistes: adeò vt qui successit Maximo in præfectura monasterij Lerinensis, idem subrogatus eidem fuerit in Episcopatu Ecclesiæ Regiensis. hinc & idem Sidonius ad Faustum [e]:

[d] Sid. l. 6. Epist. 12.

[e] Sidon. carm. Eucharist. ad Faustum.

— fuit quis maximus ille,
Vrbem tu cuius monachus, Antistes, & Abbas
Bis successor agis, celebrans quoque laudibus illum.

Sed quando id contigerit, vt Maximo Faustus fuerit Episcopus subrogatus, suo loco dicemus.

XV.

Quod verò ad S. Prosperi scripta pertinet: qui viuens in acie iugiter steterit pugnans aduersus hæreticos Pelagianos, post obitũ non caruit eorum morsibus. Etenim Gennadius & ipse Pelagianorũ aspersus sordibus, de Prosperi scriptis agens, hæc ait [f]: *Legi & librum eius aduersus Collatoris opuscula sub personâ Cassiani. Quæ Ecclesia Dei vt salutaria probat, ip'ejus famat.* ita ipse, fugillans planè S. Prosperum, quod aduersus Cassianũ scripserit, cuius opera falsò tractat ab Ecclesia Catholica esse probata. Sed dicat, quænam ista est Ecclesia Dei, quæ opuscula Cassiani vt Catholica probat? certè nõ dicendã Catholica, sed Pelagianorum Ecclesia: nã si verè Catholica de his cõsulatur Ecclesia, audi quid os Ecclesiæ Catholicæ Ioquatur Gelasius: OPVSCVLA CASSIANI PRESBYTERI GALLIARVM APOCRYPHA. hæc est de Cassiani opusculis censura Gelasij, quem auscultare magis, quàm Gennadiũ, decet hominẽ Christianum. at de operibus Cassiani pluribus actum est superiùs: hæc tantùm ad redarguendum Gennadium notam inurentẽ sanctissimo atq; doctissimo Patri, Galliatũ ornamento, sint dicta. Laudatur tamen à Gennadio Prosperi dictio, vtpotè (vt ait) scholastica atq; neruosa. eadẽ de eo Marcellinus in Chronico: sed magno errore ibi, pro neruosa, habet, verbosa. Cæterùm in omnibus, quæ ad dogmata spectant, satis ad laudem Prosperi, dum litteris Cælestini Romani Pontificis commendatur, cùm redarguuntur ab eo Ecclesiæ Gallicanæ presbyteri illi, qui S. Augustini scripta contra Pelagium impugnabant. Mentio est de alio ab hoc diuerso Prospero apud Sidonium, quem dicit fuisse Episcopum Aurelianensem. hoc, ne quis fallatur in nomine, oportuit etiam superiùs admonuisse.

[f] Gennad. de Script. Eccles. c. 85.

XVI. EPIPHANIVS EPISCOPVS TICINENSIS.

Hoc eodem anno vitâ functo viro sanctissimo Crispino Episcopo Ticinensi, substitutus est in locum eius sanctitate non impar, sed doctrinâ longè celebrior Epiphanius, de quo plura inferiùs dicturi sumus. hoc quidem anno hunc sedere cœpisse, ex Ennodio diacono Ticinensi colligitur, dum de ipso agens, annum octauum eius sedis numerat sub Nepote Imperatore. Sed & scias, hoc eodem sæculo alium claruisse Epiphanium, quo Cassiodorus [g] Vsus est Græcorũ scriptorum interprete: Ab eo enim transferri curauit Græcorum historias, Eusebij, Sozomeni, Socratis, atq; Theodoreti, necnon scripta Didymi in Prosterbia Salomonis, simulq; S. Epiphanij Salaminæ in Cypro Episcopi tractatum in Cantica Canticorum, & alia plura, vt ipse testatur; quem & amicum, disertissimum que virum appellat; cuius operâ bibliothecam suam ex Græcis scriptoribus in Latinum conuertis ornauit. hæc de duobus huius temporis viris egregijs Epiphanijs. De Ticinensi autem, qui insulas sacerdotales vitæ eriam egregiâ decorauit sanctitate, sæpè inferiùs dicturi sumus.

[g] Cassiod. Instit. diuin. Lect. lib. 1. c. 17.

XIV.

IESV CHRISTI

Annus 467.

HILARI PAP. Annus 7. LEONIS II. ANTHEMII I. IMPP.

I. ANTHEMIVS IMPERAT.

ELAPSO iam anno sine Romano Consule & sine Augusto Occidentalis Imperij, qui sequitur ordine quadringentesimus sexagesimusseptimus Christi annus duobus ex more aperitur Consulibus, ambobus Flauijs, Pusæo atque Ioanne, & nouum est nactus Imperatorem Anthemium Iuniorem filium Procopij, nepotem Senioris Anthemij. Ita namque transactum est inter Ricimerem, cuius nutu pendebat Occidentale regnum, & Leonem Imperatorem, vt Græcus Romam mitteretur Augustus, cuius filiam sibi Ricimer dispensaret, de his enim ita Sidonius [a]:

Anthemium concede mihi: sit partibus istis
Augustus, legumq; Leo mea iura gubernet:
Quem petij patrio vestitu murice: natam
Gaudeat Euphemiam sidus diuale parentis.
Adjice præterea priuatum ad publica fœdus:
Sit socer Augustus genero Ricimere beatus:
Nobilitate micans est robur regia virgo. &c.

Vnà autem cum Ricimere conspirâsse pariter Romæ Senatum in petendo à Leone Imperatore Anthemium Imperatorem, Euagrius auctor est [b], dum ait legationem ea de re ex Senatusconsulto missam Constantinopolim: idemq; affirmat Nicephorus [c].

[a] Sid. in Panegyr. Ant.

[b] Euag. lib. 2. c. 18.

[c] Niceph. lib. 15. c. 11.

II. PESTIS ROMÆ.

Sed malis (vt ita dicam) auspicijs contigit Anthemij aduentus in Occidentem: siquidem hoc anno ingenti laboratum est peste, cuius meminit Gelasius Papa in Anadronicum scribens aduersus eos, qui Lupercalia ab Vrbe non auferenda contenderent; nam ait: *Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia vtique gerebantur; & tamen pestilentia tanta subrepsit, vt toleranda vix fuerit.* hæc Gelasius. Et quid mirum si secum pestem vexit Romam Anthemius, qui contagia hæreticorum secum duxit in Occidentem? Quantumlibet autem hunc ipsum Imperatorem alij laudent: certè quidem hac ex parte sinceræ pietatis (quę maximoperè in Christiano Imperatore requiritur) gloriâ caruisse videtur: Etenim secum in Vrbem intulit Macedonianos hæreticos, qui continuò miscere cũcta, & conuenticula seorsum agere aggressi sunt; adeò vt, nisi Hilarus infracto pectore continuò restitisset, candor Romanæ fidei sordibus hæresis inficeretur.

III. HILARVS PAP. RESTITVIT ANTHEMIO.

Hæc autem talia tantaque ab Hilaro Papa præstita, perpetuâ digna memoriâ, penitùs excidissent, nisi Gelasius Papa scribés ad Dardanos obiter attigisset his verbis [d]: *Papa Hilarus Anthemium Imperatorem, cùm Philotheum Macedonianum eius familiaritate suffultum diuersarum conciliabula noua sectarum in Vrbem vellet inducere; apud beatum Petrum Apostolum palàm, ne id fieret, clarâ voce constrinxit; in tantùm, vt non ea facienda, cùm interpositione iuramenti idem promitteret Imperator.* hæc Gelasius. Nouit planè Anthemius & perspicuo didicit experimento, haud ea facilitate, qua Constantinopoli, plantari Romæ hæreses posse: cùm duo vilissimi nebulones, Eutyches primùm, ac deinde Petrus Ælurus, nouas illic serendo hæreses, vniuersam Orientalem Ecclesiam zizanijs impleuissent. Romam verò allatæ cum pompa, præcedente Imperatoris satellitio hæreses, tanquam fœnum tectorum, citò citius, antequam exorirentur, penitùs aruerunt, Hilaro ipso Pontifice resistente. Hoc postremum edidit ipse pastoralis vigilantiæ specimen, & benè perfunctæ Pontificiæ dignitati dignum appositum corollarium.

[d] Gelas. Epist. 11.

IV. HILARI PAPÆ OBITVS.

Hoc namque anno, quarto Idûs Septembris idem Hilarus Pontifex moritur, cùm sedisset annos quinque, menses decem, minus duobus diebus, ita ex antiquis Martyrologijs, in quibus dicta die inter Sanctos eius dies natalis inscribitur. Præter illa autem, quæ de rebus ab eo præclarè gestis superiùs dicta sunt, de mirifica eius munificẽtia erga diuinum cultum exhibita Anastasius Bibliothecarius ex vetustioribus accepta monumentis hæc posteris scripta tradidit, de sacris locis ab eo excitatis ita exordietus: *Hic fecit Oratoria tria in basilica Constantiniana Baptisterio, sancti Ioannis Baptistæ, & sancti Ioannis Euangelistæ, & sanctæ Crucis: omnia ex argento & lapidibus pretiosis ornauit. Confessionem autem sancti Ioannis Baptistæ fecit ex argento pensantem libras centum, & Crucem auream: Et in ambobus Oratorijs ianuas ex eis argento clusas. In Oratorio verò sanctæ Crucis fecit Confessionem, vbi lignum posuit Dominicum, & Crucem auream cum gemmis pensantem pondo librarum viginti: In Confessione fecit ianuas ex argento pensantes libras quinquaginta: Supra Confessionem arcum aureum, qui pensat libras quatuor*, *quem portant columnæ oxychinæ, & eo loci stat agnus aureus, qui pensat libras duas.* De luminaribus vero ista subdit:

MVNIFICENTIA HILARI PAPÆ.

* quatuordecim.

Coronam auream ante Confessionem pharum fecit cum delphinis pensantem libras quinque: lampades aureas quatuor pensantes libras duas. Nymphæum & Triporticum ante Oratorium S. Crucis, vbi fuit columna miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatopenta. Lacum & concas citharicas duas, cum columnis porphyreticis forati aquam fundentes. Et in medio lacum porphyreticum cum concha citharica in medio, aquam fundente, circumdata à dexteris & à sinistris in medio cancellis areis, & columnis cum fastigijs & epistylijs vndiq; ornatis ex musiuo, & columnis Aquitanicis tripolitis & porphyreticis. V.

Ante Confessionem beati Ioannis posuit coronam argenteam pensantem libras viginti, phoyum cantharum pensantem libras viginti quinque. Item ad sanctum Ioannem, intra sanctum fontem lucernam auream cum mixtis luminum decem, pensante libras quinque: cernos argenteos tres fundentes aquam, pensantes singulos libras triginta: turrim argenteam cum delphinis pensantem libras sexaginta: columbam auream pensantem libras duas. In basilica Constantiniana pharos cantharos argenteos pendentes ante altare decem, pensantes libras viginti. Scyphum aureum pensantem libras sex: alium scyphum aureum pensantem libras quinque, calices aureos quinque pensantes singulos libras singulas. scyphos argenteos quinque, pensantes singulos libras singulas. scyphos argenteos quinque, pensantes singulos libras decem. calices ministeriales viginti pensantes singulos libras duas. Ampullas argenteas quinque, pensantes singulas libras decem. hæc ibi. V I.

Porrò ex omnibus his ornamentis nihil hodiè superest: ipsa autem Oratoria S. Ioannis Baptistæ & Ioannis Euangelistæ remanent in parietibus integra, quæ exornantur modò liberalitate Clementis Papæ Octaui. Oratorium verò sanctæ Crucis, cuius S. Gregorius meminit, vsque ad Sixti Quinti tempora (vt superiùs dictum est) integrum absque tamen ornamentis permansit, quod incautè diruta Roma defleuit. Sed prosequamur reliqua munificentiæ Hilari Papæ: subdit enim Anastasius: *Fecit ad beatum Petrum Apostolum scyphum aureum pensantem libras quinque: alium scyphum aureum cum gemmis prasinis & hiacynthinis pensantem libras quatuor: calices argenteos ministeriales decem, pensantes singulos libras duas: Ampullas argenteas duas, pensantes singulas libras decem.* VII.

Ad beatum Laurentium martyrem scyphum aureum cum gemmis prasinis & hiacynthinis pensantes libras quatuor: lucernam auream mixtorum decem pensantem libras quinque, scyphum aureum purissimum pensantem libras quinque, lampades aureas duas pensantes singulas libras pharum cantharum aureum pensantem libras duas, turrim argenteam cum delphinis pensantem libras viginti quinque, scyphos argenteos tres, pensantes libras viginti quatuor, calices ministeriales duodecim, pensantes libras duas. altare argenteum pensans libras quadraginta. Lampades argenteas decem pensantes libras viginti, ampullas argenteas duas, pensantes singulas libras decem. In basilica beati Laurentij martyris pharos cantharos argenteos decem, pensantes libras decem: cantharos areos viginti sex. Ministeria ad baptismum siue ad pœnitentiam argentea pensantia libras decem. Pharos areos quinquaginta. VIII.

In vrbe Roma constituit ministeriales, qui circuirent constitutas stationes, scyphum aureum ansatum, vel stationarium pensantem libras octo, Scyphos per titulos viginti quinque, pensantes, IX.

libras

libras decem. Amas argenteas viginti quinque, pensantes libras decem. Calices ministeriales quinquaginta, pensantes singulos libras duas. Hæc omnia in basilica Constantiniana, vel ad S. Mariam constituta recondidit: hactenùs de ornamentis & ministerialibus instrumentis. De ædificijs verò ista addit:

X. *Hic fecit monasteria ad sanctum Laurentium, & balneum & Prætorium sancto Laurentio. Fecit autem Oratorium sancti Stephani in Baptisterio Lateranensi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco. Ad Lunam verò monasterium in Vrbe construxit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, creauit presbyteros viginti quinque, Episcopos per diuersa loca viginti duo. Quinetiam sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta iuxta corpus beati Sixti, & cessauit Episcopatus eius dies decem.* hæc ibi ex antiquioribus monumentis exscripta, vt planè ex his saltem appareat, quæ fuerint diuitiæ Romanæ Ecclesiæ, cuius adeò profusæ essent expensæ in vasis sacris & ornamentis Ecclesiarum. De eodem Hilaro Papa vetus inscriptio emersit, quam his addendam putauimus, sic se habet [a]:

Ad sontem vitæ hoc aditu properante lauandi
Constantis fidei tanua Christus erat
Hic locus olim sordenti tumuli squalor
Congestus sumptu, & studio Christi famuli Hilari
Episcopi iuuante Domino tanta ruderum moles
Sublata quantum culminis nunc videtur ad
Offerendum Christo Deo munus ornatus atq; dedicatus est.

a *Antiq. in fr. in Append. pag. 1165. n. 12.*
* PROPERATE

XI. Cùm igitur post obitum Hilari (vt dictum est) sedes vacâsset dies decem, vigesimâ die Septembris creatus est Simplicius Tiburtinus Castini filius: Cui inuigilandum fuit tum domi, tum foris. In Vrbe enim sub Græco quidem (vt vidimus) Imperatore haud satis turbâ Catholica fides consistere videbatur: In Oriente verò serpebat sicut cancer, sæpè curatum, numquam sanatum Eutychianæ hæresis apostema. Quæ autem fuerint huius sanctissimi viri certamina, annis & mensibus singulis eius Pontificatus dicturi sumus. Monemus anteà lectorem, quòd ad hæc tempora collocanda essent, quæ scribit Gregorius Turonensis [b] de filia Leonis Imperatoris curata à dæmone Romæ à diacono Ecclesiæ Lugdunensis, si eius narratio certâ veráq; assertione consisteret. sed quoniam nulla de filia Leonis Augusti memoria habetur, nisi de Ariadna nupta Zenoni, eademque Constantinopoli commorante; quæ ab eo narrata sunt, haud adeò certâ firmâq; fide subsistunt; ad ipsum igitur absq; inuidia auctorem (si ea cupit scire) lectorem remittimus.

SIMPLICIVS PAPA.

b *Greg. Turon. de Glor. confess. c. 103.*

XII. Quod verò ad Simplicium Papam spectat; quæ ipso Pontificatûs exordio contigerunt, hîc dicamus. Simulac enim Constantinopoli auditum est in locum Hilari Papæ subrogatum fuisse Simplicium: Leo Imperator, quod obtinere non valuit à Leone Romano Pontifice, nec ab Hilaro successore, à Simplicio Papa impetrare satagit, vt rata haberentur decreta ab Episcopis Synodi Chalcedonensis, quæ pertinebant ad priuilegia Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Verùm & ipse Simplicius vehementiùs restitit, obstititque eius conatui, misso ad hoc Probo Episcopo Canusino legato Constantinopolim. Testatur id Gelasius in epistola ad Dardaniæ Episcopos istis verbis [c]: *Ea, nobis hominis etiam sub sanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum sedis Apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusinæ vrbis Episcopum, Leone Principe tunc petente, præsentem docuisse nullatenùs posse tentari: neque his prorsus præbuisse consensum. Atque ideò non ciuitatis cuiuslibet respiciant qualitatem, sed modum dispensationis Ecclesiasticæ paterna traditione formatum conuenienter obseruent.* hæc Gelasius.

c *Gelas. Epist. 11.*

XIII. Hoc item anno Sidonius Apollinaris è Gallijs, vbi degebat, litteris (vt ipse testatur) ad Heronium scribens [d] noui Imperatoris Anthemij vocatus, in Vrbem se contulit, atque interfuit nuptijs Ricimeris. Quomodò autem in via ægrotârit, sanus factus sit, simulac obuia limina Apostolorum supplex intrauit; ipse narrat in eadem epistola, verbis istis exordiens ab occasione languoris: *Egressus Leuo Ducentes, dextero Vmbros latere transmisit. Vbi mihi Calaber Atabulus seu pestilens regio Tuscorum, spiritu aëris venenatis fu: bus inebriato, & modo calores alternante, modo frigora vapo-*

d *Sidon. lib. 1. Epist. 5.*

ratum corpus infecit. Interea febris, sitis q; penitissimum cordis medullarumq; secretum depopulabantur; quarum auiditati non solùm amœna fontium, aut abstrusa puteorum (quamquam hæc quoque) sed tota illa vel vicina, vel obuia fluenta, id est, vitrea Fucini, gelida Clitunni, Anienis cerula, Narii sulphurea, pura Fabaris, turbia Tiberis (metu tamen desiderium fallente) politebantur. Inter hæc patuit & Roma conspectui, cuius mihi non solùm Thermæ, verùm etiam Naumachias videbar epotaturus.

Vbi priusquàm vel pomœria attingerem, triumphalibus Apostolorum liminibus affusus, omnem protinùs sensi è membris malè sortitum explosum esse languorem. Postq; cœlestius experimenta patrocinij, conducti diuersorij parte susceptus, atque etiamnum hæc inter sacra dum scriptitans, quieti paruillum operam do: neque adhuc Principis aulicorumq; tumultuosis foribus obuersor. Interuenit enim nuptijs Patricij Ricimeris, cui filia perennis Augusti in ipsum publicæ securitatis copulabatur. hæc de se Sidonius; qui posterioribus litteris ad eumdem datis [e], exceptum se hospitio Pauli Romani Præfectorij viri clarissimi, doctrinâque eminentissimi, tradit; de quo hæc ad postremum post multa præconia: *Illud (inquit) in eo studiorum omne culmen antecessit, quod habet huic eminenti scientiæ conscientiam superiorem.* Viuebant & hoc ipso tempore alij quamplures viri Senatorij tum eloquentiâ præstantes, tum etiam poëticis facultatibus nobiles, quorum idem Sidonius meminit in carmine ad Felicem.

e *Sidon. lib. 1. Epist. 9.*

XIV.

IESV CHRISTI
Annus 468.

SIMPLICII PAP. Annus 1. LEONIS 12. ANTHEMII 2. IMPP.

CHRISTI Redemptoris annus quadringentesimus sexagesimus octauus vnius tantum iterati Consulatus Anthemij notâ habetur inscriptus: nam Sidonius, qui Romæ existens in hoc eius Consulatu carmen habuit Panegyricum, hæc de secundo hoc Anthemij Consulatu [f]:

I.

Annum pande nouum, Consul vetus, & sine fastu
Scribere his Fastis

Collega enim in primo Consulatu accesserat ante annos tredecim Valentiniano Augusto octauùm Consuli. Cùm verò Romæ probè cognita esset Sidonij excellentia in carminibus edendis: quonàm modo à Basilio Exconsule viro eminentissimo rogatus fuerit in nouj Consulis ipsius Augustiq; laudem aliquid ex more canere, ipse in posteriori epistola ad Heronium data declarat his verbis [g]: *Illicèt dum per hunc amplissimum virum aliquid de legationis Aruernæ petitionibus elaboramus, ecce & Kalenda Ianuariæ, quæ Augusti Consulis mox futuri repetendum Fastis nomen operiebantur. Tunc Patronus: Ea (inquit) Solli meus; quamquam suscepti officij mole grauaris: exerce, volo in obsequium noui Consulis veterem musam, votuum quippiam vel tumultuarijs fidibus carminantem.* hæc ipse: porrò præstitit egregiè Sidonius, quod fuit à Basilio postulatum; cuius petitione se tunc ab eodem Imperatore Præfecturam obtinuisse, testatur. His consentiunt quæ idem Sidonius habet in epistola ad Firminum his Sapphicis:

f *Sidon. in Panegyr. Anthem. in princip.*

Quamquàm post visus propè post bilustre
Tempus, accepi cupiens honorem,
Quo patrum ac plebis simul vnus olim
Iura gubernat.

g *Sidon. lib. 1. Epist. 9.*

Planè significans se post decennium à Maioriani Consulatu, quo Romæ fuit, iterum remeâsse illuc, potitumque honore Præfecturæ, contigit Maioriani Consulatus anno Domini quadringentesimo quinquagesimo octauo.

II.

Hoc pariter anno, dum idem Sidonius adhuc moraretur in Vrbe, Aruandus Galliarum Præfectus querelis pulsatus plurium virorum illustrium, iussus est venire Romam ad dicendam causam: de cuius iudicio eiusdem Sidonij extat epistola ad Vincentium data. Haud verò leuis

fuit

fuit accusatio, quâ criminis læsæ maiestatis constitutus est reus, postulatusque iudicio, nimirùm quòd Galliarum partes Romano subiectas Imperio clàm prodere tentâsset Euarico Gothorum Regi, tum rerum Romanorum, tum etiam Catholicæ pietatis infensissimo hosti. Porrò totius rei gestæ seriem quàm exactissimè ipse Sidonius ad Vincentium scribens enarrat: res sanè digna auditu, in qua complura inuenias impressa vestigia antiquitatis, est autem huiusmodi ad eum data epistola *:

III. ARVANDI CAVSA. Angit me casus Aruandi, nec dissimulo, quin angat. Nã hic quoque cumulus accedit laudibus Imperatoris, quod amare palàm licet & capite damnatos. Amicus hominis sui super quam morum eius facilitas variet atq; patiebantur. Testatur hoc, propter ipsum nuper mihi inuidia constata, cuius me paulò incautiorem flamma detorruit. Sed quòd in amicitia steti, mihi debui. Porrò autem in natura ille non habuit diligentiam perseuerandi: liberè queror, non insultatoriè: quia fidelium consilia despiciens, fortunæ ludibrium per omnia fuit. Denique non eum aliquando cecidisse, sed tam diu stetisse, plus miror. O quotiens sæpè ipse se aduersa perpessum gloriabatur, cùm tamen nos ab effectu profundiore ruituram eius quandoque temeritatem miseraremur: definientes non esse felicem, qui hoc frequenter potiùs esse quàm semper iudicaretur. Sed gubernationis suæ ordinem exposcis. Saluâ fidei reuerentiâ, cui a amico etiam debetur affectio, rem breuiter exponam.

IV. Præfecturam primam gubernauit cum magna popularitate, consequentemq; cum maxima populatione. Pariter onere depressus æris alieni, metu creditorum, successuros sibi optimates æmulabatur. Omnium colloquia ridere, consilia rimari, officia contemnere, pati de occurrentium raritate suspicionem, de assiduitate fastidium: donec odijs publici mole vallatus, & priùs cinctus custodijs, quàm potestate discinctus, captus destinatusq; peruenit Romam. Illicò tumens, quod prospero cursu procellosum Tusciæ litus enauigâsset, tamquam sibi benè conscio ipsa quodammodò elementa famularentur: in Capitolio custodiebatur ab hospite Flauio Asellio Comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semifumantem Præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur.

V. Interea legati prouinciæ Galliæ Tonantium Ferreolum Præfecturiæ Afranij Syagrij Consulis è filia nepos, Thaumastumque & Petronium maximâ rerum verborumq; scientiâ præditi, & inter principalia patriæ nostræ decora ponendi, præuium Aruandum publico nomine accusaturi cum Gestis decretalibus insequuntur. Qui inter cætera quæ sibi prouinciales agenda mandauerant, interceptas litteras deferebant, quas Aruandi scriba correptus dominum dictâsse profitebatur: Hæc ad Regem Gothorum charta videbatur emitti * pacem cum Græco Imperatore dissuadens, Britannos super Ligerim sitos impugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Galliam diuidi debere confirmans, & in hunc fermè modum plurima insana, quæ iram Regi feroci, placido verecundiam inferrent.

* emitti

VI. Hanc epistolam lasæ maiestatis crimen ardenter Iurisconsulti interpretabantur. Me & Auxanium præstantissimum virum tractatus iste non latuit: qui Aruandi amicitias, quoquo genere incursas, inter ipsius aduersa vitare, persidum, ignauum, barbarum computabamus. Deserimus igitur nihil tale metuenti totam perimachiam, quam summo artificio acres & flamei viri oculere in tempus iudicij meditabantur: scilicèt vt aduersarium incautum, & consilijs sodalium repudiatis, sibi soli temerè fidentem, professione responsi præcipitij involuerent. Dicimus ergo, quid nobis, quid amicis secretioribus tutum putaretur: Suademus nihil quasi lene fatendum, si quid ab inimicis etiam pro leuissimo flagitaretur: ipsam illam dissimulationem tribulosissimam fore, quò facilius securitatem persuasionis inferrent. Quibus agnitis, proripit sese, atque in conuicia subita prorumpens; Abite, degeneres (inquit) & Præfecturis patribus indigni, cùm hac super aranea trepidatione: mihi (quia nihil intelligitis) hanc negotij partem finite curandam: Satis Aruando conscientia sua sufficit: Vix illud dignabor admittere, vt aduocatis mihi in actionibus repetundarum patrocinentur. Discedimus tristes, & non magis iniuriâ, quàm rerore confusi. Quis enim medicorum iure moueatur, quotiens desperatum furor arripiat.

ARVANDI MIRA PROCACIA.

VII. Inter hæc rem noster aream Capitolinam percurrere agitatus, modò subolis salutationibus pasci, modò crepantes adulationum bullas vt recognoscens, libenter audire, modò serica & gemmas & pretiosa quæque simulacra rimari, & quasi mercaturas * trapezatarum inspicere, prensare, deprecari, deuoluere, & inter agendum multum de legibus, de temporibus, de Senatu, de Principe conqueri, quòd se, non priùs quàm disceret, vilescerent.

* mercaturas

Pauci medij dies, & intrat Prætorium * frequens Senatus (sic pòst comperi: rem inter ista discesseram procedit noster ad Curiam, paulò ante detonsus, pumicatusq; cum accusatores semipullati atque concepti nuncios à Decemviris operirentur, & ab industria squalidis præripuissent misero debitam miserationem sub inuidia sordidatorum. Citati introimetuntur: partes (vt moris est) è regione consistunt. Offertur Præfectorijs ante propositionis exordium ius sedendi. Aruandus tam tunc infelicis impudentiâ concito gradu medijs prope Iudicum finibus ingeritur. Ferreolus circumsistentibus latera collegis, verecundè ac leniter in vno subselliorum capite concedit: ita vt non minùs legatum se, quàm Senatorem reminisceretur; plus ob hoc postea laudatus, honoratusq; dum hæc & cui procerum defuerant, assurgunt partes, legatio proponunt. Epistola pòst prouinciales mandatum, cuius suprà mentio facta est, profertur: atque cùm sensim recitaretur, Aruandus necdum interrogatus, se dictâsse proclamat. Respondet e legat, quoniam valdè nequiter constaret, quod ipse dictâsset. At vbi se furens ille, quantumque cadret ignarus, bis terq; repetitâ confessione trans sodit: acclamatur ab accusatoribus, conclamatur à Iudicibus, rerum se læsæ maiestatem confitentem texisti. Ad hoc, & millibus formularum iuribus id sanxentibus singulabatur. Tum demùm laboriosus tardâ pœnitudine loquacitatis impalluisse perhibetur, serò cognoscens posse reum maiestatis pronunciari etiam eum, qui non affectâsset hostium purpuratorum.

VIII. * intracta tionium DAMNATVR ARVANDVS CRIMINIS MAIESTATIS.

Confestim priuilegij gemina Præfectura, quam per quinquennium repetitis fasibus rexerat, exauguratus, & plebeia familia non vt additus, sed vt redditus publico carceri adiudicatus est. Illud sanè arumnosissimum (sicut narrauere qui viderant) quòd quia se sub atratis accusatoribus exornatum ille politum q; Iudicibus intulerat: paulò pòst cum duceretur, additus miser, nec miserabilis erat. Quis enim super statue re nimis inflecteretur, quem videre accuratum delibutumq; latomijs aut ergastulo inferri? Sed vt iudicio vix per hebdomadam duplicem comperendinato capite mulctatus, in insulam Corsicam est serpentis Epidauri: ibi vsque ad inimicorum dolorem deuenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu Fortunæ nauseantis exputus, nunc ex vetere Senatus consulto Tiberiano triginta dierum vitam pœnitentiam trahit, vncum & gemonias & laqueum per horas tur bulenti carnificis horrescens. Nos quoque quidem, prout valemus, absentes pro sentes q; vota facimus, preces supplicationesq; geminamus, vt suppenso ictu iam iam q; mucronis exerti, pietas Augusta seminecem (quanquàm publicatis bonis) vel exilio muneretur. Illo tamen, seu expectat extrema quæque, seu stabilitet, infelicius nihil est, si pòst tot notas iniustas contumelias q; aliquid nunc amplius, quàm viuere timet, Vale. Obseruasti, puto, antiqui formam iudicij, de quo essent complura notanda: sed quòd pendamus aliò, ea istiusmodi facultatis curiosis exquisitoribus derelinquimus. Spectasti tanquam in scena tragœdiam, dignum humanæ miseriæ monimentum: quo & illud pariter admonemur, peccata hominum in patratores ipsorum quibuslibet acculatoribus acriora insurgere testes & vindices.

IX.

X. CASSIODORI LOCVS EMACVLATVS. Quid autem postquàm hæc scripsit Sidonius, Aruando contigerit, nusquam memini: cæterum ex Cassiodori emaculato loco accipere licèt, Sidonij preces à Deo exauditas, flexumq; esse Imperatoris animum, vt miserum sub laqueo & vnco periclitantem, trahendum per scalas gemonias, proijciendumque in Tiberim, expauentem absoluerit, atq; exilij pœna compensârit. Id, inquam, textus Cassiodorij in Chronico nobis insinuat, si quis eum in priscinam veritatem, explosâ corruptione, restituat: qui sic se habet secundum deprauatam veterem editionem, sub anni sequentis Consulibus: *Arabundus Imperium tentans, iussu Anthemij exilio deportatur.* hæc ibi: sed qui putauit emendare, enormiùs deturpauit, dum habet loco, Arabundi, Ardaburium; motus fortassè, quòd his temporibus Ardaburius potentissimus viueret, qui pulsatus est crimine maiestatis: at ille non exulauit, verùm omnium sententiâ occidi meruit, nec quidem Romæ, sed Constantinopoli, neq; ab Anthemio, sed à Leone Imperatore talia pallus: vt planè appareat, loco, Arabundus, esse restituendum, non Ardaburius, sed Aruandus. Quibus etiam intelligas, Aruandum hoc

dum hoc anno è Præfectura Galliarum amotum atque damnatum, anno sequenti in exilium deportatum. At magno Galliarum accidit infortunio, vt non vnum Aruandum proditorem pati contigerit, sed plures: siquidem haud modestior vel fidelior fuit ille Præfectus, nomine Seronatus. Ita planè infelix populus vel sub barbarico gladio captiuus ingemiscebat, vel sub sceleratorum Præfectorum securibus lugens lamentabatur.

XI. Sed audi alias Sidonij de Seronato in Gallijs Præfecto querelas, cùm ad Ecdicium scibit, vt periclitanti patriæ sub diro tyranno subueniat: [a] *Redijt* (inquit) *ipse Catilina seculi nostri imperemptoribus, vt sanguinem fortunatarum miserorum, quas ille sibi ex parte propinauerat, hic ex asse misceret. Scitote me coeperè despirare spiritum diu dissimulati furoris aperiri: apertè inuidet, abiectè fingit, seruiliter superbit, inducit vt dominus, exigit vt tyrannus, addicit vt iudex, calumniatur vt barbarus; totâ die à metu armatus, ab auaritia iciunus, à cupiditate terribilis, à vanitate crudelis, non cessat simul furta vel punire, vel facere palàm, & ridentibus connocatis: rultat inter ciues pugnas, inter barbaros litteratas epistolas, ne primùs quidem apicibus sufficienter initiatus, publicè à tactantij discat, ab impudentia emendat: totum, quod concupiscit, quasi comparat: nec dat pretia, contemnens; nec accipit instrumenta*, desperans: in consilio tacet, in Concilio iubet: in Ecclesia vocatur, in conuiuio vocat, in cubiculo damnat, in quæstione dormitat, implet quotidiè siluas fugientibus, villas hostibus*, altaria reis, carceres clericis; exultans Gothis, insultans Romanis illudensq; Præfectis, colludensq; muneratijs, leges Theodosianas calcans, Theodoricianasq; proponens; veteres culpas, noua tributa perquirit.* hæc & alia Sidonius, rogans Ecdicium, quàtocicius his occurrere: quæ quidem his Anthemij temporibus accidisse, in fine declarat. Verùm & hunc prodentem Gothis Gallias, cõstat manifestatis iudicio postulatum, scelus capite luisse: nam idem Sidonius [b] hæc de eo ad Græcum Episcopum: *Ille amore Reipublicæ, Seronatum barbaru prouincias propinantem, non timuere legibus tradere, quem conuictum deinceps Respublica vix præsumpsit occidere.* hæc Sidonius.

[a] *Sidon. lib. 2. epist. 1.*

SERONATVS PRÆFECTVS SCELESTISSIMVS.

* instrumenta

* hostibus

[b] *Sidon. lib. 7. epist. 7.*

XII. Sed ex his illud obserua, non Euaricum primò (vt Isidorus [c] habet) iura Gothis scripta dare cœpisse, sed Theodoricum eius prædecessorem, quas Sidonius Theodoricianas leges appellat, non ergo sub Euarico Gothi legum instituta (vt ait) scriptis habere cœperunt, sed sub Theodorico eius prædecessore.

[c] *Isidor. in Chron. Got. ante 504.*

THEODORICVS GOTHORVM LEGISLATOR

[d] *Saluian. l. 5 de vero iudicio* QVA PASSÆ GALLIÆ A PRÆFECTORIS.

Vidisti Galliarum Præfectos Gallias pessumdantes: vt iam Sidonij testificatione certiùs compertas habeas Salui ani [d] Massilienſis illi, lugentis effusas lachrymas, vtpotè potissimas causas, cur exclusis Romanis, barbari potiri sint Gallijs. Sed audi de his eius lugubres voces, intuere madidas genas, attende suspiria inter cepta singultibus, cùm deplorat res Gallicanas, non ab ipsis tantùm Præfectis, sed ab omnibus eis subiectis ministris labefactatas; nam accipe: *Non* (inquit) *Iudices solùm infausta ista peragunt, sed etiam Iudicibus obsequentes. Quæ enim sunt non modò vrbes, sed etiam municipia atque vici, vbi non quot curiales fuerint; tot tyranni sint? quamquam forte hoc nomine sibi grauiùs terant, quia potens & honoratum etiam videtur: nam & latrones gloriantur, si atrociores admodum quàm sunt esse dicantur. Quis ergo* (vt dixi) *locus est, vbi non à principalibus ciuitatum viduarum & pupillorum viscera deuorentur, & cùm his fermè sanctorum omnium? nam & hos quasi viduas & pupillos habent, quia tueri se aut pro studio professionis suæ nolunt, aut innocentia atque humilitate non possunt: nemo itaque tutus horum est.* & post multa id genus de ijsdem Iudicibus:

XIII. *Quin in similitudinem immanium bestiarum, non vexerunt traditos sibi, sed deuorárunt: non spolijs tantùm hominum* (vt plerique latrones solent) *sed laceratione etiam, & (vt ita dicam) sanguine pascebantur: Ac sic actum est, vt latrocinijs Iudicum strangulati, homines & necati, inciperent esse quasi barbari, quia non permittebantur esse Romani. Acquieuerunt enim esse, quod non erant, quia non permittebantur esse, quod fuerant: cæterùm, sunt saltem vitam defendere, quia iam libertatem videbantur penitùs perdidisse.* & post aliqua: *Sed quid possunt aliud pertimiseri, aut assiduum (immò continuum) exactionis publicæ patiuntur excidium, quibus imminet semper grauis & indefensa proscriptio, qui domos suas deserunt, ne in ipsis domibus torqueantur: exilia petunt, ne supplicia sustineant? Leuiores hi hostes, quàm exactores sunt; & res ipsa hoc indicat: ad hostes fugiunt, vt vim exactionis euadant.* ac post multa, hæc in eodem argumento versatus:

HOSTES BENIGNIORES QVAM MAGISTRATVS.

XIV. *Vbi enim, & in quibus sunt, nisi in Romanis tantùm hæc mala? Quorum in iustitia tanta, nisi nostra? Franchi enim hoc scelus nesciunt: Hunni ab his sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud VVandalos, nihil horum apud Gothos. Tam longè enim est, vt hæc inter Gothos barbari tolerent, vt ne Romani quidem, qui inter eos viuunt, ista patiantur. Itaque illic Romanorum omnium votum est, ne vnquam eos necesse sit in ius transire Romanorum; vna & consentiens illic Romanæ plebis oratio, vt liceat eu vitam, quam agunt, agere cum barbaru. Et miramur, si non vincantur à nostris partibus Gothi, cùm malint apud eos esse, quàm apud nos Romani. Itaque non solùm transfugere ab eu ad nos fratres nostri omnino nolunt; sed etiam vt ad eos confugiant, nos reliquunt. Et quidem mirari satis non possumus, quòd hoc non omnes omnino faciant tributarij pauperes & egestuosi: nisi quòd vna causa tantùm est, quâ non faciunt; quia transferre illuc ruculas atque habitatiunculas suas, familias q; non possunt, &c.* plurimus quidem in his deplorandis est Saluianus.

CVR ROMANI A GOTHIS VINCTI.

Vnde illud intelligas profuisse Romano Imperio, ne simul cunctis Galliarum prouincijs potiti sint Gothi, nimirùm non Romanorum dilectione accidisse, vt se Galli sub eorum dominio continerent, sub quo assiduo gemerent atque lugerent; sed id factum amore Catholicæ fidei, cùm Euaricus Rex Gothorum Arianus esset Catholicorum dogmatum acerrimus impugnator, & ea sectantium persecutor. Benè ergo cessit Romano Imperio Regis barbari tam a perfidia: dum adituri populi Gothos, quo effugerent Præfectorum intolerabilia latrocinia, reuocarentur timore prodendæ Catholicæ fidei: Hincque accidit, vt ad Francos potiùs, quàm ad Gothos, Hunnos, Burgundiones, Sueuos, vel Wandalos (quos omnes Gallias inuadentes Ariana hæresis comitabatur) Gallorum studia se conuerterint; quòd Catholicis populis tutior fides esset apud Gentiles veræ licet religionis ignaros, quàm hæreticos Catholicæ religionis euersores atque persecutores.

XV.

Quomodò autem occasione iniquorum atque rapacium Præfectorum pauperes Galliarum à potentioribus premerentur, eumdem rursum Saluianum ausculta, qui inter lugendum & ista deplorat: *Venunt* (inquit) *plerumque nouis nuncij nouarum epistolarum à summis sublimitatibus missis, qui commendantur illustribus paucis ad exitia plurimorum. Decernuntur hi noua munera, decernuntur nouæ indictiones: decernuntur potentes, quod soluant pauperes: decernit gratia diuitum, quod perdat turba miserorum: ipsi enim in nullo sentiunt, quod decernunt. Sed non possunt* (inquit) *non honorari & liberalius accipi, qui fuerint à maioribus missi. Estote ergo vos diuites primi in conferendo, qui estis primi in decernendo.* At tantùm abfuit, vt id præstarent, vt non modò quid penderent, sed & ex pauperum pensitatione non solùm bonis ipsorum violenta distractione potirentur, sed & ipsas personas in miserandam redigerent seruitutem; cùm non habentes, vnde se alerent, in villas se transferrêt potentium, vbi ex colonis, mutato statu, serui penitùs reddesentur. Sed Saluianum attende:

XVI. POTENTIORES OPPRIMVNT PAVPERES.

XVII. *Et quidem* (inquit) *quia ita infelix necessitas cogit* (vt scilicèt in aliena rura coloni se traderent, qui sua iam perdidissent) *ferenda vtcumque erat extrema sors eorum, si non esset aliquid extremius: Illud grauius & acerbius, quod additur huic malo seruitutis* malum. Nam suscipiuntur vt aduenæ, fiunt præiudicio habitationis indigenæ: & exemplo quodam illius maleficæ potentiæ, qua transferre homines in bestias dicebatur; ita & isti omnes, qui intra fundos diuitum recipiuntur, quasi Circes poculi transfiguratione mutantur: Nam quos suscipiunt vt extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios: quos esse constat ingenuos, vertunt in seruos. Et miramur, si nos barbari capiunt; cùm fratres nostros non faciamus esse captiuos. Nihil ergo mirum est, quod vastationes sunt atque excidia ciuitatum. Dum id plurimorum oppressione elaboramus.*

* seruitutem

PAVPERES REDACTI IN SERVITVTEM.

vt capti-

vt captinando alios, etiam ipsi incipere mus esse captiui, &c. Habes igitur quam amplissimis notis apertissimè demonstari, iustissimũ Dei iudicium permissum occupari à barbaris Gallias, pellique Romanos. Sed iam de his hactenùs.

XVIII. PAGANI MOVIS E DICTIS EXAGITATI a Lc. C. de Epis. audi.

Quod verò ad res pertinet Orientales: quòd non hæreticis tantùm, sed & Gentilibus idololatris abundarent ciuitates, Leo Imperator aduersus eosdem hoc anno edidit sanctionem, quâ vetuit, ne qui Christiani nouo esset, causas agere in iudicijs præsumeret [a]. Huius autem edendæ sanctionis causa illa præcessisse videtur, quod accidisse ante hæc, Cedrenus tradit, vt Isocasius Quæstor, qui philosophum etiam profiteretur, cum delatus esset apud Iudicem cultor Gentilitiæ superstitionis, coram Pulcherio Præfecto Prætorio causam dicturus, cauillo quodam iudicium eluisset. Reperitur præterea his temporibus, quibus cum Anthemio Leo imperabat, aliam insuper sanctionem [b] aduersus Paganos ab eodem esse promulgatam. Sed & hoc anno euenisse Marcellinus habet in Chronico, vt Dux exercitus Marcellinus, siue Marcellianus, homo Paganus à suis occisus fuerit, alioqui de republica bene meritus, meminit Marcelliani huius Procopius, cùm de comparatâ à Leone Augusto ingenti classe aduersus Wandalos in Africa degentes agit. Hæc quidem de classe hoc anno facta esse, cùm quæ nece Marcelliani sunt dicta docent, tum Cedrenus adstipulator accedit. Procopius autem rem gestam sic narrat [c]:

b l. C. de P. gan.

c Procop. de bello VVand. l. 1

XIX. LEO IMP. CLASSEM PARAT ADVERSVS VVANDALOS.

Talem igitur Imperator Constantinopolitanus audaciam Genserici incursantis Orientales oras *perosus, contra VVandalos mouere decreuit. Cuius exercitus terrestris fertur ad millia centum fuisse, classis autem magnitudinem vndi quaque ex omni Græcia collectam habuit: in milites & nautas sumptus ingentes ostendit: eò quòd contra barbaros proculturi essent. Ferunt enim millia trecenta frustrà hoc bello erogâsse: Et vt victoriam de VVandalis minimè assequeretur, classis Præfectum Basiliscum misisse* (quem diximus fuisse Eutychianum hæreticum & illorum patronum) *Verùm coniugis frater em, Imperio tunc maximè fidum, quod tutam sibi fore arbitrabatur, Aspare durante amicitia. Ipse enim Aspar, quòd secta esset Arianus, Imperator esse non valuit: Leonem tamen fallere potuit, cui paulò post insidias visus est tendere, metuens, ne ex victoria VVandalica successu elatus, non æquus ei, tum cæteris Imperij rebus foret. Quapropter multa Basiliscо discedenti mandasse, cùm vt bellum duceret, suasisset, fertur.* At quid boni euentus spei concipi potuit, cum Duces primarij essent hæretici? Sed pergit:

XX. DE MARCELLIANO ET HERACLIO.

Leo verò iam Anthemium Senatorem opibus & genere magnum ad Imperium Occidentale suscipiendum miserat, vt VVandalorum bello auxilio foret. Genserico verò Olybrio item Senatori potentissimo pollicetur, vt si vnà conspiret, ei Occidentis Imperium; simul cum Valentiniani filia Placidia se daturum. quo fretus, maiores assumpsit spiritus, audaciusq; omnem Imperij diuisionem vexauit. Erat eâ tempestate in Dalmatia quidam Marcellianus, notus Aetio, vir admodum probus; qui post Aëtium interfectum, ad Imperatorem redire recusauit, res in ea parte nouas excitando: eâq; fuit potentiâ, vt nemo resistere auderet. Leo igitur hunc metuens, omnibus modis sibi conciliatum in Sardiniam misit, vt eam à VVandalis liberaret: quod & breuiter & facile factum. Heraclium interea à Byzantio cũ classe in Africam venientem, apud Tripolim VVandalos vicit, nauibusq; dimissis, cum exercitu pedestri aduersus Carthaginem tendit: à Carthagine non minùs ducentis octoginta stadijs distans applicuit, vbi Mercurij templum antiquitùs conditum fuit, quod si minimè cunctatus, inde è vestigio Carthaginem adiuisset, ipsam procul dubiò cepisset.

XXI. BASILISCI PRODITIO INGENS.

Genserico autem, vbi Sardiniam ac Tripolim captas audiuit, simulq; Basilisci classem ingentem animaduertit: Leonem Imperatorem, vt admodum inexpugnabilem, formidare cœpit. Tantam itaque victoriæ occasionem amisit Ducis siue tarditas, siue ignauia, seu etiam proditio. Genserico autem Basilisci socordiam nactum, hæc gessit: In primis subditos omnes velociter cum nauibus, quibus potest, armat, partim virûm vacuas mittit, vt repentè ad nauigantes, cum instrumentis ac munitionibus sint profecturi paratis: interimq; legatos ad Basiliscum mittit rogatum, vtique quinque dierum spatio prælium supersedeat, dùm quidnam factum sit, tempus habeat deliberandi, an Imperatori obtemperet, ac cum eo conueniat. Fuerunt quidem hanc auri corruptione nactam opportunitatem fuisse. Et hæc quidem hoc modo se habere. hactenùs Procopius, à quo multa quidem esse prætermissa quiuis.

Atque primùm quod ad numerum nauium pertinet, magnam sanè admirationem legentibus affert Nicephorus [d], dum tradit, paratam tanto tempore, tantoque impendio classem continuisse numerum nauium mille atque centum. Sed & illud funestum ex Basilisci proditione factum, cùm classes ambæ ad prælium dispositæ essent: ipsum nimirùm absque pugna nauem prætoriam, quâ vehebatur, protrum vertere, & è classe sub duci iussisse, tamquam fugâ labentem: quo viso, & reliquas naues prætoriam esse secutas, & sic quam præ manibus victoriam certam haberent, hostibus infeliciter ab eo traditam esse: Sed quasi parua hæc damna fuissent, additum, vt cùm post fugam absque solertiæ custodia esset relicta classis, eademque reperta absque præsidio, ab insequenti Wandalica classe incensa fuerit.

d Nicep. l. 15. c. 27.

XXII.

XXIII. CVR CONSPIRARIT CVM ASPARE ET ARDABVRIO BASILISCVS.

Porrò hæc omnia in gratiam Asparis & Ardaburij, qui in Leonem infenso animo erant, Basiliscus esse operatum constat, cùm ab eo pollicitationem accepisset Imperij: quam implere neq; posset, si ex sententia Leonis res prospere cederent. In aliquam igitur eum necessitatem conijciendum illi dicebant, vt possent ipsi aduersus eum angustiâ pressum, nouum, qui subsisteret, erigere protinus Imperatorem. Fuisse autem hæc tradunt inter eos pactionis iure transacta, vt Ariani ipsi Duces, & potentiâ cæteris eminentes, Basilisco conferrent Imperium; ille verò rependeret, vt Arianis suam ipsorum liceret propagare perfidiam. Cuius rei causâ ijdem Duces Ariani Genserico Wandalorum Regi Ariano, & Arianæ hæresis ardentissimo defensori, occultò patrocinari semper studuerant, & hactenùs opem ferre non desinerent: quorum dicta ex causa aspirabat votis impius Basiliscus. hæc ex Nicephoro [e] habes & alijs. Amissâ autem classe, iactura pariter facta est exercitûs? qui iam absque obice prope Carthaginem victor accesserat, animo consternatis ipsis Ducibus atque militibus, cùm viderent, omni amicâ classe funditùs perditâ tanto se esse præsidio destitutos.

e Nicepb. l. 15. c. 27.

XXIV. HARETICI PROCVL PELLENDI.

Videsne, lector, quanto periculo, quantaque iactura sinantur hæretici in aula versari, quantoque grauiori dispendio publicarum rerum eisdem administratio concedatur & maximo omnium damno expeditio bellica, in qua rerum vertitur summa, credatur; cùm certum sit, aueros semel à Deo homines, Ecclesiæ perduelles omnia agere proditionè & hostiliter? Atque simul attende, quanto sit detrimento Reipublicæ nimia Imperatorum facilitas in tolerandis hæreticis, sese omnibus dolis atque fallacijs insinuantibus & intrudentibus: quod suo maximo damno Leo expertus est Imperator, dum quem auersari ac procul abijcere hominem debuisset, quem sciret haud Chalcedonensis Concilij esse hostem decretis; assimilatis tamen plus, quàm veritati habita ratione, ipsum coniugi suæ Verinæ germanum perfidum Basiliscum, in sui totiusque Romani Imperij interitum, serpentis instar, in sinu fuit & aluit. Quam par fuisset Christiano Imperatori agere exemplo Dauidis dicentis f: *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* frustrà namque legibus exagitabat hæreticos, & erigere conabatur collapsam in Oriente Catholicam fidem, dum domi retineret contraria scripta dantem, & fidem Catholicam pedibus proculcantem. Sed quid post hæc?

f Psa. 138.

XXV. BASILISCVS A VERINA LIBERATVS.

Summi sceleris sibi conscius, & apertissimæ proditionis reus ab omnibus, cùm reuersus esset Constantinopolim, cõclamatus, profugus instar Cain, impius Basiliscus, ad asylum Catholicæ Ecclesiæ, quâ sæpiùs violarat, cõcito gradu cõfugit: Quę soror eius Verina Augusta liberauit, amandauitq; hominẽ ignominia circumleptũ, maledictisq; iugiter impetitum Perinthũ Thraciæ, vbi ageret. hæc ex Nicephoro. Leo autẽ in auctores sceleris Asparem & Ardaburium, cùm ansa daretur, quam quærebat, in animũ duxit vlcisci: quando autem id perfecerit, suo loco dicemus.

XXVI. REX HVNNORVM OCCISVS.

Sed et si proditione hæretici hominis res nautica perij, & classicus apparatus instar nubium in auras dissolutus penitùs fuit: alia tamen ex parte; in qua non ab hæretico Duce prœlium agebatur, in Hunnorum Regem Attilæ filium Densicem nomine, patrem ferocia superantem, ducatu insolescentem, res dexterè cor fecta est; adeò vt tota illa omnibus metuenda potentia, præter expectationem, fuerit diuina ope protrita. Superatis enim illis, ipsoque eorum Rege occiso, eius caput in conto Constantinopolim magna gloria omnium que lætitia delatum est. hæc quidem de capite Regis habet Marcellinus sub huius anni Consulibus. Quod autem tanta hæc leuissimè attigerunt historici, inde factum puto, quòd (vt ait Euagrius a) Priscus Rhetor eius temporis scriptor huiusmodi bella aduersus Scythas (quos Hunnos dicimus) quàm exactissimè prosecutus esset: sed perijt historia ipsa.

a Euag. l. 2. c. 4. 10.

IESV CHRISTI
Annus 469.

SIMPLICII PAP. Annus 2. LEONIS 13. ANATHEMII 3. IMPP.

I. ANNVS, qui sequitur, Domini quadringentesimus sexagesimus nonus Zenonem generum Imperatoris & Marcianum Consules habuit: quo Leo Augustus haud ignarus proditionis Ducum Arianorũ, & cum Gensérico factæ collusionis cum potentissimæ iactura classis, & amissione victoris exercitus, de proditoribus sumpturus pœnas, interim iram cõceptam decoquit in stomacho; quod in opprimendo vi Asparem eiusque filios, periculosa alea iaceretur. Quamobrem arte artem fallere, & proditores proditione perstringere, sagaci consilio studuit; ac proinde tamquam minimè conscius rerum, quæ inter ipsos & Basiliscum atque Gensericum transactæ essent, eosdem maioribus frequentat officijs; vsque adeò, vt filio Asparis Patricio, siue Patriciolo nominato, filiam suã sponderet coniugem, eumdemque Cæsarem nominaret: hunc enim, & non alterum Asparis filium Ardaburium creatum fuisse Cæsarem, tum Marcellinus in Chronico, tum etiam Acta Marcelli Archimandritæ, atque Cedrenus significant; licèt Nicephorus & ante eum Euagrius b Cæsarem creatum tradant Ardaburium, Patricium dignitate, non nomine proprio dictum.

FILIVS ASPARIS CREATVS CÆSAR.

b Euagr. l. 2. c. 10.

II. Iam enim ab ipso Leonis Imperat. exordio exigebat Aspar, vt filius eius Cæsar crearetur, idque tamquam ex pactis conuentis, quòd Aspar fecisset, vt Leo euaserit Imperator. Accidisse verò aliquando tradunt, vt cùm id Aspar exposceret, diceretque comprehensa eius veste: *Imperator, tali purpurâ amictum non licet mentiri.* respondent imperator: *Sanè hoc quoque Imperatorem decet, nemini credere, aut subdi-cum esse: maximè cum incommodo Reipublicæ fierit.* hæc habent Nicephorus c & Cedrenus, qui hæc omnia dolosè acta esse hoc animo à Leone Imperatore cognoscere potuerunt ex dictis lucubrationibus Prisci; nimirùm huiusmodi inter eos tum initum coniugium, non nisi fallendi artem, & decipiendi fuisse consilium. Vt verò tantam diu cupitam dignitatem filio suo Aspar cõsequi posset; quod impedimento esse videbatur Ariana perfidia, primùm voluit eam à filio, Cæsare creando, damnari; sed & se ipsum etiam ad id persuasum ostendit. Cedrenus enim hæc de his: *Eodem anno Asparis filius Patricius Cæsar à Leone creatur, ac Alexandrũ mittitur, quia Asparem ab Ariana secta abduxerat. & sibi benevolum eum reddiderat.* hæc ipse, sed anno superiori, nempe duodecimo Leonis Imperatoris. Nicephorus item tradit, laborâsse Leonem Augustum, vt eos ab hæresi abstraheret Ariana.

QVO TENDAT LEONIS CONSILIVM

c Nicep. l. 15. c. 27. & Cedren. in cõpl. an. 3. Leo Imp.

III. Cæterùm ex Actis sancti Marcelli liquet, designatum esse Cæsarem filium Asparis, cùm adhuc esset Arianus, & ob eam causam magnas turbas excitatas fuisse Constantinopoli. Sed audiamus rem gestam accuratè in eisdẽ Marcelli Actis expressam his verbis d: *Cùm multa accidissent inter Ardaburium & Imperatorem, quæ inter seipsos inimicitiam alebant & suspiciones: ex vtrisque quidem natum est odium. Cùm autem vtrique magnum in se inuicem immineret periculum, neutri autem eorum facilis erat victoria, conuertuntur ad communia ineunda fœdera, nempe vt Asparis quidem filius, frater autem Ardaburij, cùm dixisset vxorem filiam Imperatoris, Cæsar crearetur. Hoc habitem qui accepisset, est alius (vt dixerit quispiam) Sub-imperator: Est enim ei & aurata purpura, & alia insignia Imperij, nisi quòd aurea corona non habet omnia insignia Imperij.* hæc ibi. Verùm si de Cæsaris nominatione primam originem, causam, & significationem scire cupis, consule quæ habet Cicero ad Atticum e. Pergit verò auctor de Cæsaris dignitate & potestate: *Is itaq; accepta hac dignitate, cum viuente quidẽ Imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipse primus & solus accepturus Imperium, & tamquam debita sibi sceptra suscepturus. Eares verò non parum conturbabat Ecclesiam, si rursum sit Imperium Arianum inuasurus. Aspar enim & filij & tota domus Aryinsaniam mirum in modum amplectebatur.*

d Extant ad hæc Sur. die 29 Decemb.

e Cic. ad Att. l. 14. epist. 8.

Cùm itaque omnes essent pleni tumultu, communiter conuenerunt, & ducibus Geladio & Marcello, viro sanctissimo monasterij Acœmetarum Archimandrita, de quo superiùs actio facta est, *venerunt ad Hippodromum, vt ab inhonesto & indigno hoc cœpto arcerent Imperatorem: quippe quidem ad hoc erat prompto & alacri animo, sed cedebat tempori Asparis & Ardaburij. Cùm ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque Deus ostendit Ducem, & tantum interesse inter sanctum Marcellum Acœmetarum Abbatem & alios sacerdotes atque Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Imperatorem, atque adeò si velis, inter militem & Ducem. Hoc fuit euidens signum: Nam inter ambulandum, videbant ij, qui digni erant ea videre, iuuenem quidam staturâ maximum formâ autem pulcherrimum & zona cinctum aureâ ejusquidem tam candidum, vt niueum videretur, super tales, tam lucidum ante, vt luce coruscaret: Læna verò erat tunica eaq; tam candidior. Eũ ergo videntes à sinistris simul cum magno Marcello ambulantem veluti quẽdam satellitem, simul terribile & mannm veluti supponentẽ sustinuisse senem, & cum maxima reuerentia non desisse eis inservire.* Visio tamen (vt auctor ait) non omnibus manifesta, sed testibus prædestinatis à Deo. At pergit:

VISIO DE ANGELO CONSTANTEM MARCELLVM.

IV.

Cùm autem ingressi essent in eum locũ, in quo oleba sedere Imperator: erat quidẽ sic quoq; Marcellus omnia ays, qui erant Ecclesiæ, quinetiam libere loquebatur ad Imperatorem; & illi addebat animũ, & quodãmodo eos hortabatur ad certamen pro Christo suscipiendũ. At illi quidem cùm omnia effecissent, propter quæ venerant, quæ quidem erant, vt Asparis filius aut rectè disceret opinionem aut dignitatem Cæsaris non acciperet, hæc q; cùm illis pollicitus esset Imperator: latantes exierunt. Ille verò rursus adolescens & altissimus & splendidissimus visus est adhuc adesse, & verè arcum Marcello. Cùm verò eum deduxisset vsque ad portas, de cætero euanuit ab oculu. De quo nullus dubitauit ex his, qui viderant, sed euidens admodum fuit, eum fuisse Dei ministrũ virili habitu indutũ, qui missus sacrat, vt esset custos & satelles Marcelli, qui ab eo fuit tantum tanto honore. hæc quidem, qui puriores oculos habuerunt, comites S. Marcelli videre meruerunt, quæ cæteris erant occulta: quibus planè significatum est, pijs pro fide certantibus Angelos ad ministerium præsto esse. Testatur & Zonaras f, clericos & monachos cõuenisse Imperatorem, & exclamâsse cõtra eũ, vt Cæsar Catholicus crearetur. *Haud ita pòst* (subdit auctor,) *acceperunt finem ea, quæ idem Marcellus prædixit.*

f Zonar. Annalib.

V.

VI. DE LEONE CVM DRACONE PVGNANTE VISIO.

At quæ nã fuerit ista ex accepta visione prædictio, accipe: *Cũ sepost orationẽ sõno aliquando dedisset, ei apparuit visio illa erat autem huiusmodi. Pugnabãt inter se Leo & draco sed draco quidẽ cũ esset ingentis magnitudinis, & audaleonem verberabat & torquebat, leo verò dolebat quidẽ, & ad se defendendũ excitabatur, & draconẽ obiens, inaniter depugnabat, & eũ nihil ledebat: quos q; ipse quidem defessus plagis, humi totus iacebat afflictus & imbecillus. accipiebat vino statũ illũ Leonis Imperatoris, cùm anno superiori dolo Asparis florentissimus in Africam missus exercitus, perijt, & classis relicta est Genserico comburenda. Sed subdit: Inde cùm se rursum leo paululũ recreasset, & veluti e quodam somno surrexisset, magno vehementiq; impetu draconem insiliit, eumq; pronum in ventrẽ prostrauit. Hoc cùm diuinus vidisset Marcellus, & accuratissimè contexisset, prædixit haud ita multo pòst Asparem & Ardaburium esse cum toto genere interimendum ab Imperatore.* & infrà: *Haud ita multo pòst acceperunt finem*

ea, quæ prædixit, nimirùm sequenti anno. agemus itaque de his fusiùs suo loco.

VII. Hoc item anno Leo Imperator ad conciliandam sibi in summo rerum discrimine Diuinitatem, mense Decembris, de sanctificandis festis diebus, prohibendisque in eisdem Circensibus, scenicisque spectaculis, eiusmodi promulgauit sanctionem [a].

a Lvlt. C. de feriis. DE FESTIS DIEBVS LEONIS CONSTITVTIO.

Dies festos Maiestati altissimæ dedicatos, nullis voluimus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus venerandum, vt à cunctis executionibus excusetur. Nulla quemquam vrgeat admonitio, nulla fidei iussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat: sit ille dies à cognitionibus ademus, præconis horrida vox filescat, respirent à controuersiis litigantes, & habeant fœderis interuallum: ad sese simul veniant aduersarij non timenti, subeant animos vicaria panitudo, pacta conferant, transactiones loquantur.

VIII. Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula. Et si in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas incideris, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemq; patrimonij sustinebit, si quis vnquam hoc die festo spectaculo interesse, aut cuiuscunque Iudicis apparitor prætextu negotij publici, vel priuati, hac, qua hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris, Constantinopoli, Zenone & Marcellino Consulibus.

SPECTACVLA VETITA DIEBVS FESTIS.

Sic itaque dies festos sequentis anni piâ religione custodiendos voluit, in quo magnum de extinguendis tyrannis & occultis Imperij perduellibus negotium tractaretur. Quòd enim animo destinârat eam de proditoribus peragendam esse tragœdiâ in ipsis Circensibus, eâ noluit celebrari die Dominico: ne licèt iusta esset vltio, tamen diem sacram ignominia videri posset labefactâsse.

IX. Si qui totus in sacris erat Augustus, hoc pariter anno ipsius pietate dignam aduersus intrudentes se simoniaca prauitate in Episcopatum legem edidit, quâ & docuit, quales esse deberent in Episcopos ordinandi, & Armatum (ita legendum, non Armatum) Præfectum Prætorio ista rescribens [b]:

b Lvt Cod. de Episc. & cler.

Si quemquam vel in hac regia vrbe, vel in exteris prouinciis, quæ toto orbe diffusa sunt, ad Episcopatûs gradum prouehi, Deo auctore contigerit: sincero omnium iudicio proferatur: Nemo gradum sacerdotij pretij venalitate mercetur: quantum quisque mercatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profectò enim qui locus tuus, & qua causa esse poterit excusata, sicut veneranda Dei templa pecunijs expugnentur? Quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auro sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit & securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus: vt quocunque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet. Nec pretio, sed precibus ordinetur Antistes. Tantùm ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, innitatur effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.

X. *Cùm sane si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecunia interuentu subiisse, aut si quis vt alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepisse detegitur: ad instar publici criminis, & læsæ Maiestatis accusatione proposità, à gradu sacerdotij retrahatur: nec hoc solùm deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: Vt eos, quos par facinus coinquinat & æquat, vtrosque similis pœna comitetur.* Dat. octauo Idus Maias, Constantinopoli, Marciano & Zenone Consulibus. ita planè Leo Augustus, probè sciens cessura omnia prosperè Imperatoribus, quibus purus Christianæ religionis cultus est cordi.

Quantum verò istiusmodi sanctè pieque sanctis diuinum conciliauerit sibi numen, quæ sequenti dicentur anno, docebunt.

IESV CHRISTI
Annus 470.

SIMPLICII PAP. Annus 3. — LEONIS 14. IMPP. ANTHE. 4.

I. DE CONSVLATV SEVERI DIVE SEVERIANI.

SEPTVAGESIMVS supra quadringentesimum qui volutus annus, Consulatu Seueri atque Iordani receptus publicis indicibus reperitur: sed pro Seuero, reperimus alicubi scriptum, Seuerianum. Constat quidem his temporibus claruisse in administratione Reipublicæ Seuerianum virum amplissimum, magnæ potentiæ hominem, cuius gratiam Zeno, qui in Imperium Leoni successit, demerere curauerit: eumdemque hostem implacabilem fuisse Aspari & Ardaburio, Suidas de eo pluribus agens, affirmat [c], pariter docens se his vixisse temporibus, dum air, auditorem fuisse Seuerianum Isocraticas orationes explicantis, magistrumque illum pariter exitiale Iuliani, eiusdem Suidæ fratris maioris natu. Hoc igitur aduersario Asparis & Ardaburij Consule aduersus eos Leo Imperator insurgens, statum imperij corroborauit. Si verò magis placet legere Seuerum, quàm Seuerianum: & Seuerum scias vixisse virum clarissimum Constantinopoli, cuius idem Suidas meminit. Quod ad tempus, quo Suidas vixerit, spectat: etsi ex his optimè pateat, his eum vixisse temporibus: tamen cum alibi idem ipse insinuet, se vixisse sub Philippo Imp. qui imperauit anno Domini septingentesimo duodecimo insuper & cum in verbo, Adam, chronologiam mundi extendat vsque ad annum nongentesimum septuagesimum sextum, quo obijt Ioannes Tzimisis Imp. vt affirmemus, nos inducit, volumen ipsum vtique à Suida conscriptum aliorum diuersorum auctorum esse locupletatum additamentis, vt in alijs Lexicis nouimus contigisse.

c Suid. in Seuerian.

II. DE NECE ASPARIS ET FILIORVM.

Hoc autem anno (inquit Marcellinus [d]) *Aspar primus Patriciorum cum Ardaburio & Patriciolo filijs, illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæsare, genero, Leonis appellato, Ariano cum Ariana prole, gladiorum cuspibus in palatio vulnerati interiit.* hæc ipse, pro instituti ratione, summatim quo tempore quid factum sit docens: sed Cassiodorus ponit sub anno sequenti. Rem gestam pluribus prosecutum fuisse Priscum Rhetorem huius temporis scriptorem, Euagrius tradit [e]: ex quo vix ista ipse prodidit: *Non solùm hæc res, quæ ad institutionem Anthemij Imperatoris & ad classem aduersus Genserichum missam pertinent, à Prisco Rhetore accuratissimè conscripta sunt, verùm etiam quomodo Leo Asparem, qui Imperium ei tradiderat, per dolum, quasi mercedem honoris, ad quem ipsum extulerat, ei reddituros, è medio sustulit: quinetiam filios eius Ardaburium, quem autea Cæsarem creauerat, & Patricium, quo Aspar patris eorum insolentiam & insectationem ludificaretur, itidem interfecit.* hæc ex Prisco Euagrius sciunè admodum, factum dum exat tradens non quo modo res peracta sit, indicans. Sed Nicephorus paulò fusiùs narrat verbis istis [f]:

d Marcell. in Chron.

e Euagr. l. 2. c. 15.

f Nicepb. l. 15. c. 27.

III. POPVLVS EXCLAMAT IN ARIANOS.

Vbi Constantinopolitani cognouerunt, Asparem scilicèt cum filijs aduersus Imperium machinari, *contra eos concitati sunt, & in Hippodromo comitijs eos acerbè proscinderunt.* infensissimè quidem tulerunt Cæsarem esse creatum hominem Arianum, mox post obitum senis plenè in Imperium successurum: Recordati enim, quæ sub Arianis Imperatoribus Constantio atque Valente Constantinopolitani maiores ipsorum passi essent: sub eodem rursus iugo subijci impatientes, eo nyodo in nouum Cæsarem & patrem eius alios que Arianos vociferati sunt in Circo, adeoque tumultuariè, vt populus ibi degens timendus illis admodum esset, ne rapido impetu, rabidoque furore in eos insiliret, atque discerperet. Vides hominum insipientiam in propriâ salutem diutissimè laborantium: per annos enim tredecim nihil diligentiùs curauit cum filio Aspar, qui auctor Leoni hâc pollicitatione fuerat, vt crearetur Imperator, quàm

perator, vt filius eius ab eo Cæsar nuncuparetur: ignorans imprudens & hoc sibi fuisque pariturum fore ruinam. Etenim cùm eos populus diutissimè tolerâsset; cùm tamen Arianum super se regnaturum accepit, adeò moleste tulit animo, vt occasione Circensium expectatâ, eos omnes tanquam expeditam diutiùs prædam primò clamoribus oppetiuerint, mox vi publicâ in eosdem, cùm licuisset, acturi. *Illi verò* (subdit Nicephorus) *plebem metuentes, Chalcedonem traiecerunt, exercitu omni eos insequente: & in templum Euphemiæ martyris confugerunt.*

CONFVGIT ASPAR CVM SVIS AD S. CLESIAM.

IV.

Hic siste gradum, lector, & in memoriam reuoca quę ante quatuor annos contigisse diximus, cum confugienté hominem ad Ecclesiam Acœmetarũ, cui præerat S. Marcellus, Ardaburius ad eum inde extrahendum obstinata voluntate persistens milites misit, qui tamen exterriti numine destiterunt. Qui igitur asylum sacrum per milites ptæceperat violandum, ad ipsum vnà cum suis modò cõfugere cogitur, & in eo expectare salutem. Quod ipsum & alijs inconcessa Ecclesiastica iura seculari potentiâ inuadentibus sæpiùs contigisse, quæ superiùs diuersis temporibus dicta sunt, exploratissimum reddũt, patefactumque astare Deum vindicem Ecclesiasticæ immunitatis in eos, qui illam violare conantur. Experiuntur quotidiè Principes à Deo verbera ob violata iura Ecclesiastica, sed nolunt, vel dissimulant intelligere eadem eiusmodi ex causa inflicta esse; vnde accidit, vt grauioribus semper vrgeantur angustijs, atque premantur ærumnis. Sed inchoatam semel miserorum tragœdiam prosequamur. Pergit enim ita Nicephorus, postquam eorum in Ecclesiam confugium enarrauit.

V.

ZENO INTERFICIT ASPAREM ET FILIOS

Imperator, Patriarchà ad eos misso, se fidem eis seruaturum esse, si in Ecclesia discederent, pollicitus est: ipse verò se loco excessuros, nisi Imperator ipse adesset, negárunt. Proinde Leo eò concessit, & viros illos prater rationem ad sepertexit, & ad quensam suam adhibuit, & alia præterea multa iniuriarum obliuionem illi pollicitus fuit. Alta autem ex parte Zenoni Isauro, qui ei fidus magnoperè videbatur, vt is illis per balineas ad Imperialem Regiam venientibus, subito impetu capita resecaret, precipit. Aderant illi, & Zeno Ardaburio primùm caput amputauit.

VI.

Quod vbi Aspar vidit, indoluit, & magnà voce exclamans: Dignum (inquit) *fert exitium senex canus, qui frustra gloriatus est, neque vmquam admonitioni meæ audiens fuit: Persæpe enim ei dixi: Prius Leonem deuoremus, quàm ille nos sibi in prandio apponat. Hæc vbi dixit, & ipse ferro cæsus, vitam amisit. Filium autem eius Patricium illum à filia Ariadna per repudium seiunctum, in exilium misit; & Ariadnam Zenoni, vtpotè qui infidiatores sustulisset, coniugem dedit.* hæc Nicephorus: verùm alij filios omnes Asparis occisos tradunt. Quod autem ad Zenonis nuptias pertinet: cùm sint complures, qui ad superiora tempora Leonis Imp. referant coniugium ipsum Zenonis cum Ariadna, ij dè errare videntur. Quomodò enim potuit Zenoni anteà fuisse nupta, quæ anno superiori filio Asperis est desponsata? hæc quidem hoc anno facta esse, omni fide exploratum satis superiùs redditum est. Porrò ex cæde Asparis & filiorum Leo Augustus consecutus est nomẽ, vt Macelis, nempè Interfector, fuerit cognominatus. Sic itaque visio impleta est S. Marcelli, quà vincendum tandem à Leone draconem, fuerat ipsi diuinitùs anteà demonstratum.

IESV CHRISTI
Annus 471.

SIMPLICII PAP. Annus 4. LEONIS 15. ANATHEMII 5. IMPP.

I.

GENNADII EPISC. CONSTANTINOP. OBITVS.

QVI sequitur Christi annus quadringẽtesimus septuagesimus primus, Consulatu quarto Leonis Augusti cum Probiano collega notatus habetur: quo Gennadius Constantinopolitanus Episcopus cùm sedisset annos tredecim (vt habet Nicephori Chronicon) ex hac vita decessit, sui desiderium bonis omnibus reliquens. Sed quid haud pridem ante eius obitum prodigiosum visum fuerit, audi: *Cùm nostu ad altare sacrificij orans astaret dum preces ad Deum funderet, spectrum quoddam dæmoniacum ei apparuit; quod ille protinùs signo Crucis veluti immisso telo fugauit: cumq; recederet, hæc est humanà voce locutum: Abeo, & te viuente quiescam, reuersurus post obitum tuum, & modis omnibus euersurus Ecclesiam.* habent hæc Theodorus Lector [a], Nicephorus [b], & alij: & quidem in hoc minimè mentitum mendacem spiritum, euentus ostendit.

a Theo Lec Collect. Li. b Nicepb. Lib. 15.

II.

ACACIVS EPISCOP. CONSTANTINOP. CREATVR. c Gen. de Scrip. Eccles. 91.

Euenit namque posteà, vt fuerat dæmon pessimus cõminatus: subrogato enim in locum Gennadij Acacio ex Præfecto (vt ait Euagrius) orphanorum collegio, quales turbines exagitárint Ecclesiam, quæ annis singulis inferiùs describentur, facilè demonstrabunt. Adnumeratur Gennadius inter Scriptores Ecclesiasticos à Gennadio Massilienſi, cùm de eo agit his verbis [c]: *Gennadius Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, vir linguâ nitidus & ingenio acer, tam diues in lectione antiquorum fuit, vt Danielem Prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret: homilias etiam multas composuit. Moritur sub Leone Seniore.* hæc ipse, cui consentit Marcellinus Comes in Chronico. Inter Sanctos relatum ipsum habent Græci in Menologio die vigesimaquintâ Ianuarij Augusti, honorifico cultu annuatim eius memoriam meritò prosequentes.

III.

Reperiuntur Leonis Imperatoris cõstitutiones diuersis temporibus sub Gennadio datæ de rebus ad cultum religionis spectantibus, quarum auctor illi idem creditur fuisse Gennadius. Ad arbitrium enim Episcoporum eiusmodi sanctiones ederé consueuisse ipsum Leonem Imperatorem; quæ post hæc suggerente Acacio nouo Episcopo promulgauit, facilè demonstrabunt. Sed accipe, quæ hoc ipso anno ante obitum Gennadij de monachis idem Augustus salubertimè hâc lege sanciuit [d]:

d l. 19 Cod. de Epis. & cler.

IV.

DE BONA CHORVM CLAVIS. RA PERTINENTIBVS CTIO.

Qui in monasterijs agunt, ne potestatem habeant à monasterijs exeundi; neve in Antiochia, neve in alijs ciuitatibus seruandi: si quis excepto, quos Apocrisarios, id est, Procuratores vocant, quibus potestatem permittimus (si volent) per solas procurationes, eáq; necessarias, exeundi. Porrò hi, qui exeunt, caueant, ne de religione aut dogmate disceptent, aut concilijs abusibusdam præsint; aut turbâ excitatâ simplices & mansuetos animos populi auertant: Scientes, quia quæ à nostræ pietate instituta sunt, contemnentes, legum seueritati subijcientur. Datum Kalendas Iulij, Constantinopoli, Leone & Probiano Consulibus.

Cùm autem huiusmodi Imperatoris rescriptum ad Zenonem, & de Antiochena potissimùm ciuitate hoc ipso anno datum habeatur: planè demonstrat tempora, quibus ibi agente Zenone, contigit Ecclesiam illam per Petrum Fullonem monachum erronem grauissimè perturbari. Errare quidem noscuntur [e], qui ad priora Leonis tempora eiusmodi Præfecturam Zenonis, & Petri Fullonis originem ponunt: nam præter legis huius auctoritatem, ex sua etiam eorum assertione conuincuntur. Cùm enim id factum dicant, postquàm Zenoni Ariadna filia Leonis iuncta in matrimonium fuit: certe quidem non ante superiorè annum id cõtingere potuisse, cùm illa antè desponsata esset filio Asparis, satis dilucidè est patefactum. Sic igitur cùm post nuptias cum Ariadna omnes affirment Zenonem creatum esse Comitem Orientis, tunc que cum illo Antiochiam perrexisse Petrum Fullonem, & tumultus illos excitâsse: ad eos comprimendos, eiusmodi sanctionem aduersus vagos monachos, qualis erat Petrus Fullo Antiochenam Ecclesiam perturbans, rescripsisse idem voluit Imperator. Sed age rem gestam enarremus ex priscis auctoribus.

V.

e Cedr. in Append. ad Zonar. TEMPVS PRÆCEDENS ZENONIS ET PETRI FVLLONIS

VI.

Ait in primis Theodorus Lector [f]: *Cùm Martyrius Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus esset; Zeno Prator gener Leonis Imperatoris, filiam eius Ariadnam vxorem habens, Antiochiam venit: At hunc Zenonem Imperatoris generum secutus est Antiochiam vsque Petrus cognomento Gnapheus,* idemque Fullo nuncupatus, *templi Basilæ martyris, quod Chalcedone est presbyter.* Monachum quidem hunc fuisse, & ob hæresim expulsum è monasterio, narrat Alexander his verbis [g]: *In religioso Acœmetarum monasterio extitit manachus quidam, qui, vt Iudas inter Apostolos, diaboli mores imitabatur: qui Fullonis artem*

f Theod. Lect. Col. lect. 2.

g Alex. Sor. de S. Bar. nab. apud Sur. 30 5.

exercebat:

exercebat: sanctam verò & venerandam Synodum in vrbe Chalcedone celebratam auersabatur, & dogmatu Butychiani erat propugnator. Huiusmodi hominem & corruptorem & pestilentem, atque Apostolicorum dogmatum hostem acerrimum, eius loci homines è monasterio expulerunt.

VII. Quibus expulsus fuisset, Constantinopolim profectus est, & assentatorum vitam imitatus, modò hanc, modò illam domum obibat, ventri & gulæ inseruiens. Cumq; execrabilis sua hæresis particeps quosdam honore praditos inuenisset, ibi adhærere cœpit, per quos etiam in eius notitiam venit, qui erat gener Imperatoris, Patricius & Excubitorum Comes (sic enim appellabatur qui excubijs præsidebat) sic Petrus ille cùm religionis speciem induisset, erat quidem assiduè cum Zenone Imperatoris genero: non audebat autem propriam impietatem aperire. Cum autem Zeno ad Orientis partes proficisceretur, secutus est eum Fullo vsque Antiochiam: vbi cùm inuenisset multos sectatores Apollinarij, vnà cum illis contra Patriarcham temeritatem exercuit, aduersus eum seditiosissimum quemque hominem concitans, & Chalcedonensem Synodum conuicians, & Patriarcham illum Nestorianum appellans.

VIII. QVE FVLLO MOLITVS CONTRA EPIS. ANTIOC. Cùm igitur Antiochena ciuitas multâ seditione & tumultu perturbaretur: Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggressus: Nisi (inquit) ciuitatis huius Episcopus commutetur, fieri non potest, vt populus quietè viuat. Quinetiam multam auri vim ei proposuit, si ab eo impetraret, quod petebat. Patefecit ei consilium, quòd antè occultauit. Tunc infames quosque & improbos homines, qui eadem, quæ ipse, sentiebant, persuasionibus secum duxit, & grauissima quæque scelera contra Patriarcham falsò conficta ad Imperatorem detulit. Sed eius malitia nihil profecit, cùm Imperator Apostolicorum dogmatum esset propugnator. hæc Alexander de rebus gestis Petri Fullonis vsque ad obitum Leonis Imperatoris.

IX. Vides, lector, & causam puto rimaris, cur sub Orthodoxo atque æquissimo Imperatore post tot tantaque remedia aduersus hæreticos frequenter adhibita, post nimirùm Chalcedonense Concilium, & litteras, sæpè iteratas S. Leonis Papæ, postque omnium Orthodoxorum prouinciarum omnium Orientalium, sanctorumque virorum additas his epistolas, post denique Catholicorum Imperatorum edicta, adhuc tamen magis magisque hæresis inualesceret: nimirùm quòd ipsa potentissimos magistratus haberet patronos, qui grauiori damno Catholicæ veritatis sub Catholico nomine clanculò delitescerent.

X. ZENO FAVET PETRO FVLLONI. Quod verò ad palæstram hæreticorum exercendam periculosum videretur Constantinopolitanæ ciuitatis esse theatrum, spectante Catholico Principe: ab eorum Xystarcho Antiochia delecta est ad experiendas impiorum vires: resque ex sententia accidit, vt fauore Zenonis Orthodoxus Episcopus calumnijs lacinatus & grauiter oppressus fuerit. Accommodatam namque ad id, quod agitabat, nactus est Fullo occasionem, dum prætextu expugnandi, quos illic reperierat Apollinaristas atq; Nestorianos, in Catholicam fidem eiusque defensores iaculatorquebat eò validiùs, quòd illi vires suppeditabantur ab ipso Comite Orientis Zenone, qui & tuendæ Catholicæ fidei aduersus impios prætextum, tamquam laruam quamdam pietatis, superinduxerat, vt ita Imperatoris eludere posset aspectum.

XI. [a] Theod. Lect. Collect. lib. 1. ABDICAT SE MARTYRIVS EPISCOPVS ANTIOCHENVS. Addit autem ad ea, quæ dicta sunt de Martyrio Episcopo Antiocheno Theodorus Lector[a]: perdictum fuisse ad Leonem Imperatorem, sed studio & exhortatione Gennadij Episcopi Constantinopolis multo cum honore dimissum esse. Antiochiam verò reuersum, cum Antiochenos tumultuationibus & seditionibus delectari, & Zenonem ad hoc illis esse subsidio cerneret, Episcoparui renũciasse, altiori voce ista præfatum in publica Ecclesia:

CLERO IMMORIGERO ET POPVLO REBELLI ET ECCLESIÆ CONTAMINATÆ RENVNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE.

XII. Post discessionem Martyrij (subdit ille) Cnapheus sedem Episcopalem tyrannicè inuasit, & statim Ioannem quendam antea depositum Apameæ Episcopum ordinauit. Quo cognito, Gennadius Imperatori cuncta significat: qui Cnapheum in exilium ablegare iubet. Ille autem cùm id præsciisset, fuga elapsus, exilium euasit. Iulianus verò communi suffragio Episcopatu potitur. hucusque Theodorus, est prosecutus res Petri Fullonis ad hunc annum spectantes, cùm adhuc Gennadius Constantinopolitanus Episcopus superstes esset.

PETRVS FVLLO INVADIT ECCLESIAM ANTIOC.

XIII. Sed audiamus quæ ex Acacio Episcopo Constantinopolitano conscripsit Liberatus Diaconus nonnulli ab his diuersa, verbis istis [b]: *Addidit Acacius, quod de alio Petro Antiocheno hæretico scripserat, nimirùm Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse: & hoc propter crimina derelicto, Antiochiam refugisse: vbi pulso Martyrio Episcopo, per vilissimum populum & hæreticum sedi illius occupasse, continuoq; damnatum ab Episcopis, & Leonis Imperium Samum * deportatum. Qui fugiens, reuisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, se per vilissimas turbas nihil audere.* hæc ibi vsque ad Basiliscitempora; quæ cùm non liceat certis annorum interstitijs discriminare, hîc vnà simul oportuit congessisse. Porrò pulso Fullone, abdicanti se Martyrio, nullus in eius locum suffectus est; quòd non alium, quàm ipsum Orthodox sedi illi optarent Episcopum. Aduersus autem huiusmodi Eutychianorum inualescentes hæreses scripsisse hoc anno Theodorum Tyr. Episcopum, Marianus affirmat[c]. sed & alios præstantissimos viros, quos Gennadius recensет, id etiam perfecisse, alibi dictum est.

[b] Liberat. Diac. in Breuiar. c. 18.

* Oasim

[c] Marian. Scot. in Chron.

XIV. Quod verò ad politicum statum pertinet: pax, quæ parta est Orientali Imperio, cæsis perduellibus Gothis Arianis bellum intulit Imperio Occidentali. Qui enim eius sectæ erant Ariani in Orbe Romano potentes & Reges, totum sibi illum videbantur esse partiti, & ad propagationem perfidiæ tacita inter se fœdera inijsse. Erant hi in Oriente, quos diximus nuper extinctos, Aspar & Ardabutius Gothi Ariani, Romæ Ricimer item Gothus & Arianus, in Hispanijs atq; Gallijs Euaricus Rex Gothorũ Arianus pariter & persecutor, in Africa verò Genericus Wandalorum Rex Arianorum omnium sceleratissimus. Ita sanè his impiorum furibus cinctus & colligatus, penitusque constrictus erat Catholicus Orbis, Arianis vbique inualescentibus, tum potentia Regum, tum etiam sublimitate magistratuum cuncta pro animi arbitrio moderantium: nam vidimus tam in Oriente, quàm in Occidente creandorum Imperatorum facultatem penes Gothos Duces eosdemque impios Arianos fuisse.

XV. RICIMER QVID SIT MOLITVS IN ANTHEMIVM IMP. Cùm igitur Arianos illos, qui Constantinopoli principatum per dignitatem Cæsaream sibi iam vendicarant occisos audiuit Ricimer Romæ potentissimus Magister militum: indignissimè ferens, in Anthemium Imperatorem (Græcum) Leone Romam missum, licet socerum, meditari cœpit insidias: sed cùm illæ detectæ essent, ipse Ricimer fugæ sibi consuluit, Mediolanum se conferens: Vbi aliquandiu moratus cum suis, haud imminutus robore militum, ad aliud se barbarus insidiarum genus conuertit, nempe vt cum socero pacem peteret, simularet; eaque obtenta, occultiores moliretur insidias, & sub inuoluero pacis gladios ad necem Imperatoris occuleret: sed & vt omnem doli suspicionem auferret, vt hoc ministrum delegit, quem ob egregiæ sanctitatis merita omnes inspicerent, simulque venerarentur.

XVI. Sic igitur à proditore Ricimere delectus est ad hoc munus Epiphanius Ticinensis Episcopus, vir plane sanctissimus atque eloquentissimus: cuius legatio descripta inuenitur ab Ennodio eiusdem Ecclesiæ diacono, qui ipsius Epiphanij res gestas memoriæ tradidit. exscribemus hîc ea collata cum Vaticano codice: quod quæ cusa extant edita eadem Epiphanij Acta[d], mendosa admodùm esse noscantur: sic suum se habent, dum de Epiphanij legatione agitur:

[d] Apud Surium die 21 Ian.

XVII. *Mox verò per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ licèt in gloriosis actibus traditor esse solet, fama non tacuit, sed dà aures Ricimeris, qui tunc secundus ab Anthemio Principe habenis Reipublicæ gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminarium inter eos ieiet scandali illa, quæ dominantes sequi fugerat, inuidia. est gar dignitas causa discordiæ*

Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, vt mutuò bella præpararent: & præter quàm origo trarum proprios suggerebat stimulos, lui ipsa circumstantium consilio nutriebatur. Notabat statum periclitantis Italiæ, & affligebatur ipsis discriminibus grauiùs, dum expectabat futura discrimina.

XVIII. LEGATIO AD RICIMEREM DIRIGITVR AD ANTHEMIVM.

Interea apud Ricimerem Mediolani desidentem sit collectio Ligurum nobilitatis; qui flexis genibus, solo prostrati pacem orabant Principem, vt à scandalo vtraque partes desinerent, occasiones gratiæ ab vna precabantur auferri. Quid plura contexam? Mutatur Ricimer, & velle reparare concordiam, permotus multorum fletibus, pollicetur. Sed quis (ait) potissimum huius legationis pondus excipiet? Quem tanta moles curamanet? Quis est, qui Galatam concitatum reuocare possit & Principem? Nam semper cui rogatur, excuserat, qui iram tam ruralis moderatione non terminat. Tunc vnoomnes respondent: Vester tantummodò ad pacem declinetur assensus: est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis vrbis adscita, cui & Liguræ rabidæ colla submittant: cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet petituros aduenit: cui est cultus vitæ similis, quem venerari possit quicumque, si est Catholicus & Romanus: amare certè, si videre illum metuatur, & Græculus. Nunquam sic diras aspides verborum digitis incantator Thessalus violentis precibus euocare carminibus, quomodò ille effectum petitionis suæ etiam à negaturis extorquet. Pendet in arbitrio cius, cùm loqui cœperit, sententia audentis, Perdet ius suum, qui excusare* disposuit, stilli allegandi copia concedatur.

*accusare

XIX. EPIPHANIVS DELIGITVR LEGATVS VRICIMERE.

Tunc Patricius Ricimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exoneris, fama gloriosum: & in hoc admirationis magis mihi est, quòd omnes habeat laudatores: nullos enim, quibus per inuidiam abundare solet nouitas, prodit inimicos. Ite ergo, & rogate hominem Dei vt ambulet: iungite etiam preces. Egressi de Concilio, statim Ticinum petunt, causam narrant fusius: vt illum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lacrymis. Qui ne extenuaret beneficium, si filios diutinâ suspicatione torqueret, antecessit desiderio posterum, quos tamen taliter allocutus est: Quamuis tantæ rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub grauis sæcæ portitor immaturus effectum tamen, quem debeo patriæ non negabo. Quibus breuiter narratis: quomodò ei ab loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit: à quo simul visus & electus est.

XX.

Mandato ergo sibi legationis ordine, Romam petijt. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidve virtutum gesserit, festinans ad maiora præterco. Mox tamen vt supradictæ vrbis portas ingressus est, fama, quæ absentem illum notum fecerat, digito cœpit ostendere. Conuersis omnium oculis stupuêre mentes attonitæ, quòd tantum sibi exhiberi reuerentiam, imago eius index sanctitatis extiterit. Inexpiabilis se culpa reum fatebatur quilibet potentium, nisi tamnim genua ipsius amplexus esset. Tollebatur clamor in cælum: nemo illum mortalium numerecomputabat: cui omnia cælestis gratia videbant bona conferre. Perfertur ad Principem Anthemium, studio legationis Episcopum venisse Liguriæ, hominem, quem nullum fit etiam diues eloquio sufficienter exponere.

XXI.

At ille: Calliâ mecum Ricimer & in legationibus suis arte decertat. Tuli dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille lacessit iniuriis. Perduxit tamen ad me hominem Dei: qui & possibilia precatur, admittam: fidi Cilia, supplicabo, ne excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamen, an Ricimer apud me, quod possit, obtineat: cuius sæto vtorum intemperantem esse personam, & in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus Antistes, ac laudatam iam prudem præsentet effigiem.

XXII. CONVENIT EPIPHANIVS ANTHEMIVM.

Egrediuntur Officia Palatina totâ Vrbe, vbi regatus aduenichat Episcopus. At venerabilis & seculis omnibus probatus Pontifex, postquàm introgressus est, & proferendi sermonis donatus licentiâ, quasi fugitiua potestatu insignia ostrigemmaq, rutilantes reverendæ imaginis fulgore compressit: etenim quasi præsente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum. Tali tamen narratione incipiens, tamnam oris reseranit:

XXIII. ORATIO EPIPHANII AD ANTHEMIVM.

Summâ cælestis Domini, venerande Princeps, ex ordinatione dispositum, vt cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur, idem per Catholicæ fidei dogma Deum & auctorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calcans colla superbiæ concordiæ superat, quod fortitudo non præualet. Sic namque Dauid prædicabilem parcendo magis inimico animum reddidit, quàm intentio vindicandi. Sic præfecti* sæculorum Reges & domini, supplicantibus indulgere, cælesti arte didicerunt: Suprema namque dominationis instar possidet, qui Imperium suum pietate sublimat.

*perfidi

Hoc ergo Italia vestra fœdo indicio, vel Reciter Patricius paritatem beatam oratum direxit, indubitanter conjciens, quòd pacem Romanus Deo munus tribuat, quâ precatur & barbarum. Erit enim triumphus vester, proprièprofuturus annalibus, si sine sanguine victoria fuerit. Nescio qua spes tortior posset esse bellorum, quam dimicare contra iracundiam, & ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficijs. Grauius enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hactenus supplicare. Tractandus deinde anceps bellandi cursus: in quo tamen fista prenalucrint peccata, certamine vestro regnum desraudabitur, quòd partes vtrinque peperiderint. Nam quæcumque apud Ricimerem, si amicus est, salua sunt, cum ipso à vobis Patricio possidentur. Cogitate pariter, quia bene causa sue ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit. Hactenus admirandus Pontifex prosecutus, loquendi finem fecit.

XXIV.

XXV. LIBERALITAS RICIMERIS.

Tunc Princeps erigens oculos, de sertum se omnibus vidit affectibus, atque in eum imitatos vultus esse cunctorum: quem admirari nec ipse desinebat. Tunc alto trahens verba suspirio, ita orsus est: Quamuis inexplicabili cuibi, sancte Antistes, aduersus Ricimerem causa doloris sit, & nihil profuerit maximus eum à nobis donatum fuisse beneficijs: quem etiam (quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indulgimus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retrò Principum fecit vnquam, vt inter munera, quæ pellito Getæ dari necesse erat, pro quiete, communis filia poneretur? Nescimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propria causa factum esse formidinis: nam in tanta circumspectione salutis omnium, solùm pro nobis timere non nouimus. Bene enim apud nos compertum est, perire Imperatori laudem sue virtutis, qui pro aliorum cautela non minuit*. Sed vt tua venerationi ad Liguduni conatus illius aperiamus: quoties à nobis matoribus domus cunctatum est Ricimer, toties grauior inimicus apparuit. Quanta contra Rempublicam bella prius parauit? Quantas exterarum gentium per illum vires furor accepit? Postremò etiam vbi nocere non potuit, mouendas tamen fomenta suggessit. Huic nos pacem dabimus? Huic intestinum sub indumento amicitiarum inimicum sustinebimus, quem nec fœdus concordiæ, nec affinitatis vinculum tenuerunt? Grandis cautio est, aduersarij animum cognouisse: etenim hostem protinùs sensisse, superasse est. Produnt semper deprehensa dia stimulos, quos occultata conceperant.

*timuit

XXVI. PAXIN TER AB THEMIVM ET RICIMEREM.

Sed in his omnibus reuerentia tua & vades & mediator accedit, qui potes spirituali indagine consilia nefanda inuenire, & inuenta corrigere. Pacem, quam & tu poscis, negare non audeo. Postrellò si solitæ caliditatis astutia etiam te fefellerit, certamen iam vulneratus assumat: Metamen statum, Reipublicæ eius committo & commendo manibus: & gratiam, quam supplicantis & profusoper se Ricimeri negare disposueram, per te primus exhibeo: profundâ enim deliberatione, compendijs nostris in hac parte consulimus, si incertus procellarum erroribus ex boni gubernatoris ordinatione seramur*. Quæ enim tibi excusare præsumat beneficium postulanti, cui oportuerat antè preces offerri? Hæc Imperator.

*flectamur

XXVII.

At venerabilis sacerdos: Gratias (inquit) omnipotenti Domino, qui pacem suam Principum mentibus inseruit, quem ad instar superni dominatus, vicarium potestatis suæ voluit esse mortalibus. Quibus & breuiter enarratu, accepto etiam pro concordia firmitate & Anthemio sacramento, discessit, festinans ad Ligutiam reuerti, quoniam Resurrectionis Dominicæ tempus instabat. Hucusque Ennodius de legatione Epiphanij ad Anthemium. Sed quid pace confectâ Ricimer, cum Romam venisset, in Anthemium molitus sit, suo tempore enarrabitur.

XXVIII.

Hæc eodem anno, qui numerantur decimussextus à capta à Wandalis Vrbe, Eudocia Iunior filio Genserici Henrico in matrimonium iuncta, fugam arripiens venit Hierosolymam, testatur hæc quidem de ea Nicephorus verbis istis[a]: Iunior Eudocia, filia Valentiniani & Eudoxiæ, quæ à Genserico capta fuerat Hunerico filio desponsata, cum quo annos sexdecim vixit, eiq, filium Videcium genuit: porrò

[a] Nicephl. 14. c. 22.

cum parum grata esset ei viri coniunctio, qui Arianam profitebatur religionem; arte manus eius dilapsa, & auriam Eudociam imitata, ad sancta loca concessit, & sepulchum illius longè post exosculata est. Vbi & ipsa non diu vixit; sed somno beato sopita, iuxta auia tumulum in preclaro posita est monumento. Quicquid autem ei erat facultatum, id pauperibus, & sanctæ Christi Resurrectioni consecrauit. hæc Nicephorus de Eudocia iuniori.

EVDOCIÆ FVGA EX AFRICA.

XXIX. DE CINERA SVPER CONSTANTINOPOLI LAPSO.

Sub huius quoque anni Consulibus prodigiosa hęc habet Marcellinus in Chronico: *Vesuuius mons Campaniæ terridus intestinis ignibus æstuans, exustæ eumis viscera, nocturnoq; in diem tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit pulvere. Huius metuendę memoriam cineris annuè celebrant octauo Idus Nouembris,* Constantinopolitani videlicèt: eò enim vsque violentus perlatus est & dilapsus magno omnium timore cinis: nam Procopius tantæ rei anniuersariæ memoriæ his verbis meminit [a]: *Ferunt namque cùm in Byzantium semel cinis hic (è Vesuuio egressus scilicèt) recidisset, sic eius loci homines terruisse, vt eo tempore ad nostram ætatem annuis Deum supplicationibus placent. In Tripoliq, item Libyæ altero & subsequenti anno illapsum affirmant.* hæc & alia de his Procopius. Sed scimus recentem [b] historicorum censorem istà ridere, & leuitatis Procopium sugillare, sicut & Eusebium de miraculo herbæ ad pedes æneæ statuæ Saluatoris nascentis, nullâ contrariâ testificatione allatâ, contemnere: sed de hoc egimus primo Annalium tomo, de eo autem in Notis ad Martyrologium Romanum, quod & probè testatum reliquimus.

[a] Procop. de bello Gub.

[b] Bodin. in method. art. histor. c. 4.

XXX. Verùm si homo adeò emunctæ naris non vult prodigia, neque miracula ab historicis recitari; omnes planè tam Græcos, quam Latinos, Ethnicos & Christianos, antiquos atque recentiores necesse est, vt contemnat atque exufflet historicos, cum eiusmodi habeant omnes aliquid semper in suis scriptis admixtum, quod delicato eius stomacho nauseam pariat. Ad quod Procopium spectat; si legisset Marcellinum in ipsum testantem, fortasse à Procopio ineptiæ arguendo cessâsset. Sed & si Latinum auctorem Cassiodorum perlegisset, haud adeò facilè ea sapere Græcam vanitatem dixisset. Mitor certè, non accuratè intuitum esse, quæ Cassiodorus [c] ad Faustum Præfectum scribat de his, quæ tunc temporis fieri contigissent. Cùm enim de alia recentiori agit eruptione Vesuuij, cuius rei causâ Campanis grauissima passis Theodoricus tributorum remissionem indulsisset; hæc inter alia de admirandis cinerum eructationibus habet:

[c] Cassiod. Variar. lib. 4. c. 50.

XXXI. *Volat per mare magnum cinis decoctus, & terrenis* nubibus excitatis, transmarinas quoque prouincias pulueream gutta cempluit. Et quid Campania pati possit, agnoscitur, quando malum eius in Orbis alia parte sentitur. Videas illic* quasi quosdam fluuios ire pulueros, & arenam sterilem impetu feruente veluti liquida fluenta decurrere. & paulò inferiùs: *Quæ est ista singularis exceptio*, vnum montem sic infremere, vt tot montis partes probetur aëris permutatione terrere, & sic suam substantiam vbique dispergere, vt non videatur damna sentire? longè latèq; puluores rorat, vitiuis autem quasdam moles eructat; & tot seculis mons habetur, qui irogationibus tantis expenditur. Quis credat tam ingentes glebas vsque in plana deductas tam profundis hiatibus ebuliisse? & spiritu quodam efflante, montis ore consputas, quasi leues paleas fuisse prostratas? Alibi cacumina magna terrarum localiter videntur ardere: huius incendia pene mundo datum est posse cognoscere. Quemadmodum ergo non credendus incolis, quod testimonio potest vniuersitatis agnosci?* hæc Cassiodorus. Quis verò tanto auctori res suorum temporum scribendi non credat, non id priuatis familiaribusque litteris, & ad hominem ignotum, cui velit illudere, conscribendi commentum, sed publicis atque adeò patentibus Regis litteris, immo impertitæ indulgentiæ edicto in Albo affingendo Prætoris, & publicis monumentis ad posterorum memoriam in Archiuis conseruando testanti? Admiretur magis ista, quæ respuit; causasque naturales (si valet) inquirat; & si non inuenerit, vehementiùs obstupescat potiùs, quàm illas ignorans carpat historicos: nec neget historiam tribus grauissimis auctoribus Græcis atque Latinis sacris supersque testatam probatam, cõsignatamque cultu religionis annis singulis celebri memoriâ repeti solito. Sed de his hactenùs.

* tetris DE RECENTIORI EIVSDEM ERVCTATIONE. * illine * eruptio

Sub eodem, quo Acacius Episcopus Constantinopolitanus creatus est, hoc nempe anno, quid acciderit, Nicephorus ita tradit: [d] *Tum quoque euenit, vt duo Episcopi, quorum alter Arij rabie infectus, dicendi ac disputandi arte instructissimus, alter virtute, religione, & rectâ fide ornatissimus erat, de doctrina religionis contenderent. Porrò Orthodoxo & rectè sentienti visum est, verborum contentione relictâ, ad rem ipsam descendere, ac veritatem explorare: Videlicèt, vt rogo ingenti accenso, se in ignem conijceret. Quod vbi Arianus detrectauit, Orthodoxus igni se contulit, atque inde cum impio sermonem conferens disputauit, saluusq; etiam vestibus intactis permansit.* hæc ipse: quæ quidem licèt vnum Nicephorum testem habere videantur; ex alijs tamen his similibus casibus, quos læpè aliàs contigisse suis locis dicemus, haud incredibilia videri possunt. Subijcit verò his etiam illud de Iudæo miraculosè per S. Sergium ab igne liberato, & ad fidem converso:

[d] Nic. l. 15. c. 29.

FIDES CATHOLICA PROBATA MIR. EVLO.

XXXII.

XXXIII. MARTYRIS INVOCATIONE LIBERATVS AB IGNE IVDÆVS.

Archisynagogus quoque inter Iudæos quidam cum pueris duobus in tumultu concitato perinde atque ipse auctor fuisset, correptus, & à viro Consulari cruciatus est. Is autem inter tormenta varia illud tantùm vociferatus est: O Deus S. Sergij, adiuua me. frequens erat his temporibus peregrinatio ad sanctum Sergium martyrem, à quo quæ singulis peterent, solerent accipere: quâ re vulgatâ, factum est, vt à Iudæo dira patiente, vehemens dolor extorqueret, vt Deum S. Sergij inuocaret. *Addebat verò (inquit Nicephorus) hæc verba: Sancte Sergi, tu nosti. Iudices porrò fingere ac simulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, vt viuus combureretur, condemnarunt. Et ecce in medio flammæ equites duo candidis induti stolis apparentes, horis multis intactum conseruauerunt. Et multitudo in flammam insiliens, hominem inde eripuit. Qui deinde baptizatus, Sergius nominatus est. Atque ille non minus mente quoque illuminatus, substantiâ suâ, quam habuit vendità; in pyræ eius loco amplissimum Sergio martyri templum construxit: vbi capite ratio, reliquam in ea Dei beneplacitum vitam exegit. Idem duo eius esse creperi, nominibus suis in Sergij & Bacchi nomina mutatis.* huc vsque Nicephorus sub tempore creationis Acacij.

XXXIV S. REMIGIVS CREATVS EPISC. RHEMENSIS.

At non prætereundum, hoc eodem anno contigisse, vt magnus ille Rhemensis Ecclesiæ Episcopus Remigius, Francorum Apostolus nominatus, defuncto eiusdem ciuitatis Episcopo Gennadio, immaturus æuo, moribus autem senior, populi voce, comprouincialium Episcoporum consensu, diuino cooperante suffragio, in Rhemensem Episcopum ex inferioris cleri militia assumeretur, annum ætatis agens vigesimumsecundum. De tempore fidem faciunt conscripti indices [e] Episcoporum Rhemensium, quibus chronographi [f] assentiuntur. Res autem diuinò nutu transacta, ita in rebus ab eo gestis describitur: [g] *Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos peruenit, defuncto Gennadio Archiepiscopo in hac vrbe Rhemensi, omnium generaliter vota ad Pontificij culmen rapiu fuisse dignoscitur potius, quàm electio. Fit ergo concursu populi diuersi quidem sexûs & dignitatis, necnon & ætatis: sed vnius atque eiusdem sententiæ cuncti hunc verè dignum, & qui populo præfici deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus his angustijs depressus, minimè afficiebatur angoribus; quia nec fugæ locus vsquam patebat, nec populo, vt ab intentione cæpta resipisceret, vllo modo persuadere poterat. Diuina namque erat voluntas, vt qui omnium saluti profuturus erat, omnium acclamationibus eligeretur: qui vnitati fidei cum iam Fidelibus, & futuris Fidelibus erat prouisurus, vnione cunctis populis ad sedem excheretur sacerdotalis honoris.*

[e] Apud Dom. Mocquer. de sacri Miss. Sigebert. in alij.

[f] Hinc. in vita S. Remigij. Ado. Lambert. Ios. Iuuenal.

XXXV. *Sanctissimus quidem vir cùm his acclamationibus se vrgeri conspiceret, de infirmitate & ætatis suæ tempore conqueri cœpit: & quia Ecclesiasticum ordo infirmam ætatem ad hanc non reciperet dignitatem, rempublicam fatebatur. Timebat enim, ne immatura ætas, inimici versutijs impugnata, aliquid contrahere simistri. Sed diuina gratia & voces populorum constantissime in eum fecit perdurare electio.* [h] *& S. vitam ab antiqui hostis protexit malignitate.* Quod ad hæc de ætate pertinet: accidisse interdum cognoscitur, vt cum in aliquo eminentissima virtus atque scientia egregia cerneretur, de minori ætate ratio

[h] Greg. Turon. de vit. Patr. c. 1.

minimè

minimè haberi soleret: vt vidimus accidisse S. Ioanni Chrysostomo, qui nonnisi fugâ sibi consulere potuit, ne eiusdem ætatis Episcopus ordinaretur.

XXXVI. DIVINVM SIGNVM IN ELECTIONE REMIGII.

Sed hæc haud facta esse absque diuino suffragio, quæ ab eodem auctore subduntur, ostendunt his verbis: *Et cùm populi acclamaret frequentia, & sanctissimus eor magnâ remitteretur constantiâ: placuit omnipotenti Deo, ei manifestissimis manifestare indicijs, quod ipse de eo haberet iudicium. Etenim cùm modò prædicta renitì conaretur, videntibus cunctis, qui aderant, descendit subitò radius noui luminis super ipsius sancti viri verticem, ac si ipse Sol de cœlo motus super eum cecidisset: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque cùm ad hoc opus adsciscretur, lumine debuit declarari visibili.* & paulò pòst: *Placuit etiam omnipotentiæ diuinæ huic miracula aliud addere de ostensionem meritorum beatissimi viri. Etenim radio supradicto se illustrante, sensit capitis suo vnguinis sacri infusum liquorem, quo totum eius delibutum est caput.* hæc ibi. Talibus planè tantisque debuit cælitùs sacris signis initiari, qui ad conuersionem nobilissimæ gentis Francorum Apostolus parabatur.

XXXVII.

At qualis, quantusve extiterit, qui à Deo atque hominibus tam celebre testimonium dignus acciperet, quàm etiam excellentis fuerit eruditionis, testificatione viri doctissimi meruit comprobari. Etenim Sidonius Apollinaris, huius sæculi Gallicanorum sciptorum decus & ornamentum, ad eundem Remigium scribens epistolam, hæc inter alia habet: [a] *Rarus, aut nullus est, cui meditaturo paratissiat depositio per causas, positio per litteras, compositio per syllabas: ad hoc, opportunitas in exemplis, fides in testimonijs, proprietas in epithetis, vrbanitas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in clausulis: instructa verò fortis & firma, coniunctionum, perfectarum nexa caesura insolubilibus; sed nec hinc minùs lubrica & leuis ac modis omnibus erotunda, quæ lectoris linguam inoffensam decenter expediat, ne salebrosas passa iacturas, per cameram palati volutata balbutiat: tota denique liquida prorsus & ducilis, veluti, cùm crystallinas crustas, aut onychinas non impacto digitus vnque perlabitur: quippe si nihil cum rimosis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. Quid plura? Non extat ad præsens vius hominis oratio, quam peritia tua non sine labore transgredi queat ac superuadere,* &c. Hæc lector, tamquam imaginem quamdam scriptorum Remigij delineaturus Sidonij penicillo proponimus intuendam, quòd non liceat lucubrationibus ipsis frui, quas viuens ille præanimi summissione obliuione potiùs obruere voluit, quàm perpetuitati dicare. Vtinam ipse qui hæc scribit Sidonius, perfecisset, quod ipsidem litteris ad eum datis est comminatus his verbis: *Si distuleris nostram sterilitatem facundus fœcundare colloquijs: aucupabimur nundinas inuolantum. & vltrò scrinia tua, conniuentibus nobis & subornantibus fractorum manus argutapopulabitur; inchoabuntur tunc frustra mouiri, spoliatus furto, si nunc rogatus non mouerit officio.* At de Remigio hactenùs, dicturi de ipso sæpè infrà, cùm id ratio instituti à nobis exegerit, tempore opportuno.

a Sido. lib. 9 epist 7. S. REMIGII ELOQVENTIÆ LAVDES.

IESV CHRISTI Annus 472.

SIMPLICII PAP. Annus 5. LEONIS 16. IMP. ANTHE. 6.

I.

NOVVS aperitur nouis Consulibus præsens annus, Festo ac Marciano: quorum alter, nempe Festus, Romæ; alter verò, Marcianus scilicèt, creatus est Constantinopoli. Mentio habetur Festi Consulatûs in epitaphio sepulcrali Prætextati Exquæstoris Sacri Palatij, quod hactenùs extat in pauimento Ecclesiæ S. Martini tituli Equitij in monte Cœlio istis verbis:

HIC RE QVIESCIT IN PACE PRÆTEXTATVS V. I. EX QUÆS TOR. SC. P. DP VII. IDVS OCTOBR. FESTO V. C. CONS. FILIA EIVS. PRÆTEXTATA CE DP XV. KAL. AVG. DECIO V. C. CONS. quæ legis elementa minoris characteris, deerant in tabula. Quod verò Christianorum hominum sepulturæ eiusmodi inscriptio esse noscatur, intelligere potes ex ea, Ethnicos Prætextatos, Christianæ religionis illusores, & refractarios, sese tandem, ablicatis idolis, Christi fidei subiecisse.

II. ACACIVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS PRIMVS.

Hoc anno Acacius Constantinopolitanus Episcopus electus anno superiori, ad nouas res adijciens animum, reuocare tentauit, quod Anatolius frustrà conatus fuerat sub Leone Romano Pontifice, tamquam ex duobus œcumenicis Cœcilijs Constantinopolitano & Chalcedonensi indebitè vsurpare, vt sedes Constantinopolitana post Romanam locum principem obtineret, cuius rei gratia statuto consilio rem paulatim acturus, tantæ exigendæ molis iecit eiusmodi fundamentum: Leonem Imperatorem adiens, facilè illi auctor sanctionis edendæ, qua cuncta concessa Ecclesijs priuilegia iam perdita restitueret, atque firmaret; id nimirùm acturus, vt hâc viâ quod Anatolius Gennadij prædecessor, resistente Leone Romano Pontifice, de Constantinopolitanæ Ecclesiæ primatu visus fuerat se cisse dispendium, ipsum illi in integrum restitueret. Sed attende Imperatoriam sanctionem, & considera Acacium per secretum tramitem in iura Patriarchalium Ecclesiarum irrumpere: dic enim se habere: b

b Theod. de haeret. Eccles. lib. III. * Deest vel hominum LEONIS EMT CONSTITVTIO DE ECCLESIARVM PRIVILEGIIS.

*Decernimus, vt antiquatis & firmitatis fundatis ijs, quæ contra ipsum religionis dominum * quodammodo facta sunt, in integrum restituantur vniuersa, & ad vnam ordinem renouentur, quæ ante professionem nostræ mansuetudinis de Orthodoxæ religionis fide & sanctissimarum Ecclesiarum & Martyriorum statu firmiter obtinebant. Ita, quæ contra hos tempora tyrannidis innouata sunt tam contra venerabiles Ecclesias, quarum sacerdotium gerit beatissimus ac religiosissimus Episcopus Patriarcha noster Petratuspater Acacius, quam contra ceteras, quæ per diuersas prouincias collocatæ sunt, nec non & reuerendissimos earum Antistites, seu de iure sacerdotalium, seu ex expulsione seu iusquam Episcopi à quolibet illis temporibus facta, seu de prærogatiua in Episcoporum Concilio, vel extra Concilium ante alios residendi, vel de priuilegio metropolitano, vel de Patriarchio sub ijsdem impijs temporibus penitùs antiquando. Vt cassata & rescissa, quæ per huiusmodi sceleratas iussiones, aut pragmaticas sanctiones, aut constitutiones impias, seu formam subiecuta sunt; quæ à diuæ recordationis retrò Principibus ante nostrum imperium & deinceps à nostra mansuetudine indulta vel constituta sunt super SS. Ecclesijs & Martyrijs & religiosis Episcopis & clericis aut monachis, inuiolata seruentur.*

IV.

Sacrosanctam quoque religiosissimæ huius ciuitatis Ecclesiam & matrem nostræ pietatis, & Christianorum Orthodoxæ religionis omnium & eiusdem Regiæ vrbis sanctissimam sedem priuilegia & honore omnes super Episcoporum creationibus & iure ante alios residendi, & cetera omnia, quæ ante nostrum imperium, vel nobis imperantibus habuisse digno, etur, habere in perpetuum firmiter Regiæ vrbis intuitu, diuinamus & sancimus. hæc Leo, sed Acacij fastu tumentis procul dubiò verbis concepta, & stylo superbiæ exarata. haud enim pij Principis verba illa esse potuerint, quibus dicitur Constantinopolitanam Ecclesiam Christianorum omnium & Orthodoxæ religionis matrem esse. Sunt hæc planè illa, quæ caput ipsum super omnes filios superbiæ, ita nominatus diabolus haud frustrà comminatus fuerat S. Gennadio eius sedis Episcopo, nimirùm fore, vt post ipsius obitum maximas in Ecclesia concitaret discordias, inflammaret odia, atque moueret turbas. Factumque quidem fuit, vt talia inconcessa sibi Acacio vsurpante, maximum in Ecclesia Dei fuerit schisma conflatum, Oriente ab Occidente diuiso. Sed vnde illi tam ingentes sumendi spiritus animus, & inconcessa tentandi adeò incensa cupido? Accipe inchoandæ tragœdiæ argumentum.

ACACII FASTVS ET TEMERARIVS CONATVS.

V. VNDE TVMOR ET SPES VANA ACACIO.

Quod enim collapsum penè videret Acacius Occidentale Romanum Imperium, Orientale verò auctum & propagatum, cùm iam & illud sibi subiecisse quodammodo videretur Imperator Constantinopolis, nutrens ex eius vrbis Senatu hominem, qui illius Imperij moderaretur habenas: stultè putans Acacius vnà cum Romano Imperio Romanam pariter esse imminutam

Ecclesiam

Ecclesiam, quasi spiritualia atque sacra è rerum temporalium & profanarum diminutione detrimentum pati necesse esset: nimiâ elatus superbiâ, summâ arrogantiâ ad alta fastigia molienda aditum sibi patere putauit: ratus nimirùm, Magno illo defuncto Leone Romano Pontifice, qui Anatolium talia tentantem compresserat, & Imperatorem eadem patentem reiecerat, haud in successoribus tantum insidere constantiæ, vt ipsi & Leoni Imperatori hæc agentibus reniterentur, atque penitùs contradicerent. sed refellit spes vna ventosum hominem, satis superq; suo damno expertũ se in durissimam impegisse petram, cùm Petri successores impudens lacessiuit: fractus nimirũ non est ipse fronte, dum vana putauit perfricta fronte petrã percutiendo confringere.

VI. ACACIO SIMPLICIVS PAPA RESTITVIT.

Restitit quidem ipsius exordio tentatæ stultæ præsumptioni Acacij, qui hoc tempore Romanam regebat Ecclesiam Papa Simplicius: Cuius res fortiter gestæ & Acta cùm perierint, atque litteræ datæ prorsus exciderint; ex paucis, quæ à Gelasio Romano Pontifice obiter enarrantur, satis superque possumus ex victoria consecuta præcedens existimare certamen. Scribens enim ad Dardaniæ Episcopos [a] de sancto Simplicio Papa, primùm de Leone Papa locutus, subdit hæc de Simplicio resistente Leoni Imperatori & Acacio talia postulantibus: *Ea, (inquit) nihilominùs sub sanctæ memoriæ Papa Simplicio legatum sedis Apostolicæ sanctæ memoriæ Probum Canusinæ vrbis Episcopum, Leone Principe tunc petente, * docuisse nullatenùs posse tentari: neque his prorsùm præbuisse consensum. Atque ideò, non ad ciuitatis cuiuslibet reficiant qualitatem, sed modum dissensionis Ecclesiasticæ Patrum traditione firmatum conuenienter conseruent.* hæc Gelasius de tentatis per Acacium huius Leonis Imperatoris tempore: qui licèt sub eius successoribus Zenone & Basilisco repulsus sit, idem rursus ab eo est instauratum certamen: sed semper tum Simplicium, tum eius successorem Felicem Papam passus est Acacius aduersantem ac penitùs resistentes: nam idem Gelasius subdit:

[a] Gelas. epist. 1. tom. 1. opt. Rom. Pon.

* præsente,

VII. PONTIFICES ROM. MAXIME RESTITERVNT ACACIO.

Sanctæ memoriæ nihilominùs Papa Simplicius, & post eum sanctæ memoriæ Papa Felix non solùm Basiliscum tyrannum, sed etiam Imperatorem Zenonem pro eisdem ipsis excessibus auctoritate liberâ sæpè increpâsse noscuntur: flecti iq; potuisset, nisi Constantinopolitani Præsulis accenderetur instinctu, qui particeps externæ communionis effectus necessariò in quod indixerat, iam fouebat, malens in sua præuaricationis obstinatione persistere, quàm curandum ad salubria remeare, sicut ipse rerum probauit euentus. hæc Gelasius, ad Acacij scelus alludens, dum vt se contra Romanum Pontificem roboraret, ijs, quæ à sedis Apostolicæ communione fuerant segregati, temerè communicauit. sed de his dicendum inferiùs: hæc modò satis tum ad Acacij huius Leonis tempore temerarium ausum insinuandum, tum ad Simplicij Papæ in resistendo constantiam declarandam. Quomodo verò repulsus Acacius deformiora aggressus est excitare certamina, dum Ecclesiæ Alexandrinæ restituit impium illum & sacrilegum Timotheum Ælurum iam anteà sub hoc ipso Leone Imperatore expulsum, suo loco dicemus.

VIII. EVTHYMII CRIMEN.

Hoc anno, qui numeratur Leonis Imperij decimus sextus, magnus ille Euthymius Archimandrita in Palæstina, cuius sæpè superiùs mentio facta est, ad Deum ex hoc mundo vocatus concessit: cuius res gestas [b] Cyrillus monachus eius discipulus quàm accuratè conscripsit? Anni fide signata. Interfuit funeri Anastasius Hierosolymorum Episcopus, & honorificentissimè eum condidit sepultura, illustratum tum viuentem, tum mortuum innumeris planè miraculis: quæ omnia tu consulas lector; ratio enim instituti haud demorati in his diutiùs sinit, satis hoctibi, fidem eiusdem temporis scriptoris reddi in omnibus commendatam atque probatam. Porrò natalis eius anniuersaria dies mox peragi cœpta est: celebrauit eum solemni ritu inter alios Sabas sanctissimus Abbas, de quo plura dicemus. Sed audi clamores tragicos Occidentis.

[b] Acta Euthymij apud Sur. die 20. Ianuar.

IX. ANTHEMIVS IMP. OCCIDVI.

Hoc eodem anno Anthemius Imperator proditione generi Ricimeris necatur. id quidem Cassiodorus his habet verbis: [c] *His Consulibus Patricius Ricimer, Romæ facto Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam Principis & vim affinitatis cum graui clade ciuitatis extinguit. Qui non diutiùs peracto scelere gloriatus, post quadraginta dies defunctus est: Olybrius autem septimo mense vitam peregit.* hæc ipse: eadem Marcellinus & alij. Porrò Olibrij interitus contigit anno sequenti.

[c] Cassiod. in Chron.

OLYBRIVS IMP.

X.

Sic igitur proditor barbarus, fix Occidentalis Imperij, perfidus Arianus Ricimer, serò licèt, tandem sensit se nolentem licèt (sicut [d] Antiochus) subditum esse Deo. Hic ille perfidus, qui instar mancipiorum habuit Imperatores, pro arbitrio eos tollens & subrogans, miscens & versans pro ludibrio summam rerum aleam. Hic ille sacrilegus Arianus, qui cùm tantam sibi in Romanum Imperium vsurpâsset auctoritatem, inuitis licèt ipsis Romanę Ecclesiæ Pontificibus, barbaricâ tamen auctoritate in Vrbe sibi Ecclesiam vendicârat, in quâm cum suis Arianis Gothis militibus conueniret. Fuit illa quidem titulo S. Agathæ ad radices Quirinalis montis contra Viminalem posita, parua licèt, ab ipso tamen Ariano ornata Catholico more: etenim eius absidem marmorum crustis & imaginibus sacris Saluatoris ac duodecim Apostolorum ex musiuo egregiè nobilitauit. permansit opus vsque ad tempora nostra, cùm nimiâ vetustate vatiscens apsis ipsa ante quinquennium improuisâ ruinâ collapsa funditùs perijt: Quam vir egregius, Rom. Ecclesiæ ornamentum, eius Ecclesiæ diaconus Cardinalis Federicus Borromęus mox restituit à fundamentis.

[d] 2. Machab. 9.

XI.

Erat autem in eiusdem apsidis emicyclo ex musiuo pariter opere eiusmodi inscriptio exarata:

FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIÆ PATRICIVS. ET EXCONSVL ORD. BRO VOTO SVO ADORNAVIT.

Quid verò acciderit, cùm à Christianis Catholicis eadem Ecclesia, pulsis Arianis, vendicata est, & à sancto Gregorio sacris expiata, Catholicorumque vsui reddita fuit, idem Gregorius [e] narrat, sed nos suo loco dicemus. Scimus ipsum Ricimerum Gothum à Gotho scriptore Iordane laudari: sed indulcisse eum priuatis Gentilitatis affectibus, ipsa facta declarant, quæ nec narrat quidem, relinquens ea sepulta silentio, cum non haberet, quod exsuscitaret.

[e] Greg. lib. 3. epist. 10. & dialog. lib. 3. c. 30.

XII. SIDONIVS CREATVS EPISCOPVS ARVERNENSIS.

Sed ad res Gallicanas transeamus, quas his ipsis temporibus complures sanctissimi Episcopi illustrârunt, de quibus suis locis: hic modò de Sidonio Apollinari sat meminisse, qui hoc anno creatus reperitur Episcopus Aruernensis, vir planè egregius, gener Auiti Imperatoris, Patricîatûs dignitate insignis, qui & maximè claruit poëticis & rheoricis litteris, nulli in his suæ ætatis secundus, sed & summâ morum enituit sanctitate: de quo in primis habet ista Gregorius Turonensis, vbi recensuit virtutes eius prædecessoris Eparchij: [f] *Sidonius ex præfecto substituitur, vir secundum seculi dignitatem nobilissimus, & de primis Galliarum Senatoribus.* & inferiùs: *Cùm autem esset magnifica sanctitate, atque (viximus) ex Senatoribus primis; plerumque nesciente coniuge, vasa argentea auferebat è domo, & pauperibus erogabat. Quod illa cùm cognosceret, scandalizabatur in eum sed tamen, dato egenis pretio, species domi restituebat.* hæc ipse. cæterùm inferiùs.

[f] Greg. Tur. lib. 2. cap. 21.

XIII. CHRONOLOGIA DE SIDONIO.

Quod autem hoc potissimùm anno eum dixerimus fuisse creatum Episcopum: ne quid timeré & pro animi arbitrio absque certa ratione dixisse videamur: accipe de his exactam chronographiam. In primis igitur quod ad seculares magistratus, quibus functus, & honores, quibus est insignitus spectat: meminisse debet lector, ætatem & magistratus eos; honores Sidonij ex suis ipsius scriptis superiùs certis annis consignatos positos esse: nimirùm, sub Consulatu Asterij, qui est annus Domini quadringentesimus quadragesimusnonus, puertiam iam excessisse, cœpisseque adolescere, vtpotè annorum circiter decem & septem; sub Consulatu verò Maioriani, nempe anno Domini quadringentesimo quinquagesimooctauo, ob insignem eruditionem tum in rhetoricis,

tum etiam in poëticis facultatibus, ſtatua in foro Traiano poſitâ ex Senatuſconſulto fuiſſe donatum: ſub Conſulatu verò Anthemij Imperatoris (is eſt annus Chriſti quadringenteſimus ſexageſimus octauus) ab eodem Auguſto Præfecturâ inſignitum. quando autem auctus fuerit dignitate Patriciatus, neſcitur; quam tamen conſtat ipſum ante Ecdicium vxoris ſuæ fratrem eſſe conſecutum, qui eam accepit à Iulio Nepote Auguſto ante biennium. hæc quòd ad ſæculares dignitates: quod autem ad ſacra munera ſpectat, ex ſuis etiam ipſius ſcriptis tamquam per tenuè in oſtio ex obliquo rimulam eius Epiſcopatus certũ tempus intelligi poſſe videtur.

XIV. Extat quidem eius epiſtola[a] ſcripta ad S. Lupum Trecenſem Epiſcopum, data cum ipſe Sidonius creatus eſt Epiſcopus; quâ ſanctiſſimi viri preces implorat, vt regiminis, quod tunc ſuſceperat, onus illæſâ conſcientia ferre poſſe: nam queritur dicens: *Facinorum continuatione miſer eò neceſſitatis acceſſi, vt is pro peccato populi nunc orare compellar, pro quo populus innocentium vix debet impetrare ſi ſupplicet.* Quãdo autem ea fuerit ſcripta epiſtola, & pariter Sidonij promotio poſſit haberi comperta, hoc inueſtigandum, ſi quo modo conſequi liceat, quod optamus. Conſiderandum eſt igitur, quod idem ait, eo tempore, quo illa ſcribebat, ipſum Lupum iam in ſede Epiſcopali exegiſſe annos quadraginta quinque: ſunt enim hæc eius verba: *Cùm primò poſt deſe datas militiæ Lerinenſis excubias, & in Apoſtolica ſede nouem iam decurſa quinquennia, vtriuſque ſanctorum ordinis quemdam te conclamatiſſimum primipilarem ſpiritualia caſtra venerentur,* &c. Cùm ego tum ſit creatus Epiſcopus Aruernenſis Sidonius, cum S. Lupus nouem iam exigiſſet in ſede quinquennia: modò perueſtigandum eſt tempus ſedis S. Lupi Trecenſis, vt ex eo notus pariter fiat annus, quo Sidonius ad Epiſcopatum prouectus eſt.

ÆTAS S. LVPI IN EPISCOPATV.

XV. Extant res geſtæ[b] S. Lupi, licèt breui compendio, omni tamen fide antiquitùs ab homine eius temporis ſcriptis traditæ: ex quibus poteſt intelligi, quo potiſſimum anno ipſe fuerit creatus Epiſcopus. Dum enim ait ipſum ſanctum Lupum adiunctum eſſe collegam S. Germano Epiſcopo Antiſiodorenſi in legatione in Britanniã aduerſus Pelagianos ſuſcepta, cùm idem Lupus iam annum ſecundum ageret in Epiſcopatu: ex hoc colligi neceſſe eſt, ipſum eſſe creatum Trecenſem Epiſcopum anno Domini quadringenteſimo vigeſimoſeptimo; cùm iam conſtet ex his, quæ ſuperiori tomo quinto Annalium dicta ſunt, S. Proſperi auctoritate, contigiſſe eam obire ſanctos Epiſcopos legationem anno Redemptoris quadringenteſimo vigeſimonono. Adde igitur nouem quinquennia exacta poſt annum Domini quadringenteſimum vigeſimum ſeptimum, quo S. Lupum creatum Epiſcopum diximus vtique peruenies ad præſentem annum Domini quadringenteſimum ſeptuageſimum ſecundum. Cùm igitur conſtet, anno, quo ipſe ſanctus Lupus iam tranſegerat nouem in Epiſcopatu quinquennia, Sidonium eſſe creatum Epiſcopum Aruerſienſem; vtique dicendum eſt, ipſum creatum Epiſcopum hoc ipſo anno Domini quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, cùm eſſet annorum circiter quadringenta: Aſſumptus eſt autem ad Epiſcopatum, cùm adhuc ſuperſtes eſſet Papianilla coniux, filia Auiti Imperatoris, ſuſceperitque ex ea filiolam (vt vidimus) nomine Roſciam, quam apud auiam ſanctè pieque inſtitueſdam curauit.

b *Apud Sur. tom. 4. die 29. iulij.*

QVO ANNO LVPVS SIT CREATVS EPISCOPVS.

XVI. Porrò ad Epiſcopatum aſſumptus, ita mores compoſuit, vt ſtatim abſolutiſſimi ſacerdotis ſpeciem præſeferret: cuius rei gratiã ſanctiſſimi Præſules eidem litteris congratulati ſunt, vt inter alios magnus ille (vt diximus) celebris nomine Lupus Eccleſiæ Trecenſis Epiſcopus, ad quẽ Sidonius epiſtolam illam reddidit, cuius nuper fecimus mentionem, quâ adeò enixè preces ab eo exigit: ex qua etiam videas, magnã humilitate præditum fuiſſe virum, dignum ob eam virtutem, qui ad ſummum ſanctitatis culmen à Deo attolleretur.

XVII. Factum vero Epiſcopum nuncium remiſiſſe ſæcularibus iocis hominem naturâ lepidum, eius epiſtolæ poſt Epiſcopatum data declarãt. Sanè quidem ab hoc ipſo tempore animi fuiſſe tranquillioris, ſatis oſtendit, dum rogatus ab amico aliquid mensâ dignum poëticum ludere, ſe excuſans à metrico luſu, ſertio iſta ingerit, illum monens: c *Quinimmò quoties epulo menſæ lautioris hilarabile, religioſis quod magis approbo) narrationibus vacatis proferendis confabulatio frequens, ſi reticendis ſolicitus auditus inſeruiat.* hæc ipſe, qui laſciuientem Muſam inſtar ſeruæ Hebræorum capillis & vinculis circumeiſæ retinuit, vt his ſapphicis ad Firminum datis demonſtrat: d

Veu putet ſolui per amœna dicta,
Schema ſic artis, phaleraſq; iungam,
Clerici ne quid maculet rigorem
Fama poëtæ.

hæc ipſe, cùm iam eſſet creatus Epiſcopus, vt ex eadem epiſtola colligi poteſt.

c Sidon. l. 9. Epiſt. 13

d Sidon. l. 9. Epiſt. 16.

Sed intuere viri modeſtiam de ſe ipſo nonniſi humillimè ſentientis, quamuis plurimæ eſſent illius dotes, quibus potuiſſet efferri. Sunt enim crebræ ipſius querelæ, quibus ſe indignum ad Epiſcopatum aſſumptum deplorat: nam ad Apollinarem ſcribens, hæc ait: e *Ego autem infelicis conſcientiæ mole depreſſus, vi febrium nuper extremum ſalutis acceſſi, vtpotè cui indigniſſimo tanta profeſſionis pondus impactum eſt: qui miſer antè compulſum docere, quàm diſcere, antè præſumens prædicare, quàm facere, tamquam ſterilis arbor, cùm non habeam opera pro pomis, ſpargo verba pro foliis.* hæc de ſe ipſo Sidonius; cùm alioquin teſtificatione Gregorij & aliorum, ſanctiſſimus habitus ſit Antiſtes. Ad Fauſtum quoque nuper creatum (vt ipſe ait) Regienſem Epiſcopum ſcribens, f vbi ipſum valde laudauit, quod per ſacerdotium nihil immutarit vitæ monaſticæ ſeueritatem, eiuſdem exigens preces, hæc inter alia habet, benè compoſitum animum indicantia: *Iu igitur (vt ſupra dixi) precatibus obtine, vt portio noſtra ſit Dominus, atque vt adſcripti turma Leuitarum, nec remaneamus terreni, quibus terra non manet; imò hoc magis, ſicut à ſæculi lucris, ſic quoque à culpis peregrinari,* &c. hæc & alia huiuſcemodi, quibus demonſtrat eadem circa tempora ipſum Fauſtum ex Abbate Lirinenſi creatum fuiſſe Epiſcopum Regienſem. Porrò in diuerſis alijs ipſius Sidonij epiſtolis ſparſi ſunt threni, quibus ſe indignum ad Epiſcopatum aſſumptum deplorat.

e Sidon. l. 7. epiſt. 1.

f Sidon. lib. 9 epiſt. 2.

FAVSTI EPISCOPATVS TEMPVS.

Porrò tantæ apud ſeniores ſanctos Epiſcopos æſtimationis ipſe iunior fuiſſe cognoſcitur, vt obortã contentione in eligendo Metropolitano Epiſcopo Bituricenſis Eccleſiæ, ipſi vni à comprouincialibus ſacerdotibus, clero, & populo, quem vellet eligendi liberum fuerit delatum arbitrium: eum ipſe quanto in dijudicandis hominibus polleret iudicio, declarauit diligens S. Simplicium, quem omnes ſummo gaudio ſuſceperunt. Extant de his ab eodem Sidonio datæ ad diuerſos Epiſcopos litteræ, & itemque habita ab eo tunc habita concio; qua quidem quanta polleret dicendi facundiã, ſi legeris, admiraberis. Verùm vt ex opulento conuiuio aliquid deguſtes, ne prorſus eiunus abſcedas, hic tibi deſcribam, quas ipſe ſuas recenſet anguſtias; cum eligendo aliquem, cuperet omnibus ſatisfactum, nec ſe id præſtare poſſe videret: ſic enim ait:

XIX.

g Sidon. lib. 7. epiſt. 2. & 9.

DIFFICVLTAS IN ELIGENDO QVIGNOBVS PLACEAT.

XX.

Si quempiam nominauero monachorum, quamuis illum Paulis, Antonijs, Hilarionibus, Macarijs conferendum, ſellata anachoreſeos prærogatiua comitetur: aures illicò meas incondito tumultu circumſtrepitas ignobilium puniſionum murmur euerberat conquerentium. Hic qui nominatur (inquiunt) non Epiſcopi, ſed potius Abbatis complet officium, & intercedere magis pro animabus apud cœleſtem Iudicem poteſt, quàm pro corporibus apud terrenum Iudicem. Sed quis non exacerbeſcat, cùm videat ſordidari virtutum ſinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem: vocatur abiectus. Si proferimus erectum: ſuperbire cenſetur. Si minus inſtitutum: propter imperitiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter ſcientiam clamatur inflatus. Si ſeuerum: tamquam crudelis horretur. Si indulgentem: facilitate culpatur. Simplicem: deſpicitur vt brutus. Si acrem: vitatur vt callidus. Si diligentem: ſuperſtitioſus decernitur. Si remiſſum: negligens iudicatur. Si ſolertem: cupidus. Si quietem: pronunciatur ignauus. Si abſtemium producimus: auarus accipitur. Si eum, qui prandendo paſcat: edacitatis impetitur. Si eum, qui paſcendo ieiunet: vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant

Verecun-

Verecundiam prorustici tate fastidiunt. Rugidesob austeritatem nō habent caros. Blandi apud eos communione vilescunt. Ac si apud eos vtrolibet genere vitatur: semper his tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, velut bicipitibus hamis inuncabuntur.

XXI. *Inter hæc monasterialibus disciplinis egrè subditur, vel popularium ceruicositas, vel licentia clericorum. Si clericum dixeris: sequentes æmulantur, derogant antecedentes.* & post nonnulla aduersus eos, qui diuturnitate clericalis ministerij, non prærogatiua meritorum cæteris antehabendos esse clamant, hæc subdit: *Si militarem dixero fortè personam, quæ nimirum ex Palatina militia, Præfectura aliquâ emineret: protinus in hæc verba cauillatur: Sidonius ad clericatum, quia de seculari professore translatus est, ideò sibi assumere Metropolitanum de religiosa congregatione dissimulat: natalibus turget, dignitatum fastigiatur insignibus, contemnit pauperes Christi, &c.* hæcque tibi modò satis, sed non ad satietatem explendam, sed ad gulæ potiùs irritamentum, quo totam ipsam appetas opiparam deuorare mensam.

XXII. SIDONIVS INVIDIAM PASSVS. a Greg. Tur. lib. 2. c. 22.

Sed accipe, quomodo ob mirificam dicendi vim Sidonio inuidiam passo, Dominus præsto fuerit, vt multò magis eius eniteret & animi virtus, & in dicendo facultas. Gregorius enim hæc de ipso habet[a]: *Sanctus verò Sidonius tantæ facundiæ erat: vt plerumque ex improuiso locutentissimè quæ voluisset, nullâ obsistente morâ, componeret. Contigit autem quâdam die, vt ad festinatam basilicæ monasterij, cuius suprà meminimus, inuitatus accederet. Ablatoq; sibi nequiter libello, per quem sacrosancta solemnia agere consueuerat: ita paratus in tempore conuentum festinatis operis explicuit, vt ab omnibus miraretur, nec putaretur ab astantibus vbidem hominem locutum fuisse, sed Angelum. Quod in præfatione libri, quem de Missis ab eo compositis coniunximus, plenius declaramus.* hæc Gregorius de Sidonio Apollinari: cuius cognouimus rationem si quæras, ipsum habes, qui doceat, nimirum eo nomine ipsius nuncupatum fuisse auum, qui primus suæ familiæ, abdicato Gentilitiæ superstitionis errore, Christianam amplexus est religionem. Quo nomine ipse Sidonius summoperè gloriatus, cùm contigit eius Apollinaris restituere monumentum, epitaphium eidem carmine scripsit, quo vbi primum memini de eiusdem Præfectura Prætorij, quam summa cum laude in Gallijs administrauit, ista subdit[b]:

DE APOLLINARIAVO PRÆFECTO PRÆTOR GALLIARVM.

b Sido. l. 3. epist. 12.

Hæc sed maxima dignitas probatur,
Quòd frontem Cruce, membra fonte purgans,
Primus de numero patrum suorum
Sacris sacrilegè renunciauit.
Hoc primum est decus, hæc superba virtus,
Spe præcedere, quos honore tunges,
Quos, hic sunt titulis parès potentes, * parentes.
Hostilic meritis superuenire. Merito igitur ab eo, qui in familiam omnibus celsiùs Præfecturis Christianum nomen intulit, Apollinari, Sollius Sidonius, cognomentum accepit Apollinaris. sed de ipso modò satis.

IESV CHRISTI
Annus 473.

SIMPLICII PAP. Annus 6. LEONIS 17. OLYBR. IMPP.

I. OLYBRIVS OCCIDITVR, GLYCERIVS IMP. CREATVR. c Cassiod. in Chron.

QVADRINGENTESIMO septuagesimo tertio Christi anno Leo Aug. quintum Consul Fastis inscribitur absque collega, quòd turbatæ vehementer essent res Occidentalis Imperij: nam occiditur Imp. Olybrius, & in locum eius à Gothis militibus Glycerius subrogatur: sub huius enim anni Cōsulibus Cassiodorus hæc habet[c]: *His Consulibus, Gundebado bortante, Glycerius Rauenne sumpsit imperium.* tenuitque vix annum vnum. Apud hunc plurimum valuisse San. Epiphanium Ticinensem Episcopum, Ennodius tradit, additque complures capitis reos interuentione ipsius Epiphanij ab eodem Imperatore liberos esse dimissos. In hunc ergo modum magno Reipubl. damno sæpè mutatis Augustis, audita hic est noua calamitas, cùm Ostrogothi sub Duce Windemiro ex gente Amala ad damna descenderunt Italiæ, alia verò ex parte Theodomiro ad prædandum Orientem conuerso. Portò de horum origine & familia Amala Iordanum[d] eius gentis historicum consule.

d Iorda. de reb. Getic.

II. Sed quid accidit? *Simul ac VVindemirus in Italiam cum exercitu ingressus est, ex hac vita subducitur, successorem reliquens filium heredem suo nomine nuncupatum iuniorem VVindemirum: quem Glycerius Imperator, muneribus datis, de Italia ad Galliæ transtulit, quæ à diuersis circumcirca positu barbaris premebantur; asserens vicinos tibi VVisigothos eorum parentes regnare. Quid multa? VVindemirus acceptis muneribus, simulq; mandatis Glycerio Imperatore in Gallias tendit: cumq; se parentibus iungeret VVisigothis vnum omnium corpus effectum est, vt dudum fuerant; & sic Galliæ, Hispaniæq; tenentes suo iure defendunt, vt nullus sibi alius præualeat.* hæc Iordanus.

Ad hæc planè tempora referenda sunt, quæ de Rugorum Regis rebus gestis cum S. Seuerino Noricorum Apostolo nominato Eugipius Abbas fideliter scripsit his verbis: *Rugorum Rex, nomine Flacitheus, in ipsius regni sui capite primordia habens Gothos ex inferiori Pannonia vehementer infensos, quorum innumerabili multitudine terrebatur. Is ergo beatissimum Seuerinum in suis periculis tamquam cœleste consuleret oraculum: fœnidendum vehementius turbaretur, venienti ad hominem Dei desiciat se à Gothorum Principibus ad Italiam transitum postulatum; à quibus se non dubitat quia si hoc ei denegatum fuerit, occidendum. Respondit ei vir Domini Seuerinus: Si nos omnes vna fides Catholica adnecteret, magnæ me de vita perpetuitate consulere debuisti. Sed quia de præsentis tantum salute solicitus es, auscultaque duo. Gothorum nec copia, nec aduersitate turbaberis, quia citò ex eorum discedentibus, tu desiderata prosperitate regnabis: tantum ne humilitatis meæ munita præteriris.* Nouit itaque pigeat pacem appetere etiam inimicorum. *Numquam propriis virtutibus innitatur: Maledictus (inquit Scriptura[e]) qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Dispone tibi insidias cauere, non ponere. In lectulo quippe tuo pacifico fine transibis.*

III. QVID REX RVGORVM CVM S. SEVERINO.

e Hier. 17

IV. VTI DE REX IMMISIDIAS PRÆMONITVS A S. SEVERINO.

Qui dum tali animatus oraculo lætus abscederet, prælato sibi quòd turba latronum aliquos captos asset ex Rugis, virum Dei protinus misit consulendum. Qui sanctus cum mandatis, ne prædones sequeretur, Domino reuellante, admonuit, dicens: Sic eos secutus fuero, occidero. Cauete amnem transeas, & insidijs, quæ tibi in loco parate sunt, improuisa mente succumbas. Nam citò nuncius fidelis aduenit quis te de his omnibus efficiet certiorem. Tunc duo captiuorum ab his hostium sedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quæ beatissimus vir, Christo sibi reuelante, prædixerat. Igitur frustratis insidijs aduersantium Flacitheus incrementa auctus prosperioribus, vitam rebus tranquillissimis terminauit. hæc Eugipius Abbas, qui his subdit gr. de miraculum, cū vnus ex Rugorum populo, qui cōtritis ossibus, iam annis duodecim omni caruerat vsu membrotum, ab eo sanatus est: ex quo euenit, vt frequentissimus ad eum esset accessus tum Rugorum, tum etiam aliorum inde transeuntium barbarorum. habet hęc omnia fusiùs enarrata scriptus codex superiùs citatus, quæ licebit alia plura apud Surium desiderantur, apud quem quæ extant, emendata satis esse noscuntur.

V. *Mirum quidem fuit, tanto honore, cultu & obseruantia frequentatum Seuerinum à barbaris Regibus circumstantibus, quantumlibet Arianis, ab eo ad meliorem fuisse frugem conuersis: cuius cùm eidem parerent monitis, omnia sibi dextera prouenire solere experimentis sæpè sæpiùs didicissent. Ex quibus intelligas, quantò securius & vtiliùs Reges seruis Dei obtemperent, quàm alijs ipsi imperent: conciliant enim diuinam sibi potentiam, dum Dei amici, obediunt, consiliaq; ipsorum libenter audiunt & amplectuntur. Quanto autem detrimento Dei amicorum despiciantur consilia, & petitiones reijciantur; quod idem Eugipius de coniuge filij Regis, eademq; Regina, narrat, terribili est patefactum exemplo; quod ita subdit[f]:*

f Eugip. in vita Sen. c. 8.

VI. *Felitheus quoque Rex, memorati Flacithei filius, qui & Feba) paternam secutus illustriam, sanctum virum pro regni sui cœpit*

GISA REGINA CONTEMNENS S. SEVERINVM CITO PVNITVR.

freqnenter premor dijs. Huius coniunx feralis & noxia, nomine Gisa, semper à remediis clementiæ reuocabat: Hæc ergo inter cætera iniquitatis suæ contagia, etiam rebaptizare Catholicos aliquos conata est: sed ob S. reuerentiam Severini, non consentiente viro, à sacrilega quantocyus intentione defecit: Romanos tamen, captiuos scilicet, duris conditionibus aggrauans, quos etiam Iugubio iubebat deduci. Nam cùm quadam die in proximo à Faustini vico veniens, aliquos ad se transferri Danubio præcepisset, vilissimis scilicet ministeriis seruitutis damnandos; dirigens ad eam vir Dei, vt eos dimitteret, postulabat. Verùm illa facibus furoris exæstuãs, mandata reportari iussit asperrima: Ora (inquit) tibi serue Dei, intra cellam tuam delitescens: licebit nobis de seruis nostris ordinare, quod volumus.

VII. FILIVS REGIS OBSES TENETVR A SERVIS.

Audiens autem hoc homo Dei: Confido (inquit) in Domino meo Iesu Christo, quòd necessitate compelletur explere, quod praua voluntate depexit. Velox itaque secuta correptio prostrauit animos arrogantis. Quosdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat arcta custodia (nam eos iure seruitutis possidebat inuitos): (Ad hos filius memorati Regis admodùm paruulus, nomine Fridericus, eo die, quo Regina seruum Dei contempserat, puerili motu concitus introiuit. Tunc aurifices pectoris insantis gladium imposuêre, dicentes, quod si quis ad eos, &c. iuramenti præsidio, quo vita cum libertate promitteretur, ingredi conaretur, paruulum regium primitùs trahsigentes, semetipsos posteà trucidarent, quippe cùm sibi nullam spem vitæ promitterent, macerari diuturnis ergastulis.

VIII. REGINA REDDITA PASSIONI.

His auditis Regina crudelis & impia, vestibus præ dolore conscissis, talia clamitabat: O serue Dei Severine, sic sic illatæ à Deo vindicantur iniuriæ? Hanc mei contemptus vltionem effusis precibus postulasti, vt in meæ viscera vindicares? Itaque multiplici contritione ac miserabili lamentatione discurrens fatebatur sepro scelere contemptus, quod in seruum Dei commiserat, plagæ præsentis vltionem percelli, confestimq; directis equitibus, veniam poscens, Romanos, quos eadem die tulerat, pro quibus & rogantem contempserat, transmisit. Et absens ad ergastulum, vbi aurifices operabantur, dato eis sacramento euadendi mortem, sospitem suum recipit infantem. Mox & illi dimissi sunt. His auditis, reuerendissimus Severinus Christi seruus gratias Creatori referebat immensas: qui ob hoc interdum differt vota postentium, vt fide, spe, & charitate crescente, dum minora petuntur, maiora concedat. Id namq; egit omnipotentia Saluatoris, vt dum liberos sana mulier subiecit seruituti, seruientes cogeretur reddere libertati. Quibus mirabiliter impetratis, Regina statim ad seruum Dei properans, vnà cum marito, monstrat filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis tui confinio librarum, promittens se nequaquam vltrà iussionibus eius obuiare. hæc Eugipius. Subdit verò de propensiori cura ipsius in redimendis captiuis, deque acceptis sacris reliquijs sanctorum martyrum Geruasij atque Protasij, recusataq; ab eo ipsi oblatâ dignitate Episcopatus, deque monachorum benè instituta disciplina.

IX.

Quomodo autem idololatriæ reliquias in eadem regione & detexit & penitùs abstulit, audi eumdem Eugipium rem admirandam his verbis scribentem: *In castellum quoq;, cui erat vocabulum Cucullis, deuotionibus accolarum vir sanctus aduenerat adhocatus: vbi factum grande miraculum nequeo reticere, quod tamen Maioriani* posti presbyteri nostri, ciuis eiusdem loci, stupendâ relatione cognouimus. Pars plebis quodam loco nefandis sacrificijs inhærebat: Quo sacrilegio comperto, vir Dei multis plebem sermonibus allocutus, ieiunium triduanum per presbyteros loci persuasit indici: ac per singulas domos cereos offerri præcepit: quos propriâ manu vniuscuiusq; parietibus affixit Ecclesiæ. Tunc psalterio ex more decurso, ad horam sacrificij presbyteros ac diaconos vir Dei hortatus est, totâ cordis alacritate communem Dominum deprecari, quatenus ad sacrilegos discernendos lumen suæ cognitionis ostenderet. Itaq; cùm multa largissimis fletibus, cum cruce fixus genibus deprecaretur: pars maxima cereorum, quos fideles accenderant, subitò & accensa diminuta: reliqui verò eorum, qui prædicta sacrilegijs infecti fuerant, volentesq; latere negauerant, inaccensi permanserunt. Tunc ergo qui eos posuerant, diuino declarati examine, protinus acclamantes, secreta pectoris satisfactionibus prodiderunt & suorum testimonio coram manifesta confessione conuicti, propria sacrilegia testabantur.* hæc ipse; quibus & pariter declaratum est, qui lucis filij fuerint, quibus tenebrarum: vt aptari illud Apostoli ijsdem potuerit [a]: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* At de his satis.

[a] Ephes. 5.

Hoc eodem anno natus ex Zenone [b] genero Leonis Imperatoris & filia eius Ariadna filius. Leo itidem aui nomine nuncupatus, ab eodem est nominatus Augustus: sed à tempore assecutæ amplissimæ dignitatis vix decem elapsis mensibus infans (vt Theodorus affirmat [c]) defunctus est, nesciens quid acceperit, quidue moriendo perdiderit. Porrò de eodem Leone nepote redarguitur erroris Nicephorus, vel alij; qui eiusdem reperiuntur fuisse sententiæ, nimirùm ipsum nõ infantem, sed adolescentulum & deprauatis planè moribus fuisse in vitijs enutritum: quem constat, etiam si eodem anno, quo iuncta est Ariadna cum Zenone, natus esset, excedere minimè potuisse teriiũ ætatis annum, vt superius apertissimè demõstratum est, testante præsertim vnà cum cæteris ipso Nicephoro, nõ ante illud tempus datam esse in matrimonium Ariadnam Zenoni, quæ filio Asparis creato Cæsari fuerat desponsata.

[b] Marcell. in Chron. & Cassiod.

[c] Theod. Coll. lib. 12.

IESV CHRISTI
Annus 474.

SIMPLICII PAP. Annus 7. LEONIS 18. GLYCERII I. IMPP.

DECIMVS OCTAVVS & postremus annus, Leonis Imperatoris, qui numeratur Christi quadringentesimus septuagesimus quartus, Leonis Augusti Iunioris Cõsulatu aperitur, quo etiam clauditur vita ipsius Senioris Leonis Augusti, atque pariter eiusdem Iunioris Imperator exitus. Numerãtur prioris Leonis Imperij [d] anni septemdecim & menses sex, eius verò nepotis menses tantummodò decem. Superuixit tantùm hic illi, quantum satis esset, vt amplissimam transferret in partem Zenonem Imperij hæreditatem.

I. VTRIVSQVE LEONIS ORTVS.

[d] Marcell. in Chron.

Fuisset planè Leo auus Augustus inter optimos Imperatores adnumerandus, nisi suorum propinquorum sordibus videri posset aspersus: Etenim etsi omni prorsus caruit hæreticorum erroris contagio; tamen quòd haud prudens ipsos non cauit hæreticos, quibuscum indulgentiùs egit, dum Basiliscо Verinæ coniugis germano pepercit, & Zenonem inexploratum adhuc sibi hominem haud probè de Catholica religione sentientem cooptauit sibi generum & administratorem Imperij: Sic igitur etsi religiosus & maximè pius ipse visus semper fuerit Imperator: haud tamen à posteris laudari meruit, quòd adeò nequissimis hominibus strauerit ad capessendum Imperium viam, nempe Zenoni, qui sublato è medio filio hoc anno ipse iam creatus Augustus successit; & Basiliscо, qui & ipse hæreticus, post multa scelera, in tyrannum tandem erupit.

II. LEO AVG. QVALIS.

Remanserunt autem eiusdem Leonis Imperatoris egregia pietatis monumenta in pluribus religionis ab eo editis sanctionibus, necnon in sacris ab ipso erectis ædibus. Quod enim ad sancitas ab illo leges pertinet; præter illas, quas certis temporum notis contignatas suis singulis reddidimus annis, aliæ complures extant absque die & Consule positæ, vt inter alias [e] quam pro clericis sanxit ac monachis, ne ad sæcularia iudicia traherentur, & aliæ ad eorundem bona spectantes. Illæ etiam adhuc extant, quibus sanctas ecclesias ac domos hospitales Constantinopolitanæ ciuitatis [f] priuilegijs honestauit.

[e] Lib. 1. de Episc. & Cler. C. lib. 16. de Episc. & Cler. C. lib.

III. LEONIS IMP. LEGES PLV.

De sacris autem ædibus ab eo erectis, illa principatum obtinuit, quæ sub Dei Genitricis nomine constructa est, ad Fontem dicta, de qua superiùs mentionem fecimus. huic splendore proximè accessit, quæ in honorem eiusdem sanctissimæ Virginis ab eodem excitata est, vt in ea ipsius sacras exuuias collocaret, vestem nimirùm Hierosolymis tunc allatam, quam innumera miracula decorarunt. De mirificis autem editis signis in hisce ædibus sa-

IV. TEMPLA A LEONE ERECTA.

cris ad

cris ad Fontem erectis, Nicephorus [a] librum se scripsisse testatur. Meminit & Procopius [b] magna cum admiratione de eodem templo sanctæ Mariæ ad Fontem ab ipso Leone extructo, quod reliqua templa facilè superâsse tradit. De inuentione autem sacrosanctæ vestis Dei Genitricis Mariæ habes cùm ex Nicephoro [c], tum ex Metaphraste, [d] enarratam historiam. Sed de Leone hactenus.

Quod verò ad Verinam eius coniugem Augustam pertinet, laudatam inuenimus vt fœminam valdè piam in Actis Matronæ Pergensis magni nominis eius temporis fœminæ, cuius res gestas è veteribus erutas monumentis edidit pariter Metaphrastes [e]. Quod verò ad Zenonem in Imperium successorem spectat: fama fuit, filium Leonem Iuniorem Augustum ab eo malis artibus sublatum esse de medio, vt ipse solus, non vt tutor & procurator, sed Imperator summam rerum administraret. reperitur apud Latinos [f] chronographos de Leone paruulo, ipsum ab interfectore à Zenone immisso, alio in locum eius suppositio, subductum, atque seorsum clanculo educatum, peruenisse que ætate vsque ad Iustiniani Imperatoris tempora: sed hæc haud fidem satis certam inueniunt. Dum autem hoc anno adhuc superstes vitâ esset Leo infans Zenonis filius dictus Augustus, pater eius Zeno administrandum suscepit Imperium, non tamen quòd ipse à Leone esset relictus Augustus, sed tantum infantis tutor & administrator Imperij: quod quidem eusum hoc anno numisma docet, in quo primo loco ita positum vides nomen Leonis Augusti, vt eo titulo careat quod sequitur Zenonis nomen; cùm & D.N. Dominus noster, non DD. NN. in eodem scriptum legatur, sed quod Leo Augustus (vt diximus) infans esset, loco filij ipse Zeno diademate usus in ipso habetur impressus: nisi mauis dicere, infantem Augustum eo modo decoris gratiâ effigiatum. Reddimus hîc tibi ipsum exemplar ex aurei nummi prototypo, quem accepimus à nostro Lælio Pasqualino nobis amicitiæ & rei literariæ vsu coniunctissimo.



Quod autem in aduersa nummi parte nomen legis Augustorum, id factum scias more maiorum, quo licèt vnus tàtùm Augustus regnaret in Oriente, respectu Occidentalis etiam Augusti is titulus ponebatur.

Sed qualis fuerit Zeno iste, qui post vtriusque Leonis obitum sibi Imperium vendicault, ex Euagrio ita accipe, dum de primordijs eius regiminis Sardanapalo dignis ista præfatur [g]: *Zeno postea quàm Imperij clauum, filio suo mortuo, obtinuit: perinde ac persuasum sibi haberet, se minimè totius Orbis dominatu posse potiri, nisi omne voluptatum genus, quod fortè occurreret, licenter & effusè consectaretur, in initio ita libidinem illecebris se totum dedit, vt à nulla turpitudine & nefario flagitio se continuerit; sed in illis volutaretur: vt eadem ista in tenebris & in occulto admittere, abiecti & pusilli animi putaret; palàm autem atque in oculis omnium, regale quiddam esse & solo Imperatore dignum. In qua re peruersa & planè seruili iudicio vsus est. Quippe Imperator, non ex eo, quod aliis imperat, spectari debet, sed quod seipsum ita regere & moderari potest, vt nullum absurdum voluptatis genus sinat in animum irrepere.* hæc Euagrius. At quid boni expectari potuit ab homine adeò in vitijs penitùs mersos? nihil certè, nisi vt secundum illud Apocalypsis: *Et qui sordescit, sordescat adhuc.* Etenim non prauis tantùm infectus est moribus, sed impietate fœdatos; vtpotè qui simulac Imperium administrare cœpit, partes tuendas suscepit hæreticorum. His plauè saltibus ad ima quisque prolabitur, atque tandem mergitur homo, ex eiusmodi planè officina Sardanapali prodire consueuerunt hæresum sectatores & defensores: nam sententia Apostoli, illi Crucit Christi inimici constituuntur, quorum Deus venter est.

VII. At quid de Zenone Imperium moderari incipiente Alexander monachus antiquus Græcus scriptor memoriæ prodidit, adducamus in medium: sic enim ait: *Postquàm Leo Imperator terrestre Imperium dereliquit, & ad immortale illud regnum translatus est: Antiocheni, vrgente Petro Fullone, Martyrio iterum renocato eius sedis digno Episcopo negotium fecerunt: nec sub Catholico Imperatore satis virium habuerunt, vt eum sede omninò pellerent: Zenoni Imperatori supplicationem obtulerunt, petentes Fullonem illum Petrum sibi Episcopum creari. Id quod factum est, auro ipso omnibus, qui erant in aula regia, persuadente, vt Petri Fullonis patrocinium susciperent. Statim igitur vt Petrus ille est ordinatus Episcopus* (iam ab exilio, in quod sub Leone Imperatore fuerat relegatus, ab ipso Zenone reuocatus) *sanctam Chalcedonensem Synodum anathemate fuit detestatus. Cumq; Apollinarij sectatoribus placere studeret, qui Theopaschitæ appellantur, eò quod diuinitatem ipsam passam esse dicerent; nouitatem quandam peßimam excogitauit, hymnumq; illi, qui Trisagion appellatur, etiam hoc adderet: QVI CRVCIFIXVS ES PRO NOBIS, miserere nostri.*

PETRVS FVLLO THEOPASCHITA.

* nobis

VIII. *Hæc cùm sancti Episcopi & Patres nostri audiuissent: ad pugnam illius opinionem refutandam alacri & prompto animo aggressi sunt. Et primò quidem litteris eum ab impietatis voragine reuocare conati sunt. Sed cùm eum repugnantem maiori audacia & temeritate contra fidem Orthodoxam ferri vidissent; omnes, qui sunt in Orbe terrarum, Episcopi, anathemate illum expulerunt.* sed hæc posteà: modò satis ad infinuandam Zenonis admirandam impietatem, tantum idolum super sublimem Antiochenæ Ecclesiæ cathedram extollentis. Sed & idem impius Augustus præterea statuit, vt Timotheus ille sacrilegus inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ relegatus pariter ab Imperatore Leone in Chersonesum, siue Oasim, cum honore ab exilio reuocaretur. qui etiam, vt suam, repetere, ausus est Alexandrinam Ecclesiam: sed de eo fusiùs suo loco dicendum erit.

IX. His igitur nefandis sceleribus perpetratis, & veluti primis ijs sui Imperij à Zenone Satanæ consecratis; quæ mox inde fuerint secuta incommoda Reipublicæ Euagrium audi ista narrantem [h]: *Ad hunc modum Zeno in initio Imperij sui vitam instituit. Illius autem subiecti, tam qui in Oriente, quam qui in Occidente incolebant, grauibus afflictabantur incommodis. Quippè barbari, qui Scenitæ vocantur, loca omnia populati sunt: multitudoque Hunnorum, qui olim vocabantur Massagetæ, in Thraciam incursionem fecit: quinetiam traiecit Danubium, prohibente nemine. Zeno verò, reliquam Imperij partem per vim barbaro quodam more spoliatus fuit.* hæc ipse.

h Euag. l. 3 c. 2.

Sed cur non tam citò (vt par esse videbatur) ipse malorum auctor Augustus, numine vlciscente, pœnas dedit, ex ijs, quæ Sophronius narrat, intelligere satis poteris, vbi ait [i]: *Narrauit mihi quidam Patrum de Zenone Imperatore dicens de mysterio quodam, cuius ipsa ipse Imperator ad libidinem exatiandam subripuisset: Hæc (inquit) docebat in templo Dominæ nostræ Dei Genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cùm ergo multis diebus hoc faceret: apparuit ei per visum sancta Dei Genitrix dicens: Crede mihi, mulier, vltionem tuam sæpè facere volui; sed manus eius prohibet me. Erat enim valdè misericors, & eleemosynas faciens.* hæc ipse: ex quibus obserua, lector, magnam in primis vim esse eleemosynarum: vt planè ex his intelligas, quid sit illud [k]: *Sicut aqua ignem, ita eleemosyna resistit peccatis.* nempe ad vltionem meritam differendam: & quid illud insuper [l]: *Peccata tua eleemosynis redime.* scilicet, Hoc satage, vt per huiusmodi officia diuinam iram, quam prauis operibus concitâsti, retardes. Cùm tametsi ad Dei amicitiam nullus valeat inquinatus vitiorum sordibus aspirare; nihilominus hisce bonis operibus possit ad tempus, quæ citiùs prolapsura erat, diuina vltio contineri: non autem vitari penitùs, nisi ipsa peccata omninò vitentur. Prolixa extat disputatio sancti Augu-

i Sophron. Prat. Spir. c. 172.

VIS ELEEMOSYNARVM.

k Eccl. 3.

l Dan. 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a Augu. de Ciuit. Dei l. 21. c. 26. 27.

aduersus quosdam suo tempore in errorem inductos, qui putarent non obfutura illis sua peccata, qui eleëmosynas in pauperes erogarent. Sed & Gregorius & alij Patres de his pluribus disputârunt. At de his satis. Iam verò occidentale Imperium grauioribus fluctuans impulsibus ac propè collabens fretum vndique inuisamus.

XI. Hoc eodem anno Glycerius b Imperator à Iulio Nepote, Marcellini quondam Patricij ex sororis filio genitus, Imperio deponitur in Portu Romano; & seruatus ad vitam, abdicato seculo, in clericum attonsus, Salonitanus est creatus Episcopus, vt testatur Euagrius c: licet in Portu Romano ordinatum Episcopum alij, Iordano auctore, ferant. Eo igitur sublato de medio ipse Nepos moderandum suscepit Imperium: Cùm (vt subdit idem d Geticarum rerum Geticus scriptor) Enaricus Rex Gothorum tantas varietates & mutationes cernens Aruernam occupat ciuitatem: vbi tunc Romanorum Dux praerat Ecdicius (sic namque legendum, & non Decius, vt habet liber excusus) nobilissimus Senator, dudum Auiti Imperatoris, qui ad pauces dies regnum inuaserat, filius. & paulò post: Hujus Auiti ergo filium Ecdicium diu certantem cum VVisigothis, nec valens aduersus eos; relictâ patriâ, maximeq; vrbe Aruernate hosti, ad tutiora loca se collegit. Quod audiens Nepos Imperator, praecepit Ecdicio, relictis Galliis, ad sua venire, in locum eius Oreste Magistro militum ordinato. haec & idem Gothus auctor (vt omnes asserunt) ex Cassiodoro.

b Chron. Alex. in Chron.

c Euag. l. 2. c. 17.

d Iorda. de reb. Getic.

PRAEFECTVRA MILITARIS MALE CREDITVR ORESTI contulit

XII. Sed quàm longè abhorreant à veritate, epistolaris historia omnium sinceriſſima declarat; quam quidem Sidonius Apollinaris, qui rerum tunc gestarum pars magna fuit, litteris tradidit. Atque in primis quod habet Ecdicium praefecturâ illâ primariâ Magistri vtriusque militiae à Nepote Imperatore spoliatum esse, nequaquam probatur. Etenim Sidonius de ea re saepè pluribusque agens, nihil prorsus de ea Magistri militum praefectura, quod Ecdicio collocata aliquando fuerit, meminit; quâ constat perfunctum esse etiam post Anthemij obitum Ricimerem, ipsum verò Ecdicium propriis sumptibus militâsse eiusdem Sidonij testificatione certum est. Et quod ad Nepotem Imperatorem pertinet; ab eo nequaquam spoliatum, sed auctum potiùs dignitate ampliſſimâ Patriciatûs, idem Sidonius ait, dum ad eius sororem Papianillam, suam verò coniugem, eiusmodi litteras dedit e:

e Sidon. l. 1. epist. 10.

XIII. DE PATRICIATVS DIGNITATE OLLATA ECDICIO

Cùm Rauennâ veniens Quaestor Licinianus, cùm primùm tetigit Alpe transmissâ, Gallie solum, litteras aduenius suis praeuias misit, quibus indicat esse segerulum codicillorum, quorum in aduentu fratri etiam tuo Ecdicio, cuius aequè titulis ac meis gaudeo, honor Patricius accedit, celerrimè, si cogites eius aetatem; si merita tardissimè. Nimo, ille iampridem suffragium de vitâ sua inemenda non soluit in lance, sed in acie: aerariumq; publicum ille priuatus non pecunijs, sed manubijs locupletauit. Hoc tamen sanctè Iulius Nepos armis pariter summus Augustus & moribus, quod decessoris sui hemij fidem, vtriq; tuis fudoribus obligatam, quo citerior, hoc laudabilior absoluit: siquidem iste compleuit, quod ille sapissimè pollicebatur. Quo fit, vt deincepe pro Republica optimus quisque possit ac debeat, si quid cuiquam verum est, quia securius, hinc audiùs impendere: quandoquidem mortuo quoque Imperatore, laborantium deuotioni quicquid sponderit Princeps, semper redhibet principatus.

XIV. *Interea tu (si affectum tuum benè colligo) hisce compertis, magnum solatium inter aduersa maxima capies, nec animum tuum à tramite communium gaudiorum vicissa quoque obsidionis terror exorbitat. Noui enim probè, ne meo quidem te, quem ex lege participas, sic honore laetatam: quia licèt sis vxor bona, soror optima es. Qua de re propitio Deo Christo, ampliatos prosapiae tuae titulos ego festinus gratulatorijs apicibus inscripsi. pariter absoluens solicitudinem tuam, fratru pudorem: quem nil de propria dignitate indicaturum, si verecundum fortè nescires, nec si impium, indicares. Ego verò non tantùm insignibus vestris, quae tu hactenùs quantò liberiùs, tantò impatientius praestolabare (quanquam ijs quoque granditer quantum concordia fruor) quàm par est, nostris suos liberis in posterùm exopto, votis in commune deposcens, vt sicut nos veraq; familiam nostram Praefectoriam nacti, etiam Patriciam diuino fauore redadimus; ita ipsi quam suscipiunt Patriciam, faciant Consularem. Rescate salutat, cura communis: quae in aula amicarumq; indulgentissimo sinu (quòd rarò nepotibus contingit alijs) & cum seueritate nutritur; quâ tamen teneram non informatur suum, sed informatur ingenium. Vale.* ita planè Episcopus ex praescripto diuinae Scripturae cum seueritate enutriri gaudet infantulum: nam Sapie. f: *Filia tibi sunt? Ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Quando autem ipse Sidonius Patricia ûs consecutus sit dignitatem, non constat: cùm tamen ante Ecdicium eo fuisset insignitum honore, rectè intuenti videri possit, dum ait coniugem, quae modò gauderet tã à fratris dignitate, tam laetam esse eodem honore viro impartito. Potrò collatam eam fuisse Sidonio dignitatem, ante quàm Episcopatûs gradum fuerit consecutus, nemini dubium esse potest; quem ante biennium esse creatum Episcopum diximus.

f Eccl. 7.

XV. Quòd verò idem, qui suprà auctor Aruernensem ciuitatem, patriam Ecdicij & Sidonij, sub Nepote Imperatore captam excisamque tradiderit aliter se habet. Obsessum illam quidem hoc tempore fuisse, Sidonius in epistola ad Papinianillam testari videtur. Caeterum eo quam ci captam, sed iniquâ pacis conditione ipsam Gothis deditam post aliquot annos, eiusdem Sidonij testificatione dicemus. Porrò soluram esse obsidionem hoc tempore, ipsâ pace inter Regem Gothorum & Romanorum Imperatorem, constat. Etenim idem Nepos Augustus legationem misit ad ipsum Gothorum Regem Euaricum, quam rogatus ab ipso obiuit sanctus Epiphanius Episcopus Ticinensis, alijs legationibus honestè perfunctis vbique notus, & sanctitate clarissimus. Describemus hîc ipsâ legationem ex ipso Ennodio Cicinensi diacono, qui eiusdem Epiphanij res gestas fideliſſimè scriptas posteris tradidit ipse famâ notiſſimus; de quo saepè inferiùs continget habeti sermonem, & exiplius scriptis complura ad exactam rerum cognitionem petere. Quoniam verò editus liber (vt dictum est superiùs) mendosus non nihil esse videtur, ex scripto codice Vaticano, in quo scripta Ennodij continentur, ista deprompsimus, quae hic se habent:

g Sidon. l. 7. epist. 18.

DE LEGATIONE A NEPOTE AD GOTHOS MISSA.

XVI. *Post Glycerium ad regnum Nepos accessit. Tunc inter eum & Tolosae alumnos Getas, quos trans Enaricus dominatione gubernabat, orta dissensio est: Dum ille Italicos fines Imperij, quos trans Gallicanas Alpes prorexerat, nouitatem spernentes, non desinerent incessere: E diuerso Nepos, ne in vsum praesumptio male suada duceretur, districtius cuperet commissum sibi à Deo regnandi terminum vindicare. Hinc vtrinque litium caeperant fomenta consurgere. Et dum neutra partes conceptum rumorum vincere studio deponunt, sic exuperabat causa discordes. Attigerat iam beatissimus vir octauum in sacerdotio annum: cùm repente Nepotis animum submouendae dissensionis amor insidet: vt repulso simultatis veneno, seruaret inter Reges charitas, quod turi arma vix poterant. Enocantur ad consilium Liguria lumina, viri maturitatis, quorum possit deliberatione labans* labens *Reipublicae status reuinisci, & in antiquum columen solidius despurata restitui: Tantiq; ad tractatum coiere ex iussu Principis, quanti poterant esse rectores. Seritur de ordinanda legatione sermo. In beatissimum virum Epiphanium mentes omnium & oculi diriguntur: fiunt cunctorum sententiae, quasi vnius ex ore proferuntur ex pectore.*

DE LEGATIONE EPIPHANII AD STABILEM REGEM.

XVII. *Quid pluribus? Cùm laetitia Christi miles occasionem laboris amplectitur, & spe affectum percepit, de negotij aestimatione considens, agendi speciem melioraturus inquirit: actionem prae se conclamatam & valdè difficilem caelestu potentia praesidio percontatus suscepit, impleuit. Cuius itineris molestias necessitatesq; non valeam per ordinem digerere, nec si mihi centum linguarum fluminibus per meatus irriguos verba fundantur: Nam egressus de Ticinensi oppido, donec ad destinata loca pertingeret, talia sua fatigationem arte geminauit, vt si temperius iumentorum defectus considerarent, in futura mansionu diuersoria accederent: prater psalmorum continuationem, praeter lectionu perseueranciam, quorum nihil nisi stando faciebat: eligebat secessum nemoreâ fronde conclusum, vbi connexis arborum brachijs nox domestica texerctur: quod solum refugium per vmbracula opaca Sol*

nescire

necesseret, & totum vrendanter ipsæ gratia solem naturalis floreret. Ibi prosusus in oratione, continuis fletibus expertem pluuiarum terram oculorum imbribus irrigabat. Reddebantur arma illa fœcundæ orationum copiæ, quæ regnum esse non poterant. Tali exercitio se macerans; Tolosanam, in qua Euaricus tunc Rex degebat, vrbem ingressus est: quem iam pridie opinio Gallorum auribus, qualis esset, intimauerat, sacerdotibus præcipuè eiusdem regionis, quos attentiores de aduententium inquisitio profunda solicitat.

XVIII. *Erat præterea eâ tempestate consiliorum Princeps, & moderator & arbiter Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non vna iam declamationum palma susceperat: qui summo cum gaudio aduentum Pontificis indicauit notitia publica. Euocator eo tempore Regi præsentandus Antistes. Ad quem illuc vt ingressus, vidit, salutauit, adgressus est:*

QVÆ EPISTOLA IVLIVS AD EVARICVM REGEM PRIMUS DIRIGIT.

Quamuis te, stupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; & gladij, quibus finitimos continua vastitate premis, & segetem quamdam inimici germinis metant: nullam tibi tamen superni gratiam nominis dira bellandi præstat ambitio: nec ferrum finis tuetur Imperij, si cælestis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet consiliare quid placeat: qui cum susceptum hominem portaret ad cælum, pro immensæ hæreditatis munere, pacem discipulis steratá sapius admonitione commendat: cuius nos præceps necesse est esse custodes: præcipue cum nouerimus, virum fortem dici non posse, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere vos conuenit, quòd nemo diligentius propria tuetur, quàm qui aliena non appetit. Quocirca Nepos, cui regimen Italiæ ordinario diuina commisit, si hæc nos impetranda destinauit; vt reducta ad fidem mentibus, terræ sibi conuenæ delectionis iure socientur. Qui licèt certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Nostra in communi, quo sit dominorum antiquitas limitata confinio: quá sustinuerint partes ista illarum rectores famulandis patientiá. Sufficiat, quod elegit: aut certè patiatur amicus dici, qui meruit dominus appellari. Hæc insignissimus Epiphanius.

XIX. PAX INTER IMP. ET GOTHOS.

At Euaricus gentile nescio quod murmur infringens, mollitum se ab hortationibus eius vultûs sui serenitate significat. Leo verò nominatus superioris tanto allocutionis ipsius tenebatur miraculo, vt crederet verbis huiusce modi expugnari posse mentes (si fas est dici) etiam si contra institutam postularet. Tacitè tamen fertur ad interpretem Rex locutus:

QVID EVARICVS REX AD EPIPHA.

Licèt pectus meum lorica vix deserat, & assiduè manus eratium orbem includat, necnon & latus muniat ferri præsidium: inuenio tamen hominem, qui me armatum posse expugnare sermonibus. Fallunt qui dicunt Romanos in lingua scutum vel sipiculam non habere: nôrunt enim & illa, quæ nos miserimus verba repellere; & quæ à se detruncata, ad cordis penetralia destinare. Facio ergo, veneranda Papa, quæ poscis: quia grandior est apud me legati persona, quã potentia destinantis. Accipe nunc fidem: & pro Nepote pollicere quod seruet inconcussam concordiam: quoniam te promissa, iurasse est.

XX. *Hæc dicta, inito etiam pactionis vinculo: venerandus Pontifex Vale dicto, discessit. Ad quem statim peccatorum turba dirigitur, vt secuturo die Regis epulis interesset: quem ille iam compererat ingenter per sacerdotes suos pollicita habere communia (erat enim Arianus secta.) Cui se excusante, dixitq; sibi non esse in more positum alienis aliquando prandijs vesci: perendiè se magis velle profuisci, quod confectum maturauit implere: & Tolosa tantis commantibus egressus est: vt penè deserta vrbs, descendente nostro Pontifice, videretur. Tantos enim in breui deuinxerat sibi charitate fines, vt captiuitatem fleret, quod apud patriam remanere necesse, ac constringebat.* hactenus de bene perfuncto ab Epiphanio munere legationis Ennodius.

XXI. Intercedente igitur inter Iulium Nepotem & Euaricũ Regem, incitâ pace iuramento firmatâ, nihil est, quod dici possit, sub Nepote à Gothorum Rege Euarico ciuitatem Aruernensem esse vi captam: Immò numquam alio quo tempore eam ab eisdem Gothis expugnatam, sed inter pacis conditiones deditionem eiusdem ciuitatis esse factam, anno sequenti dicturi sumus.

XXII. [a] *Sidon. l. 1. ep. 3.* DE LEONE ORATORE

At non excidat, quod Ennodius de Leone apud Regẽ Euaricum oratore, qui soleret legatis responsa dare (vt vidimus) meminit. Extat Sidonij [a] Apollinaris ad eumdem virum quidem disertissimum data epistola, in qua hæc iocosè de munere ipsi à Rege impolito respondendi legatis: *Sepone paucissimis inclamatissimas declamationes, quas olim regij vicis conficis; quibus ipse Rex inclytus modò corda terrificat gentium transmarinarum; modò de superiore cum barbaris ad Vachalim tecta ripibus sodia victor inundat; modò per promotum limitem sortis, vt populis sub armis, sic senatu arma sub legibus, &c.*

XXIII. Expetijt ab ipso Sidonio aliquando idem Leo orator per amicam communem Hesperium, vt horum temporum historiam scriberet: At Sidonius in ipsum refudit opus, eleganter vsus Plinij Iunioris exemplo, vbi ait [b]: *Res est quidem digna, quam tu inberes, sed non minùs digna, quam faceres. Nam & antiquitatis cum Catus Cornelius Tacitus Catoque Plinio Secundo parem fecisset: ipse postremò quod inuinxit, arripuit: idq; ab exemplo nonne melius aggrederetur? agitat & ego Plinio vt discipulus assurgo, & tu vetusto genere iure Cornelium antecenu: qui sæculo nostro si reuiuisceret, tecq; qualis in literis & quantus haberi, conspicaretur, nec à veritate Tacitum esset, hæc ipse: pluraque subiit, quibus declarat in eo omnia facilè reperiri, quæ in eiusmodi scribendi genere requiri & exigi possint à quouis rigido scriptorum alienorum censore.* [b] *Sidon. l. 4. ep. 22.*

XXIV. HISTORIAM SVORVM TEMPORVM CLERICI NEGARANT. Sed & quòd maximè nobis notandum est, alia etiam se exparte excusans, plurimis docet, non esse hominis clericalis professionis, historias suorum temporum scribere: Quam quidem haud temerè, vel obiter, dignam tanto viro prolatam sententiam fortissimis enthymematibus astruit, roborat, atque confirmat, vt gaudeam tandem me inuenisse patronum, atque paratam habeam defensionẽ, perspicuamque omnibus scriptam apologiam; si nostri sæculi res gestas posteris trasdere præter missero; ne quis id à me exigat importunius, aut violentus extorqueat, ad Leonem.

XXV. Adnumerat idem Sidonius eumdem Leonem oratorem inter celebres huius ætatis scriptores, vbi post alios recensitos horum meminit his verbis [c]:

[c] *Sidon. l. 9 epist 7*

Acrem Lampridium Auram Leonem,

Præsentes q; tuba Seuerianum. Sed & præstâsse cæteris, Leonem poëticis facultatibus, testatur scribens ad Tonantium, vbi ait:

Istud vix Leo Rex Castalij chori,

Vix hunc qui sequitur Lampridius queat. Verùm tanti viri ingenij nullum penitùs relictum est monumentum, præter breuem nuper recitatam responsionem, quam nomine Regis Euarici sancto Epiphanio Ticinensi legato reddidit. De Seuerianj verò excellentia agit, dum de eius violento obitu epistolam ad Lupum Episcopum dedit [d]:

[d] *Sidon. li. 8. epist 11.*

IESV CHRISTI
Annus 475.

SIMPLICII PAP. Annus 8. ZENONIS 2. IMP. AVGVSTVS

CHRISTI annus quadringentesimus septuagesimusquintus vnius tantùm Consulis Zenonis Aug. nomine inscribitur Fastis iterum. Res enim Occidentalis Imperij perturbatæ creandi alterum Romæ Consulem facultatem ademerunt. Etenim Oreste haud pridem creatus Magister militiæ à Nepote Imperatore, comitius in hostem, Româ cum exercitu Rauennam veniens, ibi aliquandiu moratus, filium suum Momilium Augustulum nuncupatum Imperatorem acclamari fecit. Cum autem Nepos compertum habuisset, cum Oreste vniuersum cõspirare exercitum, nouumque ab eo esse creatum Imperatorem, in Dalmatiam fugit, vbi Glycerius iam fuerat ordinatus Episcopus. hæc ex Cassiodoro Iordanus. I. AVGVSTVS IMP.

Quod verò ad Augustulum nomen spectat, fallitur eos quidem certum est, qui eum ita nomine proprio appellatum fuisse putârunt: cum re verâ non Augustulus, sed Augustus fuerit nomipatus; prout nuncupata declarat, quod hic II.

tibi formis expressimus, Romæ asseruatum inter antiqua monumenta omnia fide probata viri nobilis, Lælij Pasqualini.



Ex quo facilè intelligas accidisse, vt qui re verâ Augustus nomine proprio appellaretur, contemptus gratiâ (vt de alijs accidit Imperatoribus, vulgi dictis alijs indita illis nomina, quod de Caligula pater) ex Augusto fuerit dictus Augustulus; cùm præsertim geminatio illa Augustus, Augustus, hactenùs inusitata videretur esse molesta. Ita planè secundùm illud vulgatum: *Omne, quod oritur, occidit*; Romanum Imperium cœpit ab Augusto, & finit ac deficit in Augusto: sed Octauianus ille, Mômilius iste; quod nomen in reddito hîc numismate æreo rubigo consumpsit.

III. Qui autem Nepotis sectati sunt partes, quò se magis viribus destitutos esse sensêre, eò solicitiùs alto corde voluere cœperunt consilia, & meditari artes, quibus de prodito ab Oreste Nepote pœnas sumerent: quamobrem nullam ducentes cladis Italiæ inferendæ rationem, in eâ immittere decernunt barbaros, Erulos dictos, haud longè ab Italia positos, formidabili procinctu paratos: nihil enim (vt alij tradunt) cum Gothis egêre, quos scirent Imperatori fœdere esse coniunctos. Legationem igitur mittunt ad Odoacrem Erulorum Regem, id ipsum maximè appetentem, & diu noctuq; animo meditantem, quomodo potiri possit Italia iam penitùs Imperatore quodammodo nomine respuente. Sed antequam eius in Italiam progressum narramus, quid de ipso ab Eugipio in rebus gestis S. Seuerini narretur, hîc reddamus.

ODOACER REX ERVLORVM VOCATVR IN ITALIAM.

IV. De alijs etiam gentibus, ad quas tanti miraculi de Rugo homine incurabili morbo laborante sanata fama peruenerat, multi Christi militem videre cupiebant. Qua deuotione etiam ante hoc factum quidam barbari cùm ad Italiam pergerent, promerendæ benedictionis causâ ad eum intuendum diuertebant; inter quos & Odoacer, qui posteà regnauit in Italia, vilissimo tum habitu iuuenis, staturâ procerus, aduenerat; qui dum se, ne humillimæ tectum cellulæ suo vertice contingeret, inclinâsset, à viro Dei gloriosum se fore cognouit. Cui etiam Vale dicenti: *Vade* (inquit) *ad Italiam vilissimis pellibus coopertus, sed multa citò pluribus largiturus.* hæc Eugipius de vaticinio Seuerini præuidentis Odoacrem nouum flagellum à Deo iam anteparatum. Quid autem ipse Rex egerit, cùm ingressus est in Italiam; fauentibus illi, qui erant ex parte Nepotis; cùm in historicorum nullus prosecutus sit stylo: ex his, quæ de clade Ticinêsi ab Ennodio eius Ecclesiæ diacono scripta sunt, reliqua funesta possumus contemplari. Inter Ennodij enim scripta, quæ citatus sæpè Vaticanus codex habet, ista tantùm de horum temporum rebus gestis relata leguntur:

TICINENSIS CIVITATIS CLADES.

V. *Ecce ille quietis nescius, & scelerum patrator inimicus magna dolorum incrementa conglutinat, & inquirit, quibus virum integerrimum* (Epiphanium scilicet) *passionibus lacesseret. Exercitum aduersus Orestem Patricium erigit, & discordiæ crimina clandestinus supplantator inserit. Spe nouarum rerum perditorum animos inquietat; Odoacrem ad regnandi ambitum extollit. Et vt hæc pernicies in Ticinensi ciuitate contingeret, Orestem ad eam fiduciâ munitionis inuitat. Episcopus cum omnibus ad se pertinentibus præsens inuenitur. Fit maximus in vrbe concursus: prædandi rabies inardescit. Vbiq; luctus, pauor vbiq; & mœroris imago plurima discurrebat. Ille solicitus poscebatur ad pœnam, cuius substantiam notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior.*

VI. *Alij flammam ruituris ædibus supponebant: alij ad exitium pos-*

cebant dominum, pro cuius conuenerat salute pugnare. Currunt ad Ecclesiæ domum totius direptionis incendijs æstuantes: dum quem videbant erogare plurima, per immensa suspicabantur abscondere. Proh nefas thesauros dura barbaries quærit in terra, quos ille ad cœlestia secreta transmiserat. Diripitur etiam sancta eius germana & seorsum ab eo sorte captiuitatis deducitur. Omnes nobilium familiæ à suis sequestrabantur. Lumnosa gloriosissima fœmina paruis necessitatis conditione constringitur. O dolor! vtrag, Ecclesiæ flammis hostilibus concremantur: tota ciuitas quasi vnus rogus effulgurat: cunctorum voces sacerdotem quærentium audiuntur: nemo periculi sui meminerat, dum maior ab illius salutis portio diuideretur. Cui quâuis confusa in singulorum exitium turba frenneret, honor tamen inter gladios impendebatur: nam illicò non fuerunt, quos poterat videre captiuos.

Venerabilem germanam suam, priusquàm in vesperum dies ille lux funesta laberetur, eripuit: plurimos etiam ciuium absoluit precatu suo, antequàm duræ conditionis vinculâ sentirent, matres familias præcipuè, quas immanior in hac necessitate poterat commanere commoratio. Postremò statim ciuitatu, quam multitudo barbarica succidebat, vnius fortissimæ columna sustentatus resurgebat auxilio: nec tantum ad delendum sufficiebat exercitus, quantus ad reparandum vnius persona Pontificis. hucusque Ennodius de clade Ticinensi.

VII. EPISTOLAM EIVS A BARRAIO EDITAM.

Fluctuârunt & hoc motu, quæ adhuc Romano Imperio subiectæ erant ciuitates in Gallia. ipsæ autem prouinciæ Gallicanæ tetrarchijs diuidebantur: Sidonius enim vnum ex Regibus illis barbaris Tetrarcham appellat[a], dominantibus his singulis Gothis, Burgundionibus, Frâchis, atq; Romanis: quibus vt pars aliqua licèt minima integra remaneret, non bellicus labor, sed inter barbaros Reges æmulatio exorta præstabat; cùm subiret inuidiâ reliquorum, & in se odium concitaret, atque etiam arma moueret, qui ex subreptione rerum Romani Imperij potentior fieri reliquis aliquo modo tentâsset. Verùm hæcita, dum adhuc res Romani Imperij Imperatorum nomine munirentur: Cùm verò in decliuum positæ iam penitùs collapsuræ viderentur, eâdem ruinâ contremuerunt quæ ipsi erant adnexæ prouinciæ, ad earum casum pariter fluctuantes. Quid verò actum sit à barbaris in alias subiectas Imperio ciuitates, ignoratur. De Aruernensibus populis aliqua remansit memoria in Sidonij Apollinaris epistola, de quibus superiùs mentio facta est.

VIII. GALLIA RVM MOTVS. a Sidon. Lib. epist. 7.

Quæ verò hoc tempore, nempe cùm iam Sidonius illis præesset Episcopus, eidem contigerint ciuitati, modò dicenda. Cùm Gothus Rex Euaricus, quam sæpè frustrà & magno suo damno tentârat, Aruernensem ciuitatem, iterum aggredi parat: tunc ipse Sidonius humano destitutus auxilio, ad precum subsidia conuolat: quibus potens magnâ virtute Gothis restitit, afflictatis licèt populis tum hostium armis, tum fame, quâ hoc tempore Gallia vexabatur. Hæc autem quomodo se habuerint, dignitas postulat arguendi, vt quàm exactissimè describantur, quantum fas est ex fragmentis hinc inde petitis implere.

IX.

Sed primùm quàm turbulentus semper esse soleret Aruernæ ciuitatis status, ex ipso Sidonio accipe ita ad Felicem scribente[b]: *Oppidum siquidem nostrum, quasi quendam sui limitis oppositi obicem circumfusarum nobis gentium arma terrificant. sic æmulorum sibi in medio positi populorum lacrymabilis præda, suspectis Burgundionibus, proximi Gothis, nec impugnantium ira, nec propugnantium caremus inuidiâ.* hæc ipse.

b Sidon. l. 3 epist. 4.

X.

Deque ijsdem meminit, scribens [c] ad Faustum, dum ait se sub specie legationis esse factum extorrem. Potiò periclitante ciuitate, ipse Sidonius litteris suis reuocate in patriam conatus est Ecdicium, cuius fortitudine, diuinâ opitulante gratiâ, eadem ciuitas aliàs fuerat liberata. extat de his ad eum epistola [d]. Sed quòd magis diuino quàm humano inniteretur auxilio; legationem precum mittit ad Deum, sacras frequentans vnà cum populo Rogationes; atque ad earum restitutorem litteras mittit, ad ipsum, inquam, sanctum Mamercum Viennensem Episcopum: quas egregiâ pietate conspicuas hîc describendas esse putamus, vt intelligas sedulum sanctorum

XI. c Sidon. l. 7 epist. 3. SIDONIVS LABORAT PRO VRBE ARVERNA. d Sidon. l. 4 epist. 3.

Episco-

Episcoporum studium, quod adhibere solerent, cum sibi subiectus populus contingeret ingruentibus perturbationibus agitari: sic enim se habent[a]:

a Sidon. ep. 2. 1.

XII. *Rumor est, Gothos in Romanorum solum castra mouisse. Huic semper irruptioni nos miseri Aruerni iannua summo. Namq; odijs inimicorum hinc peculiaria fomenta subministramus, quia nec dum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeru alueo limitauerunt: solam sub ope Christi moram de nostro tantum obice patiuntur. Circumiectarum verò spatia tractumq; regionum iampridem regni * minacis importuna deuoranit impressio. Sed animositatis nostra tum temeraria, tumq; periculosa non nos, aut ambustam murorum faciem, aut putrem sudium cratem, aut propugnacula vigilum trita pectoribus consideimus opitulatura: sed tamen inuectarum te auctore Rogationum palpamur auxilio: quibus inchoandis instituendisq; populus Aruernus, etsi non effectu pari, affectu certè non impari cœpit initiari, & ob hæc circumfusis nondum dat terga terroribus.* Ita planè Sidonius Episcopus, in tot ingruentibus vndique discriminibus, Rogationum pio cultu hostes repressit, populumque seruauit incolumem. Pergit verò narrare, quâ occasione eædem Rogationes ab eodem, ad quem scribit, S. Mamerco fuerint restitutæ, cùm ait:

* regis SIDONIVS QVID DE ROGATIONIBVS AD S. MAMERCVM

XIII. ROGATIONES A S. MAMERCO INSTITVTÆ. *Non enim latet nostram ciscitationem: primùm temporibus harum sic supplicationum institutarum, cùm ciuitas cœlitus tibi credita per huiusmodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur; Non modò scena mœnium publicorum crebris terræmotibus concutiebantur: Nunc ignes sæpè flammati caducas culminum crustas, supertecto familiarum monte, tumulabant: nunc stupenda foro cubilia collocabat audacium pauenda mansuetudo ceruorum: Cùm tu inter ista, discessu primorum popularium, q; statu vbi examinato, ad noua celer veterum Niniuitarum exempla decucurristi, ne diuinæ admonitionis tuæ quoq; desperatio conuiciaretur. Et verè iam de Deo tu minimè poteras ab ig, peccato post virtutum experimenta dissidere. Nam cùm vice quâdam ciuitas conflagrare cœpisset, fides tua in illo ardore plus caluit: vt cùm in conspectu pauidæ plebis, obiecta solo tui corporis, igneus recessus in tergum fugitiuis flexibus sinuaretur, miraculo territuli, nouo, inusitato, assuti flammæ cedere per reuerentiam, cui seruiri debuit per naturam.*

MIRACVLVM DE IGNE EXTINCTO.

XIV. S. MAMERCVS QVÆ SVOS ADMONAT. *Primùm igitur & qui paucis nostri ordinis viris indicis icimnia, interdicu flagitia, supplicia prædicis, remedia promittis: exponu omnibus, nec pœnam longinquam esse, nec veniam: doces denunciata solitudinis minas orationum frequentiâ molliendas: Mones assiduitatem furentis incendij, aquâ potiùs oculorum, quàm flumine posse restingui; Mones minacem terræmotuum conflictationem fidei stabilitate firmandam. Cuius confestim sequax humilis turba consilij, maioribus quoq; suis fuit incitamento, quos cùm non pigniisset flectere: redire non puduit. Quâ deuotione placatus vsq; ad cor pectoris Deus, fecit esse obsecrationem vestram vobis saluti, cæteris imitationi, vtrisq; præsidio. Denig, illis deinceps non fuere vel damno calamitates, vel ostenta formidini.*

XV. *Quæ omnia sciens populus iste Viennensibus tuis & accidisse prius, & non accessisse posterius; vestigia tam sacrosancta informationis amplectitur sedulò, petens vt conscientiæ tuæ beatitudo mittat orationum suarum suffragia, quibus exempla transmisit. Et quia tibi soli concessa est post auorum memoriam, vel confessorum Ambrosium, duorum martyrum reperiorem in paribus orbis Occidui, martyris Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capite luliani, quod istinc turbulento * quondam persecutorum manu retulit cruenta carnificis: non iniurium est, quod pro compensatione depositus, vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc rediit pars patronij. Memor nostri esse dignare domine Papa.* hactenus ipse: quæ autem subobscurè hic de martyrum inuentione dicit, ad finem narrationis horum, quæ de Rogationibus dicuntur, elucidabimus. Sic igitur S. Mamercum Sidonius interpellat, cum ingruentium Gothorum compressione, ciuitas Aruernorum admodum laboraret: cuius occasione id emolumenti populus ille est consecutus, vt Rogationes accuratè ex Ecclesiasticæ disciplinæ præscripto frequentarèt. Quales autem priùs esse solerent, ab eodem auctore accipe ex epistola ad Aprum data, in qua post exordium ista leguntur[b]:

INVENTIO SS. MARTYRVM. * tempore

b Sidon. lib. 1 ep. 4

XVI. *In vrbem tamen (ni fallimur) Rogationum contemplatione reuocabere: quarum vobis solemnitatem primus Mamertus Pater & Pontifex reuerendissimo exemplo, vtilissimo experimento inuenit, instituit, inuexit. Erant quidem prius (quòd salubri fidei pace sic dictum) vagæ, tepentes, infrequentesq; atque (si dicere ausis) ossitabundæ supplicationes: quas sæpè interpellantium prandiorum obtibus bebere abantur, maximè ante imbres, aut serenitatem deprecaturæ: ad quas (vt nihil amplius dicam) figulo pariter atq; bortulano non oportuit conuenire. In hic autem, quas suprafatus sacerdos & protulit pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, flettur. At hæc festa cernicum humiliatarum consternatorum * ciuium suspiciosa contubernia petoq. Et si spiritualem animum tuum bene metior, modò citiùs venies, quòd non ad epulas, sed ad lachrymas inuitaris.* hæc tempore Rogationum ad amicum Sidonius.

XVII. ROGATIONVM VSVS VBIQVE DIFFVSVS. Cæterùm nos Aruernos tantùm populos, vel Gallos, sed Catholicam vniuersam Ecclesiam eiusmodi sacrum Rogationum vsum recepisse & quàm citissimè, testatur S. Auitus eiusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopus, qui post Esychium successerem S. Mamerco sedit: nam in homilia ijsdem Rogationum diebus habitâ, eius exordio ista præfatur: *Currit quidem (inquit c) tramite vialis nouper Gallias modò, sed per Orbem totum Rogationis obseruantiæ flumen irriguum.* Porrò primâ institutio, quando periculum illud ingruit, Paschale tempus fuit: verùm ne iungerentur resurrectionis gaudijs luctus orantium & ieiunantiũ afflictatio, triduum illud est electum, quod sacrum præcedit festũ Ascensionis, vt S. Auitus eâdem explicat homiliâ, quæ etiam citatur à Gregorio d Turonensi, inde præmittente narrandæ historicæ veritatis auctoritatem. Nos verò melius reddere ex Sidonio iudicauimus, cuius tempore ea fieri contigerunt. Quod igitur ab Ecclesia Catholica antiquitùs traditum, sed disciplinæ solutione cultu remissioni neglectum, S. Mamercus restituit & auctiori excoluit obseruantiâ, Gallicana est consectata Ecclesia, atque alij longè lateque Catholici populi sunt amplexari. Aurelianense quidem Concilium, hoc eodem sæculo celebratum, his verbis Rogationum sanciuit disciplinam[e]:

c Auit. homil. 1. de Rogat.

d Greg. Turon. l. 2 c. 34.

e Conc. Aurelian. c. 29.

XVIII. *Rogationes ad est. Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt præmissam triduanum ieiunium, in Dominicæ Ascensionis solemnitate soluatur. Per quod triduum serui & ancillæ ab operè relaxentur, quò magis plebs vniuersa cõueniat: Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.* hæc Patres. At de his consule à nobis dicta in Notationibus ad Romanum Martyrologium locupletiùs.

XIX. Ad postremum verò quod spectat ad elucidationem eorum, quæ à Sidonio ad S. Mamercum de inuentione sanctorum martyrum ad finem epistolæ subobscurè ponuntur, habes eadem verba Sidonij recitata, & palàm facta à Gregorio Turonensi in libello, quẽ scripsit de miraculis S. Iuliani, vbi de reliquijs eorumdem SS. Martyrum Ferreoli & Iuliani eiusmodi orationem instituit, quæ rei gestæ huius temporis habuit historiam de martyrum inuentione, ait enim[f]: *Quodam tempore, dum ad occursum beati Nicetij Antistitis vsq; Lugdunum proficiscerem, iubuit animo non aliter, nisi orationis causa Viennam adire, & præcipuè sepulchrum visitare Ferreoli martyris gloriosi: insederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me sic esse eius alumnum, vt Iulianũ. Denig, orationem factã, erigo oculorum aciem ad tribunas, conspicioq; in co versiculos hoc modo conscriptos:*

f Greg. Turon. de m. mi. S. Iuliani. c. 2. CAPVT S. IVLIANI VM ORIORE S. FERREOLI.

Heroas Christi geminos hæc continet aula,
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

XX. NOVA BASILICA S. MAMERCO ERECTA. *Cùm hæc legens, admirum confalerem, cur hæc scripta sic fuerint: respondit: Basilica sancti martyris Ferreoli super ipsum Rhodani littus ab antiquis fuerat collocata. Denique cùm impulsante violentiâ amnis, porticus, quæ ab ea parte erat collocata, corruerat: prouidus sacerdos Mamertus nomine, qui tunc Viennensem regebat Ecclesiam, ruinam futuram prauenions, altam basilicam eleganti opere, & in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sanctis martyrij transferre cupiens corpus. Aduenit autem ad hoc opus Abbatum & Monachorum magnus numerus: vigilatũq; nocte, accepto sarculo, fodere cœperunt. Cumq; in profundo descenderent, tria sepulchra reperiunt, ac confestim super mentes spectantium inuasit. Nec quisquam erat certus, quinam esset B. martyris tumulus. Igitur cùm starent omnes in hebetatæ mentis attonitis: insperanter (vt credo) Diuinitate, vnus ex adstantibus exila-*

exclamat, dicens: Antiquitùs referri solitum erat, & celebri per populos sermonem vulgatum, caput Iuliani confessoris in sepulchro retineri martyris Ferreoli. sic opertorio amoto, vnusquisque consideretur; & sic posset, qua sunt membra Ferreoli martyris, protinus inueniri.

XXI. INVENTIO SS. MARTYRVM.

Hæc audiens sacerdos, cunctos iubet ad orationem prosterni. Quâ impletâ, procedit ad tumulos: detecto, duobus, singulos in his quiescentes inuenit viros. Cumq; aperuisset & tertium, inuenit in eo virum tacentem illa so corpore, integro vestimento, qui deposito capite, caput amplexus aliud brachio decumbebat: erat enim ac si nuper sepultus; neq; pallore faciei demutatus, neque capillorum deciſione turpatus, neque vllâ putredine resolutus; sed ita integer & illæsus, vt putares eum adhuc sopore corporeo detineri. Tunc Antistes gaudio magno repletus, ait: Hoc esse cadauer Ferreoli, hoc esse caput Iuliani martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno psalterio plaudente populo, in loco, vbi nunc est, adoratur, Domino annuente. Hæc autem, vt ad sepulchrum martyris ab ipso adituo cognoui, fideliter retuli. Prebet autem huic operi testimonium Solinus (Sidonius scilicet) noster ipsi Mamerto scribens his verbis: Tibi soli concessa est in parte orbis Occidui martyrij Ferreoli solida translatio, adiecto nostri capiti Iuliani. Vnde pro compensatione depositionis, vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vobis hinc redijt pars patroni. hæc Gregorius: alludereque Sidonium superius docet, quòd Iulianus martyr Aruernensis fuerit, ciuis verò Viennensis; qui fugiens apud Aruernos, ab insequentibus persecutoribus deprehensus, capite truncatus est: cùm ad ostentandam martyris cædem carnifex caput Viennam, vnde venerat, festinè retulit, quod vendicatum atque redemptũ à pijs, cum S. Ferreolo æquè martyre mandatum est sepulturæ. Portò quot quantisque miraculis veluti diuinæ lucis fulgoribus illustratus fuerit in suis reliquijs idem S. martyr Iulianus, habes volumen quinquaginta capitibus accuratè descriptum ab ipso Gregorio Turonensi. At de martyribus hactenus.

a Greg. de mir. ac. S. Iuliani. c. 1.

XXII. STATVS ECCLESIÆ GALLICANÆ.

Certè quidem Aruernensem populum vnà cum sacerdote de gregis sui cura solicito supplicantem à Deo exauditum fuisse, exitus declarauit; cùm nunquam, vt dictum est, valuerit ciuitas ab hostibus capi, licèt tandem inter iniquas pacis conditiones posita fuerit eiusdem ciuitatis deditio. Sed quid de statu totius reliquæ Ecclesiæ Gallicanæ? Licèt remanserint silentio scriptorum, vel potiùs monumentorum amissione satis obscuræ: liquet tamen ipsas triplicis generis barbarorum assiduè pressas esse dirâ tyrannide. Verùm quod neque Burgundiones, neque Franchi vllùm facesserent pietati negotium, tolerabiliores videri poterant. Sed Euarici Gothorum Regis Catholicam religionem insequentis ingum importabile videbatur. Perfidus enim barbarus (vt ex Sidonio audies) haud minùs quàm regnum curabat propagare perfidiam Arianamq; hæresim, quam semper Gallia vitam veneni penitùs reluctassent, Gallis propinare satagit. Quænam autem per eum dirâ clades Gallicanis Ecclesijs, quæ sub eius ditione positæ erant, illata fuerit, in medium adducamus. Supperit nobis in tanta rerum obscuritate velut iaccensas faces suis literis Sidonius Apollinaris eâ potissimũ epistolâ, quam ad Basilium scripsit, dum ille pro conciliãda cum Euarico concordia legatione publicâ fungeretur, petens ab eo, vt memor esset in fœdere cauendo Catholicæ pietatis, vtin posterum bene consultum esset afflictatis Ecclesijs & fidei barbarico furore depressæ. Epistola autem sic habet b:

b Sidon. l. 7. epist. 6.

XXI. SIDONII EPISTOLA AD BASILIVM.

Sunt nobis munere Dei, nouo nostrorum temporum exemplo, amicitiarum veterarum iura; dumq; est, quod inuicem diligimus ex æquo: Porrò autem quod ad communem conscientiam pertinet, tu patronus: quamquam hoc ipsum præsumptuosè arroganterq; loquar. Namque iniquitas mea tanta est, vt mederi de lapsuum cum assiduitate vix etiam tua supplicationis efficacia queat. Igitur quia mihi es quam patrocinio, tam dilectione bis dominus, pariter & quod meminisprobè, quo polleas igne sensuum, fonte verborum, qui viderim Modaharium ciuem Gothum, Arianæ hæreseos tacula vibrantem, quo tu spiritualium testimoniorum mucrone confoderis: seruatâ cæterorum tam reuerentiâ, quam pace Pontificum: non inuitâ tibi defero*, qualiter Ecclesiasticas caulas istius ceruus lupus, qui peccatis perentium saginatur animarum clande-

* defero

stino morsu necdum intellectis deptis arrodat.

Namq; hostis antiquus quò faciliùs insultet balatibus ouium deflentium, priùs dormitat tantum incipit cernicibus imminere pastorum. Neq; ego ita mei meminens non sum, vt nequaquam me iuuat esse reminiscar, quem longa adhuc ablunenda fletibus conscientia premat: cuius flercora tamen (subope Christi) quandoq; mystici oris orationum tuarum rastris eruderabuntur. Sed quoniam sopremine primati reatûs verecundiam publica salus; non verebor, etsi carpat zelum meum mefidet sinister interpres, sub vanitatis inuidia causam prodere veritatis. Euarix Rex Gothorum quod limitem regni sui, rupto dissoluto q; fœdere antiquo vel tutatur armorum iure, vel promouet: nec nobis peccatoribus hic accusare: nec vobis sanctis hic delitere permissum est. Quin potiùs si requiras; ordinis res est, vt diues bis purpura byssoq; vestitur, & Lazarus hic vlceribus & paupertate feriatur: Ordinis res est, vt (dum in hac allegoria versamur) Aegyptius Pharao incedat cum diademate, Israelita cum cophino: Ordinis res est, vt dum in hac figurata Babylonis fornace decoquimur, nos cum Hieremia spiritualem Hierusalem sospitosis plangamus vlulatibus; & Assur fastu regio tonans, Sanctorum sancta proculcet. Quibus præsentium ego futurarumq; beatitudinum vicissitudinibus inspectis, communia patientiæ incommoda fero: Primùm, quod mihi quæ merear introspicienti, quæcumq; aduersa prouenerint, leuiora reputabuntur: dein, quod certum scio, maximam esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis triturretur exterior.

XXIV.

XXV. DE STATV ECCLESIÆ GALLICANÆ.

O Sed, quod fatendum est, præsatum Regem Gothorum, quamquàm sit virtutum merita terribilis, non tam Romanis mœnibus, quàm legibus Christianis insidiaturum pauesco: Tantum (vt ferunt) ortu, tantum pectori suo Catholicæ intuitio nominis acer*, vt ambigas, amplius ne sua gentis, an sua secta teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer animis, hunc solitum patitur errorem, quod putat sibi tractatuum, consiliorumq; successum tribui pro religione legitima, quem potiùs assequitur pro felicitate terrena.

* Sollicitus

XXVI.

Propter quod discite citò Catholici status valetudinem occultam, vt apertam festinetis adhibere medicinam: Burdegala, Petrocorij, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Helusani, Vasates, Conuenæ, Auscenses, multoq; iam maior numerus ciuitatum summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec vllis deinceps Episcopis in desiderium officia suffectis, per quos vtique minorum ordinum ministeria subrogabantur, latum spiritualis ruinæ limitem traxit, quem ferè constat sic per singulos dies morientium Patrum propiore defectu*, vt non solum quoslibet hæreticos præsentium, verum etiam Antichristi priorum temporum potuerit inflectere: ita populus excessu Pontificum orbatus, tristi interitu fidei desperatio premit, nulla in desolatis cura diœcesibus parochijs.

* Sollicitus

XXVII. MISERAN DA ECCLESIA RVM STATVS.

Videas in Ecclesijs aut putres culminum lapsus, aut valuarum cardinibus auulsis, basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obsitos. Ipsa (proh dolor!) videas armenta non modò semipatentibus iacere vestibulis, sed etiam mendosa viridantium altarium latera depasci. Sed iam nec per rusticas solum solitudo parochias, ipsa insuper vrbana cum Ecclesiarum conuenticula rarescunt. Quid enim Fidelibus solatij superest, quando clericatus non modò disciplina, verum etiam memoria perit? Equidem cùm clericus quisquè defungitur, si benedictione succidua non accipiat dignitatis heredem in illa Ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos. Atq; ita quid spei restare pronuncies, vbi facie terminum hominis finem religionis? Altius inspicite spiritualium membrorum damna: profectò intelligetis, quanti subrepiuntur Episcopi, tantorum nobis populorum fidem perelizaturam.

XXVIII. EXILIA EPISCOPORVM.

Taceo vestros Crocum, Simplicium q; collegas, quos cathedris sibi traditis eliminatos, similis exilij cruciat pœna dissimilis. Namq; vnius ipsorum se dolet non videre, quò redeat: alter se dolet non videre, quò non redit. Tu sacratissimorum Pontificum Leontij, Faustj, Graci, vrbe, ordine, charitate medius inueniris: per vos mala sæculorum currunt: per vos regni vetustq; pacta conditiones, portantur. Agite quæ nis hoc sit amicitia, concordia principalis vt Episcopali ordinatione præsidia populos Galliarum, quos limes Gothicæ sortis incluserit, teneamus ex fide si non tenemur ex fœdere. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

XXIX. Greg. Turon. l. 2. c. 2.

Meminit huius epistolæ Sidonij ad Basilium etiam Gregorius Turonensis, cùm cladem huius temporis Ecclesiarum in Gallijs narrat his verbis: Hâc tempore, ciem- pè S. Patientis Lugdunensis Episcopi, Euarix Rex Gothorum

CLADES GALLIC. ECCLESIÆ SVB EVARICO.

iborum excedens Hispanum limitem, grauem in Gallijs super Christianos intulit persecutionem. Truncabat passim peruersitati suæ non consentientes, clericos carceribus subjiciebat: sacerdotes verò alios dabat exilio, alios trucidabat: nam & ipsos sacrorum temporum aditus spiritu iusserat obseruari, scilicet vt rarus ingredienti oblitionem faceret fidei. Maximè tunc Nouempopulana, geminæq; Germaniæ vrbes hâc tempestate depasta sunt. Extat hodie quoque & pro hac causa ad Basilium Episcopum nobilis Sidonij ipsius epistola, quæ hæc ita loquitur. Sed persecutio non potè multum vltione diuinâ percussa interijt. hæc Gregorius. Nam verò sancita sit per Basilium legatum pax inter Romanos & Gothos, nullus est, qui affirmet. Quod autem pertinet ad Simplicium Episcopũ vnà cum Croco Antistite exule: mentio est apud eumdem Sidonium in concione habita in electione Simplicij, ipsum iam ante in carcerem conjectum, fuisse diuinitus liberatum. Sunt hæc eius verba: Postremò (inquit) iste est ille, carissimi, cui in tenebris regastularibus constituto multipliciter obserata barbarici carceris diuinitus claustra patuerunt. hæc Sidonius, rem sui magnitudine notam, scientibus, paucis attingens potius, quàm narrans. Qui igitur ante Episcopatum adeò egregium summæ sanctitudinis specimen edidit, iam ad Episcopatum euectus, maiori quoque attollitur virtutum studio, quibus dignus factus sit iteratâ confessione duplicem promerere coronam, alteram carceris tenebris illustratam, exilij alteram pœnâ conspicuam.

XXX. IVARICVS REX REVERITVR PATIENTEM EPISC. LVGDVN.

At verò tot tantisque ærumnis Ecclesiæ Gallicanæ ad malorum culmen accessit ingens penuria, cuius Gelasius Papa meminit in Andronicum scribens: sed Sidonius de ea pluribus agit, cùm S. Patientis Lugdunensis Episcopi effusam erga pauperes largitatem commendat. Magnâ planè Dei prouidentiâ factum est, vt inter tot tantaque flagella eodem tempore clarueriut in Gallia viri multicæ sanctitatis, & inter alios nobilis Ecclesia Lugdunensis tunc contexcuta fuerit magnum pastorem illum sanctum Patientem Antistitem exemplar perfectissimi sacerdotis. Cui dedit Deus, vt apud Burgundionum Regem, qui tũc Lugdunensibus dominabatur, non autem Gothorum Rex, summam gratiam inueniret, vt tam Rex ipse, quam Regina virum sanctissimum plurimum colerent & obseruarent. Quantum igitur hâc libertate sanctissimus Præsul benè vius profuerit afflictatis Catholicis atque deuastatis Gothico furore Galliarum Ecclesijs, ex epistola discès Sidonij Apollinaris, quam etiam citat Gregorius Turonensis[a], vt eam legendi mijciat desiderium: sic enim se habet[b]:

a Greg. Turon. l. 2. c. 24
b Sidon. l. 6. epist. 12

XXXI. DE MVNIFICA LARGITATE S. PATIENTIS.

Aliquis aliquem, laude scilicet: *Ego illum præcipuè puto suo vinere bono qui viuit alieno; quia, Fidelium calamitates, indigentium, miseratus facit in terris opera cælorum. Quorsum ista hæc, in quit. Te sententia quàm maxime, Papa beatissime, petit; cui non sufficit illa tantùm necessitatibus opem ferre, quæ nouerit; quinque vsque in extimos terminos Galliarum charitatis indagine porrecta, prius soles indigentium respicere causas, quàm inspicere personas. Nullum obest tenuitati debilitatiq; sit te expetere non possit: Nam præuenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus peruenire. Transit in alienas prouincias vigilantia tua, & in hoc cura tua latitudo diffunditur, vt longè positorum consoletur angustias: & hinc fit, vt quia crebrò te non minùs absentium verecundia, quàm præsentium querimonia monet. Sæpè terseris eorum lacrymas, quorum oculos non viduisti. Omitto illa, quæ quotidie propter defectionem ciuium pauperatorum irrequietus toleras excubijs, precibus, expensis. Omitto te tali semper temperamento, sic semper humanum sic abiectum iudicari, vt consistet indifferenter Regem præsentem prandita tua, Reginam laudare iejunia. Omitto te tanto cultu Ecclesiam tibi creditam conuenustare, vt dubitet inspector, melius tè nona opera consurgant, an vetusta reparentur. Omitto per te plurimis locis basilicarum fundamenta consurgere, ornamenta duplicari.*

XXXII. HÆRETICI CONVERSI AD FIDEM A S. PATIENTE.

Cumq; multa in statu fidei tuæ dispositionibus augeantur, solum hæreticorum numerum minui, tenjus quodam venatu Apostolico feras Photinianorum mentes spiritualium prædicationum cassibus implicare, atq; à tuo barbaros ritu sequaces, quotus communitur verbo, non exire vestigio, donec eos à profundo gurgite errorum felicissimus animarum piscator extraxerit. At horum aliqua tamen cum reliquis forsan communicanda collegis: illud tamen debere tibi quodam (vt iurisconsulti dicunt) præcipuo titulo, nec tuum poterit ire pudor inficiari, quòd post Gothicam depopulationem, post segetes incendio absumptas, peculiari sumptu inopia communi per desolatas Galliæ gratuita frumenta misisti; cum tabescentibus fame populis nimium contigisset, si commercio fuisset species ista, non munere. Vltimum naquidem tuis fengebus viæ: vidimus per Araris & Rhodani ripas, non vnum, quod vnus impleueras, horreum. Fabularum cedant figmenta Gentilium. Ille quasi in cœlum relatus pro reperta spicarum nouitate Triptolemus, quem Gracia sua cæmentarijs, pictoribus, significibus q; illustris, sacrauit templis, formauit statuis, effigiauit imaginibus: Illum dubia fama conciliat per rudes adhuc & Dodonigenas populos dubiæ vagum nauibus, quibus Poëtæ deuceps formam draconum deputauerint ignotam contulisse sementem: Tu (vt de mediterranea taceam largitate) victum ciuitatibus Tyrrheni maris erogaturus, granarijs potius duo tuis flumina, quæ in duo nauigia complexi. Sed si fortè Achaicis Eleusina superstitionis exemplis, tamquàm minus idoneis, religiosum laudatum offenditur: sepositâ mysticæ intellectûs reuerentia, venerabilem patriarcha Ioseph[c] historialem comparemus, qui contra sterilitatem septem vberes annos insecuturam, facile prouidit remedium, quòd prædidit. Secundum tamen moralem sententiam nihil indicio isto minor est, qui in superueniente simili necessitate non diuinat, & inuenit.

c Gen. 41

XXXIII. CIVITATES SVB LEVATÆ A S. PATIENTE.

Quapropter etsi ad integrum conjicere non possum, quantas tibi gratias Arelatenses, Regienses, Auenionen, Araussionensis quoq; & Albensis, Valentinæq; necnon & Tricastine vrbis professor exoluat; quia difficile est eorum ex affectu vota metiri, quibus nostra alimoniam sine asse collatam: Aruernis tamen oppida ego nomine vberes perquàm gratias ago, cui vt succurrere meditabere, non tecommunio proximitas, non proximitas ciuitatis, non opportunitas fluuij, non oblatio precij adduxit. Itaque ingentes per me referunt grates, quibus obtigit pro panis tui abundantiam ad sui sufficientiam peruenire. Igitur si mandata officij munia satis video explesse, exlegato nuncius ero. Iluere scias volo per omnem fecur Aquitaniam gloria tua: amari, laudari, desiderari, excoleri omnium pectoribus, omnium vocibus. Inter hæc temporum mala, bonum sacerdos, bonus pater: bonum os, quibus operæ pretium fuit, sui famem suam periculo, si aliter non potuit esse tua largitas experimento. Meinor nostri esse dignare, domine Papa.

Commendatur in eadem Galliarum inopia liberalitis Ecdicij viri clarissimi (de quo plura superiùs) cognati eiusdem Sidonij Apollinaris; de eo enim ista Gregorius habet[d]: *Sed tempore Sidonij Episcopi magnæ Burgundiam fames oppressit. Cumq; populi per diuersas regiones dispergerentur, nec esset vllus, qui alimoniam pauperibus largiretur: Ecdicius quidam ex Senatoribus huius Sidonij propinquus magnam tunc rem in Deo confisus fecisse perhibetur: Nam inualescente fame, misit pueros suos cum copijs & palustri per vicinas sibi ciuitates, vt eos, qui hâc inopiâ vexabantur, sibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes, quot quot inuenire potuerunt, adduxerunt ad domos eius: ibiq; per omne tempus sterilitatis passus, ab interitu famis exemit. Fuerunt q; vt multi asserunt (plus quàm quatuor millia promiscui sexûs. Adueniente autem vberta te, ordinata ex ruris electione, vnumquemque in locum suum restituit. Post quorum discessum vocè ad eum ipsa pertinet: Ecdici Ecdici, quia fecisti rem hanc, tibi & semini tuo panis non deerit in sempiternum, eo quòd obedieris verbo meo, & famem meam refectione pauperum satiauerit. Quem Ecdicium mira velocitate fuisse multi commemorant: Nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugasse perscribitur. hæc Gregorius. Sed quo nam fuerit hunc modi ab Ecdicio adeò præclarum bellicæ virtutis editum specimen, suo loco superiùs dictum est.*

XXIV. d Greg. Turon l. 2. c. 21. ECDICIVS SENATOR PAVPERVM NVTRITOR.

Quæ Gallias vexauit dira fames, æquè afflixit Rætios, Noricos, & alios Boreales populos his finitimos: sed quomodo per sanctum Seuerinum fuerit propulsata hortando populum ad decimarum solutionem, Eugippius[e] ita narrat, vbi antè retulisse de his, qui cùm decimas offerre neglexissent, secundùm prædictionem eiusdem viri Dei ab hostibus grauiter vexati fuerunt: *Ciues quoque (inquit) ex oppido Lauriaco, crebrâ quondam sancti Seuerini exhortatione commonsti licet, frugum decimas pauperibus offerre dissulerant. Quibus fame constrictis, tam maturitate messium flaue scente, vicina subsidia monstrabatur. At vbi rubigine improuisa*

XXV. e Eugip. in vit. S. Seuer. c. 17. 18. DECIMARVM SOLVTIONE CONSVLITVR. FRVGVM COPIÆ.

corruptio frugibus nocitura comparauit, mox ad ipsum couenêre, prostrati, pœnas suæ contumaciæ confitentes. Miles verò Christi Seuerinus fessos verbis spiritualibus allenabat, dicens: Sidecimas obtulisse in pauperibus, non solùm æternâ mercede frueremini, verùm etiam commodis possetis abundare præsentibus: sed quia culpam propriâ confessione castigatis, de Domini pietate polliceor, quòd rubigo præsentis temporis tam valida, penitùs non nocebit, tantum fides vestra vlteriùs non vacillet. Verùm ciues ad persoluendas decimas hac promissio reddidit promptiores. Tunc, vt solebat, hortatus est indicis ieiuniorum. Quo expleto, placidus imber desperatæ messis amputauit incommoda. hactenùs de his Eugipius, qui harum rerum præsens fuit inspector, inhærens viro sancto discipulus. At de penuria huius temporis satis.

XXXVI. TIMOTHEVS EXILIO LIBERATVS AVDACIORA PRÆSVMPSIT.

Quod verò ad Orientalis Ecclesiæ statum pertinet, pessimè ille quidem se habuit: siquidem nefarius & sacrilegus parricida inuasor sedis Alexandrinæ Timotheus (de quo plura supertùs dicta sunt) cùm per suos Eutychianos exilij liberationem obtinuisset, quo damnatus fuerat à Leone Imperatore; vehementiori furori succensus, quem in exilij solitudine aluerat, & maioribus auxerat incrementis, reuertitur Alexandrinam sedem, fiduciâ hæreticorum Dioscori memoriam adhuc honoribus prosequentium; atque Timotheum iam subrogatum Catholicum Antistitem è sede remouet; à quo inuito licèt exactis nominationem Dioscori, aliter occidendo vt Protetius, nisi ipsi tyrannicè morten intentanti obtemperâsset. Sic igitur exploso Orthodoxo Timotheo, Timotheus item nomine sedem illius inuadit apostata, sedetque in sacratissimo Marci throno portentosum idolum, longè superans quotquot monstra olim coluisset Ægyptus. Quæ verò in Orthodoxos omnes nomen Dioscori execrantes potitus iam summâ rerum crudelis debacchator admiserit, facilius est cuique cogitare, quàm scribere. Illud satis ad nefarij hominis indicandam inimenem cum protestate iunctam audaciam, arctam sibi visam Alexandriam esse aream, & vniuersum Ægyptum exiguum esse campum ad impietatis exercendam palæstram & ostentandam in scena perfidiam. Quamobrem consilium inijt Constantinopolim veniendi, vbi sciret se Comitum Eutychianorum pollere collegio, & Imperatoris fauore fulciri.

XXXVII. TIMOTHEVS VENIT CONSTANTINOPOLIM.

Adnauigat igitur hoc item anno Constantinopolim, regiamque homo ventosus ciuitatem ingreditur pompâ triumphi. Etenim velut fidei Catholicæ defensori, hæresium expugnatori, & gloriam captandi ex his, quę exul passus erat (vt iactabat) pro fide confessor, & quæ aduersus alios egisset ceu vindex religiosis offensæ, occurrunt ei atque concurrunt Eutychiani omnes ouantes, & fausta vocibus acclamantes illud Dauidicum sacrum carmen, quo pueri Hebræorum [a] ingredientem Hierosolymam prosecuti sunt Dominum, dicentes. *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Talibus namque exceptus est canticis Constantinopoli nefandus hæreticus & conspersus sanguine necati Pontificis parricida, qualibus nec Magnus Athanasius post tot de seruata Catholica fide, gdeuictis hæreticis Imperatoribus, erectâ trophæâ, fuerit honoratus.

[a] *Mat.* 21

XXXVIII.

Hæc quidem haud mediocrem inusserunt notam Zenoni Imperatori, ante cuius oculos ista fiebant: adeò vt (etsi licet Catholicus, tantoque ornari titulo cupiebat) vehementi valdè suspicione laboraret occultæ cũ Eutychianis hæreticis societatis, quâ semper anteâ haud mediocriter aspersus fuerat ob susceptum improbi Petri Fullonis patrocinium. Quòd verò palàm Zeno non prodiret quam falebat impietatem, ius imperandi coërcuit: nimirũ quòd sciret maximam ciuium partem, necnon prouinciales fermè omnes fidei studere Catholicæ. quamobrem licèt Timotheus eiusmodi fuisset plausu Eutychianorum exceptus, tumultuante populo Orthodoxo, & resistentibus clericis atque monachis, haud valuit cuncta, quæ mẽte conceperat, adimplere. Profuit tamen ista turbatio, quòd complures Eutychiani, qui hactenùs sub Catholico nomine inter Catholicos latuissent, adiungentes se mox Timotheo, quales essent, detecti, perspicuè apparuerint; prout testatur Simplicius Papa in literis ad presbyteros Constantinopolitanos, de quibus suo loco dicemus. Sed quid præterea petulans & dolosus hæreticus vafro quidem consilio aggreditur Zenonem Imperatorem, non quasi ipse iniuriam intulisset, sed priùs passus esset; atque vt videretur bonam causam fouere, instantibus precibus agere cœpit, vt iuberet œcumenicam Synodum cogi. id quidem literæ itidem Simplicij Papæ ad Acacium postea datæ declarant, necnon ab eodem ad Zenonem sunt scriptæ.

XXXIX. ARCHIMANDRITÆ CONSTANTINOPOLI DEGENTES ADHORTATIONIS MITTVNT AD PONTIF.

Enituit tunc præsertim clericorum atque monachorum summa animi in resistendo Timotheo constantia. Etenim cùm quæreret ipse cum suis aliquâ occupare basilicam, omnes eodem fermè momento fuerunt ab ijs occlusæ atque defensæ. Verùm ille serpentis instar exclusus vndique, foraminum latibula ad synaxes agendas captare studuit: in priuatorum namque domibus sectarios suos colligere frequentabat. Quod indigno ferentes animo presbyteri atq; Archimandritæ Constantinopoli degentes, vt tot tantisque malis consulerent, ad vnicum & consuetum remedium se conuertunt: At quodnam istud? illud quidem, quod esti non præsentaneum, efficacissimum tamen esse scirent; himirum vt legationem mitterent ad Romanæ sedis Antistitem, quem scirent pastoralis regiminis cunctis esse præfectum Ecclesijs. præstiterant olim istud ipsum, cùm ibidem Constantinopoli hæresis Nestoriana esset exorta, atque rursus iterum cùm postea ingrueret hæresis Eutychiana, multosque seduceret. Sic igitur delecto viro frugi Epiphanio, eidem ad Romanum Pontificem legationem decernunt; cui literis significant, quanta Timotheus homo nefarius recens scelera Alexandriæ admisisset, & quæ summâ audaciâ Constantinopoli perpetrâsset.

LEGATIO EPISCOPI AD ROMAN. PONTIF.

XL.

Epiphanius igitur acceptis epistolis à presbyteris & Archimanditis, plurimis detentus in via impedimentis, nonnisi ad finem anni huius Romam peruenit. At illuc quidem magnam Simplicio Papæ admirationem attulit, quòd Acacius, cuius muneris erat aduentus inuadentem gregem lupum consurgere, & clamoribus saltem propellere, redditus planè canis mutus non valens latrare, nihil penitùs ad ipsum Simplicium scripserit; Tacuisse autem in gratiam Zenonis, idem Pontifex sensit; quod & scripsit in literis redditis ad presbyteros & Archimandritas. Quid autem his acceptis Simplicius Papa præstiterit, literæ ab eo scriptæ tum ad eosdem, à quibus acceperat, & aliæ ad Zanonem Imperatorem, necnon & ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum datæ declarant, quæ quòd missæ esse reperiantur anni sequentis exordio, suo loco de illis agemus: ex quibus cuncta hæc quæ sunt de Timotheo dicta, breuiori compendio describuntur.

XLI. ZENO CVM DE CIDE HERETICOS BATVR NAL.

At non impunè ista reliquit Deus vindex Catholicæ pietatis, qui æquâ lance pensatâ vindictâ cõtra Zenonem eius æmulum concitauit, & aduersus vulpem Basilicum immisit: passus est proditione n Zeno, pui finit liberè agere hæreticum proditorem: Qui igitur ab exilio iussè damnatum Timotheum soluit, & Alexandriæ sedem alterius iterum inuadere iniquè permisit: pati cogitur intempestiuè tyrannum, à quo priuetur Imperio: Qui demum non contulit hæreticum parricidam Constantinopolim ingredientem cum triumpho, passus est hostem, ipso fugâ lapso, Regiam occupantem. At hæc quidem diuinitùs immissa vindicta haud diutius dilata est, sed peccatis exigentibus accelerata: quomodo autẽ id acciderit, sequenti anno dicturi sumus. Quod verò reliquum est huius anni Zenonis rerum gestarum: illud laudabilem constitutionem edita sanxit, vt quique Præfecti atque Iudices, post functionem muneris abiolutam, quadraginta dierum spatio ibidem, vbi magistratum gesserant, commorari deberent, redditurii de se omnibus exigentibus rationem.

XLII.

Quod rursum ad Simplicium Papam pertinet: hoc ipso, nempè post Consulatum Leonis anno, Gaudentio

Episco-

Episcopo Aufinienſis Eccleſiæ, ob illicitas ordinationes ab eo habitas, ius ordinandi penitùs abrogauit [a], proximo illud Epiſcopo delegans, & malè dinidentem reditus Eccleſiaſticos, adminiſtratione prorſus interdixit; cùm & more Eccleſiæ conſueto oblationes ita partiendas eſſe præcepit, nempè vt ei ex his vna duntaxat portio deberetur, vna itidem clero, duæ verò in Eccleſiæ fabricam & in peregrinos ac pauperes erogarentur. Planè accidit, vt nulla fermè alia Eccleſiaſtica ſanctio adeò frequens vt iſta, edita, iterata, & inculcata reperiatur, & quæ minus auaritiâ hominum reſiſtente, ſeruata, cuſtoditaque eſſe noſcatur: præter iſta enim, quæ de eiuſmodi inſtitutione ſunt dicta, Gelaſius, qui poſt Felicem Simplicij ſucceſſorem ſedit, eadem rurſus ingerit atque reperit, & alij Romani Pontifices iterârunt, vt pluribus ſuo loco dicemus.

Hoc eodem anno ſub ſecundo Conſulatu Zenonis Auguſti migrâſſe ex hac vita magni nominis Anachoretam Geraſimum, Cyrillus affirmat, eiuſque recenſet præclarè res geſtas, quarum aliquæ ab imprudente auctore ſunt adſcriptæ ſancto Hieronymo. tu ipſas conſule apud diligentem & veritatis cultorem illorum temporum florentem hiſtoricum [b]. Iam verò ad ſequentis anni res geſtas, tranſeamus.

a Simpl. epiſt. 2. GAVDENTIO INTERDICTA ORDINATIO.

LXIII. GERASIMI ANACHO. OBITVS.

b Cyrill. in vita S. Euthymij die 20. Ianuar. apud Sur.

IESV CHRISTI

Annus 476.

SIMPLICII PAP. Annus 9. — ZENONIS IMP. 3. ODOACR. REG. 1.

I. ANNO, qui ſequitur, Chriſti quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Baſiliſcus & Armatus creati ſunt Conſules, amboque in Oriente; quod Occidentale Imperium crebris concuſſionibus agitatum, iam ad proximum caſum vacillans, nullum penitùs dederit Faſtis Conſulem: Cùm (vt inquit Caſſiodorus [c]) ſub Odoacre Oreſtes & frater eius Paulus extincti ſunt. Rebellauerunt iſti à Nepote Auguſto, & Auguſtulo Imperij habenas crediderant: ipſe verò Auguſtulus in Lucullano Campaniæ prope Neapolim ſito caſtello ab eodem Rege barbaro eſt relegatus, vt Marcellinus [d] teſtatur: ſicque Occidentale Imperium penitùs collapſum eſt, & denolutum ad barbaros. Habet Eugipius in epiſtola ad Paſchaſium, hoc tempore Primenium quemdam nobilem Italiæ preſbyterum, quòd plurimùm diligeretur ab Oreſte; adeò vt veluti eius pater haberetur; illo occiſo, ad Noricos confugiſſe, potitumque ibi fuiſſe conſortio viri ſanctiſſimi Seuerini. Summam verò rerum conſecutus Odoacer Rex Erulorum, cùm extinctis aduerſarijs Italiæ liberè dominaretur, modeſtè tamen tantâ vſus eſt felicitate: etenim (vt Caſſiodorus teſtatur in Chronico) à purpura, regalibus indumentis, atque à nomine Imperatoris abſtinuit. Regnauit autem annis tredecim abſolutos, & quartum decimum inchoauit; vt ſanctus Seuerinus olim prædixerat, de quo iſta narrat Eugipius [e]: *Dum memoratum Regem multi nobiles coram ſancto viro humanâ (vt ſieri ſolet) adulatione laudarent; interrogat quem Regem tantis præconijs prætulisſent. Reſpondentibus illis, Odoacrem; inquit vir Dei: Odoacer intege erit inter tredecim & quatuordecim annos videlicet regnum integrum ſignificans.*

Caterùm iſte (idem inquit Eugipius) *potitus iam Italiâ, ſancto Seuerino familiares litteras direxit, rogans, vt quicquid ab eo vellet, peteret; memor illius præſagij, quo eum quondam prædixerat regnaturum. Quibus ſanctus alloquio inuitatus, Ambroſium quemdam exilio damnatum iuſſit abſolui.* hæcipſe. Porrò quod ad Ambroſium ſpectat, hunc illum eſſe putamus, qui poſt hæc (vt dicemus anno ſequenti) ſe in Britanniam contulit, & magnis ſumptis ſpiritibus rem egregiam aggreſſus, inſulam illam oppreſſam à barbaris liberauit. ſed de his ſuo loco. Quod rurſus pertinet ad Odoacrem illud planè memoriâ dignum eſt, nullum factum ab eo negotium rebus ſacris, quantumlibet Arianus eſſet: conâti verò poſteà Arianiſmum in Vrbem inferre, reſtitiſſe eidem magno animo Gelaſium Papam, ſuo loco dicemus. Sed & multa petentibus Epiſcopis Orthodoxis eumdem Principem indulſiſſe, teſtatur Ennodius diaconus Ticinenſis; qui dum res geſtas ſancti Epiphanij eiuſdem ciuitatis Epiſcopi narrat, de eodem ait, petijſſe ab Odoacre pro ſuis ciuibus quinquennium indulgentiæ tributorum, quæ Oreſtes tyrannicâ impoſuerat poteſtate, obtinuiſſeque ipſum quæ ab eodem Odoacre petierat.

c Caſſiod. in Chron.

d Marcell. in Chron.

ODOACER REGNAT IN ITALIA.

e Eugip. in vita S. Seuer. 5 SEVER. PRÆDICTIO DE TEMPORE REGIS ODOACRIS.

II. Vides à Deo immiſſum barbarum, qui pauperes ſub intolerabili tributorum faſce depreſſos ſolueret. Hæc ſunt planè, quæ nouus ille huius ſæculi Hieremias, Salui anus videlicet Maſſilienſis Epiſcopus, deplorauit; nimirùm ob durum intolerabileq; Romanorum dominium à Deo vltore euocatos ab extremis Orbis glacialis partibus Erulos maioribus haud adeò cognitos; de quorum habitatione & vultûs colore hæc habet Sidonius in epiſtola ad Lampridium [f]:

III.

f Sidon. lib. 8. epiſt. 9.

Hùc lauus Erulus genus vagatur
Imos Oceani colens receſſus
Algoſo propè concolor profundo.

Ex quibus planè intelligere valeas, ſi irato numine ignotos è longè euocatos barbaros ad cladem Imperij Occidentalis ſub Rege etiam Ariano; qui tamen, ſi non fide Catholicâ, præſtaret certè clementiâ, aliiſq; virtutibus Romanos emergentes nouos tyrannos ante celleret.

Sed & vnde etiam ad tantam vindictam progreſſa ſit ira Dei, audi Gelaſium Papam in Andromachum iſta ſcribentem & aduerſus eos, qui Lupercalia adhuc eſſe retinenda clamarent, quæ ipſe Romæ à Chriſtianis celebranda penitùs interdixit: *Ego* (inquit) *certè abſoluam conſcientiam meam; ipſi videant, qui iuſtis admonitionibus obedire neglexerint: quod etiam prædeceſſores meos, forſitan feciſſe non ambigo, & apud Imperiales aures hæc ſummouenda tentaſſe: & quia auditos eſſe non conſtat, dum hæc mala hodie quoque perdurant, id eo hæc ipſa Imperia deſecerunt; ideo etiam nomen Romanorum non remotis etiam Lupercalibus, vſq; ad extrema quæq; peruenit. & ideo ea nunc ſummouenda ſuadeo,* &c. hæc Gelaſius: quibus planè Dei iuſtum iudicium comprobetur, ibi penitùs Romanum Imperium defeciſſe, vbi ad propagandam Romanam Rempublicam inuenta Lupercalia, poſt tot ſæcula Chriſti regnantis, adhuc inſano ſtudio frequentarentur.

IV. DEI VINDICTA IN ROMANOS VNDE PROGRESSA. g Extat tom. 1. epiſt. Rom. Pontif.

Quanta autem fuerit hoc anno illata clades Æmiliæ atque Tuſciæ, cæteriſque vicinis prouincijs, in quas primo impetu barbari graſſati ſunt; ex ipſo item Gelaſio ita accipe [h]: *Quid Tuſcia, quid Æmilia, cæteræq; prouincia in quibus hominum penè nullus exiſtit, vt bellica neceſſitate conſumerentur?* &c. Funeſtiſſimum planè tempus omnibus luctum implacabilem afferens! Quis enim ad tantæ molis ruinam vicinus paries non quaſſatus? Quis tanto Imperij Romani caſu nonæque deprelſus eſt atque proſtratus?

V.

h Gelaſ. in Androm.

Ita quidem, ſi politicum ſtatum conſideres: ſed maiori intelliges eſſe digna ploratu, ſi Chriſtianæ religionis huius temporis damna perpendas. Videre namq; eſt totum Chriſtianum orbem ſub hæreticorum Principum dominio conſtitutum, nullumq; penitùs Catholicum Regem alicui ſaltem exiguæ prouinciæ dominari. Etenim Italiam (vt dictum eſt) Rex Arianus dominio occupat: Gallias itidem Principes Burgundiones & Gothi, ijdemq; Ariani, & Franchi adhuc Gentiles partiti ſunt: Hiſpaniæ pariter Gothòs Arianos dominos patiuntur: Vniuerſa Africa Genſericum dirum tyrannum, Arianumq; perſecutorem ſuſtinet: Vniuerſum verò Orientale Imperium Zenonem Imperatorem Eutychianum hæreticum ſimulatâ perfidiâ bis iniquum experitur.

VI. MISERANDVS CHRISTIANÆ REIPVBL. STATVS.

Quis hæc conſiderans, animum non deſpondens, conſternatus penitùs, mœrorem lacrymis decoctum ſilentio deuoret, dum Eccleſiam vehementioribus vndique vndis propemodùm merſam intelligit? Sed manet terrâ

VII.

cœloque

cœloque firmior diuina promissio, quâ portas inferi, vim omnem satanicam aduersus eam minimè præualituram
[a] Mat.16. Dominus pollicitus est [a]. Fremat igitur quantumuis pelagus, fœuiant venti, grandines increbrescant, explodâ q; nubes densa fulgura, insuper & deorsum euomant ignes inferi portæ, omnesque in eam rugiant vt veteri leones ibi degentes dæmones: stabit tamen super undas Christi, & nauicula Petri incolumis apparebit: in qua licet obdormire qui regit eam Dominus videatur, in tuto iamen res est, quod sciamus omnipotentem ventos tandem eum fore increpaturum & mare.

VIII. Sed quò magis pauendus fuit huius temporis status, eò solicitiùs ad anteuertenda imminentia vndique pericula, indefessâ pastorali solicitudine Papa Simplicius laborauit. Etenim cùm anno superiore ex relatione fidelissima monachorum Constantinopolitanæ Ecclesiæ accepisset (vt pluribus dictum est) Timotheum inuasorem sceleratissimum Ecclesiæ Aexandrinæ non solùm ab exilio fuisse solutum, sed etiam liberè agere Constantinopoli, ac vires omnes pro hæresi propaganda insumere, fauente clanculo eidem Zenoni ipso Imperatore; ad eumdem Augustum tunc ipse Romano quidem Pontifice dignatus huius anni exordio scripsit epistolam, prudenter dissimulans adscribere ipsi culpam, quem pœnitentem vult perpetrati sceleris fieri destructorem. Quam tibi epistolam hic describendam curauimus; sic enim se habet [b]:

[b] Simpl. epist 3 tom 1 epist. Rom. Pontif.

IX. CIMPLICIVS SCRIBIT VD ZENONEM IMP.

Zenoni Augusto Simplicius Episcopus. Cuperem quidem, quantum ad meæ spectat deuotionis arbitrium, quâ Principes Christianos ingi versationc suspicio, debitæ pietatis vestræ continuis officia deferre colloquijs: Sed cùm ad huius intentionis augmentum etiam sacræ curæ religionis accedat: ratio mihi negotij potioris incumbit, vt simul bonorescientiam vobis pronâmente persoluam, & causas fidei fidenter insinuem: quia me ad vtrasq; vel dilecta trahit clementia vestra semper affectio, vel respectus ordinis mei & Apostolici moderaminis solicitudo compellit.

X. DE TIMOTHEO IMPIO MENSIS ECCLESIIS.

Pundum igitur, gloriosissime ac clementissime sit Imperator Auguste, munere salutandi; quæ in Ecclesijs Orientis per hæreticorum latrocinia recidua rursus dicuntur scandala concitari, nec debet silere, nec possum. Nam sicut in meam notitiam frequentium profide Catholica detulerunt scripta monachorum, comperi Timotheum parricidam, qui Aegyptiacæ pridem vastator Ecclesiæ, in morem Cain (vt lectio diuina testatur [c]) ejectus à facie Dei, hoc est, Ecclesiæ dignitate seclusus, etiam per deserta vagus, scelerate conscientiæ diu tormenta passurus in exilium propriy erroris abductus est, resumptis priùs furoris incendijs, conflasse nihilominùs agminа perditorum, & Alexandrina vrbis Ecclesiam, quam sacerdotali prius sanguine cruentauit, ipsum denuò nunc cruentum depositione legitimi permansisse Pontificis: vt cui illa relegationis humilitas imcere debuerit: Ecquis quæ impiè gesserat aculeum pœnitentiæ, nutriè depotius otia tribuisse videatur atrocioris insaniæ: quo proculdubio Cain ipso longè detestabilior approbatur: Ille siquidem à perpetrato semel facinore damnatus abstinuit, hic profectò crimina maiora

[c] Gen. 4.

XI. Nec eo tamen scelerum fine contentus, Constantinopolitanam insuper vrbem, recti semper dogmatis amore flagrantem (ne quid interim rationi populator humanæ salutis omitteret) fertur audacter ingressus, & à quæ consortibus prauitatis libenter audisse soli Christo debitam vocem, quâ planè non in nomine Domini venire benedictus, sed diuini culminis vsurpato, euidenter est monstratus Antichristus: qui cùm etiam à communione Catholica tam laudabiliter esse exclusus, per quorumdam priuatas domos, respersis humano sanguine manibus, non diuina sacrificia, sed sacrilegia celebrasse memoratur: in quo vtique non est eius firmata susceptio, sed consciorum diuulgata proditio, cum eodem de illa iniquitatis sede, nisi respiciant, omnimodò casuros, quem sicut diabolus pater eius, Altissimo similem se facions, æternam sibi perfidus construere non desinit ad ruinam.

XII. IMITANDA PROTONIT EXEMLA LEONIS ET

Hæc, venerabilis Imperator, cùm horreat animus vel à tanto gladiatore fuisse tentata, maximo tamen (fateor) stupore detineor, sub vestræ pietatis aspectibus potuisse committi. Quis enim deuotam semper Deo clementiæ vestræ mentem, & Orthodoxis deditam regulis aut ignoret, aut ambigat? quippe qui superna dispositionis prouidentia, sicut pro vtilitate publicæ augustæ memoriæ Marciani pariter & Leonis eruditi virtutibus, sic coram sitis etiam ad Catholicam veritatem sensibus instituti; nec cuiquam omnino sit dubium, pietatem tuam illorum esse fidei sequatem, quorum es successor Imperij. Quæ cùm de vestræ tranquillitatis animo certa ab omnibus teneantur & fixa, absit, vt temporibus vestris, diuini cultus integritas, & antiquitus roborata fidei Catholicæ puteur intercidenda sinceritas.

Respicite, quæso, ad diuina beneficia, quæ sint vobis collata perpendite, atq; vt hæc prospera valeant permanere propitiandum esse cusetore autorem munerum, non lædendum. Inter quælibet enim occupationes publicas à religioso Principe non segnioré procurandum est, quod eius protegit principatum: & præserenda cunctis rebus est cælestis observantia rectitudo, sine qua vestra nulla consistunt. Supperunt assatim clementia tua! si in Palatij sui requiri mandet Archivis) cùm nostrorum concordium definitiones maiorum documenta copiosa. Neque enim conscientiam vestram latere credendum est, quæ per cunctas prouincias Orientis ex Imperij vestri arce diffusa sunt, illa scilicet, quæ vel ad Augustæ memoriæ Marciani nihilominùs & Leonis, vel ad Chalcedonensis Concilij beatæ recordationis pradecessor meus Leo eò sulcia direxit: quibus ita planè ac dilucidè sacramentum Dominicæ Incarnationis exposuit, vt non modo Catholicus, sed ne Christianus quidem valeat nuncupari, quisquis illic Redemptionis suæ causa non euidenter agnoscat.

XIII.

Certè vt facilis vobis necessaria non desit iustitia, earumdem exemplaria litterarum ad fratrem & Coepiscopum nostrum Acacium missi vestris sensibus offerenda. Hæc igitur pietas inuecensere dignetur, vel quæ totius Orientis Episcopi de huius prædicationis consensione rescripserint: aspicit profectò examinata diligenter & veraciter promulgata, atque ideo pessimè falsitatis ambagibus nequaquam debere pulsari. Quiare verâ quæ de Scripturarum fontepurissimo sincera perspicua, manarunt, nullis agitari nebulosa versutiæ poterunt argumentis. Perstat enim in successoribus suis hæc & eadem Apostolica norma doctrinæ, cui Dominus totius curam ouilis iniunxit, cui se vsque ad finem seculi minimè defuturum [d], cui portas inferi numquam præualituras esse promisit, cuius sententia quæ ligarentur in terris, solus testatus est non posse nec in cælo.

XIV.

[d] Mat.16.

Quapropter clementiam vestram, cui meâ vice propensius frater & Coepiscopus meus Acacius supplicabit, precor atq; obsecro, vt imitatores facti tantorum & talium prædecessorum, nefandæ præsumptionis operarios Catholico pectore respuentes, regiâ consecatio potestate cohiberi. Quisquis (sicut prædixit Apostolus [e]) præter quam accepimus, seminare molitur, anathema sit. Nullus ad aures vestras perniciosis mentibus subrependi pandatur accessus: nulla retrahendi quippiam de veteribus constituta fiducia concedatur. Quia (sicut sæpius iterandum est) quod Apostolicis manibus cum Ecclesiæ vniuersalis assensu actis meruit Euangelica falcis abscindi, vigorem sumere non potest renascendi, nec in Dominicæ vitis fructuam [f] valet redire propagnem, quod igni deputatum constat æterno.

XV.

[e] Galat. 1.

[f] Imitatio.

Si harcsum denique machinamenta cunctarum Ecclesiasticis prostrata decretis nimquam sinuntur appugnatione elisa reparari certamina [g]: ante omnia autem quæso, vt beati Marci Euangelistæ sedes (Alexandriam loquor Ecclesiam) à cruentissimis prædonis incubatione liberata, Catholico reformetur Antistiti, libertatem suam pariter recipiat & quietem. At verò impiæ parricida, qui dominis simul est rem legibus & humanis, reducim eodem, quo in re fecerat antè detrusus, ab innocentium nece retrahatur animarum: procul à regno pietatis vestræ fumosi capitis venena discedant: quæ quoniam salutiferæ prædicationis, auribus obturatis, medicantia verba capere nequiuerunt; ab humani conuentus abducta pernicie in virulentia suæ congrua solitudine contabescant: quò magis ac magis beati Petri Apostolici voce, qualiscumq; sedis eius minister, obtestor, vt inimicos antiquæ fidei non finas impunè grassari, qui vestros optatis hostes habere subiectos; vt vera confessionis pacem cunctas Domini seruare decernatis Ecclesias, quas Orbem vestri Imperij desideratis tenere pacatum; & vnicam spem salutis, quæ genus hominum ad regna cælestia vitamq; perduxit æternam, nullâ patiamini parte violari, qui placiturus Deum regno vestro cupitis, vel salutis. Data quarto Idus Ian. Basilisco [h] Augusto Cons. Verùm scias ittepisse mendum, cùm nomen Augusti, loco Armati, positum sit: nondum enim Basiliscus Augustus erat: Armatum verò constat hoc anno fuisse collegam Basilisci in Consulatu, prout omnes Consulares Fasti testantur.

[g] Tum. XVI.

[h] & Amato Coll.

Hæc

XVII. Hæc quidem quàm prudentissimè Simplicius Papa ad Zenonem scripsit tamquàm ad Catholicum Imperatorem; vt eo modo quæ essent Catholici Imperatoris, ab eo extorquere valeret, sicq; eum præstare cogeret, quæ Orthodoxi Principes exhibere soliti essent: cui etiam vt consulere posset, ne in transversum ab hæreticis penitùs ageretur, epistolam S. Leonis Papæ ad prædecessorem Leonem scriptam eidem ostendendam ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum Simplicij Papæ literæ tunc etiam datæ sic se habent [a]:

[a] Simpl. Epist. 3.

Simplicius Papa Acacio Episcopo Constantinopolitano.

XVIII. QVID SIMPLICIVS PAPA AD ACACIVM. *Quantum presbyterorum & ex diuersis monasteriis Domino seruientium monachorum relatione patefactum est, Ecclesias Domini rursus diabolus inquietat; ita vt excluso Alexandrino sacerdote hæreticus, atq; ab vniuersitate damnatus eumdem locum de quo pulsus fuerat, occupasse dicatur: Insuper quibusdam fauentibus, Constantinopolim ausum fuisse contendere, vt ciuitas Christianorum Principum circa fidei Catholicæ veritatem deuotione præcellens, & Christiana plebs in defensione religionis attenta, hæreticorum prauitate, quæ iam fuerat sopita, turbetur. Sed misericordia Dei, cuius est causa, non defuit, vt Timotheum, qui ab vniuersali Ecclesia sacerdotalibus sententijs & Imperialibus constitutis iustè fuerat segregatus, ad Ecclesiam tuæ dilectionis, vel ad Eudelium domorum limina non permitteretur accedere. Quem conuentus nostros pro se didicimus comminari, resolui existimantem, quod de se vniuersalis decreuit auctoritas. Vnde quia sanctæ memoriæ prædecessorum nostrorum extante doctrinâ, contra quam fas est disputare, quisquis rectè sapere videtur, nouis assertionibus non indiget edoceri; sed plana atque perfecta sunt omnia, quibus poterit vel deceptus ab hæretico eruditi, vel in vinea Domini plantandus insitus imploratâ fide clementissimi Principis, vocem faciendæ Synodi fac respui, nec sit apud aures Imp. Christiani pigra suggestio; quia salus eius & regni ipsius Christus est fortitudo.*

XIX. *Ergo cum prædictis presbyteris ac monachis opportunè pietati eius nostro quoq; nomine supplica, & legationem hanc pro nobis quoq; clementiæ ipsius, ne quid subrepatur, insinua: omnium pariter precibus instruatur, ne per occupationes publicas quieti Ecclesiasticæ aliquas inimicus moliatur insidias; integritati suæ Alexandrinam reddi præstet Ecclesiam, & B. Marci Euangelistæ sede hostem parricidam q. propellat; & qualiter Catholica fides incaustata integritate, in penetralibus animæ suæ dignanter inquirat. quæ nealiquâ forsitan fidei æmulorum fraude vitientur, licèt in Ecclesiæ tuæ posint scrinijs inueniri: tamen exemplaria misimus, quæ pietati ipsius præparabis offerre.*

XX. *Nota namq; & omnibus illic potestatibus celebrata, quæ sanctæ memoriæ prædecessor meus Leo ad consultationem Augustæ recordationis Leonis scripserit, & quàm venerantèr accepta sint, recognoscant: apparebit sic (vt confidimus) eius imitator fidei, cuius propitiante Deo, dignior est successor Imperij: sibiq, scriptum æstimet, quicquid ante se Principibus pia est traditum lectione. Illa est namque perennitas, regnig, per seriem propagauda posteritas, si in successore reperitur, quod à prædecessore descendit.*

XXI. OECVMENICA CONCILIA QVA OCCASIONE COGENDA. *Hortor ergo, frater charissime, vt modis omnibus faciendæ Synodi peruersorum conatibus resistatur; quæ non aliàs semper indicta est, nisi cùm aliquid in prauis sensibus nouum, aut in assertione dogmatum emersit ambiguum: vt in commune tractandis, siquæ essent obscuritas, sacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas; sicut primùm Arij, ac deinde Nestorij, postremùm Dioscori atque Eutychetis fieri coegit impietas: Et (quod misericordia Christi Dei nostri Saluatoris auertat) intimandum est, abominabile esse, contra vestras totius Orbis Domini sacerdotum & Principum vtriusq, sententias totius Orbis Domini sacerdotum & Principum vtriusq, rectorum, damnatos reos restituere, reduces exules relegatosq; ante nefarias coniurationis absolui. Itaque (quod sæpe repetendum est) hæc omnia clementissimis auribus suppliciter intimato. Veniet procul dubiò Deus in adiutorium vestrum, in cuius manu cor Regis esse vtrinque constitutum, potestatis suæ nesciat altundè principium. Dat. quinto Idus Ianuarij. habebatùs Simplicius ad Acacij; cui & paulò pòst occasione publicæ legationis, quam misit Odoacer ad Zenonem, alias eiusdem argumenti, sed breuiores literas dedit, quarum exordium est [b]: Cùm filij nostri illustris vir Latinus Patricius, &c.*

[b] Simpl. Epist. 4.

XXII. Rursus etiam duos post dies scripsit ad presbyteros & Archimandritas apud Constantinopolim constitutos, à quibus cũ literis legationem acceperat, incipit epistola [c]: *Per filium nostrum laudabilem virum Epiphanium, &c.* vbi post nonnulla aduersus recẽtes Timothei conatus, hæc ad postremum, dum ipsorum in resistendo Timotheo commendat animi constantiam, addit: *Iam probatum est, quid (Domino vos iuuante) profecerint labores vestri: Deo placitos fructus ostendit, quando eius domum, vobis obsistentibus, latronis introire non licuit, qui nonnullis occurrentibus sibi latentes adhuc forsitan sui similes publicauit. Non enim iungunt se bona pessimis, recta peruersis; nec possunt salutaria cœtui cum noxijs: quia lucis communio nulla cum tenebris [d], nec fidei portio cum infideli. Vnde necessariò damnatorum consortium exitum, qui talium delegêre consortium: nisi fortè respiscentibus animis, & maximè qui nuper decepti sunt, videntes, in quæ abrupta sunt ducti, ad splendorem veræ fidei discussâ caligine festinent se nube mendacij: quod Apostolica sedis pietas vt prouenire possit, optamus: quia vtilem in Domino voluntatem agnoscimus. Ad Christianissimum quoq; Principem, vel ad fratrem, & Coëpiscopum nostrum Acacium competentia fraternal scripta direximus; cuius exspectandum silentium non putamus: quia scientes fidem probatissimi sacerdotis, certum tenemus. Sanum non esse quod tacuit.* hæc Simplicius, excusans quem suspillat Acacium, quòd in gratiam Imperatoris minùs aduersus Timotheum Romam scribendum cunctasset. At quomodo reclamaturus esset, qui in tam immensum discrimen adductum vniuersum gregem, lupo sese inferente in caulas, nec vocalem vnam emisit? Vt planè de Acacio illud prouerbij dicere liceat: *In prælio cerui, in pace leones*: dum videlicet in tanto Ecclesiæ totius discrimine tacet; parcâ verò per labores Romani Pontificis pace, in eum instar leonis superbiâ tumens rugitus emittit. Verùm ipsum Acacium aduersus Basiliscum tyrannum fortiter steterisse, negari non potest. agemus de his suo loco.*

[c] Simpl. Epist. 6. QVID SIMPLICIVS AD PRESBYTEROS ET ARCHIMANDRITAS.

[d] 1. Cor. 6

SOCORDIA ACACII EXSPECTA.

XXIII. At quod reliquum posset esse remedium periclitanti gregi sub muto pastore, & Imperatore occultè fauente perfido proditori, atq; cum eo omnibus fermè magistratibus scelestissimo homicidæ opem ferentibus? Reclamet licèt ex aduerso plebecula, atq; presbyteri & Archimanditæ ad præstandã opem tam lõgè positum Simplicium Papam flebilibus vocibus innocent: quomodo auditurus esset Zeno Pastorem ex Occidente literis admonentem, qui præsentem tacere iussisset Acacium? Quid igitur in tãto discrimine factum? Exaudiuit planè Deus vota Orthodoxorum clamantium: *Exurge Domine in præcepto, quod mandasti: & Synagoga populorum circumdabit te.* neque despexit preces eorum, sed annuit illis, cùm immisit Basiliscum tyrannum in vrbem aduersus Imperatorem, qui contra ipsum Christum in eamdem ciuitatem Timotheum carnificem introduxisset. De his enim hæc perbreuiter Marcellinus [e]: *Zeno Imperator, Verina socrus sua & Basilisci fratris ipsius insidijs circumuentus, cum Ariadna vxore sua profugus in Isauiam rediit. Regnum Zenonis Basiliscus tyrannus inuasit.* hæc Marcellinus: sed malè sub anni superioris Consulibus, quæ hoc anno post fretas à Simplicio scriptas contigisse, ex ipsidem redditur manifestum. Ad hæc addit Theodorus Lector [f]: *Basiliscus Imperator declaratur in Campo, & Marcum filium suum Cæsarem & Zenonidem coniugem Augustam constituit.*

CONTRA ZENONEM EXCITATVR BASILISCVS.

[e] Marcell. in Chron.

[f] Theod. Collect. lib. 1.

Porrò Zeno cùm huiusmodi premeretur angustijs (vt solent homines ex spe melioris statûs quærere solamen præsentium afflictionum) conuenit Danielem Stylitam magni nominis anachoretam super columnam haud procul à Constantinopolis finibus vitam agentem. Non despexit Deus huiusmodi humilitatis obsequium, & consolatus est eum, qui à Dei seruo opem quæsiuit. Quid autem ei dixerit Daniel, eius Acta ita declarant [g]: *Cùm sæpè Zeno sensisset insidias, omne quidem aliud despicit auxilium: ascendit autem ad Danielem, eq, renunciat vniuersa. Prædixit ille quidem fore, vt ex Imperio pelleretur, & in exilio aleretur, & præ cibi inopia herbâ vescereturq; & deinde ab his, qui eum*

XXIV. ZENONI QVID PRÆDICTVM A DANIELE.

[g] Apud Metaphr. die 11. Decemb.

odirant, reuocaretur, atq; ad Imperium reuerteretur, & in eo vitæ finem acciperet. hæc Daniel: quæ quidem omnia, sicuti prædixerat, euenêre. Etenim Zeno semel fugâ lapsus, cùm à Basiliſco ad necem quæreretur, In Isauriam, patrium solum, rediit, atq; in desertis locis vitam duxit incognitus accolis, ob idq; coactus fuit interdum herbam, pane deficiente, ad cibum quærere. Sic igitur qui execrandum hæreticum ab exilio reuocauerat, iusto Dei iudicio cogitur ipse instar Nabuchodonosor cum bestijs exul viuere, donec admissum facinus expiaret, paucis cognitus, cùm interea à Basiliſco instantius quæreretur: Posteà verò illo persequi desinente, se ipsum prodidit, & exercitum comparare cœpit. Sic itaque exul annum vnum & menses sex vel octo (vt Procopius tradit) absque Imperio mansit.

XXV. BASILISCVS TYRANNVS HÆRETICVS. Theod. Cyrill. lib. 5.

Porrò qui veluti Dei flagellum ad Zenonem puniendum prodijt Basiliſcus, virga furoris Domini, nihil tamen ipse melior Zenone fuit, immò longè deterior, vt exitus demonstrauit. Etenim etsi antehac ob res perperàm gestas impietatis notas haud leues contraxerat; mox vt euectus est in Imperium, palàm persecutor erupit Ecclesiæ. de quo hæc Theodorus [a]: *Basiliſcus inuadens Imperium, mox fidem subuertere cœpit, Zenonide Augustâ coniuge ipsum maximè culpabilem contra fidem Catholicam impellente.* Istud sciens Timotheus ille scelestus bis inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ, vt Petrum licet contra fidem Catholicam instantiùs, vrgeret nouum Imperatorem, Constantinopolim veniens magno comitatu Eutychianorũ hæreticorum, eumdem Basiliſcum conuenit, à quo & obtinuit, vt sibi Catholicorum pateret Ecclesia. ad quam cùm maximâ duceretur pompâ, nouo casu cogitur sistere: quisnam is fuerit, à Theodoro ita describitur:

XXVI. *Cùm Timotheus incondita Alexandrinorum turba cuncta ex adibus Basiliſci vnà cum alijs supplicando, ad ecclesiam asino vectus progressus est: & cùm ad locum venisset, qui dicitur Octangulus, grauiter prolapsus cecidit, fractoq; crure domum reuersus est.* hæc Theodorus.

XXVII. Sæuijt interea Basiliſcus aduersus eos, qui Timotheo restitissent: & inter alios Plato cubicularius ab eo iussus est igne cremari: posteà verò eius parentes à Zenone obtinuerunt, vt statuâ honoraretur, qui ita honestissimâ morte, martyribus haud impare, diem clausisset extremum: eius autem meminit Suidas his verbis: *Ioannes de S. Procopij magni martyris, in testudine, cuiusdam Eunuchi statua sita est, cuius in pectore scriptum est:* QVI LOCO MOVERIT HIC SITA, STRANGVLETVR. *Fuit autem statua illa Platonis cubicularij, qui temporibus Basiliſci crematus est. Cùm autem parentes eius postulâssent, vt is eunuchus, monimenti ergo aduersùs eos, qui Imperatori aduersarentur, statuâ donaretur, impetrârunt. Cum verò ades magni martyris renouaretur, translatus est in Circum equestrem: statua verò eunuchi extat in testudine.* hæc Suidas.

XXVIII. Reuocatos fuisse hæreticos omnes antè à sede pulsos, & pulsis Orthodoxis; in ipsorum Ecclesijs per Basiliſcum intrusos, tradit Liberatus Diaconus; additq; per Timotheum restitutum fuisse Petrum Cnapheum neq; iſſimum hæreticorum, de quo ista subdit [b]: *Basiliſci temporibus Petrus à Timotheo illo damnato, qui Constantinopolim venerat, Antiochiam missus est Episcopatum tenere. Quo facto, idem Petrus Ioannem ordinat Apameensem Episcopum: à quibus non receptus, rediit Antiochiam ad Petrum; & inuadit eius Ecclesiam, à quo similiter damnatus est.* hæc ipse. Sed ista de Petro misso Antiochiam, ex sententia Euagrij, posteà contigerunt; qui ista etiam habet de hæretica ab Imp. euulgata epistola:

b Liberat. diac. Brem. c. 18. PETRVS MARETICVS, REDIT ANTIOCHIAM.

XXIX. *Cùm Basiliſcus tenuisset Imperium, scripsit vniuerso Orbi sanctionem suam, quam appellauit Encyclicam, contra Chalcedonense Concilium.* At quænam qualisve illa fuerit, Euagrius eam recenset, quæ sic se habet scriptâ persuasione Timothei (vt tradit Euagrius) ad ipsum infamem pestemq; hominem verbis istis [c]:

c Euagr. l. 3. c. 4

XXX. *Imperator Cæsar Basiliſcus pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, Timotheo reuerendissimo & sanctissimo nobilis ciuitatis Alexandriæ Archiepiscopo S.*

Leges pro defensione sinceræ & Apostolicæ fidei à sanctissimis Impp. qui nos sunt antegressi, quibus beatam & æternam vitæ parentem Trinitatem vitè coluerunt, sanctas, vtpotè quæ vniuerso mundo semper salutares fuerint, nullo tempore antiquari, immò verò eas vt nostras ac proprias diuulgari voluimus. Nam & pietatem & singularem amorem erga Deum & Saluatorem nostrum Iesum, qui nos tum fabricauit, tum ad gloriam extulit, vniuersi illi studio, quod in rebus humanis poni solet, præponimus: proq; certo credimus, firmam Christi gregis in charitate colligationem cùm saluti vobis ipsis, subiectiq; omnibus, tum fundamentum, quod nequit frangi, atq; adeò murum, qui expugnari non potest, nostro Imperio esse.

Itaq; diuinæ mentis impulsione commoti, concordem sanctæ Ecclesiæ consensum non sine causa velut primitias Imperij nostri Deo & Saluatori nostro Iesu Christo offerre animo instituente, basim & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, Symbolum nimirùm trecentorum decem & octo SS. Patrum Nicææ olim Spiritûs S. instinctu in vnum congregatorum, in quod quidem cum nos, tum maiores nostri omnes credentes baptizati sunt, decernimus, vt solùm in omnibus sanctissimis Dei Ecclesijs à populo Orthodoxo seruetur, custodiatur q;: quippe in quo vno sinceræ fidei veræ & abundè satis tum ad errorem quemq; tollendum, tum ad concordiam sanctarum Dei Ecclesiarum stabiliendam desinita sit. Quinetiam Acta, quæ ad illius Symboli confirmationem edita sunt, satis re verâ ad eam rem habent in se virium & firmitatis. Porrò sanctum Symbolum à centum quinquaginta sanctis Patribus in vrbe Constantinopoli contra eos, qui blasphemias contra Spiritum S. locuti sunt, compositum, ratum facimus. Itemq; Acta Concilij Ephesini contra impium Nestorium, & eos, qui post eadem cum illo sentiebant, edita confirmamus.

At ea, quæ consensum & ordinem sanctarum Dei Ecclesiarum & pacem totius terræ disturbant, nempè Leonis de fide decisionem & omnia, quæ in Concilio Chalcedonensi de fide definienda, de expositione Symboli, interpretatione, doctrinâ, aut disceptatione eiusdem, dicta, actaue, quo noua fides contra sanctum illud Symbolum à trecentis decem & octo Episcopis compositum (de quo diximus) introducatur: statuimus, decernimusq;, vt tum hic, tum in singulis aliis passim Ecclesijs à sanctissimis vbiq; Episcopis anathemati addicantur, vt vbicumq; locorum fortè reperta fuerint, igni tradantur comburenda, quandoquidem Imperatores pie ac beatæ memoriæ Constantinus ac Theodosius Iunior, qui ante nostram ætatem vixerant, eodem modo de omnibus hæreticorum dogmatibus decreuêre: Atq; ita abrogata, ex vna solaq; Catholica Apostolica & Orthodoxa Ecclesia prorsus ejiciantur; vtpotè quæ tum salutaria illa trecentorum decem & octo SS. Patrum, quæ perpetuò rata esse debent, tum ea, quæ beati Patres Spiritûs sancti impulsu in Concilio Ephesino sanciuerunt, penitùs tollunt. Intelligis velamentum consuetum hæreticorum, sic semper Catholicam fidem damnare solere, quòd eadem persidiæ, quam sectantur, aduersetur: cùm alioqui nomen Catholicum vsurpent, & Euangelicam veritatem prætexant, à quibus longè longiùs, vt à luce tenebræ & à bono malum, abhorrent. Sed pergit:

Denique, ne cuiquam vel sacerdotum vel laicorum integrum sit diuinissimam sancti Symboli legem violare, sed vt vnà cum omnibus nouis sanctionibus in Concilio Chalcedonensi editis, etiam hæresis eorum, qui non confitentur Filium Dei vnigenitum ex Spiritu S. & S. Maria semper Virgine & Deipara verè incarnatum, hominemq; factum, sed carnem eius aut de cœlo delapsam, aut visu quodam & specie figuratam monstrâsse confingunt: & omnino omnibus erroribus, & si quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo, loco ve in toto mundo nouandarum rerum studio vel cogitatum, vel verbis expressum ad diuinum hoc Symbolum euertendum fuerit, funditùs profligetur.

Et quoniam Imperatoris est, sedulò prospicere, vt subiectis non in præsentia solùm, sed etiam in posterum secura tranquillaq; vita prouido eius consilio suppeditetur: decernimus, vt sanctissimi vbiq; Episcopi his diuinis nostris literis generatim scriptis ad omnes, palamq; diuulgatis subscribant, quo declarent præcipuè se in solo diuino trecentorum decem & octo SS. Patrum Symbolo velle insistere: quod etiam centum & quinquaginta sancti Patres confirmârunt: idemq; post ab Orthodoxis & sanctis Patribus, qui Ephesi vrbis primaria conuenerunt, definitè stabilitum: visumq; solum illud trecentorum decem & octo sanctorum Patrum Sym-

bolum

bolum velut ratam fidei decisionem sequendum, anathemaq; indicendo Actis Concilij Chalcedonensis, quæ populo Orthodoxo offensioni esse possunt, eaq; Ecclesiæ penitùs eiectanè, vtpotè à quibus tàm totus Orbis terrarum conturbetur, tum nostra impediatur felicitas.

TOMVS IN PROFESSORES CONCILIAR. CED.

En vides, lector, quàm turpis facie & horrenda visu hæresis sit, quæ nec foras progredi auderet, nisi superinducto nomine Catholicæ fidei, indumentis conecta sacrorum Conciliorum, quibus nefas sit obniti, sed necesse sit consentire. Hinc velim impudentiam præsentis temporis hæreticorum consideres, dum eò procaciæ efferuere prosiliuntur, vt & eiusmodi sacrorum Conciliorum adeò honesta abijciant indumenta, pedibusq; proculcèt, vt sunt horribiles, videri gaudentes. Addit autem ad hæc Basiliscus: *Eos autem, qui post hanc nostræ diuinæ literas acceptas, quas (vti credimus) Dei nutu diuulgari curauimus, quò concordia, quæ omnibus optabilis est, in sanctis Dei Ecclesijs stabiliatur aliquando, aggredientur vel proferre, vel nominare siue disputando, seu discendo seu scriptis vllo tempore, modo, aut loco nouam illam decisionem à Concilio Chalcedonensi contra fidem promulgatam, veluti tumultus & perturbationis sanctis Dei Ecclesijs, omnibus, qui nostro parent Imperio, auctores. Deo præterea & nostræ saluti aduersarios, iudicamus, idq; secundùm leges iam ante nostram ætatem ab Imperatore beatæ & diuinæ memoriæ Theodosio contra talem & tam peruersam amentiam conditas, huic, nostri diuinæ literæ generatim ad omnes scriptis subiunctas; si Episcopi fuerint, aut clerici, dignitatis suæ & ministerij gradu abdicari; sin monachi, aut laici, exilio, omnium bonorum publicatione, & aliis grauissimis supplicijs mulctari.*

XXXV. VANAE ESSE HAERETICI IMP.

Enimverò sancta consubstantialis, procreatrixq; omnium & vitæ parens Trinitas tali à nobis obseruantiâ honorata, tam non solùm propter ejus antiquam, quæ modò commemorauimus, per nos radicitùs extirpata, sed etiam propter rectas & Apostolicas sanctæ Symbolis traditiones à nobis stabilitas, propitia & clemens animis nostris, omnibusq; nobis subiectis futura est, semper vnà nobiscum administraturaq; Imperium; rebus denig; humanis statum pacatum & quietum allaturaq; hucusque Basilisci venena.

XXXVI. ANTIDOTVM CONTRA VENENA HAERETICORVM.

Sed ex his conficiamus antidotum, licèt planè ex eisdem, quæ contra pietatē Timotheus per Basiliscum euomuit toxica, contra ipsa & venena cuncta alia remedium præparare. Atq; primùm ea ex parte, dum præfando ac perorando ipse sibi pollicitus est, stabiliendo fidem Catholicam, suum pariter Imperium solidare: euentus docuit, ipsum super arenam ædificâsse: dum enim quàm citiùs simè eius Imperium collapsum penitùs corruit, planè demonstratum est, minimè supra firmâ petram Catholicæ confessionis esse fundatum, sed super vacuum esse suspensum, innixumque mendacio. Ex quo vno prudens quisq; intelligere perspicuè satis valeat, cuncta, quæ aduersus sacrosanctum Chalcedonense Concilium vel ab ipso, vel alijs statuta fuêre, arma fuisse arte diaboli comparata ad oppugnandam Catholicam fidem, & ad veritatem prosternendam admotos arietes.

XXXVII. CATHOLICA VERITAS STABILITA.

Contrà verò docuit experimentum, firmissimo innixum fuisse fundamento, supraque ipsam firmissimam petram fundatum ipsum Concilium Chalcedonense, quod validis hisce ictibus numquàm concuti vel labefactari valuit. Ita quidem summâ Dei sapientiâ semper scimus in Ecclesia factitatum, vt veritas sineretur aduersantium telis impeti, vt sic eius soliditas probaretur, & ex Deo esse eâ demonstratione palàm fieret: quòd iuxta sententiam [a] Gamalielis sæpiùs repetendam, quæ ex Deo sunt, dissolui non possint; contrà verò, omnem plantationem [b], quam non plantauit Pater æternus, eradicari; vtpotè quòd de his scriptum sit [c]: *Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices.*

[a] *Act. 5.*
[b] *Matth. 15.*
[c] *Sap. 4.*

XXXVIII.

Sed & illud obserua, quàm niratur arte falsitas, & quo fultum præsidio mendacium ostentetur, atque impieras quanto compta decore & satellitio comitata se ingeret oculis intuentium, ipsaque hæresis Iezabel instar stibio fucata compareat, & Imperatorijs pompâ tumens præmittat sanctionem Basilisci Orbem peragraturam, quæ dum nihil præterea, quàm Nicænum Concilium præsefert, oppugnat Chalcedonense Concilium: Verùm videas (quòd mireris) ipsum sibi mendacium refragari. Etenim si, quod iactat trisulci lingua sibilans Basiliscus, satis abundat solum ipsum Nicænum concilium ad omnem tollendum errorem; cur superstitiosè addit symbolum fidei editum Constantinopoli, & Ephesinam probat confessionem? Vnde suis ipsius nec esse sit armis confodi, quocunque se vertat: Nimirum vel cùm dicit (quod asserit) esse satis Nicænum Concilium; tunc vt superflua opus est, explodat Constantinopolitanum atque Ephesinum Concilium: Vel ista retinendo, vt profitetur, retinere atque prædicat: tunc affirmet necesse est, haud quod iactat, esse satis ad omnem tollendum errorem Nicænum Concilium, sed opus fuisse (quod dignè profitetur) ad vindicandam ablatam ab hæreticis Spiritus sancti diuinitatem, illa in dicto Concilio definita fuisse, atque ad declarandam firmandamque veram de Filij Dei incarnatione doctrinam Patres Ephesi compulisse, eaque de re decretum fidei edidisse. Hæc cùm ipse dicat, cur non se mentitum esse cognoscit, dum de Concilio Nicæno prolocutus, satis superque illud esse ad omnem auferendum errorem inculcat:

DILEMMA PER STRINGITVR HAERETICORVM IMPIETAS.

XXXIX.

Quod [d] ea mente ob nouas emergentes hæreses opus fuisse concedit tum Constantinopolitanū, tum Ephesinum Consentus cogi, in eisque edi de fide firmanda vel declaranda decreta, quæ haud adeò explicita reperirentur in confessione Nicæna: cur noua emergēte hæresi, nouam apponere fidei eluciditationem; quæ recentem confuteret atque penitùs tollat errorem, non æquè ne esse esse contendet? ob idque non sibi reijciendum hæc ex parte Chalcedonense Concilium, quo condoditum hæreticis Eutychetis, tamquàm (vt ait) superfluum & seminarium offensionis: sed potiùs probanda ipsi erant, quæin eo edita sunt decreta fidei, aduersus prauas dogmata contra veritatem Catholicam instituta. Sed refugiens ista ipse, nec verum quidem de Eutychiano deliramento locutus, damnationem tantùm conclamauit Chalcedonensis Concilij, sic definiens Imperatoriâ potestate, perinde acū non homo, sed Deus, immò plus, quàm Deus, suâ sententiâ destruat, quod Deo duce, tanto labore sanctissimi viri, precibus præmissis ad Deum precibus, magnâ deliberatione sanxêre. At hæc de his satis, quæ antidotum esse prædiximus aduersus venena hæreseos, pietatis speciem præferentium. Iam verò quæ sunt reliqua, prosequamur. Post recitatum Basilisci de abrogando fide Chalcedonensi decretum, Euagrius ista subdit [e]:

[d] *Epist. Basil.*

His literis à Basilisco generatim ad omnes scriptis, Timotheus qui modò (vt dixi) ab exilio reuerterat (vnà à Zacharia Rhetore literis productum est) assensit: idem fecit Petrus Antiste Antiochiæ cognomento Chapheus, qui erat tum Constantinopoli vnà cum Timotheo. His fidem constituit. Paulus ad sedem Archiepiscopatus Ephesini deligitur. Fertur, Anastasium quoque, qui post Iuuenalem Antistes Hierosolymorum fuit, illis Basilisci literis scriptis ad omnes generatim subscripsisse, aliosq; præterea complures circiter quingentos numero idem præstitisse, qui Leonis decreta & Concilium Chalcedonense abrogarunt. hæc Euagrius.

[e] *Euagr. l. 2. c. 5.*

XL. DE HIS, QVI SVBSCRIPSERVNT EDITAE SANCTIONI.

Sed iste gradum, lector, ne in mendacium lacunas incautus offendas. Scito calumniam esse conflatam aduersus Anastasium Hierosolymitanum Episcopum ab Euagrio, seu potiùs à Zacharia, à quo accepisse testatur. Siquidem testificatione Cyrilli in Euthymio, defensor Concilij Chalcedonensis Anastasius habetur in omnibus laudatissimus, aduersus quem Hierosolymis ab hæreticis Eutychianis fuit in sedem Episcopalem elatus Gerontius monachus signifer eorumdem hæreticorum, vt idem Cyrillus narrat his verbis [e]: *Cùm verò Basiliscus occupâsset Imperium, facit Concilabulum aduersus sanctam Synodum Chalcedonensem: quo quidem vix en pars eorum, qui erant schismatici in sancta ciuitate, cùm sibi Gerontium quendam præfecisset Archimandritam, multa innouat aduersus Ecclesiam, nec minora ijs, quæ prius ausus fuerat Theodosius. Quinto autem anno postea moritur quidem Anastasius Patriarcha, iam ineunte mense Ianuario.* hæc ibi de statu Hierosolymitanæ Ecclesiæ.

XLI. DE SEDE HIEROSOLYMITANA INVASA A GERONTIO.

[e] *Apud Metaphr. die 20. Ianuar. Sueæa. die.*

Cæterùm quod spectat ad Zachariam Rhetorem, quem citat Euagrius, ne fallaris: constat eum quidem

XLII.

DE ZACHARIA HISTORICO.

fuisse Eutychianum, ob idque ab eo scripta quàm cautissimè legenda sunt. Subodoratus id quidem ipse Euagrius fuit, dum de eodem post multa hæc ait[a]: *Quod autem ad ea attinet, quæ Zacharias Rhetor debuit Episcopis tradit: sive ipse falsò eos criminatus est, sive illi ipsi mentiti sunt, se inuitos literis Basilisci subscripsisse, non possum pro certo affirmare.* sed proditæ historiæ veritatis ex eo potissimùm ab eodem in suspicionem adducitur, quod recitans ad verbum sanctionem editam à Basilisco contra Concilium Chalcedonense, quod posteà est sancitum edictum illam abrogans suppressit omninò silentio, sicut & alia multa pro Catholica fide trãsacta; contrà verò, quæ Eutychiano fauent errori, ea ad verbum recenset; vt euidenter appareat ex his, quæ ex eo narrat Euagrius, qui subdit ista post narrationem subscribentium Episcoporum[b]: *Quinetiam libellus supplex extat ab Episcopis Asiæ, qui Epheſi conuenerunt, ad Basiliscum scriptus, ex quo nonnulla sumpsimus, quæ sunt hoc loco à nobis posita.*

[a] Euagr. lib. 3. c. 9.

[b] Euagr. lib. 3. cap.

XLIII. LIBELLVS AB EVTYCHIANIS OBLATVS BASILISCO IMP.

Sanctissimis Christiq; amantissimis dominis nostris Basilisco & Marco Victoribus semper Augustis S. & alijs interiectis, adiungit ista:

Omninò, ô sanctissimi & Christo deditissimi Imperatores, vnà cum fide, quæ & inuicta est & variis modis impugnata, vos impugnari declarastis. & paulò pòst: *Terribilis quædam exspectatio iudicij, & diuinæ iræ flamma, & iusta vestra clementia indignatio euestigiò aduersarios occupauit, qui præpotentem Deum & vestrum Imperium verâ fide roboratum arroganter inuadere, impugnareq; moliuntur: quiq; non modò non cessant nostram tenuitatem variis incommodis afficere, verùm semper nos calumniari & falsa crimina contra nos confingere student: nimirum vestris diuinis & Apostolicis literis generatim scriptis ad omnes, nos nonnisi vi ac necessitate compulsos subscripsisse: quibus certè nos libentibus animis & propensâ voluntate subscripsimus.* ac rursum infrà: *Nolite alia decreta contra literas vestras generatim scriptas decernere: pro certo (vt diximus) exsuasi, mundum si id feceritis, seditionibus euersum iri, & mala à Concilio Chalcedonensi orta (ob quæ quidem infinitæ cædes factæ, sanguisq; Orthodoxorum iniustè & iniquè fusus est) exigua admodum videri. Posteà verò addit* ex eadem hæreticorum epistola:

XLIV. CONTRA ACACIVM CÆTERVNT EVTYCHIANI.

Contestamur coram Saluatore nostro Iesu Christo, nostrum cultum erga Deum & pietatem liberum esse: oramusq; vt cùm illi, tum præcipuè Episcopus Constantinopoli, qui nequiter multis in rebus suo officio functus deprehenditur, iusto, canonico, & Ecclesiastico iudicio condemnetur, abiiceturq; Episcopatûs gradu. hæc quo ad Eutychianorum Asianorum libellum. Subdit post hæc Euagrius de eodem auctore pro Eutychiana hæresi laborante, & eamdem falsitate corroborare conante: *Zacharias porrò ista quoq; scribit ad hunc modum: Literis Imperatoris, quas scripsit generatim ad omnes, diuulgatis, me ac Constantinopoli, qui peruerso errore Eutychetis infecti erant, ratisse, cùm Timotheum & literas Imperatoris nacti fuissent, subsidia ad hæresim suam tuendam inuenisse. sperans; se iam institutum suum commodè posse proq; qui properè ad Timotheum se conferunt: ac cùm à Timotheo, qui Dei Verbum secundùm carnem nobis consubstantiale, Patri autem secundùm diuinitatem consubstantiale ostendit, essent refutati, domum reuerterunt.*

XLV. [c] Euagr. lib. 3. c. 8.

Idem scribit[c] *narrat Timotheum Constantinopolim ingressum perrexisse Ephesum, Paulumq; illius vrbis Pontificem, qui quidem iam dudum ab Episcopis prouincia (sicut vetus Ecclesia consuetudo postulat) creatus fuerat, sed tamen pòst excideret in sede Episcopali collocâsse: reddidisseq; præterea eumdem Timotheum Ecclesiæ Ephesinæ ius Patriarchatûs, quod Concilium Chalcedonense (vti antè demonstratum est) ei ademerat. Inde tandem soluentem, petiisse Alexandriam tradit: vbi ab omnibus, qui ad eum accedebant, postulauit, vt Concilio Chalcedonensi anathema denunciarent. Resilierunt ab eo (sicut à Zacharia traditum est) cùm alij complures suæ factionis, tum Theodotus vnus ex eorum numero, qui loppæ à Theodosio Episcopo tum à quibusdam designato Hierosolymorum, cum Iuuenale Constantinopolim consugerant.* hæc Euagrius ex Zacharia.

TIMOTHEVS PROFICISCITVR ALEXANDRIAM.

XLVI. Sed quid inter tot turbines Deus? nunquid semper dormiet, qui custodit Israël? Excitari quidem à discipulis suis expectat; cùm ex ingruentibus procellis, periclitante naui, ipse in ea positus dormit. Acacius igitur Constantinopolitanus Episcopus dudùm admonitus excitatusq; & ipse litteris Simplicij Romani Pontificis, Basilisco tyranno resistere parans, quòd suas imbecilles vires esse sciret, vt tantæ se posset obijcere potestati, quæsit à Deo per eius seruos auxilium: nam viros sanctos in eremo latitantes Constantinopolim inferre conatur, quos ob egregias virtutes etiam aduersarij reuereri debeant & eximescere.

ACACIVS EXCITATVR IN BASILISCVM.

XLVII. DEI PROVIDENTIA IN VRBE CONSTANTINOPOLITANA GVBERNANDA.

Hic quidem admirabilem Deum in sanctis suis, & in gubernanda custodiendaque Ecclesia summam eius prouidentiam dignum est contemplari. Etenim cùm Orientalis Ecclesia iam propemodùm arefacta careret magnis illis antesignanis doctrinâ eminentibus, qui aduersus hæreticorum turmas ante aciem progressi pugnarêt, vt fuerunt Magnus Athanasius, Basilius, Gregorius Theologus, Chrysostomus, atque Cyrillus, quorum vel solum nomen præpotens esse videretur ad terrorem incutiendum aduersantibus hostibus: Cùm his, inquam, horumq; similibus omninò careret Orientalis Ecclesia, & ex aduerso fortiores instarent hostes, ac fortiora moueret prælia, quos & præiret pollens viribus, furensq; audacia Imperator: alia Deus viâ voluit Catholicæ veritati esse consultum, nempè illiteratulorum virtute, quâ omnibus cæcutientibus licèt, manifestò tamen constaret, militare Deum in castris Orthodoxorum, ex eorumq; parte stare Catholicam fidem, in qua ex editione signorum eamdem attestantium, inesse Dei potentia nosceretur. Edita sunt hæc quidem signa per magnum illum Danielem Stylitam sanctissimum anachoretam, de quo plura superiùs dicta sunt; quem omni conatu Acacius Constantinopolitanus Episcopus è columna ad columnam veritatis suffulciendam, collibentemque Ecclesiam roborandam, Constantinopolim accersiuit. Sed quomodo hæc cuncta se habuerint, ex ipso fonte petamus, ex ipsius, inquam, Danielis Actis, in quibus res gesta quàm fideliſſimè narratur his verbis[d]:

[d] Acta Daniel. c. 41. apud Sur. 11. Decemb. Tom. 6.

XLVIII. ACACIVS VOCAT S. DANIELEM IN VRBEM.

Sceptra quidem (vt dictum est) arripit Basiliscus: horribiliter autem statim sibilat aduersus Ecclesiam, & de carnis à Christo susceptæ dispensatione negatur quædam blasphema & adulterina: Acacium autem, qui tunc sedem tenebat Pontificalem, quiritam quidem defendebat rationem, illius autem dogmatum tempestati spiritûs feruore & dicendi libertate vehementer resistebat, vulnquâ morte mulctare. Hoc cùm multos quidem congregâsset ex ijs, qui vitam agunt solitariam, & ex ijs, qui promiscuè viuunt & communiter, & grex concurrisset vniuersus; seruauit pastorem, qui ne periret, veniebat in periculum. Decretum fuit nam, magnum quoq; Danielem vocare in præsidium: & viro mitis sacerdos Imperatoris significat rabiem.

XLIX.

Cùm autem qui erat sapiens ad maleſaciendum, hoc cognouisset Imperator; ipse quoq; Danieli significauit, hunc ipsum sacerdotem potiùs fuisse causam tumultûs, addens: Hic facit ciuitatem aduersùs me insurgere, & milites corrumpit ac peruertit, & in me maledicta congerit & probra inuehit, & aduersùm me fasciit innumerabilia. Quocirca oportet te (aiebat) precibus tuis Imperatori potiùs opem ferre contra Episcopum. At quid adhæc Daniel? audi: *Non solùm probro afficit eum, Imperatorem videlicet, qui susceptam à Deo humanitatem probro afficiebat, sed etiam maximas minas in eum intendit, & prophetice sic effatus est: Disrumpet (inquit) disrumpet Deus regnum tuum. Et alia adiecit, quæ cor eius vsque adeò poterant mordere & tangere, vt nec ille quidem, qui futurus erat minister verborum, ausus fuerit hæc ore renunciare Imperatori: sed à magno Daniele peterit, vt literis, ijsq; obsignatis hæc significarentur Imperatori. Et sic ille quidem recessit.*

L. MISSA LEGATIO EPISCOPORVM AD DANIELEM.

Pontifex autem cùm omnes ferè eximios congregâsset Episcopos, mittit ad magnum Danielem, eum adhortans, vt sumpto Christo daret auxilium, dicens illius esse solius linguæ & veritatu aduersos adeò absurdam depugnare blasphemiam, & susscipere bellum pro Ecclesia. Atque isti quidem profecti hæc significarunt. Quoniam verò Sancto erat valdè difficile è columna descendere, & renuebat: quid rursus machinatur Patriarcha volens eum ad id flectere? Rursum mittit Episcopos, iubens eos vti apparere mœstos, vtique miserabilibus & verbis & gestibus, & profundere lacrymas, validissimum medicamentum ad persuasionem, & omni

ratione conari eum flectere. Imitare (dicentes) primum magistrum & præceptorem. In his enim, quæ sunt faciendæ pro Christo pulchrum est Christum imitari. Declinavit ille quoque è cælis & descendit, procurans salutem hominum. Quid ergo absurdi fueris, si tu quoque aliquantisper è columna descenderis; & quæ venit in periculum, ne periret, servaueris Ecclesiam, pro qua ipse proprio non pepercit sanguini? Existima tibi ipsam adstare Ecclesiam, & vocem emittere, & extendere manus ad auxilium implorandum.

L I. Cùm his & aliis plurimis Episcopos instruxisset Patriarcha, & omnimò exercuisset, vt aptissimè ad monendum misericordiam, & maximè miscebiliter ad proponendam accederent petitionem: illi autem imperata facientibus, & infernè supplicum vices cum lacrymis clamantibus: primùm quidem ea, quæ fiebant, ægrè ferebat Sanctus & angebatur animo: deinde cùm videret magis perseverantes & vehementius precantes, & cum miserabili clamore calidas lacrymas emittentes, nesciebat, quid ageret illa misericors anima ad veraq; distracta cogitationes. Quando enim ad sacerdotes & ad sacerdotum intuebatur lacrymas, mouebatur; quando autem ad columnam & eos, qui sunt in ea labores, & optatissimam quietem, erat inflexibilis. Sic ergo inter se contendentibus cogitationibus, & in æquilibrio quodammodò positis, quæsit momentum superni indicij: & eo flante ad orationem, vox statim è cælo exstitit, quæ iubet ei, vt descendat, & rursùs reflectatur ad columnam. Sic cum cum gaudio excipientes Episcopi, deduxerunt ad Pontificem, qui dici non potest quantâ rursùs fuerit plenus lætitiâ, & quanto eum honore exceperit.

DANIEL VENIT CONSTANTINOPOLIM.

L II. Atque statim quidem Christi miles vertit aduersarium, etsi ei in conspectum non venerit, verbis autem solùm tamquam eminùs emissis iaculis vsus sit. Sic etiam per eam, quam antè miserat epistolam, nouum appellans Diocletianum: & cùm per veraq; eum terruisset, nempè & præsentis sæculi & futuri supplicia, tamquam improbum mancipium perstrinxit, vt fugeret. Minarum enim timore affectus cùm respondisset: Ecce tibi concedo ciuitatem & omnes, qui sunt in ea: ipse per extentas exercitationis procedit extra terminos ciuitatis. Sed nec sic quidem eum dimisit vir fortissimus; sed fugientem, tamquam qui clypeum abiecisset, persequebatur militem, & contendebat eum apprehendere, vt argueret, & cum eo singulari certamine decertaret. Iuit ergo viam, quæ illuc ferebat. Vide autem mihi zelum athletæ. Nam cùm ei pedes laborâssent exercitatione, & non possent ingredi, commodatò accepit alios pedes, & ducebatur portatus ab aliis. Fuit ne verò iter eius inane & absque miraculis? nequaquam: Et lubentissimè quidem omnium meminissem: sed cùm tria prohibeant, nempè & prolixitas narrationis, discendi facultatis imbecillitas, & ne si velim omnia dicere, cùm vos exatiauero, sitis socordiores in his, quæ sunt præcipua: multa prætermisi, paucorum meminero.

BASILISCVS RECEDIT AB VRBE.

L III. Quidam leprosus ad eum in via accedens, emisit vocem, quam olim etiam ad Christum, nisi quòd ille quidem Filium [a] hic autem seruum Dei vocabat & rogabat, vt ab eo assequeretur curationem. Ille verò: Quid tibi vis, inquit, quòd eo relicto qui potest hæc curare, accessisti ad hominem, qui est similibus obnoxius affectionibus, ea postulans, quæ eius vires superant? Verum enim verò, si quidem credis non illum solùm, sed etiam eius ministros posse hæc curare, erit tibi per nos quoq;, vt credidisti, sanatio. Cùm autem ille hæc confitebatur, & adhuc magis rogabat, vt sanaretur: misericordia simul & admiratio magnum subijt Danielem: misericordia quidem propter morbum, admiratio autem propter seruorem fidei: & conuersus significat ijs, qui sequebantur, & vt manus tollant in cælum, & Deum placent lacrymis. Deinde cùm illius iussis mari corpus lauisset, & fuisset mundatus (non procul enim aberat) ostensus est totus sanus ijs, qui aderant. Qui cùm admirexissent id, quod factum fuerat, & nudum accepissent eum, qui fuerat curatus, quid non faciebant? quid non dicebant? quo non animi motu afficiebantur? Admirabantur, clamabant, glorificabant, obstupescebant. Mouebat quidem fides eis linguam ad gratiarum actionem: verba autem sustinebat admiratio, & efficiebat, vt præstupore obmutescerent. Quinetiam dicentes, nesciebant, quidnam dicturi essent, illum ne fidem, an illum gratiam, & Dei potentiam. Oculi autem omnium in illum solum erant conuersi, vox q; vna erat & narratio, leprosus, & illius mundatio.

[a] Matth.8 LEPROSVS CVRATVR.

L IV. Vt ergo essent plures testes huius rei admirabilis, veniunt ad maximum Dei templum, & virum illum in suggestu statuunt, facientes sicut Zacheus [b]: nam illi quoq; persuasit fides, vt ascenderet sycomorum; & vir rursùm vt in alto statueretur eum, qui curatus fuerat, persuasit similis feruor spiritus. talem quidem ostentare curatum, nihil aliud fermè fuit, quàm aduersus Eutychianos, quibus confecta ciuitas erat, exaltare de prostrata perfidia trophæa victoriæ; dum Deû pro ipsis stare, cuius virtute per Orthodoxum virum miraculum illud fuerat perpetratum, euidentissimè declarabatur. Sed addita sunt his alia maiora, quibus hæretici magis magisq; conuincerentur. Quæ (subdit auctor) quia propter magnum Danielem fiebant, narrauerit: Consuit ad eum vniuersa fere ciuitas: ægrotantes quidem desiderio sanationis, prope habentes exemplar, leprosum, qui fuerat curatus: sani autem, vt viderent eos, qui curabantur, & spectaculo miraculorum minimè primarentur. Quæ verò eorum, qui accedebant, fidem sequebantur miracula, sunt maiora, quàm vt verbis exprimi possint & auribus percipi.

LEPROSVS CVRATVS.

[b] Luc. 19. OSTENTATVR.

L V. Cùm autem sic splendidè comitatus magnus ille Daniel ad locum, in quo erat Imperator, peruenit prope Palatia Septimi: vir quidam Gothus genere, desuper prospiciens per fenestram eum sanctum vidisset sic deduci & portari, eum irridet mollitiem, & ironicè alloquitur: Ecce (inquit) nouus Consul. Hæc dixit, & statim accepit fructum suarum ingarum. Illunc enim deturbatus, humi iacebat mortuus. Vident quod factum fuerat satellites, & dolore simul & irâ repleti, & aliquantulum mœre correpti, ne vel alicui ex suis vel ipsi Imperator simile quid aduersus magnum illum fecisset, in eadem incidere, non sinebant Sanctum ingredi Regiam. Cùm verò ijs, qui cum eo erant, conantibus ingredi aliquo magnacerat perturbatio: tunc ego Euangelicè pedum suorum excutere pulueremeos, qui cum ipso erant, hortatus esset Sanctus, & ipse hoc fecisset, reuersus est: sed negotium vacuum. Multi enim milites, cùm eum parum solum vidissent, & mores & habitum obstupuissent Euangelicum, eum statim sunt secuti. Et sic quidem vadit By Sanctum homo Dei.

DANIEL VENIT AD IMPERATOREM.

[c] Matth. 10.

L VI. Imperator autem viri reuerens virtutem, & veritus, ne quid ei graue accideret propter illius contemptum: misit ad eum quamprimùm, & rogat, vt reuertatur. Ille verò non modò flexus, sed etiam magis irritatus, cùm dixisset, quod qui cælestem Regem conatur exacerbare, ipse multò magis malorum horum sibi reconditur exacerbare, ipse multò magis malorum horum sibi reconditur: & deinde adiecisset etiam fore, vt hic breui excidat ab Imperio, & eas, quæ illic sunt, minas non effugiat: Hæc cùm dixisset, & si quis in tunica remansisset paluus, eum excussisset, processit silenti animo. Cùm hæc annunciarentur Imperatori, simul etiam & suâ sponte cecidit turris Palatij, perinde ac si per res inanimes arrogantem & insolentem hominem Deus vellet ejudire.

DANIEL RECVSAT REDIRE AD IMP.

L VII. Quanam autem ab accedente Sancto facta sunt miracula (quomodo enim ex vrbe cum eo est egressus, ita etiam ingredientem ipsæ eum vrbis sequebantur, quodammodò ipsa, vt ita dicam, Dei virtute famulum deducente) cùm ex his pauca eaq; propter satietatem veluti cursim adduxero, transibo ad ea, quæ supersunt. Duo quidem ab ipso adolescentes primùm sanantur, qui vexabantur a dæmonibus. Deinde mulier quædam alia, fide Chananæa, qua habebat filiam: & luti æstuanti animo testes lacrymas profundebat ex oculis, & per eas quærebat curationem, sanam quidem accepit filiam: lætitiam autem referens pro mœrore, domum rediit. Deinde cùm Sanctus per mediam procederet ciuitatem, Patricius quidam ex Senatu, qui ipse quoque Zacheum [d] est imitatus, cùm eum seruenti fide domo sua excepisset, Zachæo quoque similem consecutus est benedictionem.

DÆMONIS AGITATI LIBERATI.

[d] Luc. 19.

L VIII. Postquàm autem in ipso fuit maximo templo, & simul versatus fuit cum Patriarcha, qui ipsum cum magna simul lætitia accepit & honore; hic quoque alijs quidem noua, sibi verò solita fecit miracula. Serpens, qui alicunde prorepserat, & se magni Danielis pedibus per spiras involuerat, erat terribile spectaculum: & cùm ad eum defendendum, qui aderant, accurrissent, illos quidem simulabat timiditatis. Ipse autem serpenti audacter & fidenter minatus, cùm ei tamquam ministro magnâ imperâsset auctoritate: Vade, inquit, & tuas latebras repete & specu subterraneos. Ille verò perinde ac qui non posset contradicere, statim repit ad parietem, & in conspectu omnium disrumpitur. At quid hoc adeò inexpectatum prodigium? in loco serpentibus haud facilè ob frequentiam habitantium accessibili, nisi quòd Deus voluit hisce veluti symbolicis signis demonstrare de veternoso illo serpente humani generis deceptore esse obtentam victoriam: Sed quæ hæc fecuta sunt, accipe.

PRODIGIVM DE SERPENTE.

L IX. Hæc (subdit auctor) cùm de magno Daniele didicisset mulier Rauennatis, fide quidem feruentissima & maximè pia, gloria autem valdè insignis, promptè & alacri animo ad eum accurrens, & simul

RALIS CLARISSIMA

FOEMINA DANIELEM ADIVVANTE COLIT.

liter atq; illa meretrix illius pedes rigans lacrymis, precibus ab eo contendit, vt sibi nasceretur filius. Cùm autem humi deiecta vidisset eius pedis soleam exercitatione à tendine discissam; stupens tolerantiam, & emittens voces Chananæa similes, dans ei funiculum, rogat, vt eum circa eius pedem inuolueret, & ei rursum reddat: Hæc est, inquiens, summa meæ petitionis. Ille verò primùm quidem non sustinebat: deinde motu etiam illius lacrymis, & præterea Episcopi & cæterorum verbis flexus, non solùm illum cùm funem circumuoluisset, ei reddidit, sed etiam significauit fore, vt ipsa pareret filium, & prædixit nomen filij: Zenonem, dicens, ô mulier, vocabis filium. Et sic quidem Sanctus. Ego autem nihil dicam amplius: clarum est enim ita euenisse: nihil enim excidebat ex ijs, quæ ab illo prædicebantur.

LX. BASILISCVS PROCVMBIT AD PEDES DANIELIS.

Propterea Sanctum quoque timens Imperator, & eiominò repugnare declinans, eum aggreditur arte & blanditijs: & cùm ipse sæpè eum & per multos vt ad ipsum veniret, precatus, non persuadebat; ipse ad eum venit, & ritu supplici adorat, & illius pedes prehensat, rogans, vt sibi detur venia. Ille autem (quis enim ad ea videnda erat ipso perspicacior?) illum quidem tunc multis probris insequitur. Deindè etiam aperit id, quod multos latebat: Humilitas illa, dicens, & contritio est artificiosa simulatio, de cuius pelle contegens importunitatem eius & immanitatem: sed citò videbitis, qui omnia perficit, Dei oculum & validam manum, quæ etiam potentes deijcit. Atque cùm sic quidem Sanctus tam multa fecisset miracula, Deiq; vertisset & profligâsset hostem, & res Ecclesiæ benè constituisset, quinetiam futura prædixisset: reuertitur ad columnam, & certamina ac labores magno ac forti animo suscipit. At de Daniele hactenùs. meminit earumdem rerum gestarum Nicephorus, qui & ista addit[a]: Basiliscum motum plebis vrbanæ veritus, in ædes Imperiales extemplò reuersus est, & Senatus indixit, ne molestiam Acacio exhiberet, quòd multitudo ad incendendam vrbem parata esset.

[a] Niceph. l. 16. c. 6.

LXI. [b] Theod. Collect. li. 1. DE OLYMPIO MONACHO.

Eadem de Daniele & Acacio habet Theodorus Lector[b], qui addit præterea Olympium monachum magnâ libertate inuectum esse in Basiliscum Imperatorem. Iniectum quidem fuisse ignem in vrbem in inuidiam Basiliscj constat: de quo incendio ista habet Cedrenus: Hoc Imperatore creato, incendium florentissimam vrbis partem absumpsit: Ortum enim è medijs Chalcopratijs, cùm vtramque porticum, tum contigua omnia & basilicam deuorauit, in qua fuit bibliotheca librorum millia centena vicena continens: Inter quos liber fuit etiam draconis intestinum pedes centum viginti longum, cui Homeri poëmata Ilias & Odyssea aureis litteris fuerant inscripta cum historia rerum ab heroibus gestarum. Perdidit etiam media in Palatijs domus vtramque porticum, & in Lauso pulcherrima donaria: ibi enim multa antiquorum simulacrorum erant posita, vt statua illa nobilis Gnidiæ Veneris, stemque Samia Iunonis, & ex alia materia Lydiæ Minervæ, quam Amasis AEgyptiorum Rex sapienti Cleobulo miserat, aliaque infinita, excepit silicem. Excurrit ignis etiam vsque ad forum Constantini Magni. Ea propter in odio vniuersorum fuit Basiliscus, incendiumque & euersio vrbis cognominatus: nam alix debant ad serpentis nomen atq; naturam. Scripsit igitur ad Zenonem Senatus, &c. sed hæc posteà.

LXII. [c] Euagr. li. 3. c. 7. ACACIVS AGIT VT BASILISCVS AVG. REVOCET DATVM RESCRIPTVM.

Quomodo autem inter hæc Acacius non contentus ipse non lacessiri, sed consulens omnibus Ecclesijs Orientis extorsit ab eodem Imperatore abrogationem sanctæ legis aduersus Chalcedonense Concilium, ita narrat Euagrius[c]: Est porrò apud eumdem scriptorem, nempè Zachariam, Acacium Antistitem Constantinopolitanum his de rebus circuisse, monachosque & populum Constantinopolitanum contrà Basiliscum vtpotè hæreticum concitásse: illumque abrogásse litteras generatim scriptas ad omnes, atque adeò decreuisse, vt ea quæ tam temerè & quasi repentino impetu facta fuissent, penitùs abrogarentur: effecisseq; vt contrarias litteras ab eodem Imperatore, quæ Concilium Chalcedonense approbabant, passim ad omnes mitterentur. Cæterùm acta hæc esse ab Acacio vigore litterarum Simplicij Romani Pontificis, epistola Gelasij Papæ ad Dardanos Episcopos manifestat, in qua hæc leguntur[d]: Basiliscus (vt dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis Apostolicæ sedis vehementer infractus est, & à plurimis reuocatus excessibus. hæc ibi. Subdit Euagrius: Has autem literas, quas ait contrarias alterij fuisse, Zachariæ, qui quamdam animi sui affectionem secutus, totam illam conscripsit historiam, missas secit; quæ quidem litteræ ita se habent:

[d] Epist. 11. Tom. 1 epist. Rom. Pon.

Contrariæ litteræ Imperatoris Basilisci.

Imperatores ac Cæsares Basiliscus & Marcus. Apostolicam & Orthodoxam fidem ab initio in Ecclesijs conseruatam, & ad nostrum vsq; continuatam Imperium, & nobis iam regnantibus custoditam & in perpetuum custodiendam, in qua baptizati sumus & credimus, solam integram firmamq; retinendam, retentamq; in omnibus Catholicis & Apostolicis Orthodoxorum Ecclesijs perpetuò continuandam decernimus, nullam q; præterea quærendam esse. Quam ob causam litteras nobis impertientibus seu generatim ad omnes scriptas, seu alias, vel si quid præterea fidei & Ecclesiasticæ constitutionis gratiâ à nobis editum sit, mandamus irrita fieri abrogariq;, atq; tum Nestorio & Eutycheti, tum omnibus, qui sunt eiusdem cum illis opinionis, tum omni deniq; hæresi anathema denunciari, & nec Concilium cogi, nec inquisitionem fieri de fide, sed ea, quæ de ea decreta sunt rata stabilitaq; manere.

LXIII. ADIVTVS BASILISCI PRO VERA CATHOLICA.

Quinetiam prouincias, quarum Episcoporum creatio penes sedem huius regiæ & illustris ciuitatis est, reuerendissimo & sanctissimo Patriarchæ & Episcopo Acacio restituimus: atque Episcopos, qui illis etiam præsunt prouincijs, proprios nihilominus sedes tenere; sic vt post istorum mortem nullum præiudicium contra ordinationis ius, quod ad sanctam sedem huius regiæ & eximiæ vrbis pertinet, ex ea re fiat. Deniq; quòd hoc diuinum nostrum decretum vim habeat diuini edicti, nemini dubium & obscurum esse volumus.

LXIV.

hactenùs noua sanctio priorem abrogans. De eiusmodi autem edicto Theodorus Lector his verbis meminit, addens nouam hanc causam eius sanctionis edendæ: Basiliscus (inquit) cognito Zenonis motu, quem Isauria concitauerat, Zenonidem coniugem suam sumit, & Acacio se & clero & monachis in Ecclesia purgat, sediq; illis iura sua restituit, & alio edicto priora abrogat.

LXV.

Intelligis atque satis perspicuè intueris, lector, quantam in Principibus ius regnandi pariat inconstantiam. Qui enim iam à rempotibus Leonis Imperatoris Eutychianam ex animo sectatus est hæresim, & factus Imperator eamdem publicâ sanctione muniit ac promulgauit: paulò pòst cùm ob eam causam aduersari sibi expertus est Senatum & populum, & super omnes Constantinopolitanum Episcopum, Zenonemq; audiuit è latebris emersum constasse exercitum in Isauria; vt imminêrem sibi ruinam vitare posset, mox instar Protei mutat formam, apparensq; vx improuiso Catholicus, vt Saul inter Prophetas, pro rectæ fide promulgat edicta, & promulgatas aduersus Catholicam fidem leges antiquat atq; penitùs delet, seque vt Samueli Saul duplex animo, arbitrio tradit Episcopi. Ita planè versipellis hæreticus, quæstum pietatem putans, veluti quâdam nundinatione, simulatâ religione redimere conatur est firmitatem vacillantis Imperij, bis impius, dũ abutitur ad lenocinium pietate; ter quaterque sacrilegus, dum sacri cultûs pretio mercari conatur regnum.

LXVI. ACACIVS A TYRANNO IVRA ECCLESIÆ OBTINET.

Cæterùm quod ad sanctionem pro fide Catholica postremò editam pertinet: sicut priorem illam impiam à Timotheo inuasore sedis Alexandrinæ, impugnatore Concilij Chalcedonensis scriptam fuisse diximus; ita hanc ob Acacio dictatam & Imperatori subscribendam oblatam, ex ijs, quæ dicta sunt, facilè intelligere possumus. Cognoscis etiam, si attendis, in ea esse posita, quæ à Simplicio Papa ad Acacium scribente adeò fuerant inculcata; nimirùm nullatenùs permittendum, vt in causa fidei iterum Oecumenicum Concilium cogeretur. At quòd ad finem eius per Acacium additum est, vt per Basilisci eiusmodi sanctionem reuocaretur, quod per Leonem Romanum Pontificem tempore Concilij Chalcedonensis fuerat abrogarum præsumptum priuilegium eius Ecclesiæ, vt sub alijs metropolitanis Ecclesijs positos ordinaret Episcopos: res planè indigna fuit Acacia, vt à tyranno atque hæretico & sæculari potestate priuilegia quæreret stabiliri, quæ neque in magno Consessu Patrum statuta vim valuerant sub Anatolio obtinere. ex qua quidem apipiscendi primatum prurigine maximas sibi ac posteris Acacius struxit dissensiones, de quibus suo loco dicendum. At hæc de Basilisci & Acacij rebus gestis hoc anno cœpta, in sequêtem etiam propagata fuisse, dicere iure possumus: sed nonnisi restitutione Zenonis sequens

annus

annus à præsenti certis notis distingui posse conceditur. agemus igitur de ea suo loco.

LXVII. Hoc eodem tempore, cùm Basiliscus regnaret, & cum eo impietas vexillum erexisset, fidesque Catholica esset vndique pessumdata, Gelasius quidam Cyzici versatus, aduersus Eutychianos hæreticos, qui impugnante Chalcedonense Concilium, professores se esse Magni Nicæni Concilij vanè gloriarentur, edidit, quæ reperit à Dalmatio Cyzici Episcopo conscripta Acta Nicæni Concilij: de cuius lucubratione Photius hęc habet in Bibliotheca: *Acta Prima Synodi*, nempe Nicænæ, *tribus tomis, auctore Gelasio. Quæ quidem non verè Acta ipsa, sed de rebus gestis in Synodo historia: humili namq; sermone, sed diligenti tractat ea, quæ in Synodo contigerunt.* hæc Photius. Extat ipsum quidem opus Græcè scriptum in Vaticana bibliotheca, Latinitate donatum ab Alphonso Pisano Societatis IESV professore viro doctissimo, sed absque Gelasij auctoris titulo, quemex Photio oportuit petisse. Porrò inter alia idem auctor, cùm præfatur, hæc habet: *Post aliquot autem annos cùm per voluntatem Dei huc peruenissem, in prouinciam dico Bithynorum, & commotio & inquisitio magna fieret post impij Basilisci tyrannidem aduersùs Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Dei, & fidem Apostolicam in ea constitutam; succedente potissimum, atque Imperatoru aulam commouente factione illorum, qui hæretico Eutyches consentiebant, vt fidem Patrum, Nicænam, inquam, explosa Chalcedonensi Concilio, teneremus: illi quidem à nobis confutati sunt, quippe qui eius fidei hostes erunt: neque enim sciebant, quid dicerent, aut de quibus affirmarent. Proferente enim me quæ in illa sancta Orthodoxorum Dei corona in Spiritu sancto à Domino per eos fuerant explicata, resilibant à nobis peiorem Arianâ blasphemiam linguâ suâ proferentes*, &c. hæc Gelasius aduersus Eutychianos strenuus pro fide Catholica propugnator, de quo rursus inferiùs dicendum erit.

LXVIII Cùm his flagraret incendijs Oriens Iudæorum præcipui Rabbi Asse & Rabbi Hammai confarcinârunt Thalmud Babylonicum blasphemijs scatens. tertia hæc fuit collectio: nam prima habita est à Iuda Simeonis filio, anno centesimo & quinquagesimo ab vltima clade Hierosolymorum; secunda verò à Rabbi Ioannam, anno trecentesimo ab eadem clade: sed de his pluribus Sixtus[a]. Iam verò conuertamus oculos in Occidentem.

LXIX. GENSERICI OTIVS. Hoc anno Gensericus Rex Wandalorum in Africa vitâ functus est, cùm regnâsset (secundùm sententiam Victoris[b]) annos triginta septem, licèt Procopius[c] triginta nouem Gensérici regno tribuat: sed Victorem res sui temporis scribentem præstat audire. Porrò eiusmodi numerum annorum regni Genserici ducere cum à tempore captæ Carthaginis, non autem ex quo Wandalii in Africam ingressi sunt, satis potest intelligi, dum superiùs numerat quindecim annos eiusdem regni tempore, quo Romanam cepit vrbem, quem necesse est numerum cœpisse ab anno quadringentesimo quadragesimo, qui primus numeratur post captam Carthaginem: nam ipsam vrbem Romam liquet à Genserico captam (vt dictum est) anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quinto. Prædicatur hic Regum omnium felicissimus: Etenim nulli planè vmquam id datum est, duarum totius Orbis potentissimarũ vrbium expugnatorem fuisse, Carthaginis atq; Romæ, potitumq; manubijs de eis erexisse trophæa. Vt ex his quãti Deus faciat mundi regna, atq; præsenti vitæ gloriam, quibus locupletauit crudelissimum barbarum, eumdemque perfidum Arianum, ipsi Deo semper infensum, sanguine martyrum cruentatum, intelligi possit.

[a] Sixt. lib. 2.

[b] Victor. de persec. VVand. lib. 1.

[c] Proc. de bello VVand. lib. 1.

I. XX. HVNERICVS SVCCESSOR GENSERICI QVALIS. *Mortuo igitur Genserico* (inquit Victor[d]) *Hunericus maior filius patri succedit. Qui primordio regni (vt habet subtilitas barbarorum) cœpit mitnis & moderatius agere, & maximè circa religionem nostram: vt etiam vbi antea sub Genserico Rege prædicatum fuerat, ne spirituales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et vt se religiosum ostenderet, statuit solicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, plurimos autem distraxit nauibus transmarinis: quos penè omnes Manichæos sua religionis inuenit, & præcipuè presbyteros & diaconos Arianæ hæresis. Vnde magis erubescens, amplius in illos exarsit. De quibus repertus est vnus nomine Clementianus monachus illorum, scriptum habens in semore, Manichæus de Apostolus Christi Iesu. Propter quod magis laudabilior memoratus Rex videbatur, in vno dissidens, quia cupiditati insatiabili vehementiùs inhiabat, & prouincias regni sui varijs calumnijs atque indictionibus onerabat, vt de illo præcipuè diceretur, Rex egens magnus est calumniator.* hæc de primordijs Hunerici Victor; reliqua autem de eo suis locis dicenda erunt.

[d] Victor. de persec. VVand. lib. 2.

IESV CHRISTI
Annus 477.

SIMPLICII PAP. Annus 10. BASILISC. IMP. 2. ODOACR. REG. 2.

SEQVITVR Christi annus quadringentesimus septuagesimus septimus, quem nullius illuitrauit Consulatus: nam nonnisi post Consulatum inscribi consueuit Basilisci atque Armati. I.

Quo ipso anno, eodem Basilisco Imp. in ordinem redacto, Zeno iterum imperauit. Tenuisse autem Imperium Basiliscum annum vnum & menses sex, dictum est superiùs; licèt Procopius[c] annum vnum & menses octo ipsum imperâsse tradat: quinetiam & Cyrillus in Saba testatur menses viginti Basiliscum regnâsse. Quonam autem modo acciderit, vt pestilens homo sublatus fuerit, audiamus à Procopio, qui ait: *Cùm Basiliscus octo menses super annum tyrannidem exercuisset, omnibus, ob eius auaritiam & aulicis & militibus infensus esset: à Zenone tandem exercitu petitus est. Vbi amborum copiæ in conspectu fuêre, Armatus (sic enim nomen Duci erat, qui ab eo missus fuerat) Zenonis Ducibus se cum toto tradit exercitu.* Sic igitur Deo & hominibus inuisus Basiliscus, Armati Exconsulis & Magistri militum defectione, Imperio excidit. Sed quid post hæc? subdit Procopius:

BASILISCVS IMPERARE DESINIT. c Procop. de bellis VVandal. lib. 1.

Igitur Constantinopoli Basilisci acceptæ cladis & proditionis nuncio, protinùs in templum confugit: vbi captus ab Acacio Præsule Constantinopolitano ob eius impietatem, ac Zenoni traditus est: Nam ab Orthodoxa fide deficiens, in Eutychianam sectam inclinauerat, omnemq; vitam pessimis moribus inquinauerat, ex quo odio cunctis erat. Zeno rursum Imperium repetens, Armati efficium ante omnia probauit: verùm paulò post cum in suspicionem venientem de medio sustulit. Basiliscum autem tyrannum simul cum vxore & filijs in Cappadociam mittens hiemis tempore, iussit neque vestè, neque cibarijs iuuari. Ex quo breuiter vnà se complexi corporibus, collacrymantes miserè perierunt: vnde tyrannidis pœnam breui tempore dedit. Sed hæc posteà contigerunt. huiusque Procopius locus præstitutus exitio, Lysimis à Marcellino nominatur, vbi Basiliscus cum suis fame contabuit. Ista quidem ipse hoc anno post Consulatũ Armati. *Tali clausit fine vitam impius Basiliscus, vti fame perirent, qui* (inquit Suidas) *pecuniam exegit ab Ecclesiarum Episcopis, & Acacium Constantinopoli Episcopatu propemodum pepulisset, nisi à multitudine eorum, qui monachi dicebantur, reprehensus fuisset, homo insani auaritiâ, vt nec cerdonibus quidem & contemptis opificibus parceret, omnia plena essent lacrymarum inter illas exactiones.* hæc Suidas. II. BASILISCVS CVM SVA FAME PERIRE COGITVR.

His enarratis de miserando interitu Basilisci tyranni, adiungamus, quæ idem habet Suidas de nece Armati, qui hoc ipso anno (vt vidimus) ab eodem Basilisco in Consulatu collega assumptus est. Erat hic cognatus ipsius Basilisci, Zenonidis verò Augustæ (vt idem tradit) adulter; de cuius interitu ista habet: *Armatus plurimum potuit apud Zenonidem Imperatricem & ipsum Basiliscum. Est autem occisus à Zenone Imperatore, qc cade eius ciues admodum sunt gauisi: nam sub Leone quoscumque Thraces, qui seditionem mouerant, cepisset, hos manibus amputatis dimiserat. Caterùm Onoulus quidam eum interfecit, quem Armatus pauperem, & recens à barbaris venientem humanitè susceptum, Comitem primum fecerat, deinde Præfectum Illyricorum, & ad conuiuia multo argento instruxerat: sed is barbaricæ perfidiæ & sanguinariæ manu gratiam illi retulit.* hæc Suidas. Ista porrò contigerunt, vbi Zeno, sublato è medio Basilisco, in Imperium regressus est. III. ARMATI INTERITVS.

IV. S. THECLÆ BENEFICIO ZENO RECEPIT IMPERIVM.

Porrò hæc omnia superum nutu facta esse, intercedente apud Deum pro Zenone sanctâ protomartyre Theclâ, probauit euentus: nam de ea ista habet Euagrius [a]: *Zeno verò per visionem (vt fertur) conspicatus sanctam strenuam, & eximiam martyrem Theclam non ipsum solùm impellentem, verùm etiam pollicentem restitutionem, versus Constantinopolim exercitum dedit. Atque viris, qui illum obsidebant, muneribus inductis, Basiliscum, cum iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad sacri templi adyta confugientem hostibus auferendum tradit. Quam ob causam Zeno egregia martyri Theclæ amplissimum templum splendore & pulchritudine exhibuit. Seleucia vrbs Isauriæ dedicauit, pluribus, ac planè regalibus monumentis, quæ ad nostram vsque ætatem seruata sunt, exornauit.* hæc Euagrius. Cæterùm de obitu Basilisci ac suorum hæc ab alijs diuersa Euagrius habet: *Basiliscus autem mittitur in Cappadociam, mortem oppeturus: Vbi in diuersorio, nomine Acœso, vnà cum vxore & liberis trucidatur.* ita Euagrius. hunc tandem consecutus est finem homo perfidus, hæreticorum patronus, re verâ Romani Imperij pestis & exitium.

[a] Euagr. l. 3. c. 8.

V. Per huiusmodi autem vexationem nonnihil ad meliorem frugem redditus Zeno videri voluit: Etenim simulac peruenit Constantinopolim, memor prædictionis sanctissimi Danielis, quâ prænunciârat fore, vt sicut pellendus, ita & esset paulò post restituendus in regnum: confestim quâ edùm coniuge ad ipsum in columna agentem perrexit, & de accepto eius precibus tam insigni à Deo beneficio gratias egit. hæc quidem ipsius Danielis Acta [b] continent.

[b] Acta Daniel. c. 47. Sur. 11. Decemb.

VI. ZENO SCRIBIT AD ROM. PONT. c Simpl. Epist. 7. Tom. 1 ep. Decret.

Ne quid insuper prætermitteret Zeno Catholici Imperatoris imaginis, præclarum pietatis illud specimen edidit, & rectæ fidei indicem prodidit cum epistolam scripsit ad Simplicium Romanum Pontificem, quâ fidei suæ in omnibus testatam redderet integritatem. Non extat ipsa quidem, verùm de ea mentionem habet idem ipse Papa Simplicius in Apostolicis litteris ad eum redditis hoc ipso anno mense Octobris, quæ sic se habent [c]:

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Inter opera diuinæ prouidentiæ, quæ pia semper & iusta sunt, nostris quoq; temporibus eloqui potentius Domini, vix qualibet humana lingua sufficiet. Quis enim valeat vel cogitatione complecti, vel voce depromere, quod in ipso vtriusq; rei laborantis articulo, & votis publicis religionis sanctæ reddidit vos quietis, nisi quòd tanti consideratione miraculi clamandum est cum Propheta d. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi, qua exaltantes semetipsos potenter humiliat, & humiliantes se clementer exaltat. In quibus etiam si dispensationis superna sagacitas mensuram libraret, profectò euidenter apparet; ideo perfidorum irrepsisse perniciem, vt fides clementiæ tuæ etiam inter aduersa probaretur. quantoq; magis rebus vrgeri crederetur infestis, tanto clarius vestra magnanimitas inniteret; atque ob hoc mansuetudinis vestræ de Constantinopolitana vrbe prouenisse discessum, vt vniuersum desiderijs expetiti, gloria maiore redirctis, vt ex contrariorum periculis, quod in vobis esset, cunctis vtile nosceretur. Dauidica omnium illa virtutis exemplo, quâ singulari patientiâ cedens paululum furoribus parricidæ, continuò post victoriam populorum precibus imploratam præstantiore fastigio est reuersus in regnum. Lætare igitur, venerabilis Imperator, cos fuisse tuos hostes, qui extiterunt Diuinitatis inimici: atque gaude cum Ecclesia laborasse, & cum fides Catholicæ libertate Imperium restitutum: Atque vt in omnibus deceas causam tibi cum Deo esse communem, eius ope viriliter fortia insiste: vt per quem publicos incubatores subegit, Ecclesia quoque depellat tyrannos. Sicut enim pietas vestra meritò rectèque considit, illo nos temporanihil aliud Deum nostrum supplicitèr imploràsse, quàm vt nobis Romani Imperij Præsules, quales nunc loquimur, redderentur: ita expectari cernitis, vt huiusmodi cos esse, ipsorum actuum qualitate monstretis.

VII. EPISTOLA SIMPLICII PAPÆ AD ZENONEM IMP. d Ps. 76.

VIII. *Respicite, quæso, Auguste memoria Marciani atque Leonis omnimodò conspicuam Catholicæ deuotione constantiam: & salubri consideratione perpendite, cùm in eodem loco stare nequierint, qui ab eorum rectitudine desiuerunt, successorem rectæ potestatis legitimum ac diuinitus attributum eum fore sine dubio, qui illorum fidei perstiterit imitator. Debes, gloriosissime & clementissime fili Imperator Auguste memoria eorum virorum, talemque reuerentiam, debes vices muneribus Dei. Ille te ad istorum reduxit Imperium: tu Deo istis similem vendè famulatum. Et quia hæc B. Apostolo docente nos Petro, meâ nuper humilitate prædicante, refutata sunt; à casuris, Deo fautore proficiant in regni soliditate mansuris.*

IX. *Ego quidem litteris, quas vestra clementia destinauit, piguus immensum venerando religionis accepimus, & ingenti gratulatione recitaui, & omnino non ambigo mentem vestram in rebus diuinis gestiuam longè potiora quàm cupio. Sed mei memor officij, in hanc partem clementiam tuam ideo proximi hortor alloquor, quia Imperij sui pariter & salutis affectus illum te causis inhærere semper exopto, quibus solis & præsentis regni stabilitas custoditur, & æterna gloria comparatur. Vnde ante omnia precor, vt Alexandrinam Ecclesiam non minùs à funesto, quàm ab hæretico pernasore clementia vestra dissositionibus liberatam, Catholico ac legitimo restitui confidatis. Antistiti, cuius etiam, quos tuncerrante diabolicâ diuersis Ecclesijs ordinasse perhibetur, electis, recta fides subrogari constituatis Episcopos: vt sicut Reipublicam vestram à tyrannica dominatione purgastis, ita vbique Ecclesiam Dei ab hæreticorum latrocinijs atque contagijs exuatis: nec id potiùs præualere patiamini quod iniquitas temporum tulit, & ij, quos non solùm vestro Imperio, sed & in Deum quoque rebellis spiritus concitauit, quàm quod tot tantis, Pontifices, & cum egregijs Orthodoxisque Pontificibus vniuersalis Ecclesiæ decreuit assensus.*

X. *Chalcedonis Synodi constituta, vel ea, quæ beatæ memoriæ prædecessor meus Leo Apostolicâ eruditione perdocuit, intemerata vigere iubeatis: quia nec vllo modo retractari potest, quod illorum definitione sopitum est, nec vllatenùs recipi, toties vno vndiq; ore damnatum. Ipsa est quippe (sicut experti estis) Catholica fides, qua potentes de sede lapsa deposuit, & exaltandos humiles custodita seruauit. Quare sat agendum est pietati tuæ, vt qui huius tibi auctor est doni, sit ipse etiam propagator. Data septimo Idus Octobris, post Consulatum Basilisci & Armati.*

XI. Porrò ex sententia Romani Pontificis à Zenone cuncta esse impleta constat. Atque in primis intrusos à Basilisco hæreticos Episcopos ab ipso fuisse electos, auctor est Euagrius, dum hæc ait [e]: *In Imperium restitutus Zeno, visus est prudentior esse factus: perinde ac benè consuetus illud sibi abrogatum à Deo fuisse ob susceptum patrocinium hæreticorum, mox legem sanciuit, quâ decreta Basilisci tyranni in litteris generatim ad omnes perscriptis comprehensa, abrogata fuere: & Petrum Ecclesiæ Antiochenæ, & Paulum Ephesinæ expellitur: Episcopi Asiæ quos sacrarent Acacium, deprecari culpam, veniamq; petere cœperunt, mittunt quoque ad eum pœnitentiæ libellos, quibus asserebant, se non suâ sponte, sed vi ac necessitate coactos, litteris Basilisci generatim ad omnes datis subscripsisse, atque adeò iureiurando confirmant rem ita re verâ se habere, seq; non aliter, quàm Concilium Chalcedonense vel cognitâsse, vel credere. Libelli autem hanc habent sententiam.*

[e] Euagr. l. 3. c. 5. ZENO PRVDENTIOR ADIIT PRIDIE CALENDAS.

XII. *Epistola, siue libellus supplex ab Episcopis Asiæ ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum missus.*

Acacio sanctissimo religiosissimoq; Ecclesiæ Constantinopoli, quæ Noua Roma dicitur, Patriarchæ S. & posteà: *Venit ad vos, vti par est, qui nostrum locum suppleat.* & paulò infrà: *Per illos libellos agnoscimus, nos non nostrâ voluntate, sed necessitate adductos, litteris subscripsisse Basilisci, eisdemque non animo, sed verbis dumtaxat consensisse. Nam Dei optimi maximi afflante numine, cui nostræ preces gratæ acceptæq; sunt, credimus non aliter quàm à trecentis decem & octo Orbis terræ luminibus & centum quinquaginta sanctis Patribus accepimus. Credimus præterea Allis, quæ à sanctis Patribus Chalcedone coactis sanctè sinceræque decreta sunt.* hæc ipsi. Sed turpis planè est excusatio ista tum quibuscumque Christianis, tum maximè Episcopis totius Asiæ, in quibus omnibus emarcuisset penitùs vigor pristinus, & quæ infidebat olim in eiusdem prouinciæ Episcopis sacerdotalis constantia penitùs eneruata esset. ASIÆ EPISCOPI RESIPISCVNT.

XIII. Quòd autem lapsi Episcopi libellum supplicem pro restitutione darent Acacio, & non ex more ad Simplicium Papam miserint; illud in causa fuit, quòd ob rem benè gestam aduersus Basiliscum tyrannum, idem Simplicius Papa eidem legauerat vices suas: quod sanè idem Romanus Pontifex profitetur in litteris posteà datis, quas suo loco reddemus. Testatur id & Gelasius ad Dardaniæ

Episcopus scribens verbis istis, de ipso Acacio agens [a]: *Cur* (inquit) *tanto tempore, cùm ista gererentur, vel gerenda cognosceret, non ad sedem Apostolicam, à qua sibi curam illarum regionum nouerat delegatam, referre maturauit?* &c.

a Gelas. Epist. 11. Tom. 1. Op. Decret.

XIV. TERRÆMOTVS PRODIGIOSVS.

Inter tot autem tantasq; læta nouus casus animos omnium vehementer exegitauit, terræmotus videlicet, de quo ista Cedrenus: *Anno quarto Zenonis Imp. terribilis fuit terræmotus Constantinopoli die vigesimaquinta Septembris. Corruerunt multa templa, domus, rostraq; funditùs; & obruta immensa hominum multitudo. Cecidit etiam globus columnæ fori, & statua Theodosij Magni, quæ columnæ Tauri imposita erat. murus interioris satus longa pars. Duravit diu ille terræmotus, adeò vt sæpe quoq; vrbem occupârit.* hæc ipse. Ita planè (si coniectari licet) terra ipsa suis visa est clamâsse vocibus, *Pax, pax, & non erat pax*: etenim visa est magnorum malorum esse præmunciatrix; cùm videlicet, qui ad horam Imperator Catholici hominis sibi laruam imposuerat, eâdem posticâ citò proiectâ, qualis esset perfidus omnibus Orthodoxis innotuit: sed quando id contigerit, suo loco dicemus. modo autem in his immoremur, quæ ab eo pro cultu Catholicæ fidei piè sanctèq; ipso reditûs sui exordio gesta sunt.

XV.

Quòd verò ipso primo in Imperium regressu Zenonem hortatu Romani Pontificis eiecisse diximus, quos intrusserat Basiliscus, depressisseque omnes, qui eius fauore vim acceperant Eutychianos Episcopos, & eos etiam Ephesi atque Antiochiæ remouendos esse præcepisse: Quid, obsecro, de execrando illo omnium malorum auctore Timotheo Alexandrinæ sedis inuasore, quem officijs & beneficijs auctum sub Zenone Constantinopoli antecà excepturn vidimus? Putans iste Zenonem verè in Catholicum esse mutatũ, spe destitutus, mœrore absorptus, ludæ proditoris instar cruentus carnifex est exitum consecutus. Quod enim iniquè admodùm qui præcesserant eidem ignouissent Imperatores, ipsemet in semetipsum iusto Dei iudicio vindex scelerum insurrexit, & sui ipsius iustus vltor existens, ipse sibi mortem conscinit. Quomodò autem id acciderit, Liberatus Diaconus ita narrat [b]:

b Liberat. Dia. Brev. c. 16. Tom. 2. Conc.

XVI. DE OBITV TIMOTHEI ALEXANDRINI.

Postquàm Imperator Zeno reuersus est ad Imperium, Timotheus Aelurus metuens zelum, quem habebat circa Chalcedonense Synodum, optauit sibi mortem; & ipsud persæuerantes erudiis, ab humana vita, hausto veneno, solutus est. Dicunt sequaces eius, prauidisse eum diem obitûs sui: & re vera quia sibi parabat venenum interficere sciebat. hæc Liberatus Diaconus suorum temporum testis. Ex quo redarguas Euagrium [c], qui Zachariæ Eutychiani historici assectatus vestigia, de Timotheo eodem ait, ipsum à Zenone sede e pernissum vsq; ad obitũ nam restitutum fuisse in pristinum locum Timotheum alterum legitimum Episcopum Alexandrinum, agente pro eo Romano Pontifice, suo loco dicemus, cùm de tumultibus Alexandrinis post Timothei obitum iterum repetitis agendum erit.

c Euagr. l. 3. c. 32.

XVII. HÆRETICI TIMOTHEANI.

Ex hoc nefario Timotheo dicti sunt Timotheani hæretici, aduersus quos aliasq; huius temporis hæreses etiam ditè scripsit Samuel Syrus; de quo habet ista Gennadius [d]: *Samuel Edessena Ecclesiæ presbyter multa aduersus Ecclesiæ inimicos Syro sermone construere dicitur, præcipuè tamen intentione contra Nestorianos, Eutychianos, & Timotheanos nouellos, sed sibi diuersos hæreticos. Vnde & frequenter triformem bestiam Ecclesiæ diuersos hæreticos. Vnde & frequenter triformem bestiam Ecclesiæ simul sententiâ cum auctoritate sanctarum Scripturarum profligâ simul sententiâ cum auctoritate sanctarum Scripturarum profligâ simul confecit: ostendens Nestorianũ, Deum in homine confecit: ostendens Nestorianũ, Deum in homine summatim non purum hominem ex Virgine natum: Eutychianũ, veram humanam generis carnem à Deo sumptam, & non de cœlo exhibitam, humanam generis carnem à Deo sumptam, & non de cœlo exhibitam, nec crassi aeris substantiam in carne incessisse * formatam: Timotheanis, ita Verbum carnem factum, vt manente Verbo in sua substantia & homine in sua natura, societate, non commixtione vnam Filij Dei reddidisse personam. Viuere adhuc apud Constantinopolem dicitur: nam inuito collatis Anthemio Imperij & scripta eius, & esse eum in carne cognoui.* hæc Gennadius.

d Gennad. c 72.

XIX. TIMOTHEI SCRIPTA HÆRETICA.

Quis autem pro huiusmodi nefandis Timotheanis scripserit, idem ostendit paulò superiùs hæc dicens [e]: *Sylus natione Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monachus, vir dictione verbosus, scripsit aduersus Nestorium prius eleganter & forcenter: modò autem dum in illum inuehitur nimius, & syllogismis magis, quàm Scripturis agit, Timotheanum dogma fouere coepit. Denique ambiguus etiam fuit, suspendit animum à consensu Chalcedonensis decreti, nec assentiendum putat Filium Dei duabus post incarnationem constare naturis.* hæc ipse: qui & de eodem Timotheo agens, sic ait [f]:

e Gennad. c 72.

Scripsit ad Leonem Imperatorem libellum valde suasorium, quem prauo sensu Patrum testimonijs in tantum roborare conatus est, vt ad decipiendum Imperatorem, & suam hæresim constituendam, penè Leonem vrbis Romæ Pontificem & Chalcedonensem Synodum ac totos Occidentales Episcopos aliorum admiraculo Nestorianos offenderet. Sed fauente Deo, à Chalcedonensi Comitiu hostis Ecclesiæ arguitur & confutatur. Viuere adhuc in exilio iam hæresiarcha dicitur & habetur. Hunc ipsum libellum nescendi gratiâ ego rogatus à fratribus in Latinum transtuli, & cauendum prætulaui. hæc ipse: quibus apparet, ante hæc tempora, dum Timotheus in exilio ageret, ipsum librum Timothei ab eodem Gennadio esse translatum. Sed etsi hũc Timotheum dictæ hæresis constet auctorem fuisse; ex his tamen, quæ superiùs sæpè dicta sunt, satis apparet eundem Alexandrinum Timotheum eamdem, quam Dioscorus atque Eutyches hæresim sectatum esse. Quinam autem alij scriptores præter Samuelem hoc tempore aduersus Eutychianam hæresim scripserint, alibi dictum est.

f Gennad. c 72.

XX.

Sed qui in locum electorum Episcoporum fuerint substituti, Euagrius narrat: nempe Antiochiæ Stephanum, de quo plura inferiùs dicturi sumus, in locum verò defuncti Timothei fuisse subrogatum Petrũ. sic enim ille auctor ait: *Mortuo Timotheo, Alexandrini Petrum cognomento Mongum suâ ipsius auctoritate sibi Episcopum deligunt: quod Zenonem, vbi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaq; Petrum mulctauit morte: Timotheum autem, qui Proterio successerat, quique tum propter quamdam populi seditionem ætatem degebat in Canopo, accersit. Sic Timotheus Imperatoris iussu suam Episcopalem sedem denuò obtinet.* prout ex litteris Papæ Simplicij admonitus fuit. Cæterùm quòd Petrus mortem mulctatus sit, redarguitur Euagrius à Liberato Diacono & alijs historicis. Sed de his agemus anno sequenti.

PETRVS MONGVS EPISC. ALEXAND.

XXI.

Hoc eodem anno, qui numeratur quintus ab obitu sancti Euthymij magni nominis anachoretæ (vt auctor est in eius Vita [g] Cyrillus) Anastasius Episcopus Hierosolymitanus ex hac vita migrauit anno vndecimo suæ sedis, cui ex tempore obitûs Iuuenalis prædecessoris colligitur: in eius verò locum ordinatur Martyrius monachus genere Cappadox: quod quidem futurum S. Euthymius longè ante prædixerat, vt Cyrillus his verbis narrat post recensitam eædem Proterij Episcopi Alexandrini perimpium Timotheum illatam [h]. *Cum ergo in Aegypto omnia essent plena turbæ & tumultu; duo anachoreta, quibus nomen erat Martyrius, & Elias, vnus quidem Cappadox, alter verò Arabs, profecti ex monte Nitriæ ad magnum illum venerunt Euthymium, & vnumquisq; eorum in cella separata apud ipsum longo tempore fuerunt versati: quo quidem hic vir diuinus amplectabatur lege amicitiæ, & assiduè inuitabat ad collocutionem, & ad Cutilam & Ruban secessus & descensus eos quoq; similiter faciebat participes: cum quibus & vnà cum Gelasino & alijs decem ex anachoretis sancta illius manus vnaquàq; Dominicâ intemerata sumebat sacramenta. Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animæ ea, quæ erant euentura Martyrio & Eliæ, nempe fore, vt Iacobum successor futurus.* hæc de rebus Martyrij ante Episcopatum & visione Euthymij Cyrillus.

g Apud Sur. diem 20. Ianuar. MARTYRIVS HIEROSOL. EPISCOP.

h Cyrill. in Vit. S. Euthym die 20. Ianuar. apud Sur.

XXII.

Simulac autem Vir sanctissimus thronum Hierosolymitanæ conscendit Ecclesiæ, è sublimi loco oculis mentis lustrans populum sibi subiectum, videnscq; adhuc vigere dissidia, foueriq; studia hæreticorum, quæ tempore nefandissimi Theodosij fuere inter monachos potissimum disseminata: ex imo pectore trahens suspiria, in memoriam reuocauit functiones diuini pastoris ab Ezechiele ita descriptas [i]: *Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas*

i Ezech. 34.

in montibus Israel in riuis & cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israël erunt pascua earum, ibi requiescent in terris virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israël. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam. dicit Dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo. Ista, inquam, de Israëlis pastore, Israëliticæ regionis Episcopus memoriâ repetens, vt eadem perficeret, totis contendere viribus cœpit; concepitque tantam spem ob noua signa de restituenda collapsa fide Catholica hoc eodem anno ab ipso Imperatore Zenone ostensa, cùm ab eo abijci audiret Eutychianos Episcopos, & explodi ediam contra Chalcedonense Concilium sanctionem Basiliscí Imperatoris.

XXIII. LEGATIO A MARTYRIO EPIS. AD ZEN. IMP.

Quamobrem consilium inijt legationis mittendæ Cõstantinopolim ad eumdem Augustum: Deligitur ad opus industria & sanctitas Phidi diaconi, alumni magni illius Euthymij, quem haud pridem ex hac vita migrasse diximus. At quoniam non latebat Deum, quæ occulta erat hominibus, mens perfida Zenonis Imperatoris: ne ea legatio incassum perueniret Constantinopolim, sed reuocaretur in Palæstinam, diuinum consilium abteuertit, & quidem immenso miraculo, quod fide dignissimus testis Cyrillus sui temporis & regionis historicus omni fide testatum posteris tradidit hisce verbis[a]:

[a] Apud Sur die 20. Ianuar.

XXIV. C

Cyrillo autem anno posteà, ab obitu Euthymij scilicèt, mortuo quidem Anastasius Patriarcha, iam incipiente mense Ianuario. Zeno verò reuersus ab exilio vincit quidem Basiliscum, qui adhuc tenebat Imperium; rursus autem recuperat Imperium, quod amiserat. Et sedi quidem Hierosolymitanæ succedit Martyrius, de quo à me superiùs sæpè facta est mentio: qui ad ipsum Imperatorem Zenonem & Acacium Episcopum Constantinopolitanum scribit de schismaticis & illorum blasphemia & vitanda hæresi: & cum Phido diacono dedisset litteras, mandat ei quoq; non pauca oredicenda.

XXV. LEGATIO TEMPESTATE INTERCIPITVR.

Ille autem cùm Ioppen peruenisset, & quoddam ascendisset nauigium, quod proficiscebatur in Corycium; vbi ipse in ipso mari Parthenico, in magnam incidens procellam & tempestatem, mediâ nocte patitur naufragium. Cùm verò iam demergeretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quòd in medio mari esset, & quod nox esset obscura & incerta periret: tum, quoddam lignum ex inopinato, vel potiùs quod Deus id dedisset, incidit: & cùm in quendam locum enatasset, & à tanta calamitate se paululum recreasset, venit ei in mentem admirabilis Euthymius, & statim illius implorabat auxilium aduersus periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen sæpè inuocabat. Cùm sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparet Euthymius, per mare transiens, & securè in ipsis fluctibus inambulans. Quem cùm reperisset videret, valdè adductus est in admirationem. Is autem ab omni angore & timore volens rursus statim liberare eã, quã prius quoque solebat allocutione: Noli, inquit, timere. Ego sum Euthymius Dei seruus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei: neque enim affert vtilitatem aliquam matri Ecclesiarum. Et ideo te oportet reuerti ad eum, qui te misit, & ei meo nomine iubere, ne sit fascitus de disiunctione schismaticorum: haud enim ita diu abhinc, sed ille Pontificatum obtinente, futurum vnum gregem & sub vno pastore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, cœnobium verò ædificare illic, vbi meum ædificasti cœmeterium. Non enim Lauram, sed cœnobium potius esse locum Deo placet.

EVTHYMIVS LIBERAT LEGATVM NAVFRAGIVM.

XXVI.

Hæc ille quidem mandat Phido, & sue eum pallio induit. Ille autem re ipsa & non in somnis protinus raptus, non dissimili sorte modo ex quo Habacuc, ita facilè & momento temporis statuitur in littore, & prorsus ac si è somno surrexisset (ô diuinam prouidentiam!) in sancta inuenitur ciuitate. Sui autem prater opinionem in domo conseruatus deponit quidem illud diuinum Euthymij pallium, quod tantum pelagus transuolare pennâ citiùs effecit & tutiùs; consueto autem induitur vestimento. Illud verò (sed est attendendum, miraculo enim cognatum & consimile sequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, euanescit & tollitur de medio. Cùm ad se ergo redisset Phidus, & quanam eum mala oppressissent considerasset, vnde, fluctus, nox, desperatio, & quæcumq; sunt mala tempestatis: deinde verò animo agitâsset repentinam huius inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumq; Euthymium; & quemadmodùm cùm iam esset defossus, & grauiter suffocaretur, ei apparet pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumq; vnà & vocem, & ei mandans ea, quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare velati alatum per aetem transmittens, & domi suæ reddens insensibiliter: Hæc cùm apud se considerasset Phidus, emisit illas voces cum magna admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei seruum magnum Euthymium, ab eoq; missum me liberasse à calamitate.

Princeps autem hæc quoq; matri narrauit. Illa verò eis aures XXVII. *libenter accommodans (amabat enim non solum filium sed etiam Deum) & propterea tum eius, qui seruat, quàm eius, qui seruatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis, consulsit filio, vt omnia impleret. Deinde autem ad Patriarcham quoq; transiens, ei Phidus renunciauit omnia. Ille verò admiratus narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionem: Re verâ (inquit) Dei prophetæ est magnus Euthymius, magnaq; est & quædici non potest apud illum fiducia. Dei enim, quæ Lauræ curatura essent, cùm nos omnes essemus testes, prædixit iam in Cyrillo consummandis. Hæc cùm dixisset, ipsi quoque Phido permittit, vt ædificet cœnobium, & concedit, vt ad id proficiscatur: simul professus, se quoque omnibus viribus opus vnà esse aggressurum.*

Probauit autem euentus hæc omnia Dei nutu atque potentiâ facta esse, cùm ipse Deus maius atque euidentius subiecit miraculum, quo non vnum hominem è mari Eripi transferriq; momento contigit in Palæstinam, sed multa millia hominum è profundo erroris in regnum lucis in ictu fermè oculi, omnibus cernentibus & admirantibus, inusitato quodam modo accidit sublime ferri. Quid autem id sit, & quomodò factum fuerit, ex eodem Cyrillo auctore accipe: Cùm iam quidem Patriarcha Martyrius fidem tribuens Phidi visioni admirabili, & ijs, quæ in mari prædixit ille magnus, de his quidem schismaticis cessauit cogitare. Non multum autem temporis interiecit, & veluti ex diuiniore quadam visitatione, Marcianus, cuius paulò ante memini (hic erat Archimandritæ princeps hæreticorum ipse hæreticus) omnes ipse conuocat in cœnobio, quod ab ipso constructum fuerat in sancta Bethlehem: &, Quousque tandem (inquit) ô fratres & patres, continuimus corpus Ecclesiæ diuidere in partes, id q; cùm nec nobis quidem conset, quæ sit Dei voluntas, sed rem sic credamus propriis cogitationibus? Est ergo nobis considerandum, ne forte existimantibus rectâ viâ ingredi, in auia contingat inuolui. Sunt enim incerta hominum cogitationes, sacra aiunt eloquia[b]. Et si videtur, sequentes illud Apostolicum, & veluti exemplo vtentes, in conspectu tacemus sortes Episcoporum & monachorum: & si sors quidem venerit ad monachos, oportet omnino perseuerare in ijs, in quibus nunc manemus, & quæ nobis placent: si autem ad Episcopos, cum ipsis communicare.

[b] Sapien. 9.

SORTE SORTITA RELIGIO.

Cùm hanc attulisset sententiam Marcianus, nullus erat ex ijs, XXIX. *qui aderant, qui non laudaret. Iactam verò sortem Episcopi quidem eam habuerunt: omnes autem ei statim communicabant tanquam ex Deo esse cognitam arbitrati, præter Gerontium solum & Romanum: & omnes se ipsos præbent ferentes * vnioni Ecclesiæ, eiq; de cætero germanam ac sinceram faciunt communionem. Cùm vos autem Patriarcha pulchrè non solùm sapuisti (vt quis dixerit) manibus, sed etiam cordis simibus excepisset, præclarum & celebre festum agit. Admodum enim pulchrè ciuitati exortum est bonum pacis, & lætatæ sunt plateæ Hierusalem, & per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem & Romanus, alter quidem cùm quadraginta quinq; annos præfuisset beatæ Melaniæ monasterijs, alter verò in Theocorum (vt supra diximus) regione monasterium construxisset, & deinde ex ipsis quoque turpiter fuissent expulsi propter eorum, quæ ipsi visa fuerant, impietatem, mali malè huc & illuc obeuntes recesserunt. Sed hæc quidem facta sunt temporibus Zenonis. hactenus de his ibi, quibus miranda præcedentia confirmentur.*

* ferentes

VNIO IN ECCLESIA HIEROSOLYMITANA.

XXX. *Iam verò res Occidentales tandem inuisamus, quæ tetrâ circumquaq; offusâ caligine ob barbaros vbique regnantes, obscuræ admodũ redditæ sunt. Etenim cùm defecisset penitùs Occidentis Romanum Imperiũ, regnante Romæ Odoacre Rege, magna ex parte extortes sacri sunt*

ciues,

DE AMBROSIO BRITANNIÆ VINDICE.

ciues, alijs ex illis in Orientem, alijs in diuersa Orbis loca, vbi haberent rura paterna, migrantibus. Cùm interea Ambrosius Aurelianus in Britannia purpuram sumpsit, conatus liberare Britannos ab Anglosaxonibus eos assiduè infestantibus. Vocati illi fuerant à Britannis sub Marciano Imperatore, cùm à Scotis & Pictis infestarentur: sed (vt superiùs dictum est) ex auxiliarijs in hostes conuersi, eosdem Britannos diritissimè affligebant, ad hoc vsque tempus, quo ab Ambrosio liberantur: Hic purpuram quidem assumpsisse, non autem nomen Imperatoris, reperitur: ipseque primus id tentauit (vt Gilda testatur) non autem & parentes, vt legitur apud Bedam [a], qui sub Zenonis Imperio hæc contigisse tradit, sicut & Ado in Chronico; licet quoto anno ipsius Zenonis id acciderit, nemo prodat: nos hoc anno posuimus, sequenti nimirùm à liberatione Ambrosij ab exilio sub Odoacre, si hunc eumdem cum illo Ambrosio esse velimus; quod vt opinemur, multa persuadent.

[a] Beda de sex ætat. in Zenon. & de Gest. Anglo. l. 1. c. 16.

XXXI. Hic, inquam, sumens purpuram, vt aliquod saltem vestigium Occidentalis superesse videretur Imperij, à Britannis diu multumque à barbaris externis afflictatis, vt à Deo missus, acceptus est. Quomodo autem per eum actum sit, vt pluribus fatigatos prælijs hostes tandem penitùs vicerit, Gildam Sapientem audiamus rem in hæc verba describentem [b]:

[b] Gild. de excid. Brit.

DE OBSIDIONE BADONICI MONTIS.

*Tempore igitur interueniente aliquanto, cùm recessissent demum crudelissimi prædones, roborata à Deo reliquia, quibus se coniungunt vndiq; de diuersis locis miserimi ciues, tam auidè, quàm apes alueatys procellã imminentẽ; simul deprecantes cum toto corde, & (vt dicitur) innumeris onerantes aëthera votis, ne ad internecionem vsque delerentur: Duce Ambrosio Aureliano viro modesto (qui solus forte Romanæ gentis tantæ tempestatis collisioni, occisis in eadem parentibus, purpurã nimirum indutus superfuerat, cuius nunc temporibus nostris soboles magnoperè auitã bonitate degenerauerit) vires capessunt, victores prouocantes ad prælium: quibus victoria, Domino annuente, ex voto cessit. Et ex eo tempore nunc ciues, nunc hostes vincebant: vt in ista gente experiretur Dominus solito more præsentem Israelem, vtrum diligat eum, an non, vsque ad annum obsessionis Badonici montis, nouissimeq; fermè de furciferis * non minimæ stragis, qui & meæ nativitatis est. Sed ne nunc quidem vt anteà ciuitates patriæ inhabitantur, sed diserta diruta q; hactenùs squalent, cessantibus licèt externis bellis, sed non ciuilibus. Hostis etenim tam desperati insulæ excidij, inspiratiq; mentio auxilij memoria eorum, qui virtutũ, miraculi testes extitere: & ob hoc Reges publici, priuati, sacerdotes, Ecclesiastici suum quique ordinem seruauerunt.* hæc Gilda, Ambrosio acceptam ferens libertatem Britanniæ ab ingruentibus barbaris liberatæ, & restitutam Ecclesiasticam disciplinam. Porrò quod pertinet ad cladem Badonicam: cùm Beda testetur circa annos quadragintaquatuor accidisse à tempore, quo Anglosaxones Britanniam inuaserunt; habitâ ratione eorumdem aggressionis, quam tempore Marciani Augusti contigisse idem ipse affirmat, non ampliùs, quàm post annos circiter viginti accidisse dicendum est, & triginta annis expletis ab eo tempore, quo Scoti & Picti eam inuaserunt sub tertio Aëtij Consulatu, anno Domini quadringentesimo quadragesimosexto.

* lucifer is

IESV CHRISTI
Annus 478.

SIMPLICII PAP. Annus 11. ZENONIS IMP. 5. ODOCR. REG. 3.

I. CVR VNICVS CONSVLATVS.

SEQVITVR annus Christi quadringentesimus septuagesimusoctauus, quo Illus vir clarissimus sine collega Constantinopoli creatus est Consul. Caruit suo Consule Occidẽs, quòd dum legationes ineundæ pacis causa vltrò citroque à Zenone atq; Odoacre mittitarentur, nihil Odoacer inter hæc præsumere, nec Zeno de iuribus Occidẽtalis Imperij sibi voluit arrogare, vt alterum quoq; Consulem Romæ creari solitum nominaret; neque Odoacer id sibi arrogandum putauit, qui nec Imperatoris nomen accepit. Huius ergo anni principio redditæ sunt Simplicio Romano Pontifici litteræ Acacij Constantinopolitani Episcopi, de rebus Alexandrinæ Ecclesiæ anno superiore transactis, quas scilicet idem Simplicius datis ad eumdem Acacium litteris exigebat. Quæ autẽ ista fuerint, ipsa docet epistola; quæ honorifico præconio ipsum Romanum Episcopum ornans, ipso sui exordio ista habet [c]:

[c] Apud epistolas Simpli. post Ep. 10. & 1. Epist. decret.

EPISTOLA ACACII AD SIMPLICIVM PAPAM.

Domino beatissimo sancto Patri Archiepiscopo Simplicio Acacius. Solicitudinem omnium Ecclesiarum secundùm apostolum circumferentes [d], nos indesinenter hortamini, quamuis sponte vigilantes ac præcauentes. Sed vos diuinum zelum solitò demonstratis. Statum Alexandrinæ Ecclesiæ certiùs requirentes, vt propatemis canonibus susceptatu laborem, pijssimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum. Sed Christus Dominus noster, qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, & vnam nobis in his mentem atq; eandem pro gloria sua esse cognoscens, omnem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo Principe faciens; & Timotheum quidem decessorem spirantem procellas, & Ecclesiasticam tranquillitatem (sicut apparuit) conturbantem, vita subduxit humanæ, dicens ei [e]: Tace, obmutesce.

[d] 2. Cor. 11.

[e] Marc. 4.

DE MORTE TIMOTHEI.

DE FVGA PETRI.

III.

Petrum quoque, qui ab Alexandria more similiter procella surrexerat, dissipauit, atque in æternam fugam, Spiritu sancto flante, conuertit vnum de his, qui olim fuerant damnati: sicut enim in hostis Archiuis inuentum est, & de vestris scrinijs (si dignamini exquirere) poteritis agnoscere, qua in tempore de eodem subsecuta, ab Alexandrino Archiepiscopo Romam ad alterutrum sunt relata. Qui Petrum noctu existens silentia, & operum eius lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium peragendum congruas earum cooperator inueniens, media nocte adhuc tacente cadauere illius, qui paternos canones subuertebat, insepulto, surrepsit in sedem, sicut ipse arbitratus est, vno & solo præsente, & eo, qui concors illius insistebat insania: ita vt propter hoc maioribus supplicijs subderetur; nec quod sperabat, effectui haberet. Sed ille quidem de ea parte vel minima iudicans, nusquam penitùs omnino comparuit.

IV.

Timotheum autem paternorum canonum custos, qui Danielica manseuetudinis exemplo subditur, & vsque ad finem patiens, atq; potestati propriæ restitutus à Christo, propria sedi honore lætatur, & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore à Christo Principe sacerdotum: propter quem & tolerantiæ coronam sibimet reliquit. Attentiùs igitur oret vestra beatitudo pro Christianissimo Imperatore, & pro nobis ipsis. Nihil enim prætermittitur eorum, quæ ad custodiam Ecclesiasticæ rectitudinis disciplinæ. Vniuersam fraternitatem, quæ vobiscum est in Christo, ego & qui mecum sunt, salutamus. Et alia manu: In Domino conseruetis, sanctissime & beatissime Pater. hactenus Acacius ad Simplicium Romanum Pontificem.

V. SIMPLICII IRRIGIL CVRA TOTIVS ECCLESIÆ.

Qui igitur consolatur humiles Deus totius consolationis, consolatus est sanctissimum Simplicium Papam in aduentu harum litterarum. Angebatur ipse mœrore ex lugubri statu totius Catholicæ Ecclesiæ; nec quia premebatur proximis malis, damna contenebat externa. Quantumlibet enim ob barbarum eum, qui Arianum Italiæ Regem Odoacrem sæpè lugeret; haud tamen Orientalis Ecclesiæ peruigilem curam gerere prætermisit: frequentioribus namque agebat & vrgebat litteris, vt de eius Ecclesiæ statu certior redderetur: cùm acceptis tandem eiusmodi ab Acacio litteris, mirificè adgauisus est sperans fore, vt exul pietas Orientalis Ecclesiæ postliminio fecundum dies antiquos exoptato restituenda esset. Ita planè ex eiusmodi exordijs parerat reliqua, quæ ventura essent, existimare: quis enim non maximam spem concipere potuisset, videns Imperatorem suam in Imperium restitutionem hisce pietatis operibus consecrare, & Acacium Constantinopolitanum Episcopum eidem adnitentem, ducemque se ad potiora præstanda præbentem?

VI. ACACII MVTATIO.

Sed quam incõstans & labilis sit fiducia illa, quæ in homine collocatur, quæ post hæc contigerunt, reddidẽre penitùs manifestum, ambobus (proh dolor!) tam Acacio, quàm

quàm Zenone in deteriore prolapsis. Videbis, quod & miseris, & cum Hieremia [a] exclamare cogaris: *Obstupescite cœli super hoc, & portæ cœli desolamini vehementer.* videbis, inquam, ipsum Constantinopolitanum Episcopum quâdam mentis vertigine motum, veluti furijs agitatum, nefandissimum illum Petrum Mogûm, quem ijsdem suis litteris adeò fuerat execratus, noctis filium, latronem nocte irrepentem, inuasoremque alienæ sedis appellans, post hæc omni fouisse studio & officio adiuuâsse, vt Ecclesiæ Alexandrinæ thronum reciperet, quem fur & latro compertus iam spontè turpi lapsus fugâ deseruisset. Sed leuia ista tibi videri poterunt, cùm illum spectabis phreneſi quâdam abreptum, & velut œstro percitum, aduersus Romanum Pontificem violentum insurgere, appetere cornibus, appetendo primatum: quem nuper videris, cùm mentis compos esset, & sanos liberosq; haberet affectus, Simplicio Papæ adeò obsequentem, in omnibus obtemperantem, ac planè dignum ab eo existimatum, cui crederet vices suas, delegando eidem in Oriente vicariam præfecturam, quâ roboratus intrepidus obstitit Basilisco, repressit furentem, & coëgit nouâ sanctione veterem contra fidem Catholicam latam penitus abrogare. ista quidem, cum mentis compos, non alta sapiens, humilibus consentiret. At est planè illa æqua mensura, quâ quisque diuersos vniuscuiusque hominis actus metiatur, & probata æqui ponderis trutina, quâ quis expendat cuiusque opera, quæ sibi contraria esse noscantur: vt illa probet, quæ tranquilliori gesta sunt animo, antequàm cõtigerit illum priuatorum affectuum turbine agitari; illa verò respuat, quæ ex cæca mentis & furoris impetu in trâsuersum acta procedunt. Hæc tibi firma regula ad detegẽdum dignoscendumq; tum Acacium, tum alios præuaricantes, secundùm illud ab Apostolo de se ipso firmiter inculcatum [b]: *Si quæ ædificaui, hæc destruo, præuaricatorem me constituo.* hæc quo ad Acacium.

[a] Hier. 2.

[b] Galat. 2.

VII. Sed & illuebetis (quod non mireris, verùm ingemiscas) Zenonem Augustum in conflatorio artis pristinæ excoctum, visum ad breue temporis spatium purum aurum, iterùm conuersum in scoriam: Non, inquam, mirabetis, etsi lugeas; quòd haud nouum sit, impios hæreticos, potissimùm verò Principes, sic interdum videri voluisse Catholicos, vt ex religione inconcessum alia via quod cuperent assequerentur Imperium; vt etiam recèns de Basilisco demonstrauit exemplum. Sancito semel apud impios (quos numquam dixerim Christianos) impio illo de iure regnandi decreto, licere simulare, fallere, religionem violare, pro arbitrioque mutare, vt tamen quis regnet: quomodò non summa consideratione, longa intercedente mora, donec veritatem patiat tempus, expendenda est Principum hæreticorum, quam præstiterunt factis, & scriptis proferunt, pœnitentia? Hæc obiter occasione eius, quæ tractatur historiæ de Zenone, & quæ sunt dicta de Basilisco, & dictuti sumus inferius de Anastasio his omnibus nequicquam. Sed iam quæ rescripserit ad Acacium læta nunciantem & adhuc mentis compotem Simplicius Papa, videamus: hoc enim anno mense Martij breuiter ista dedit:

[c] Simpl. Epist. 8. tot. Epist. decret.

VIII. SIMPLICII EPIST. AD ACACIVM.

Quàm sit efficax supplicantium Domino perseuerantia sacerdotum, & quàm iucundo gratuletur affectu studium, quod defensioni fidei sinceris mentibus exhibetis, litteris tuæ dilectionis agnouimus; quando post tanta certamina, quibus Dei misericordia in causa propriæ religionis famulos & ministros sua constituens protestati, probatissimos sibi efficit esse victores. Siquidem Alexandrina Ecclesia diuino tandem inducio liberata, in consortium communium nos aduocans gaudiorum, eum, qui ab hæretico fugatus fuerat, ad eius sedem redisse testatur. Vnde animis exultantibus ad vniuersalis Ecclesiæ quietem Christo Domino nostro pro salute primùm fidelissimi Principis supplicamus; cui pro deuotione, quâ cunctos antecessit sacerdotes, pietas hæc diuina concedit, quæ nos liberos pro populo Christiano apud omnipotentiam cælestem præstat interpretes. Sicut ergo in reditu fratris & Coëpiscopi nostri Timothei gratulamur, ita eum communione dilectionis tuæ, cupimus irreprehensibilem reperiri: quia minuisti hoc, cum iamdudum fidelis Præsulis non habuisse constantiam, quando ei, vt damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur, extortum est. Data tertio Idus Martij, Illo V. C. Consule. hactenùs ad Acacium Simplicius Papa.

Post hæc autem accidit, vt idem Timotheus Alexandrinus Episcopus in sedem restituendus, legationem ex more mitteret ad Romanum Pontificem: Missi sunt tres legati, nempe Esaias Episcopus, Nilus presbyter, & Martyrius diaconus. Qua quidem legatione in primis rogauit veniam pro ausu eâ admisso delicto, cum compertus gladijs Eutychianorum, coactus fuit recitare nomen Dioscori ad altare: quod profectò haud leue facinus in tanto Episcopo videri poterat, licèt id præstitisset inuitus. Despectatur à Romano Pontifice veniam, quam Iudicem & vindicem sciret cunctis Episcopis præsidere. Insuper eadem legatione notum fecit, Petrum Mogum eiusdem sedis inuasorem, qui fugam capisse videbatur, latitare in ciuitate, & secretò rem agere, seducentem multos, & eladem illius Ecclesiæ procurare; rogans, vt apud Imperatorem agat, quò longiùs in exilium pelleretur. His igitur acceptis litteris, mox ad ipsum Imperatorem Zenonem Simplicius Papa ista conscripsit [d]:

[d] Simpl. Epist. 9. tot. Epist. decret.

IX.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Per Petrum virum spectabilem Comitem Placidiæ nobilissima fœminæ olim diuinorum exultatione munerum, triumphalis in Domino regni vestri gloria dilatata cum vniuersalis Ecclesiæ gaudio mediocritatis meæ litteras obtulisse meminerim, nec inter vniuersos Catholicæ fidei sacerdotes opera Domino nostri vel solum patui tacere, vel primus. Quia secundùm beatum Paulum Apostolum [e], Ecclesiarum omnium curam sustinens, vbi summam gaudij de reddita pro clementia vestra earum quiete specialiter vendicaui, quod vos Diuinitatis auxilio, delectu religioni & regno filios, moquerimus habere victores, & in vno eodemq; prouentu, Christo in vobis vbiq; vincente, & cultus vera fides & status est reparatus Imperij; quod virtutiq; ideo fuerat, diabolo se ad tempus interserente, turbatum, vt aliorsum aduersarij dissipatis, præconia fierent maiora vincentu. Vnde tam preclara fruitum virtutis adeptus, cum lætitia vniuersalis Ecclesia nunc quoque sine cessatione facio, tacere non possum gratias sine dubio perennes, quod antiquæ veraq; fidei in fratre & Coëpiscopo meo Timotheo Alexandrinam Ecclesiam reddidisti, cuius apud me nuper litteræ commeantes, expulsa profanitate Eutychetis atq; Dioscori damnatorum, ad regendos Orthodoxos beati Petri & Euang. iuste Marci sedem (quod antè compertum est) se recepisse commemorant, incitans nos volentes, vt hæc ipsa pietatis vestræ sensibus referremus.

[e] 2. Cor. 11.

X. PRO CIVITATE MOGVNTINA AD ZENONEM SIMPLICIVS SCRIBIT.

Vt ergo tranquillitas vestri perpetua & fixa sit regni, quietem, quam cunctis in memorata Ecclesia præstitistis perugili protectione custodite: & quod, iuuante vos Domino pro innocentium salute acturum, religiosiore studio & diligentiâ attentiore protegite: Quia non minoris est gloriæ, quòd condideris seruare, quàm condere: & omnibus est probatum, tantum vobis diuina fauoris impensum, quantum Christianæ religioni à vestra pietate est salutis exhibitum. Et quamuis in omni parte regni sui prosutura diuino cultui prouidentia vestra non desisteret curis publicæ tranquillitatem Ecclesiæ præferre: precor tamen, vt quod per nos seriò postulat, immò quod ipse efficacius supplicamus, Petrum Alexandrinæ Ecclesiæ pernitiosorem, & ob hoc sure damnatum, quiæmolitique dam latens in Alexandrina (sicut ad nos scriptum est) ciuitate contra hæc, quæ à vobis sunt statuta, memoratur: ad exteriora transferri, pijssimâ præceptione iubeatis; ne aliquos modicæ fidei (quod facere perhibetur) inficiat, & ad impietatis suæ instrumenta traducat. Longè sint ab innocentibus perniciosa contagia, vt per vos intra Dominici gregis ouile sit sinceritas, quam sola tenere potest Imperialis auctoritas.* hucusque Simplicij epistola ad Zenonem, ad quem etiam aliæ eodem argumento hoc item anno litteræ datæ extant decimo Kalendas Nouembris sub eodem Consulatu; est enim earum exordium: *Proximè quidem ad Vrbem, &c.* quibus pariter agit de relegando longè ab Alexandria Petro Mogo turbas secretò miscente; atque inter alia illud de scelesto homine precipit, quòd arroganter Episcopum ageret Alexandriæ, quem nec constare posset ordinatum aliquando fuisse diaconum.

PETRVS MOGVS LATINE ALEXAN. MALA MOLITVR.

* seruare

XI.

XII.

Præstabat quidem Zenonem obedire Pontifici, atque

HERETICVS HOMO DEVITANDVS

pestilentem hominem longè longius extra Romani fines Imperij ablegare. Etenim talis hæreticorum natura, vt nisi ab humano consortio penitus auferantur, non religionem tantum, sed & statum ipsum politicum in maximum discrimen adducant & perdant: satis namque consultum est, his sanctis Apostolis [a] cum eiusmodi perditissimis Deo inferentibus bellum hominibus nec trium quidem litterarum communicatione misceri, ne quis, inquam, alicui ex istis dicere præsumeret, Aue, Quanto enim detrimento totius Orientalis Ecclesiæ permissus sit homo nequissimus Alexandriæ agere, exitus declarauit. Iure igitur ista prævidens, qui eminenti insistens speculæ, [b] res obuenturas longiùs contemplatur, Papa Simplicius clamans, ac iterum clamans, geminatis eodem anno datis epistolis, rogat, vrget, opportunè & importunè monet, vt lupus ad lustra ferarũ procul ab humano consortio amandetur. Quod quidem vt maximi ponderis opus perficeretur omnino, binas quoque eodem nuncio ad Acacium Constantinopolitanum litteras dedit; quem, ex rebus ab eo constanter gestis in Basiliscum tyrannum sumens argumentum, ad agendum in his viriliter adhortatur. reddemus ex ijs earum priorem epistolam, quòd missæ à Timotheo Romam legationis exactiorem narrationem cõtineat. sic enim se habet [c]:

[a] 2. Ioan. 2.

[b] Eccl. 33.

[c] Simplic. ep. 10.

XIII. SIMPLICIVS PAPA AD ACACIVM.

Simplicius Episcopus Acacio Constantinop. Episcopo.

Quantos & quam vberes fructus constantia, fides, & deuotarum circa religionem Catholicam mentium semper habeat ascriptum, labor tuæ dilectionis, & eorum, qui pariter, repente diabolo, iamdudum turbantur, ostendit. Nam cum Christi inimicus & regni Christi semper aulam mox casurus inuaderet, atque impia persecutione fideles Domini plebem q; concuteret; oratione atque vigilijs sacrilega tentamenta superauit, & se victoria cœlesti eo vsque porrexit, vt regressu religiosissimi Principis Ecclesia quoque Alexandrinæ Catholicus redderetur Antistes, de quo mox cum exultatione diuinæ gratiæ gaudia nostra contulimus, & mutuis vos litteris fecimus gratulari: & licet lætitia ipsius numquam sui defuerit plenitudo; tamen frater & Coëpiscopus noster Timotheus persecutione probabilior factus, pristini non immemor instituti, per fratrem & Coëpiscopum Esaiam & filios nostros Nilum presbyterum & Martyriam diaconum Alexandrinæ Ecclesiæ solemnia scripta direxit: quibus & illud, quod antea perterritus de Dioscori nomine fecerat, se destruxisse memorauit, & remissionem ipsius erroris expetijt; nos q; de quiete fecit Ecclesiæ gratulari, expertus erga se quantum nobiscum tuæ charitas videt, quod in eo tunc reprehendimus, nos inultum & reconciliatum sibi nunc diuinæ miserationis affectum impendimus, frater carissime.

XIV.

Memoratis in Vrbe, qui mox venerant, constitutis, occasione filij nostri Petri viri spectabilis Comitis, quasi ex sententia profecisse complexi, tam nostro proposito, quam petitione fratris & Coëpiscopi nostri Timothei, legatorum q; ipsius precibus, id ipsum volumus ad tuam peruenire notitiam: vt etiam nunc communium sit eres particeps gaudiorum, & in predicta Ecclesiæ tranquillitate (quemadmodum diximus) laboris tui nobiscum carperes fructum, & Christianissimo & clementissimo Principi nostras litteras offerres super hac etiam re: vt ipse quoque deuotionis & fidei propriæ donis se Deo protegente, laetetur; atque insistente charitate tuâ, acriboribus studijs Catholicæ religionis salutaria scripta mittendo, munere dignetur Ecclesias, ne (sicut expertis sumus) in aliqua [*] regione antiquus ille serpens toties excisi capitis virus effundat, & inficiendi aliquos occasionem (quod absit) rursus inueniat, prouidâ procedentium sue pietatis ordinatione desponat, & sicut euidentibus approbatis, Deo se commendantibus legibus sanciat, ne vel in tenebris delitescant, & improuisi ambulantes, in luce percutiant; & his quos, in fide pauperes esse repererint (quod Propheta testatur [d]) insidietur, vt rapiat.

[*] antiqua

[d] Psal. 10.

XV. DE PETRO IN EXILIVM AMANDANDO.

Petrum maximè, qui nonnullarum domorum, suiq; similium latebris confouetur, & quem zelo fidei ab Episcopatu constituit subtrahi monueri, in exteriores terras abijci, sicut & nos pietati eius scripsimus, in exteriores terras abijci, sicut & nos pietati eius scripsimus, ad Ecclesiasticam pacem, speciali præceptione decernat: quia rursum asseritur aliqua contra dispositionem fideiipse sine cessatione moliri. Quia igitur hac opportunitate per latoris fidissimi nos one nere moliri. Quia igitur hac opportunitate per latoris fidissimi nos one nere portuit indicare & specialiùs admonere, hortamur, vt cum interportuit indicare & specialiùs admonere, hortamur, vt cum interpretium reuerare caperit, vel si qua fortè alia occasio reperietur, nuncium reuerare caperit, vel si qua fortè alia occasio reperietur, quamprimum nos facias certiores, & curam nostram subleuare deproperes. hæc de Petro populum seducente Simplicius. Addit verò de plurimis, quos cùm Timotheus, tum ipse Petrus seduxissent ad pœnitentiam reuocatis, qui vt in Ecclesiam reciperentur, ad ipsum Romanum Pontificem libellum pœnitentiæ miserunt cum deprecatione veniæ admissorum delictorum; nam subdit:

XVI. DE LAPSIS REI VTILIS.

Vt autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater & Coëpiscopus noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos à pas noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos à Catholicæ fidei veritate Timotheus & Petrus, vtrique damnati, damnationis terrore traduxerant, veniam postulantes: ad nos pariter destinauit, sacerdotali pietate lapsis subuenire desiderans; quod diuinæ misericordiæ intuitu, quæ neminem vult perire, refutabile non putamus. hactenus Simplicius ad Acacium: paulò post autem ad eumdem eodem quoque argumento alias litteras dedit, quarum hoc est principium: *Proximè quidem dilectionis tuæ, &c.* quæ datæ ponuntur decimoseXto Kalendas Nouembris. Hi quidem fuêre huius anni Simplicij Papæ labores pro Alexandrina Ecclesia exantlati. Intelligis puto, quod tam explicitè traditur, quod & alias sæpè factum vidimus, nimirum absolutionem à crimine hæresis reseruari solitam Summo Pontifici, dum in eam lapsi pœnitentes libellos pro venia consequenda mittere consueuissent ad Romanum Pontificem; vt Alexandrinos nondò feciSSe constat, cùm tamen eis non deesset Catholicos Episcopus Alexandrinus. Quod si inconcessum id fuit primæ post Romanum Pontificem sedis Episcopo, quinam inferiorum sedium sacerdotes sibi id arrogare præsumerent? Quid autem post hæc factum sit, dicemus suis locis inferius.

XVII.

Iam verò reliquum est, vt de alia legatione eiusdem Timothei Catholici Alexandrini Episcopi ad Zenonẽ Imperatorem pro gratiarum actione missa Constantinopolim agamus: quæ à Liberato Diacono pauca ita describitur, [e] *Timotheus, Episcopatu recepto, misit quosdam clericos, gratias agens Imperatori, cum quibus erat Ioannes ex Oeconomo presbyter factus Tebensiotes, cognomento Talaia, & Gennadius Episcopus ins. abris Helenopoli sanguine proximus Salofaciolo, quem expulerat quidem Episcopatu Aelurus, restituit verò Salofaciolus. Cumque hi, qui fuerant missi gratias egissent Imperatori, Gennadius quidem ibi remansit, vt cum alijs responsa faceret Archiepiscopi.*

[e] Liberat. Diac. c. 16. DE LEGATIONE TIMOTH. MISSA CONSTANTINOPOL.

XVIII.

Perrò Ioannes ex Oeconomo amicus factus est illo Magistro, qui cum aliquis descendit Alexandriam, factus q. est iterum Oeconomus habens causam Ecclesiarum: qui multa & pretiosa xenia misit illo Magistro, despiciens Gennadium parentem Archiepiscopi, & Præsulem Acacium Constantinopolitanum. hæc Liberatus: qui subdit de legatione Timothei Romam missa ad Simplicium Papam, de qua nuper actum est. Ipse tamen Liberatus subillans nonnihil Timotheum ipsum Catholicum Alexandrinum Antistitem nimiæ animi facilitatis, ista subdit: *Sed quoniam ipse Timotheus mitissimus erat in Episcopatu, vt etiam à suis communicatoribus accusaretur Imperatori, tam quam nimis remissus, & circa hereticos placidus; ita vt ei scriberet Imperator, vt neque collectas, neque baptisteria cum hæreticis celebraret: ille autem mansuete agebat. Dum ergo tali modo gubernaret Episcopatum, amabant eum Alexandrini hæretici, & clamabant ei in plateis & in Ecclesiis, Vel si non tibi communicamus, tamen amamus te.* hæc Liberatus de nimia indulgentia ipsius Timothei.

XIX. [f] Euag. lib. 3. c. 32. DE IOANNE ALEXAND.

Sed quid prætereà pertractauerit Ioannes legatus, cùm venit hoc anno Constantinopolim, Euagrius ex Zacharia Rethore ita narrat [f]: *Ioannes presbyter, cui Augusti templi diui Ioannis Baptistæ & præcursoris Domini administratio commissa fuit, quorundam impulsus consilio Constantinopolim venit, præcaturus Imperatorem, vt si forte Episcopus Alexandriæ migraret è vita, sibi liceret Antistitem, quem vellet ciuibus illius ciuitatis nominare: qui quidem (vt Zacharias memorat) Episcopatum pro se ambiret, ab Imperatore deprehensus est: & cùm se iureiurando obstrinxisset, se nunquam sedem Episcopalem petiturum, domum reuertitur.* hæc ex Zacharia Euagrius de Ioanne: de quo quæ parum digna referat, vera ne sint, an in sincerissimum Orthodoxum ab Eutychiano auctore ex more conficta, in suspicionem quidem non leuem adduci posse videntur: cùm de Ioanne illud certum sit, præ cæteris viguisse fide

Catholica, vt ob eam causam omnium in se Eutychianorum arma conuerterit; vt quę de eo inferiùs dicentur, manifestiùs declarabunt.

IESV CHRISTI
Annus 479.

SIMPLICII PAP. Annus 12. — ZENONIS IMP. 6. ODOACR. REG. 4.

I. Qvi sequitur Christi Redemptoris annus quadringentesimus septuagesimus nonus, tertio Zenonis Imperatoris Consulatu notatur in Fastis: quo Orientalis Ecclesia, quæ paululùm nâcta esse quietis post reditum Zenonis Augusti visa est, rursum opera Eutychianorum hæreticorum nouis cępta est turbinibus exagitari. Etenim præter illa, quæ clanculò moliretur Petrus Mogus in Ecclesia Alexandrina, maioribusque in dies accessionibus augerentur (quod exitus demonstrauit) Antiochena Ecclesia mirum in modum forore hæreticorum non iam rem secretò agentium, sed in prælium erumpentium, afflictata est. Etenim cùm Stephanus Orthodoxus Episcopus vnà cum suis in magna Ecclesia sacram Synaxim solemni ritu celebraret; Eutychiani, soboles Petri Cnaphei omniũ perditissimi hæreticorum, conferto agmine, exertis gladijs furentes ingressi, in Dei sacerdotes sæuientes, eosdem sæuissimè trucidârunt; sanctissimumque ipsum Antistitem Stephanum, in quem potissimùm maiori odio æstuabant & irâ incensi erant, corripientes, ad necem vsque atrocissimis confecêre tormentis. de quo ex Ioanne Rhetore suorum eorumque terum gestarum scriptore hęc habet Euagrius [a]:

ANTIOCHENA ECCLESIA ARIANIS VEXATA.

a *Euag. l. 3. cap. 10.*

II. *Petro Ecclesiæ Antiochenæ exturbato, Stephanus illius sedem capiebat, quam triennio in hunc annum tenuit. Hunc* (subdit ipse) *Antiocheni calamis ad similitudinem Rufi tum præacutis* (vti scribit Ioannes Rhetor) *confecerunt.* hæc Euagrius, paucis admodùm rem tantam absoluens. Meminit eiusdem necis Nicephorus [b], eiusque corpus in Orontem amnem protectum, ex eodem Ioanne auctore tradit. Est de hoc Ioanne historico testimonium apud Photium, qui ait ipsum sui temporis esse prosecutum historiam Ecclesiasticam, nimirùm à temporibus Theodosij Iunioris vsque ad finem Zenonis: vtinam illam nobis Græcia conseruâsset martyrum sanguine ac eò illustratam. Porrò satis ad pietatem & historiæ veritatem nobile de sanctissimo Episcopo elogium, quod anniuersariâ memoriâ vigesimaquintâ die mensis Aprilis repetere Ecclesia consueuit verbis istis, veluti egregium martyris epitaphium. *Antiochiæ sancti Stephani Episcopi & martyris, qui ab hæreticis Synodum Chalcedonensem impugnantibus multa passus, in Orontem fluuium præcipitatus est tempore Zenonis Imperatoris.* Ita ibi. Post hunc eiusdem martyrem Stephanum, alium in locum eius subrogatum Stephanum, sed eumdem tantummodò vnum sedisse annum, habet Nicephori Chronicon: posteà verò electum esse Calendionem, ibidem notatum ostenditur. Verùm de tempore sedis Stephani Iunioris suo loco dicemus.

b *Nicephor. Lib. 15. c. 28.*

DE STEPHANO EPISC. ANTIOCH. MARTYRE.

III. Sed quonam auctore & impulsore tanta ausi sunt impijssimi illo quidem alio, quàm sceleratissimo illo Petro Fullone, itidem Cnapheo dicto: qui cum sub Leone Imperatore sedem illam inuasisset, tandem post restitutum Zenonem in Imperium, ab ipso thrasimundo deiectus, illic in consultè nimis degere versatique permissus est, reclamante licèt à longè Romano Pontifice, vt pestilens homo quàm longissimè deportaretur. Probauit eucratus, quanto periculo sinantur perditissimi hæretici inter Catholicos commorari. Sensit id primùm Zeno serò sapiens, frustrà pœnitens non paruisse consilijs Romani Pontificis. Ipse tamen Imperator in perfidos atque sacrilegos homicidas tam immane facinus vindicare quamprimùm non destitit, missis illuc vltoribus militibus, qui (vt parerat) defactionis illis pœnas sumerent.

ZENO IMP. PVNIT SACRILEGOS.

Qui insuper vt caueret ne in electione successoris Antistitis compressæ gladio turbæ iterum reuiuiscerent, eò necessitatis eductus est, vt quod hactenùs fuerat à maioribus intentatum, ipse primus, vt paci ac quieti eius prospiceret ciuitatis, iusserit, vt Antiochenus futurus Episcopus eligeretur Constantinopoli; malè enim obducta cicatrix rursus eruptura timebatur in vlcus, si Antiochiæ fineretur de Antistite deligendo haberi comitia. Electo igitur Stephano Stephani martyris successore, vt ea cuncta præter regulas Ecclesiasticas præsumpta, occasione illa vrgente, rata haberentur à Romano Pontifice, scripsit de his Zeno Augustus literas ad Papam Simplicium. Hæc quidem ita esse transacta, quæ ab ipso Romano Pontifice ad Imperatorem Zenonem hoc eodem anno redditę sunt litteræ, manifestant; quæ sic se habent [c]:

IV.

c *Simpl. ep. 13. inter decretal.*

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

V. SIMPLICIVS EPISTOLAM AD ZENONEM DE RESTAVRATIONE ANTIOCHENA.

De Ecclesia Antiochena venerandos mihi semper vestræ pietatis apices gaudens accepi, quibus ingenito vobis studio Catholicæ religionis, post defensionem fidei, quæ vos seruat ac custodit, impietatis audaciam & facinora apud Antiochiam perpetrata coercita reperimus: exultantes, vobis inesse animam fidelissimi sacerdotij & Principis, vt Imperalis auctoritas & iuncta Christianæ religioni acceptabilior Deo fieret, & appareret integritas: cum hi, qui in Episcopum neces sacrilegâ cæde versatis sunt, dignis subeantur pœnæ supplicijs, in quo & quieti Ecclesiæ & vestro consuleretur Imperio: quæ * *vindicatâ Dei contumeliâ, vlciscentis est gratia. & conciliatur hominibus auxilium, quorum cura sacrilegium non reliquerit impunitum.*

* quia

VI.

Sed vt loquar fiducialiter Principi Christiano; si præteritarum litterarum, quas de Petri alterius nomine iam dudum ad fratrem & Coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit peruenire, quod iure nunc meruit vindicari. Mandaueram namque, vt facta suggestione pietatis vestræ præsectus, vt & cæteri, quibus per occasionem tyrannicæ dominationis innouerant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur Imperij, ne pestiferis contagijs quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, & verbum impijs contra fidem Orthodoxam innocentiores animas sauciarent: quod tum apparet, cùm minùs ista curantur, & leuia esse creduntur.

VII.

Actum est, vt (quemadmodum prohibetis) inter altaria vota tam plebis persuasionibus eorum, sed ipsi quoq; Præsules & prædicatores, fidei pereirent funestis gladijs sacerdotes. Vnde si quæ & alia reliquæ sub vestro reperiuntur Imperio: eas vel nunc in exteriores terras impetu propelli, ne qua deinceps in eo sit necessitas & causa suppliciorum. Quia melius est aditum obstruxisse, quam pœnam exigisse peccati.

VIII.

Et quoniam seditiones Antiochenas religiosissimo proposito sedandas non aliter existimastis, nisi (præter præiudicium venerandi illius Concilij Nicæni) apud Constantinopolim, vbidem perenniter, ordinaretur Antistes; qui in eius tantummodo persona sic memoratus assumptus, vt deinceps secundum definitiones Patrum, Orientalis Synodo creatio Antiochenæ Pontificis seruaretur, nec haberi loco vulneris iniuriæ, quod dissensionis gratiâ factum est auferendæ: Tenet hanc pietatis vestræ beatus Petrus Apostolus suppositionem, & Christianissimi fidelissimiq; Principis mentem in hac verba iurâsse, quod posthac in Antiochena vrbe, veteri more seruato, à comprouincialibus suis Episcopis ordinetur: Ne quod nunc frater & Coepiscopus meus Acacius vobis est iubentibus executus, in vsum posteritatis veniat; & statuta Patrum, quæ præcipue præsidia sunt ecclesiæ, confundat.

IVLIANENSIS CONCILIVM CELEBRATVM.

IX. PONTIFEX RATAM HABET ELECTIONEM EPISC. ANTIOCHE.

*Vnde quæ à vobis amore quietis sanctè ac religiosè sunt ordinata, reprobare non possumus, ne status Antiochenæ Ecclesiæ sub nostra dubitatione videatur ambiguus: præcipuè cùm is, qui legitur ordinatus, testimonijs clementiæ vestræ & tantâ sit prædicatione subnixus, vt in eo præter horum vulnerum dolorem posito, & possimus & Ecclesia, quæ illum meruit, gratulari. * Hæc repensis sermonibus, & veneratione officio respondente, curaui, vt tantas hæreticorum fraudes & facinora diuinis & secularibus legibus persequenda, quæ sæpè prębatu esse tam noxia, de memoria & conuersatione hominum iubeatis auferre, quorum impietas nullâ (quantum video) post auctoritate compesci. Data decimo Kalendas Iulias, post Consulatum Illi V. C.* hactenùs Simplicius ad Imperatorem, illud (vt vidisti) vehementiùs inculcans & refricans, quòd frustrà sæpè antea monuisset, vt damnati hæretici è finibus Romani propulsarentur Imperij: quod ille adhuc

* glocali

facere

facere prætermittens, tum religionem Christianam, tum ipsum Romanum Imperium pessumdedit, vt inferiùs ex rebus gestis manifestiùs apparebit. Repetit & exprobrat hoc ipsum idem Papa Simplicius in epistola ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum hoc eodem anno data, non absque animi amaritudine, verbis istis [a]:

a Simpl. epist. 13.

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

X. SIMPLICIVS PAP. AD ACACIVM SCRIBIT.

Clementissimi Principis litteris, tuæq; dilectionis de sacrilega & funestissima cade, quæ apud Antiochiam facta est, sauciatus & nimium affectus mœrore respondeo; astruens, si quæ dudum de Petro & aliis complicibus eorum scripseram: & vt pietati eius cum cæteris, qui aderant, fratribus suggerere posuiram, vt optaueram ordinatum fuisset, hæreticorum temeritas ad tantum facinus non veniret; nec aliquid necessitatis existeret, vt non aliter prædictæ subueniretur Ecclesiæ, nisi vt aliquid de iure eius curatio ipsa minueret. Quamuis enim profecerit ad quietem, quòd Christianissimi Principis iussione vel sine præiudicio canonum à tua charitate fuerit Antiochenus Episcopus ordinatus: tamen nõ est sine inuidia factum, cuius cauendum deinceps etiam ille testatur, qui præcepit exemplum.

XI. CORRECTVRET SIMPLICIVS ELATAM MENTEM ACACII.

In quo pietate eius gratia dignum est non referre: quoniam ita gloriæ suæ moderatus est potestatem, vt fidelissimâ deuotione Patrum regulis submitteret, quæ iuberet, nec in auctoritatem recipi quod sequenti constituit ætate prohiberi; vt scilicet in hac tantummodo persona, quam iussu eius & studio quietis Antiochensibus non tuâ vsurpatione Antistitem consecrâsti, quod factum est, necessitate sufficeret. In quo tuæ dilectionis non irrationabilem cognoscimus fuisse famulatum: quia Ecclesiarum iura respiciens, diu te non immeritò suspendisse testatur, ne videreris ambire, quod tanto Principi & in tam grauis causa non poteras abnegare. Quapropter, frater carissime, institutorum veterum, quæ in ts sunt probata, non immemor, sicut veniale iudicare non peruides, quod tibi bicerrum est imperatum, ita ipse dans honorem fratribus, labora ne necessitas sit vlla faciendi, quod optas nunc satisfactione purgari. hactenùs ad Acacium Simplicius, istud ipsum vehementiùs inculcans, quòd hominis ingenium nosceret ad volatum Icarias pennas appetere, & eas quauis oblata occasione captare: neceum quidem opinatio ista fefellit, vt exitus demonstrauit. Sed de his suo loco erit agendum.

XII.

Sic igitur nouo & prorsus inusitato exemplo contigit, vt qui à totius Syriæ Episcopis ordinari soleret Antiochenus Antistes, agente Imperatore, & ratum habente Romano Pontifice, fuerit ab Acacio Constantinopolitano Episcopo ordinatus Stephanus Iunior. At quid accidit? Sicut latens malus humor in cutem cùm à natura transmittitur, leni confricatione pruritus mordacior excitatur: ita planè quæ in Acacio hactenùs ambitio latuit, occasione ordinationis Episcopi Antiocheni magis magisque incensa appetitum primatus illi vehementiorem ingessit; vsque adeò, vt famis, seu potius rabiei expellendæ causa, custodita canonum claustra ruperit, & vincula Catholicæ communionis confregerit, seque ac posteros suos præcipites dederit: vt quæ sæpè dicentur inferiùs, manifestissimè declarabunt.

XIII. DE TEMPORE SEDIS STEPHANI IVNIORIS ANTIOCHEN. EPISCOP.

De tempore autem, quo sederit Stephanus Iunior, corrigendum est Nicephori Chronicon, cùm ei vnum tantùm annum sedis tribuit, quem constat eam ad triennium propagâsse, nimirùm vsque ad annum Domini quadringentesimum octogesimum secundum, quo Acacius repentè moritur Calendion eius successor. id quidem apertissimè liquet ex litteris Sanct. Simplicij Romani Pontificis ad Acacium eo anno datis, quibus agit de recenti tunc facta Calendionis electione: sed de his suo tempore opportuniùs agemus.

XIV. LVPI EPISC. OBITVS.

Hoc eodem anno magnus ille Lupus Trecensis Ecclesiæ Episcopus, Gallicanæ Ecclesiæ decus, cuius immensa præconia superiùs ex Sidonio Apollinari retulimus, ex hoc mundo migrauit in cœlũ æternæ vitæ præmia à Deo consecuturus, cum iam annis quinquaginta duobus Episcopalẽ præfecturã suam Ecclesiam sanctissimè administrâsset. Portò eius hoc anno obitus temporis ratio inde certa deducitur: quod cum fidelissimus auctor, qui res ab eo gestas posteris tradidit, testetur ipsum esse creatum Episcopum biennio ante functionem legationis cum Sancto Germano in Britanniam, nempe anno Domini quadringentesimo vigesimo septimo; his si addas eius sedis annos quinquaginta duos, planè inuenies ipsum hoc anno quadringentesimo septuagesimonono mortuum esse. Sed quid de eius discipulis viris laudatissimis, deque eiusdem Lupi obitu idem auctor scribat, ipsius hic verbis reddamus [b]:

b Apud Sur. tom. 3. ast. 9. Augusti.

Multos autem habuit vir beatissimus præclarâ virtute discipulos insignis miraculorum gloriâ illustres. In sancto Polychronio Verdunensis Ecclesiæ Episcopo gratia curationum præfulsit, ita vt religatu post tergum manibus dæmonibus imperaret, primoq; sensum recuperent obsessi, quàm corporum suorum collisionem. Sanctum Seuerum Treuerensis Ecclesiæ ordinatum Episcopum Primæ Germaniæ Gentibus prædicantem non ambigimus inter Apostolos suum habere cõsortium. Sanctum itaque Albinum Catalaunensem Antistitem diuturnæ sanctitatis prærogatiuã eminentem non debemus tacitis omittere, quàm ille crebrò permultis locis dæmones ab hominibus profligârit. Nec immeritò, dum tantorum virorum celebramus præconia, eximij meritj laudes deprimere videri debemus.

XV. S. LVPI DISCIPVLI SANCTISSIMI.

XVI.

Successit autem et dignus illo honore sacerdos Camelianus eius morum imitator. Iam annis quinquaginta & duobus sanctus Lupus gloriosæ memoriæ Antistes sacerdotio functus erat, cum vita præsentis debitum persoluens, spiritum misit ad superos, dignus in terra laudibus celebrandus. Inde ergo nunc nobis, quò sublimis electus est, præsidium impendat. hactenùs de Lupo: cuius diem natalem Ecclesia Catholica religioso cultu annis singulis quarto Kalendas Augusti celebrandum suscepit. At ne putes in tam longæuæ sedis Lupi numerorum errorem (vt assolet) irrepsisse: accipe ex Sidonio veritatem: Extat eius epistola [c] ad ipsum data, cùm ageret in sede annum quinquagesimum; sunt hæc enim Sidonij verba: *Iam per quinquennia decem non ac nouis sacerdotibus tantùm, verùm & antiquis quoties collatus, antelatus, sit, &c.* hæc ipse de Lupo: in cuius locum (vt dictum est) subrogatus est Camelianus ab auctore laudatus, hicque subscriptus reperitur Concilio Aurelianensi primo.

c Sido. l. 9. epist. 11.

IESV CHRISTI
Annus 480.

SIMPLICII PAP. Annus 13. ZENONIS IMP. 7. ODOACR. REG. 5.

I.

ANNVS sequens Consulatu Basilij Iunioris illuxit: quo tandem per legationem Zenonis Imp. Carthaginensis Ecclesia, post longa spatia annorum vigintiquatuor æruminosæ viduitatis, nouum accepit sponsum, sanctissimum virum Eugenium Episcopum. Quomodò autem acciderit tam faustum ac iucundum desolatæ Ecclesiæ Africanæ solatium, antequam narrare aggrediamur, de tempore, quo hæc gesta esse hoc anno præsenti diximus, ratio est exactè disquirenda. Auctor est Victor [d], qui interfuit, eiusdemque Ecclesiæ cladis à Wandalis illatæ particeps fuit, post occlusam Carthaginensem Ecclesiam, defuncto Deogratias Ecclesiæ eiusdem Antistite, ita perseuerâsse absq; pastore annos vigintiquatuor. Cùm autem ex his, quæ superiùs dicta sunt, satis euidens facrit demonstratum, obijsse dictum Episcopum paulò post captam à Genserico Romam (quod contigisse vidimus anno Domini quadringentesimo quinquagesimoquinto) nempe sequenti anno quinquagesimosexto post quadringentesimum: huic numero si annos vigintiquatuor addas eiusdem sedis cessationis, planè reperies hoc ipso anno Domini quadringentesimo octogesimo creatum fuisse sanctum Eugenium Carthaginensem Episcopum. His de tempore elucidatis, iam rem ipsam à Victore descriptam hic reddamus, qui post Hunericũ in regnum successionem hæc habet de restituta Ecclesia Carthaginensi:

d Victo. de persecut. VVand. l. 2. DE TEMPORE CREATION. S. EVGENII EPISC. CARTHA.

II.

Dedit (inquit) *licentiam Hunericus, Zenone Imperatore atq;*

ECCLESIA AFRICANA ZENONIS IMP. OPERA SVBLEVATVR.

Placidia relictâ Olybrio rogantibus, vt Carthaginensis Ecclesia sibi, quem vellet, Episcopum ordinaret, quæ tam per viginti quatuor annos tali ornamento fuerat destituta. Misit ergo tunc ad Ecclesiam Alexandrum virum illustrem huiusmodi legationem ferentem, vt præsentia eius Catholicus populus dignum sibi peteret sacerdotem; destinans quoque per Notarium suum Vuitared edictum, quod publicè legeretur hunc continens modum:

VI. EDICTVM HVNERICI REGIS.

Iussit vobis dominus dici, quia Imperator Zeno & nobilissima Placidia per Alexandrum virum illustrem scripserunt, petentes vt Ecclesia Carthaginis religionis vestræ proprium Episcopum habeat: Hoc fieri præcepit, atque eis rescripsit, vel legatis ab eis directis dici iussit, vt sicut petierunt, vobis Episcopum, quem volueritis ordinetur: eo sub tenore, vt nostra religionis Episcopi, qui in Constantinopoli sunt, & per alias prouincias Orientis, ex eius præcepto Episcopi liberum arbitrium habeant in Ecclesiis suis, quibus voluerint linguis populo tractare, & legem Christianam colere, quemadmodùm vos hic, vel in alijs Ecclesijs, quæ in prouincijs Africanis constituta sunt, liberum arbitrium habetis in Ecclesijs vestris Missas agere vel tractare, & quæ legis vestræ sunt, quemadmodùm vultis, facere. Nam si hoc circa eos non fuerit obseruatum, tum Episcopus, qui ordinatus fuerit, vel clerici, vel alij Episcopi cum clericis suis, qui in Africanis prouincijs sunt, iubentur inter Mauros mitti.

IV. DOLOSAM INDVLGENTIAM SVSPICANT CARTHAGINENSES

Quod edictum dum nobis præsentibus decimoquarto Kalendarum Iuliarum vniuersa Ecclesia legeretur; gemere cœpimus, mussitantes, eò quòd meditantibus dolos, malorum esset futura persecutio præparata. Et ita legato dixisse probamur: Sitis est; & interpositis his conditionibus periculosis, hæc Ecclesia Episcopum non delectatur habere. Gubernat eam Christus, qui semper dignatur gubernare. Quã suggestionem legatus accipere neglexit: Simul & populus, vt tunc fieret, vt ignis exarsit, cuius erat clamor intolerabilis, qui nullâ posset ratione sedari.

V. EVGEN. CREATVR EPISCOP. CARTHAGINEN.

Ordinato itaque Episcopo Eugenio viro sancto Deoq; accepto, sublimis nata est lætitia, & gaudium cumulatum est Ecclesiæ Dei. Exultat multitudo Catholica sub barbara dominatione de ordinatione Pontificis reparati. Nam maximus iuuenum numerus atque adolescentularum sibimet in commune congaudens, attestabatur, quòd numquam vidisset Episcopum in trono sedentem. Porrò ille vir Dei sacerdos Eugenius cœpit per conuersationem operum bonorum venerabilis acreuerendus haberi etiam ab his, qui foris sunt, & ita esse omnibus gratus, vt si fas esset, animam suam pro eodem vniuersos ponere delectaret. Elemosynas quoque tales per eum Dominus dignatus est facere, vt incredibile videatur tanta eum impendere, vbi Ecclesia, totum barbaris tenentibus, nec vnius nummi habere cognoscitur facultatem. Humilitatem in illo, charitatem, pietatem diuinitus condonatam, si quisquam incipiat, non potuerit explicare. Pecuniam apud eum mansisse non probatur, nisi fortè talis hora offerretur, quando iam Sol diei explicans cursum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Vnde tanta eum seruabat quantum dies sufficeret, non quantum cupiditas expetisset. Deo nostro subinde quotidie ingentia & maiora donante. hactenùs Victor de ordinatione Eugenij, & Episcopalis ipsius curæ primo progressu. Quomodò autem occasione eius vitæ morum non leuis aduersus eum inuidia ab Arianis conflata sit, ac subinde persecutio subsecuta, dicere incipiemus anno sequenti, vt congruè tempora reddatur suis temporibus.

VI. a Greg. Tur. l. 2. c. 20. DE VICTORIO OVCE PRÆFECTO ARVERNENSIVS.

Decimusquartus hic annus est, quo (vt inquit Gregorius Turonẽsis[a]) Euaricus Rex Gothorum in Gallia præfecit septem ciuitatibus (inter quas adnumerabantur Aruernum) Victorium Ducem. Quomodò autem acceperit ciuitatem Aruernensem Euaricus non armorum vi, quàm sæpè anteà frustrà tentauerat, sed deditione non quidem ciuium, verùm legatorum ignauâ promissione, paucis dicamus. Cùm enim pax cum Euarico Rege tunc potentissimo sanciretur, inter alias pacis conditiones illa iniquior fuit, vt potiretur Aruernis diutiùs concupito, expugnato numquam. Extat autem de his ingens querela Sidonij Apollinaris eiusdem ciuitatis Episcopi, dum lacrymis perfusam epistolam dedit ad Græcum, siue Græcium, vel Agricium b Massiliensis ciuitatis Episcopum, vnum ex legatis, qui dispendio eiusdẽ Aruernensis ciuitatis pacem redemerant, reliquorum Galliæ proximè degentium populorum in qua hæc portalis ingerit:

b Sido l. 7. epist. 7.

Nostri hic nunc est infelicis angulis status, cuius (vt fama confirmat) melior fuit sub bello quàm sub pace conditio. Facta est seruitus nostra pretium securitatis alienæ: Aruernorum (proh dolor!) seruitus: qui (si prisca replicarentur) audebant se quondam fratres Latio dicere, & sanguinem ab Iliaco populo computare. *Si recentia rerum memorabuntur: ij sunt, qui viribus propriis hostium publicorum arma remorati sunt: cuius sæpè populo Gothus non fuit clausa intra mœnia formidinicùm vicissim ipse fieret oppugnatoribus positis intra castra terrori. Ii sunt, qui sibi aduersus vicinorum atrocem tam duces fuêre, quàm milites. De quorum tamen sorte certaminum si quid prosperum cessit, vos secunda solata sunt: si quid contrarium, illos aduersa fregerunt.*

Illi amore Reipublicæ, Seronatum barbaris prouincias propinantem, non timuêre legibus tradere, quem consilium deinceps Respublica vix præsumpsit occidere. Hoccine meruerunt inopia, flamma, ferrum, pestilentia, pingues cadibus gladij, & maximis nijs prælatores? Propter huius tamen inclyta pacis expectationem, aut ulcus mura alibi rimis herbas in cibum traximus, crebrò per ignorantiam venenatis graminibus infectis, quæ indiscretis foliis succisque viridantia sæpè manus fame concolor legit. Pro ijs tot tantisque deuotionis experimentis, nostri (quantum audio) factaratura est? Pudeat vos, precamur, huius fœderis nec vtilis, nec decori.

Per vos legationes meant: vobis primùm (quamquàm Principe absente) non solùm tractata referantur, verùm etiam tractanda committuntur. Veniabilis sit, quæsumus, apud aures vestras, veritatis asperitas, cuius conuicij inuidiam dolor eripit. Parum in communè consulitis; & cum in Concilio conuenitis, non tam curæ est publicis mederi periculis, quam priuatis studere fortunis. Quod vtique sæpè diuque facientes, iam non primi comprouincialium cœpistis esse seduli. At quousque ista poterunt durare præstigia? Non enim diutiùs ipsi maiores nostri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel concilio quo potestis statum concordiæ tam turpiter incidite. Adhuc si necesse est, obsideri, adhuc pugnare, adhuc esurire delectat. Si verò tradimur, quando non potuimus viribus obtineri: inuenisse vos certum est, quid barbarum suaderetis ignaui.

* barbaris

Sed cur dolori nimio frena laxantur? Quin potiùs ignoscite afflictis, nec imputate mœrentibus: namque alta regio tradita seruitium sperat, Aruerna supplicium. Sanè si medicari nostri vitium non valetis: saltem hoc efficite prece sedulâ, vt sanguis viuat. Quorum est moritura libertas: parate exulibus terram, capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis. Si murus noster aperitur hospitibus, non sit clausus vester hospitibus. Memor nostri esse dignare, domine Papa. hactenùs Sidonij lugubris epistola. Sed nihil profecit, rebus iam mutuo consensu compositis. Dedita est tandem Gothis ciuitas ipsa: permissi sunt tamen ciues abire liberi, & ad alias migrare ciuitates. Verùm memores ijdem Gothi plurimas sibi à ciuitate illa strages illatas fuisse, cum eam sæpiùs obsedissent: quòd in ciuis non poterant ob pactum conuentum, in muros vindicantes, eandem incendio concremârunt. testatur id ipse Sidonius in epistola ad Constantium[c], cum agit de reditu ciuium eandem instaurantium.

c Sido. l. 3. epist. 10.

Etenim vbi exatiatus est Gothicus furor: ne tantæ pateretur dispendium ciuitatis, quam vix tandem ex pace ceperat, quàm bello frustrà sæpè tentârat; ad eius instaurationem adiecit animum, cùm hoc anno (vt dictum est ex Gregorio) Rex Euaricus Victorium Ducem illuc misit: qui cùm pius esset, sacra etiam illic plura ædificia erexit, de quibus vbi suprà ista Gregorius[d]: *Protinùs Aruernos adueniens, ciuitatem addere voluit: vnde & cryptæ illa vsque hodie perstant ad basilicam S. Iuliani; & columnas, quæ sunt in ade posita, exhiberi iussit: basilicam S. Laurentij & S. Germani Licaniacensis vici iussit ædificari. fuit autem Aruernis annis nouem.* hæc de his ibi. Quid præterea mirandum de eodem Victorio Duce Aruernis commorante alibi idem Gregorius habeat, accipe[e]:

d Greg. Tur. de Glor. Confess. c. 33.

Fuit (inquit) *in supradicta Aruerna vrbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam vici Riomagensis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens sæpè serpentibus dicitur imperâsse. Nam ad huius tumultum cum Dux Victorius despexisset orare, adstans è regione equo, nequaquam poterat amouere: quem cùm flagris sæpiùs vrgeret, & ille quasi æneus staret immobilis; tandem aliquando*

e Greg. Tur. de Glor. Confess. c. 33.

VII. EXPOSTVLATIO DONI AD VERSVS LEGATOS * Gothos MORITAS ARVERNENSIVS ET TRACLATA EIS SENTA.

VIII.

IX. SIDONII VITA EX PRÆFATIONE IN EPIST. CONCIONE.

X. NE DIDONIVS IAT CIVIVM CVM CIVITATE.

* pauperum

XI. INSTAVRATVR ARVERNVM.

& Greg. hist. l. 2. c. 20.

XII. COGITER VICTORI VS DVXVI NERAE SANCTVM

Dux à suis commonitus, qui (vt ita dicam) ipsi peculis similis erat factus, ad orationem descendit: cumq; fideliter orasset, quòd voluit, tuit. Ad huius sepulchrum energumenum vidi mundatum perinuantem dirigui sse vt ferrum, crimen confessum, illicò absolutum. hæc Gregorius. Est eiusdem Victorij honorifica mentio apud Sidonium Apollinarem, vbi agit de S. Abrahami Abbatis obitu, cùm & carmine lugubri illum laudauit: hæc enim habet scribens ad Volusianum [a]; cùm adhuc Victorius præesset Aruernis:

a Sid. l. 7 epist. 17.

XIII. DE S. ABRAHAM ABBATE SIDONIVS AD VOLVSIANVM.

Iubes me, domine frater, lege amicitiæ, quam nefas ludi, iam diu desides digitos incudibus efficina veteris imponere, & Sancto Abrahæ die functo nauiam funebrem luctuosis carminibus inscribere. Celeriter iniunctis obsecundabo, cùm tuâ tractus auctoritate, tum principaliter amplissimi viri Victorij Comitis deuotione praeuentus, quem iure secularis patronum, iure Ecclesiastico filium, excolo vt clienS, veneter diligo: Qui satis docuit, quæ sibi aut qualis erga famulos Christi cura feruoret, cùm totum circa decumbentis Antistitis, non dignitatem minus, quàm membra curuatus, ac supra vultum propinquâ morte pallentem, dolore concolor factus, quid viro vellet, lacrymis indicibus ostenderet. Et qui sibi maximæ humandi funeris partes ipse rapuit, totum apparatum supercurrentis impendij, quod funerando sacerdoti competeret, impartiens; saltem ad obsequium, qua remanserunt, verba conferimus, nihil aliud exaraturi stylo scalpentis impressa, quàm testimonium mutuæ dilectionis. Cæterum viri mores, gesta, virtutes, indignissimè meorum vilitate dictorum ponderabuntur.

DE REBVS SABBATIS CARMEN.

Abraham sancti meritò sociande patroni,
Quos tibi collegas dicere non trepidem.
Nam sic præcedunt, vt mox tamen ipse sequâre:
Dat partem regni portio martyrij.
Natus ad Euphratem pro Christo ergastula passus,
Et quinquennali vincula laxa fame,
Elapsus Regi truculento Susidis ora
Occidium properas solus ad vsque solum.
Sed confessorem virtutum signa sequuntur:
Spiritibusq; malis fers fugitiua fugam.
Quæque venis, lemurum se clamat cedere turba:
Dæmonas ire iubes exsul in exilium.
Expetere cuncti, nec te capi ambitus vllus:
Est tibi delatus plus onerosus honor.
Romuleos refugis, Byzantinosq; fragores,
Atque sagittifero mœnia fracta Tito.
Murus Alexandri te non tenet, Antiochiq;
Spernis Elisæa Byrsica tecta domus.
Rura paludicolæ tenuis populosa Rauennæ,
Et quæ lanigero de sue nomen habet.
Angulus ille placet, pauperrimusq; recessus, * pauper-tinuisque
Et casa cui culmo culmina pressa forent.
AEdificas hic ipse Deo venerabile templum,
Ipse Dei templum corpore factus prius.
Finiti cursus istic vitæq; viæq;,
Sudori superest dupla corona tuo.
Iam te circumstant paradisi millia sacri,
Abraham tamen te comperegrinum habet.
Iam patriam ingrederis, sed te quâ decidit Adam,
Iam potes ad fontem fluminis ire tui. hactenùs epitaphium.

Subdit verò de monasterio tanto destituto rectore, rogans eumdem Volusianum, vt consolaretur in eo degentes monachos, foueretque præpositum illis Abbatem, cùm ait: *Ecce vt inuinxeras, quæ restant, sepulto insta persoluimus. sed si vicissim charitatis imperijs fratres, amicos, commilitones obsequi decet: ad vicem, quæso, tu quoque quibus eminet institutio, discipulos eius aggredere solari: fluctuantemq; regulam fraternum destitutorum secundum statuta Lerinensium Patrum vel Grimmicensium informa: cuius disciplinæ si quis rebelles, ipse castiga: si ius sestinus informa: cuius disciplinæ si quis rebelles, ipse castiga: si qui sequaces, ipse collauda. Præpositus illis quidem videtur S. Auxianus, qui vir (vt nosti) pluscula iusto & corpore infirmus, & verecundus ingenio, eog, parendi quàm imperandi promptior, exigit te rogari, vt tuo ipse sub magisterio monasterij magister accedat: & si quis illum de iuuioribus spreuerit tamquam imperitum vel pusillanimem, per te vnum sentiat vtrumquenon impunè contemni. Quid multa? Vis vt paucis quid velim agnoscas? Quasi vt Abbas sit frater Auxianus supra congregationem, tu verò & supra Abbatem. Vale.*

AVXIAN. SVCCESSOR S. ABRAHÆ.

XIV. b Greg. Tur. l. 2. c. 21.

Porrò tam de Abraham, quàm de Victorio meminit Gregorius istis verbis [b]: *Cùm adhuc apud vrbem Aruernum Victorius, cui supra meminimus, moraretur, fuit in monasterio B. Cyriaci vrbis ipsius Abbas Abraham nomine, qui fide atq; operibus Abrahæ illius prioris refulgebat, sicut in libro Vitæ eius scriptum est.* extat quidem illa tertio loco posita in Vitis Sanctorum Patrum ab ipso conscriptis. Cæterùm qui adeò instar Abrahæ Abraham insigniter vixit, mortem perpetuò viuens inhæsit sacris Ecclesiæ tabulis anniuersariâ memoriâ celebris, quæ decimo septimo Kalendas Iunias repeti consueuit. Arde Abraham satis, qui nobis occurrit in via, dum agimus de Victorio, qui eum mirificè coluit.

XV. VICTORIVS IN DEFENSIVS MVTATVS

Rursum verò quod ad eumdem Victorium spectat: etsi religiosi valdèque pij hominis sæpè specimen egregium edidit, nouissima tamen ipsius gloria caruere: etenim quòd barbaro eidemque sæuo Regi Gothorum in famulatu esset, eiusdem sæuitiam induit, eamdemque in clarissimum Senatorem exercuit: de quo pauca ista Gregorius [c]: *Super Eucherium verò Senatorem calumnias deuoluit, quem in carcere positum nolens extrahi iussit, ligatumq; iuxta parietem antiquum, ipsum parietem super eum elidi iussit.* hæc ipse.

c Greg. Tur. l. 2. c. 22.

XVI. e Sido. l. 8. epist. 8. DE EVCHERIO SENATORE.

Porrò in quem adeò immaniter Victorius sæuijt, hic ille fuisse putatur Senator Eucherius, quem mirificè Sidonius prædicat, dum ad ipsum scribens hæc habet [e]: *Veneror antiquos, non tamen ita vt qui aquarum meorum virtutes aut merita posponam. Nec me si Romana Respublica in extrema hac miseriarum defluxit, vt studiosos suimmum quam remuneretur, non idcirco Brutos Torquatosq; non patiunt secula mea. Quorsum ista hæc? inquis. Dete ad te mihi sermo est, vir effulgentissime, cui debet Respublica, quod sub adicta solutum laudat historia. Quapropter temeraria rerum temeraria iudicia suspendant, nec perseuerent satis aut suspicere præteritos, aut despicere præsentes,* &c. hæc Sidonius: e quibus planè & causam cædis Eucherij intueris, & cur homo seruiens Gothis, in eum sæuierit Respublicæ studiosum, auersum penitùs ab eam subijcientibus barbaris.

XVII. DE EVCHERII PRÆSTANTIA

Porrò hunc eumdem Eucherium fuisse & religione præstantem, & planè dignum, qui in Episcopum assumeretur, nisi bigamiæ impedimentum obstitisset, idem Sidonius fidem facit, & quidem publicè, dum pro concione laudans etiam à nobilitate Simplicium à se electum Bituricensem Archiepiscopum, hæc habet [e]: *Illustris in vtraque conuersatione prosapia, aut Episcopu floruit, aut Præfectis: ita semper huiusmodi aut humanum, aut diuinum dictare ius visu fuit. si verò personæ suam tractatu consulere pensemus, inuenimus illum tenere istic inter spectabiles Principes locum. Sed dicitis vos Eucherium aut Pannichium illustres haberi superiores: quod hactenùs eos esse putatos; sed, præsentem tam modò aut causam illi ex canone non requirunter, qui ambo ad secundas nuptias transferunt.* hæc Sidonius de Eucherio viro clarissimo, quem non alium quidem à dicto Eucherio Senatore fuisse putamus.

e Sido. l. 7. epist. 9.

XVIII.

Quod verò ad eius interfectorem Victorium pertinet: sicut truculentis accidere solet hominibus, vt ijdem turpiter emolliantur, effluantque carnalibus concupiscentijs, & libidinibus turpissimè obruantur (quod de Herode atque Nerone & alij veteres prodidêre) id ipsum planè de Victorio scriptis traditum inuenimus. Etenim de ipso idem, qui supra Gregorius agens, ad finem, quo eius vitæ periodum claudit, ista habet: *Ipse verò dum nimium esset amore mulierum luxuriosus, & ab Aruernis vereretur interfici, Romam aufugit, ibidemq; tentans exercere luxuriam, lapidibus est obrutus.* hæc Gregorius, qui eius mortem accidisse testatur ante quatuor annos ab obitu Euarici: in libro autem Miraculorum [f] eumdem Victorium occisum esse tradit apud Romam ab Apollinare nobili Aruernensi; qui ea de causa Mediolanum relegatus, ope S. Victoris martyris diuinitùs est liberatus.

f Greg. mir. a. l. 1. c. 45

XIX.

Sed ne perfunctorie, lector, id transeas velim, quod magnam conciliat Aruernensi Ecclesiæ laudem, nimirùm

ideò populum illum castitatis fuisse cultorem, vt deditus impudicitijs Præfectus nonnisi fugâ sibi consultum esse putaret, quò pudicos Aruernenses in seipsum tumultuantes euaderet. Certè quidem virginitatis cultum hâc ætate in ea Ecclesia floruisse, tum quæ Sidonius, tum quæ Gregorius posteris tradiderunt, declarant exempla. Et in primis quod ad Sidonium spectat, mirificè laudat, scribens ad Aprum Aruernensem ciuem, Frontinam virginem verbis istis [a]: *Sed & materterâ tuâ hinc, & hinc fuit sanctior Frontina virginibus, tam verebatur mater, pater venerabatur, summæ abstinentiæ puella, summi rigoris, ac fidei ingentis, sic Deum timens, vt ab hominibus timeretur.* hæc Sidonius. Sed accipe ex Gregorio duobus præclaris hæc ipsa de cultu illibatæ virginitatis Ecclesiæ Aruernensis declarata exemplis: ait enim [b]:

a Sido l. 4. epist. 21.

b Greg. Tu. de Glor. Confes. c. 32.

XX. *Duos fuisse apud Aruernum, virum scilicet & puellam, refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu & in vno stratu quiescentes, non sunt ab alterutro poluti in voluptate carnali: post multos verò annos, cùm eis esset latenter vita castissima, ex consensu patris vir tonsuratus ad clericatum, puella verò religiosum induit vestimentum. Factum est autem, vt impletis diebus, vtrumque migraret à sæculo: denique vir eius, præparatâ sepultura exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cumq; eam sepulchro reconderet, arcanum, quod inter eos conuenerat, elevatis manibus ad cælum pandit, dicēs: Gratias tibi, rerum omnium artifex, ago, quòd sicut mihi eam commendari dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa subridens ait: Sile, sile vir Dei; quia non est necesse fateari nostrum, nemine interrogante, secretum. Post hæc, obtecta opertorio, recessit.*

XXI. *Non post multum verò tempus & ipse migrauit à sæculo, sepultusq; est in loco suo. Erat autem in vno quadam basilica, sed è diuersis parietibus vtrumque sepulchrum habebatur, & vnum quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Manè autem facto, inuenta sunt pariter esse sepulchra, quæ vsque hodie sic perdurant: idcirco nunc incolæ (uos Amantes vocitant, & summo venerantur honore.* hæc ipse, quæ secundum ea facta esse noscuntur, quæ superiùs suis locis ex Tertulliano & alijs dicta sunt, nempe frequentia fuisse in Ecclesia vera coniuga, sed quo ad commixtionem corporum simulata, dum frequentes essent reperiri in coniugali consortio virgines. Sed & dignum pariter existimamus, vt in Annales inferetur exemplum de alia eiusdem ciuitatis sancta virgine, quam & publicæ Ecclesiasticæ tabulæ scriptam retinent, & Catholica Ecclesia anniuersario cultu prosequitur. Georgia huic nomen fuit, de qua ista Gregorius [c]:

c Greg. de Glor. confess. c. 34.

XXII. *Fertur etiam fuisse in ea vrbe puella quædam religiosa atque deuota Deo: quæ in rure commanens, quo ab vrbica populatione summota liberiùs digna Deo laudum hostias exhiberet, quotidie autem ieiuniis & orationibus insisteret. Factum est igitur, vt mis grans ab hoc mundo, ad basilicam oppidi causâ sepeliendi portaretur: Verùm vbi leuato feretro corpus per viam ferri cæpisset, aduenies grex magnus columbarum super eam volare cæpit, atque huc illuc volitando sequi quò hæc à proximis ferebatur. Quâ in basilica delatâ, grex totus super tectum aduis ipsius visus est consedisse: Illaq; sepulta ad cæles euolauere columbæ. Vnde non immeritò Georgia nuncupata est, quæ sic exercuit mentem culturâ spiritali, vt adepto virginitatis sexcẽsimi fructûs prouentu, egrediens de sæculo, cælestibus honoraretur exequijs.* hæc Gregorius, à nobis hic opportunè relata, occasione Victorij Ducis & Comitis, hoc anno præfecti cum alijs populis etiam Aruernensibus, impudicâ vitâ eamdem nobilem Ecclesiam labefactare non verentis. At quod dicit debitum virgini sexagesimi fructûs prouentum; id ea de causa, quòd centesimum putauit martyri conuenire. Porrò ipsius Georgiæ virginis votiuæ celebritas in Ecclesia Occidentali quintodecimo Kalendas Martias annis singulis agitur. At de rebus Gallicis satis.

XXIII. De Orientalibus verò nihil hoc anno prætereà, nisi quòd Marcellinus de hoc prodigioso terræmotu, quo Constantinopolitana ciuitas agitata est, habet [d]: *Vrbs regia Constantinopolis assiduo terræmotu quassata, magnoperè sese afflictam deplanxit: amba Troadenses porticus ceciderunt: aliquantæ Ecclesiæ vel scissæ sunt, vel collapsæ: statua Theodosij Magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit, duaq; eius fornicibus eius fori collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantij celebrant octauo Kalēdas Octobris.* hæc Marcellinus: quem subdubitamus errore lapsum, dum quod fuit terræmotus sub Proclo monumentum (dictâ enim die habent eius memoriam Græcorum Menologia) ipse posteriori huic adscribit terræmotui: sed & Cedrenus ad aliud tempus refert. Quouis anno id acciderit, certè nonnisi magnorum malorum cõstat fuisse prænuncium; cùm non solùm ciuitas ipsa Constantinopolitana, sed totus planè Orbis ex Eutychianorum turbis grauiori motu concussus sit. Sed ad res anni sequentis transeamus.

d Marcell. in Chro. sub huius anni Consul.

IESV CHRISTI
Annus 481.

SIMPLICII PAP. Annus 11. — ZENONIS IMP. 8. ODOACR. REG. 6.

CHRISTI annus quadringentesimus octogesimus primus Placidum Consulem habuit: quo perclitanti sub gladio Gothico Imperio Orientali, & ipsi Constantinopolitanæ ciuitati in discrimen adductæ Deus improuiso casu subuenit. Rem gestam ita narrat Euagrius [e]: *Per idem tempus Theodoricus Scytha genere contra Zenonem arma ferre parat, & copias suas in Thracia collectas, bellum gerit aduersus Zenonem: agrisq; omnibus, qui ante pedes iacebant vsque ad ostium Ponti vastatis, parum aberat, quin Constantinopolim cepisset, nisi quidam ex illius maximè necessarijs vehementer ergà eum offensi consilium de illo interimendo iniissent. Qui cùm suorum inteexisset maleuolentiam, retulit pedem, atque non adeò multò post in mortuorum numerum adscriptus est. Verùm qua genere mortis occubuerit dicam quod ita habet. Pro castris cum hasta cuspide bifidâ in sublime suspensa fuit more barbarico. Deinde corpus suum agitare, exercereq; cupiens, equum sibi adduci iubet. Tum absque morâ (casu etiam in alijs quoque rebus gerendis impatiens esse soles) in equum insiluit. Equus autem, vtpotè adnotinus & ferox, cùm nondum Theodoricus pedibus vtrinque rite adpositis firmè insideret, pedes anteriores tollit in sublime, ac posterioribus solùm insistit rectus: adeò vt Theodoricus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet eum freno, ne in ipsum caderet, retrahere, neque adhuc in sella firmè sederet; huc illucq; sic volutaretur, vt hastæ suspensæ cuspidem vehementer agitaret: qui in eum impactus, latus grauiter vulnerauit. Inde igitur lecto coactus decumbere, paucis post diebus ex eo vulnere periit.* hucusque Euagrius.

e Euag. l. 3. cap. 27. THEODORICUS TRIARIUS ORTVS.

I.

II. Id quidem hoc anno factum esse, Marcellinus testatur in Chronico, huncque esse Theodoricum Triarij filium tradit, eumque peruenisse vsque ad Anaphum locum ad quartum lapidem Constantinopoli distantem, inde verò in Illyricum parâsse iter, cùm eo modo morte præuentus est. Ex quibus Iordanum, alias Iornantem dictum, redarguas, dum nõ Theodoricum Triarij filium fuisse narrat, sed Valemirum Amalum Gothorum Regem fratrem Theodomiri patris Theodorici Amali, qui hoc anno in Gothorum regnum successit: *Quem (inquit Euagrius) Zeno Imperator, Euocariâ destinatâ, ad se in vrbem Constantinopol. venire præcepit, dignoq; suscipiens honore, inter proceres sui Palatij collocauit. Et post aliquod tempus, ad ampliandum honorem eius in armis, eum sibi filium adoptauit, de suisq; stipendijs triumphum in vrbe donauit.* sed id factum est, cùm rebellantes Zenoni domesticos vicit in Oriente: quæ omnia præterierunt Iordanum. At agendum erit in his suo loco inferiùs.

THEODORICUS AMALVS VOCATVS AD NOMEN.

III. Hoc eodem anno, quo numeratur Hunerici Wandalorum Regis quinquennium, biennium verò ante excitatam dirã persecutionem aduersus Africanam Ecclesiam, Deus (sicuti olim vidimus factum temporibus sanctissimi Cypriani Episcopi) multis signis futuram persecutionem (vt Victor ait) pluribus demonstrauit, quo se cuncti præpararent ad pugnam. At quænam illa fuerint his ipse verbis enarrat [f]: *Ante persecutionis tamen tempestatem, multis præeuntibus visionibus & signis, imminens demonstra-*

DE PERSECVTIONE AFRICANA PRÆSAGIA.

f Victor de persecut. Vandal. lib. 2.

VISIONES DIVERSIS OSTENSÆ

tum fuerat malum. Nam fermè ante biennium quàm fieret, vidit quidam Fausti Ecclesiam solito in ornatu fulgentem: & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, pallioq; velaminum & lampadibus rutilantem: Subitò, ait, luminis illius concupiscibilis extinctus est fulgor, & tenebris succedentibus, aduersarius naribus natis est factor: omniq; illa abstatorum turba expellentibus quibusdam AEthiopibus, minata est foras: ob hoc ingeriter lamentatum, quòd eam in claritatem pristinam nequaquam viderit iterum restitutam. Nam visionem istam, nobis præsentibus, sancto retulit Eugenio.

IV. *Vidit & quidam presbyter ipsam Fausti Ecclesiam refertam turbis innumerabilibus populorum, & post paululum euanuisse eam, & repletam porcorum multitudine atque caprarum. Item alius vidit aream tritiseam ventilationi paratam, granis adhuc ventilatoris iudicio necdum à paleis separatis: & dum ingentis massa licèt confusa, magnitudinem miraretur: subitò ecce turbo veniens tempestatis somnium statu cæpit aduentum suum surgente puluere demonstrare: cuius impetu palea illa omnis omnino volauit, remanentibus granis. Post hæc venit quidam procerus splendido vultu, habitu, nitido fulgens, & cæpit grana vacua, macilenta, atque simillaginea reproba purgando proijcere: quæ dum examinans, vix magnitudinem illius massæ lucri probatæ, ad aceruum tamen produxit exiguum.*

V. *Item alius ait: Stabat quidam præcelsus super montem, qui Ziquensis dicitur, & clamabat dextera leuaq;: Migrate, Migrate. Alius conspicit rugiente cœlo atque turbato, sulphureas nubes, quæ ingentes cæperunt lapides iaculari: qui lapides dum cecidissent in terram, plus accendebantur, & maioribus flammis ardebant; atque intrantes in penetralia domorum, quos inuenerant, incendebat. Qui autem vidit, ait, cùm se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire: reor vt illud propheticum compleretur a: Claude ostium tuum, & abscondere pusillum aliquantulum, donec pertranseat ira Dei.*

a Isa. 26.

VI. QVID PAVLO EPISCOPO FVTVRA CLADE OSTENSVM ET ALIIS.

Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem vsque ad cælos ramis florentibus extensam, quæ etiam dilatatione sua omnem pene Africam occupabat: & cùm vniuersi eius magnitudine & speciositate gauderent: Ecce subitò (inquit) venit asinus violentus, qui deiicans cruentem suam super robur radicum eius, impulsu suo cum ingenti sonitu illam mirabilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintinianus venerabilis Episcopus vidit se super quendam montem stare, de quo conspiciebat gregem innumerabilium ouium suarum, & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occisores, quarum carnes ollis bullientibus demergebant. Et cùm ita fieret, omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas ollas, Siccam Venetam & Latibusam, duas esse ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, è quibus incendij initium sumpsit; aut Hunericum Regem, & Cyrolam Episcopum eius. Sed de multis visionibus, quia breuitati consulendum fuit, hæc dicta sufficiant. hucusque Victor. Sic igitur secundum propheticum illud b: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant, à facie arcus.* accidit, vt hæc Deus voluerit ante biennium, hoc nimirùm anno, Fidelibus innotescere.

b Psa. 59

VII. VVANDALI CONFLVENTES AD CATHOLICAM ECCLESIAM DIRA PASSI.

Verùm etsi persecutio ingruens instar grandinis ad biennium sit dilata: præcesserunt tamen furorem bellicum velitationes nonnullæ, quibus diuersis in locis dira pati contigit Christianos; atque primùm hoc tempore Hunericum insequi cœpisse crudeliter suos, & illos potissimùm, quos sciisset cum Catholicis Catholicos redditos in Catholicorum Ecclesiam conuenire: erant hi plures vtriusque sexûs mares & fœminæ, qui diuino illustrati lumine, vbinam esset dogmatum veritas intelligentes, eò emergentes è tenebris conuenêre; qui quidem infelicissimi nõ solùm Catholicæ fidei participes fieri meruêre, & inter Catholicos adnumerari, sed digni habiti sunt ante omnes tormentorum gloriâ exornari, & aliqui ex eis martyrio coronari. Has igitur ex hostibus abreptas manubias Africana Ecclesia primùm omnium Domino consecrauit, hasque ex hostili agro sacras primitias acceptas præmisit in cœlum. Quomodò autem hæc acciderint, Victor, spector certaminis, res gestas verbis istis omni fide testatas posteris tradidit, cùm de S. Eugenij Carthaginensis Episcopi sancti operibus agit:

VIII. *Cùm fama eius esset celebris atque manifesta; cæperunt exinde Arianorum Episcopi inuidiâ grauiter queri, quotidianis (& præcipuè cum Cyrola) calumnijs insectantes. Quid plurimum? suggerunt de illo, vt suum nequaquam sederet thronum, neque Dei populo verbum faceret consuetum: deinde quoscumque mares vel fœminas in habitu barbaro ingredientes in Ecclesia conspiceret, prohiberet. Ille respondit, vt decuit: Domus Dei omnibus patet: tantarum nullus poterit repellere: maximè quia ingens fuerat multitudo nostrorum Catholicorum in habitu illorum intedentium, ob hoc quòd domui Regiæ seruiebant.*

IX. DIRA PASSI QVI VENIEBANT AD ECCLESIAM.

At vbi ab homine Dei tale responsum accepit; statuit in portis Ecclesiæ collocare tortores: Qui videntes fœminam vel masculum in specie suæ gentis ambulantes, illicò pilo mirabilis dentatus tactis in capite, crinibusq; in eisdem colligatis, ac vehementiùs stringentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant. Nonnulli, dum hoc fieret, statim oculos amiserunt; alij ipso dolore defuncti sunt: mulieres verò post hanc pœnam capitibus pelle nudatis, præcone præeunte, per plateas ad ostentionem totius ciuitatis ducebantur: quòd sibi magis, quæ patiebatur, lucrum maximum computabant: quorum nos plurimos nouimus, nec scimus eorum aliquem tunc etiam pœnis vrgentibus à recto itinere defitisse.

X. QVIB. IN DOMIBVS CATHOLICOS HVNERIC.

At vbi isto modo fidei infigere non valuit murum; cogitat vt nostræ religionis homines in aula eius constituti, neque annonas, neque stipendia solita potirentur: addit quoque & laboribus eos conterere rusticanis. Dirigit viros ingenuos & admodùm delicatos ad campum Vticensem, vt sub ardentis Solis incendio cæspites meo rum defecarent: vbi omnes cum gaudio pergentes, in Domino lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habens manum, quæ per annos quamplurimos nullam ei præstiterat obsequium: qui cùm veraciter excusaret se operari non posse, magis violenter iussus est pergere. Sed vbi ad locum ventum est, & præsertim pro eo orando ingemuerunt omnes spietate diuinâ, illa arida vinculum confessoris restituta est manus. hoc quidem idcirco Deus voluit lignum palàm edi, vt manifestum omnibus fieret, stare Deum in castris filiorum Israel; & ibi Ecclesiam esse Catholicam, vbi Deus esset, certò certiùs reddideretur expressum, Deo ipso miraculorum testificatione loquente, immo clamante. Sed ne cœptam tyrannus prosequeretur persecutionem, timore suorum cassauit absterritus; vnde in suos gentiles gladium conuertit.

XI. c Victor. de persecut. VVandal. libr. 2. HVNERIC. DIRAM TYRANNIDEM IN SVOS EXERCVIT.

Quas enim post hæc in suos Hunericus dominandi cupidine ebrius tyrannicè carnificinas exercuit, idem Victor ita refert c: *Ipse autem Hunericus, qui se iamdudùm omnibus lenem ostenderat, desiderans post obitum suum (quod nos contigit) regnum statuere: Theodoricum fratrem, filiosq; eius Gentonemq; fratres nihilominùs filios crudeliter cœpit insequi: quorum nullum dimitteret, nisi ei mors desiderij sui voluntatem auferret. Primò sciens vxorem Theodorici fratris æstuatam, credo ne forte maritum, aut maiorem filium, qui prudens & sapiens videbatur, consilijs acrioribus aduersus tyrannum arma assumere crimine apposito, gladio eam interfici iubet. Post occiditur & ille filius magni litteris institutus, cui secundùm constitutionem Genserici, eò quòd maior omnibus esset, regnum inter nepotes potissimùm debebatur.*

XII. PATRIARCHA ARIANORVM INCENSVS

Accenditur adhuc crudelitas aliquid perpetrare. Astante vulgo, in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, Episcopum suæ religionis, nomine Iocundum, quem Patriarcham vocitabant, præcepit incendio concremari, ob hoc, quòd in domo Theodorici germani Regis acceptissimus haberetur, cuius fortè suffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis scelere futurum nobis adesse prospeximus malum, atentes singuli iudicem nobis: qui in suo ita crudelis effectus est sacerdote; quando nostræ religioni, vel nobis parciturus iste est? Tunc & Gentonis maiorem filium, nomine Godagisum, cum vxore, absque solatio seruuli aut ancillæ, crudelis exilio relegauit. Fratrem verò Theodoricum post occisionem vxoris & filij nudum atque destitutum similiter exulauit. Post cuius mortem, filium, qui supererat, infantulum, duasque filias eius adultas impositas asinis longiùs affligendo proiecit. Sed & Comites quamplurimos & nobiles gentis sux obiectionibus falsis infectans, ob hoc, quod germano fauerent, alo incendit, alios iugulauit, imitator Genserici patrui, qui sui fratris vxorem, ligato pondere lapidum, in Amsagam fluuium Cirtensem famosum iactando demerse, & post necem matris eius filios interfecit.

XIII. HVNERICVS CONTRA PATRIS PRÆCEPTA SAPIVIT.

Sed & multos ei Genſericus pater moriens, ſacramento interpoſito commendauerat: quos ille immemor fidei, & ſacramenti violator, diuerſis pœnis & incendijs trucidauit. Nam Heldicam quendam, quem pater eius Præpoſitum fecerat regni, iam veteranum atque annoſum cum dedecore capite detruncauit, eiuſq; vxorem cum alia nomine Teuteria in medio ciuitatis incendit: quarum corpora per vicos & plateas trahi mandauit; qua tota die tacentia, rogatus à ſuis Epiſcopis, vix veſpere ſepeliri conceſſit. Gamuth namque Heldicæ fratrem, quia ad Eccleſiam eorum confugerat, occidere non poterat: quem tamen in loco latrinarum obſcœno concluſit, tempore q; multo eum ibi degere ſtatuit: poſtea cum caprario quodam & ruſtico ad faciendas ſcrobes vineis profuturas condemnauit: quos etiam duodecies per annum, id eſt, per ſingulos menſes flagellis crudelibus diſſipat; vix modico aqua, cibario q; pane conceſſo. hoc per quinque vel amplius perpeſſi ſunt annos, quibus hæc ſupplicia proficere poterant ad æternam mercedem, ſi Catholici fuiſſent, & fides ſua merito illa perferrent.

XIV. *Sed ideo iſtud ſilere nequiuimus, vt impietatem Regis etiam in ſuos minime ſileremus: qui non ſolum Epiſcopum ſuum Iocundum (vt ſuperiùs demonſtrauimus) flammis adeſſit, ſed & presbyteros & diaconos ſuos, id eſt, Arianos quamplurimos ipſe addit, nec non & beſtijs manciparit. Amputatu igitur in breui omnibus, quos timebat, & ſolidans ſibi (vt putabat) regnum, quod breue fuerat & caducum, omni ex parte otioſus atque ſecurus vniuerſa tela furoris in perſecutionem Eccleſiæ Catholicæ ſicut leo rugiens conuertit.* hæc Victor: qui cùm ſubdat, poſt biennium eſſe cœptam perſecutionem; æquè ad duos annos hanc perſeueraſſe ipſius tyrannidem in ſuos poſſumus intelligere: vt non mireris, ſi qui hoc anno cœpit inſequi ſuos ad Eccleſiam Catholicorum confluentes, à perſecutione ceſſarit, conuerſus ad cædem ſuorum, quos ſuſpicio reddiderat infenſiſſimos hoſtes. Quæ autem hæc ſæcuta, ordine ſeruato temporum, inferius dicemus.

IESV CHRISTI Annus 481.

SIMPLICII PAP. Annus 12. ZENONIS IMP. 9. ODOACR. REG. 7.

I. CALENDIONIS ELIGITVR EPISCOP. ANTIOCHE.

QVADRINGENTESIMVS octogeſimus ſecundus Redemptoris annos Conſulatu Seuerini in publicis adſcriptus eſt monumentis; quo Stephanus Iunior Antiochenus Epiſcopus tertio ſuæ ſedis anno ex hac vita migrauit; ſtatimq; in eius locum electus eſt Calendion Epiſcopus; moxque à collecta ibi Synodo directus eſt Anaſtaſius Epiſcopus ad Romanum Pontificem, ex more, vt eius electionem ratam haberet. Fuit iſte quidem Catholicus, qui & (vt Euagrius ait [a]) omnes, qui ipſum adibant, induxit, vt tum hæretico Timotheo, tum litteris Baſiliſci generatim ad omnes ſcriptis anathema dicerẽt. Probauſſe autem ſanctum Simplicium Papam Calendionis electionem, litteræ ipſius ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum datæ ſignificant, quæ ſic ſe habent [b]:

[a] Euag. l. 3. cap. 10.

[b] Simp. ep. 14.

Simplicius Epiſcopus Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano.

II. CONFIRMATVR CALENDIONIS ELECTIO A ROM. PONTIFICE.

Antiocheni exordium ſacerdotij quâ ratione ſuerit ſeriùs indicatum, quamuis minimè nos latere potuerit: tamen & ipſe, vel Synodus illius indicauit. Quod ſicut non optauimus fieri, ita facilem excuſationi, quam neceſſitas fecit, extitiſſe: quia quod voluntarium non eſt, vocari non poteſt in reatum. Et ideò per fratrem & Coepiſcopum noſtrum Anaſtaſium, qui ex prædicta regione directus eſt, litteris quoque tuæ dilectionis acceptis, alterni viciſſitudinem ſermonis tuæ reddimus charitati. Neceſſariò fratris & Coepiſcopi noſtri Calendionis ſacerdotium gremio Apoſtolicæ ſedis amplexi, in conſortium noſtrum per gratiam Chriſti Dei noſtri tanta vrbis Antiſtitem collegij vnione numerauimus. Miramur autem, nihil nos de ſtatu Alexandrinæ Eccleſiæ, te inſtruente, didiciſſe, quam nunc ita habere ſe comperimus, vt improbis per occaſionem obitus ſanctæ memoriæ Timotheo eandem Eccleſiam conentur habere captiuam. Vnde agendum eſt dilectionis tuæ cum clementiſſimo Principe, ne conuellatur ſub eius Imperio, quod tyrannis temporibus potuit obtineri. Datum Idibus Iulij Seuerino V. C. Conſule.

III. Factum autem fuiſſe Epiſcopum Calendionem, non vt prædeceſſor ipſius ab Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſed cõtra eius voluntatem, ex eo patuit, quòd paulò poſt operâ eiuſdem Acacij ipſo Calendione pulſo, in eius locum Petrus eſt reſtitutus, quem Felix Papa primo ſuæ ſedis anno depoſuit. Simul enim ac deguſtaſſet Acacius in electione Stephani Epiſcopi Antiocheni ex neceſſitate ſibi credita primatûs dulcedinem: factus ebrius, non aliud, quàm hunc ipſum ſitire, & vndique ſibi captare, licèt graui totius Eccleſiæ ſcandalo, indefeſſo ſtudio, maliſque artibus arripere ad obitum vſque numquam deſtitit; vt quæ inferius dicturi ſumus, abundè ſatis ſignificabunt.

IV. TRANSLATIO RELIQVIARVM S. EVSTATHII.

Quod verò ad Calendionem pertinet: quo tempore in ſede pacificè egit, illud inter alia memoria dignum operatus eſt, vt ſacras reliquias ſancti Euſtathij Antiocheni Epiſcopi, qui Nicæno Concilio interfuit, & fidei protegendæ causâ exilium paſſus, glorioſus confeſſor occubuit, à Zenone Imp. impetraret, vt Antiochiam transferret. Eſt huius rei auctor Theodorus Lector, cùm ait [c]: *Calendion petitas à Zenone Euſtathij reliquias è Philippi Macedoniæ, vbi ille in exilio mortuus fuerat, Antiochiam detulit: quas maximo cum honore excepерunt. Tota ſiquidem ciuitas, & omnis ætas (vt ita dicam) ad decem & octo millia ſtadia vrbem in occurſum illarum egreſſa eſt. Qui verò ad id vſque temporis ſeparati ac diuiſi propter Euſtathium fuerant, Eccleſiæ poſt centum annos à morte illius reſtituti ſunt.* hæc Theodorus.

[c] Theod. Lect. Coll. lib. 1.

V. Verùm ante hæc tempora Euſtathianos alijs ſe iunxiſſe Catholicis, quę ſuperùs dicta ſunt, facile oſtendere poſſunt. Sed & error in numero repetitur, cùm amplius quã centum annos ab obitu Euſtathij in hunc vſque annum numerare contingat; cùm eum conſtet paulò poſt Nicænum Concilium, quod eſt celebratum anno Domini trecenteſimo vigeſimoquinto, in exilium deportatum. Sed quid accidit? Sicut enim qui recipit Prophetam [d] in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; ita planè qui recipit Confeſſorem in nomine Confeſſoris, confeſſionis palmam eſt conſecutus: nam Calendion dignus eſt habitus & exilij causâ durum exilium pati, & confeſſionis gloriâ decorus occumbere. quomodo autem id acciderit, Euagrius ita narrat [e]:

[d] Matth. 10.

[e] Euag. l. 3. cap. 33.

VI. CALENDIONIS AD ANTIOCH. REGATVS IN OASIM.

Calendion Antiſtes Antiochia ſcribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Petrum non ſolum adulterum vocat (illum Mogum ſcilicet, qui Alexandrinam Eccleſiam inuaſerat) *verum etiam cum, cùm eſſet Alexandriæ Chalcedonenſi Concilio anathema indixiſſe aſſerit. Qui poſteà ad incolendam Oaſim deterrimum omnium exilium cõdemnatus fuit, quòd partes illi, Leontij & Pamprepij contra Zenonem fouebat.* ita planè hoc velamento criminis maieſtatis Catholicus Antiſtes expulſus eſt ab hæreticis, Acacio id machinãte, vt Gelaſius multiplicibus querelis exaggerat. *Poſt amotum Calendionem* (ſubdit Euagrius) *Petrus cognomento Cnapheus, qui ante Calendionem & Stephanum Epiſcopus fuit (vt ſuprà dixi) Antiochiæ propriam ſedem recuperauit, quas & epiſtolæ ſubſcripſit Zenoni de concordia, & Synodales litteras ad Petrum Mogum Alexandrinum Epiſcopum ſcripſit.* hæc de Petro Cnapheo ſiue Fullone dicto Euagrius. Addit his Gelaſius in epiſtola ad Dardanos, datum fuiſſe crimini ſancto Calendioni, quòd nomen Zenonis Imperatoris è Diptychis abſtulerit. quod ſi egit, eâ ratione ab eo factum quis dubitat, quòd idem Imperator cum hæreticis communicaret?

PETRVS CNAPHEVS VT EVRYMVS ANTIOCHEN.

VII. TRISAGIA CANITA RVM HÆRESIS IN ECCLESIA TA.

Sed de Petro Fullone quid accidit? Simulac iſte thronum conſcendit, palàm hæreſim promulgauit, & illam quidem non nimis enormem ſæpè antè damnatam, Theopaſcitarum dictam, dum non vnam tantùm de Trinitate perſonam paſſam eſſe diceret, ſed ipſi ſanctiſſimæ Trinitati in Trisagio hymno crucem adſcriberet: quod quidem vehementer commouit Orientales Epiſcopos. Quomodò autem ipſum illi admouêre, nec non Romanus Pontifex, dicetur anno ſequenti, quo blaſphemiæ iſtæ in

Occiden-

Occidente visæ sunt innotuisse. Quod verò spectat ad motus Orientales, quorum occasione captatâ atque affectatâ Calendionem in exilium pulsum hoc tempore fuisse constat: iam certum est Imperij per duellium conspirationem ad hunc vel superiorem annum esse referendam, non autem post sequentem annum, vel à Marcellino in Chronico ponitur. Res verò gesta ab Euagrio ita narratur[a]:

a Euag. l. 3. cap. 26.

VIII. MARCIANI REBELLIO.

Marcianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit, qui filius fuit Anthemij, qui antè Imperium gesserat. Iste vbi Leontiam Zenonis filiam minorem natu vxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur: ac pugna grauis in Palatio commissa, & multis vtrinque cadentibus, Marcianus aduersarios terga dare coëgit: qui certè Palatio potitus fuisset, nisi negotio, quod susceperat, in crastinum dilato, oblatam occasionem omisisset, quæ sicut cùm ad pedes accedit, forsan capi potest, ita cu quasi è manibus elapsa est, in sublime subuolat, ideoq; insequentes, atque de reliquo omnem aditum ad se illis penitùs præcludit. & paulò pòst. *Quod planè euenit Marciano, qui vt tempus opportunum sibi datum omisit, sic idem ipsum de cætero reperire non potuit: nam postero die, à suis proditus & relictus solus, confugit ad templum sanctorum Apostolorum; indeque vi abstractus, Cæsaream Cappadociæ demigrat: vbique ad quosdam motus, bos se aggregans, postea duos latitare cuperet, deprehensus est, atque ab Imperatore Tarsum vsque Ciliciæ amandatus, comâ abrasâ, presbyter designatus est.* Sunt ista quidem ab Eustathio Syro scripta pereleganter. hæc de Marciano Euagrius. Rem eandem paucis prosecutus Theodorus Lector paulò dinersè narrat[b]. Sed de alijs Imperij perduellibus Euagrius[c] ista subnectit, atque in primis de Verina Augusta:

b Th. Lect. l. 1. Collect. in fin.

c Euag. l. 3. cap. 27.

IX.

Est apud eundem scriptorem, Zenonem Imperatorem insimitas seruè insidias contra Verinam socrum suam struxisse, posteà verò eam relegasse in Ciliciam: eamq; inde denuò ad arcem, quæ Papyriana dicitur, Illo iam tyrannidem exercente, transtulisse, in qua excesserit è vita. Res autem ab illa Exconsule gestas idem Eustathius perdiserte scribit, tum quemadmodum à Zenone insidijs appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno cum, cui dederat mandatum, vt illum interficeret, morte multârit, cæcitate ideo cruciibus abscisso, quod eum ob conatus frustrationem tali mercede compensare vellet. Illum verò, quo facinus tentatum occultaret, Ducem copiarum in Oriente militantium designauit. Is amicitiâ non cum Leontio solùm, sed cum Marco viro spectato & Pamprepete contractâ, in partibus Orientis commoratus est.

X. THEODORICVS AMALVS REX GOTHORVM PVGNAT PRO ZENONE.

Idem verò narrat, quòd Leontius Tarsi Ciliciæ Imperator renunciatus fuerit, & quem fructum ista ex tyrannide sua percepirint, cùm Theodoricus vir genere Gothus & apud Romanos in magno honore habitus Dux cum nostris, tum exteris copijs stipatus contra eos missus esset. hæc de his Euagrius, qui ex eodem auctore tradit, hos iniustè à Zenone persecutionem esse perpessos, coactosque, quodammodò in hostes conuerti ex amicis de Imperatore benemerentibus. Hæc quidem occasione Calendionis Antiocheni Episcopi à nobis ex Euagrio sunt recensita; quòd dictum sit, eodem auctore Calendionem calumniam possum de conspiratione seu fauore his præstito, fuisse in Oasim relegatum. Hæc autem hoc anno cœpta, sequenti consummata sunt, post quem Theodoricus ob res benè gestas meruit Consulatum, atque equestrem in foro statuam, vt suo loco inferiùs dicetur: in sequentem hæc enim annum esse propagata videntur, quo ob res benè gestas idem Theodoricus Consul est designatus.

XI. DEFVNCTO TIMOTHEO ELECTVS IOANNES ALEXAN. EPISC. d Liberat. Diac. in Brev. cap. 18.

Iam verò ad res Alexandrinas oratio se conuertat. Ex litteris quidem nuper recitatis Simplicij Pontificis ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum hoc anno datis, certum habetur, eodem anno diem obijsse Timotheũ Catholicum Episcopum Alexandrinum, cùm sedisset annos viginti tres, interpolatis tamen vicibus, cùm inde sæpè expulsus fuerit: ita quidem & Liberatus Diaconus[d], pè expulsus fuerit: ita quidem & Liberatus Diaconus[d], sed totidem sedi eius annos tribuit ac menses sex. Tunc qui & totidem sedi eius annos tribuit ac menses sex. Tunc qui & totidem sedi eius annos tribuit ac menses sex. Tunc qui &

dilectionis tuæ meminimus non latere, instructionesq; ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus: quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare Catholicam: sepeq; nos de eodem ex illa vrbe pellendo scripsisse, sit certum,) ad præfatæ Ecclesiæ regimen existimet prouehendum: cumq; proinde tecta fidei definitionibus conuenire, à cuius vtique (sicut superiùs dixi) consortio tam degit extraneus, quàm ab eius communione discretus est: At quam nunc sit redire contendit, nisi per satisfactionem Christianis regulis competentem, non potest introire: ac proinde non ad sacrificium sacerdotalis dignitatis accedere, sed medela, quæ post pœnitudinem præbenda est, consequenter aptari animæ suæ cupiens, reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans, qui diu communicatur fuisse perueersus: ne per speciem remeantis, non remedium sincere salutionis inquirat, sed facultatem propagandæ prauitatis inueniat: quo facto non hunc magis ab errore detrahimus, quàm perniciem Fidelibus irrogamus: eoq; modo Chalcedonensis Synodi statuta violantes, aditum sauâ populatione grassandi in Ecclesiam lupis rapacibus aperimus.

NON SINE SATISFACTIONE RECIPIENDI HÆRETICOS.

XVII. Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim à Catholica participatione diuisus est, Pontifex dicitur postulare: vt satis euidenter appareat, non correctam fidem velle, sed in Præsentiarum proprio nefandi dogmatis quærere potestatem, neque inter ipsos & veraciter sentientes pax inde posit fida generari: vnde hæreticorum mentium crescit funesta damnatio *, & Catholicorum succedit miseranda captiuitas. Tantis igitur malis atque periculis pro sacerdotij qualitate, & Catholicæ prædicationis intuitu, vt quâ potes ratione vehementer obsistas, maximè vndique rebus astringeris. Nec dilectioni tuæ id fas est segnius operari, quod ad animæ tuæ causam, honoris æstimationisq; respectum non dubitas pertinere.

* Nomine HORTATVR SIMPLICIVS ACACIVM

XVIII. Opportunitatibus ergo repertis, clementissimi Principis voluntatem incessabiliter pro fide Catholica supplicando & ab his seduld reuocare, quæ nocina sunt dogmati Christiano, & secundum hæc, quæ mandamus, informare crebrò, inque eam partem, quæ amica sit veritati, potiùs instare non desinas; & (vt S. Timotheum venerandus Apostolus Paulus a instituit) opportunè, importunè, obsecrando, increpando, exponendoq; nullatenùs allegare cessabis: & nobis subinde, quæ gerantur, quæ vegerenda sint, veraciter indicare: vt creditorum tibimet dispensatione Dominicâ talentorum in hac multiplicatione fidelis seruus ostendaris, si non tantùm in Ecclesia, cui præsides, sed vbicumque potueris, pro vnitate Catholica & paternis definitionibus suadere non cesses. Data Idibus Iulijs, Seuerino V. C. Consule. Iunxit his eiusdem argumenti litteras ad Zenonem Imperatorem Simplicius Papa, vt ipse testatur, in alijs ad eumdem postea datis litteris; sed non extant.

a 2. Tim. 4.

XIX. Acacius verò nec his acceptis, quicquam ad Simplicij Papam rescripsit, vtpotè qui pro subrogandis ac promouendis hæreticis solicitus apud Imperatorem agebat. Quamobrem expletis iam mensibus quatuor, rursus eum Simplicius excitat dormientem, immò cœcet hominem ad malum vigilantem: nam sicut de Iuda, dicendum illud de Acacio fuit b: Aduersarius noster non dormit, sed leuauit contra me calcaneum suum. Sic igitur per restitutum quædam postremas has ad ipsum perbreues quidem, sed aculeatas mense Nouembri litteras dedit, quibus in primis petit animi sui angorem, in quo versatur:

ACACII DE VERITVM SILENTIVM

b Ioan. 8.

c Simpl. epist. 18.

Dilectissimo fratri Acacio Simplicius.

XX. Cogitationum feritas non habemus: nec enim quiescere nos causa permittit, quam sine linquamus, apud Christum Dominum nostrum, cuius ira vereat, inexcusabiles sumus. Et mirum est, dilectionem tuam, tot emensis temporibus, & tot opportunitatibus inde venientibus, nihil ad nos de Alexandrinæ Ecclesiæ, quæ tam grauiter quatitur, instemere voluisse: cùm monere te nec increpatio nostra desiterit, vt participata solicitudine litteras meas apud Christianissimum principem præsentibus tuæ dilectionis professeueris allocutis: & institutis veteris memor, in Orthodoxorum defensionem nobiscum sic semper incumberes, ne quisquam nostrum, Christianâ plebe pereunte, reatum deditionis incurrat, & mercenarius potiùs videatur esse, quàm pastor. Vnde hortamur dilectionem tuam, vt opportunè & importunè pijs auribus insinuare non desinas, quatenùs remotis scandalis, quæ in Alexandrinam Ecclesiam recidiuis assibus irruerunt, pax optata reddatur, & celeriter vigilantia tuæ profectus, postabitis difficultatibus, inducatur. Data octauâ Idus Nouembris, Seuerino Consule. directa per restitutum.

RVRSVM AD ACACIVM SIMPLICIVS.

Sed frustra Simplicius Papa clamat, incassumque laborat excitare & ad prælium in hæreticos prouocare Acacium iam transfugam & in castris aduersariorum militantem. Quæ autem inter hæc affectata silentia fouerit aspidum ouа, idem præuaricator Acacius exitus demonstrauit, cùm ex ijs regulis eruperunt, dum egit, vt Petrus Cnapheus, pulso Calendione, reuocaretur Antiochiam, & Petrus Mongus in sedem Alexandrinam, electo Ioanne, iterum intruderetur Episcopus, ambo venenati colubri, truculentæ bestiæ, faces hæreticorum. Exclamauit contra hæc post Simplicium Felix Papa, atque post Felicem sæpè Gelasius aduersus eumdem Acacium in epistola ad Faustum: *Quibus* (inquit) *canonibus quibusue regulis Calendion exclusus est, vel primi verbum diuersarum sacerdotes? &* in epistola ad Episcopos Dardaniæ de eodem Acacio: *Quâ Synodo tertia sedis Episcopum sanctum Calendionem fecit expelli; ac nihilominùs eidem Petrum iam hæreticum manifestum, vt eidem palàm nec se communicare prætenderet, suâ passus est dispositione sustinuit?* idem rursus de eodem in epistola ad Orientales hæc eadem refricat & inculcat.

XXI. ACACII FAVNOMIANA LABES EXPONITVR.

XXII. QVOD ACACIVS IN IOANNEM EPISCOPVM ALEXANDRINVM.

d Rom. 1.

De sede autem Alexandrina, pulso inde Episcopo Orthodoxo Ioanne, & suffecto nefario Petro, hæc idem Gelasius ad Faustum: *Quain Synodo, vel secundum cuius Synodi sogmam Alexandrinam Ioannem de Ecclesia, cui ordinatus fuerat, expulerunt, qui nullis causis euidentibus, nec antè conuentus, nec postea pronocatus, etiam in iudicio competenti potuit accusari: Quod si dicunt: Imperator hoc fecit. Hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam prauo facto consensit Acacius: cùm auctoritas diuina dicat d: Non solùm qui faciunt prauа, reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus?* Et ad Episcopos Dardaniæ, in eumdem Acacium dum rursum inuehitur, ait: *Dicat ergo, quâ ipse Synodo secunda sedis Antistitem, qualemcumque, certè Catholicum & à Catholicis ordinatum, nec fide Catholica aliquando imperitum, duxerit excludendum: & hereticum manifestum Petrum sua quoque executione damnatum Pontifici Catholico permiserit subrogandum?* hæc ad eos Gelasius, quæ & fusiùs est prosecutus in epistola ad Orientales.

XXIII. Sed cur ita Acacius commotus fuerit contra Ioannem creatum Episcopum Alexandria Orthodoxum, Liberatus Diaconus sic narrat e: *Ioannes Talaiæ de ordinatione sua cæglexit per suos Synodicas litteras Acacio Constantinopolitano Episcopo destinare: habens enim amicum illum (* qui ante quadriennium gesserat Consulatum) *supradictum Magistrum Officiorum, ei de sua ordinatione scripsit: scribens etiam Principi, quatenùs per illum Magistrum omnia eius causa disponeretur, putans cum Constantinopoli permanere. Mandauit ergo Magistriano litteras Synodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Contigit autem tunc illum Magistrum ab Imperatore Zenone mitti Antiochiam, vt toneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ Augustæ fuerat ordinatus.* Hæc cùm dicat Liberatus, corrigendum est ex his Marcellini Chronicon, dum Leontij tyrannidem recenset post annos duos: quod & superiùs admonuimus. Pergit verò idem Liberatus cœptam seriem de Ioannis legatione narrationem:

e Liberat. Diac. Brev. cap. 7. ACACIVS OB ODIVM IN IOANNEM VNIVERSAM TVRBAT ECCLES.

XXIV. *Cumq; Magistrianus, qui fuerat à Ioanne missus, non inuenisset Illum Magistrum: neque Acacio, neque Imperatori litteras obtulit, sed perrexit Antiochiam. Post hæc Acacius audiens de ordinatione Ioannis, & contristatus, quia Synodicas epistolas non direxisset, & vnà faciens cum Gennadio Episcopo parente beati Timothei, volentes ei nocere, trahebant * apud Zenonem, & accusabant eum, habentes adiutores patronos Petri Mogi, quasi opportunus Episcopatui non esset Ioannes: eò quòd iam, viuente Timotheo Catholico, tractauerit exire de Ecclesia, & ab ipso suaderetur idem Timotheus, vt susciperet Dioscorum in Dyptichis post mortem: Petrum autem amabilem in populo, & posse eum in communionem populum congregare. Occurrerunt quidam à Petro, volentes quasi fieri vnitatem; quod iucundissimè accepit Acacius, & Imperatori præsentauit, & persuasit ei, vt scriberet Apollonio Augustali: & Duci Pergamio, vt omnes expelleretur ab Alexandrina sede; quasi tam contra suum inimicum, quod in regia ciuitate dedit, arripuisset; cooperaretur Petro Mo-*

* tractabant ACACIVS LABORAT PRO PETRO MONGO.

vt re-

vt remaneret in sede: nec prius hoc faceret, nisi susciperet Enoticon Principis, Synodicas destinaret epistolas Constantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & ceteris Archiepiscopis. Acacium verò, promittente Petro facere vnitatem, nec adhuc implente legitimè, nomen eius in Diptychis recitari permisit, tamquam iam Alexandrini Præsulis in sede Catholica positi.

XXV. Ioannes Talaida iudicatur à Zenone ab Episcopatu pelli. Acacium auxilio patronorum Petri persuasit Zenoni, vt fieret Enoticon: ad cuius perlationem, seu professionem, susceptè communicantes sibi clericos Petri hæreticos & laicos eiectos Constantinopoli, Communicauit etiam Petrus Mogus hu, qui descenderunt cum Enotico, & Acacio Synodicam scripsit epistolam, & ab eo vsurpit. hæc Liberatus de causa & progressu rerum Acacij aduersus Ioannem; cùm non esset veritus sui animi explendæ vindictæ causâ vniuersam Orientalem Ecclesiam perturbare ac funditùs perdere, ipsamque fidem Catholicam pessumdare, atque sacrosanctam Chalcedonense Concilium penitùs labefactare. Quanta in re vna, bone Deus, absurda, quantaque monstra simul obortæ cernere fuit! Imperatorem suâ sponte deponere Catholicum legitimè ordinatum sacerdotem, & hæreticum prouehere; recipere in sedem damnatum & depositum hæreticum, idque facere absque Synodo, inconsultoque qui eum damnauerat, Romano Pontifice; insuper nomen eius in tabulas referre Ecclesiasticas, hæcque omnia absque vel oblata saltem ab eo fidei Catholicæ confessione: & quod cunctis his portentis deformius videri poterat, illud fuit, ab Imperatore de fide sanciri decretum; sed & quod magis horrendum apparuit, ab eodem laico homine inferri in Episcopos & omnes alios Orthodoxos anathema. hæc quidem pauenda adeò visu monstra Acacius primò concepit, sed Zeno Augustus peperit. Atquodnam qualeve fuerit edictum illud Zenonis, quod Vnitivum voluit appellari, ex Euagrio hic describamus*:

QVOT ABSVRDA ADMISSA SIMVL.

*Euag. l. 3. cap. 14.

XXVI. *Zeno Imp. Cæsar, Pius, Victor, Triumphator, Max. semper Augustus, reuerendissimis Alexandriæ, Aegypti, Libyæ, & Pentapolis Episcopis, clericis, monachis, & laicis S.*

ZENONIS EDICT. CONCILIATRIX.

Quoniam pro certo scimus Imperium nostrum à sincera solùm, & vera fide tum initium habuisse, tum stabilitum esse, tum robur ac præsidium, quod expugnari nequit, ex ea sumpsisse (quam quidem fidem diuinis numinis instinctu trecenti decem & octo sanctis Patres Nicææ congregati exposuerunt, quam etiam confirmârunt centum & quinquaginta sanctis Patres Constantinopoli coacti) noctes dies q, non precibus solùm, sed studio omni & legibus sanctis laborauimus, vti ea in sancta Catholica & Apostolica Dei Ecclesia, quæ vbiq, terrarum est, quæq, immortalis & sempiterna nostri Principatus quasi parens est, plenè perfecteq, exploratur: pium q, Dei populus in pace & diuina concordia perseueraret, gratas acceptasq, precationes vnà cum sanctissimis Episcopis & clero pietati deditissimo, monasteriorum præpositis & monachis, Deo pro nostri Imperij conseruatione offerat. Nam si prapotens Deus & Saluator noster Iesus Christus, qui ex sancta Virgine Maria Deipara carnem sumpsit & natus est, & nostras corsentientes laudes & cultum, quem ei tribuimus, approbet, lubensq, & quasi parato animo excipiat; non modò omnia aduersariorum genera fracta debilitataq, concident, verùm etiam alij omnes mortales suam ipsorum cernicem ingo nostri Imperij, proximè ac secundùm Deum, sponte subijcient: & pax eiusq, commoda, aquabilis aeris temperatio, fructuum cuiusq, generis abundantia, aliaq, omnia, quæ sunt ad humanæ vitæ vsum accommoda, affatim suppeditabuntur.

XXVII. ASSERIT PAPAM TYRANNORVM QVIETIS.

Iam igitur cùm constet inter omnes, nos Imperiumq, Romanum sinceræ fidei subsidio conseruari: afferuntur nobis libelli supplices à pijs monasteriorum præfectis, eremitis, & aliis reuerendissimis viris, qui nos vehementer obtestantur, vt sanctissimis Ecclesiis restituatur concordia, membra q, membris coniungantur, quæ hostis probitatis demonium longissimo temporis spatio diuisit: pro virili laborauit: pro certo persuasus, si corpus Ecclesiæ concordiæ vinculo firmè cohærens impugnaret, se superatum iri. Nam quia membra Ecclesiæ non coalescebant, factum est, vt infinita hominum multitudines, quas temporis longinquitas ex tot annorum curriculis ex hac vita exemerit, partim baptismatis lauacro carentes mortem obierint, partim diuinæ communionis minimè fuerint participes, ex corporis custodia (quod nemo homo vitare potest) emigrârint: quinetiam cædes frequentissimæ inde factæ, & non terra modò, verùm etiam aër copiosa sanguinis effusione inquinatus. Quotus quisq, ergo est, qui non optarit ista corrigi, adq, statum reduci meliorem?

XXVIII. *Quocirca decimus operam, vt vos intelligatis, tum omnes vbiq, Ecclesias non aliud symbolum, vel doctrinam, vel decisionem fidei, vel fidem, quàm sanctum symbolum, de quo diximus trecentorum decem & octo Episcoporum; quod centum quinquaginta Patres, quos supra commemorauimus, confirmârunt, aut habuisse, aut habere, aut habituros esse, aut sine altos habere. Quòd si quisquam aliud habeat, eum alienum ab Ecclesia existimamus. Nam hoc solo nostrum Imperium (vti docuimus) conseruari consuleuimus; idemq, ipsum populi amplexati, salutari Spiritus sancti illustrantur lumine; sacroq, baptismatis lauacro tinguntur: idem quoq, assensi sunt sancti Patres in Concilio Ephesino congregati, qui impium Nestorium & eius erroris fautores ministerio Ecclesiastico abdicârunt. Cui etiam vnà cum Eutyche (vterque enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denunciamus, approbamusq, ea, quæ duodecim capita dicunt Cyrilli piæ memoriæ sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ Alexandrinæ Archiepiscopi.*

XXIX. ZENONIS FIDEI VALATA PROFESSIO. *Nam confitemur, vnigenitum Dei Filium Dominum nostrum Iesum Christum vere incarnatum esse, consubstantialem Patri secundùm diuinitatem, secundùm humanitatem nobis consubstantialem, descendisse de cœlo, carnem suscepisse à Spiritu sancto & Maria Virgine Deipara: vnum esse, non duo. Vnus enim esse dicimus & miracula, quæ edidit, & passiones, quas in carne sustinuit. Eos autem, qui eum diuidunt, aut naturas eius confundunt, aut carnem susceptam imaginariam introducunt, omnino reijcimus. Quippe incarnatio sine labe peccati ex Deipara re vera facta, accessionem alterius Filij non effecit. Nam manet Trinitas, etiam cum vna Trinitatis persona, nempe Deus Verbum, incarnata sit. Quare cùm exploratum habeamus, cùm omnes sanctas vbique & Orthodoxas Ecclesias, tum earum Præsides Deo carissimos, tum nostrum Imperium nullum aliud Symbolum, aliam v. fidei decisionem, præter Symbolum, de quo supra modò locuti, vel admisisse, vel admittere velle; absque vlla hæsitatione nos ad concordiam reduceamus. Ista quidem certè vobis scripsimus, non vt nouaremus fidem, sed vt vobis de fide penitùs persuaderemus. Cuiq, autem, qua aliud quiddam vel senserit, vel sentiat, seu iam, seu alias, seu in Concilio Chalcedonensi, seu in alio quo; Concilio, anathema indicimus, maximè verò omnium Nestorio, Eutycheti, & illarum doctrinarum fautoribus.*

CHALCEDONENSIS CONCILII EXPLOSIO.

XXX. *Quocirca vos spiritualis matri Ecclesiæ adiungite, atq, secundùm vnam solamq, fidei decisionem trecentorum decem & octo sanctorum Patrum nobiscum vna diuinâ in ea communione fruimini. Nã sacrosancta vestra mater Ecclesia tum vos ingenuos suos filios amplecti cupit, cum vestram diu optatam dulcemque vocem audire desiderat. Properate igitur vos ad eam recipere. Nam si hoc præstiteritis, non modò Dominis Saluatoris & Dei nostri Iesu Christi benevolentiam vobis conciliabitis, verùm etiam à nostra existimatione magnam laudem consequemini.* Hactenus Zenonis Enoticon, quo (proh nefas!) anathema infertur in Chalcedonensi Concilium. At si effectum consideres, nempe proscriptionem Concilij Chalcedonensis, quid minus habuit ab impia Basilisci tyranni Encyclica Zenonis Enoticon? quibus planè intelligas, quàm fraudulenta fuerit eâ detrimento Catholicæ fidei pax sancita, eademque hisce litteris promulgata.

XXXI. Ista ne cudit Acacius in secreto cubiculo, quæ voce præconis Zeno promulgat? quod enim tacuit, cuius erat obsistere & reclamare, satis superque ipso hæc esse facta auctore cunctis innotuit. Proh pudor! Iste ne ille, qui Basilisco eadem conanti, facerdotali constantiâ, fulcitâ auctoritate illius, cuius gerebat vices, Romani Pontificis, viriliter obstitit? Quo infelix prorsus diræ ambitionis furijs agitatus? Vnde quàm iustissima ea fuit querela Gelasij aduersus eumdem expostulantis, quòd cùm Basilisco viriliter restitisset, Zenoni in eamdem impietatè prolabenti minimè obstitisset, quin potiùs impulisset.

XXXII. Vidisti fidei naufragium, Ecclesiarum ruinam, cladem infelicium Orthodoxorum, sacrorum canonum abrogationem, sancitam tacitam abdicationem Synodi Chalcedonensis, inuersa iura, euersa Catholica dogmata,

ZENO SIMVLAT DAMNARE EVTYCHIANAM HÆRESIM.

affectos ignominia Patres, irritas traditiones Ecclesiæ, Apostolicam læsam auctoritatem, spretam sedis Pontificiæ maiestatem, pessumdatam funditus Christianam religionem, extirpatamq; penitùs Ecclesiasticam disciplinam, dum laicus homo fidei decreta sanct. Episcopis, & claues potestatis suffurans latro, in non obtemperantes anathema violentus intorquet. Sed considera velatam fraudem. Simulat se Imperator cum Nestorio damnare etiam Eutychetem, quo doceret se non esse hæreticum, qui auctorem hæresis Eutychetem condemnet. At numquid satis ad hæresis proscriptionem vnius potuit esse damnatio, quæ quam plurimos habuisset acerrimos defensores? Cur non cum Eutychete hæresim quoque ipsius & omnes, qui eam secuti essent, vel sequerentur, pariter condemnauit? Et cum scribat Enoticon illud ad Alexandrinos, cur ne verbum quidē habuit de damnatione Dioscori Eutychiani erroris antesignani? Satis igitur, puto intelligis sanctionem pacis & reconciliationis edictū intra se gladios peracutos occuluisse ad necem Orthodoxorum, & propinatum aureum calicē Babylonis intùs continuisse blasphemias.

XXXIII ZENO AVG. PERFIDVS SEMPER.

De Zenone quidem illud dixerim atque firmiter asseuerārim, ex his, quæ præcesserunt Imperium, & quæ posteà sunt subsecuta, satis ostensum fuisse ipsum semper hæreticum, illorumque patrocinium modò palàm, modò clàculo suscepisse: ad breue autem temporis spatium, vt à Basilisci tyrannide sibi Imperium vindicaret, se simulásse Catholicum, atq; tamdiu eam superinductā laruam pietatis præ se tulisse, quoadusq; ipsum cerneret esse firmiter stabilitum; exuisse autem illam postmodum, vbi ex sententia prosperè cuncta se viderit consecutum. Mos hic vetus est hæreticorum, ad tempus simulare se esse Catholicos, & ostentare extrinsecùs pietatem, donec de religione faciens lenocinium, otiatur optatis. At quænam secuta sint, accipe:

XXXIV a Euagr. 3 c. 13. PETRVS MOGVS PUBLICAT ZENONIS ENOTICON.

Petrus Mogus (inquit Euagrius [a]) *epistolam recepit* (ipsum Enoticon scilicēt) *eique subscripsit: pollicetur q; secos, qui partes aduersarias sequebantur admissurum. Posteà ergo cùm celebru cōuentus Alexandriæ ab vniuerso populo ageretur, & ad vnum omnes epistolam Zenonis de concordia admitterent: Petrum quoque eos, qui stabant à Proterio, recipit, & concione apud populum in Ecclesia habitā, epistolam Zenonis de concordia legit.* hæc Euagrius. At quid præter hæc scelestus? Simulac in sede positus est, propanauit sepulchrum Timothei Catholici Episcopi nuper defuncti, eiusque corpus inde dimouens, aliò proiecit potiùs, quàm transtulit, vt ex litteris Felicis Papæ ad Acacium datis suo loco recitandis apparet. hæc quidem Alexandriæ gestæ sunt.

XXXV.

Cùm verò ob tale promulgatum edictum maximus ab Orthodoxis tumultus excitaretur in ipsum Imperatorem, quòd Chalcedonense Cōcilium visus esset ignominiā affecisse, atque tacitè abrogāsse: rursus Proteus Zeno, inquā Nutat formā, inducit se rursus in pietatem, quā contegat latentem intrinsecùs lupum; tali sibi vti arte opus esse cōsiderans, si regnare velit. Quid facit? ne ab Orthodoxis proclamaretur hæreticus, se vindicem demonstrare conatus est eiusdem Concilij Chalcedonensis, cuius causa simulat se Catholico Ioanni Alexandrino infensum esse, quòd in suspicionem (vt calumniabatur) adductus esse videretur, non recipere Chalcedonense Concilium: Nam audi, quid de eo Liberatus Diaconus habet [b]:

b Liberat. Diac. c. 18.

XXXVI PETRVS PROMOVETVR IN SEDEM ALEXANDRINAM.

His (inquit) *itaque gestis, Episcopus quidem Antiochiæ suscepit Synodicam Ioannis Talaiæ Episcopi Alexandrini, quam per Magistrianum miserat cum illo Magistro. Imperator autem putans, quòd Ioannes Episcopus non sanè operaret de Concilio Chalcedonensi, sed omnia simulatè ageret, concilio Acacij scripsit litteras Pergamio Duci, & Apollonio Augustali, vt pelleret quidem Ioannem Talaiam, intronizaret autem Petrum suscipientem Enoticon, & clericos Timothei Catholici, & quam transmisit Synodicam Acacio & Simplicio Romano. Descenderunt ergo Alexandriam Abbas Ammon, & qui cum illo pro Petro deferentes apices Imperiales. Et quidem Petrus intronizatur ab omnibus.* hæc Liberatus. Sic igitur videas, Catholicum esse pulsum eo falso prætextu, quòd non reciperet Concilium Chalcedonense, cuius idem erat validissimus assertor & propugnator: contrà verò, manifestum hæreticum Petrum illius Synodi aduersarium, seu Catholicum esse in sedem euectum.

XXXV. II.

Ita quidem inter eos res videtur fuisse composita, vt quod negaret factis, ore tamē profiteri viderentur Chalcedonense Concilium: quod tantùm ab hæreticis exigere videbatur ipse Imperator, nec non Acacius Constantinopol. Episcopus. Hinc planè accidebat, vt in gratiā hæreticorum Petrus Mogus Concilium illud damnaret; probaret verò, vt ab Orthodoxis benevolentiam eo modo captaret. De quo hæc habet Euagrius [c]: *Iste Petrus homo fraudulentus, versutus, & temporibus inseruiens, minimè in vna persistit sententia: sed modò Concilium Chalcedonense anathemate damnauit, modò palmodiam cecinit, idemq; ipsum Concilium omnibus suffragijs approbauit.* hæc ipse. Intueris lector, ludum hæreticorum aliud re, aliud verbis agentium, nec idem præstare factis, quod verbis; sed per occasiones varias, diuersas ac planè contrarias easque nouas subinducere sibi formas: vt planè ludificatione quadam intuentium oculos perstringere videantur, dum non idem semper, sed diuersè admodùm de religione sentire, & ad horas fermè fidem mutare noscantur. Ita planè eiusmodi ventorum impulsibus hinc inde ferri semper hæresis consuevit, vt quæ nullius pondere veritatis constans firmaque subsistat: licèt ex sua ipsius leuitate iurè argui possit erroris. Qui igitur aduersus Chalcedonense Concilium hactenùs decertauit hæreticus Petrus Mogus, accepto Zenonis Enotico, quo trium tantùm professione Conciliorū tenebatur adstrictus: ad præseferendam tamen speciem aliquam pietatis, quā posset decipere Orthodoxos, impudenter nimis hisce literis ad Acacium scriptis, profitetur se Chalcedonensis Concilij esse constantissimum assertorem. recitat eas Euagrius, quæ sic se habent [d]:

b Euagr. 3 c. 13. XXXV. III. PETRI DITVLA AD ACACIVM.

Summus omnium Deus tuam sanctitatem pro tantis tuis laboribus & vigilijs suscepti compenset: quæ tot annorum temporis curriculo, non modò fidem sanctorum Patrum obseruásti, sed etiam eamdem sine intermissione palàm prædicando confirmásti: Ad quā roborandam, Symbolum à trecentis decem & octo sanctis Patribus Aptè compositum animaduertimus, secundum quod symbolum baptizati credidimus & credimus: quod etiam centum & quinquaginta sancti Patres, qui Constantinopoli in vnum conuenerant, notum fecerunt. Proinde tu assiduè omnibus præ vt dux sanctam Dei Ecclesiam traducis ad concordiam: nobis denique firmissimis rationibus persuades, nihil in sanctissimo & generali Concilio altum cōtra ista Patrum decreta, sed ea, quæ erant olim Nicææ à sanctis Patribus sancita, hoc Concilio consensu omnium confirmata esse. Nos igitur quoniam nihil in fide nouatum inuenimus, nostrā sponte illi consentimus, credimus q;.

XXXIX

Attamen non sumus nescij, monachos quosdam, qui nostra fraterna concordia inuident, tuis pijs auribus quædam inculcasse conuicia, quæ tuam sanctitatem non adeò facilè offendere potuerunt: Primum, quòd reliquias sanctissimi & beatissimi nostri Patris Timothei Archiepiscopi in alterum locum transtulimus: quam rem nec Deo acceptam, nec legibus consentaneam esse prædicant. Deinde ad alterum crimen transiliunt, quod vt commentitium, ita priore multò deterius est. Nam qui fieri potest, vt nos Concilium Chalcedonense anathemate damnemus, cùm idem credendo cōfirmemus? Tua enim pietati minimè obscuram aut incognitam esse arbitror populi, qui apud nos est, æmulationem, monachorum q; leuitatem rebus nouis studentium, qui vnà cum alijs quibusdam sceleratis hominibus ab Ecclesia refugere cogit ārunt, populumq; inde auellere conati sunt.

XL.

Quamobrem vestris precibus adiuti, litteras hasce excogitauimus, quæ huic malo sint remedio, quæque de auctoritate Concilij Chalcedonensis nihil detrahant: pro certo persuasi, nihil in eo vouatum esse. Atque quo tum simplicibus persuaderemus, tum vt illi, qui nobiscum vnà versabantur, pro defensione idem ipsum dicerent, effecimus: in quod quidem negotium cùm assiduè incumberemus, exiguo momento populi animum repressimus. Illud etiam vestra sanctitas intelligat, velim, quòd adhuc etiam monachi non desinunt disseminare & vanias sibi q; quosdam homines, qui numquam vixēre in monasterio, velut instrumenta sibi admiscere, & circumcursando rumores varios contra nos & contra pacem Ecclesiæ Christi disserere: nihil q; nobis permittere, sicut canones & deus

etiam

etiam sanctæ Catholicæ Dei Ecclesiæ postulat, obire: sed efficere, vt noster populus nobis potiùs imperet, quàm pareat: omniaq; moliuntur, quæ Deo indigna sunt & indecora.

XLI. *Spes est igitur, tuam sanctitatem diuinissimo totius Orbis terrarum domino Imperatori de omnibus significaturam, effecturamq; vt decretum ab illius clementia illi tribuatur, quod ea, quæ sunt consentanea Ecclesiasticæ tranquillitati (quæ cùm Deo, tum Imperatori congruens est) præscribat, ad eum sanè finem, vt omnes in illi rebus acquiescant.* hactenùs Petri Mogi ad Acacium litteræ: quibus illud planè fraudulentum detegitur initum esse consilium, atq; ita inter eos ex consensu transactum, vt sic subscribendum daretur Zenonis Enoticon, in quo nulla mentio, nisi cum de decore fieret Concilij Chalcedonensis, quo ex illo possent conciliari hæretici aduersarij Chalcedonensis Concilij: sed tamen ne ex aduerso excludi viderentur Catholici eiusdem Concilij defensores, actũ est inter eos, vt Concilium Chalcedonense haberetur in ore; & tamen ne hæretici indignè ferrent, cùm opus esse viderent, illud ipsum anathemate condemnarent: quod idem Petrus visus est egregiè præstitisse. Testatur enim Liberatus Diaconus[a], non ad Acacium tantùm, sed & ad Simplicium Papam Petrum Mogum dedisse literas, quibus significaret, possessorem se esse Chalcedonæ (sic) Concilij. Vidisti subdolas artes, obtectas fraudes, velata commenta, simulata studia, delibuta melle venena, confictaque omnia opera hæreticorum: quibus intelligas militare eos sub eò duce, qui pater est mendacij appellatus; & aduersùs eum, qui Veritas est, Christum, inire certamen.

XLII. Sed quid actum? Comprehensus est astutus in astutia sua: dum enim eâ visus est arte Petrus ad Catholicos decipiendos & hæresi addicendos, perdidit ex suis quamplurimos, qui seorsum ab ipso sine capite conuenèrent; de quibus scribit ista Leontius[b]: *Vnione factâ, Petrus apud Alexandrinos in honore præcipuo erat, probatoq; vnionis illo scripto, in solo ponitur* Alexandrino, *nec iam amplius inocculto, sed palàm erat Episcopus. Quidam tamen nimio contra Synodum Chalcedonensem odio impulsi, secessionem à Petro faciunt, nec cum illo communicabant ob eam causam, quòd vnionis scripto probato, Synodum anathemate manifesto non fuisset execratus. Atque hi vocantur Acephali, capite carentes, quod Patriarchæ suum minimè secuti, seorsum communicarent. Hinc Petrus, qui populum multipliciter scindi videret, tandem Synodum Chalcedonensem palàm anathematizare cœpit: quò fiebat, vt pariter & vnionis scriptum reciperet, & palàm anathemati Synodum subiiceret. Verùm nec sic quidem Acephali cum eo communicabant, quòd ab initio scriptum vnionis approbâsset, non anathematizata Synodo.* hæc Leontius.

XLIII. Ex his omnibus satis planè persuasùm intelligi, quàm inconsultè Christiani Principes, quauis ratione, nisi abdicatâ penitùs hæresi, tranigant cum hæreticis: & quã procul abhorreas à veritate & simplicitate Catholica, vt religio se velamentis obtegi atque tradui mendacijs & fictionibus patiatur, cùm lucis amatore gaudeat: contra verò hæreses vsq; ad nouum more latibula quærant, ac lucem fugiant. Quæ autem post fuerint consecuta, dicemus ordine temporis anno sequenti: iam verò, quæ sunt anni huius Simplicij res gestæ, videamus.

XLIV. Hoc eodem anno, decimo Kal. Iulias, Simplicius scripta epistolâ[c] ad Ioannem Rauennatem Antistitem, acti cum reprehensione perstringit de adhibita vi Gregorio, cùm promouit ad presbyteratum, non vt honoraret, sed vt inuidiâ è loco pristino dimoueret: Huic verò idem Simplicius gubernandam tradidit Mutinensem Ecclesiã, ne quid Ioannes eidem in posterum negotij importunè faceſſeret: sed & eidem Gregorio triginta solidiorum teddituum possessionem ad Rauennatem pertinentem Ecclesiam, dum viueret, impertiri iussit. Ex qua quidem epistola, non aliunde, quã ab Apostolica sede manã se priuilegia Rauennatis Ecclesiæ, æquè possumus intelligere, dum si illis abutatur, ablaturum se in ea fore minatur. At quænam illa essent, æquè demonstrat, nimirùm vt præsesset Episcopus prouinciæ Æmiliensis. Increpans igitur hæc ait: *Priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* & in fine: *Denunciamus, si posthac quicquam tale præsumpseris & aliquem seu Episcopum, seu presbyterum, seu diaconum inuitum facere forte credideris, ordinationes tibi Rauennatis Ecclesiæ vel Æmiliensis nouerit auferendas.* Sed pluribus dictum est superiùs, stropham & commentum esse, quod asseritur, per Valentinianum Imperatorem aucta esse iura & diœcesim Rauennatis Ecclesiæ.

XLV. ZENO EPISCOPUS HISPALENSIS VICARIUS APOSTOLICÆ SEDIS.

Reperitur idem Simplicius Papa scripta epistolâ ad Zenonem Hispalensem Episcopum, suarum illi vices in omnibus Hispaniarum Ecclesijs delegâsse: sed quòd careat illa Consulibus, nec ob id certo anno reddi potuerit, hîc ad finem rerum Simplicij ipsius meminisse voluimus; quã quidem peruigil ipsius Papæ Simplicij studium ostenditur, dum videlicet sub gladio Erulorum existens, non prætermitteret solicitudinem externarum, quæ essent longè positæ, Ecclesiarum sub Gothica seruitute gementium. Ipsa autem perbreuis epistola sic se habet[d]:

d Simplic. epist.

Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius.

XLVI. *Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam feruore Spiritus sancti ita se Ecclesijs gubernaturam existere, vt naufragij detrimenta, Deo cultore, non sentiat, Talibus ideò te gloriantes studijs, congruam diuinæ vineæ sedulo nostræ rate auctoritate fulcire, cuius vigore munitus, Apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendi permittas: quoniam digna bonoris remuneratione cumulandus es, per quem in his regionibus diuina creſcere inuenerit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.* hæc Simplicius more maiorum vbique per vicarios Catholicæ Ecclesiæ præsidens: nam vidimus eiusdem testificatione, in Orientalibus moderandis Ecclesijs Acacio Constantinopolitano Episcopo suas vices delegâsse; quod & in alijs regionibus esse factum facilè possumus intelligere, licèt quæ ex multis perpaucæ remanserunt Simplicij Papæ litteræ, tantum modò ista nos doceant.

XLVII. Hoc eodem anno, sub Consulatu Seuerini, decimo octauo Kal. Decembr. habita est Synodus Turonensis, cui præfuit S. Perpetuus eius sedis tertius Episcopus à S. Martino, sextus[e] numeratus Turonensium Episcoporum: eidemq; Synodo interfuerunt aliquot ex Episcopis, quos diximus conuenisse ad Concilium Andegauense sub Talassio eius Ecclesiæ Episcopo, qui etiam ille creditur, qui huic Concilio Turonensi absens subscripsit. Cur autem non potuerimus ipsum sub Consulatu illo Seuerini, qui habet collegam Dagalaiphũ, anno videlicet Christi 461. vt propositum fuerat, cùm de Concilio Andegauensi sermonem habuimus anno 453. quæ primùm dicentur de festo die, ad quem vocati sunt Episcopi, atque de sancto perpetuo Turonensi Episcopo, facient manifestum. Sanciti in eo reperiuntur canones tredecim spectantes ad Ecclesiasticam disciplinam. Quod autem hoc Concilium celebratum dicatur Turoni dictâ die, cùm (vt tibi narratur) ad sacratissimam festiuitatem Receptionis S. Martini Episcopi conuenissent quænam hæc solemnitas fuerit, diximus in Notis ad Rorarium Martyrologium[f]. Sed mirum quidem, quòd Gregorius eiusdem Turonensis Ecclesiæ Episcopus, cùm dies festos recensèret, qui hoc tempore in ea Ecclesia agerẽtur, nullam de Receptione habeat mentionẽ; ait enim[g]: *Solemnitas huius basilicæ triplici virtute polleat, id est, Dedicatione Templi, Translatione corporis Sancti, Ordinatione eius Episcopatus: hanc enim quarto Nonas Iulias obseruabis: Depositionem verò eius tertio Idus Nouembris esse cognosces.* hæc ibi.

e Greg. Turon. lib. 10. c. 31.

f Die 11. Nouembr.

g Greg. Tur. lib. 2. c. 14.

XLVIII. Porrò diem Ordinationis simul agi cum die Translationis, docet idem Gregorius in libro,[h] quem scripsit de Miraculis S. Martini. Cæterùm Receptionem S. Martini eandem esse cum Translatione putamus; cùm videlicet è pristino loco perangusto in ampliorem basilicam eius venerandum corpus receptum est: ad quam solemnitatem junctati sunt Episcopi, qui huic Synodo interfuerunt: hoc namque tempore ipsam fuisse absolutam basilicam, Sidonius, qui de ea carmen scripsit, satis admonet: cùm tamen ex supputatione annorum Turonensium Episcoporum post sanctum Martinum à Gregorio facta, hîc essent numeranda primordia eiusdem Perpetui Episcopatûs: sed Acta Concilij repugnãt, quod hoc anno ponitur celebra-

h Greg. Tur. lib. Mirac. S. Mart. c. 16 TRANSLATIO SIVE RECEPTIO S. MARTINI

cum post absolutam basilicam à Perpetuo erectam, de qua Gregorius ista habet[a]:

a Greg. Tur. lib. 2. c. 14.

XLIX. BASILICA S. MARTINI A S. PERPETVO ERRECTA.

Cùm virtutes assiduas ad sepulchrum eius fieri cerneret: cellulam, quæ super eum fabricata fuerat, videns paruulam, indignam talibus miraculis iudicauit. quâ submotâ, magnam ibi basilicam, quæ vsque hodie permanet, fabricauit, quæ abest * *à ciuitate passus quingentos quinquaginta: habet in longum pedes centum sexaginta, in latum sexaginta: habet in altum vsque ad cameram pedes quadraginta, quinque fenestras in altario, viginti duas in capso: viginti columnas* * *..... quadraginta vnas: in toto ædificio fenestras quinquaginta duas, columnas centum viginti, ostia octo, tria in altario, quinq; in capso.* erat quod nominat Capsum, ea basilicæ pars amplior, quam alio nomine Gremium dictam inuenies, incipiens à cancellis primarij altaris (quod Sanctuarium dici consueuit) vsq; ad ianuas, quibus Fideles ingrediuntur in Ecclesiam; dictum Capsum à κάπτω, cuius est diminutiuum κάψιον, de quibus vocibus Suidam consule. Hæc de basilica, in quam receptum est corpus S. Martini: è priori enim cellula fuisse sublatum, quæ de ea idem auctor subdit his verbis demonstrant; nullò pòst, cùm ait: *Et quoniam cameræ cellula illius prioris eleganti opere fuerat fabricata: indignum duxit sacerdos, vt eius opera deperirent, sed in honorem beatorum Petri & Pauli illam construxit basilicam, in qua cameram illam affixit, & multas alias basilicas ædificauit, quæ vsque hodie in Christi nomine constant.* hæc Gregorius de Perpetuo, quem ex nobilissimo Senatore atque ditissimo ad eius Ecclesiæ regimen post Eustochium ipsius propinquum vocatum fuisse, alibi tradit[b], vbi & de facta in nouam basilicam translatione meminit.

b Greg. Tur. lib. 10. c. 31.

L.

Optauit in eadem basilica idem Perpetuus carmen inscribi; quod vt à Sidonio Apollinari fieret, rogauit: præstitit idipse lubenti animo; quod in epistola ad Lucentium scripta descriptum extat, vbi hæc præmisit de templo ab eo constructo[c]: *Basilicam sancti Pontificis confessorisq; Martini Perpetuus Episcopus, dignissimus tanto prædecessore successor, multum priori, quæ fuit hactenùs, capaciorem, nouauit. Magnum est (vt ferunt) opus nominandum, quod in honorem tali viri facta tanto vir fecisse debuerit. Huius me parietibus inscribere supradictus sacerdos hoc epigramma compellit, quod recensebis, vt est in his quacunque deposcit priuilegio charitatis imperiosissimus. Atq; vtinam molis illius pomparn, siue donaria nihil huius obsequij curpet oblatio. Quod secùs, soreplurimùm timeo; nisi forsitan interea omnia venusta sic epigrammatis istius fœditas placeat, vt niger naeus candido in corpore, qui quidem solet sic facere risum, quod accipere suffragium. Sed quid hinc amplius? pone fistulas ipse pastorias, & elegia nostra, quia pede claudicat, manum porrige.*

c Sidon. lib. 4. epist. 18.

DE CARMINE SIDONII INDITO BASILICÆ

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo post vitæ tempora viuit honor,
Texerat hic primùm plebeio machina cultu,
Quæ confessori non erat æqua suo:
Nec desistebat ciues honorare pudore
Gloria magna viri, gratia cruda loci.
Antistes sed qui numeratur sextus ab ipso,
Longam Perpetuus sustulit inuidiam,
Iuxta num renouens modici penetrale sacelli,
Amplaq; tecta leuans interiore domo.
Creuerunt q; simul, valido tribuente patrono,
In spatijs ædes, conditor in meritis,
Quæ Salamoniaco potis est consistere templo,
Septima quæ mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis auro, argento si splenduit illud,
Istud transcenditur cuncta metalla fide.
Liuor abi mordax, absoluantur q; priores:
Nil monet, aut addat garrulæ posteritas.
Dum q; venit Christus populos qui suscitet omnes,
Perpetuò durent culmina Perpetui.

hactenùs inscriptio de noua basilica à sancto Perpetuo erecta. ad eundem etiam extat eiusdem Sidonij epistola[d], cùm ipsi peteti concionem habitam in electione Episcopi Bituricensis misit.

d Sidon. li. 7. epist. 9.

LI.

Huic simile idem decinit carmen, sed alio metro, de basilica Lugdunensi à S. Patiente eius ciuitatis Antistite excitata, quod extat. Ad cuius Ecclesiæ dedicationem cùm ex more complures ejusdem prouinciæ Episcopi conuenissent, Faustus Episcopus Regiensis habuit concionem, cuius auditor idem Sidonius fuit eximius laudator[e]. Est quidem admiratione dignum, his temporibus, cùm sub barbarorum gladio Galliæ laborarent, sanctos Episcopos in ædificatione basilicarum plurimos fuisse, perinde atq; summo degerent in otio & libertate. Inuigilasseque eosdem in instauranda Ecclesiastica disciplina, certum est. Nam vt non recedamus à S. Perpetuo, de quo agi cœpit occasione Turonensis Concilij, quod (vt vidimus) congregâtunt hoc anno; vide, quibus ille suam Ecclesiam excoluit sacris institutis: quæ verbis istis recitat Gregorius Turonensis[f]:

e Sidon. lib. 4. epist. 4.

f Greg. Tur. hist. Franc. lib. 10. c. 31.

LII. INSTITVTA S. PERPETVO POPVLO PRÆSCRIPTA.

Hic instituit ieiunia vigiliasq; qualiter per circulum anni obseruarentur, quod hodie quoque apud nos retinetur scriptum, quorum ordo hic est:

De ieiunijs.

Post Quinquagesimam, nempè Pentecosten, *quartâ & sextâ feriâ vsque ad natalem S. Ioannis.*

De Kalendis Septembris vsque ad Kalendas Octobris, bina in septimana ieiunia.

De Kalendis Octobris vsque ad depositionem domni Martini, bina in septimana ieiunia.

A depositione dñi nri Martini vsq; ad Natalem Domini, terna in septimana ieiunia.

De natali S. Hilarij vsq; ad medium Februarium, bina in septimana ieiunia. hæc de ieiunijs S. Perpetuus instituit, præter illa, quæ vniuersalis Ecclesiæ auctoritate ab omnibus & vbique custodiuntur, vt Quadragesimæ ieiunia & alia. Subdit hæc insuper de vigilijs ab eodem S. Perpetuo indictis, designatis pariter locis, in quibus eadem agi deberent, videlicet:

VIGILIÆ A S. PERPETVO TVRON. POPVLO PRÆSCRIPTÆ.

Natali Domini in Ecclesia primaria scilicet:
Epiphania in Ecclesia.
Natali sancti Ioannis ad basilicam S. Martini.
Natali sancti Petri Episcopatûs (quê dicimus Cathedram) *ad ipsius basilicam.*
Sexto Kalendas Aprilis in Resurrectione Domini nostri ad basilicam domni Martini.
Paschæ in Ecclesia. moris namque fuisse videtur eius Ecclesiæ, vt præter mobile Pascha, diem celebraret, quâ crederetur Dominus surrexisse.
Die Ascensionis in basilica S. Martini.
Die Quinquagesimæ, nempe Pentecostes, *in Ecclesia.*
Passione sancti Ioannis ad basilicam in Baptisterio.
Natali sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ad ipsorum basilicam.
Natali S. Martini ad eius basilicam.
Natali S. Symphoriani ad basilicam domni Martini.
Natali S. Lidorij ad eius basilicam.
Natali S. Hilarij ad domni Martini basilicam.

hactenùs de vigilijs atque ieiunijs: quibus commendetur eius populi in Christianæ religionis cultu laudabilis obseruantia, redarguatur, simul excitantia fide tepescentium Christianorum: pariterque ad viæ consuetudinis custoditus vsus ad posteros transmissus intelligatur, quo (vt suo loco ex Tertulliano diximus) solerent Episcopi subditis sibi Fidelibus indicere ieiunia atq; vigilias. Subdit his Gregorius de alijs ab eodem Perpetuo erectis Ecclesijs. Porrò ipsius natalis dies anniuersaria celebratione non in Ecclesia tantùm Turonensi, sed in Orbe Occidentali recurrit sexto Idûs Aprilis.

LIII. DE TEMPORE OBITVS S. SEVERINI NORICORVM APOSTOLI.

Hoc eodem anno ex hac vita migrare contigit clarissimum illum à Deo missum ad Noricos & alias finitimas nationes Apostolum S. Seuerinum, de quo plura superiùs pro ratione temporis dicta sunt. Licèt autè Eugipius Abbas eius discipulus, qui res ab eo gestas quàm fidelissimè posteris tradidit, quo potissimùm anno Domini, quibusve Coss. sulibus ipse decesserit, expressè non dicat: satis tamen ex ipsius scriptis veritas temporis consignari posse videtur. Dum enim post victos Rugos, victos ductos eorum Regem atq; Reginam in Italiam ab Odoacre Rege testatur, additò; iterum aduersus Fridericum Regis filium ab eodem Odoacre Rege suum missum esse germanum, qui illo fugato transtulit gentem illam in Italiæ Regiones,

giones, quando & sacræ eiusdem Sancti reliquiæ pariter per eius discipulos translatæ fuêre (quod factum esse patebit anno Domini quadringentesimo octogesimo octauo) cumque idem auctor dicat annos sex manisse ante translationem in sepultura eiusdem Sancti venerandum cadauer: iam certâ numeri deductâ notâ, affirmare opus est, ipsum hoc anno esse defunctum.

LIV. Quænam autem præcesserint eius obitum, præstat hic ex eodem fidelissimo scriptore narrare: atq; primùm quæ inter ipsum & Alemannorum Regê tractata sunt, in medium afferemus, ait enim Eugipius [a]: *Batauis appellatur oppidum inter vtrag; flumina, Rhenum videlicet atq; Danubium, cõstitutum, vbi beatus Severinus cellulam paucis monachis solitò morè fundauerat, eò quòd ipse sæpius illuc rogatus à ciuibus aduenisset, maximè propter Alemannorum incursus assiduos, quorum Rex Gibuldus summâ cum reuerentia diligebat: qui etiam quodam tẽpore ad eum videndum desideranter occurrit. Cui sanctus obuiam, nec aduentu suo eam ciuitatem prægrauaret, egressus est, tantaque constantiâ Regem allocutus est, vt ille tremore coram eo vehementius cœperit, secedensq; suis exercitibus indicârit, nunquam se nec in re bellica, nec aliqua formidine tanto fuisse tremore concussum.*

[a] Eugip. Vit. S. Severini, c. 19

LVI. *Cumq; Dei famulo daret opinionem imperandi, quæ vellet: regauit doctor præsimus, vt sibi potiùs præstitum rectum suam à Romana vastatione cohiberet; & captiuos quos tenuerat, gratanter absolueret. Tunc Rex constituit, vt ex suis aliquem dirigeret ad id opus maturius exequendum. Statimq; missus Amantius diaconus, è vestigio Regem subsequitur, eiusq; pro foribus excubando aduentum multis diebus non potuit nunciari. Cuipro re, quâ directus fuerat, non peractâ, tristissimo reuertenti, apparuit quidam effigiem sancti præseferens Seuerini: quo eum minaci compellatione perterritum sequi se iussit. Cumq; pauens & concitus sequeretur, peruenit ad ianuam Regis: statimq; dux ille pranius ex oculis mirantis euanuit.*

LV. GIBVLDVS REX ALEMANNORVM CVLTOR SANCTORVM. *Verùm Regi internuncius diaconum, vnde esset, vel quid expectaret, interrogat. Ille rem breuiter insinuans, oblatis Regi, percepto q; remeauit epistolis. Dimissus igitur, reuexit fere septuaginta captiuos; insuper promissionis Regis gratiam deferens, quâ se spopondit, cùm diligenter eam prouinciam peragrâsset, remissurum. Quantas in eadem repertus fuisset numerus captiuorum. Pro qua re sanctus Lucillus presbyter postmodum destinatus magnam miserorum copiam ex captiuitate reuocauit.* hæc Eugipius de rebus S. Seuerini cum Alemannis: qui posteà iterum Romanos bello lacessentes, ab ijsdem licèt longè dispari militum numero, orante pro eis eodem Seuerino, quomodo victi sint, idem auctor pluribus narrat; quæ nos breuitati consulentes, sicut alia plurima, prætermittimus, ad eius obitum recensendum festinantes.

LVII. Sed remoranturadhuc nos, quæ his similia de eodem Alemannorum Rege leguntur in rebus gestis omni fide conscriptis S. Lupi Trecensis Episcopi, ad quarum finem ista leguntur [b]: *Omnes quidem Gentium Reges ei præstabant reuerentiam, sed specialiùs tamen à Rege Gebaldo* (ita enim ibi legitur pro Gibuldo) *eximia ei fuit exhibita obedientia: Namque Brionenses, quos olim captiuos abduxerat Alemannorum immanitas, literis à beato viro acceptis, non illectus cupiditate, non præda hominum captus, non auri pondere nec pretio victus, sed regiâ dignitate sublimis liberati restituit, hostili seruitute absolutos, & nimia iam dominationis acerbitate pressos, tanquam deuotus Reipublicæ minister, in cum statum, quem legibus omnes amiserant, reuocauit pristinâ dignitate donatos.* hæc ibi. At de Alemannorum Rege satis.

[b] Apud Sur. tom. 4 die 29. Iul.

LVIII. Verùm ad Seuerinum reuocetur oratio: de cuius obitu, qui hoc anno contigit, antequàm Eugipius agat [c], quæ idem Regem Rugorum & Reginam admonuit, præmittit his verbis: *Post multos agones & diuturna certamina cùm ipsi dem beatus Seuerinus de hoc sæculo transiturum, Domino reuelante, sensisset, memoratum Rugorum Regem Feletham cum vxore eius crudelissima nomine Gisa ad se venire commouit: quem cum salutabilissima nomine Gisa ad se venire commouit: quem cum salutabilissima admonitione exhortatus esset assatibus, vt ita cum sibi subiectus ageret, quo ei iugiter cogitaret profectu regni sui rationem Domino redditurus, aliaq; verbis intrepidè monuisset; protentâ manu Regi pectus ostendens Reginam his interrogationibus arguebat: Hanc (inquit) animam, Gisa, an aurum, argentumq; plus diligis? Cumq; illa maritum se diceret cunctis opibus anteferre: vir Dei sapienter adiecit: Ergo (inquit) desine innocentes opprimere, ne illorum afflictio vestram magis dissipet potestatem: etenim manus tua diuinum regiam tu sæpè conuellis. At illa: Cur (inquit) nos sic accipis, serue Dei? Cui ipse: Contestor (ait) vos ego humillimus tam profectum ad Dominum, vt ab iniquis actibus temperantes pos insistatis operibus. Hucusque regnum vestrum auctore Domino prosperatum est: iam ex hoc vos videritis. His monita Rex cum coniuge sufficienter instructi, vale dicentes ci. profecti sunt.* Ita quidem Seuerinus, instar Hieremiæ [d], ad quem Dominus: *Constitui te super Reges & Principes*, barbatos Reges sæpè increpando perterruit, cui ęgicq; iussa capescere, à quibus resilientes mox diuina consecuta est vindicta: nam (vt de alijs taceamus) isti ipsi cùm sancti senis pijs monitis non paruissent, post annos quinque vincti captiuique ducti sunt in Italiam, ab Odoacre Rege, vt infrà suo loco pluribus dicetur. Sed pergit Eugipius de obitu dicere:

[c] Eugip. vit. S. Severini, c. 40 QVÆ S. SEVERIN. AD RVGORVM REGEM ET REGINAM.

[d] Hier. 1.

LIX. VATICINATIO S. SEVERINI DE EVTVBATRANSMIGRATIONE. [e] Exod. 1. *Tunc Sanctus non desinebat de suæ migrationis vicinia suos alloqui dulcedine charitatis, quod quidem facere nec ante cessauerat. Scitote (inquit) fratres, sicut filios Israël constat eruptos esse de terra Ægypti, ita cunctos populos terræ huius oportet ab iniusta barbarorum dominatione liberari. Etenim omnes cum suis facultatibus de his oppidis exeuntes, ad Romanam prouinciam absque vlla sui captiuitate peruenient. Sed memento te præcepisse auêli Ioseph [e] Patriarchæ, cuius ego indignus & infirmus vos attestatione commeno. Visitatione visitabit vos Dominus, tollite ossa mea hinc vobiscum: quod non mihi, sed vobis est profuturum. Hæc quippe loquente, sequentia cultoribus in tam vastissimam solitudinem redigentur, vt hostes astimantes auri se quippiam reperturos, etiam mortuorum sepulturas effodiant. Cuius vaticinij veritatem cuentus rerum præsentium comprobauit.* Lenari verò suum corpusculum Pater sanctissimus pietatis prouidus argumento præcepit, vt dum generalis populi transmigratio proueniet, secum indiuisa fratrum, quos acquisierat, congregatio proficiscens obtentu memoriæ eius in vno societatis sanctæ vinculo permaneret. Diem etiam, quo transiturus esset idem beatus Seuerinus è corpore antedixos, seu complusis annos hac significatione monstrauit.*

LX. QVID IN FRATREM REGIS SEVERINVS. *Præterea Ericus à fratre suo Rugorum Rege Feba ex pauperie, qua super ripam Danubij remanserant, oppidi vnum acceperat à Eatianis, iuxta quod S. Seuerinus (vt retuli) commanebat. Ad quê cùm idem Fridericus ex more salutaturus accederet, cupit ei Christi miles iter suum eminus indicare, sub contestatione hæc proloquens: Noueris me (inquit) quantocyùs ad Dominum profecturum: & idcirco monitus præcurro, ne me discedente, aliquid horum, quæ mihi commissa sunt, attaminare pertentes, & substantiam pauperum captiuorumq; contingas, indignationem Dei (quod absit) tali temeritate sensurus. Sed Fridericus inspera y commonitione perculsus: Cur, inquit, hæc contestatione confundimur, cùm nos optimum tantis orbari præsidijs & sancta largitioni tua, quæ omnibus nota est, conferre aliquid deceat, non auferre, quatenus soliciè, sicut & pater noster Eleutherius, tuâ mereat oratione munirj, qui experimento didicit sanctitatis tuæ meritis se fuisse semper adiutum. Et ille: Qualibet (inquit) occasione cellulam meam voluerit ladere, & hic statim probabis, & in futuro solues, quam non opto, vindictam. Tunc Fridericus promittens Christi famuli monita se seruaturum, remeauit ad propria.*

LXI. *Doctor verò dulcissimus nos essabat suos alloqui per monita discipulos, dicens: Confido de gratia Domini mei Iesu Christi, quia vobis in opere suo duraturis, & mea memoria placata societate cõiunctis, æternæ vitæ bona tribuet, nec præsentium solatia denegabit. Nonis itaq; Ianuarij cœpit tenuiter lateris dolore pulsari, quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adesse præcepit: quos de corpore suo commonens & paterna informatione corroborans, instanter ac mirabiliter talia prosecutus narrabat: Filij in Christo carissimi, &c.*

LXII. OBITVS S. SEVERINI *Post huiusmodi igitur adificationis alloquium cunctos per ordinem ad osculum suum insit accedere, & sacramento communionis accepto, fleri se penitus prohibet; totumq; corpus signo Crucis tenta manu confignans, vt psallerent, imperauit. Quibus matutinis sussionibus cunctis antibus, ipse Psalmum protulit ad canendum: Laudate Dominum in sanctis eius & dicto. Omnis spiritus laudet Dominum: sexto Idus Ianuarias die in hoc versiculo, nostris vix respondentibus, quieuit in Domino. Quo sepulto, credentes omnimodo seniores nostri quæ de transmigratione prædixerat, sicut & multa alia præterire non posse: locellum ligneum parauerunt, vt*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cùm prænunciata populi transmigratio prouenisset, prædictoris imperata complerent.

LXIII. BARBARICA TIMERITAS ADIO PVNITA.

Fridericus verò beati Seuerini morte compertâ, pauper & impius barbarâ cupiditate semper immanior, vestes pauperibus deputatas & alia nonnulla credidit auferenda. Cui scelerum sacrilegium copulans, calicem argenteum cateraq; altaris ministeria præcepit auferri: quæ cùm imposita essent sacris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus manus suas extendere; quendam militem Austrianum nomine compulit diripere memorata; qui quamuis inuitus præcepta perficiens, mox tamen incessabiliter vexatus omnium tremore membrorum damonio quoq; corripitur. Is ergo velociter consilio meliore correxit errata: susceptoq; nam̃q; professionis sanctæ proposito, in insula solitudine armis cœlestibus mancipatum militiæ commutauit officium. Fridericus autem immemor contestationis & præsagij sancti viri, abrasis omnibus monasterij rebus, parietes tantùm, quos Danubio non potuit transferre, dimisit: sed mox in eum vltio denunciata peruenit. Nam intra mensis spatium à Friderico fratris filio interfectus, prædam pariter amisit & vitam. hic finis viri sacrilegi: reliqua autem, quæ ad S. Seuerini translationem pertinent, dicturi sumus suo loco inferiùs. Sed redarguendus hîc ille, qui penes plures error inualuit, dum eum appellant Episcopum Noricorum, quem numquam voluisse Episcopatu initiari, Eugipius eius discipulus disertis verbis affirmat.

LXIV. IVSTA AVCTORIS IN HÆRETICOS COMPELLATIO.

Ad hoc ipsum (clamare liceat) viuum semperque manens omnium virtutũ dignissimum exemplar digito Dei inscriptum (quot enim miracula per ipsum Deus edidit, tot quisque verè dixerit esse notas amplissimas diuinę manûs operâ exaratas) ad hoc ipsum, inquam, prototypum prouoco filios desertores, quo sentiant quantum abhorreãt à pura illa religione, fideq; Catholica, quam acceperunt maiores ipsorũ à viro sanctissimo; qui iure licèt Noricorum Apostolus nominetur, tamen non solùm Noricis, sed & Batauis, Vindelicis, Rugis, & alijs Euangelium prædicauit. Sequẽtibus Apostolicis signis: vt planè nihil minus in his habuisse visus sit à cæteris Apostolis. Quo cũ eædem nationes tanto glorientur institutore, quid est, quòd quamplurimi ex ipsis, posthabitâ rectâ veráq; miraculis etiam ostensâ doctrinâ, conuersũ sunt ad recentiorũ fabulas hæreticorum? *Currebatis benè*: (sic liceat Apostoli[a] eos verbis à fide refugas compellare) *Quis vos impedijt veritati non obedire? Persuasio hæc non est ex eo, qui vocauit vos.* cuius rerum præclarè gestarum auctorem habetis adeò probatum, vtpotè qui scripsit ea, quæ vidit, & tantâ quidem fide, vt non audeant eum vestri eijcere, imò laudent, celebrent, atq; commendent[b]. Hæc autem obiter aduersus apostatas à Catholica religione dicta sunto: cũ tamen sciamus ijsdem in locis adhuc superesse, qui eadem, quæ Seuerinus, retinent, defendant̃que Catholicæ dogmata, & eius virtutes asserentes, proximè imitatores accedant.

[a] Gal. 5.

[b] Valent. Annal. Boior. lib. 2.

IESV CHRISTI

Annus 483.

SIMPLICII PAP. Annus 16. ZENONIS IMP. 10. ODOACR. REG. 8.

I. QVATRINGENTESIMO octogesimotertio Christi anno Anicius Faustus Consul creatus est: quo Ioannes Episcopus Alexandrinus Catholicus, expulsus Zenonis iussu anno superiori, Antiochiâ primùm ad Calendionem Episcopum, inde verò Romam se contulit ad Simplicium Romanum Pontificem, quem vt legitimum Iudicem appellãrat. Agit de his Liberatus Diaconus verbis istis[c]: *Ioannes autem Talaida eiectus de sede Alexandrina propter Petrum Mogum, profectus est Antiochiam, vt videret illum Exconsulẽ Magistrum Officiorum: cui cùm narrãsset, quæ sibi euenerant, eius consilio ingressus est ad Calendionem Antiochenum Patriarcham; & sumptis ab eo intercessionis Synodicis literis, Romanum Pontificem Simplicium appellauit, sicut & beatus Ficoræ Athanasius: & suasit scribere pro se Acacio Constantinopolitano Episcopo. Et quidem ad hoc Simplicius præparatissimi & voluntatis fuit. Acacium verò susceptis epistolis, simpliciter scripsit ei, quia Ioannem quidem ignoraret Episcopum, Petrum verò Mogum suscepisset in communionem in Zenonis Principis Vnitiuo; & quòd citra eius gessisset sententiam propter vnitatem Ecclesiarum, Principis instione.*

[c] Liberat. Diacon. in Breu. c. 18. IOANNES EPISC. ALEXAND. APPELLAT ROM. PONTIC.

II. SIMPLICIVS RVRSVM REDARGVIT ACACIVM.

Simplicius suscipiens huiusmodi literas contristabatur aduersus Acacium, eiq; scripsit, quòd non benè fecerit contra sententiam Apostolicæ sedis ad communionem hominum suscipiens: Oportebat enim communi decreto damnatum tanquam adulterum, communi Concilio damnatione liberari. Ad hæc autem, quia non sufficeret Petro cõfiteri communicatorem se esse Ecclesiæ Catholicæ secundum edictum, sed oporteret eum secundum terminum Chalcedonensis Concilij, & secundum epistolam Papæ Leonis amplecti communionem: vnum enim de duobus agere deberet, aut suadere Petro purè suscipere terminum Synodi, aut remouere se ab eius communione. Sed cùm ad Acacium hæc scripta venissent, & deliberaret, quid eum oporteret scribere, Papa Simplicius defunctus est. hæc Liberatus desiderantur eiusmodi nouissimæ Simplicij ad Acacium literæ; sed quàm acres fuerint, ex alijs ab ipso ad eundem anno superiori simili argumento cõscriptis possumus intelligere. Porrò qui Romanum Pontificem appellauit Ioãnes Alexandrinus Episcopus, appellationem ipse prosecuturus, Romam se contulit: Verùm cùm venit, Simplicium Papam defunctum inueniens, libellum obtulit eius successori Felici: quod quidem ex ipsius Felicis Papæ literis constat.

III.

Quod verò ait superiùs Liberatus in literis Acacij ad Simplicium Papam redditis in causa Ioannis, contrarium planè esse videtur ijs, quæ inferiùs idem auctor habet his verbis: *Dum per quinque annos sapius fuisset admonitus Acacius, de statu Alexandrinæ Ecclesiæ sanctæ, Papæ solicitudinem releuaret, nihil vnquam respondere dignatus est.* Fuit eadem de Acacio querela Simplicij Papæ successorum, quòd alto silentio rem tantam præterijsset, sinens hæreticos in Ecclesias debacchari.

IV. SIMPLICIVS IN OBIIT.

Obitus autem Simplicij, de quo facta est mentio, principio mensis Martij contigit (vt habet Anastasius de Romanis Pontificibus) cùm sedisset annos quindecim, menses quinque, & dies decem: de quo præter eas, quæ superiùs sunt enarratæ dignæ sanctissimo Præsule res gestæ, hæc in eodem libro leguntur: *Hic dedicauit basilicam S. Stephani in Cælio monte in vrbe Roma, & basilicam beati Apostoli Andreæ iuxta basilicam S. Mariæ, & aliam basilicam S. Stephani iuxta basilicam S. Laurentij, & aliam basilicam intra vrbem Romam iuxta Palatium Licinianum beato martyri Bibianæ, vbi corpus eius requiescit.*

RES GESTA PER SIMPLICIVM PAM.

V.

Quod verò ad basilicam S. Andreæ in Esquilino monte erectam pertinet: cùm illa penitùs diruta perierit, quod vnicum extat de ea monumentum à Platina conseruatum hîc memoriæ causa erigam; ait enim: *Hoc autem in templo hæc carmina legisse me memini mea fuo opere descripta:*

Hæc tibi mens vultûde decreuit prædita Christe,
Cui testator opes detulit ille suas:
Simplicioq; Papa sacris cœlestibus aptans
Effecit verè munera esse tui.
Ne quod Apostolici decessent limina nobis,
Martyris Andreæ nomine composuit.
Vtitur hac hæres titulis Ecclesia iustis,
Succedensq; domo mystica iura locat.
Plebs deuota veni, perq; hæc commercia disce
Terreno fasu regna superna peti.

In antiquarum Inscriptionum volumine de eodem Simplicio, quod fecerit in Paradiso (erat locus amœnus iuxta basilicam S. Petri ita dictus) ædificium, est eiusmodi antiqua descriptio, hoc titulo[d], *In Paradiso.*

[d] Antiq. inscript. in Append. pag. 114. num. 1.

Cum subitis peragi fallax clementia veris
Et sacer addendo festa vetaret aquis
Simplicius præsul sacraria celsa petentem
Vorticibus iunctis texit ab imbre diem.

Ibidem sub hoc titulo[e]: *Super limina introitus Ecclesiæ.*

[e] Antiq. inscript. in Append. pag. 115. num. 3. *habeat

Qui regni claues, & curam tradit ouilis
Qui cœli terraq; Petro commisit auenas*
Vt reseret clausis vt solnat vincla ligatis
Simplicio nunc ipse dedit sacra iura tenere
Præsule quę cultus veneranda creseret aulæ.

hactenùs vetus inscriptio. subdit verò Anastasius: *Hic constituit ad S. Petrum Apostolum, & ad S. Paulum Apostolum, & ad S. Laurentium martyres hebdomadas, vt presbyteri manerent ibi propter pœnitentes & baptismum, Regionem tertiam ad S. Laurentium, Regionem primam ad S. Paulum, Regionem sextam & septimam ad S. Petrum.* Hæc ibi.

VI. Sed pœnitentiariorum presbyterorum in Ecclesijs præstolantium pœnitentes haud recentem fuisse in Romana Ecclesia vsum, tam superiùs dictum est. Hebdomedarij erant huiusmodi, quòd ob ingruentem populum vicissim succedere solerẽt. Sed cur pro quatuor tantummodò Regionibus hi propositi erant, cùm in septem partitam vniuersam Vrbem ad sacrarum rerum vsum superiùs, dum de septem diaconis egimus Regionarius, dictum sit? Accidisse putamus, quòd reliquas tres Regiones Eruli occupâssent, qui Catholicæ Ecclesiæ minimè communicarent, vtpotè quòd secta essent hæretici Ariani.

VII. NON HVMANA INNITI POTENTIA ROMANAM ECCLESIAM. Ex quibus planè intelligis, quàm procul absit, vt Romanorum Pontificum auctoritas ex humanis fuerit deducta auctaq; præsidijs; quod insci rerum gestarum garriunt imperiti, nimirùm cùm blaterant, ob sedem Imperij Romæ fixam, creuisse potentiam Apostolicæ sedis: Antequ enim Christiani Principes regnarent, quinam fouebant Romanos Antistites? num Ethnici Imperatores, qui eos persequebantur, demetebãtq; falce martyrij? Ab his quidem emolumẽtum planè nullum; damna autem plurima quotidie experiri solebant ijdem Rom. Pontifices; quorũ tamen temporibus eosdem Romanæ Ecclesiæ Præsules eãdem amplissimâ auctoritate & potestate cunctis totius Orbis Ecclesijs pastorali regimine præfuisse, manifestè docent res gestæ singulis fermè annis superiùs secũdo tomo Annalium recitatæ: Quarum planè rerum imaginem, & temporum faciem, aliqua saltem ex parte, his annis reddi conspicimus, dum cessantibus penitùs Occidẽtalis Orbis Romanis Imperatoribus, & regnantibus in Italia ad plura annorum spatia barbaris Arianis, Catholicis omnibus, ipsique potissimùm Romanæ Ecclesiæ infensissimis: nihilominùs Romanæ Ecclesiæ semper effulsit auctoritas atque maiestas, perinde ac si tempora essent Constantini atq; Theodosij Imperatorum, non Romæ tantùm, sed vbiq; terrarum, vbi vigeret Christiana religio; quod ex rebus gestis suis temporibus enarratis peruidere facilè est.

VIII. Et ne à Simplicio, de quo agimus, digrediamur: vidisti eum sub Odoacre Rege Romam occupante, barbaris Arianis eam replentibus, inter barbaricum furorem & Arianorum cum potentia iunctam procaciam, deploratissimis hisce temporibus, perinde ac in summa pace otio & tranquillitate esset, eãdem auctoritate ac libertate. quâ semper anteà prædecessores, insidere Cathedræ Petri, vniuersi Orbis Ecclesijs Occidentalibus & Orientalibus sancire leges, cognoscere causas, definire sententias, illos exauctorare, hos promouere, illosq; in sedes Episcopales restituere, releuare oppressos, fastu elatos deijcere, coërcere Imperatores, obsistere omnib⁹ barbaris victoribus Regibus, insuper ab Oriente & Occidente suscipere legationes, in omnibus deniq; arbitrum ipsis atq; Iudicem cõfidere; & vbi corpore non posset præsens assistere, legationum auctoritate ac per vicarias prefecturas tum Occiduo, tum etiam Orientali semper Orbi præsto fuisse, præfuisseque cunctis Ecclesijs. Hæc quidem haud esse vehementa atq; inania verba, ex ijs, quæ singulis eius Pontificatûs annis dicta sunt, haud dubijs, sed probatissimis atq; certissimis assertionibus, perfacilè quisq; poterit intelligere: vnde simul omninò perspicias, haud super humanam inniti potentiã Petri cathedram, sed supra firmam petram, super quam fundauit eam Altissimus, adeò vt aduersus eam nec homines eidem aduersantes, neq; tota vis inferorũ prevaleant. sed tamen parua hæc, paucaq; esse senties, quæ per Simplicium Papam auctoritate Apostolicâ præstita esse diximus, si quæ ab eius successoribus fuêre perfecta, didicerit.

IX. Sed quæ sunt reliqua de Simplicio, quæ ad ornatũ Ecclesiæ pertinent, & alia, ex eodem volumine de Romanis Pontificibus his attexamus: *Hic fecit in Ecclesia Romana scyphum aureum pensantem libras quinque, cantharos argenteos ad beatum Petrum sexdecim pensantes singulos libras duodecim. His fecit ordinationes in vrbe Roma tres per mensem Decembrem, & Februarium, creauitq; presbyteros quinquaginta octo, diaconos vndecim, Episcopos per diuersa loca numero triginta sex. Hic sepultus est in basilica S. Petri sexto Nonas Martij, & cessauit Episcopatûs eius dies sex.* hactenùs ibi.

Quæ autem hoc tempore sedis Simplicij vacantis, nondum successore creato, Romæ præsumpta sint per Basilium Præfectum Prætorio vicem agentem Odoacris Regis; hìc in medium adducamus ex Actis tertij Romanæ Synodi sub Symmacho Papa, quæ sic se habent[a]: *Dixerunt inter alia (schismati scilicet) scripturam quandam illustris memoriæ Basilium quasi pro Ecclesiasticæ amore substantiæ conscripsisse: in qua nullus Romanæ Ecclesiæ nec interfuit, nec subscripsit antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne verò ego* (inquit Symmachus Papa) *inde disputem, sed vt posit vestrum iudicare Concilium; requiratur & deferatur in medium, vt lectione agnoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta Synodus respondit: Deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum dixit, Hormisda diaconus recitauit:*

XI. QVID BASILIVS IN SEDE VACANTE PAP. SIMPLICII. *Cùm in vrbe quod beatum Petrum Apostolum resedissent: sublimis & eminentissimus vir Præfectus Prætorio atque Patricius, agens etiam vicẽ præcellentissimi Regis Odoacris, Basilius dixit: Quanquam studij nostri & religionis interfuit, vt in Episcopatûs electione concordia principaliter seruetur Ecclesiæ, ne per occasionem seditionis status ciuitatis vocetur in dubium: tamen admonuit nos beatissimi viri Papæ nostri Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc vobis meminisse sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitum & venerabilis Ecclesia detrimentũ, cùm de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cuiuslibet celebraretur electio.* Vides, quibus artibus sæculares potestates immiscere se conatæ sint in electione Romani Pontificis. Potuit fortè rogãe eum Simplius Papa, vt ad comprimendas turbas, dissidiaque vitanda præsto esset futuræ electioni successoris Pontificis. non aurem, vt absque eius consultatione electio haud fieret. Cæterùm hæc omnia futilia conficta, ac prorsus indigna, quæ in medium proferrentur, cùm res in controuersiam deducta est sub Symmacho in dicto Romano Concilio, Cresconius Ecclesiæ Tiburtinæ affirmans, ista dum legerentur, hæc fuit interlocutus: *Hic perpendat sancta Synodus, vti prætermissis personis religiosis, quibus maximè cura est de tanto Pontifice, electionem laicis in suam redegerint potestatem: quod contra canones esse, manifestum est.* His ab illo dictis, pergit Hormisda diaconus legere, quæ sequuntur:

XII. *Nam & cùm quid confusionis atq; dispendij venerabilis Ecclesia sustinuerit: miramur, prætermissis nobis quicquam fuisse tentatum: cùm etiam sacerdote nostro superstite, nihil sine nobis debuisset assumi. Quæ sit ergo plenitudini vestræ vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antistitis electionem respiciunt, religiosâ veneratione seruemus, hanc legem specialiter præferentes, quam nobis hæredibusq; nostris Christianæ mentis deuotione sancimus.*

XIII. BASILII EDICTVM DE NON ALIEN. BON. ECCLESIÆ ROM. *Ne vnquam prædium seu rusticum, seu vrbanum, vel ornamenta, aut ministeria Ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad Ecclesiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc Antistes sub electionis communis fuerit ordinandus, & illis, qui futuris sæculis sequentur, quocumq; titulo & commento alienentur: Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit, ineffica x atq; irritum iudicetur; sitq; facienti, vel consentienti, accipientiq; anathema.* Ista audiens & exhorrescens Maximus Episcopus Bleranæ Ecclesiæ, hæc mox est interlocutus: *Modò sancta Synodus dignetur edicere: si licuit laico homini anathema in ordine Ecclesiastico dictare, aut si potuit laicus sacerdotali * anathema dicere, & contra canones quod ei non competebat constituere. Dicite, vobis, quid videtur: De me licuit laico legem dare? Sancta Synodus dixit: Non licuit. Et adiecit: Lege sequentia. Hormisdæ diaconus legit:*

XIV. *Et is, qui prædium rusticum vel vrbanum iuris Ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nullâ lege vel præscriptione munitum: sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum sequetur *, voluntate contrariâ prædium eiusmodi alienatum reuocare tentauerit, id cum fructibus restituat qui illud fuerit cõsecutus: Quam etiam pœnam placuit accipientis hæredes probare: desq; respicere. In qua reculibet clericorum libera sit contradicendi facultas. Iniquum est enim & satis legi instar, vt quæ pro salute vel spe requie animarum suarum*

a *Concil. Rom. 3 sub Symmach. cap. 12.*

ORDINATIONES PAP. SIMPLICII. X.

* ordini

* consequetur.

*alienationem.

vnusquisque venerabili Ecclesiæ pauperum causa cõtulerit, aut certè reliquerit, ab his, quos hoc maximè seruare conueneratt, in aliquem* transferantur. Planè quæcumq; in gemmis, vel auro, vel argento, necnon & vestibus minus aptæ vsibus vel ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ seruari ad diu manere nõ possunt, sub iusta æstimatione vendantur, & erogationi religiosæ proficiant. Hæc autem scripta à schismatibus sub Basilij titulo oblata sunt: quæ nullius prorsus fuisse roboris, eadem sancta Romana Synodus sub Symmacho, ipsoque præsente, decreuit: in quorum abrogationem cùm grauissimæ à sanctis Patribus sententiæ dictæ fuerint; hîc satis ex illis vel vnam saltem referre Eulalij Episcopi Syracusæ, quæ sic se habuit:

XV. EVLALIVS SYRACVSANVS EPISCOPVS QVID ADVERSVS EDICTVM BASILII.

Scriptura, quæ in sacerdotali Concilio recitata est, euidentissimis documentis constat inualida. Primùm, quòd contra Patrum regulas à laicis quamuis religiosis, quibus nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas, facta videtur. Deinde, quòd nullius Præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes, intra terminos suos Concilio habita, quicquam sine Metropolitani, suiue Antistitis auctoritate tentauerint, irritum esse debere Patres sanctis sanxerunt: quantò magis quòd in Apostolica sede non existente Præsule, qui prærogatiua beati meritis Apostoli Petri per vniuersum Orbem primatum obtinens sacerdotij, statutis Synodalibus consueuit tribuere firmitatem, à laicis, licèt consentientibus & quantis Episcopis (qui tamen Pontifici, à quo consecrari probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter Ecclesiastica vllo modo statuta censeri? hæc dixit Eulalius consentientia ijs, quæ ab alijs sanctissimis Episcopis dicta fuerunt: in quam sententiam & reliqui abiere. Sicque cassa irritaque prorsus reddita sunt, quæ hoc anno à Basilio agente vicem Regis, Odoacris, eodemque Præfecto Prætorio facta fuisse dicuntur: sed quæ subdola & fraudulenta commentitiaque reiecta sunt, penitùs antiquata fuêre, vtpote quòd schismaticis post annos duodeuiginti, non ex Archiuis Romanæ Ecclesiæ edita, in quæ vnquam illata fuêre, sed scrinijs fortasse Prætorianis. Porrò Basilium hunc Præfectum Prætorio haud alium existimamus fuisse ab illo Cæcinna Basilio Consulari Romæ spectatissimo, in cuius laudem plura habet Sidonius in epistola ad Heronium[a]. Porrò quod ad Simplicium Papam pertinet: ne quis putet eum Romanæ Ecclesiæ bona profudisse, vt eâ occasione Basilius Præfectus de non alienandis bonis Ecclesiæ edictum promulgârit: Ipsum quidem Pontificem non minuisse, sed auxisse Ecclesiæ bona, argumẽto est, quod apud Cassiodorum[b] in literis Theodorici de domo quadam ab ipso Papa Simplicio empta Romanæ Ecclesiæ hæc scripta reperiuntur: *Defensores itaque sanctæ Romanæ Ecclesiæ conquesti sunt, beatæ recordationis quondam Simplicium domum in sacratissima Vrbe positam ab Euphrasio acolytho instrumentis factis solemniter comparasse: quam per annorum longa curricula Ecclesiam Romanam quieto iure suggerunt possedisse, & in ius alienos transtulisse securitate dominij: nunc autem existere Samareæ superstitionis populum improba fronte duratum, qui synagogam ibidem fuisse, inquis conatibus mentitur, cùm ad humanos vsus habitacula longè aliter formata docentur, quàm patet esse memorata constructio* &c. Sub barbaris Regibus Roma subiecta, omnibus improbis sectis Romæ domicilia & synagogas ad proprios ritus habere concessum fuit, adeò vt etiam Samaritani ibi domicilium sibi quærerent. Sed ad S. Simplicij successorem electum transeamus.

a Sidon. lib. 1. epist. 9.

b Cassiod. Variar. lib. 3. epist. 45

SVB BARBARIS REGIBVS VRBS REFERTA OMNI SORDE HÆRETICORVM.

Post dies sex cessationis Papæ Simplicij, die octauâ Martij creatus est Pontifex Felix pattia Romanus ex patre Felice itidem genitus, functus antea presbyterio in Titulo Fasciolæ: prodit hæc vetus Anastasij liber de Romanis Pontificibus. Simulac autem Felix tantæ moli, tali turbulentissimo tempore subiecit humeros, insistẽs prædecessorum vestigijs eâdem post illos graditur viâ: nam quod ad fidem Catholicam pertinet, reiecit Zenonis Enoticon. testatur id quidem Theodorus lector, qui ait[c]: *Cùm autem omnes (vt fertur) alij Patriarchæ conciliationem Zenonis approbarent, solus Felix Romanus illi non communicauit.* hæc ipse. Præstiturus id erat Simplicius prædecessor: sed

c Theod. Lect. Collect. lib. 2.

XVI. FELIX PP. TERTIVS ELIGITVR.

morte præuentus, rem integram successori reliquit. Felix igitur rem indignissimam detestatus, execratusq; est probrosum facinus, quo tum fides Catholica abrogatione Chalcedonensis Concilij magnoperè læderetur, tum etiã corrumperetur Ecclesiastica disciplina, dum eò progressa est Zenonis audacia, vt de fide edictum promulgans, leges præscriberet Ecclesiæ, doceret doctores, & Episcopis nouum symbolum fidei seruandum proponeret: ista, inquam, Felix exhorrescens, in subscribentes impio edicto intulit anathema, ipsumq; proscripsit vnitatis edictum, verè impietatis seminarium.

Quod verò ad causam spectat Alexandrinæ Ecclesiæ, idem Pontifex Felix audiuit Ioannem Episcopũ Alexandrinum sedem Apostolicam appellantem; susceptoque ab eo querelarum libellum, quem ille Simplicio offerẽdum parârat; sed morte præuento, tradidit successori. Eo accepto Felix, quòd res magni esset momenti, maximiq; ponderis, cùm iam eò causa producta videri posset, vt inesse matura forent euellenda zizania; verteretq; se periculum non vnius Ecclesiæ, sed trium præcipuarum sedium Orientis Ecclesiarum, cùm dissimulatum diutius esset, vt post hæc omnis tolerantia ignauiæ potiùs, quàm patientiæ adscribenda esset: idem Felix de re in maxima omnium causa Concilium ex Italiæ Episcopis more maiorum cogendum esse putauit.

XVII. CONCIL. ROM. IN CAVSA ACACII.

XVIII.

Conuenerunt itaq; sanctissimi Patres, habentur sacra Comitia, grauissimæque dicuntur sententiæ: in illud tamen omnium conspirauêre suffragia, vt legatio decerneretur Constantinopolim ad Zenonem Imperatorem, scriberẽturque robustissimæ literæ, quibus de proditione Catholicæ fidei, eiusq; proditoribus querelæ ingererentur. Scriberetur insuper ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum, cui de non defensa fide, deq; conniuentia cũ hæreticis ipse Romanus Pontifex (vt par erat) expostularet: Insuper adderetur his accusationis libellus eidem Romano Pontifici aduersus eundem Acacium oblatus à Ioanne Episcopo Alexandrino: huic iungeretur ipsius Romani Pontificis libellus ad eundem Acacium, instar citationis, vt responderet aduersum se oblatis in Apostolicæ sedis iudicio obiectionibus: sed & ea de re alius mitteretur ad Zenonem Imperatorem libellus, vt cogeret Acacium cũ accusatore experiri iudicio. Hæc nota sunt in Synodo fuisse decreta, præter alia, quæ secretò fuerũt cõmissa legatis. Constant hæc quidem omnia cùm ex literis ipsius Papæ Felicis ad Acacium datis, tum etiam ex epistola ad Imperatorem ab ipso conscripta: quæ ambæ, quod rerum gestarum per exactam narrationem complectantur, hîc eas describendas putamus; eò magis, quòd nusquam (quod sciamus) editæ, nunc primùm è penetralibus nostræ bibliothecæ produntur in lucem. Extant ipsæ quidem in peruetusto codice Cresconiacæ collectionis.

XIX. VITALIS ET MISENVS CONSTITVVNTVR.

Datæ sunt autem hæ literæ ijs, qui à S. Synodo ad magnam hanc prouinciam obeundam legati delecti sunt, nempe Vitali atque Miseno Episcopis, necnon Felici Ecclesiæ Romanæ Defensori. Quarum verò hi fuerint ciuitatum Episcopi, nusquam apud aliquem historicum expressum inuenimus. De Miseno tantùm, in constituto Vigilij Romani Pontificis de tribus capitulis, reperimus eũ nominatum esse Cumanum Episcopum. Sed in scripto perantiquo codice nostræ bibliothecæ, cui est titulus: Cõcordantiæ canonum, inter alia ineſt perbreue compendiũ historiæ, complectens tempora ab ortu Nestorij hæresis vsque ad Concilium Romanum sub Felice Papa, in quo damnatus est Acacius; quòd licèt sine auctoris nomine editum reperiatur, alicuius, qui hoc sæculo vixit, & veritatis studiosus fuit, esse videtur: in hoc, inquam, opere inter alia habentur hæc de his legatis missis Constantinopolim: *Postquam ergo Felix Papa literas prædecessoris sui nihil proficere cognouit, & ludibria quædam in euersionem fidei ab Acacio fieri: Tunc Vitalem Episcopum Droëntinum ex regione Piceni, & Misenum Cumanæ Ecclesiæ Episcopum ex regione Campaniæ direxit, &c.* sed pro, Droëntinum, Truentinum legendum est. Erat enim tunc ea ciuitas apud fluuium eodem nomine nuncupatum Truentum, hodie vulgò, Tronto, dictum:

dictum: meminerunt eiusdem ciuitatis Plinius, Ptolemæus, & alij. Hæc de legatis Constantinopolim missis satis sunto. Sed subijciamus his literas in Cresconiana collectione repertas, hactenùs nusquam cusas; quarum lectio eò gratior accidere debet, quòd earumdem mentionem habet ex Græcis Euagrius, ex Latinis verò Liberatus Diaconus, vtpote quæ in Oriente atq; Occidente essent vbique notæ.

XX. Ipsas igitur datas ex Synodo literas reddituri, primo loco eas, quæ ad Acacium Cõstantinopolitanum Episcopum scriptæ sunt, hîc describamus, per quem optauit sancta Synodus conueniri Zenonem Imper. vt quæ aduersus Catholicam fidem perperàm hactenùs egisset, sedulo studio emendaret. Præfigitur his in codice literis eiusmodi inscriptio: *Felicis ad Acacium Episcopum per Vitalem & Misenum Episcopos*, ipsa autem epistola sic se habet:

XXI. FELICIS PAPÆ AD ACACIVM EPISTOLA. *Postquam sanctæ memoriæ decessore meo Papâ Simplicio de huius vitæ cursu superná præceptione migrante, ministerij, quod regebat ad meæ humilitatis officium gubernacula peruenerunt: in diuersas generaliu Ecclesiæ curas, quas vbiq; terrarum cunctis populis Christianis, sanctæ Pastoris voce delegante, beatissimus Petrus Apostolus peruigili moderatione dispensat, continuò me solicitudo maxima, quæ & prædecessorem meum incessanter vrgebat, tam Alexandrinæ vrbis, quàm statûs fides totius Orientalis regionis excepit: Hac nos diebus noctibusq; perstringens, ad dominum, filiumq; nostrum Christianissimum Principem per Vitalem & Misenum fratres & Coëpiscopos nostros legationem compulit destinare; qua vice meâ pietati eius & debita præsentaret officia, & pro fide Catholica, maioruinq; nostrorum seruandis constitutionibus supplicaret.*

XXII. FELIX REDARGVIT ACACIVM DE AFFECTATO SILENTIO. a Rem. 9. * propellentibus. *Hâc igitur illo pergente, par fuit dilectionem tuam dilectis pariter salutare colloquijs, & consequenter hortari, vt aliquando tandem patrocinium causæ Domini communis impendas; nec despiciendum putes, quòd Christi confessione veridicâ, & vniuersalis eius Ecclesiæ definitione ..... vel de pace concorditer ..... fi illem & honore cupis esse clarus & nomine. Fateamur enim secundùm Apostolicam * vocem, magnam nobis inesse tristitiam & dolorem cordis nostri continuum cogitationibus, quas in dies procedentibus* negotijs sustinemus. In primis illud; quòd dudum ante oculos fere omnium vertebatur, occurrit: cuiusnam rei causa videlicet intercesserit, indica nobis, quòd dilectio tua non modò tantis opportunitatibus insesinenter exortis, verùm etiam sæpenumerò à decessoribus meis literis inuitata *, velut obstinato silentio, numquam superhanc partem aut consulere quicquam voluerit, aut referre. Cumq; nos aliquid temerè sinistrum (quod absit) de tua mente conuenisse opinari: tamen quia venerabilium virorum, qui Ecclesiam, cui præsides, antè vexerunt, moram formamq; desistas, vllo modo possis non esse suspectus.*

XXIII. ACACIVS VTPERBIA RELABGVIVIT. *Certè si (quod non credimus) designaris beati Apostoli victoriis reuerentiam tuis deferre fastuosis affectibus; memor saltem officij pro fide integritate Catholicæ, pro patrum custodia sanctionum, pro Synodi Chalcedonensis constitutione seruanda, quæ Nicæni Concentûs penitùs probat articulos, atque pro eis vbique hostibus comprimendis, sicut Orthodoxorum vrbis illius ignitator Antistitum, constanter exurgere debuisses: quoniam te taliter inter membra corporis Christi monstrare non possis, nisi nullatenùs prouidere desisteres illu, quæ per totum mundum ducuntur obrepsisse contagijs.*

XXIV. *Proinde adire debes sapiùs Christianæ mentis Augustum, & causas eidem salutis suæ atq; etiam Imperij reddaturus, & conseruandi eius auxilium frequenter ingerere, vnde inimici illius corruerint, & quâ viâ idem surrexerit, nihilominùs intimare ei, scrapilla sensibus pietatis eius offerre, quibus decessorem meum extimiâ laude extulit, eò quòd hæreticam tyrannidem Catholicæ veritati assertione confoderit: Item illa quoque, quibus Petrum Alexandrinum ab Alexandrinæ cœnæ ritibus excussit Ecclesia, & sanctæ memoriæ Timotheum reuocauit Orthodoxum: Nec illa prætereat, quibus Episcopu & clericu, laicisq; per omnem AEgyptum constituit, quòd à diuina Christiana professione deuiassent, sicut Catholicus Imperator obtestans; nisi intra duos menses ad communionem Timothei redirent, honoribus, Ecclesijs, omnibusq; in illa regione denunciauit esse priuandos: Simul etiam quibus Petri quem illiuste se Alexandrinæ Ecclesiæ iniecisse perhibuit, ac Timothei hæretici tam defunctî ordinationes, vel ea, quæ secretò per modos dicebant, ita recassauit: Necnon etiam illud adnectere, quod cùm Timotheus sanctæ memoriæ Catholicus fungeretur extremo, diuinæ inspirationis instinctu, tam ad eius Pontificij consulta rescribens, quàm ad vrbis Alexandrinæ clerum, omni prouidentiâ mandauerit præcauendum, vt si præfatum Dominus sacerdotem transire iusserit, nonnisi de Catholicorum corpore clericorum, & qui Orthodoxæ fidei probaretur esse discipulus, omnibusq; communicaret Ecclesijs, atq; à Catholicis ordinatus succederet defuncto Pontifici: nimirum sapienter intendens, Petrum, qui sunt à nullo, aut ab hæretico falsi nominis huius honore iactaretur, super * petram Catholicæ Ecclesiæ, è qua eius temeraria fuerat præsumptione depulsus, nunquàm non posse penitùs præsidere. Vides quanta anima neglexit Acacius, quibus si voluisset, vincere potuisset Imperatorem. Sed subdit:*

XXV. *Hæc huiusmodi, quæ gesta sunt, & dilectionis tuæ conscientiam non latent, conuenerat sapiùs impertiri; præcipuè cùm in hu Christianissimo Principi promulgandis, quando ad regiam potestatem, Deo comitante, remeauit, operam tuam missis huc literis non tacueris vehementer impensam esse, dignam Catholico Pontifice, gloriareris, omnes, qui contra sedem vestram *, contraq; Chalcedonensem Synodum, & contra prædicationem sedis Apostolicæ vsque tentauerint, fuisse prostratos: quo magis tepro tua salute & professione feruentius apud clementiæ eius aures oportuerat talia inconcussibiliter allegare, ac magnoperè deprecari, quòd nec suam, quam Catholica mente depromserat, violari vllatenùs pateretur cuiusliber subreptione sententiam: Nec aduersus vniuersalis Ecclesiæ sanctionem per hæreticorum furias, quas, Deo inspirante, pietas eius eluserat, sineret denuò pullulare, quàm manifestissimè perunderes; ac tua modo omnibus prædicatione rursum in ea, quæ extiterant ei aduersa, consurgeres, atque eadem sine dubitatione firmares: quando huic reluctantia, sicut dudum fuerant subuersa, iacuissent; ne vel tua (quod absit) fidei destructor, vel perfidia discerneris fautor alienæ. Error enim, cui non resistitur, approbatur; & veritas, quæ nimine defensatur, opprimitur. Deinde, cum tibi, Domino præstante, apud Dominum filium nostrum religiosum Principem, familiaritatem esse nouerimus: nullum vnquam putuit suaderi, dilectionem tuam nequiuisse gerere, quin potiùs noluisse. Et ideò quia non impossibilitatis esset, quod tacerentur: ipse quoque non ambigis, quid hinc vniuersalis iudicare possit Ecclesia.*

XXVI. *Vbi est, frater Acaci, labor tuus, quo tyrannidis hæretica tempore desudasti? Patieris hoc damno conscientiæ tuæ eiusmodi perire mercedem. Respice Apostoli verba b, qua testantur: Currebatis bene: quis vos confascinauit: Cur eorum, frater, quærere semitas veteres nunc relinquis? Cur irruentibus in ouile Dominicum lupis, nulla vigilantia ministeri pastor alis obsistis, sed æquanimiter atque securus commissum gregem non lamari perspicis, aut necari: Non dicêtem recolis Dominum, & animam suam quidem pro ouibus ponere pastpro deuotis, ne pastores, mercenarium autem dubis curam penitùs non habentem, mox vt hostiam fortè conspexerit, sine vlla dissugere consideratione testantem? Verùm cum tibi fugiendi nulla sit causa: nam nulla formido est, metuo ne septa Dominica non tam pauore deserere, quàm (quod est detestabilius) fœtidè videaris fugendi obsecisse c.*

XXVII. *Auscultà vocem eiusdem Domini pramonentis d: Qui mecum non est, contra me est: Et qui mecum non colligit, dispergit. Et diligenter attende, nihil aliud esse, non procurare, quæ Christi sunt, nisi sepalam prosterere eius inimicum. Non desperemus facere, frater, veram Saluatoris nostri sententiam e, qua se vsq; ad finem sæculi Ecclesiæ suæ non defuturum esse pollicitus est, nec ab inferi portis eam dixit esse superandam, & quæ f omnia per Apostolicæ fidei doctrinalegarentur in terris, nec in cœlestibus memorauit absoluì. Nec putemus, quòd quibuslibet sit vallata periculis, vnquam pondus vigoris sui, vel censura beatissimi Petri, vel auctoritas vniuersalis amittat Ecclesiæ: quæ quantò magis cauet, ne mundi prosperitatibus intepescat, tantò non frangitur, sed potiùs erudita diuinitùs, crescit aduersis. Vnde * perspicuum est, ne eam, quæ nullis potest obrui * molestibus procellarum: qui cunq; eam submergere nititur in ipso sæculi pelago fluctuantis, ipse potius à gubernatione salutari in profunda derelictus illâ præualente mergatur.*

XXVIII. PER STRINGITVR ACACIVS A RELIGIONE PP. *Atq; ideò cùm ita sit, moneo, hortor, & suadeo, vt quæ commissa sunt, corrigas, & sequentibus studijs de te facias meliora sentiri. Negligere quippe, cùm possis deturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere. Non tarez seruopulo sacerdotis occulto, qui euidenter*

a Vide Petrum.

b Galat. 5.

c Luc. 11.

d Mat. 28

e Mat. 16

f Mat. 16. 18.

sacinori desinit obuiare. Vnde si contra Synodi instituta Chalcedonensis tendere hostilia corda perspicis, & quiescis: mihi crede, nescio quemadmodum te Ecclesiæ totius asseris esse participem. Ad te oculos prætereà non reduci, quia non solum in hac causa aduersus omnem Catholici dogmatis tenaciter vnitatem, sed etiam cunctis hæresibus, quæ vel se à nobis meliùs sentire prætendunt, resumendi vires, atq; inter vsus pristinos resurgendi, latus campus aperitur, si semel quod à nostris maioribus est dispositum, qualibet occasione pulsetur.

XXIX. Vnde iterum atque iterum protestamur, ne in abruptum totius Ecclesiæ statum per audaciam contra Synodum Catholicam insurgere molientium finatur abduci. In quo quidem certamine firmum fundamentum Deus statuet, sicut de eo licet nobis sperare, & nouit Dominus qui sibi sint eius. Verumtamen, saluo eo, quòd in die Iudicij talem à nobis Ecclesiam certum est, qualem à Patribus accepimus, exigendam; etiam in hac vita se ad eam pertinere cognoscat, qui non solum plenitudini eius noxia conatur inferre, sed etiam quæ ea, quæ eidem congruentia sunt, dissimulat prouidere. Absit, vt de tua dilectione taliter nos credamus, quem & dudum pro Catholica fide viriliter stetisse reminiscimur, & à totius Ecclesiæ corpore nolumus discrepare. Quapropter instantiùs (qui te sincere diligimus charitatis intuitu) crebrò repetitis hortationibus incitamus, vt ipse vicissim ea post hac deuites, quæ te ab omni domo Christi ostendant esse disiunctam; nec magis illa sectaris, quæ ab eadem te faciant esse diuisum. Multa verò (quia non opus fuit literis vniuersa congerere) quòd, vtilitas negotij præsentis efflagitat, fratribus & Coepiscopis Apostolicæ sedis legatione fungentibus, vel cum domino filio nostro clementissimo Principe, vel cum tua dilectione colloquenda mandauimus: quod *æquum est & pro Catholicæ fidei obseruatione propitâ mente suscipere, & pro tuæ æstimationis intuitu necessariam apud Augustamentis benevolentiam suggestionibus adiuuari. hactenùs ad Acacium Felicis epistola.

* quos

XXX. Vidisti, & (vt par est) magnâ, puto admiratione considerâsti, quantâ humanitate, charitate, mansuetudine, ac denique patientiâ agitari Apostolicæ sedis iudicia cõsueuerint: vt licèt mille vndique fuerint obortæ dignæ causæ in Acacium grauiores Ecclesiæ censuras expediendi; tamen ne superbum & arrogantem hominem in suorum prauorum affectuum foueam præcipitem ageret seuerior disciplina, optimus Samaritanus, & Christi Redemptoris arte benè instructus ad sananda inflicta vulnera medicus, lenitate oleo vleus durum emolliat, adhibens interdum & correctionis debitæ vinum, vt illud omni purgatum sanie redditum, suscipiendæ sanitatis compos efficeretur. Ita planè accidit [a], vt bonus homo de bono thesauro suo profert bona, malus autem mala: etenim instar alienæ [b] vitis conuersus est Acacius in amaritudinem: & quæ [c] expectata est, vt faceret vuas, fecit labruscas. Sed describamus hic ex eodem codice Cresconiano epistolam eiusdem Felicis Papæ ad Zenonem Imperatorem eidem legatis hoc anno datam, cui præfixus eiusmodi ibi legitur titulus [d]:

[a] Luc. 6.
[b] Hier. 2.
[c] Isa. 5.
[d] Ex eodem Cod. Cresco. ex nostra bibliot. pag. 290.

XXXI. EPIST. FELICIS PP. AD ZENONEM IMP.

Incipit epistola exemplum beatissimi Papæ Felicis vrbis Romæ ad Zenonem Augustum per Vitalem & Misenum Episcopos.

Decebat profectò, venerabilis Imperator, post sanctæ memoriæ decessoris mei transitum, meq; in eius locum diuinâ gratiâ subrogatum, clementia tuæ literarum munus offerre: quod vel ea, sicut rerum poscebat ratio, nunciarem, vel officiositatis meæ primitias exhiberem: quibus tamen ritè expensis, etiam illa pariter vellerentur, quæ ad vestri muminem Imperij, prosperitatisq; eius suffragia pertinerent; quantoq; essent studio maiore curanda, tantò dignioribus internunciis explerentur. Itaq; conueniens fuit, vt Vitalis & Miseni fratrum & Coepiscoporum meorum, & famuli vestri Felicis Ecclesiæ Defensoris ad vos necessariam legationem mitterem, qui non tam baculi speciem ista deferrent, quam meam vicem peragentes, me quodammodò vobis facerent esse præsentem. Per hanc igitur, velut cominus honorificentiæ tuæ iunctus colloquijs, precor, vt supplicationem meam benignis auribus, sicut Princeps Christianus, accipias. Nec existimet pietas tua, quòd quisquam magis sincerâ mente te diligat, quàm qui te pacem in Deo vult habere perpetuam: quando fidelis mente non ambigas, & temporalis culminis potestatem & æternæ vitæ commercia de superna propitiatione pendere.

XXXII. Ecce iamdiu est, quòd beati Apostolorum sedes, datis per beatæ memoriæ decessorem meum ad serenitatem tuam literis, expectans, & nullam recepit pro Catholica fide, pro Occidentalium *tranquillitate responsum; præsertim cùm tuam conscientiam, gloriosissime Princeps metuendis illa obstruxerit sacramentis, ne sedes beati Euangelistæ Marci à doctrina magistri sui, vel communione permitteres separari. Sed quoniam prædicti decessoris mei studium, longâ incommoditate faciente, hæc eadem crebrius iterare non potuit; per meæ nunc humilitatis officium solicitudinis repetere non quiescit. Rursus ergo Apostoli Petri venerandæ confessio materno instat vocibus, & suorum præcipuè filiorum compellare non desinens confidentiam tuæ pietatis, exclamat: Christiane Princeps, cur me à curriculo claritatis quo Ecclesia vniuersalis astringitur, permittis incidi? cur in me rumpis totius Orbis assensum?

* Orientalium. PRO GLORIA ALEXAN. VVPPLICAT.

Quæso te, fili piissime, ne tunica Domini desuper contexta per totum, quâ in vnum corpus sancto Spiritu vbique regente, indissiduam fore Christi figurauit Ecclesiam, vllâ patiaris sorte violari: neue cuius inter ipsos, qui crucifixerunt Saluatorem, manfit integritas, tuis videatur temporibus esse diuisa. Nonne mea fides est, quam solam esse vnam, & nulla aduersitate superandam Dominus ipse monstrauit, qui Ecclesiæ suæ in meæ confessione fundatæ portas inferi vnquam preualituras esse promisit? Hæc te renatum ad regiam sustulit dignitatem, atque ab eius impugnatoribus potestate extruxit, præualendi tibi denuò viam in ipsius defensione patefecit.

XXXIII

XXXIV Verùm quæso propone etiam exempla gestorum, & hanc vicem meis rependo beneficijs, vt quæ per rerum examina comprobâsti, & periculosa præcaueas, & subsidia recuperatæ dignitatis assecutes. Hæc rogo, quæ dicta Deus esse voluit per dicta sedis Antistitem, vel per mei ordinis prauitatem, qui tuæ securitatis intuitu, huiusce modi ideò promenda iudicauit, vt non tam per eius qualemcunque Vicarium, sed præsentis Apostoli velut auctoritatis commonitus, altiùs vias & diuinæ reuerentiæ & humanæ conditionis aspiciens (quod absit) non ingratus existere videaris collatæ felicitatis auctori. Redeat, obsecro, in animi tui integra deliberatione conspectum, quæ inimicos tuos facta deiecerunt; quæ te ad Imperiale fastigium, Deo comitante, reuexerint; qualiter illi cum nefanda dogmatis receptione conciderunt; & quemadmodum gloria tua in hæreticorum fuerit depulsione reparata: vt illis contra Chalcedonensis Synodi venerabilia constituta & beatissimi Papæ Leonis scripta venientes, ipsâ sui molitione collapsi sunt; & quibus modis eorum reformationes ad pristinum remearunt *tuam reuerentiam Principatum.

* reparatum.

XXXV Liceat, oro, apud te fideuter exponere *, quem conuenit non tacere. Vnicum in te superest prisci nomen Imperatoris: Ne, quæso, nobis salutem tuam, pie Imperator, inuideas: ne fiduciam pro te minuas supplicandi. Causa, quibus Dominus sit propitius, inquirende sunt, non quibus eius indignatio prouocetur. Conuenio, contestor, obtestor, quoniam metuo, horresco, formido, ne mutatione causarum (quod absit) mutetur euentus. Respice propitius ad decessores, tuos Augustæ memoriæ Marcianum scilicet & Leonem, & tantorum Principum fidei legitimus eorum successor: Amplecti debes illorum in religione consensum, quorum debes memoriæ reuerentiã. Absit à tua deuotione, absit à tua potestate, vt talium credaris respuisse iudicium.

* exercere

XXXVI Postremò professionem tuam, conscientiamque recalendam sensibus tuæ pietatis insinuo: Palatij tui scrinia facito recenseri, & scripta illa diligenter inuestigari, quæ ad apicem summæ regredientis potestatis ad decessorem meum pietas tua pro communi gratulatione direxit: his cùm semper magnâ laude prosequeris, quòd hæreticam tyrannidem prædicationis Catholicæ vigore contriueris, quâ vtique istius veritatis prædicatione nihil aliud, quàm de Eutychiano labore errore prorsus abolendo, eiusq; sequacibus excludendis. Hæc pro Synodi Chalcedonensis definitione seruanda, reducendoq; sancta memoria Timotheo rectæ fidei sacerdote, totâ suâ textu serie piè locuta est. Hæc certè tua mansuetudo cognouit: nec res incognitas tua clementia proferre potuisset, & palam apertèq; professa, quod laudum tuarum testificatione firmâsti.

XXXVII. EX PRIORIBVS POSTERIORA REDARGVIT.

Requirantur illa quoque, quæ ad sanctæ memoriæ Timotheum Orthodoxum Alexandrinum Episcopum serenitati tuæ pagina sunt locuta, atque ex ipsis Actibus intuere, nisi Petro ex ea memorata vrbe secluso, qui ei Ecclesiæ tunc temporis incubabat, supradictum Timotheum non fuisse reuocatum. Vos ad eandem venerandæ recordationis Pontificem iam reductum Sacras venerabiles mox dedistis, quibus fidei pectore gloriabamini,

quòd

quòd sanctæ Ecclesiæ magnæ ciuitatis Alexandriæ prouidens Orthodoxæ fidei, Dominus noster ac Saluator verum restituerit sacerdotem. Vbi manifestum est, quia cùm hoc verbum dicitis illum fuisse falsum, qui pulsus est, ostenditis: & cùm in venerando Timotheo Orthodoxo fidem Dominum testamini reduxisse, peruersam in omnibus in Petro perlubetis refutasse doctrinam, non ab aliud, nisi quia & ille, qui Orthodoxus pronunciatur & verus, Chalcedonensi Synodo (sicut eius tunc missa tenet professio) censentiebat; & iste, qui falsus & peruersus ejicitur, ab eiusdem Synodi tramite discrepabat.

XXXVIII. * clericos

Denique cunctos Episcopos AEgypti, vniuersúsque cleros * increpastis, vestris generaliter apicibus sancientes, vt nisi intra duos menses ab hinc quæ à principio contra canones, contra Ecclesias Dei, contra Orthodoxam fidem cognouerunt, abstinerent, atque beati Timothei communione, quam impiè reliquerunt, dignæ pœnitentiæ satisfactione remearent; non solùm despoliandos honoribus, verùm etiam & Alexandrinâ vrbe, & omni AEgyptiacâ regione eiecturos: iniustum enim videri, sicut Christianus Imperator affirmans, vt qui se ad Ecclesiam, quæ vbique terrarum est, segregarent, haberent sacerdotes, aut vllo sacro ministerij nomine censerentur. Vos indignè ferentes ab Alexandrinis seditiones concitatas, eos, qui propter ordinem clericalem similis deceptione tenebantur, nisi salutaribus monitis obedirent, talibus pœnis dignos arbitrabamini.

XXXIX. CVR IN PETRVM PRO TIMOTHEO.

Vos Petrum speciali notantes elogio, quòd illicitè se Alexandrinæ intrusisset Ecclesiæ, omnes, qui tam ab eo, quàm ab hæretico Timotheo tam defuncto fuerant ordinati, si infra iunta tempora resipiscerent, ad communionem Catholici Timothei mandastis recipi, (non etiam ad malè præsumpti gradus priuilegia decernentes admitti) consequenter addentes, eos deteriora sui timentes, si eligere meliora noluissent. Vos cuiuslibet pœnæ varias satisfactionis causas cunctis pœnitis abstulistis, quibus ipsos ab vnitatu communione discedentes, recensuistis tali sententiæ iudicium. Vos de ipsius personâ Petri quicquam denuò definiendo, sapienti consideratione tacuistis: quippe quem Ecclesiæ arce deiectum, simul pertæsi Pontificij videretis honorandum; nec vllo modo fieri posse, vt vnquam vel Orthodoxis præsideret, qui aut à nullo, aut ab hæreticis fuerat ordinatus, vel recidiua totiens temeritate violentus omne Dominicum fuderat & inuidiosus intraret.

XL.

Atque ideo quòd corrigendis eius pretendebatis sectatoribus irrogandum, huic iam quasi magistro scelerum rationabiliter deputabatis insectum: vt quibus grauis meretur ad ruinam, fieret ipse meritorum damnationis exemplum, quodque adeò verum est, vt superstare venerando Timotheo legionem solicitè iusseritis, si cidem humanitus aliquid euenisset. Vos nonnisi de Catholicorum collegio clericorum & a Catholicis consecratum subesse vidistis pastorem: quia vbique nullo more, nullo ritu sub vestræ serenitatis obtutibus hæresis ipsa præcipuus Eutychianæ dementiæ potuit esse vel dici Orthodoxi successor Antistitis. Quo igitur animo bestiam, quam à gregibus Christi duxistis abigendam, in eorum denuò patimini fauere perniciem? Certè legibus, quas vniuersis imponitis, magis vultis vinci, quàm promulgare contraria: quantò satius fuerit, integerrata persistere, quæ hesterno integritate retinenda totius Ecclesiæ protulistis, quo & tui Catholici Imperij auctoritas inconcussa permaneat, & nihil accedat, quod actibus apud Dominum vestræ felicitati obsistat.

XLI.

Cernis enim, venerabilis Imperator, quia vt Chalcedonensis Synodi indubitata defensio immicorum eius elisio est, sic vicissim manifestâ illius impugnatione comprobatur hostium venerandæ ipsius cognitionis * enectio. Meministi quemadmodum verba diuina nos instituant, neque in dextrum, neque in sinistrum limitem vestra dispositionis excedere, sed viâ (vt scriptum est *) regiâ mediaque gradiendo, hinc atque inde Nestorij Eutycheti, sacrilegia condemnata detestans, ita magnæ pietatis prædicans sacramentum, vt omnipotentis Dei Patris consubstantiale sempiternumque Verbum, quod incommutabili Deitate & incarnatum est, & ab ipso ineffabili conceptionis exordio, quam sibi in vtero Virginis matris potenter instruxit, vnum eundemq; Iesum Christum Dominum nostrum, vnum eundemq; Dei & hominis Filium, vnum eundemq; inconfusè, indiuisè Deum hominemque veraciter permanentem intemeratâ Patris lege prolatum, in hoc mundo fuisse confiteri, * diuina simul humanaq; gessisse, mortuum, atque ex mortuis exurgentem, in Patris dextera residere, itemq; inde venturum, vt est visus ire in cœlos, eatenus profiterentur, quatenus libros memorat traditio diuinorum, & Nicæni Concilij forma. sicuti cunctis vetrò prædicandæ Pontifices: sic eorum tam Ephesino primo competenter inserta Conuentui, quo beati Papæ Cœlestini temporibus Nestoriana pestis extincta est, quam datis Augustæ memoriæ Leonis sanctæ memoriæ Leonis Papæ epistolis capitula subiecta testantur; quibus vir ille consulens etiam totius Orientis Episcopis, eorumq; responsa, subscriptionesq; super Synodi Chalcedonensis approbatione suscipiens, ea nullatenus posse esse mutari; quò magis Christianâ mente perpendit, & hoc esse verum, quod cum diuinis assertionibus Catholicorum de toto Orbe doctorum longè, antequam huiusmodi quæstio nasceretur, consonantia vbique dicta concinerant; & ideò nulla iteratione refodienda, quæ constarent iure damnata: ne non solùm causa præsens in omne Catholici nominis extendat exitium, sed etiam cunctis vestris publica bella resumendi pandatur occasio, si quolibet modo, quod semel à veteribus vniuersaliter decisum est, retractetur: vti esse iam etiam peruidetis Alexandrinæ Ecclesiæ peruersorem, funestâ diu impuritate grassantem, vestris præceptionibus, quibus meritò dudum probatur electus, esse nihilominus abigendum.

XLII. REBELLIT FALSOPRÆTENTO ZENONIS.

An non ipse est per triginta annos Catholicæ defector Ecclesiæ, inimicorum quæ eius sectator & doctor. & aliquandum sanguinem semper velox fuit & promptus? Nunquid ad hanc ipsam dissimulationem sumus quadam ex conuentia præceptores? In quo re verâ non est opus discussione subtili, quia eius apertæ sunt crimina. Dolet certè pietas tua, quòd per diuturnos partis aduersæ grauesq; conflictus multis ex hoc sæculo videantur ablati aut baptismate, aut communione expertes. Sub hoc ergo Præsule vel sint baptizati, & efficiantur hæretici, & sine communione transeant, nec in perditorum prædâ esse deficiant: vt quemadmodum b scriptum est: Cacus caco ducatum præbens, cum eodem mergatur in foueam.

b Matt. 15.

XLIII.

Non est hoc, oro te, acerrimam decreuisse pericolum, quando nec sanctis adhibetur firma curatio, & sanus ingeritur miseranda contagio? Nam quomodo aiunt sedari possit, si in futurum furores suos patiantur? Quod est illud dicere iam causam nullam superesse certaminis, nisi deiecta victoria tribuatur? Proinde quibus inferri castigationis aliquid etiam corporalis, vt pater benignus horrescit: multò clementius eorum animas non patiatur intercipi, sed pia depositione compressos tandem subdi sacræ Catholico sacerdoti, vt veræ generationi effectum & securum sibimet profuturæ communionis exitum consequantur. Subiecit vobis diuina prouidentia sacultates, qua itidem effringatis opera pessidorum. Depulit ille nostræ regionis vastatorem: vos ab eius Ecclesiæ cruentibus ereptionē deturbate prædonū. Pacauit ille Reipublicæ (sicut vester quoq; sermo testatur) à tyrannide hæretica libertatem vos, ab ipsis hæreseos præceptoribus populos eruentes, Christianis restituite. Ille vos auulæ legitimæ restituit Imperatoris iure suffultos: reddite vos matri legitimo discipulum, sedem beati Marci Euangelistæ ad communionem beatissimi Petri, de vitæ eorum meritis deuotione reducite: vt ipso in vobis opus bonum perficiente, qui cœperit, securè audire mereamini. c: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit: & ad cœlestis gloriæ culmen, ita vice Dei præsidens, verendus veracitèr existens Diuinitatis imitator, atq; adhuc in rebus temporalibus constitutus, iam experiaris & nunc in æternam tibi beatitudinem præparatum.

QVÆ A ZENONE PRÆSTANDA.

c Matth. 10. 22.

XLIV.

Quod verò cuncta literis non potuerunt comprehendi, quæ negotij qualitas non sinit præterire: quædam venerabilibus nostris fratribus & Coepiscopis meis, quibus cura legationis iniuncta est, proprio apud vos agenda sermone, commissa sunt. Precor, vt ea quæque & audire benignus, & indifficulter annuere, tum pro Catholicæ obseruantia veritatis, tum etiam pro regni vestri incolumitate dignemini. hactenùs Felicis Papæ epistola ad Zenonem Imperatorem, fortissima ipsa quidem ad redarguendum, & potentissima ad suadendum, ac digna planè tanto Apostolicæ sedis Antistite: sed mendosa scriptio atque carioſa vetustas reddunt eam in nonnullis obscuram.

XLV.

Quòd verò magnoperè crederetur fore, vt Acacius refractarius suasionibus Pontificis & Apostolicæ sedis monitis minimè acquiesceret, sed cò tumaciter solitâ arrogantiâ resiliret: optimè consultum fuit, vt ijsdem legatis daretur citationis libellus, quo Acacius ad Apostolicam sedem ad respondendum obrectis coram ipso Roma-

* protectionis.
a Deut. 25.
VERÆ FIDEI DOCTRINA.
* perspicuum.

no Pontifice vocaretur, qui sic se habet ex eodem codice scriptus:

XLVI. LIBELLVS FELICIS PP. AD ACACIVM.

*Episcopali diligentiâ commonente, debuerat dilectio tua Ecclesiasticum morem secuta, quid responsio sanctæ memoriæ prædecessoris mei per virum deuotum Vranium subdiaconum, apud clementissimum Principem qui apud te quoque litteræ ipsius in causa Alexandrinæ Ecclesiæ profocerunt, indicare: & curam, cuius te non immeritò voluit esse participem, cuncto studio prosperorum significatione moliri; vt Catholica fides apud Chalcedonensem Synodum roborata, & iterum firmata responsis omnium, qui in eadem sederant Domini sacerdotum, quàm inopinatò rursus hæreticorum prauitas inquietat, communi opere inimicis propriis subiacere non permitteretur oppressa. Quòd cum diu omittitur, superueniens & Coëpiscopus noster Ioannes fugatus ab hæreticis perditoribus sedis Alexandrinæ, libellum nobis, quem sanctæ memoriæ decessori meo parauerat porrigendum, (quantum ex subiectis agnosces) ingessit. Quem morem, maiorum sui beatæ memoriæ Athanasij exemplo & priorum * nostrorum; non potimus refutare.*

* piorum

XLVII. *subiectis.

*Etideò lectis subditis *, frater carissime, ad hæc, quæ præposita esse cognoscis, apud beatum Petrum Apostolum, cui preces in nobis oblatas peruides, & quem ligandi atque soluendi à Domino potestatem sumpsisse, non potes dissiteri; Cum in Conuentu fratrum & Coëpiscoporum nostrorum respondere festina: vt in alterutram partem, quod iustitia parauerit, ordinationes, amotis scandalis Ecclesiarum, quæ scindi videmus, reparatâ concordiâ, & seruatâ integritate fidei, puris mentibus acceptissimas factamus placationis hostias, quas pro omni populo Christiano & salute gloriosissimi Imperatoris offerimus. Ad quam rem de collegio nostro fratres & Coëpiscopos nostros Vitalem & Misenum, cum quibus illum à latere nostro fidelissimum nostrum Felicem Defensorem, sanctæ Ecclesiæ Romanæ ordinatione direximus: quibus moram fieri non oportet: ne ad insignationem Domini pronocandam, quæ corrigenda sunt, procrastinationibus connaleascant.* hucusque libellus Acacio offerendus. Cunctus huic fuerat & ille oblatus Romano Pontifici libellus Ioannis Episcopi Alexandrini, sed desideratur in codice: vbi tamen scriptus extat huiusmodi eiusdem Felicis Papæ libellus ad Zenonem Imperatorem:

XLVIII. LIBELLVS AD ZENONEM IMP.

*Cùm sibi redditam pacem, compressis per vos hæreticis, qui sentiebantur attolli, vniuersali gauderet Ecclesia, & vestræ pietatis Imperium etiam de inimicis suis victoriam reportâsset, & per vniuersum Orbem pro salute vestræ serenitatis oratio cuncta resonaret ad Dominum sacerdotum; & vestra pietas fidei custos & defensor Orthodoxiæ sub æterni Regis propitiatione regnaret: quando venerandi apices vestri, & eo proxima currens de sacro pectore frequenter auctoritas, inter gaudia recepti Imperij, Petrum conuersatum cum hæreticis, & parricidæ illi Timotheo cohærentem, à prophanis (quia nec ab alijs fieri poterat) Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, quantum sibi existimauerat, ordinatum, acceptissimæ Deo præceptione deiecerat; & tyranni literas, quas in euersionem contra fas & sacrosanctis Chalcedonensis Concilij definitiones mens insana dictauerat pro regni sui commendatione, euacuauit: ita deindè dicitas ordinationes eius, vel etiam Timothei, vtpotè hæreticorum, irritas fecit, atque eos, quantum extra Ecclesiam fuerint, indicauit *.*

* indicauit

XLIX.

*Sed nunc cum, mutato omnium gaudio in mœrorem, Ecclesiæ Alexandrinæ cognouimus præsidere. Quod si verum est (vt Christianissimo Principi coram Deo fidue, aliter est faciendum) diuino iudicio suggerimus, non leuiter esse pensandum; nisi cito remedijs, quod in contumeliam Dei factum dicitur, fuerit expiatum. Et quia (sicut scriptum est *) vnius membri totum corpus patitur passiones, in persona eius Orientis concutiuntur Ecclesiæ. Quod fratrem & Coëpiscopum meum Constantinopolitanum resbicit sacerdotem; aduersus quem in Conuentu mihi ab eo, cuius sedem præfatus fertur tenere, libellus oblatus est, quem deprecationibus meæ humilitatis annexui; vt idem frater & Coëpiscopus meus Acacius (sicut Ecclesiasticis necesse est, & vestris legibus fieri decet) ad hæc, quæ de se peruidet intimari, apud beatissimum Petrum Apostolum diluere obedienter procuret, nec vllo modo existimet differendum. Qui si (quemadmodum confidimus) benè conscius est, Apostolicum non debet iudicium cum consacerdotibus suis & moderationem abijcere; vt sacerdotalibus actibus & comprobatione fideli comprobatus, præmium Christi Domini nostri, atque omnium sacerdotum, ac deinde pietatis vestræ gratia gloriosius perfruatur.* hucusque Felicis Papæ libellus ad Zenonem contra Acacium. Desideratur verò (vt diximus) Ioannis Episcopi Alexandrini libellus, quem his se subiecisse idem Felix affirmat. Cæterùm non ad Zenonem solùm atque Acacium per eosdem legatos datæ sunt litteræ Constantinopolim, sed etiam ad clericos monachos, atq; laicos Orthodoxos, vt testatur Liberatus Diaconus[b]. Intueris Romani Pontificis amplitudinem, & eminentem subijci nesciam auctoritatem: dum licèt Romæ sub Erulis Arianis propemodùm captiuus ageret, Zenonem Augustum grauibus coërcet epistolis, & Constantinopolitanum Antistitem ad dicendam causam Romam vocat (vt excitatis modò Felicis Papæ scriptis vidimus) cùm Alexandrinus Patriarchæ apud ipsum Romanum Pontificem, oblato libello, eundem accusâsset Acacium, probè sciens maiorũ exemplo Romanum Pontificem vniuersali Ecclesiæ iudicem præsidere.

[b] Liberat. Diacon. in Breu. c. 18.

L. QVA FIDE HANC LEGATIONEM IN EIVS PAPAE PERFICI VOLVIT. [c] Euag. l. 3. c. 10. p. 22.

Meminit etiam earundem literarum & aliarum (vt diximus) Euagrius, qui de accusatione Ioannis Alexandrini Episcopi contra Acacium in oblato libello contenta agit; & quomodo Felix Papa, vt Romam ad dicendam causam idem Acacius mitteretur, à Zenone petierit, narrat, res omnes paucis complexus post refutatum Zachariam historicum rem tantam ambagibus obuoluentem, ait enim[c]: *Cùm libelli à Ioanne Felice contra Acacium, quod contra Ecclesiæ ritum cum Petro communicauerat, deq; alijs grauioribus ab eo contra canones admissis dati erant: mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalis & Misenus Episcopi, vt eius auctoritate tum Concilium Chalcedonense firmaret, tum Petrus vt hæreticus Episcopatu pelleretur, tum denique Acacius mitteretur ad ipsum Felicem, rationem daturus, quas Ioannes, cuius mentionem sæpè fecimus, crobiectasset, redditurus. At priusquam Vitalis & Misenus venirent ad Imperatorem, Cyrillus, qui monachis, quos ἀκοιμήτους, hoc est, Insomnes, vocant, præerat, mittit ad Felicem, quòd eum, cum tam grauia peccata contra veram fidem commissa essent, insimularet tardatis.*

LI. DE TEMPORE SECVTIONIS AFRICANAE ECCLESIAE.

Felix igitur scribit ad Misenum, vt nihil antè moliretur, quàm esset cum Cyrillo collocutus, & ab eo, quid esset faciendum, didicisset. Aliæ præterea literæ à Felice tum ad illos, tum ad Zenonem scriptæ fuerunt, quibus eos non modò Concilij Chalcedonensis, verum etiam persecutionis in Africa regnante Theodorico excitatæ, in memoriam redigeret. hæc Euagrius: ex quibus intelligis pariter, hoc anno postquam legati ab Vrbe recessissent, fuisse excitatam in Africa aduersus Catholicos persecutionem, de qua legatos iam profectos literis admonuisset: agemus de ea inferiùs, postquam quæ reliqua sunt rerum gestarum anni huius Felicis Papæ aduersus alios hæreticos fecerimus prosecuti: Quæ verò Constantinopoli per legatos acta sint, suo loco dicentur infetiùs anno sequenti.

LII. PETRVS IVLLO EPISC. ANTIOCH. DAMNATVS ROMA.

Hoc itidem anno primo Felicis Romani Pontificis, in eadem quæ est habita (vt dictum est) Romæ Synodo, ab eodem Romano Pontifice damnatus est Petrus Fullo, idemque dictus & Cnapheus, intrusus post electum Calendionem Episcopus Antiochenus. Hæc quidem hoc ipso anno facta esse, certum inde argumentum deducitur: quòd cùm in literis de eiusdem Petri damnatione mentio habeatur de Acacio adhuc præsidente Episcopo Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quem tamen constat anno sequenti à Felice exauctoratum; affirmandum esse videtur, id factum hoc anno, nec dicere possumus eadem facta esse anteà; cùm hæc ipsa non ab eius prædecessore Simplicio, sed à Felice Papa peracta esse noscantur, qui (vt vidimus) hoc anno sedere cœpit. Magna profectò ista Romæ habita Synodus dicenda est, in qua tantum sunt gesta: cui Romanus Pontifex præfuit Iudex, aduenit Alexandrinus Patriarcha actor, citatusq; ex ea Constantinopolitanus Episcopus, & Antiochenus depositus sententiam damnationis accepit.

LIII.

Actum igitur de Petri funestissimi hæresiarchæ damnatione hoc anno Romæ in Concilio per Romanum Pontificem Felicem facta, quæ antea præcesserunt, in medium adducemus. Accidit autem, vt (quod dictum est) nefa-

rius

rius Petrus, quam occultâsset in corde, repentinâ eruptione in conspectum omnium hæresum propalaret, nempè se non Eutychianum esse, sed & Apollinaristam atque Sabellianum: dum sacro Trisagio cani solito in omnibus Orientis Ecclesijs, diuinitùs hominibus impertito, quo dicitur, SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS, additit iste in hæc verba blasphemiam, QVI PASSVS ES PRO NOBIS, adscribés nimirùm passionem sanctissimæ Trinitati: atque his literas scripsit ad Acacium Constantinopolitanum Episcopum: Quo quidem portento edito, se primò detexit esse Eutychianum; dum vnam in Christo affirmabat esse naturam: & cùm diceret carnem de cœlo allatam, in Verbum esse conuersam, se esse docuit sectatorem Apollinaris: cùm verò æquè Patri ac Filio, Spiritui que sancto passionem coniungeret, planè Sabellianum se aperuit, asserens vnam tantùm totius Trinitatis esse personam: sicq; maiori cumulo redderet proscriptum diu ante nefandum Theopaschitarum errorem, excitans & blasphemias Marcionis, Valentini, Manetis, & aliorum iam diu ante eiectorum hæreticorum.

LIV. SYNODVS CONST. CONTRA PETRVM CNAPHEVM. a Habentur tom. 2. Conc. in vetori editione in exordio V. Synodi, in recentiori edit. in Vbe Papa habet eadem cita tus superius codex Petri anus

Hæc autem vbi audierunt Orthodoxi Episcopi Orientales, horrescentes tot blasphemiarum inuolucrum instar serpentum mutuis spiris inter se inuicem glomerantium, continuò exclamauêre. Sed & Acacius Episcopus Constantinopolitanus simulac ad se scriptam ab ipso Petro accepit horrendam blasphemiam, quantumlibet eidem Petro nonnihil studuisset; tamen ad dementem hominem curandum, congregauit Constantinopoli Concilium Episcoporum, vbi ab omnibus insanus ille Petri damnatus fuit error. Meminit eiusdem quoq; Synodi Constantinopoli ab Acacio celebratæ Felix Papa in posteriori epistola ad ipsum scripta. Extant adhuc & epistolæ a diuersis Episcopis ad eumdem impostorem protinùs datæ: & inter alias quam scripsit Antheon Episcopus Arsenoitis in Ægypto: cuius est exordium: *Multum valdè angustiatus sum super te, frater honorandissime, quoniam per te magnum oritur scandalum, &c.* meminit de ipsius ad Acacium, quibus attribuebat hæresim, literis.

LV.

Scripsit etiam ad eumdem Petrum Faustus Episcopus Apollonidis, necnon Pamphilus Episcopus Abydorum, alias Amidenorum, ab Acacio Episcopo Constantinopolitano, vt id faceret, persuasus: nam inter alia: *Multâ* (inquit) *tristitiâ repletus hæc tibi addo simul cum Acacio inducente me ad hoc ipsum, &c.* Sed & Asclepas Tralliarum Antistes id ipsum nauiter operatus est, scribens pariter ad eum epistolam, cuius est principium: *Ecce, carissime, repletus est mundus scandalo, &c.* Acacius quoque, qui auctor illi extiterat reassumendæ sedis Antiochenæ, facti serò pœnitens eumdem Petrum grauissimis admonuit literis, quæ sic incipiunt: *Obstupuit cœlum, & tremuit terra: mota sunt autem & fundamenta sanctæ Dei & Apostolicæ Ecclesiæ luctus & ploratus apprehendit sacerdotes Christi in his, quæ ego & sancta Synodus hic secundùm Dei nutum congregata audiuimus fieri à te, frater.* & quæ sequuntur. Qui autem post epistolam subijciuntur in codice anathematismi, non sunt ad Acacij epistolam spectantes, sed ad epistolam Quintiani Episcopi Asculani, vt præ se fert Vaticanum Latinum perueterus exemplar, in quo & dictæ epistolæ emendatiores leguntur, quàm in sectandecimo Conciliorum, vbi editæ reperiuntur cum aliis ab Occidentalibus ad eundem datis.

LVI. ROMANA SYNODVS IN CAVSA PETRI CNAPHEI

Tantæ autem blasphemiæ tonitruus, qui Orientem fetiendo concussit, non sine horrore in Occidente auditus est. Cùm & Romanæ vrbis Felix Antistes super vniuersum gregem inuigilans his quantocyùs occurrere festinauit, collectaque Synodo nefandum damnauit errorem, scripsitque ad eundem Petrum literas, quibus eius singulas blasphemias confutauit: sed primò cum luctu ita exordiur: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? &c.* in fine autem de collecta Synodo meminit verbis istis: *Hæc tibi scripsi vnà cum præsenti Synodo constituens te coram Deo & sanctis Angelis, vt ea docereas. & nobiscum sentias, vt illibata fides nostra permaneat ad gloriam Dei.* Addidit & post has alias commonitorias literas, vt idem Papa testaretur in sententiæ libello aduersus eundem Petrum conscripto: sed cùm has omnes despexisset, damnationis in eum sententiam irrogauit, vt suo loco dicemus.

LVII.

At non Felix tantùm in Occidente, sed (vt dictum est) & Quintianus magni nominis Asculanus Episcopus id ipsum præstitisse scribens & admonens nefarium Petrum de illatis ab eo in Deum blasphemijs. est eius epistolæ exordium: *Multifariam multisq; modis à veritate carissime, declinásti, &c.* post multa autem duodecim apposuit anathematismos, qui sic se habent:

b Extat apud tom. 2. Concil.

LVIII.

Omnis, qui dicit vnam naturam Dei Verbi & carnis, non duas vnitas indiuisas, damnetur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, & non passum Christum carne, secundùm Apostolum; damnetur.

Si quis impassibilem & immortalem Deum Verbum dicit conuersum in passionem & mortem, & hoc non reddit eius carni: damnetur.

Si quis nomen Trisagion, hoc est, ter sanctum dicit propter nos crucifixum, & non Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum; damnetur.

Si quis potest vocem ter sanctam, Deum dicit crucifixum propter nos, & non potiùs vnum Filium, cui in medio ter sancta vocis hymnus dicitur, damnetur.

Si quis hominem dicit, qui pro nobis crucifixus est, siue Deum, diuidendo naturas, & non eas copulando in crucifixione eius; damnetur.

Si quis dicit duas personas, seu subsistentias, & non potiùs duas naturas in vnam personam & vnam subsistentiam concurrentes, damnetur.

Si quis alterius substantiæ dixerit carnem Domini à carne nostra, & non potiùs nobis consubstantialem absque peccato; damnetur.

Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem dicit; damnetur.

Si quis dicit creatum Patris Verbum, & non magis eius carnem; damnetur.

LIX.

Si quis dicit consubstantialem carnem Domini Deo & Patri, & non potiùs Deum Verbum; damnetur.

Si quis dicit sine mente & sine anima Dominum nostrum Iesum Christum, & pro ea habuisse diuinitatem, & ex hoc dicendum passum carne Deum, & non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum Verbum, & impassibilem dicendum eundem diuinitate, humanitate verò passibilem; damnetur. hactenùs Quintiani anathematismi. Qui autem apud secundum tomum Conciliorum post hos duodecim sequuntur octo alij anathematismi, non sunt Quintiani Episcopi Asculani, sed Asclepiadis Trallensis Antistitis, vt apparet ex codice Vaticano: non enim plures, quàm duodecim fuerunt Quintiani anathematismi, de quibus ipse mox istâ pergit dicere:

LX.

Hæc duodecim damnationes dixi tibi, vt metuens horum iudicia, recedas à tu scallidissima nonitate: Sciens, quia oportet nos sequi relationem sanctissimi Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ Procli: quomodo cùm in campum concurreret cum omni populo suo imminente pro terræmotu, eadem fluctuante ciuitate, & luctu ab omnibus emisso, repente puer in aëre à quadam virtute elevatus est, cuique præceptum est, vt in Litania diceretur Trisagion. hoc est, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis, & hæc denunciare Episcopo iussus est, qui per tres horas stetit in tribunali circa pedes eiusdem Episcopi. & hoc narrante puer. Et iam Litaniam facientibus, fecerunt illi terrores. Sic itaque & tu Litaniam facito, & cessabit ira prolata: alioquin venies super te Felicis Papæ nostri damnatio. Custodiat autem Deus Mundum à scandalis nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen. hactenùs de his Quintiani epistola reddita ex codice Vaticano: quæ hi sèt suo loco, eo anno, quo acciderunt, fuerunt enarrata; ob prodigij excellentiam haud pigui ex eiusdem Quintiani epistola hic repetere. Sequebatur in codice post Quintiani literas epistola Iustini Episcopi in Sicilia ad eundem Petrum blasphemum data, quæ incipit: *Oportet armari militem aduersus hostem, &c.* vbi post nonnulla hanc salubrem admonitionem apponit: *Quiesce ergo ab hac impietate sæuissima, non alijs scandalum, & non ex-*

causa perditionis simplicium hominum: ne forte Pontifex noster Felix secundum canones te condemnet: & nihil tibi proderit dicenti: Ego bene hæc apposui, dum Crucifixum in voce Trisagion sum confessus, &c.

LXI. Sed in eodem codice Vaticano extat epistola Flaccianı Episcopi Rhodopensis hactenùs nusquam edita. Fuisse hic vnus videtur ex illis Episcopis, qui ex Ægypto Romã cum Ioanne Alexandrino venerunt, atq; Romano Concilio interfuerunt. habentur in ea nonnulla suo ipsius exordio, quomodò hic nefarius deceperit Acaciũ Constantinopolitanum Episcopum, vt restitueretur in sedem. Reddamus hîc aliqua ex ea, ab ipso epistolæ initio inchoantes, quod est huiusmodi:

LXII. EPISTOLA FLACCIANI EP. SCRHODOPENSIS AD PETRVM. *Venatorum ferarum iracundia non terrentur, neque sanguinis earum oculi perturbantur, sed potiùs ex aduerso prouocant eas qui confidunt in iaculis quæ secum habere noscuntur: Et veritatis indagatores non metuunt Regum & Principum hæreticorum iracundias, ne qui inflammant in subuersionem oculos suos; sed accedunt ad eos viriliter, si quomodo possint ex his cibum Deo venari, cùm faciunt furorem cessare eorum quem habent de mala conscientia, si quando sancto Spiritui reluctantur. Hinc odo dum non prævalet in bieme consistere, apprehendit ea loca, vbi tranquillus aër est: & pij viri hæreticorum fluctus respicere non valentes, illuc confugiunt, vbi fides temperata consistit.* Præfatur ista Rhodopentis, quòd in adeò horrenda tempestate, quâ Oriens obriguisset algore perfidiæ, ipse Romam ad Apostolicæ sedis tranquillitatem instar hirundinis commigrâsset. Sed quomodo ipse feram bestiam se appetere dicat, eiusmodi eum exagitans inuectiuâ demonstrat:

LXIII. *Quis est igitur qui procellas excitauit hæresum, nisi tu, qui solicitasti aures Principis innocentis, & falsis literis cor Pontificis crexisti, id est, Acacij, vt ad communionem te susciperet, dicendo: Non mihi fiat vlteriùs crucem apponere Trinitati, prædicando tantùm Christum crucifixum. Cui enim non videatur errare sermo impudentia? Vbi ergo ex hoc declinans, remaneam non susceptus à vobis? Et vbi sunt viscera Christi ad Petrum?* sunt hæc verba olim scripta ab ipso Petro ad Acacium, cùm se simulauit Catholicum esse, vt receptus in communionem ab ipso, sedem, ex qua exciderat, recuperaret. Pergit verò Flacianus: *Hæc & alia similia dicens, non audis baculum exactoris: instituisti in proposita tuo, vniuersis q; errores distribuis. At enim vibratus es canonice à Præsulibus nostris, id est, à Principe Apostolorum Petro, cui Dominus ait* [a]: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo. At nec hoc meruisti, vt per dignam pœnitentiam relaxeris, in tenetipsum statuens, vt perseueres in hac damnatione: Sed in hac vita spem habes tantummodo sperare in Principibus, vt redeas, vbi digne electus es à sancta sede; ideoq; perfectius es miserabilior omnibus hominibus, tanquam minimè desiderium habens ad Deum viuum & eius regnum cœlorum. Verumtamen noli frustrà pluere de alba, quia irregulariter sacerdotij principatum arripuisti: neq; inserui aduersus nos pièrecteq; prædicantes, &c.* pergit ipse pluribus & quidem fortè er cõfutare eius blasphemias.

[a] Mat. 16

LXIV. PETRVS PVLLO DETEGITVR ARIANVS. Cùm enim inter alia profiteretur Petrus præ omnibus hæreticis Arium detestari: ostendit ipsum eadem sentire cum Ario: nam cùm interdum excusando diceret, se non affirmare Trinitatem esse crucifixam, sed vnam ex personis eius, nempe Filium tantùm; ad hæc ipse: *Cur* (inquit) *abhorres Arium, vt putes non quæ sunt illius sapere? Vbi apud te Consubstantialitas inuenitur, quæ apud illum nequaquam susceptura dixisti enim: Vnum Trinitatis reor passibilem. sed non Patrem, nec Spiritum sanctum, sed Filium Dei. Ecce factus es Arianæ hæreseos à temetipso conuictus, cum hoc Arius dixerit: Quia si passibilis est Filius, Pater verò non, quomodo consubstantialis?* Ad postremum verò post eruditam satis aduersùs eum in longũ productam disputationem hæc habet: *Resipisce, vigila, ne permaneas in iudicio Patrum: scio enim, quia neque Reges, neque potestates, neque principatus soluere te poterunt hoc vinculo, nisi conuictus relinquas temporalem dignitatem, sedeasq; tamquam Iob super sordes extra ciuitatem. Hæc est ad te mea salutatio secundum Deum in Christo circa te, non secundum homines.* hactenùs ipse.

LXV. Porrò scripta ista ab eo ad Petrum videtur epistola, cùm iam ipse Petrus à Felice Papa damnatus esset: id enim significasse illis visus est verbis: *Cribratus es canonicè à Patribus nostris, id est, à Principe Apostolorum, &c.* cùm videlicet auditis adeò horrendis in Occidente blasphemijs, simul cũ Romano Pontifice, qui collecti fuerunt Romæ Episcopi, aprum illum siluestrem diuinæ Scripturæ & sanctorum Patrum scriptis appetuêre, confodereque illato in eum ab omnibus anathemate, obnitente in primis in eundem ipso Romano Pontifice. Extat prolata in Petrum ipsum blasphemum Felicis Papæ sententia in dicta Romana Synodo quadraginta duorum Episcoporum hoc anno habita; quæ sic se habet [b]:

[b] Extat ep. 1. ep. de stat. Rom. Pont. & tom. 2. Conc. LXVI. FELICIS PAPÆ SENTENTIA DE DAMNATIONE PETRI ANTIOCHENI. * Græcè Gelasius.

Quoniam pestiferis doctrinis imbutus, & impietate verborum, non curâsti sequi præordinatos sanctos Patres, qui sedem beatæ memoriæ Ignatij gloriosi martyris ordinauerunt: quò etiam cùm sis indignus, nescio quemadmodum adeptus fueris principatum, & sceleribus tuis profanis, impijsq; dogmatibus inferre putaueris Ecclesiæ Catholicæ nouitatem, vt non propter nos Christum crucifixum dicas, sed passionem impassibili Deo impiissimè intulisti, & immortali Spiritui mortem apponere præsumpsisti: Nec exterrimus es, qua tibi à sancto Euangelio * *& Apostolo & viris probatissimis & beatissimis Patribus tradita sunt, sed callidis hæc commentis astruere, & sensum proprij languoris, & huius hæreseos scandalum simplicibus inculcare, ita vt nec similis prioribus videatur hæresibus, sed multiplicitèr potiùs hæc transcendant: Nec ambulare in veritate, nec nostris duabus epistolis aurem voluisti accommodare.* Vides duas præcessisse epistolas à Felice datas, præter alias ad eundem à prædecessoribus scriptas, & antequam sententiam in eum ferret, à Simplicio Papa antè à condemnatum. Sed pergit.

LXVII. IVSTA PERCVSSIT EPISTOLA SANCTISTA HABRAHAMICA. *Nunc igitur sum exorsus aduersùs te proferre sententiam (magis autem Princeps Apostolorum Petrus, qui inter sanctorum Apostolorum præconia præco veridicus est) & non solùm aduersùm te, qui eius nomini non consentis, neq; fidei parem te esse cognoscis, quoniam vltra modicum ab eius intentione rectâ inuiolabilis fide deuiâsti, sed etiam aduersùs eos, qui non erubescentes Euangeliorum venerabiles characteres, neq; horum sequacium Apostolorum perfectorum, q; virorum doctorum sermones, inconstanti sententiâ, iniquis traditionibus tuis incumbunt, ita vt mala secta detestabiliter & verâ sequantur amaritudinem, nec huiusmodi execrabilem auersantur impietatem. Dicimus ergo tibi, sicut etiam illi* [c]: *Quoniam dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem: dilexisti omnia verba præcipitationis & linguam dolosam: propterea destruet te Deus in finem, non solùm ab Antiochena Ecclesia sede, sed etiam ab omni ciuitate.*

[c] Psal. 51.

LXVIII. DAMNATVR AB OMNIBVS PETRVS ANTIOC. *Etenim sit in te hæc fixa damnatio à me & ab his, qui sub me constituti Episcopales sedes gubernare noscuntur, & Acacio Constantinopolitanæ Ecclesiæ pastore, & venerabilibus Episcopis eius uri subiecti, tanquam & ipsis minimè consentientibus tuis commentis. Sic aliquando fluctuasti dixisti, Trinitatem propter nos crucifixam, & non Christum: Aliquando verò immortalem spiritum, Manichæi secutus errorem: Aliquando autem hæc fugiens, nostrorum sermonum pigroribus increpatus, Christum post immortalem Spiritũ passionem sustinuisse dixisti, sicut Paulus Samosatenus & Nestorius, vnum Filium diuidentes in dualitatem Filiorum. Et cùm his* * *pugnasti non immorandum, ad perora venisti, vt hymni, quos Cherubim cum tremore Trinitati incessanter emittunt, ad Trinitatem glorificandam non referantur, sed vt totus hymnus ad Filium deducatur, confirmare volens sententiam velut cancrum serpentem quam aduersùs simplices extulisti: & hinc in omnium hæresum laqueos incidisti, à veritate declinando, nec prædicando propter nos Christum crucifixum vnigenitum Dei Filium, qui in medio Patris & sancti Spiritũ glorificatur.* * hic quos sic secta tus hæreticos pere.

LXIX. *Quid enim hoc erit damnabilius, quàm cùm à vobis Pater & Spiritus sanctus fiat gloriosus, calumnia Seraphim inferatur, quàm cùm non Trinitatem glorificare creditur, cùm dicit: Sanctus, sanctus, sanctus, sed solam personam? Quæ infernalis hæresis! acrediter vt vos, increcunda fuit? Verumtamen adhuc in ista discurrentes nocte, vsque ad fundamenta blasphemiarum Dei pertingitis: Filium Patrem & Spiritum sanctum dicentes, Sabellium sectantes, & confusionem inducitis, & Trinitatis confessionem pariter abnegatis, in qua baptizati sumus, & credimus & fatemur. Qui ergo non lugeat talia dicentes de sancta & inuiolabili Trinitate? Hoc mihi valdè conuenit allegare, & planctum sufficienter effundere, cùm in hoc simplicium animæ fuerint captiuatæ, quæ*

tam

tam rem impiam diuulgauerunt: quos etiam extra aeos iudicamus à recta fide, Ecclesiaq; Catholica, & communione gloriosissimi nostri Principis Petri, qui a claues regni cælorum à nostro Saluatore percepit.

Qui ergo voluerint esse communicatores Apostoli, eius quoque doctrinam sequantur, docendo & credendo Christum propter nos crucifixum, neq; enim negandus sunt Petrus, qui nuper damnatus est, eò quòd prauè & nefariè in hymno Trisagion nouiter introduxit, Qui crucifixus es propter nos. Scientes, quia non Trinitatem crucifixam ab Apostolo accepistis, neque Patrem, neq; Spiritum sanctum, nisi carnem Christi, Filium Dei vnigenitum solum. Igitur fugite ab huiusmodi communione sacrilega, & ero vester socius atq; communicator, & vos quoq; mei, pestilente dolore à vestra rectitudine procul expulsi. Custodite, Christi discipuli, mei autem filij, traditiones, quas à sacris voluminibus accepistis. hactenùs excommunicationis in Petrum & eius sectatores sententia missa in Orientem.

Adiecit his litteras Felix Papa ad Zenonem Imperatorem, monens eum, vt caueat à communione Petri tam iudicio Ecclesiastico condemnati. ipse autem sic se habent[b], vtin re seria Romanum Pontificem decuit:

Conuenit, tuæ clementiæ rerum ordinem nunciare gestarum pro tranquillitate Imperij serenitatis tuæ. Te ego suscipias precem meam, ac si ipse præsens essem benignis auribus tuis, vt Christianissimus Imperator; & nequaquam arbitretur pietas tua illum puro vos corde diligere, quicumque te pacem cum Deo habere non velit. Quoniam verò fideli mente credidisti, nec ambigis, & semper ea soli potestatem & æternæ vitæ retributionem supernæ mercedis tenere: per nostram etiam paruitatem dignare suscipere venerabilem ac diuinam beatissimi Petri confessionem, Apostolorum [c] *Matth. 16.* *scilicet Principis, cui & regni claues à Saluatore traditæ sunt* [c]: *qui etiam præparabit Christianissimo Imperio vestro locum in cœlo cum sanctis Angelis: quique immutabilem & immaculatam fidem in Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium vnigenitum primus exponens, à Saluatore ipso beatus dictus est. Nam cum ipse* [d] *Matth. 16. PETRI CONFESSIONIS EIVSDEM BEATITVDO.* *diuisset ad Dominum* [d]: *Tu es Christus Filius Dei viui: ab ipso audire meruit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est: & super istam confessionem ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Cum ergo Saluator dixerit, quòd portæ inferi non præualebunt aduersus ipsius Ecclesiam, vt ab ea ipsius denominationem tollant, quæ dicitur Christus Iesus & Dei omnipotentis Filius: Petrus Fullo primogenitus & diaboli filius, qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingessit, sanctamq; sedem Pontificatus ignatij martyris polluit, qui Petri dexterâ Episcopus ordinatus est, Eustathijq;, confessoris ac præsidentis trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa conuenerunt, ausus est dicere, non oportere Christum etiam Dei Filium nominare secundùm diuinam Saluatoris sanctionem & traditionem diuinarum Scripturarum, Patrumq; expositionem, sed vnum de Trinitate passionem pro nobis pertulisse in substantia Deitatis, iuxta Arij, Apollinarij, Nestorij, Eutychetisq; blasphemiam, volens hâc voce euacuare salutarem Domini incarnationem, secundùm quam Christus & passionem subijt (dicitur [e] *enim vnus ex nobis, qui Abrahæ semen apprehendit) Augere quoque Deorum* [e] *Hebr. 3.* *pluralitatem nititur: quippe sensu eius tres introducit Deos, vnum mortuum, duos viuentes. Soluit etiam Consubstantialis nomen, sacrasq; abijcit Synodos Nicenam, Constantinopolitanam & Chalcedonensem: sanctam quoq; Mariam Virginem nequaquam admittere deprehenditur: Siquidem non ex ea Verbum incarnatum humano factum est: quæ necessitas Virginis? & quare ad eam Gabriel: Quod ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius?*

Post hæc autem omnia impia, & blasphemiæ suæ præsumpta, & deprauationem Trisagiæ deprecationis, cum illi addere voluit: Qui crucifixus es pro nobis: multa inconuenientia effecit, multumq; à nobis & in Christo dilectis fratribus nostris, qui in Oriente sunt, & à venerabili Acacio vestræ regalis & à Deo amatæ ciuitatis Archiepiscopo admonitus, conuerti noluit. Quapropter nunc sancta Dei Ecclesia maternis te vocibus, vtpote ad excellentem eius filium alloqui non cessat: O à Christo amate Imperator, meæ venerabilitatis vinculum, in quo multitudines Fidelium constringuntur, dissolui non permittas. Domini autem Christi & vnigeniti Filij Dei laudationem transgredi non permittas, quæ & vestram ciuitatem periclitantem saluauit: sed tanquam Angelorum traditionem indeprauatam conserua, & Petrum Arianæ superstitionis sequacem ab Ecclesia Antiochenæ expelle.

LXXIV

Qua ex causa Petrus scidit vestem meam desuper contextam? Deus & Pater mandauit Principe Apostolorum, quid vocarent Filium? Eius vnigenitum, illum in confessione primi Apostolorum iussit me. Sanctus Spiritus quotidie testatur mihi dicens [f]: *Non iudicate scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Si autem inimici, incredeli, infidiatores, qui extra vtrem sunt, & qui vnigenitum Filium Dei macularunt, lapidauerunt* [g], *& ligno crucis affixerunt, vestem suam non diuiserunt; & Petrus fidei meæ vestem diripit? Porta inferi non præualuerunt aduersus me, & Petrus tentat meos muros diruere?*

[f] *Matth. 16.* [g] *Ioan. 1. Cor. 2.* [g] *lanciauerunt.*

LXXV.

Ego, pissime Imperator, te de Imperio expulsum rursus introduxi, & malignos & inobedientes meos diuinis dogmatibus dedi pro sepultura tua, viam quoque potentiæ aperui ante te, inimicos tuos percussi vnà cum iniquo eorum dogmate, antiquam potentiam exquisiui tibi à Deo in altis regnante, ex quo & regnare cœpisti.

Respice ad prædecessorem tuum pissimum Imperatorem Marcianum, & illius fidem libenter amplectere: Hæreticam tyrannidem Petri quam vocat. Hanc eradica: Valentini & Eutycheti discipulum expelle & à cunctæ simul & Ecclesiastico regimine, & à dignitate hierarchica Xicëlum esse sancito.

LXXVI

Consule, sanctissime fili & Imperator inuictissime, qualis in Chalcedonensi Synodo indubitabilis defensio fuit, & quibus expugnauit Eutychetem [a], *& diuulgationes hæreticæ doctrinæ Petri expedias. Hæc legat sancta Dei Apostolica & Catholica Ecclesia, vt ab ipsa propter pradictas causas depositum ad communionem non suscipias, sed per diuinos apices vestræ serenitatis ab Antiochiæ confinio propellite. Pro ipso autem constituite virum operibus sacerdotium ornantem, custodemq; diligentem sanctæ Chalcedonensis Synodi, & eorum, quæ in ea firmata sunt. Omnipotens Deus custodiat vestrum potentiam in pace semper.* hactenùs Felix Papa ad Zenonem Imperatorem hoc quidem anno (vt dictum est) cùm adhuc non esset Acacius ab Apostolicæ sedis communione reiectus, quod fieri contigit anno sequenti. Cur verò de restitutione Calendionis nihil penitùs Felix agat; puto quidem rem interim dissimulatam fuisse, quòd ille, licèt per calumniam, vnà cum aliis manifestatis crimine factus reus, digno (vt apparebat) prætextu fuisset expulsus.

[a] *Æschinus, HORTATVR IMPERATOREM, VT PETRVM PELLAT.*

Ad hæc autem omnia de Petro hoc anno sub Felice Papa conficienda, plures Synodi habitæ esse noscuntur Actiones, in quibus primò scriptæ fuerint litteræ admonitionis ad Petrum: in dicta enim ad eum data tùm epistola de Synodo de ea causa congregata mentio habetur, postquam aliæ secutæ sunt eiusdem Pontificis ad Petrum ipsum litteræ eum iterum admonentis. Postremò verò illa celebrata est Actio, in qua recitata nuper est in Petrum lata sententia: diutiùs enim detenti Romæ ea de causa Episcopi fuêre: nisi velimus dicere ad aliam Synodum iterum eos vocatos Romam eodem anno fuisse. Quæ autem Antiochiæ inter hæc acta sint, in compendio nuper citata legantur: *Dum Acacij scripta legerentur, quæ de Petro & Ioanne Antiochenis ad Papam missa; excessus Acacij etiam in hac causa grauissima deprehenditur.*

LXXVII.

PLVRES SYNODI ROM. ACTIONES.

Denique [a] *memoratus Petrus Ioannem quendam presbyterum ordinauit Apameæ Episcopum, à quibus non receptus, venit Antiochiam, & Petrum Episcopatûs sui pellit auctorem, & inuadit eius Ecclesiam: quos simul iterum damnatos dicit Acacius, pœnis ab Apostolica sede, vt si ad eum fortè confugerent, nec visu dignos haberet: sed si fortasse tam aliquam indulgentiam impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse. Quod cùm factus Ioannes Alexandrinus Episcopus relegisset, tacere non potuit; quòd illum Ioannem, quem Acacius damnauerat cum Petro, & suæ sedis pœnitentiæ fecit ab Apostolica sede damnari, post tot damnationes Tyrorum miserat Ecclesiæ præsidere. hæcibi; quæ gesta esse ante decretam in Romano Concilio legationem, auctor ostendit. Haber hæc etiam de damnatione Petri atque Ioannis Antiochenorum intrusorum Antistitum, deque Acacio promouente ad Tyriæ Ecclesiæ Episcopatum eundem Ioannem, Liberatus Diaconus* [b]: *eademque exactè explicata habentur in litteris*

LXXVII.

[a] *Etenim, DE ACACIO RECIPIENDE ET PROMOMENTE QVOS DAMNAVIT.*

[b] *Liberat. Diac. in Breu. c. 18. Fel. 4.*

Felicis Papæ anno sequenti datis ad clericos & Archimandritas Constantinopolitanos, vbi etiam legitur, Ioannis ordinationem in Episcopum Tyri factam esse ab Acacio anno sequenti, cùm de ipso cœptum esset Romæ agitari iudicium. Quæ autem hæc secuta fuerint, dicemus suo loco. Iam verò in Occidentem clamor persecutionis in Africa excitatæ nos reuocat.

LXXIX. PERSECVTIO IN ECCLESIA AFRICANA.

Hoc enim anno, qui secundus numeratur ab eo tempore, quo de ventura persecutione in Ecclesiam Africanam ostensæ sunt recitatæ superiùs diuinæ prædictiones, cœpta est eadem Prouincia dirè ab Hunerico Wandalorum Rege exagitari: quod & datæ à Felice Papa hoc anno (vt vidimus) litteræ ad Zenonem Imperatorem significant. Quæ igitur hoc anno, quæve sequenti gesta sint, ex Victore, qui aderat, prosequemur: sic enim exorditurª: *Censet primò tyrannus iussione terribili, vt nemo in eius Palatio militaret, neque publicas ageret actiones, nisi se Arianum fecisset. Quorum ingens numerus, ne fidem perderet, militiam temporalem abiecit. Quos posteà domibus proiectos, omnique substantiâ spoliatos, in insulas Siciliam & Sardiniam relegauit.*

ª Victor. de persecut. VVandal. lib. 2.

XXC. * Quo eodem * vendicasse: SPOLIA EPISCOPORVM VVANDALICVS FISCVS RAPVIT.

Quodam tempore statuere per totam Africam festinauit; vt nostrorum Episcoporum defunctorum fiscus sibi substantiam vendicaret*: qui autem defuncto succedere poterat, non antè ordinaretur, nisi fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc ædificium vbi construere nisus est diabolus, statim illud destruere dignatus est Christus.*

XXCI.

Suggesserunt ei domestici sui dicentes: Si istud firmauerit præceptio vestra, nostri Episcopi in partibus Thraciæ & aliis regionibus constituti peiora incipient pati. Quod igitur hæc ipsi via præclusa esset; ne quid contra ius fasque in Episcopos Catholicos agere videretur, quibus permotus Zeno Imperator eadem in sibi subditos Arianos Episcopos irrogare potuisset; alijs diuis sibi visis præextibus & iustis apparentibus causis persecutionem adornare conatus est, nimirum inquirere difficilioris quæstionibus, si quæ reperire posset crimina Episcoporum. sed quâ id arte quæsierit, ex eodem Victore audi:

XXCII. ENORMIS ET DIRA QVÆSTIO DE SACRIS VIRGINIBVS.

Præcepit (inquit) *deinde sacras virgines congregari, dirigens VVandalos cum suæ gentis obstetricibus ad inspicienda & contrectanda contra iura verecundiæ verecunda pudoris, vbi nec matres aderant, nec aliqua matronarum: quas cremantes graui suspendio, atque ingentia pondera pedibus alligantes, laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis, & lateribus apponebant. quibus inter supplicia dicebatur: Dicite, quomodo Episcopi vobiscum concubant, & clerici vestri. Quarum acerbitate pœnarum plurimas tunc scimus extinctas esse: alias, quæ remanserunt, cutibus arescentibus, factæ sunt curuæ. Nitebatur enim semitam inuenire, per cuius aditum publicam, sicut fecit, faceret persecutionem. Et ita faciens, nullo modo quæstigare potuit, quomodo Christi Ecclesiam macularet.* Cùm igitur nihil inuentum esset, vnde hac ex causa persecutionem posset inferre, nec quiescere valeret animo, quem furor & crudelitas assiduis stimulis ad cladem Orthodoxorum impellerent; iam vi agere cœpit, quod iure explere quomodo posset non inuenit; sicque persecutionem auspicatur acerbam satis, quàm Victor cernens lugubri prosecutus est stylo, cùm ait:

XXCIII. FELIX EPISC. PARALYTICVS COGITAT SVBIRE EXILIVM.

Quibus autem prosequar fluminibus lacrymarum, quando Episcopos, presbyteros, diaconos, & alia Ecclesiæ membra, id est, quatuor millia nongenta sexaginta sex in exilium eremi destinauit? in quibus erant podagrici quamplurimi, alij propter ætatem anxiorum lumine temporali priuati. In quorum numero beatus Felix Abdiritanus Episcopus habens iam in Episcopatu quadraginta quatuor annos, qui paralysis morbo percussus nec sentiebat quicquam, nec penitùs loquebatur. de quo nos maximè cogitantes, quòd non posset iumento portari, vt à suis Rex peteretur, vt saltem dum properè moriturum Carthagini esse iussisset, quod ad exilium nullâ posset ratione perduci. Cui ita fertur tyrannus cum furore dixisse: Si animali sedere non potest, iungantur boues indomiti, qui eum colligatis funibus trahentes perducant, vbi ego præcepi. Quem ex transuerso super burdonem vinctum, quasi quemdam ligni truncum toto itinere portabamus.

XXCIV. ORTHODOXORVM CONGREGATIO.

Congregantur vniuersi in Siccensem & Larensem ciuitates, vt illuc occurrentes Mauri sibi traditos ad eremum perduxissent. superuenientes igitur Comites duo subtilitate demnabili blandis sermonibus cum Dei confessoribus agere cœperunt: Quid volu(inquiunt) videtur, vt ita pertinaces sitis, vt domini nostri præcepta minimè obtemperetis, qui esse poteritis in conspectu Regis honorabiles, si eius festinetis facere voluntatem? Statim illi clamantibus & dicentibus ingenti vociferatione: Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatem vnum Deum inuiolabilem confitemur: includuntur grauiori quidem, sed adhuc latiori custodiâ, vt nobis copia daretur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare. Ibi & infantuli fuêre quamplurimi, quos genitrices materno sequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant se martyres peperisse, aliæ morituras diluuio rebaptizationis nitebantur à confessione fidei reuocare. Nullibi tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinauit in terram. Nam quidam quid tunc fecerit anus, breuiter referre delectat.*

* includuntur

Dum iter ageremus cum Dei exercitu comitantes, & fortè magis noctibus promoueremur propter Solis ardorem: conspicimus mulierculam sacculum & alia vestimenta portantem, manu infantulum vnâ tenentem, atque his sermonibus consolantem: Curre, domine meus: Vide vniuersos sanctos, quomodo pergunt & festinant hilares ad coronas? Quam cùm nos increparemus, quòd importuna videretur, aut viris pro sexu iungi, aut exercitui Christi sociari. Respondit: Reuertere, & ora pro me, & pro isto nepotulo meo: quia etsi peccatrix, filia sum quondam Zuritanæ ciuitatis Episcopi. Cui nos: Et quâ ratione de tam longo itinere huc pergere deliberasti? Quæ respondit: Cum hoc seruo vestro paruulo ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & à via veritatis reuocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lachrymis, nihil dicere valuimus, nisi vt voluntas fieret Dei.

XXCV. CHRISTIANÆ ANIMÆ PRO CHRISTI NOMINE SVSPIRIA.

*Sed vbi aduersarius, qui iam fortè dicebat*ᵇ: *Participabo spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea; nullum potuit occupare: incurrit* angusta & terribilia loca, in quorum conclusibus Dei exercitum coarctaret. Tunc eos etiam visitationis humanæ negata consolatio. Puniuntur & custodes fustibus, & grauiter affliguntur. Iactantur confessores Christi super inuicem, angustiâ coarctante, vnus super alium, vt agmina locustarum, & (vt propè dicatur) vt grana pretiosissima frumentorum. In qua constipatione secedendi ad naturale officium nulla ratio sinebat locus: sed & stercora & vrinam, vrgente necessitate, ibidem faciebant, vt ille tunc fœtor & horror vniuersa punarum genera superaret. Ad quos aliquando, dantes ingentia munera Mauris, dormientibus VVandalis, vix aliquam admissi sumus intrare. Qui introeuntes velut in gurgite luti vsque ad genua cœpimus mergi, & tunc tunc Hieremiæ videntes fuisse completum*ᶜ: *Qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt stercora sua.*

ª Exod. 15. * INDVCIT CONFESSORES ANGVSTIATI ARCTO CARCERE.

ᵇ Hieron. Thren. 4.

Quid multa? præcepti sunt, vndique perstrepentibus Mauris, ad iter, vbi destinati sunt, præparari. Exeuntes itaq; die Dominicâ, lituta habentes stercoribus vestimenta, facies simul & capita, à Mauris crimen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: Hæc*ᵈ *est gloria omnibus sanctis eius. Aderat enim vbi tunc beatus Pontifex Cyprianus Vuzibirensis Episcopus, consolator egregius, qui singulos pio & paterno fouebat affectu* non sine fluminibus currentium lacrymarum, paratus pro fratribus animam ponere, & se vltroneum, si dimitteretur, talibus passionibus dare: qd. totum, quod habuit, egentibus fratribus in illa tunc necessitate expendit. Quærebat enim occasionem, qualiter confessoribus sociaretur ipse animo & virtute confessor: qui posteà per multos agones & squalores carceris ad exilium, quod desiderabat, cum exultatione perrexit.* XXCVI. DE CYPRIANO EPISC. ET CONFESSORE. * propositæ affatim

ᵈ Ps. 149.

*Quanta tunc multitudines de diuersis regionibus & ciuitatibus ad visendos Dei martyres occurrerent populorum, testantur viæ, vel semita, quæ cum agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & ima vallium concurrens turba fidelium inæstimabilis descendebat, cereos manibus gestantes, suos, infantulos vestigijs martyrum proicientes, ista clamabant: Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi sunt paruulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ munus allaturi sunt, & reconciliationis indulgentiâ obstrictos peccatorum vinculis soluturi? quia vobis dictum est*ᵉ: *Quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Qui nos solemnibus orationibus sepelturi sunt morientes? A quibus diuini sacrificij ritus adhibendus est consuetus? hæ fuerunt ex præcordijs erumpentes piorum querelæ, quibus intelligis, quæ essent munia sacerdotum, & perseuerans in tot angustijs in fa-* XXCVII. * propositæ

ᵉ Matth. 16.

ctis obeundis ac ministrandis Ecclesiæ sacramentis traditio accepta à maioribus, & in posteros iugiter propagata: quibus infelicissimos fugilles nostri temporis Nouatores.

XXC. IX. CRVDELITAS IN LASCIOS A MAVRIS ADMISSA.

In his vocibus (subdit Victor) & lacrymis nullo iam pergente admissus est consolator, sed arctabatur multitudo ad currendum, vt vbi cannana erat preparata, laboriosam caperet manſionem. Qui cùm senes deficerent & alij fortè etsi iuuenes delicati, cæperunt hastilium cuſſidibus ad currendum & lapidibus tundi: vnde magis deficientes, amplius lassabantur. Post verò imperatum est Mauris, vt eos, qui ambulare non poterant, legatis pedibus, vt catlauera animalia mortua traherent per dura & aspera lapidum loca: vbi primò vestimenta, postea membra singula carpebantur: quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alij latera findebantur. & ita inter manus trahentium spiritum exhalabant. quorum numerum nequaquam valuimus colligere, multitudine coercente. Exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis sepultura sanctorum loquentibus tumulis.

XC. DVRVM EXILIVM ORTHODOXORVM.

Reliqui habilitores ad solitudinis loca perueniunt: in quibus collocati, hordeum ad vescendum vt iumenta accipiunt. Vbi etiam venenatorum animalium atque scorpionum tanta dicitur esse multitudo, vt ignorantibus incredibilis videatur: qua solo flatu etiam procul posito veneni virus infundat. Ab scorpij autem percussu nullum dicunt aliquando euasisse. Quorum feritas virulenta, vsq; ad præsens tempus, Christo defendente, nullum seruorum eius nocuisse docetur. Sed cùm illis alerentur hordeacea granu, postea & hoc ablatum est; quasi non poterat Deus, qui pluerat patribus manna, pascere & nunc tali exilio mancipatos.

XCI. EDICTVM DE DISPVTATIONE FACIENDA.

Cogitat acriora aduersùs Ecclesiam Dei, vt qui membra aliqua abscinderat, totum laniando perderet corpus. Nam die Ascensionis Domini, legatus Zenonis Imperatoris, Reginâ præsente, legendum in media Ecclesia Episcopo Eugenio dirigit præceptum, quod etiam vniuersæ Africæ veredis currentibus destinauit:

Rex Hunericus VVandalorum & Alanorum vniuersis Episcopis Homousianis. Non semel, sed sæpiùs constat esse prohibitum, vt in sortibus VVandalorum sacerdotes vestri conuentus minimè celebrarent; ne suâ seductione animas subuerterent Christianas. Quarum spernentes plurimi reperti sunt contra interdictum Missas in sortibus VVandalorum egisse, asserentes se integram regulam Christiana fidei tenere. Et quia in prouincijs à Deo nobis concessis scandalum esse noluimus: ideò Dei prouidentiâ cum consensu sanctorum Episcoporum nostrorum hoc nos statuisse cognoscite: vt ad diem Kalendarum Februarium proximè futurarum, omissâ inexcusatione formidinis, omnes Carthaginem veniatis, vt de ratione fidei cum nostris venerabilibus Episcopis possitis inire conuentum, & de fide Homousianorum, quam defenditis, de diuinis Scripturis propriè approbetis: quo possit agnosci, si integram fidem teneatis.

XCII. QVO TENDERAT HVNERICI DOLVS.

Huius autem edicti tenorem vniuersis Episcopis tam per vniuersam Africam constitutis direximus. Data sub die XIII. Iunias, anno septimo Hunerici. est hic ipse annus. hæc sunt de futura collatione Hunerici mandata fiduciam habentis defecturos omnino Catholicos ab ea, quam ipse exigebat, probatione, nempe vt ex diuina Scriptura vocem Consubstantialitatis probare possent, quam certò sciret testificatione suorum Episcoporum in diuinis Scripturis expressam minimè reperiri: sicq; patefacta fouea videretur, quâ vel Catholici fidem, quam non probarent ex diuinis Scripturis, desererent: vel si perstarent in sententia, oblata iusta videretur occasio omnes Episcopos Orthodoxos ab Africa expellendi. Quæ autem posteà secuta fuerint, & quomodo hæc à pijs accepta, subdit sic Victor:

XCIII. a Tob. 2. MERENT CATHOLICI.

Cognoscentibus igitur, qui aderamus simulq; legentibus, contrita sunt exemplo corda nostra, & contenebrati sunt oculi nostri, & verè tunc dies a festi nostri conuersi sunt in luctum, & cantica in lamentationem, dum edicti tenor indicaret futuræ persecutionis furorem. Et præsertim vbi dixit: In prouincijs nostris à Deo nobis concessis scandalum esse noluimus. quasi diceret: In prouincijs nostris Catholicos esse noluimus. Tractatum est, quid fieret. Nullum inuenit remedium imminens calamitas, nisi à S. Eugenio rationabilis (si cor barbarum emolliretur) Suggerenda daretur: vt textu conscripta:

XCIV.

Quoties anima vel vitæ æternæ ac fidei Christianæ causa tractatur, intrepidè (sicut regalis prouidentia exprompsit) necesse est, quod competit, suggeratur. Nuper potestas regia per VVetaredum Notarium paruitatem meam admouere dignata est, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum eius in Ecclesia, præsente clero & plebe, recensuit: Ex cuius tenore cognouimus ad omnes Coepiscopos meos præceptum regium similiter emanasse, vt die constituta pro disputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepisse suggessimus: debere etiam transmarinarum omnium partium, qui nobis sunt in vna religione vel communione consortes, agnoscere, quia vbiq; regno eius obtemperant vniuersi; maximè quod totius mundi causa est, non specialis prouinciarum Africanarum tantummodo. Et quia secundo responso suggerendum me promisi oblaturum; merito supplicitèr peto magnificentiam tuam, vt ad domini & clementissimi Regis aures memoratam suggestionem meam perferre digneris; quo eius clementia dignanter agnoscat, nos disputationem legis cum adiutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, sed sine vniuersitatis assensu nos non debere asserenda fidei nostræ causas assumere. Quod petimus, vt benignitate, quâ tantus est, & instrictâ sapientia sua dignetur annuere. Data ab Eugenio Episcopo Ecclesiæ Catholicæ Carthaginis.

EVGENII LIBELLVS AD HVNERICVM. SVGGESTIO EVGENII EPISC. CARTHAGIN.

XCV. b Psal. 7. HVNERICVS S. EVGENIVM DERIDET.

Sed cùm hæc suggestio à beato Eugenio offerretur; ille iam b, qui conceperat dolorem, vt gebatur iniquitatem grauis parturire: & ita S. viro Episcopo Eugenio per Obadum Propositum regni fuit dâsse videtur: Subde mihi vniuersum Orbem terrarum; & sub testate mea vniuersus mundus redigatur: & facio. ô Eugeni, quod dicu. Ad quod beatus Eugenius respondit, vt potuit: Quæ rationem (inquit) non habet, dici non potuit: sic est hoc, quomodo fidicinæ homini, vt per aëra feratur & volitet, quod moris non est humanæ natura. Dixi enim: Si nostram fidem, quæ vna & vera est, potestas Regis cognoscere desiderat, mittat ad amicos suos: scribam & ego fratribus meis, vt veniant Coepiscopi mei, qui vobis nobiscum communem fidem nostram valeant demonstrare; & præcipuè Ecclesia Romana, quæ caput est omnium Ecclesiarum.

XCVI.

Ad hæc Obadus: Ergo tu & Dominus meus Rex similes estis? Eugenius Episcopus dixit: Ego non sum similis Regis, sed dixi: Si veram cognoscere desiderat fidem, scribat amicis suis, vt dirigant nostros Catholicos Episcopos; & ego scribo Coepiscopis meis, vna Catholicæ vniuersæ via & cura. haud quidem hæc inepte Eugenius: si quidem qui Romano præerant Imperio Principes, erant Hunerico fœdere iuncti, Odoacer in Occidente, idemque vt ille Arianus, & Zeno in Oriente in Catholicos parum æquus. Sed subdit victor: *Hæc agebat Eugenius, non quia accessent in Africa, qui aduersariorum obiecta resolluerent, sed vt illi venissent, qui alieni ab eorum dominatu meliorem fiduciam libertatis haberent, pariterq; oppressionis nostræ calumnias vniuersis terris & populis nunciarent. Ille autem, qui nec celat dolos, audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, vt quoscumque Episcoporum audierat eruditos, variis infectationibus agitaret. Iam ad exilium Vibianense m secundò Donatianum, impositis centum quinquaginta fustibus, miserat Episcopum, necnon & Sufetulense m Præsidium, virum satis acutum. nunc & venerabiles Manichetum, Germanum, Fuscalum, & multos alios fustigauit.*

XCVII. VETAT HVNERICVS COMMVNICARE VVANDALOS CVM CATHOLICIS c 2. Tim. 2 d 1. Cor. 5.

Dum hæc geruntur, imperat vt cum nostræ religionis viris illorum mensam nullus communem haberet, nec, cum Catholicis omnino vesceretur. Quæ res non ipsis aliquod præstitit beneficium, sed nobis maximum contulit lucrum. Nam si cum eorum (dicente Apostolo c) sicut cancer consuescit serpere; quanto magis communis mensa ciborum potest inquinare: cùm dicat Apostolus d: Cum nefariis nec cibum habere communem. hucusque Victor res præsentis anni suâ historiâ est prosecutus: quæ verò sequuntur subinferre, sequenti anno contigisse noscuntur, nosque suo ea loco reddemus.

IESV CHRISTI, Annus 484.

FELICIS PAP. Annus 2. ZENONIS IMP. II. ODOACR. REG. 9.

I. THEODORICVS GRATVS ZENONI.

IAM volitur annus Domini quadringentesimus octogesimus quartus, duobus notatus Cōsulibus, Theodorico Gothorum Rege, atque Venantio. Meruit barbarus

Rex ob debellatos Imperij perduelles (vt dictum est superiùs) non triumphum tantùm atq; equestrem statuam, sed & Consulatum, imo & adoptionem Imperatoris, vt gestarum rerum scriptores [a] affirmant: quin insuper euexit illum Zeno in spem Occidentalis Imperij potiundi. Ita planè Imperator imbellis ad turbas in Ecclesia concitandas tantummodo comparatus, dum rebelles deprimit, barbarum Regem plurimis officijs demeretur, cuius ope suffultus, nec Deum [b] timere, nec homines reuereri curauit. Etenim hoc anno eò audaciæ sceleratus progressus est, vt cum religione ius quoq; gentium violaret. Quomodo autem id acciderit iam enarrare pergamus.

[a] Iordan. & alij.

[b] Lib. 18. c.

II. LEGATI APOSTOL. SEDIS MALE HABITI A ZENONE.

Cùm enim duo Episcopi Vitalis atque Misenus Apostolicæ sedis legatione fungentes, ab ipso Felice Romano Pontifice missi, Constantinopolim peruenissent: perinde ac si non ad regiam ciuitatem, neque ad Christianum Imperatorem se contulissent, sed in siluarum recessibus incidissent in grassatores; continuò tenti, scriptis, quæ ferebant, exuti, atque carceri mancipati sunt: missi namque, loco accurrentis cum facibus cleri, hastati satellites: fuit pro cantu psalmorum sonitus catenarum, loco acclamationum iurgia atque blasphemiæ, pro osculis sputa, pro salutatione repentæ sunt contumeliæ; ac deniq; pro Ecclesia, in quam primo deduci solerent, terrus paratus est carcer. Eiusmodi planè esse solent opera hæreticorum, vt omnia vi metuq; agant, nulloque charitatis symbolo pacisve cum pijs, sed fustibus, gladijs, atque carceribus tractent. Innouata vidit hoc anno Macedoniana tempora Cõstantinopolis, cùm Imperatoris potentiâ furit hæresis truculenta, sanguinem sitiens Orthodoxorum.

III. ACACIVS SEDVCIT LEGATOS.

Sed quod deterius est, successit violentiæ fraus: illa valuit tamquam leo furens perfidus Imperator: ista præualuit tanquam draco insidians Acacius eius ciuitatis Episcopus: qui pellexit blanditijs, inuitauit illecebris, mellitisq; sermonibus emolliuit tamdem ferrea pectora sacerdotum: sicq; re liberati eos vinculis fecit, vt grauiori catenâ præuaricationis astringeret: sic exemit è carcere, vt in profundum impietatis barathrum conijceret. & dum sibi subdolè reddit eos obsequentes & Principi, apostatare fecit à Deo, & à quo missi fuerant, Romano Pontifice: Quid demum? O indignum facinus! ô portentum! ignominiosè admodum cessit legatorum Apostolicus vigor, enecuata est constantia sacerdotum, emarcuitque penitùs inconcussum hactenus robur Antistitum, cùm contra mandata Felicis Papæ, vt Acacio communicarent, inducti sunt, vtq; audirent absque contradictione recitari in Ecclesiæ sacris Diptychis nomen nefandi hominis Petri hæretici Alexandrinæ Ecclesiæ inuasoris.

LEGATORVM PRÆVARICATIO.

IV.

Tanta hæc torpescentes admisêre legati Apostolicæ sedis, nobile susceptum munus turpi præuaricatione fœdantes, inurentes notam Ecclesiæ non habenti maculam, neque rugam; immemores planè petræ [c], è qua scissi, & cauernæ laci, è qua præcisi essent, Petri, inquam, Apostoli successoris Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ inuiolatæ hactenus amplitudinis, è qua profecti essent Constãtinopolim corrigere cuios, à quibus ipsi præcipites acti sunt.

[c] Isai. 51.

V.

Rem adeò funestã paucis his Liberatus Diaconus narrat [d]: *Itum est Constantinopolim: & prædicti Episcopi in custodiam sunt redacti, chartis sublatis, ne Catholicis, quibus scriptum fuerat, redderentur: Quos iterum post hæc Acacius de custodia ejiciens, secum fecit procedere, vt quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur.* & inferiùs hæc addit de Felice Defensore socio legatorum: *Felix Defensor Ecclesia qui cum legatis directus fuerat, impediente infirmitate, cum ipsis pergere non potuit: sed postquam Vitalis & Misenus è custodia Constantinopoli sunt egressi, perrexit cum chartis Ecclesiasticis Constantinopolim: passusq; est & ipse, sublatis chartis, grauissimam custodiam.* hæc ipse per breuiter nimis; quæ tamen sunt omnino ab Euagrio prætermissa; quippe secutus Zachariam Eutychianum erubescentem nefanda ista memoriæ commendare; eareliquit omnino pressa silentio.

[d] Liberat. Diac. c. 18. QVOMODO LEGATI HABITI CONSTANT.

VI.

Auspicatur autem narrationem Euagrius ab excusatione Zenonis Imperatoris ad Felicem Pontificem missa, cùm ait [e]: *Zeno autem rescripsit* ad Felicem Romanum Pontificem, *cum frustra perturbatum verbis Ioannis, qui cum iurando se astrinxisset, numquam omnino sedem Episcopatus Alexandrini occupaturum, violatâ fide, & iureiurando neglecto, nullum non sacrilegij genus admisisset. Petrum verò non sine accurata de eius fide inquisitione ad sacerdotij gradum elatum fuisse; sed eum subscripsisse suâ manu, sesidem trecentorum decem & octo sanctorum Patrum qui Nicææ conuenerant, cui sanctum Concilium Chalcedonense consentit, approbare. Ista enim à Zenone scripta sunt, his verbis: Debes pro certo cognoscere, & nostram pietatem, & Petrum sanctissimum, de quo ante dictum est, & omnes sanctissimas Ecclesias sanctissimum Concilium Chalcedonense complecti & venerari: quod quidem Concilium cum fide Concilij Nicæni consentiat.* hæc Euagrius de excusatione Zenonis Imperatoris.

[e] Euag. l. 3. c. 20. 21.

His Romam perlatis, necnon quæ ab Orthodoxis monachis ad Felicem Papam contra legatos scripta sunt: statim ipse Romanus Pontifex Felix conuocauit, ex more, Episcoporum Concilium, vt tantum nefas ex proditione legatorum admissâ sententiâ omnium damnaretur, & tam ipsos proditores, quàm ad scelus impulsores par damnationis pœna percelleret. Quæ autem in hoc Concilio acta sint, Euagrius in primis narrat his verbis: *Extant præterea in Actis eiusdem Concilij* Romæ habiti sub Felice *epistola tum à Cyrillo monacho Acœmetarum ordinis, quem suprà posuimus, tum ab alijs monasteriorum præpositis Constantinopoli, tum ab Episcopis & clericis Aegypti ad Felicem Papam contra Petrum, vtpotè hæreticum, & eos, qui cum eo communicabant.*

VII. ROMANVM CONC. FELICIS PAPÆ CONTRA ACACIVM CONSTANTINOPOLITANVM.

Porrò ijdem sanctissimi monachi Orthodoxi degentes Constantinopoli lapsu legatorum veluti ingentis molis ruinâ concussi sunt: sed tamen minimè despondere animum; verum maioribus sumptis spiritibus, moxaliquos delegarunt, qui Romam cuncta referre Pontifici aduolarent. De his enim addit Euagrius ista: *Qui autem ex domicilio monachorum, quos Acœmetas vocant, venêre ad Felicem, Misenum & Vitalem propterea coarguerunt, quòd ad ipsorum vsque Constantinopolim aduentum Petri nomen clam & occultè in sacris tabulis logi consueuerat: ex eo autem ad præsens vsque tempus palàm & apertè Misenum & Vitalem Petro communicasse. Epistola quidem Aegyptiorum tum ista de Petro complexa est, tum etiam quòd Ioannes & Orthodoxus esset, & vt leges Ecclesiasticæ postulant, ordinatus; Petrus autem à duobus solùm Episcopis eadem erroris prauitate cum illis infectis creatus; tum denique quod flamen post Ioannis fugam nulla non supplicij genera Orthodoxis ab eo inflicta. Quæ omnia Acacio per quosdam, qui Constantinopolim venerant, significata esse, Acaciumq; Petro in omnibus, quæ molirabatur, subsidio fuisse memorant.*

VIII. MORA CHORVM LAVRA CIS STATIA.

Creuêre etiam res ista sermone Simeonis monachi, qui fuit ex numero eorum, qui vocantur Acœmetæ missi à Cyrillo ad Felicem: Nam Misenus & Vitalis ab eo fuerint reprehensi, propterea quòd cum hæreticis communicauerant; idque cùm nomen Petri, vt hæretici palàm in sacris tabulis recitaretur: quodq; eâ ratione multi simplices homines ab hæreticis in errorem adducerentur, qui affirmare non dubitarent, Petrum ab Episcopo Romano in communionem receptum esse. Addidit etiam Simeon, cùm quâdam quæstione rogarentur, Misenum & eius fautores noluisse quemquam Orthodoxorum in colloquium venire, vel litteras reddere, vel quicquam contra veram sinceramq; fidem admissum accuratè examinare. Producebatur item in medium Syluanus presbyter, qui vnà cum Miseno & Vitale fuisset Constantinopoli; is q; verba monachorum confirmauit. Lecta est præterea Acacij Epistola ad Simplicium, quæ significabat, Petrum iampridem & abdicatum fuisse, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de causis Misenus & Vitalis de sacerdotij gradu dimouerentur, & à sacrosancta & pura separarentur communione: idq; de sententia totius Concilij.

IX.

Quod quidem Romanum Concilium quæ sequuntur de Petro pronunciauit: Petrum hæreticum iampridem sententiâ sacra sedis Apostolicæ condemnatum, interdictum Ecclesiâ, & anathemate multatum Ecclesia Romana non recipit. Cui quamuis licèt nullum aliud crimen obijciatur, hoc profectò satis habet ponderis, eum quidem non posse Orthodoxis præesse, quòd ad hæresim ordinatus fuit. Eadem Concilij sententia hoc quoq; complexa est: Acacium Episcopum Constantinopolitanum grauissimo crimine dignum res ipsa declarauit: quippe tametsi litteras ad Simplicium scripserit,

X.

& Petrum appellárit hæreticum; tamen idem ipsum iam Zenoni minimè patefecerit; cùm certè illud, si modo amaret Zenonem, præstare deberet: verum Imperatoris desiderio satisfacere magis, quàm fidei consulere expetierit. hactenùs Euagrius de rebus gestis hoc anno in Romano tali ex causa congregato à Felice Papa Concilio.

XI. SYNODVS ROMANA IN CAVSA MISENI ET VITALIS.

Verùm res tanta haud ita leuiter transeunda, sed locupletius explicanda, cùm sermo sit de eo Romano Concilio, in quo summi ponderis negotium vexatum est & definitum. Non antè quidem eiusmodi Synodus habita est, quàm missi legati redierunt Constantinopoli Romã; cùm ijdem ad dicendam causam Synodum ingredi iussi sunt, vbi parata erant scripta, necnõ præsentes testes, quibus legati præuaricationis accusarentur: hi enim eorumdem (vt dictum est) aduentum præcesserant. Felix igitur in tanto rerum discrimine, licèt veluti captiua sub Erulis Arianis teneri videretur Ecclesia & maiores in Oriente sciret ab Eutychianis hæreticis excitatos esse tumultus, insuper Catholicæ fidei aduersari Imperatorem, eumque sub Catholico pallio duplo iniquiùs persequentem; & in qua omnem spem collocauerat, legationem in proditionem esse conuersam aspiceret: nequaquam animo cõstratus est; sed consurgens alacrior, vnà is resistere paratis, indicit Synodum, in qua septuagintaseptem Episcopi cõuenêre: tot enim subscripsisse reperiuntur sententiæ in Acacium latæ, vt Vaticanus codex ostendit.

XII. MISENVS ET VITALIS VOCATI REDDERE RATIONEM.

Properárunt ergo vocati ex Italia Episcopi ad Synodum: qui simul in vnum congregati cùm essent apud sanctum Petrum Apostolũ, præsidente Felice Romano Pontifice, solemnibus ex more ritè peractis, iusserunt Misenum atq; Vitalem Episcopos de legatione sibi creditata reddere rationem. Sed inuenti minimè ipsi seruâsse, imo trãsgressi esse præcepta, quæ obituri eam functionem acceperant: & licèt modò negarent, modò excusarent, se fuisse deceptos, nescientesque cum hæreticis communicâsse; conuicti tandem ex ipsius Acacij litteris, quas ijdem ipsi secum tulerant ad eumdem Romanum Pontificem, vna omnium sententiâ iudicati sunt, qui cõmunione Apostolicâ essent indigni, necnõ ab Episcopatûs honore alieni. Sic itaq; abiêre infelices illi instar Cain [a] proiecti à facie Domini, stigmate damnationis inusti. Porrò quod ad litteras Acacij pertinet, quas ad Felicem Papam ijdem retulêre legati: ipsum illis professum se communione esse iunctum cum Petro Alexandriuo sæpè damnato hæretico, testatur Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ. eo procaciæ perfrictæ frontis contumax homo peruenit, vt peccata sua sicut Sodoma [b] prædicaret.

[a] Gen. 4.

[b] Isa. 3.

XIII. IN SYNODO AGITVR ACACII CAVSA.

His peractis, aliâ Sessione cognita est Acacij causa, allatisq; in medium cunctis manifestis ab eo perpetratis criminibus, sententiâ omnium est iudicatus hæreticorũ participatione pollutus. At nec sic quidem in eum excõmunicationis sententiã intorquere Patribus hactenùs visum est: Sed scriptis ad eum rursum litteris Synodalibus, admonitus est, vt resipisceret, alias sciret se excõmunicationis sententiâ percellendum. De hac autem, quæ præcessit sententiã admonitione, testatur Liberatus Diaconus verbis istis [c]: *Vbi ergo ad plenum detectus est Acacius haereticus, Papa Felix litteris suis Synodicis ad Acacium sic posuit: Peccâsti, ne adjicias: & deprioribus supplica*, &c.

[c] Liberat. Diac. Breuiar. c. 18.

XIV.

Nihil planè factum præproperè ab ipso Rom. Pontifice, sed toto suæ sedis tempore vsque in hanc diem nihil magis ipsum curâsse Felicem, quàm Acacium admonere, testatur Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ. Subdit verò Liberatus: *Susceptis his Acacius litteris, perseuerat, neq; recedens à communione Petri, neq; suadens ei palàm suscipere Chalcedonense Concilium & tomum Papæ Leonis.* hæc Liberatus. Porrò desiderantur eiusmodi litteræ Synodales ad Acacium missæ.

XV.

Constat autem tantum abfuisse, vt Acacius resipisceret, vt mox Ioannem illum Apameæ Episcopum electum, qui nuper ipso Acacio agente fuerat à Romano Pontifice cum Petro excommunicatus, idem Acacius creârit Tyri Episcopum, Petrum verò Fullonem cõfirmârit in sede Antiochena; vt Papæ Felicis litteræ datæ ad clerum Constantinopolitanũ declarant, quæ inferiùs recitandæ erunt. Ita planè superbus nihil quàuis occasione oblatum prætermissum voluit, quo aliena sibi vendicaret intra Ecclesiarum, & aduersus Romanum Pontificem niteretur; illũ per omnia sectatus [d], qui ponere statuit suam sedem super astra cœli, vt fieret Altissimo similis: stultè nimis sibi fingens, vnà cum Romano Imperio in Occidente, etiam esse Romanam Ecclesiam humi depressam, eidem contemnens obtemperare, superbè ratus ei minimè cedere debere Præsulem amplissimæ ciuitatis, in qua Romani Imperij sceptra vigerêt. Verùm non super regnum & Imperium inniti Apostolicam sedem, sed super Christum Regẽ Regum & Dominum dominantium, ipse suo tandẽ expertus est damno, vt quæ sunt reliqua tomi huius passim ostendẽt, & quæ sequenti dicentur tomo, cùm aboleri iussum est eius nomen è sacris tabulis, manifestabunt. Sed iam prosequamur historiam.

[d] Isai. 14.

XVI. ACACIVS CONDEMNATVR.

Cùm igitur ipsi Romano Pontifici Felici & sanctæ Synodo simul innotuisset Acacium more suo contempsisse nouissimam admonitionem, nec spem vllam penitùs esse reliquam, vt resipisceret, atque errata corrigeret: collatis calculis [e] à omnium pari sententiâ condemnatur, & vt indignus penitùs Catholicâ communicatione ab ea reiectus explodatur; scriptaq; in eum excommunicationis sententia, eadem missa est Constantinopolim. Tradit hoc ipsum Liberatus his verbis: *Hæc (inquit) cognoscens Papa Felix*, nempe admonitionem præmissam contemptui habitam, *scripturam misit Acacio per Tutum* Defensorem, cuius est principium: Multarum transgressionum reperitur obnoxius.* extant ipsæ quidem litteræ, quibus huiusmodi inscriptio præfixa est [e]:

[e] Titum Epist. 4. Felic. to. 1 epist. Rc. Pont.

FELIX EPISCOPVS SANCTÆ ECCLESIÆ CATHOLICÆ VRBIS ROMÆ ACACIO.

XVII. SENTENTIA CONTRA ACACIVM.

Multarum transgressionum reperitur obnoxius, & in venerabili Concilij Nicæni contumelia sæpè versatus alienarum tibi prouinciarum iura temerariè vendicâsti. Hæreticos perfidiosores atque ab hæreticis vrbatos, & quos ipse damnaueras, atque ab Apostolicæ institutis sedis damnari, non modò communioni tuæ recipiendos putâsti, verùm etiam aliis Ecclesiis (quod nec de Catholicis fieri poterat) præsidere fecisti, aut honoribus, quos non merebantur, auxisti. Testatur hoc Ioannes, quem à Catholicis Apameæ non receptum, pulsumq; de Antiochia Tyros præfecisti: & Hymerius tunc diaconij electus, atq; Christiani nominis appellatione priuatus, à te etiam in presbyterij prouectus officium. Et quasi hæc minora tibi viderentur, in ipsam doctrinæ Apostolicæ veritatem ausu superbiæ tuæ tetendisti, vt Petrus, quem damnatum à sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras (sicut testantur annexa) B. Euangelistæ Marci sedem, te conniuente, rursus inuaderet, & fugatis Orthodoxis Episcopis & clericis, suis proculdubio similes ordinaret: pulsos, eo, qui illuc fuerat regulariter constitutus, captiuam teneret Ecclesiam. Cuius tibi adeò grata persona est, & ministri eius accepti, vt Episcopos & clericos plurimos Orthodoxos nunc Constantinopolim venientes detegarijs affligeres, & Apocrisarios eius confoueres, atq; anathematizantem eundem Petrum Chalcedonensis decreta Concilij, & violantem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam (sicut ad nos certiores nunc quoque nuncij detulerunt) per Misenum & Vitalem crediderit excusandum, nec eum laudare dereris, & multis efferre preconijs, ita vt damnationem ipsius, quam ante retulerâs, veram non fuisse iactaris.

XVIII.

Tantum autem perseuerâs in hominis defensione peruersi, vt quondam Episcopos, nunc verò & honore & communione priuatos Vitalem atque Misenum, quos adeius expulsionem specialiter miseramus, sublatu chartis custodia passus fueris manciparì: & ad processionem, quæ tibi cum hæretico habetur, exinde productos (sicut eorum professione patefactum est) ad hæreticorum tuamq; communionem, contemptâ, quæ vel gentium iure seruari debuit, legatione, pertraxeris, præmijq; corruperis & in lapsionem D. Apostoli, à cuius sede profecti fuerant, non solùm inefficaces redire feceris, sed etiam impugnatores omnium, quæ fuerant mandata, monstrâris. In quorum deceptione tuam nequitiam prodidisti; & ad libellum fratris & Coëpiscopi mei Ioannis, qui te grauissimis obiectionibus impetitur, in Apostolica sede secundum canones respondere diffidens, obiecta firmâsti.

Felicem quoque Defensorem fidelissimum nobis, necessitate fa- XIX.

ciente, seriùs subsecutum, indignum tuis censuisti oculis. Eos quoque tecum litteris tuis communicare testatus es, quos constat hæreticos: quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timotheï ad Ecclesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex Catholicis eidem tradiderunt, nisi quòd Petrus ab vniuersa Ecclesia atque à te fuerat iudicatus? Habe ergo cùm his, quo libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, quam per tua tibi direximus Ecclesiæ Defensorem, sacerdotali honore & communione Catholicâ, necnon etiam à Fidelium numero segregatus; sublatum tibi nomen & munus ministerij sacerdotalis agnosce, sancti Spiritûs iudicio & Apostolicâ auctoritate damnatus, numquamq; anathematis vinculis exuendus.

XX. Cælius Felix Episcopus sanctæ Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ subscripsi. *Data quinto Kal. Augusti, Venantio viro clarissimo Consule. Simul subscripserunt sexaginta septem Episcopi.* hactenùs sententia in Acacium lata. Sed antequàm vlterius progrediamur, admonendum, ex eiusmodi recitata epistola, hoc anno sub Consulatu Venantij data, redargui penitùs mendacij, quæ leguntur in libro de Romanis Pontificibus sub Felice, vbi dicitur, triennio post damnatum Acacium missos esse legatos Constantinopolim Misenum & Vitalem; cùm ante eius damnationem missos esse eosdē esse legatos, tum ex dicta recitata sententia, tū omnium historicorum testificatione exploratissimum habeatur.

XXI. DE LITTERIS AD ORIENTALES EPISCOPOS DATIS. His igitur datis à Felice Papa atq; Synodo de damnatione Acacij litteris, mox aliæ scriptæ fuerunt ad omnes Orientales Episcopos, quibus admoniti sunt, vt Acacij communionem vitarent, quem Ecclesia Apostolica suâ communicatione iudicâsset indignum. Paruerunt Macedones Episcopi, necnon qui præerant Dardaniæ Ecclesijs: testatur id quidem Gelasius Papa in Epistola ad Laurentium, & in ea, quam ad Episcopos Dardaniæ scripsit. Sed hîc ille nobis modò nodus soluendus: Quomodò posteà Euphemius, Episcopus Cōstantinopolitanus tempore Gelasij Felicis successoris ait ad excusationem Acacij, ipsum non fuisse damnatum in Synodo? Paret quidem ex Gelasij epistola [a] quæstionis solutio: nempe intellexisse illum de Synodo OEcumenica, quam ipse Gelasius tradit haud fuisse ad damnationē Acacij necessariam: sed & excusat, haud integrum fuisse Felici Orientales vocare Episcopos, quos sciret Acacij communione pollutos.

[a] *Gelas. Epist 11.*

XXII. Scripsit & Sancta Synodus Romæ collecta etiam post latam sententiam in Acacium litteras ad clericos & monachos tum Constantinopoli, tum in omni prouincia Bithyniæ consistentes, quibus eos de rebus in Synodo aduersus Acacium gestis admonuit, sic enim se habent, magno Dei beneficio conseruatæ [b]:

[b] *Epist. 4 Felic. 11. epist. Rom. Pont.*

Sancta Synodus apud beatum Petrum Apostolum congregata vniuersis presbyteris & Archimandritis Orthodoxis Constantinopoli & Bithynia consistentibus dilectissimis filijs in Domino salutem.

Olim nobis, atq; ab initio sedi Apostolicæ omnium nostrorum principi fides vestra probata est sanctitatis: nec dubitari potest, ita vos veræ in Deum pietatis tenere constantiam, vt etiam discernendi iustos ab impijs, fideles ab infidelibus, Catholicos ab hæreticis, dono diuini Spiritûs habeatis industriam. De quo gloriantes in Domino, si nihil esset, quod in causa fidei latere nouimus: tamen ne quis pusilla fortè sit mentis, pro solicitudine ministerij per Ezechielem Prophetam [c] Domino specialiter vera dicta proferimus: Quòd si (inquit) speculator gladium viderit venientem, & non insonuerit buccina, & populus non custodierint, venerit q; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem verò de manu speculatoris requiram. Videtis ecce, quæ nos cura constringat, quæ mandata perterreant; & quod cauendum est potius, ne possit taceamus aduersis, quàm magis verendum diuinis subtracere supplicijs, & cum possit cœlestis vocis auditu quisquis se custodierit, sine dubitatione saluari: speculatoris sit grauior reatus, si quemquam taciturnitas eius amiserit.

[c] *Ezec. 33.*

XXIII. *Vnde quæ sint acta, memoramus: Cùm Vitalis atque Misenus in nostro iudicio constituti causas mandatæ sibi professionis exponerent; quoniam astutiores sunt filijs lucis filij tenebrarum, præuaricatores mandatæ sibi legationis, circumueniente magis q; opprimente Acacio, sunt reperti: ita vt (quantum famæ mobilitate præcognitum est) confiterentur eos, prædicti contra formam præcepti, prohibitum sui exhibuisse famulatum, cum ob hoc specialiter directi fuissent. Vtinam Ecclesia vobis audientibus eum corriperet, & Petro Alexandrinâ vrbe secluso (quem S. Simplicium Papa sanctus poposcerat longinquo exilio relegandum, vt Catholicus Episcopus subueniretur & populis) isti coram vobis inter altaria veneranda non solùm Acacio, quod vetitum fuit contraria perpetrantibus, sed ipsis, ad quos directi fuerant euitandos, se nescientes communicâsse dixerunt, nec Catholicis Episcopis & clericis, quos persequebatur Acacius: callidâ seductione translatum, subuenire voluerunt. Et cùm se vniuersa sicut illis mandata sunt mentirentur egisse, lectis Acacij litteris, quas ipsi detulerant, manifestum est eos sine excusatione vitæ esse, vnum atq; idem Petrum, Acacium q; sentire, qui Petrum à S. Simplicio & ante Episcopatum fuisse damnatum, & ab Episcopatu ipsius retulerat honore propulsum.*

Adiectum etiam tunc, cum ista in examinatione tractarentur, XXIV. *quòd Acacius Ioannem illum Tyriorum Ecclesiæ fecerit præsidere, qui Apamenis à Petro Antiochenæ Ecclesiæ tyranno fuerat Episcopus ordinatus; sed minimè receptus, proprio ordinatore depulso, eamdem sedem non timuit occupare: quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab Apostolica sede damnari, vt his etiam Christianorum vocabulum tolleretur, quod gesta apud eum habita manifestant.*

His ergo deterioribus compertis, Vitalem atq; Misenum à sa- XXV. *cerdotali collegio & sacrosancta communione suspendimus. Acacium quoq; membris Christi pernicio sui inhiantem, & per cinctates atq; prouincias vnam de fide Catholica Ecclesiam dissipantem, inter Episcopos sanctos atq; inter Christianos iudicauimus non habere. Qualiter enim fieri poterat, vt scindens tunicam Christi, quam nec crucifigentes eum diuidere ausi sunt, in numero fidelium censeretur? Igitur omnia, quæ nobis in timore Dei competunt, cogitantes & prouidentes, ne totiens extincta Eutychiana pestis hæresos, cuius Acacius defensor est & patronus, serpens vt cancer, Christi membra disperderet, eum iam nunc è corpore Ecclesiastico, vt partem putridam, anathematizamus, sententiâ memoratâ absciss[um], Dominicis eloquijs obsequentes [d]: Si oculus tuus, aut pes tuus scandalizauerit te, abscinde eum; & proijce abs te. Et vt charitas vestra possit agnoscere, venerandas Synodo Nicænam & Ephesinam priorem, atq; Chalcedonensem contra Nestorium & Eutychetem impiissimum nos tenere, &c.* his subiecta fuisse videtur rectæ fidei institutio, quæ desideratur in dicta epistola, operâ librariorum ita decurtata relicta, & adnexa sequentibus, quæ eiusdem esse noscuntur epistolæ, videlicèt:

[d] *Matth. 18.*

Post illam sententiam, quæ in Acacium perturbatorem totius Orientis Ecclesiæ dicta est, his quoq; nunc congregatis addicimus [*] *litteris, memoratam subdendo sententiam, quam placuit per Tutum Defensorem Ecclesiæ Acacio dirigi, ne volentes aliquis circumscribere veritatem malignissimis blandimentis simpliciores quosq; seducant. Nam si terrâ marique Orthodoxis non ponerentur insidiæ, plurimi ex nobis cum eadem Acacij sententia venire potuissent. Vnde nunc causâ Antiochenæ Ecclesiæ apud B. Petrum Apostolum collecti, rursum dilectioni vestræ, more, qui apud nos semper obtinuit, properauimus indicare.*

[*] *adiecimus litteris*

Quotiens intra Italiam propter Ecclesiasticas causas, præcipuæ XXVII. *fidei, colligitur Domini sacerdotes, consuetudo retinetur, vt successor Præsulum sedis Apostolicæ ex persona cunctorum totius Italiæ sacerdotum, iuxta solicitudinem sibi Ecclesiarum omnibus* [*] *competentem cuncta constituat, qui caput est omnium, Domino ad B. Petrum Apostolum dicente* [e]: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quam vobiscum sequentes trecenti decem & octo sancti Patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atq; auctoritatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ detulerunt: quam vtramque vsque ad ætatem nostram successiones omnes, Christi gratiâ præstante, custodiunt. Quod ergo placuit sanctæ Synodo apud B. Petrum Apostolum (sicut dixi mus) per Tutum Ecclesiæ Defensorem, & beatissimum virum Felix, caput nostrum, Papa & Archiepiscopus iudicauit, in subditis continetur.* his iuncta fuisse videtur exscripta sententia in Acacium lata, iam superiùs suo loco à nobis posita: cui hæc subiecerunt:

[*] *omnium*

[e] *Matth. 16.*

Sic autem Acacius impietatem pestiferæ damnationis tetendit, vt etiam defectus insultet, vt scissus sauire non desinat; & cùm omnino extra corpus habeatur, eius tamen membra dilacerat, & de se scriptum esse testetur [f]: *Impius cùm venerit in profundum* XXVIII. [*] *Sicut Prouerb.*

malo-

malorum, contemnit: adiciens deteriora prioribus, persequendo iam mortuos, eius anima grauiter delinquendo, condemnationem secunda mortis incurrit: qui, Calendione Episcopo sanctо (quemadmodum cognouimus) nuper electo, Petrum totiens & à se ante damnatum in eius immisit Ecclesiam; ita vt plurimi (si verum est) Catholici cesserint, relictis suis sedibus, sacerdotes, & nostra proiecta sint porcis & canibus margarita.

XXIX. *Veruntamen neminem terreat, quòd damnatus Acacius non quiescat. Elisus est satanas, & tamen operatur. Dicit Christus & vincit, nec adhuc hostis abstitit. Et quia certum est nobis, neminisse vos etiam prophetica lectionis, nec aliquid habere contra consistentia castra formidinis: opportunissimè cohortamur expectantes Dominum, vt (sicut & nos) perseueretis in finem; & sententiam, quam reperitis in subditis, animo constanti retineatis.*

XXX. *Ne quid autem maligni in literis nostris mutari apud prauissimas mentes, aut aliter interpretari possit: primùm clementissimo Principi (sicut oportuit) supplicantes, has easdem literas nostras ad dilectionem vestram, clerum, plebemq;, & amplissimum Senatum direximus, quibus singuli vniuersiq; subscripsimus, diuinum petentes auxilium, vt vitatis insidijs, hæc ad vos scripta faciat peruenire.* Et aliâ manu: *Deus vos incolumes custodiat, filij dilectissimi:* subscriptiones Episcoporum.

XXXI. *Candidus Tiburtinæ ciuitatis Episcopus Petro Alexandrinæ Ecclesiæ peruasori, & Acacio quondam Eccl siæ Constantinopolitanæ, necnon etiam Petro Antiocheno ab Episcopatûs & Christianorum numero olim iure & merito segregatis, omnibusq; sequacibus eorum, sequens auctoritatem sedis Apostolicæ secundùm nostrum iuxta Ecclesiæ statum Catholicâ deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsi.* & quadraginta duo Episcopi similiter subscripserunt. hactenùs ibi de epistola Synodali. Ex hacigitur Candidi Episcopi Tiburtini subscriptione manifestum redditur, non vnum tantùm esse in Synodo Romana damnatum Acacium, sed & repetitam damnationem Petri Antiocheni, & Petri Alexandrini Episcoporum hæreticorum, eosdemq; sedibus exauctoratos.

XXXII. Quod verò ad ipsos monachos Constantinopolitanæ Ecclesiæ, ad quos Synodalis epistola data est, spectat: magna quidem Dei prouidentia in his moderandis eluxit, vt compensato certamine, tunc pro defensione Catholicæ veritatis insurgeret monachi, cùm eiusdem Ecclesiæ Episcopus faueret hæreticis: sicut contrà cùm Eutyches Archimandrita vnà cum suis hæresim seminaret, tunc ex aduerso staret Catholicus eiusdem ciuitatis Antistes sanctissimus Flauianus. Perseuerauit & in posterum eiusmodi ipsa monachis vnà cum sancta Romana Ecclesia in fide Catholica defendenda constantia, digna quidem laude: vt planè illud ciuibus decantare liceuerit [a]: *Nisi reliquisset Dominus semen, & quidem semen verum, semè sanctum, quasi Sodoma & quasi Gomorrha fuissemus:* Sed de his sæpè dicendum suis locis inferius.

[a] *Isai. 1.*

XXXIII Hæc igitur cùm hoc ipso anno, qui secundus Felicis Pontificis numeratur, ex nota Constantûs & alijs signis facta esse, certissimum sit: soluenda illa obiectio est, quam ex Gelasij Papæ epistola quis posset inferre, cùm scribens ad Anastasium [b] Imperatorem dicat, triennio fermè laboratum esse cum Acacio, vt emendaret quod deliquisset; ante quàm Felix in eum sententiam damnationis interret: cùm tamen hic sit secundus Felicis annus. Ad hæc dicendû est, nequaquàm triennium illud ad Felicis sedis tempora referendum esse, sed ad numerum illum explendum extrema Simplicij tempora computanda, vt quæ dicta sunt superiùs acta ab eo esse contra Acacium docent. Testatur id quidem Gelasius de Acacio ab Ecclesia Romana per triennij fermè temporis spatium sæpè prænonito in epistola ad Dardaniæ Episcopos data [c]:

[b] *Gelas. Epist. 10.*

[c] *Gelas. Epist. 11.*

XXXIV Quid autem acciderit, cum anathematis litteræ Constantinopolim perlatæ sunt, Liberatus Diaconus narrat his verbis [d]: *Datis Acacio huiusmodi literis, eas non suscipit, patrocinio fultus Imperatoris: ita vt cogerentur, qui eas detulerant per quemdam ignotum monachum Acœmetensem, ipsam chartã damnationis, dũ ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in vmbraculio, & discedere.* Addit ad hæc Nicephorus [e], monachos illos monasterij Dij nominati, qui comministri ad hoc opus fuêre, ab Acacianis dira passos esse, occisos ex ijs aliquos, nonnullos vulneratos, vel custodijs mancipatos: quorum celebris est memoria in tabulis Ecclesiasticis, in quibus monachorum Dij monasterij eiusmodi occasione necatorum gloriosum martyrium innotescit [f]. Porrò monasterium Dij dictum fuit ab Archimandrita Dio, qui egregiè ibi Constantinopoli claruit sanctitate, cuius meminimus in Notis.

[d] *Liberat. Diac. Brc. c. 18.* ACACIO QUOMODO REDDITVS LIBELLVS SENTENTIÆ.

[e] *Nicepb. lib. 16. c. 17.*

[f] *Martyrol. Rom. ex Græc. die 9. Febr.*

Addit Nicephorus ex Basilio Cilice veteri historico (cuius meminit Suidas, quem ait fuisse Episcopum Irenopolis) Acacium eò insaniæ peruenisse, vt nomẽ ipsius Felicis Papæ è sacro eraserit Albo; cùm nullus ante eũ, quamuis complures hæretici & hæresiarchæ illi præfuerint ciuitati Episcopi, tantum nefas nec cogitare ausus esset. At cùm legis Acacium è sacris Diptychis nomen Felicis Pontificis obliterâsse, in memoriam reuocca Dioscorum Alexandrinum id ipsum aduersus S. Leonem Papam, in eum anathema inferendo, tentâsse: & considera, quales esse consueuerint, qui aduersus Romanos Pontifices insurrexerunt. Non id prædecessores Acacij Alexander, Paulus, Chrysostomus, Proclus, & Flauianus Episcopi sanctissimi & laudatissimi aliquando vel in animum induxêre, neq; ar ecessores Dioscori Dionysius, Petrus, Alexander, Athanasius vel lui saltem cogitatione tentârunt: immò hos omnes, eorumq; similes constat omni reuerentiæ & honoris cultu prosecutos esse Romanos Episcopos: aduersus quos duntaxat cornua erexisse eiusmodi cornutas bestias illis similes, quas Ioannes [g] sæpè in visa præuidit. His sese iungant socios Nouatores, eorumq; vestigia sectentur, tantis ducibus gloriantes, eamdem à Domino cum illis accepturi in fine mercedem.

XXXV. ACACIVS NOMEN FELICIS PAPÆ DELET.

[g] *Apoc. 12. 13. 17.*

Sed quid insuper contemptor Acacius? Addit Liberatus [h], numquàm cessâsse sacra peragere anathematis licèt vinculis alligatum. Et quid sibi non licere, iniconcessumve existimat esse, qui semel castra Fidelium deserens, ad inimicos se contulit transfuga? Et quid diabolo suadenti negabit hereticus, qui eius impulsu vallum transilijt pietatis? Et quomodo humilis acquiescet mandatis salubertimis imperantis, qui ei se subdidit seruus, qui est Rex super omnes filios superbiæ? At leuiora hæc visa sunt cruentæ bestiæ, quæ pro nihilo duxit præcipuas sedes & totius Orientis metropoles hæreticis tradidisse, cùm & Orthodoxos omnes, quos sciret Episcopos, ab Ecclesijs suis expellens ac fugans, easdem nefarijs hominibus dederit, quos rum hæresis infamaret, tum vitæ turpitudo damnaret.

[h] *Liberat. c. 18.*

Sic igitur auctum est malum, & ruina latiùs patuit, cùm post collatas Patriarchales sedes possidendas, immò dissipandas hæreticis, etiam in alias præcipuas Orientalis Orbis Ecclesias, pulsis pastoribus Orthodoxis, subinduxerit latrones & fures, atq; ad hoc tantùm in ouile ouium, vt perderent atque mactarent, immiserit. Audi de his Gelasij Papæ querelas, & lacrymas intuere nec post pluta annorum spatia detersas vel exiccatas, sed vberiori scaturigine iterum atque iterum erumpentes pro mensura excrescentis in Ecclesia sæta malorum alluuione testantis: ista enim ipse deplorat in epistola ad Episcopos Dardaniæ scripta, cùm in eumdem Acacium ait [i]: *Quâ denig, per totum Orientem Synodo, electis Orthodoxis nullo crimine maculatis, prauos quosq, & criminibus inuolutos suâ prouisione suppositi? Quâ Synodo tot aliena priuilegia nefandus populator inuasit? Sed libri non sufficerent, si tragœdias eius, quas per Ecclesias totius Orientis exercuit, sigillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis æstimant opponendum, quòd facinora sua in imperialem nisu est iactare personam? Cur igitur quando voluit, obstitit Basilisco tyranno, certè hæretico vehementer infesto?* & inferiùs de ijsdem agens, sic exaggerat:

XXXVI. CATHOLICI ORIENTALES EPISCOPI AB ACACIO DEPOSITI.

[i] *Tom. 1. epist Rom. Pont. Epist. 11.*

Quasi verò tantum in Alexandrini Petri communione Acacius præuaricator extiterit; & non in omnibus, quos vel fecit, depulsis Catholicis Pontificibus tanquàm tyrannis, Ecclesijs quibuslibet præponi, vel taliter propositis peruersa communione permixtus est, qui hoc ipso secundùm canones fuerant ab Ecclesiastica communione pellendi, quòd se passi sunt successores vitijs sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspiciat, Christianos, quòd Catholicis Pontificibus propriâ sede deiectis nõnisi hæreticis potuerint introduci? Quibus tamen eunctis vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communi-

XXXVII. QVANTA MALA ACACIVS EXPERTRARIT.

ntcator accesit, his vtique, qui à communione hæreticorum nullatenùs discrepabant. Cur igitur vel cùm hæc fieri videret Acacius, non sicut sub Basilisco iam fecerat, ad Apostolicam sedem referre curauit, vt si solus ipse non poterat, iunctis cum eadem consilijs atque tractatibus, apud Imperatorem quæ religioni competerent, allegarent? Nam si Basiliscus (vt dictum est) tyrannus & hæreticus scriptis Apostolicæ sedis vehementer infractus est, & à pluribus reuocatus excessibus: quantò magis legitimus Imperator, qui se Catholicum videri volebat, potuit cum Apostolica sede cunctorum quoque Pontificum moderatâ suggestione mitigari, præcipuè cùm eiusdem Acacij esset specialis fautor & amator, qui litteris suis tam ipsum Acacium, quam sanctæ memoriæ Papam Simplicium magnis laudibus extulisset; doceretur, quòd hæreticis constantissimè restitisset? Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia præpediri nolebat vllatenùs, quæ desiderabat expleri? hæc & alia Gelasius in detestationem Acacij.

XXXIX. Porrò pulsi ex Oriente Episcopi Orthodoxi, magno suorũ luctu, hinc inde dispersi sunt apud Occidẽtales, vbi fides Catholica illibata magis seruaretur & illæsa inter barbaros Erulos, quàm in Oriẽte, vbi tum Episcopi, tum Imperator atq; ei parentes dominarentur hæretici. Qui autem pulsi ex Ægypto, vel aliunde à Petro Mogo, vel ab Orientalibus Ecclesijs à Petro Cnapheo sẽ cõtulerunt Constantinopolim apud Imperatorem de passis cõtumelijs conquesturi, ibi dirioribus eos pœnis afflictari contigit. Nam de his hæc Liberatus [a] summatim narrat: *Porrò Petrus de propriis ciuitatibus proprios expulit sacerdotes, ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem grauissimam pertulerunt.*

[a] *Liberat. Diac. Brc. c. 18.*

XL. Acumenum TVRBÆ ORIENTALES VNDIQVE AVCTÆ. *Scandalizabat autem Imperator & illos, qui à parte Nephalÿ Abbatis erant, & qui circa Ioannem Episcopum Eguminum [*], & Præpositum monasterij Diochon: & agens contra Ioannem, præpositura ei abstulit, & eam tradidit monasterio Abbatis Amonis. Sed permanens in Episcopatu, scribens Acacio, quia esset Synodi communicator, & fallens Alexandrinos, quia non communicaret Synodo: ita vt quidam communicatorum eius clerici, monachi, & laici, cognoscentes eius fallaciam, separauerint se ab eius communione: & extra collectas facientes non passi sunt nomini eius communicare, & eorum, qui post Episcopatum habuerunt Alexandrinum, eò quòd nomen Petri haberent in Diptychis.* sed subobscura sunt hæc ex mendis (vt puto) in codicem illapsis, quæ tamen ex his, quæ dicentur inferiùs, fient clariora. Porrò eius aliæ prouinciæ horum occasione dirè concussæ sunt: Ægyptus tamen grauiùs exagitata est: cum enim proni sint ad rixas ipsâ naturâ, additâ verò impietate, redditi sunt penitùs intolerabiles: hæresum enim est, animos, quos semel occupauerint, efferare, & homines reddere penitùs inhumanos. Sed Euagrium audiamus, qui ait [b]:

[*] *virgin. tui*

[b] *Euag. l. 3. c. 22.*

XLI. TVMVLTVS ALEXANDRINI. *Itaque cùm schisma Alexandrinæ Ecclesiæ exardesceret, Petrus quibusdam Episcopis & monasteriorum Præpositis persuasit, vt cum ipso communicarent, Leonisq; etiam de fide decisionem & Acta Concilij Chalcedonensis reijcerent: atq; eos, qui libros Dioscori & Timothei non reciperent, damnauit: quinetiam alios plurimos, cùm illis idem persuadere non posset, suis ipsorum monasterijs exturbauit.* Quod igitur idem Petrus inuasor Ecclesiæ Alexandrinæ omnia per vim & metum agens, ciuitatem illam atque vniuersam Ægyptum in magnum discrimen adduxisset, vt iam bello ciuili inter se confligerent, putauq; se conficerent hæretici ac Orthodoxi; Nephalius, qui his occurrere conatus est, quomodo in discrimen adductus sit, idem qui suprà Euagrius ita narrat [c]: *His de causis Nephalius Constantinopolim profectus, quid factum sit, nunciat Zenoni: Qui animo propterea conturbatus, Cosmam vnum ex satellitum numero eò mittit, qui quidem grauissimis minis coargueret Petrum, quòd tum contra litteras Zenonis de concordia scriptas feciss̃et, tum suâ asperitate grauem seditionem excitâsset. At cùm nihil Cosma succederet ex sententia, præterquàm quòd monachi expulsi eius operâ, suis ipsorum monasterijs essent restituti; ad Imperatorem reuertitur. Quare Imperator mittit rursum Arsenium AEgypti Præsidem, & militum præsidiariorum Præfectum: qui vnà cum Nephalio Alexandriam profectus, de concordia inter eos constituenda verba facit. At cùm illo non posset persuadere, nonnullos eorum mittit Constantinopolim: & quamquàm multa verba coram ipso Zenone de Concilio Chalcedonensi fiebant, nihil tamen de eo conclusum: quandoquidem Zeno neutiquàm illis omnino assensit.* hæc Euagrius.

[c] *Euagr. li. 3. c. 22.*

Interea autem Felix Romanus Pontifex cùm videret res adeò in Oriente esse turbatas, vt nulla penitùs spes foret Ioannem Episcopum Alexandrinum in suam sedem restitui posse: eumdem Antistitem confessorem Nolanæ in Campania nobili præfecit Ecclesiæ, testaturi quidem Liberatus Diaconus, vbi ait [d]: *Ioannes verò Talaida habens Episcopi dignitatem remansit Romæ: cui Papa Nolanam dedit Ecclesiam, quæ est in Campaniæ regione; in qua plurimos reliquit annos, in pace defunctus est.* At de rebus gestis hoc anno à Felice Romano Pontifice satis.

[d] *à Liberat. Diac. Brcu. c. 18.*

XLII. IOANNES EXRCHIMANDRITA NOLANÆ ECCLESIÆ.

XLIII. Sed succedunt lacrymæ lacrymis, & mœror mœrori coniungitur ex persecutione Wandalicâ in Ecclesia Africana maioribus indies accessionibus aucta, & nouis semper prætextibus restaurata. Meminisse hic lectorem debet (vt posteriora prioribus coniungamus) anno superiori promulgatum à Rege Wandalorum edictum de Synodo colligenda Africanorum omnium Orthodoxorum Episcoporum; in qua Orthodoxi cum Arianis de fide Catholica disputarent; præscriptæq; sunt ad certamen ineundum anni huius Kalẽdæ Februariæ, vt relata à Victore Acta [e] testantur, & ipsius Regis Hunerici edictum, quod datum ibi dicitur anno octauo regni ipsius; quem quidẽ sub Consulibus anni huius incidere, ex Marcellino discesis in Chronico: vt planè intelligas omnia suo reddi tempori, atque cognoscas etiam, res gestas sub anno septimo Hunerici, concinnè superiori anno esse relatas. His de tempore constitutis, quænam præcesserint hoc anno publicam à Rege indictum Conuentum, ex eodem auctore hic sunt describenda, quæ sic se habent:

[e] *Victor. de pers. Vvd. lib. 2.*

XLIV. EVGENIVS HVNERICI REGIS CÆCVS. *Cùm ignis iam persecutionis accenderetur, & flamma infestantis vbiq; Regis arderet: ostendit Deus noster quoddam miraculi per seruum suum fidelem Eugenium, quod præterire non debeo. Fuit in eadem ciuitate, id est, Carthagine, quidam cæcus ciuibus ciuitatis notissimus, nomine Felix, hic visitatur à Domino, prædicitur, & noctu per visum (dies enim Epiphaniorum illucescebat) Vade ad seruum meum Eugenium Episcopum, & dicet ei, quia ego te ad illum direxi. Et illâ horâ, quâ benedicit fontem, vt baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos, & aperientur, & videbis lumen. Qui tali visione commotus, putans se (quomodo assolet) deludi per somnium, surgere noluit cæcus: sed cùm iterum mergeretur* [*] *in somnis, similiter vt ad Eugenium pergeret, compellitur. Rursum negligit; tertioq; festinanter & grauiter increpatur. Excitat puerum, qui ei solitus erat manum porrigere. Pergit velociagilitate ad Fausti basilicam, orat: veniens cum ingentibus lacrymis, suggerit cuidam diacono, nomine Peregrino, vt eum Episcopo nunciaret, indicans se habere aliquod secreti genus intimandum.*

[*] *vrgeret*

XLV. *Audiens Episcopus iussit hominem introire. Iam enim ob festiuitatem celebritatis hymni nocturni per totam Ecclesiam canentes populo, concrepabant. Indicat cæcus Antistiti ordinem visitationis* [*] *suæ, dicitq; illi: Non te dimittam, nisi mihi sicut à Domino iussus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius sanctus: Recede à me, frater: peccator sum, & indignus, & super omnes homines delinquens, vtpote qui in hac tempora seruatus sum. Ille autem tenens genua eius, aliud non dicebat, nisi illud, quod iam dixerat: Sicut iussum est, redde mihi oculos meos. Attendens quoque Eugenius inuerecundam credulitatem, & quia iam tempus vrgebat, pergit cum eo, comitante officio clericorum, ad fontem: Vbi sixis genibus cum ingenti gemitu, pulsans singultibus cælum, crispantem benedixit alueum fontis: & cùm completâ surrexit oratione, ita cæco respondit: Iam tibi dixi, frater Felix, peccator homo ego sum: sed qui te visitare dignatus est, præstet tibi secundùm fidem tuam, & aperiat oculos tuos. Simulq; vexillo Crucis consignante oculos eius, statim cæcus visum, Domino reddente, recepit. Quem secum, quoniam vniuersi baptizarentur, ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus virum contereret, qui receperat lumen.*

[*] *visionis quomodo illuminatus sit cæcus*

XLVI. *Fit posteà manifestum Ecclesiæ vniuersæ. Procedit ad altare cum Eugenio, sicut moris, qui fuerat cæcus, sua salutis oblaturus Domino redditurus: quam Episcopus accipiens, altari imposuit: Fit strepitus, gaudio metante* [*], *irrenocabilis populorum: statim nuncio pergit ad tyrannum. Rapitur Felix: inquiritur ab eo, quid factum sit, qualiterq; receperit lumen, dicit illi ex ordine totum. Dicunt Arianorum Episcopi: Hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia*

[*] *manus te*

oppressi confusione, non poterant nubilare, eò quòd Felix vniuersæ ciuitati manifestus esset & notus: tamen volebant eum si fas esset, necare, quemadmodum Iudæi suscitatum Lazarum [a] cupiebant occidere. hæc Victor de cæco per Eugenium Orthodoxum Carthaginensem Episcopum diuinitùs illuminato.

a Ioan. 12.

XLVII. EX MIRACVLO OSTENSA VERITAS FIDEI.

Quis non sentiat diuino consilio, antequàm de fide iniretur cum aduersarijs indictus conflictus id factum esse ad veritatem fidei Catholicæ confirmandam? vt sciretur à piorum parte stare Deum, qui per fidelem Antistitem talia inconcessa naturæ signa ederet; sicq; absq; alia discertatione satis superque exploratum redderetur, quænam Deo probata esset Catholica fides, illudq; initum tyranni consilium cassum penitùs & irritum redderetur, quo (vt vidimus) anno superiori in exilium duci iusserat, qui in Africa erant doctores Episcopi, vt qui relicti essent ad Conuentum huiusmodi celebrandum, vt minùs periti dantes manus, causâ caderent, & sic de fide Catholica impietas Ariana trophæa victoriæ exaltaret. Sed (quod scriptum est [b]) *qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* iam ante certamen Dei potentiâ victi sunt aduersarij, & vera religio tanto totius populi plausu de prostrata perfidia triumphauit, atq; cum illa vniuersa simul Ecclesia, quæ eidem vt Catholico communicabat, atque communicatura est in æternum, cùm eadē sit vnius corporis omnium membrorum conditio, dum capitii inhærere noscuntur; vnde vel hoc vno potissimùm signo Orthodoxi ab hæreticis distinguantur.

b Psal. 2.

XLVIII. ORTHODOXI MALE HABITI.

Verum quod diaboli moris est, non cedere superatum, sed maiori audaciâ post casum redintegrare certamen; instant vnà cum barbaro tyranno Episcopi Ariani, vt iam propinquante indictâ ad disputandum die, conferrent cum Catholicis Episcopis manus. Non refugiunt nostri, sed expectant parati. Quæ autem inter eos tractata fuerint, idem victor ita describit: *Appropinquabat iam futurus dies ille calumnioſus Kal. Februariarum ab eodem statutus. Conuenunt non solùm vniuersæ Africæ, verùm etiam insularum multarum Episcopi afflictione & mœrore confecti. Fit silentium diebus multis, quo-usque peritos quosq; & doctissimos viros exinde separaret, calumnijs appositis, enecandos* (præter alios anno præterito exilio separatos.) *Nam vnum ex ipso choro doctorum, nomine Letum strenuū atq; doctissimum virum, post diuturnos carceris squalores incendio concremauit, æstimans tali exemplo timorem in ceteros reliquos relisurum.*

LÆTVS EPISCOP. MARTYR.

XLIX.

Tandem venitur ad disputationis conflictum, ad locum scilicet, quem delegerant aduersarij. Euitantes igitur nostri vociferationis tumultus, ne forte postmodum Ariani dicerent, quòd eos nostrorum oppressit multitudo: eligunt de se nostri, qui pro omnibus respondeant, decem. Collocat sibi Cyrila * (erat hic princeps omnium Arianorum Antistitum:) *cum suis satellitibus in loco excelso superbissimum thronum, astantibus* * *nostris. Dirxuntq; nostri Episcopi: Illa est semper grata Collatio, vbi superba non nominatur elatio, sed ex consensu communi venitur, vt Cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum est, agnoscatur. Nunc qui erit Cognitor? qui examinator? vel libra iustitiæ, vt bonè prolata confirmet, & prauè assumpta refellat?*

*Cyrola

*stantibus

L. AFFLIGVNTVR ORTHODOXI.

Et cùm talia & alta dicerentur, Notarius Regis respondit..... Patriarcha Cyrila dixit..... Legatur nobis, quo concidente ipsud sibi nomen Cyrila assumpsit. Et exinde strepitum concitantes, calumniari aduersarij caperunt. Et quia hoc nostri petierant, vt saltem si examinare non licebat, prudenti multitudini vel spectaculo relinqueretur: iubentur vniuersi filij Catholicæ Ecclesiæ, qui aderant, centenis fustibus tundi. deesse quidem in textu nonnulla noscuntur, quibus significaretur, negatam esse Catholicis præsentiâ Iudicis Cognitoris: sed instantibus ijsdē, vt saltē populo interesse liceret, nec id concessum, immò (vt vidisti) iussi sunt, qui aderant, fustibus verberari. Sed pergit Victor.

LI.

Tunc clamare cœpit beatus Eugenius. Videat Deus vim, quam patimur: cognoscat afflictionem persecutionum, quam à persecutoribus sustinemus. Conuersiq; nostri Cyrilæ dixerunt: Propone quod disponis. Cyrila dixit: Nescio Latinè. Nostri Episcopi dixerunt: Sympertè Latinè esse locutum, manifestè nouimus; modò excusare non debes, præsertim quia tu huius rei incendium suscitasti. At videns Catholicos Episcopos ad conflictum magis fuisse paratos, omninò audientiā diuersis cauillationibus declinauit. Quod antè nostri prouidentes, libellum de fide conscripserant, satis decenter, sufficienterq; conscriptum, dicentes: Si nostram fidem cognoscere desideratis, hæc est veritas, quam tenemus, &c. subijcitur à Victore oblatus tunc libellus fidei, cuius est exordium: Regali imperio, fidei Catholicæ, quam tenemus, præcipimur reddere rationem, &c.

LII. LIBELLVS EUGENII NON VICTORIS.

Cui quidem libello perperàm inditus eiusmodi titulus repetitur: *Victoris Episcopi Vticensis de Catholica fide liber.* eam namq; inscriptionem ex nomine auctoris cōmentarij illius puto additam. nam à Gennadio idem ipse libellus Eugenio tribuitur, cùm de ipso ait: *Eugenius Carthaginæ Africæ ciuitatis Episcopus admonitus ab Hunerico VVandalorum Rege, Catholicæ fidei expositionem, & maximè verbi Homousij proprietatem differere cum consensu omnium Africæ, Mauritaniæ, & Sardiniæ, atq; Corsicæ Episcoporum & confessorum, qui in Catholicæ manserunt fide, composuit librum fidei non solùm sanctarum Scripturarum sententijs, sed & Patrum testimonijs communitum, & pro collegæ confessionis suæ porrexit.* hæc Gennadius. verùm apud Victorem idem fidei libellus minimè integer reperitur: quæ enim desunt, habes in Bibliotheca SS. Patrū tomo 4. vbi integrè cuius habetur. Quæ autem hæc, secuta sint, idem Victor narrare pergit his verbis [c]:

c Victor. de persecut. VVdal. lib. 3.

LIII. ARIANI TVMVLTVANTVR.

Cùm noster libellus legeretur oblatus, veritatis lumen nequaquàm sufferre sacu oculis potuerunt, insanientes vocibus inferendis, grauiterq; ferentes, quare nos nomine nostro, Catholicos, dixerimus, statimq; mentientes suggerunt Regi de nobis, eò quòd strepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eādem horā accensus, & credens mendacio, festinauit facere quod volebat. Et iam conscriptum habens decretum & occultè cum eodem decreto per diuersas prouincias suos homines dirigens. Episcopi Carthagine positi, vnā die, vniuersæ Africæ Ecclesias clausit, vniuersamq; substantiam Episcoporum & Ecclesiarum suis Episcopis munere condonauit. Nescientes quoq; quid lo queretur, neq; de quibus affirmabat, legem, quam dudum Christiani Imperatores nostri contra eos & contra alios hæreticos pro honorificentia Ecclesiæ Catholicæ promulgauerāt, aduersum nos illi proponere non erubuerunt, addentes multa de suis, sicut placuit tyrannicæ potestati. Hæc est enim series data & proposita legis.

LIV. HVNERICI EDICTVM CONTRÀ CATHOLICOS.

Rex Hunericus VVandalorum & Alanorum vniuersis populis Regno nostro subiectis. Triumphalis maiestatis & regiæ probatur esse virtutis, mala in auctores consilia retorquere. Quisquis enim aliquid prauitatis inuenerit, sibi imputet, quod incurrit. In quare nunc diuinum iudicium clementia nostra secuta est, quòd quibusq; personis, prout eorum facta meruerint, seu bona, seu forte talibus contraria dum facit expendi, simul etiam prouenit compensari. Itaq; his prouocantibus, qui præceptionem inclytæ recordationis patris nostri vel mansuetudinem nostræ crediderint esse temnendam, censuram seueritatis assumimus. Auctoritatibus enim cunctis populis fecimus innotescere, vt in sortibus VVandalorum nullos conuentus Homousiani sacerdotes assumerent, nec aliquid mysteriorum (quæ magis polluunt) sibimet vendicarent. Quòd cùm viderem esse negligentes, & plurimos esse reperies dicentes se integram regulam fidei tenere; postmodum vniuersos constat fuisse commonitos; spatio temporis prorogato mensium..... nouēb. contentionis si quid ab eorum proposito posset optari, vt ad Kalendas Februarias, quæ nunc octaui regni nostri fine motu aliquo conuenirent.*

* innotescere.

LV. MVLTA MENTITVR HVNERICVS.

Qui dum huc ad Carthaginensem confluerent ciuitatem, post moram temporis præstituti, aliam quoque dilationem aliquantorum dierum dedisse cognoscuntur. Et dum se conflictui paratos astruerent, primo die à venerabilibus Episcopis nostris eis videtur esse propositum, vt Homousion, sicut Nicæni dixerant, ex diuinis Scripturis propriè approbarent, aut certè quod à nullo & qui id excogitarunt Pontificibus de toto Orbe in Ariminensi Concilio, vel apud Seleuciam amputatum esse pradamnarent: Quod nequaquàm facere voluerunt, vniuersa ad seditionem per se concitati populi reuocantes. Quinimmò & secundā die, dum eis mandaremus, vt de eadem fide (sicuti propositum fuerat) respōderent: hoc euidenter assumpsisse temeritate transacta, vt seditione & clamoribus omnia perturbantes, ad conflictum facerent minimè peruenari.

LVI. * nos * tenere IVBENTVR CLAVDI ECCLESIÆ OMNES CATHOLICORVM.

*Quibus hoc *pronocantes statuimus, vt eorum Ecclesiæ claderentur, hāc illis conditione præscriptā, vt tamdiu essent clausæ, quamdiu maduc propositum pernere*, quod ea ob, tatione facere noluerunt, quam prauū videntur assumpsisse consilij. Adeò in hos est necessarium ac iustissimum vetor quere, quod ipsarum legum continentia demonstratur, quas inditis secundò in errore Impe-*

ratoribus diuersis, tunc contigit promulgari, quarum illud videtur tenere conceptio, Vt nulla super exceptis institutionis suæ Antistitibus Ecclesia patuisset, nulli liceret alios aut conuictus * agere. aut exercere conuentus, nec Ecclesias aut in vrbibus, aut in quibusdam parrissimis locis penitùs obtinere, neque constituere: sed præsumpta Fisci viribus * iungerentur; sed etiam & eorum patrimonia Ecclesiæ suæ fides sociata suis Antistitibus prouenissent: nec commemorare quæcumq; loca talibus licentiâ patuisset, sed extortres omnibus vrbibus redderentur & locis, nec baptismatis omninò haberent aliquam facultatem, aut fortè de religione disputarent, & nullam ordinandi haberent licentiam siue Episcopos, siue presbyteros, vel alios, quos ad clerum pertinere contingeret, propositâ seueritate vindictæ; vt tam hi, qui se paterentur huiusmodi honores accipere, quàm etiam ipsi ordinatores denis libris auri singuli mulctarentur, eo adiecto, vt nullus eis locus esset vel aditus supplicandi, sed etiam si qua specialia meruissent, minimè præualerent; & si in hac pernicie perdurarent, & de populo * ablati, in exilium sub prosecutione idonea mitterentur.

* iuribus

* de proprio

LVII. CONTRA HÆRETICOS LEGES LATÆ CONVIVTVNTVR ADVERSVS CATHOLICOS.

In populos quoque præfati Imperatores similiter sæuientes, quod eis nèc donandi libertas, nec testandi, aut capiendi vel ab alijs derelictum, penitùs subtraheret, non fideicommissi nomine, non legati, non donationis, aut relictionis, quæ mortis causa à pellaetur, vel quolibet codicillo, aliqve forsitan scripturis: ita vt etiam qui suis Palatijs militarent, condemnationi grauissimæ prodignitatis merito facerent subiectos, vt omni honoris priuilegio spoliati, infamiæ incurrerent, & publico crimini huiusmodi personæ se cognoscerent esse subiectos: Officialibus etiam Iudicum diuersorum triginta argenti pondo pœnâ propositâ: quam si quinque vicibus in errore perdurantibus contigisset inferre, tum demùm tales conuicti, atq; subiugati verberibus, in exilium mitterentur.

LVIII. DE ALIIS POENIS CONTRA HÆRETICOS PRIMVM STATVTIS.

Deinde codices vniuersos sacerdotum, quos persequebantur, præceperunt ignibus tradi: Quod de libris huiusmodi, quibus sibi nominis illius errorem persuasit iniquitas, præcipimus faciendum. Hæc enim (vt dictum est) pro singulis quibusq; personis illi obseruanda præceperant, vt Illustres singillatim auri pondo quinquagena darent, Spectabiles auri pondo quadragena, Senatores auri pondo centena, populares auri pondo vicena, sacerdotales auri pondo trucena, Decuriones auri pondo quina, Negotiatores auri pondo quina, plebeij auri pondo quina, Circumcelliones auri pondo dena. Et si quis fortè in hac pernicie permanerent, confiscatis omnibus rebus suis, exilio mulctarentur. Ordines autem ciuitatem, sed & procuratores, & conductores possessionum tàm pœnâ videbantur affligere, vt si fortè tales celare detegerentur, & minimè publicâssent, & retentos iudicio non facerent præsentari, ipsi tenerentur ad pœnam: Conductoribus etiam regalium prædiorum hâc mulctâ propositâ, vt quantum domui Regiæ inferrent, tantum etiam Fisco pœnæ nomine cogerentur exsoluere. Id generaliter in omnibus conductoribus, vel possessoribus, qui in eadem superstitione crediderint perdurandum, constituerunt obseruari. Iudicibus etiam, qui huic rei instantissimè non vltimebant, pœnâ proscriptionis & sanguinis supplicium ponceretur: sed & de primatibus Officiorum tres numero cunirentur, alijs viginti librarum auri condemnatione mulctandis.

LIX. RETORQVET LEGES LATAS CONTRA ARIANOS IN CATHOLICOS.

Quare his necesse est constitutionibus obligari Homousianos omnes, quos huius Scholæ Cala persuasionis constat tenuisse & tenere materiam: quos ab omnibus supradictis abstinere decreuimus in prosecutione venturis per ordinem cunctarum vrbium: sed etiam Iudices, qui superioribus neglectis dira supplicia diuersis non intulisse monstrantur, omnes supradicta fide Homousion erroribus implicatos, quæ cunctis prædamnata est Concilio tantorum numero sacerdotum, vniuersis rebus prædictis & contractibus præcipimus abstinere, quòd nihil sibi nouerint esse permissum. Sed vniuersos similis pœna maneat & astringat, si ad veram religionem, quam veneramur & colimus, intra diem Kalendarum Iuniarum anni octaui regni nostri conuersi non fuerint. Ad diem autem præstitutum eadem pietas nostra constituit, vt prædamnatis errorum indulgentia non negetur, & obstinatos animos supplicia digna coërceant. Qui autem in eodem errore permanserint, sq; domus nostræ occupati militiâ, seu forsitan diuersis titulis necessitatibusq; præpositi, pro gradibus suis dictarum superius mulctarum illationes cogantur excipere, nihil valituris, quæ forsitan per subreptionem quemquam talium contigit promereri. In priuatos etiam, vel cuiuscunq; gradus & loci personas, hoc nostra promulgatio præcepit obseruandum, quod circa tales supradictis legibus videbatur expressum, vt pœna congruæ subderentur. Iudicis autem pronunciarum quod statutum est negligentes exequi, superiori pœnâ, quæ talibus est præscripta, constituimus obligandos.

LX. IVVE. LA. CREDI. T. VNI. RAE DAT CVNCTA DOXO. NVM.

Verùm autem maiestatis diuinæ cultoribus, id est, sacerdotibus nostris Ecclesias vniuersas, vel totius cleri nominis supradicti quibuscunque terris & regionibus constitutas, quæ, propitiâ Diuinitate, Imperij nostri regimine possidentur, vnà cum rebus, quæ ad eadem pertinent, hoc decreto statuimus debere proficere; non dubitantes plus alimoniæ inopum proficere, quod sacrosanctis Pontificibus nostris collatum est. Hanc igitur legem è fonte iustitiæ prodeuntem, cunctis præcipimus innotescere; quatenus nullus sibi ignorum esse, quod præceptum est, possit obtendere. Optamus vos bene valere. Data sub die sexto Kal. Martij, Carthagine. hactenùs edictum, quod quidem satis intelligitur diu ante Conuentum Episcoporum fuisse conscriptum: haud enim paucorum dierum potuit esse opus, cunctas promulgatas in hæreticos ab Orthodoxis Imperatoribus leges inuenire, legere, ex eisdemq; pœnas infligtas in hæreticos, aduersus Catholicos retorquere: vt planè verum esse experimento noscatur, antequam conuenirent vtriusq; partis Episcopi, eam fuisse in Catholicos legem scriptam, quam velamento illo, quòd in disputatione defecissent, vel tumultuatiessent in dicta Collatione, voluit obumbrari.

LXI.

Sed quid accidit in singulis locis, in quibus per vniuersam Africam Hunerico subiectam eiusmodi fuit promulgatum edictum, in Actis passionis septem martyrum, quæ ad finem librorum Victoris habentur appolita, hæc leguntur: Post modicum quoque temporis, vniuersis præiudicatis * venerabilibus portis cæuentis ingentibus clandi mandauit. Vniuersa namq; monasteria virorum vel puellarum sanctarum. Gentibus id est Mauris cum habitatoribus donare præcepit: vnus fuit omnibus eiulatus, vnus pro Christo morientis integer & plenus affectus. Pariæ currebant flumina lacrymarum, quia permanserat Dominus [a] cibari eos pane lacrymarum, & potare eos in lacrymis mensuratum, aut forsitan sine mensura. Et si repertus est exiens de arca [b] inhians cadaueribus mortuis pars aliqua perexuntium eorum, maior est tamen in nomine Trinitatis numerus felicium columbarum. Quanti nobiles & optimi viri, ampli & lati cæspitu domini, terram cum cœlo commutauerunt, & simul corpus cum substantia tradiderunt? atq; delicatæ & nobilissimæ fœminæ, contra verecundiam naturæ, spectante vulgo, virgis cæsæ, varijsq; tormentis cruciatæ, victricia trophæa portârunt? Quanti infantuli irridentes edicta feralia, ante mundum contempserunt, quam illecebrosam eius semitam introirent? &c. hæcibi.

* Victor de pers. vvd. lib. 1. APPENDIX DOXOLOGIAE QVAM MALE HABITI.

Sed redeamus ad sanctos Episcopos, quos inter dracones Carthagine agentes reliquimus. Victor enim his verbis lugubrem tragœdiam prosecutus, sic ait: Post hæc edicta feralia veneno toxicato transfusa, iubet Hunericus cunctos Episcopos, qui Carthagine fuerant congregati, quorum iam Ecclesiæ, doctos, & substantiam ceperat, hospitijs, in quibus erant expoliari, & expoliatos foras muros propelli: non animal, non serum, non mutanda, quæ ferebant, vestimenta penitus dimittuntur: addens adhuc, vt nullus quempiam illorum hospitio reciperet, aut alimoniam præstaret: qui autem hoc miserationis causâ facere tentâsset, cum vniuersa domo sua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiam proceli Episcopi fecerunt, vt licèt mendicantes, exinde non abirent: quia si recederent, non tantùm violenter omninò reuocarentur, sed & mentirentur eos, sicut mentiti sunt, fugisse conflictum; maximè quia vbi reuerterentur, iam nequaquam fuerat, Ecclesiæ substantiâ, vel domibus occupatis.

LXII.

Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aëre iacerent, factum est, vt Rex impius in piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerunt, dicentes: Vt quid taliter affligimur? pro quibus malis sortè commissis ita perpetimur? Si ad disputationem congregati sumus, quare expoliati: quare traducimur? quare differimur, & sine Ecclesijs & domibus nostris foras ciuitatem fame & nuditate laborantes, medijs stercoribus volutamur? Quos ille tornuculis aspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, iussit super eos cum sessoribus equos dimitti, vt tali violentiâ possent non solùm conteri, verùm etiam necari. Quorum tunc multi contriti sunt, & præcipuè senes & infirmi. Tunc deinde iubentur ad quædam locum, quæ dicitur AEdes Memoriæ, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes aptatam. Vbi cum venissent, chartâ ei ostenditur inuoluta: dicitur q; illis ista subtilitate serpentis: Dominus noster Rex Hunericus, licèt doleat, quòd fueritis contemptores, & adhuc eum ve-

LXIII. CONFESSIONIS ORTHODOXORVM REGNANTE PROTI. TENTAT NOVA ARTE EPISCOPOS.

initati obedire tardetis, vt eius efficiamini religionis, cuius est ipse: nunc tamen bonum de vobis cogitauit. Si iurauerit is ita, vt quod ista charta continet, faciatis, dimittit vos Ecclesiis & domibus vestris.

LXIV. *Ad quod vniuersi Episcopi responderunt: Semper dicimus, & diximus, & dicturi sumus: Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem vnam & veram tenemus. Factoq; posti confessionem fidei silentio modico, illi, qui à Rege fuerant destinati, festinabant extorquere Episcopis sacramentum. Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus Episcopi pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Numquid animalia nos irrationabilia sumus, vt nescientes, quid charta contineat, facilè aut temerè iuremus? Accelerauerunt quoque illi à Rege destinati scripturæ eius propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus, si enim calumniosa series continebat: Iurate, si post obitum domini nostri Regis, eius filium Hildericum desideratis esse Regem: vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas epistolas dirigat: Quia si sacramentum huius rei dederitis, restituet pro Ecclesiis vestris.*

LXV. *Cogitauit tunc multorum pia simplicitas, etiam contra prohibitionem diuinam sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quòd vitio sacerdotum, qui iurare noluerunt, non fuerint Ecclesiæ restituta. Alij quoq; astutiores Episcopi sentientes dolum fraudis, nequaquàm iurare voluerunt, dicentes prohibitum*

a Matth. 5 *fuisse Euangelicâ auctoritate, ipso Domino dicente a: Non iurabis in toto.* Diù sanè penesq; multos inualuit ista sententia, quod prohibente Domino verbis illis, *Non iurabis omnino*, prohibitum esset vnicuiq; Christiano iurare, verùm adiunctis ijs, quæ Dominus dicit per Hieremiam b: *Iurabis in veritate, in iudicio, & in iustitia.* licitum esse iurare, Catholica c Ecclesia docuit. sed de his pluribus suo loco. Pergit Victor:

b Hier. 4. c 22. q. 1. per tot.

LXVI. IVN ERICVS IN OMNES PERFIDVS. *Quibus ministri Regis: Secedant in parte (inquiunt) qui iurare dissonunt. Qui cùm secederent, Notarijs scribentibus, quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset, exceptum est. Similiter factum est de illis, qui minimè iurauerunt. Statimq; pars vtraq; custodijs mancipatur. Post verò fraus, quæ celebratur, apparuit. Iurantibus dictum est: Quare contra præceptum Euangelij iurare voluistis? Iussit Rex, vt ciuitates atq; Ecclesias vestras numquàm videatis, sed relegati, colonatûs iure ad excolendum agros accipiatis: ita tamen, vt non psallatis, neq; oretis, aut ad legendum codicem in manibus gestetis, non baptizetis, neq; ordinetis, aut aliquem reconciliare presumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum filij domini nostri non optatis; idcirco iurare noluistis: ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, vt ligna profutura nauibus dominicis incidatis.* hæc Victor, hucusque prosecutus de Episcopis Carthagine ad Collationem congregatis historiam; illosque relinquens, ad persecutionem, quam in alijs Africæ prouincijs mox post promulgatũ edictum Orthodoxi sunt passi, stylum conuertit. At nos non relinquamus hunc celebrem sanctissimorum Antistitum confessorum Conuentum.

LXVII. Exhortuisti, lector, simulque compassus es, vbi tot venerandos Episcopos confessores barbaricæ feritati truculentissimi Regis subiacere conspexisti, cùm furentibus Arianis in manusuetissimos sacerdotes dirè sæuiendi est permissa potestas. Quibus illud Dominicum d iure fuerit exprobrandum: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* cùm

d Luc. 22. e Sap. 5. *mutandæ sint vices, & tempus affuturum, cùm videntes e impij turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.*

LXVIII *Quæ autem post hæc ita exagitatis apud Carthaginem contigerit sanctis Episcopis, dolemus à Victore prætermissa:* nisi æquiùs sit existimare iniuriâ temporis ea ex codice excidisse, sicut & alia plura vel decurtata, vel saltem mendosa reperiuntur. Constat quidem nullam pestitiùs apud eum mentionem haberi de sancto Vindemiali Episcopo, hoc tempore martyrio illustrato, notissimo martyre, vniuerso Catholico Orbi conspicuo ex publicis Ecclesiæ Catholicæ monumentis f. De Ruffiniano præterea profugo ex prouincia Bizacena, & in Sicilia vitâ anachoreticam excolente, noto ex Actis sancti Fulgentij, nulla prorsus est apud Victorem mentio: vt planè acciderit, vt idem Victor rerum scribendarum copiâ nimium exuberante victus fuerit: quod & ipse liberaliter ingenuèq; fatetur. Quamobrem quæ ex sacris martyrum passionibus de his Gregorius Turonensis in lucem prodidit, hîc describamus.

f Martyr. Rom. die 2 Maij.

Agens enim Gregorius de eadem persecutione Wandalica sub Hunerico excitata, ex alia planè, quàm Victoris historia ista narrat g: *Legimus* (inquit) *quorundam ex ipsis martyrum passiones: ex quibus quædam replicanda sunt, vt ad ea, quæ spospondimus, veniamus. Igitur Cyrola saltù vocatus Episcopus, hæreticorum tunc maximus vocabatur assertor. Cumque ad persequendum Christianos Rex per diuersa transmitteret, S. Eugenium Episcopum virum inenarrabilis sanctitatis, qui tunc seruabatur magnæ esse prudentiæ, in suburbano ciuitatis suæ reperit persecutor: quem ita violenter rapuit, vt nec ad hortandum gregem Christi vllum abire permitteret. Ille verò cùm se videret abduci, epistolam ciuibus pro custodienda fide Catholica hoc modo transmisit:*

LXIX. g Greg. Turon. hist. Franc. lib. 2. c. 3. EVGENIVS DVCITVR IN TRA CARTHAGINEM MITTENDVS IN EXILIVM.

LXX. *Dilectissimis & in Christi amore dulcissimis filijs & filiabus Ecclesiæ mihi à Deo commissæ, Eugenius Episcopus.*

Regalis emanauit auctoritas, & pro exercenda fide Catholica, edicto nos è Carthagine vrbe h *præcepit. Et ideo ne absens à vobis, Ecclesiam Dei in ambiguo, hoc est, in suspenso dimitterem, aut oues Christi non verus pastor silentio relinquerem: necessarium duxi has pro me vicarias vestræ dirigere sanctitati: In quibus non sine lacrymis peto, hortor, moneo, & satis abundeq; obtestor per Dei maiestatem, & per tremendum iudicij diem, atq; aduentus Christi terribilem claritatem, vt fixius teneatis Catholicam fidem, asserentes Filium Patri esse æqualem, & Spiritum Sanctum eumdem habere cum Patre & Filio deitatem. Seruate itaque vnici baptismatis gratiam, custodientes chrismatis vnctionem. Nemo post aquam renascatur ad aquam renatus ex aqua; nutu enim Dei sal in aqua conficitur; sed si in aquam redactum fuerit, omnis species eius confestim euacuatur. Vnde non immeritò Dominus in Euangelio ait* i: *Si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Et vtiq; hoc est infatuari, velle secundo conderi, cùm semel factum sufficiat. Nam audistis Christum dicentem* k: *Qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lauandi. Ideoq; fratres, & filij, filiæq; mea Domini, non vos contristet absentia mea, quin Catholicæ disciplinæ inhæretis. Ego vos nec longinquitate aliquâ obliuiscor, nec morte à vobis abuellor.*

h abire EVGENII EPISTOLA AD SVOS CARTHAGINENSES. HORTATVR, VT CAVEANT REBAPTIZATIONEM. i Matth. 5. k Matth. 19. Marc. 9. Luc. 14. Ioan. 13.

LXXI. *Scitote, quia quocumque me fecerint diuidi agone, mecum est palma. Si ad exilium abiero; beati Ioannis Euangelistæ exemplum habeo. Si ad martyrium: Viuere* l *mihi Christus est, mori lucrum. Si rediero, fratres, implebit Deus desiderium vestrum. Attamen sufficit modò, quòd vobis non tacui: Monui, instruxi, quomodo potui: ideoq; immunis sum à sanguine omnium pereuntium: & scio, quia aduersus eos legentur litteræ istæ ante tribunal Christi, cùm venerit reddere vnicuiq; secundùm opera sua. Si reuersus fuero, fratres, videbo vos in hac vita: si non reuersus fuero, videbo vos in futura. Dico tamen vobis, Valete, orate pro nobis, & ieiunate: quia ieiunium & eleemosyna semper Dominum ad misericordiam deflexerunt. Memento esse scriptum in Euangelio* l: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: Timete autem eum, qui postquam occiderit, habet potestatem & animam & corpus perdere & mittere in gehennam.* hucusque Eugenij sanctissimi confessoris epistola cuncta & furtim præ angustia temporis & loci conscripta, cùm iam ex tyranni sententia esset in exilium deportandus. Verùm multa anteà præcesserunt, quæ Victoris volumen non habet, qui (vt ipse testatur) relictis, antequàm in exilium irreberentur, Episcopis, ad enarrandas clades, quæ ex Regis edicto tunc inferebantur Ecclesijs, orationem conuertit. Porrò ex Gregorio referemus, quæ in Victore desiderantur: quæ quidem esse germana, germanitas recitatæ epistolæ satis indicare posse videtur. Genuadius enim meminit istiusmodi sancti Eugenij epistolarum, vbi ait: *Epistolas veluti commonitorias fidei, & vnctus sacri & conseruandi baptismatis omnibus suis quasi pastor dereliquit.* Sed quænam epistolam istam præcesserint, audi Gregorium, qui ait:

l Matth. 10. Luc. 12.

LXXII. *Tractus itaq; S. Eugenius ad Regem, cum illo Arianorum Episcopo pro fide Catholica decertauit. Cumque eum de sedibus Trinitatis*

DE VINDEMIALE ET LONGINO EPISCOPIS.

mysterio potentissimè deuicisset, & insuper multas per eum virtutes Christus ostenderet: in maiorem insaniam idem Episcopus, inuidiâ instigante, succenditur. Erant enim tunc temporis cum S. Eugenio viri prudentissimi atque sanctissimi, Vindemialis & Longinus Episcopi, pares gradu, virtute non impares: nam S. Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum suscitâsse: Longinus autem multis infirmis salutem tribuit. Eugenius quoq; non solum visibilem oculorum cæcitatem, sed etiam mentium depellebat. Horum gloriam æmulatus idem Arianorum Antistes, ne vel hac ex parte inferior appareret, quòd virtute perficere non daretur, subdolâ arte facere cogitauit. quid autem egerit, audi Gregorium, dum subdit:

LXXIII CYROLA SYROPHAM SYRVIT FALSI MIRACVLI.

Quod cernens ille nequam Arianorum Episcopus, nempe Cyrola, *vocatum ad se quendam hominem ab illo, quo ipse viuebat errore deceptum, ait: Non patior, quòd hi Episcopi multa in populo signa depromant, illosq; cuncti, meneglecto, sequantur. Acquiesce nunc hæ, quæ præcipio: & accepris quinquaginta aureis, fode in platea, per quam nobis est transitus; & manum super clausos oculos ponens, me præeunte cum reliquis, exclama magnâ virtute, dicens: Te, beatissime Cyrola nostræ religionis Antistes, deprecor, vt respiciens manifestes gloriam ac virtutem tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre, quam perdidi. Qui hæc ait complens, residensq; in platea, transeunte hæretico cum sanctis Dei: ille qui Deum irridere cogitabat, exclamat magnâ virtute dicens: Audi me, beatissime Cyrola: audi me, sancte sacerdos Dei: respice cæcitatem meam: Experiar ego medicamenta, quæ sæpe cæci reliqui à te meruerunt, qua lepros experti sunt, quæ ipse etiam mortui persenserunt: Adiuro te per istam virtutem, quam habes, vt mihi desideratam restituas lucem, quia graui sum cæcitate percussus.*

LXXIV QVI VIDEBAT, CÆCATVR AB ARIANO EPISCOPO.

Veritatem enim nesciens, verum dicebat, quia cæcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æstimabat. Tunc hæreticorum Episcopus paululum se diuertit, quasi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque superbiâ, posuit manum suam super oculos eius, dicens: Secundùm fidem nostram, quâ relictâ Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox vt in hoc nefas erupit, risus mutatur in planctum, & dolus Episcopi est patefactus in publico. Nam tantus dolor oculos misericordiæ immisit, vt eos digitis vix comprimeret, ne crearent. Denique miser clamare cœpit, ac dicere: Væ mihi misero, quia seductus sum ab inimico legis diuinæ: Væ mihi, qui Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem. Ad Episcopum autem aiebat: Ecce aurum tuum; redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Vosq, rogo, gloriosissimi Christiani, ne despiciatis miserum, sed velociter succurrite pereunti. Verè enim cognoui [a] *quia Deus non irridetur.*

[a] Gal. 6. Mar. 9.

LXXV.

Tunc sancti Dei misericordiâ moti: Si (inquiunt) credis, omnia possibilia sunt credenti. At ille clamabat voce magnâ: Qui non crediderit Christum Filium Dei & Spiritum Sanctum æqualem habere substantiam atq; deitatem cum Deo Patre, hodie quæ ego perfero, patiatur. Et adiecit: Credo Deum Patrem omnipotentem, Credo Filium Dei Christum Iesum æqualem Patri, Credo Spiritum Sanctum Patri & Filio consubstantialem atq; coæternum. Hæc illi audientes, & se inuicem amore mutuo præuenientes, oritur inter eos salubris contentio, quis oculis eius signum beatæ Crucis imponeret: Vindemialis verò ac Longinus Eugenium; ille autem econtrà eos exorat, vt manus imponerent cæco. Quod cùm fecissent, & manus suas super caput eius tenerent: sanctus Eugenius Crucem super oculos cæci faciens, ait: In nomine Patris & Filij & Spiritûs sancti veri Dei, quem trinum in vna æqualitate atq; omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et statim ablato dolore, ad pristinam redijt claritatem. Manifestissimè autem patuit per huius cæcitatem, qualiter hæreticorum Episcopus oculos cordium misero affectionis suæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miserum, qui non ingressus per ianuam, id est, Christum, qui est ianua vera, lupus magis gregi, quàm custos effectus est, & pacem fidei, quam in credentium cordibus debuerat accendere, pranitate cordis sui conabatur extinguere. Sancti verò Dei alia signa in populo multa fecerunt, & erat vox vna populi dicentis: Verus Deus Pater, verus Deus Filius, verus Deus Spiritus Sanctus vnâ fide colendus, vno timore metuendus, eodemq; honore venerandus: nam quæ Cyrola asserit, falsa esse cuncti vt est manifestum. hæc quidem tunc illi: ex quibus æquè irrideas & subtilis insecteris recentiorum quoque hæreticorũ strophas in miraculis affectandis, cum pariter & ipsi Dei virtute delusi, vitam adimunt

EVGENIVS ILLVMINAT CÆCVM.

LXXVI.

LXXVII.

LXXVIII. b Gennad. de Script. Eccl. cap.

LXXIX. c Greg. Turon. hist. Franc. lib. 2. c. 3.

viuenti, dum videri volunt reuocasse ad vitam fingentem se mortuum: sed de his suo tempore. Iam verò quæ post hæc Hunericus in sanctos admisit Episcopos, oratio Gregorij ita prosequitur:

Videns autem (inquit) *Hunericus Rex assertiones suas per sanctorum fidem gloriosam taliter denudari, nec erigi sectam erroris, sed potius destrui, frendemq; Pontificis sui in hoc scelere fuisse detectam, sanctos Dei post multa tormenta, post aculeos, post flammas, post ungulas, iussit interfici. Beatum verò Eugenium decollari iussit, sub specie, vt sit in ea hora, quâ ensis super cervicem eius incumbebat, non reuerteretur ad hæreticorum sectam, non occideretur, ne eum pro martyre excolerent Christiani; sed exilio damnaretur. Quod ita factum esse, manifestum est.* Nam cum imminente morte interrogatus fuisset, *si mori pro fide Catholica destinaret, respondit: Hæc est enim sempiterna vita, pro iustitia mori.* Tunc suspenso gladio, apud Albigensem Galliarum vrbem exilio deportatus est, *vbi & finem vitæ præsentis fecit.* hæc Gregorius. Verùm quæ tradit de S. Eugenij exilio in Gallias, sub successore Hanerici cõtigerunt, vt suo loco dictum sumus: hoc autem tempore non in Gallias, sed in eremum Tripolitanæ prouinciæ relegatum, Victor tradit inferius, vbi, quænam passus ibi S. Eugenius fuerit, narrat.

Sic igitur barbarũ furentis animus, ex sanctorum Eugenij & Vindemialis virtutibus magis magisq; exsaucia-tus, mox iubet omnes illos Carthagine congregatos sanctos Episcopos, gloriosissimos confessores, martyres designatos, ciues Sanctorum, domesticos Dei, mundi exules, cœli incolas in exilium deportari, quòd illis triumphus gloriæ, præmium vitæ, iter ad cœlum, atque regni corona fuit: Cæterùm non vna de omnibus fuit sententia Hunerici, licèt vnum eius prauæ mentis fuerit iniiturum, nimirùm, vt omnes (si posset) præuaricari compelleret asperis, vel emolliter, flecteretque lenitate. Hinc itaque accidit, vt in insulam Corsicam ad opus nauium alios relegauerit, in deserta alios Africæ, alios verò in amœniora loca proxima suis, quibus præerant Episcopi, ciuitatibus. Eugenium verò in eremum Tripolitanæ prouinciæ relegauit, vbi Præfectus erat Antonius quidam sæuissimus Arianus, vt ab eo cogeretur durissima pati. Qui quidem vbi illuc deferendum se vidit tradi militibus, eam, quam ex Gregorio recitauimus, epistolam ad suos Carthaginenses conscripsit. Cæterùm licèt ipse in desertum locum longè abductus esset, haud tamen cessauit suis Carthaginensibus prodesse, alias commonitorias (vt dictum est ex Gennadio) scribens epistolas. At quid vniuersæ Ecclesiæ Catholicæ superscripto præstitit, idem Gennadius testatur his verbis [b]: *Altercationes quoque, quas cum Arianorum Præsidibus per internuncios habuit, conscripsit, & relegendas per Maiorem domus Hunerico transmisit; similiter & preces pro quiete Christianorum eidem veluti Apologias obtulit.* hæc Gennadius. De alio autem eiusdem Eugenij exilio in Gallias, atque eius obitu, suo loco dicturi sumus.

Porrò sicut exemplo Eugenij demonstratum est, non omnes Episcopos Africæ relegatos in Corsicam insulam esse; ita etiam ex his, quæ habentur in Actis S. Fulgentij Episcopi liquet nonnullos haud longiùs amandatos: in eis enim hæc leguntur: *Fuit autem tunc temporis Episcopus quidem laudabiliter prædicandus, nomine Faustus, qui pro fide Catholica non longè à cathedra sua iussus fuerat relegari. De multis enim sacerdotibus hoc Hunerici tyranni astutia malignitas ordinauerat, vt iuxta patriam propriam peregrinationis incommodum sustinentes, ad negandum Deum facilè flecterentur. In eodem proinde loco, vbi relegatus tenebatur, monasterium sibi construxerat, in quo spiritualiter viuens apud omnes Christianos venerabilis habebatur. Ad hunc ergo S. Fulgentius (quippe ei notissimus) alacriter venit, eiq; secretum cordis sui fideliter induxit, &c.* narrat enim, quomodo apud eum idem S. Fulgentius vitam monasticam exercuit, atque tandem ad regimen Ruspensis Ecclesiæ vocatus est. At de exulibus hactenùs.

Prosequamur iam modò quæ de eadem Wandalica sub Hunerico persecutione Gregorius recenset his verbis [c]: *Sanctum verò Vindemialem gladio percuti præcepit, quod & impletum est in hoc certamine. Octauianus verò Archidiaconus,*

& multa millia virorum ac mulierum hanc fidem asserentium interempta atque debilitata sunt. Sed pro amore gloriæ nihil erant hæc supplicia confessoribus sanctis, qui in paucis vexati, in multis bene se moverunt disponendos, juxta illud Apostoli a: Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelatur in Sanctis. Multi tunc errantes à fide accipientes divitias, inservierunt se doloribus multis. Infelix autem quidam Episcopus, nomine Revocatus, eo tempore est revocatus à fide Catholica. hæc de his Gregorius ex passionibus, quas legit, Sanctorum, ut ipse testatur exordio narrationis.

LXXX. b Isid. hist. Vandal. LÆTUS EPISCOPUS LEPTENSIS MARTYR.

Præter illos à Victore sub hac persecutione recensitos martyres, alij etiam (vt dictum est) passi reperiuntur: Nam & Isidorus b meminit Læti Episcopi Leptensis hoc tempore sub Hunnerico martyrio coronati: qui & miranda hæc de ipsius præstantia addit, post centum fermè annos Iustinianum Imperatorem fuisse ab eodem martyre excitatum, vt exercitum ad recuperandam Africam mitteret: nam ei omnia dextera euentura pollicitus est: quod quidem vt ab eodem insigni martyre Læto fuerat prænuntiatum, euenit. Hæc de præclaris martyribus à Victore prætermissis, & quidem insignibus: vt probè intelligas ipsum haud omnia prosecutum, vt scias codicem tum librorum ab ipso scriptorum haud integrum reperiri, sed plura in eo desiderari.

LXXXI. c Victor de persecut. Vandal. lib 3. POMINÆ OPPROBRIIS ET TORMENTIS CRUCIATÆ.

Iam verò quæ reliqua sunt anni huius persecutionis Wandalicæ, Victore præuio, prosequamur, quibus ait c: Addidit itaque bestia illa sanguinem sitiens innocentium. Episcopi necdum adhuc in exilium directi, per vniuersas Africanæ terræ provincias vno tempore tortores crudelissimos destinari: vt nulla remansisset domus & locus, vbi non fuisset eiulatus & luctus; vt nulli astati, nulli parceretur sexui, nisi illis, qui eorum succumberent voluntati. Hos fustibus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipuè nobiles contra iura naturæ nudas omninò in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam nostram Dionysiam cursim ac breuiter nominabo. Cùm viderent eam non solùm audacem, sed etiam matronis cæteris pulchriorem, ipsam primò nisi sunt furibus exspoliatam aptare. Quæcùm peteret, decretoq; de Domini sui secuta: Qualiter libet cruciare, verecunda tamen membra nolite nudare: amplius illi magis furentes, celsiori loco vestimenta exutam constituunt, spectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter tot tam virgarum, dum vnusquisq; sanguinis toto iam corpore fluitaret, liberâ voce dicebat: Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facere comparatis, ipsa est laus mea. Et quia erat Scripturarum diuinarum scientia plena arctata pœnis, & ipsa tam martyr alios ad martyrium confortabat. Quæ suo sancto exemplum vniuersam suam patriam liberauit.

LXXXII. DE MARTYRIO MAIORICI FILII DIONISIÆ.

Quæ cùm suum vnicum filium, admodum adhuc teneræ ætatis & delicatum timore pœnarum formidolosum conspiceret, verberans tum nutibus oculorum, & increpans auctoritate matronali ta confortauit, vt matre multò fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera constituto, ita ducebat: Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati sumus: nec perdamus tantum documentum nostræ salutis, ne veniens inuitator, vestem non inueniat nuptialem, & dicat minister d: Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum, & stridor dentium. Illa pœna timenda est, quæ numquam finitur: illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus ita que filium solidans verbis, velociter martyrem fecit. Venerabilis verò adolescens, Maiorici nomine, in certamine confessionis spiritum reddens, cursum palmiferum consummauit. Amplexansq; illa hostiam suam, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium sibi futura in sua domo maluit sepeliri, vt quotiens super sepulchrum eius Trinitati preces effundit, alienam se à filio numquam esse confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate (vt fati summa) acquisiti sunt Deo, longum est enarrare. Nam & eius germana, nomine Datina, atque Leontia filia S. Germani Episcopi, cognatuq; Datiæ venerabilis Emelius medicus, religiosus quoque Tertius Trinitatis confessione præclarus, vel Sibidensis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusq; cruciatibus cuiscerata, vel cuiscerati sint, qui valet ex ordine diuulgat.

d Luc. 13.

LXXXIII. * Subutsitanæ SERVUS TYBERBETANUS DIRA VEXATUS.

Seruus quoque Tuburbitanæ * ciuitatis maioris generosus & nobilis vir per Christo quas pertulit, quis explicet pœnas? Qui post cædes innumerabilium fustium, trochlea frequentibus eleuatus, dum tota præ vrbe penderet, nunc in sublime se tollente illu celeri, demissis iterum cannabinis, super silices platearum pondere cor-

poris veniens, vt lapis supe lapides corruebat. Sed & sepius tractum, & lapidibus acutissimis defricatum, & cutibus separatu, pelles corporis lateribus dorsumq; videres & ventre pendere. Iste tam temporibus Genserici non valde dissimilia pertulerat, ne amici cuiusdam sui secreta nudaret: quantò magis nunc, vt sua fidei sacramenta muniret? Et si hominis gratia fideliter exhibuit fidem, quantum debet illi, qui redditurus est pro fide mercedem?

LXXXIV. VICTORIÆ CVIVSDAM CIVITATIS CERTAMEN.

In ciuitate verò Culusitana non valeo quæ gesta sunt nunciare: quia & ipsam quantitatem martyrum, vel etiam confessorum, impossibile est hominis supputare. Vbi quædam matrona auctrix sui hominis Victoria, dum in conspectu vulgi continuato suspendio cremaretur, à marito iam perdito, filijs præsentibus, taliter rogabatur: Quid pateris coniunx? Si me despicis, vel horum, quos genuisti, miserere impia paruulorum: Quæ oblita es vteri tui, & pro nihilo ducis, quos cum gemitu peperisti? Vbi sunt fœdera coniugalis amoris? Vbi societatis vincula, quæ inter nos duduum honestatis iura tabulæ conscripta fecerunt? Respice, quæso, filios ac maritum, & regiæ impiorum implere festina præceptum, vt & imminentia adhuc tormenta lucreris, simul & mihi doneris, & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus, nec seruentis audaces blandimenta, affectum multò altiùs elevans à terra, mundum cum suis desiderijs contemnebat. Quam cùm in cruciatione supplicij vulsis humeris, etiam qui cruciabant, conspicerent emortuam, deposuerunt prorsus omni parte examinem. Quæ postea resumpta, quandam sibi virginem astitisse, atq; tetigisse membra singula, & illicò fuisse sanatam.

LXXXV. DE VICTORIANO ADRUMENTINO.

Qualiter autem Adrumentina ciuitatis ciues Victoriacum tunc Proconsulem Carthaginis prædicem, nescio, deficientibus verbis: quo in Africa partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud impium Regem pro rebus semper sibi commissis fidelissimus habebatur. Mandatur ei à Rege familiariter, dicitur q; quòd cum habiturus esset præ omnibus, si eius præcepto facilem accommodâsset assensum. Sed ille vir Dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum: Secutus de Deo & Christo Domino meo, dico quæ Regi decatu: Subigat ignibus, adigat bestijs, excrucies generibus omnium tormentorum. si consensero, fenestra sim in Ecclesia Catholica baptizatus: Nam si hæc præsens vita sola fuisset, & aliam, quæ vera est, non speraremus aeternam; nec ita fecissem ad modicum atque temporaliter gloriari, & ingratus existere, qui suam fidem mihi contulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantorum temporum, & quantis eum afflixerit pœnis humanus sermo non poterit explicare. Qui tripudians in Domino, feliciter q; consummans martyrialem coronam accepit.

LXXXVI. DVO GERMANI AQVISGRANENSES MARTYRES.

Apud Tanubaiensem quoque ciuitatem gesta quis queat certamina martyrum explicare? Vbi duo germani Aquisgranensis ciuitatis sibi securi de Domino inuicem iurauerunt, & roganerunt torcoti, vt vnâ pœnâ pariq; supplicio torquerentur. Et dum primo suspendio, molibus lapidum pedibus alligatis, tota die penderent, vnus illorum petiuit se deponi, & sibi induciae dari: cui frater alius metuens, ne fide negaret, de suspendio clamabat: Noli, noli frater: non ita iuramus Christo. Accusabo te, cùm antè thronum eius terribilem veneritis, quia super corpus eius & sanguinem iurauimus, vt pro eo inuicem patiamur. Ista dicens, & alia multa, confortauit germanum ad præmium passionis. Qui clamans ingenti voce dicebat: Adigite supplicijs, quibus vultis, & pœnis Christianos arctate cruciatibus: quod frater meus facturus est, hoc etiam ego. Quantis iam laminis ignitis adusti sunt, qualibus vngulis exarati, quibus cruciatibus torti, ipsa vis docet, & quòd eos ipsi torsores à sua facie proiecerunt dicentes: Istos imitatur vniuersus populus, vt nullus ad nostram religionem penitus conuertatur, & præcipuè, quia nulli languores, nulla pœnarum vestigia in eis penitùs videbantur.

LXXXVII. * Cyrilla LINGVIS EXCISIS CONFESSORES LOQVVNTVR.

In Typasensi verò quod gestum est Mauritaniæ Maioris ciuitate, ad laudem Dei insinuare festinemus. Dum suæ ciuitati Arianum Episcopum ex Notario Cyrillam * ad perdendas animas ordinatum vidissent: omnis simul ciuitas nuctione nouali de proximo confugit, relictis paucissimis, qui adstum non inuenerant nauigandi: Quos Arianorum Episcopus primò blandimentis, postea minis compellere cœpit, vt eos faceret Arianos: sed fortes in Domino non solùm suadentis insaniam irriserunt, verùm etiam publicè mysteria diuina in domo vna congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoscens, relationem occulè Carthaginem aduersus eos direxit. Quæcùm regina nouisset, Comitem quendam cum iracundia dirigens præcepit, vt in medio foro, congregatâ illuc omni promiscuâ, linguas eis & manus dexteras radicitus abscinderet. Quod cùm factum fuisset: Spiritu sancto præstante, ita locuti sunt, & loquuntur ante à quomodo

loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, & ibi reperiet vnum de illis subdiaconum Reparatum sermones politos sine vlla offensione loquentem: ob quam causam venerabilis nimium in Palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipuè Regina mirâ eum reuerentiâ veneratur. Intelligis ex his, lector, Victorem ipsum eiusmodi scripsisse historiam, adhuc viuente Zenone Augusto.

LXXXVII. MIRACVLVM IN FIDEI CONFIRMATIONEM EDITVM.

Quod ad huiusmodi adeò ingens, totoque Orbe vulgatum miraculum pertinet: summâ prouidentiâ factum est eius, qui facit mirabilia solus, vt cùm diuinitas Filij sui impugnaretur in Africa, adeò vt qui linguâ eam defendere potuissent, extra prouinciam in insulas & alia loca fuerint relegati; eamdem sine linguis, sed sublimioribus vocibus, rubâ cœlesti, diuino præconio, Spiritûs sancti tonitruo, quo etiam aduersarijs timor incuteretur & tremor, voluerit non in Africa solùm, sed vbique terrarum audiri: vt planè dicere verè licuerit [a]: *Non hominum, sed Dei voces.* & illud occinere [b]: *Altissimus dedit vocem suam,* & [c]: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* cùm sine humana lingua ab hominibus in sui hominis confessione ipsa veritas proferretur linguâ cœlesti eiusdem quidem generis cum illis, quæ super singulos, qui conuenerant, dum [d] completi essent dies Pentecostes, linguæ dispertitæ tamquàm ignis cœlitùs missæ sunt. Vt illud prophetarum vsurpare licuerit [e]: *Dominus locutus est: quis nō prophetabit?* cùm adhuc modo intonuit de cœlo Dominus [f], & Altissimus dedit vocem suam: cuius sono tinnirent audientiũ aures, non eorum duntaxat, qui eodem vixerunt tempore, sed & qui hoc nostro sæculo sunt Christiani (nisi instar aspidis surdæ abturent aures) si velint, possint audire Dei vocem, testantis apud illos esse Catholicam fidem, quos testificatione suâ ipse Deus significauit esse Catholicos. At quamnam fidem sectari se anteà illi professi sunt? Audisti nuper eorumdem Episcoporum publica Collatione, publico dato libello, esse professos, sequi se fidem illam, quam Romana profiteretur Ecclesia, quâ & professi sunt esse caput omnium Ecclesiarum.

[a] *Act.12.*
[b] *Psal.17.*
[c] *Psa. 28.*
[d] *Act.2.*
[e] *Amos 3.*
[f] *Psal.17.*

LXXXIX. MIRACVLVM A PLVRIBVS ASSERTVM.

Porrò rem tantam non vni vel alteri, sed vnius prouinciæ omnibus, qui remanserant, Catholicis diuinitùs impertitam, nec vnâ die, vel mense, annove, sed vno fermè sæculo, vsque ad obitum scilicèt illorum omnium, qui talia passi sunt, patefactam, neque vna in ciuitate, vel prouincia Africæ, sed etiam in transmarinis regionibus, in quas illi dispersi sunt, prædicatam, voluit Deus etiam summæ auctoritatis scriptoribus reddi posteris omni ex parte testatam. Etenim non solùm Victor, idemque gloriâ confessionis illustris, qui istæc omnia oculis vidit & manibus contrectauit, posteris commendauit: sed & imperatoria quoque sanctionis testificatione res tanta meruit celebrari. Audi diuini operis dignum præconem, Iustinianum, inquam, ipsum Imperatorem, qui in constitutione à se edita de officio Præfecti Prætorio Africæ ista ait: *Vidimus* (inquit) *venerabiles viros, qui abscisis radicitùs linguis, pœnas istas miserabiliter loquebantur.*

XC. [g] *Habetur in Bibliotheca sanctorum* ÆNEÆ GAZÆI TESTIFICATIO DE LOQVENTIBVS SINE LINGVIS.

Accipe alium rursum de visu testem, doctissimum virum Æneam Gazæum [g], qui his temporibus claruit Platonicus philosophus, de quo & paulò inferiùs dicturi sumus: hic enim ad calcem disputationis eius elucubratissimæ de animarum immortalitate, & corporum resurrectione, in dialogo, qui inscribitur *Theophrastus*, ista habet, cùm per dialogismum Axithæus sic ad Theophrastum: *Quod autem beri, & quidem paulò antè factum est, id (opinor) ipse quoque vidisti.* THEOPHRASTVS: *Quid id est, cedo?* AXITHÆVS: *Magnam Libyam durâ premi tyrannide. Ac quoniam tyrannis humanitatem, siue benignitatem & sanam atque veram de rebus sententiam haud admittit; sanè tyrannus criminis in loco ducit, eorum, qui ipsius imperio subsunt, pietatem; iubetq; illud tam præclarum & bonum dogma sacerdotes abnegare; ijs, qui non obtemperant (proh scelus!) caram Deo linguam excindit, Terei illius, de quo scriptum est in fabulis, exemplum imitatus; qui cùm vim virgini fecisset, & accusationem sceleris declinare studeret, linguam excuit. At virgo peplo facinus intexuit, & exponit arte, cùm natura, vt loqueretur, non daret. Illi verò, de quibus nobis est oratio, nec peplo opus habent; sed ipsius naturæ conditorem implorant, qui recentiorem eis naturam die tertiâ post largitur, non dato quidem alterius linguæ, sed facultate sine linguâ articulate quàm vmquàm anteà quòd vellent eloquendi munere. Ego verò putabam fieri non posse, vt tibicen carens tibijs, artis suæ specimen vllum daret, itemq; citharœdus destitutus cithara musicam artem eam exerceret.*

XCI.

At nouum hoc spectaculum cogit me sententiam illam mutare, nihilq; earum, quæ videntur, rerum fixum ac firmum existimare, si quidem id Deus loco suo mouere velit. Ipse ego vos viros vidi, & loquentes audiui; & vocem adeò articulatam esse posse miratus sum, instrumentum vocis inquirebam, & auribus non credens, oculo iudicandi munus remisi: atque ore aperto, linguam totam radicitùs euulsam vidi, ac stupebam mirabar, non sanè quo pacto vocem conformarent, sed quomodo conseruati essent. Atque hoc ipsum etiam imperiti cuiusque ad credendum duritiem emolliret, ac doceret, verum ne sit, quod dicimus, corpora collapsa resurgere. hæc Æneas Gazensis. qui (vt diximus) hoc Zenonis tempore claruit, non ab Æneæ Troiano ita denominatus, sed à viro diuino Æneæ Gazensi Episcopo, quem subrogatum Irenioni Antistiti, & præcessisse Porphyrium virum sanctissimum Gazensem Episcopum, quæ dicta sunt superiori tomo in rebus gestis eiusdem Prophyrij declarant. Quæ præterea miranda his fere diebus in Syria accidisse eodem in loco ipse narrat, nos (ne à suscepta narratione longiùs emigremus) post hæc mox narraturi sumus.

XCII.

Sed & de re tanta, quæ reliquæ sunt testificationes (licèt ad fidem faciendam illæ opus non sint in re adeò perspicuè demonstrata, & omni fide probata) in medium asseramus; quo fiet, vt nec improbus aduersarius & refractarius contradictor negare & à fide resilire omninò possit. Addamus igitur citatis auctoribus Marcellinum Comitem, qui ex his viuentibus vixit, claruitq; sub Iustiniano Imperatore. Ipse enim eadem habet in Chronico, qui & hoc addit mirabilius: *Tũc idem Rex Hunericus vnius Catholici adolescentis vitam à natiuitate sine sermone ducentis linguam præcepit abscindi: Idemq; mutus, qui sine humano auditu Christo credens, fidem didicerat; mox precisâ sibi linguâ locutus est, gloriamq; Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc Fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos, præcisis linguis, manibusq; truncatis, apud Byzantium integrâ voce confexis loquentes.* hæc Marcellinus: quibus omnibus adde Procopium Rhetorem historicum, qui eodem vixit tempore, & sub Iustiniano nobilissimos duxit militiæ ordines, & eadem, quæ vidit, scriptis testatus est.

MIRACVLA FIDEM PROBANT.

XCIII.

Habes itaque (vt de alijs taceam) quinque, qui eadem, quæ viderunt & audierunt, scriptorum monumentis posteris commendârunt, nempè Victorem Episcopum Vticensem, Iustinianum Imperatorem, Æneam Gazæum, Marcellinum Comitem, atque Procopium, quibus tanta prodigia voluit Deus reddi omni fide testata, omnibusq; perspicua, vt posteris cunctis innotesceret, curare nostra Deum; cùm tam magno miraculo, iam subactâ à Wandalis Africâ, ipsa Catholica fides pressuram passa tunc de victoribus triumpharet, vbi extingui penitùs putaretur: Sicque certa, fida, tutaque semita, mõstraretur, per quam Fideles cuncti absque errore, periculoue securi, quo tendunt, in cœlum peruenirent. Ex quibus non illius tantùm temporis corrigi & emendari valuissent hæretici, sed omnes, qui posteà emersêre, quive hoc perditissimo tempore tamquàm rapæ in Ægypto ebulientes Catholicam veritatem ipsi festant.

XCIV.

Etenim quos Deus tanto signo tot sine linguâ testantibus vocibus, docuit esse Catholicos, & fidem, cuius causâ subirent martyrium, esse veram; planè & Ecclesiam, in qua essent, dici debere Catholicam, perspicuè demõstrauit: At ab ea quàm longè absint Nouatores, qui se hodiè Catholicos profitentur, hæretici, lectis, quę ipse Victor & mox post ipsum Fulgentius, vel alij huius tẽporis Africani doctores scripsêre, perspicuè satis, si modò velint, intelligere possunt: Cõtrà verò cùm nos eãdem cum illis sectemur fidem, eademque habemus communia sacramenta, per omniaque doctrinam similem; Catholicos nos non esse, haud dicere possunt, redarguti ab ijs, qui linguas non habentes, pro nobis altissimâ voce clamant; vt planè per

consecrata illa ex fidei confessione organa benedicta ipse Deus loqui intelligatur.

XCV. Ad postremum verò succedant ijs, qui viderunt, testes, qui audierunt, ab illis tamen, qui viderant, est is S. Gregorius Papa, qui de ijsdem hæc in dialogis habet [a]: *Zenonis quoque Augusti temporibus, dum contra Carholicorum fidem exorta à Vandalis persecutio Arriana in Africa vehementer insaniret: quidem in defensione veritatis Episcopi fortiter persistentes ad medium sunt deducti: quos Vandalorum Rex verbis ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere posse secredidit. Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipse contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur: raptu in furorem, eorum linguas abscindi radicitus praecepit. Res mira, & multis nota sententiosis: quia ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur, sicut prius loqui per linguam consueverant. His itaque eo tempore profugis ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoq; tempore, quo pro explendis responsis Ecclesiæ ad Principem ipse transmissus sum, seniorem quendam Episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita vt apertis oris clamarent: Ecce videte, quia linguas non habemus, & loquimur. Videbantur enim à resecantibus, vt ferebant, qui abscisis radicitus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illic vnus in luxuriam lapsus, mox privatus est dono miraculi: recto videlicet omnipotentis Dei iudicio, vt qui carnis continentiam seruare neglexerat, sine lingua carnea non haberet verba veritatis.* hactenùs S. Gregorius. Eadem de ijsdem confessoribus, qui linguis abscisis, rectè tamen nihilominùs loquerentur, S. Isidorus testatur in historia Wandalorum.

LAPSUS FORNICATIONEM DONO DEI PRIVATI.

XCVI. Ex his autem, quæ ex S. Gregorio recitanimus, possumus intelligere, quæ habentur deprauata satis apud Procopium, dum hæc ita leguntur [b]: *Multis etiam linguam incidendo afflixit scilicet; sunto, vsque meo tempore Byzantij, qui impedita sunt voce, non autem omnes hoc pœna genus passi: sed si duo conscij fuissent amicarum cum illo concubitûs, loqui amplius non permittebantur.* hæc apud Procopium magis, quàm Procopius ipse: siquidem siue deprauatione textus, siue interpretis imperitiâ, nullum ex his verbis germanum sensum historiæ consonum elicere possumus; qui tamen ex narratâ à S. Gregorio factî serie legitimus ille esse cognoscitur, vt dicere ipse velit, multos linguâ præcisos ad sua tempora perseuerâsse Constantinopoli voce expediâ loquentes; sed duos concubitu amicarũ fœdatos, haud permissos esse ampliùs loqui, hęc quidem Procopius; quæ in eo tantùm differunt à S. Gregorio, quod vnum ipse lapsum refert, eaque gratiâ nudatum, Procopius autem duos.

[b] Procop. de bello Vand. lib. 1.

LOCVS PROCOPII RESTITVTVS.

XCVII. Sed antequàm reliqua de rebus in Africa gestis his iungamus, prosequamur, quæ polliciti sumus, narrata ab huius temporis florentissimo auctore Platonico philosopho Æneæ Gazæo ad mortuorum resurrectionem insinuandam: ait enim: *Nec fabulæ sunt, quod dicimus, nec elonga vetustatis memoria repertum, sed hâc tempestate factum miraculum. Ego ipse vidi senem & egregiè bonum & Deo cum primis carum. Eo familiaris erat quidam agricola vir simplicis ingenij, & pater vnius tantùm puerulî: cum quo puero vir ille rusticum senem illum frequenter adibat, volens aliquid boni facere & discere; illucq; suarum frugum primitias, tamquam ad sanum quoddam asseruabat. Accidit haud ita multò post, vt puer graui morbo correptus vitam cum morte commutaret. Eum tam defunctum pater non (vti lex mandabat) sepulchro condit; sed sporta impositum, foliis obtectum, atque in humeros sublatum portans, ad senem ipsum intrat. Deinceps autem, depositio onere, senem (vti consueuerat) assatum, cùm ei intentus in ipsum oculos affedisset, paucaq; dixisset & audisset, puero (vt habebat) ceu vnarum primicij, illo relicto, discessit.*

XCVII. DE PVERO AMORTVVSSVSCITATO.

XCVIII. *At vbi Sol iam occidisset, factâ solitâ precatione, senex frugibus illos attracturus, foliis remotis, non vuas, sed mortuum inuenit; & quanta pater fuerit fide mirq; habuisset, est admiratus. Ergo cum animo ad Deum intento super puerum incubuisset, priùs non surrexit, quam puerum resuscitasset, atque sic eum resuscitatum ad patrem misit: ipse verò in exilium iussit, ne admiratione eius homines perciti, nimis molesti deinceps essent.* hæc auctor, ex tanto miraculo probans Theophrasto Catholicam fidem de resurrectione mortuorum in Ecclesia prædicatam; cùm & superiùs idem testetur, ad hoc ipsum indicandum sanctorum virorum ossa plurima edere solita crebrò miracula. At de his hactenùs. Iam res Africanas iterum repetamus, & quæ reliqua sunt de persecutione, atque legatione Zenonis Imperatoris ad Hunericum tyrannum Inuasionis Felicis Ecclesiæ Romanæ Pontificis, qui astè (vt vidimus) ad eiusdem datis litteris Africanam Ecclesiã sub Wandalica persecutione laborantem, vt eidem opem ferret, commendauerat. Testatur quidam Euagrius [c], etiam Zenonis in Africam ad Wandalorum Regem legationem missam, iam per Felicem Romanum Pontificem procuratam: de qua acturus Victor [d] ita prius de eiusdem persecutionis acerbitate præmittit:

[a] Euag. lib. 3. c. 10. [d] Victor de persecut. Vandal. lib. 3.

XCIX. SVPPLICIA DIVERSA ET MVLTIPLICIA.

Sed quis (inquit) *congruo sermone possit exequi aut enarrare diuersitates pœnarum, quas ex iussu Regis sustetiam ipse Vandali in suos homines exercuerunt? Iu ipsa quoque quæ gesta sunt Carthagine, si tutator scriptor singulatim astruere etiam sine ornatu sermonis, nec ipsa nomina tormentorum poterit edicere. Quæ res hodieq; posita in præsentiu demonstrat: alios sine manibus, alios sine oculis, alios absque pedibus, alios truncos naribus auribusq; intendas; alios videas mimio suspendio pene exanimes. caput, quod eminere solebat in medio scapularum, fuisse demersum, dum iugiter in altis adhibus suspendio cruciantes, impulsione manuum funibus agitatis per vacuum aërem hue atque illuc faciebant vagari pendentem: qui nonnumquam deruptis funibus de illa altitudine suspensionis ictu valido corruentes, plurimi artem cerebri cum oculis amiserunt: alij confractis ossibus, spiritum continuò reddiderunt: alij post paulum exhalauerunt.*

C. *Sed qui hoc fabulosum putat, Vrsinum Zenonis legatum interroget, cuius præsentia præcipuè gesta sunt, illa scilicet causâ, quia veniens Carthaginem sese pro defensione Ecclesiarum Catholicarum venisse iactabat. Et vt illi ostenderet tyrannus seueritatem formidare, in illis plateis vel locis plures tortores & crudeliores statuit, in quibus legatu morti est ascendendo ad Palatium, & descendendo transire, ad opprobrium videlicet Reipublicæ ipsius, & in nostri tam deficientis temporis facem.*

CI. *Tunc igitur & quidam vxor cuiusdam Cellaritæ Regis, nomine Dazila, quæ temporibus Genserici multoties iam confessor extiterat, matrona nobilis ac delicata, flagellis & fustibus omnino debilitata, asino aridis & inuio relegatur, vbi nullus hominum sui reconsolationis gratiâ veniendi haberet accessum, relinquens cum gaudio domum, maritum simul, & filios. Cui postea oblatum esse dicitur, vt in misterem cremium translata, fracretur, si vellet, solatio sociarum: illa verò ingens sibi adesse credens gaudium, vbi nullus humanus esset consolantis affectus, ne fieret, supplicauit.* subdit his Victor enarrare exilium Cleti Carthaginensis: sed quoniam ante ipsum præcessit certamen septem martyrum monachorum, de 50 primùm ordine temporum agendum erit. *Illis etiam duobus & duo negotiatores, Frumentius, & alius Frumentius eiusdem vrbis Carthaginensis, egregio martyrio coronati sunt. Tunc & septem fratres non naturâ, sed gratiâ simul in monasterio commanentes, confessionis certamine expleto, immarcescibilem pertenerunt ad coronam, id est, Liberatus Abbas, Bonifacius diaconus, Servus subdiaconus, Rusticus subdiaconus, Negatus monachus, Septimus monachus, & Maximus monachus.* in quorum martyrio quoniam mirum in modum diuinæ potentiæ vis enituit, ipsorum certamẽ hic ex veteribus monumentis describere pergratum erit; sic enim se habuit [e]:

SEPTEM MONACHORVM CERTAMEN.

[e] In appendice ad lib. 3. de persec. Vandal.

CII. *Erant hi de territorio Capsensis ciuitatis, cui præfuit sanctus Vindemialis sacerdos egregius & Christi fidelis Antistes. Quibus attractis ad vrbem Carthaginensem, primò eis illecebrosis blandimentis serpens voluit subilare, promittens honores, aduocos & diuitias ingentium voluptatum, necnon & Regis amicitias, vel alia multa, quæ solent insipientium animas, occupante diabolo, visco mundiali captare: sed hæc omnia milites Dei ac si contagia respuerunt, clamantes vnâ voce [f]: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma: Nec potest in nobis, adunante Domino, iterari, quod in sancto Euangelio semel præceptum est dari: quia qui semel lotus est, non habet necesse iterum lauari, quia mundus est totus. Facite quod vultis, inferte pœnas corporibus nostris: Meliùs est temporalia ad modicum ferre supplicia, quàm æterna pendere & subire tormenta. Habete quæ promittis cum ipsis diuitijs, post paululum periturus. Nobis verò nullus de possessionibus fructum valebit euellere,*

[f] Ephes. 4. [g] Ioan. 13.

quod vno baptismate artifex Trinitatis dignatus est titulare.

CIII. MARTYRES IN CARCERE DOCENT.

Quid multa? dum tali constantia diuinitùs munirentur, iussi sunt carcerali custodia mancipari: & ita crudelitùs onerati ferri ponderibus, tenebrosis deputati sunt locis, vbi nulla miseratio arrideret lenitatis. Sed populus illa memorata vrbis in Domino semper fidelis, dato munere carcerarijs die ac nocte Christi martyres frequentabat; & ita ab eis doctrina & virtute fidei roborabatur, vt talia etiam ipsi pro Christi nomine plenâ delectatione perferre cuperent, & capulo persequentis facilia supponerent colla. Hoc autem tyrannica peruenit ad aures: qui ebrietate furoris incensus, iubet eos adhuc inauditis supplicijs vrgi, & maioribus vinculis onerari: nauimq; imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atque in eadem omnibus alligatis, in medio pelago igne suppositio concremari. Eductis igitur illis de custodia, multitudo populi Dei, bellatores Trinitatis, quasi agnos innocuos ad victimam deducebat, & rigentium pondera catenarum quasi quadam monilia perquirebat: quia non fuerant illa vincula, sed potiùs ornamenta.

CIV. PERGVNT HILARES AD MARTYRIVM.

Incedebant itaque cum fiducia ad supplicium, quasi ad epulas cõcurrentes, vnâ voce per ambitum platearum Domino decantantes[a]: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: votiua nobis hæc dies est, & omni festiuitate festiuior: Ecce[b] nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quando pro fide Domini Dei nostri perferimus præparatum supplicium, ne acceptatis acquisitæ fidei indumentum. Sed & populus pública voce clamabat: Ne timeatis, ô populi Dei, neque formidetis minas, neque terrores præsentium tribulationum: sed potiùs moriamur pro Christo, quomodo ipse mortuus est pro nobis, redimens nos pretio sui sanguinis salutaris. Vnum tamen vehementi conatu, qui inter eos infantulus videbatur, nomine Maximum, cupiebant auctores malorum à sanctorum consortio separare, dicentes: Infantule, qui festinas ad mortem? dimitte eos, insaniunt: & audi concilium nostrum, vt possis inuenire vitæ remedium, & tanti Regis adire Palatium.

[a] Luc. 2.
[b] 2. Cor. 6.

CV. PVERI GENEROSA CONFESSIO.

Tunc ille ætate quidem puerili, senili tamen maturitate clamabat: Nemo me separet à sancto Patre meo Liberato Abbate, & fratribus meis, qui me in monasterio nutrierunt: cum ipsis sum in timore Dei conuersatus, & cum ipsis desidero passionem suscipere, cum quibus credo me & futuram gloriam inuenire. Nolite putare quia potestis seducere puericiam meam: Simul nos Dominus septem voluit congregare, simul dignabitur omnes vno martyrio coronare. Quomodo nemo perire potuit de septenario illo numero felicium Machabæorum[c]: ita etiam septenius noster congregationis nostræ numerus nullum inuenict detrimentum: Nam si me negauero eum, & ipse negabit me; quoniam ab ipso dictum est[d]: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis: & qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis.

[c] 2. Mac. 7.
[d] Mat. 10. Luc. 12.

CVI. *eleuati ITERATÀ DEI GNE MIRACVLA.

Perducti itaque cum festinatione ad nauale supplicium pro voluntate infandi Regis, vel crudelium ministrorum, extensis manibus & pedibus ligati* frerunt potiùs, quàm ligati. Qui dum ignis fuisset lignis iniectus, statim imperio diuino, videntibus cunctis, extinctus est. Et dum sæpiùs renouaretur nutrientibus pabulis, iterum atque iterum extinguebatur rogus globo flammarum. Et cùm exinde magis tyrannus furore simul esset & robore repletus, iussit eos, remorum ictibus enecari, & ita singulos in modum canum, cerebris comminutis extingui: qui tali genere mortis debitum spiritum feliciter Domino reddiderunt: nec expauerunt, lignis quatientibus mortificari, quibus semper fuit species omnis ingenij.

CVII. REDDITA MOX A MARI CORPORA ET SEPVLTA.

Sed cùm in mari venerabilia corpora iactarentur, illicò (quod contra naturam est aquoris) eadem horâ illæsa corpora pelagus littori reddere maturauit, nec ausum fuit (vt moris est) triduanâ dilatione in profundo retinere, ne præcepto Dominico minimè paruisset. Ad quod miraculi genus & ipse tyrannus, licèt impœnitens, vt fertur, expauit. Gaudens autem, quæ aderat, multitudo, corpora sanctorum martyrum diligenti tradidit sepulturæ, præeunte clero venerabili Carthaginensis Ecclesiæ, Vbi etiam & prædicandi diaconi, tertio iam confessores effecti, Salutaris & Muritta, gerulis reliquiarum affuerunt. Humata sunt igitur cum hymnis solemnibus ipsa nè beata Sanctorum in monasterio Bigua continuo basilicæ, quæ dicitur Celebrina*. hactenùs certamen & corona septem sanctorum martyrum. Post hæc autem secutum est exilium lactymabile totius cleri Carthaginensis, qui sanctos martyres mandauerat sepultiræ, quod à Victore ita describitur[e]:

*Celerinæ Vellæ de persecut. VVandal. lib. 3.

CVIII.

Vnus etiam Eugenio Pastore iam in exilio constituto, vniuersus clerus Ecclesiæ Carthaginensis cede inedia, macteratur, ferè quingenti vel amplius: inter quos quamplures erant lectores infantuli, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudelis traduntur. quos autem intelligat Victor lectores infantulos, quæ nuper dicta sunt in certamine septem martyrum docent, nempè à voce esse pueros nominatos. At Notas in Romanum Martyrologium de his consule. Pergit Victor:

CIX. HELPIDIPHORVS APOSTATA CRVDELISSIMVS.

Sed libertatem tunc, dum mediâ vrbe caderentur, Muritæ diaconi cæteris liberiorem tacere non debeo. Fuit quidam Helpidiphorus nomine nimium crudelis & ferus, cui fuerat delegatum membra confessorum Christi supplicijs grassantibus laniare. Hic enim, dum fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus, quem venerabilis Muritta diaconus de alueo fontis susceperat generatum. Pòst verò dum apostataret, tanta extitit feritatis aduersus Ecclesiam Dei, vt superior omnibus executor persecutionis esset inuentus. Quid multa? Dum primò presbyteri supplicijs macerandi ordine citarentur, post Archidiaconum Salutarem, arctatur paruus memoratus Muritta (fuit enim secundus in officio ministrorum) QVID MVRITTA IN HELPIDIPHORVM. Qui cum Helpidiphoro sedente & fremente, honorabilis senior iussisset extendi, priusquàm exueretur, clàm furto nescientibus cunctis, illa, quibus eum suscipiens de fonte duduni texerat, sabana habebat. Quibus ventilatis, simulq; in ostensione cunctorum extensis, in his verbis totam ad fletum & lacrymas commouisse dicitur ciuitatem:

CX.

Hæc sunt lineamina, Helpidiphore minister erroris quæ te accusabunt, dum maiestas venerit iudicantis, custodiente diligentiâ meâ ad testimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abyssum putei sulphurantis: hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem: hæc de acriùs persequentur, flammantem gehennam cùm coperis possidere: quia induisti te maledictionem sicut vestimentum, scindens atque amittens veri baptismatis, & fidei sacramentum. Quid facturus es miser, cùm seruis patrisfamilias ad cœnam regiam congregare cœperint inuitatos? Tunc te aliquando vocatum, terribiliter indignatus, exutum stolam Rex conspiciet nuptialem, dicetq; tibi[f]: Amice, quomodo huc venisti, vestem non habès nuptialem? Non video quod contuli, nor nosco quod dedi. Perdidisti militia chlamydem, quam in tela virginicorum membrorum decem mensibus texui: & tenticulas Crucis, quas extendens, aqua manuum, & purpurâ mei sanguinis decoraui, non conspicunt oculi mei: characterem non video Trinitatis: talis interesse non poteris epulis meis. Ligate eum pedibus & manibus funiculis suis, quia se ipse voluntariè separare voluit à Catholicis dudum fratribus suis: ipse funes extendit continuatos in laqueum, quibus & semetipsum vinxit, & alios, ne ad istud venirent conuiuium, impedivit: iuxta semitam multis scandalum posuit, quem nunc cum rubore perpetuo & dedecore sempiterno de conuiuio meo proiecit. Hæc & alia Muritta dicente, igne concientiæ ante ignem æternum obmutescens Helpidiphorus torrebatur.

[f] Matt. 22.

CXI. VICTVRIA FACTA CVM PERSIORVM ABLATA.

Parantes itaque vniuersi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ constitutis, destinantur, Episcopi Arianorum suggerentibus, homines immisericordes ac violenti; vt illud, quod eis fortè miseratio Christiana vetus contulerat profuturum, crudeliter auferretur. Quando vnusquisque eorum libentiùs fortiter* cantabat §: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere: quia Dominus nouit esurientibus cibum porrigere, & in deserto vestire. VVandali hamque duo sub Genserico sapientissimi confessores, comitante matre, contemptis omnibus diuitijs suis, cùm eisdem clericis in exilium perrexerunt. De multitudine autem pergentium confessorum, id est, Ecclesiæ Carthaginis clericorum, suggerente quodam ex lectore Theucario perdito, quos ille nouerat vocales, strenuos atque aptos modulis cantilenæ, designatione suâ debere, ducit, duodecim infantulos separari, quos ipse, dum Catholicus esset, discipulos habuit. Satim illo suggerente, sub festinatione dimittuntur. & vi barbarici furoris bissenus numerus puerorum de itinere reuocatur: segreganturque corpore, non spiritu à grege sanctorum. Qui timentes præcipitum, cum suspiriis lacrymarum, ne diuellerentur, constringebant manibus genua sociorum: quos violentia tamen hæretica minacibus sepatans gladijs Carthaginem reuocauit. Sed cùm ei, quasi cum tali ætate, non blanditijs ageretur, superiores suis inuenti sunt annis; & ne obdormirent in morte, lucernam sibi Euangelicæ luminis ascenderunt. Indignantur ob hoc grauiter Ariani, & se superatos à pueris erubescunt: Vnde accensi, subdi fustibus inbent, quos iam ante paucissimos dies varijs verberibus dissipauerant. Impri-

*Foetus §. Iob 1.

DVODECIM PVERORVM CLERICORVM CERTAMEN.

muntur vulneribus vulnera, & rursum pœna restaurata recrudescit. Factum est, Domino confortante, vt nec ætas minor deficeret in dolore, & magu animus crescerét roboratus in fide: Quos nunc Carthago miro colit affectu, & quasi duodecim Apostolorum, eborum conflicit puerorum: Vnà degunt, simul vescuntur, pariter psallunt, simul in Domino gloriantur. & inferiùs:

CXII. ANTONII ARIANI EPISCOP. CRVDELITAS.

Illo tempore crudeliùs Arianorum Episcopi, presbyteri & clerici, quam Reges & VVandali sęuiebant: Nam adpræsequendum ipsi cum suis clericis vbique gladijs accincti sęuiebant; sicut quidam Episcopus inter illos cæteris crudelior, Antonini nomine, qui tam nefaria & incredibilia in nostros exercuit, vt narrari non queant. Fuit ille in quadam ciuitate proxima eremo, qua Tripolitana prouincia vicinatur: qui vt bestia insatiabilis Catholicorum sitiens sanguinem, huc illuc q; ad rapiendum fugientes excurrebat. Nam impium Hunericus sciens Antonij ferocitatem, in ipsis eremi partibus voluit S. Eugenium relegare. Quem dum custodiendum Antonius accepisset, ita eum arctiori custodiâ cinxit, vt nullum ad eum introire permittit; insuper varijs insidiarum atq; pœnarum supplicijs extinguere cogitauit.

CXIII. EVGENIVS QVÆ PASSVS SIT EXILIO AB ANTONIO

Sed Eugenius sanctus dum nostræ persecutionis deflet incommoda, vt asperitate cilicij sęnile attereret corpus, nudam q; super humum cubitans, stratum sacci sui rigaret, multis lacrymarum, aliquando sęnsit infestum paralysis morbum. Quo nuncio in gaudia conuersus Arianus, pergit festinus ad cubile eximij hominis Dei. Et cùm videret, vrgente pallone, verum Pontificem balbutient; verba producere, cogitauit simul extinguere, quem superesse nolebat: Præcepit, vt acetum asperum, nimium q; acerrimum quæreretur. cui cùm fuisset allatum, venerabilis sęnis recusantibus & nolentibus faucibus ingerebat: Nam si communis Dominus, qui adhoc venerat, vt pateretur, cùm gustasset, noluit bibere; quantò magu iste seruus & confessor fidelis omnino nollet, nisi hæretica fœritas ingessisset: Ex quo aceto præsertim ille passionis noxia morbus accepit augmentum: cui pietas Christi misericordia subueniens, postea sanum exhibuit. hæc de Eugenio Victor.

CXIV.

Porrò post Hunerici obitum eumdem Sanctum superuixisse, pugnasseq́ue rursum strenuè pro fide Catholica, Gelasius Papa auctor est, qui de ipso eiusq́ue collegis hæc habet in epistola ad Episcopos Dardaniæ: *Ecce nuper Hunerico Regi VVandalica nationis vir magnus & egregius sacerdos Eugenius Carthaginensis Episcopus, multis, cum eodem Catholici sacerdotes constanter restiterunt sęuienti, cunctas q; extrema tolerantes, hodieq; persecutoribus resistere non omittunt.* hæc Gelasius. Propagasse quidem vitam sanctum Eugenium saltem vsq; ad Pontificatum Gelasij, etiam Gennadius [a], qui eo tempore scripsit, ostendit, dum superstitem adhuc fuisse Eugenium tradit, cùm de ipso agit, eiusque lucubrationes recenset. At de eo nobis sæpè dicendum inferiùs. Sed rursum Victor:

[a] Genna. de Vir. illust. c. 97.

CXV. ANTONINI HABET DEVM EPISC. INVECTVM REBAPTIZAT.

Alio autem nostro Episcopo Habetdeum similiter relegato, Tamalumensis ciuitatis, in qua Antonius fuerat, quantum potuerat infestari, res ipsa demonstrat. Nam cùm diuersis eum persecutionibus affligeret, nec posset eum facere Arianum, videret q; Christi militem semper in confessione constantem promiserat sui, dicens: Nisi eum nostra fecero religionis, non sit Antonius. At vbi in sua professione minor inuentus est; suggerente sibi diabolo, cogitat aliud: Pedibus, manibus q; ligatis, vinculo ingentibus arctat Episcopum: oreque obturato, ne linguâ clamaret; aquam corpori, vt putabat, rebaptizationis spargit: quasi valeret conscientiam ligare cum corpore, aut non deesse, qui audit gemitus compeditorum, & cordis secreta rimatur: vel sperare posset aqua mendax tantæ voluntatis propositum, quod iam homo des manantibus [b] *lacrymis miserat legatum in cœlum. Exuit statim virum vinculis, & tali quasi gaudens prosequitur voce: Ecce iam frater Habetdeum noster Christianus effectus es: quid vltrà facere poteris, nisi vt voluntati consentias Regis: Cui Habetdeum: Illa est, impie Antoni, mortis damnatio, vbi voluntatis seruatur assensio. Ego fidei meæ tenax, vocibus confitens crebris, quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & post quàm catenis vinxisti, & orâ iamdudum oppilâsti, in prætorio cordis, volentiam meæ, scribentibus Angelis, Gesta cõfecti, & lectitanda Imperatori meo transmisi.*

[b] Apoc. 13. REBAPTIZATIS TANTVM PAYEBAT COMMERCIVM.

CXVI. INVITI REBAPTIZANTVR VBIQVE.

Erat quidem generalis ista violentia tyrannorum: Nam VVandali pro hac re vbique fuerant destinati, vt transeuntes itinera, sacerdotibus suis adducerent iugulandos. Ac vbi eos fallacis aquæ lauacro dijs peremissent, indicium ei perditionis, cæptura esse, tradebant; ne alibi suâ violentiâ traherentur: quia non licebat siue priuatis, siue negotiatoribus alicubi transire, nisi scripta m̃ character is indicio suam miserè ostenderent mortem: quam per reuelationem seruo suo Ioanni olim ostenderat Christus, vbi dicit [b]: *Nulli licebit aliquid vendere, vel emere, nisi qui habuerit characterem bestiæ in fronte sua, & in manu sua. Nam & Episcopi atque presbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicos & oppida circuibant, & sic despicatibus* * *ianuarum aquam, gladium q; gestantes, animarum prædones intrabant: & quos domi repererant, alios fortè in lectulis soporatos imbre igneo atque fulmineo respergentes, damoniaca vociferatione Christianos suos ipsi pariter vocitabant; vt ludum prorsus sue hæreseos magu, quam aliquam religionem ostenderent. In quo minus capaces & ignari implesum in sepultionis sacrilegium putabant: prudentiores verò, nihil sibi, quod volentibus atque dormientibus ingestum est, obesse gaudebant: Nam & multi eadem horâ cinerem capitibus suis inieccrunt: alij sese vel (quia factum est) cilicio lugubri texerunt: nonnulli como fœtido linierunt, & linteamina violenter imposita per fila conciderunt, atque in latrinis fœtidis, locis manu fideiproiecerunt.*

* potarent

CXVII. QVID IN NOBILEM PVERVM CYROLA

Tali violentiâ, nobis videntibus, in Carthagine filius cuius dam nobilis annorum circiter septem iussu Cyrolæ Patriarchæ Arianorum à parentibus separatus est, matre sine verecundia matronali, solutis crinibus post raptores totâ vrbe currente, infantulo clamante, vt peteret: Christianus sum, Christianus sum, Christianus sum. Cui & os obturantes, insontem in fantem in suum gurgitem demerserunt. Ita de pijs medici venerabilis Liberati factum esse probatur: Nam cum iussu Regis cum vxore & liberis ad exilium mitti iuberentur, cogitauit impietas Ariana à parentibus filios paruulos separare, quò posset per ætatis affectum etiam virtutem prosternere genitorũ. Distinguuntur tenera pignora filiorum. Qui cùm vellet lacrymas emittere, auctoritate vxoris increpatur, vt in ipso exitu sui illicò lacryma siccarentur. Ait enim ei coniux: En propter filios, Liberate, perditurus es animam tuam? Computa eos non fuisse natos: Nam & ipse omnino vindicaturus est Christus. Nónne vides eos clamantes & dicentes: Christiani sumus?

CXVIII. LIBERATI ET VXORIS DIVERSA TAMEN.

Sed hæc quid in eo conspectu Iudicum egerit, tacendum non est. Nam cùm ipsa & maritus licèt seorsum, cæteris tamen custodiâ tenerentur, ita vt se penitus non viderent: mandatur mulieri, dicitur q; illi: Solue iam duritiam tuam: ecce vir tuus parnit imperio Regis, & noster factus est Christianus. Atque illa: Videam illum & faciam ego, quod voluerit Dominus. Educ ergo eum de carcere, inuenit virum suum stantem cum vngenti multitudine pro tribunalibus constitutum: Et verum existimans, quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram vestimentorum eius gutturi proximam, videntibus omnibus, suffocabat eum, dicens: Perdite & reprobe, gratiâ Dei & misericordiâ eius indigne, quare voluisti ad modicum gloriari, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabunt te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cui maritus respondit: Quid paterís mulier? Quid tibi videtur? Aut quid fortè de me audire potuisti? Ego in nomine Christi Catholicus permanco, nec amittere potero aliquando quod teneo. Tunc hæretici mendacij sui conscij & detecti, fallaciam suam collaráre * *minimè potuerunt.*

* celare

CXIX. MIGRANT IN SOLITVDINEM PII, IBIQVE MORTVI.

Et quia superiùs de violentia immanitatis eorum breuiter diximus: hanc plurimi metuentes, alij se in spelucis, alij in desertis locis, viri, vel fœminæ, nullo sibi conscio, se celandebant: & ibidem nulla succurrente sustentatione ciborum, fame vel fœtore victi, contritum & contribulatum spiritum exhalabant, per hæc afflictionis incommoda inuiolatæ secum fidei securitatem portantes. Sic enim Cresconius presbyter Myzentinæ ciuitatis in spelunca Ziagensis montis repertus est, putrescente iam solutus cadauere.

CXX.

Et quia de S. Habetdeum præfati iam sumus: pergit tunc ad Carthaginem: adire censuit nefarium Regem, & conscientiam suam, quam semper familiarem Trinitas habuit & amicam, etiam hominibus faceret manifestam. Nec cum retinere potuit Antonius propter verecundiam suam: offert impiissimo Regi libellum in hac simillitudine verborum.

CXXI. HABET DEVM EPISC. PRÆSENS COMPELLAT REGEM.

Quid, quæso, iam cum protectu habetis? Quid cum eis, quos exilio relegâstis, quotidie dimicatis? absolutissimæ substantiæ; Ecclesiis, patria, domibus q; priuastis; sola anima remansit, quam captiuare contenditis. O tempora, ô mores! Vniuersa hæc mundus intelligit, & ipse qui persequitur videt. Si fides dicitur, quam tenetis, quid vera fides membra tantis persecutionibus agitatu? Quid vobis cum exilio nostro? Quid vobis cum Deo in seculo, quorum est

vita semper in Christo? Liceat saltem gaudere consortio bestiarum eis, quos abieciti à facie omnium populorum.

CXXII. Dum hæc & alia similia Pontifex dixisset: sceleratus tyrannus hoc ei maximè reprehibetur: Vade ad Episcopos nostros, & quòd tibi dixerint sequere; quia ipsi huius rei habere noscuntur per omnia potestatem. Sed neque Antonium hæc res ab insania potuit reuocare, scientem se magis imperio Regis ob hoc multum posse placere. Haberdeum verò Episcopum gaudentem bono conscientiæ suæ ad locum exilij maluit reuocare.

CXXIII. FAME DIRA VEXATA AFRICA. Eâ tempestate facta est incredibilis fames, & cœpit Africam totam vnà depopulatione vastare: nullus illic assuit imber, nullâ prorsus gutta de cœlo profluxit: nec frustrà, sed vero & iusto iudicio Dei, vt vbi persequendus cœnosi gurgitis aqua & ignis sulphuris bulliebat, indulgentia cœlestis, quæ semper affluenter aderat, pluuia negaretur. Lurida remanserat terræ facies omnis: non virtus tegebatur æstate pampineis opaca virgultis; non sata repressa vultus cæsptum viridabant; non olea semper viridia, foliis q, repleta iucundo decoris sui consuetum tegmen habebat; non pomorum virgulta, maritante tellure, gemmas produxerant florum, postea fructus (vt absolent) editura. Tristitia fuere terræ q, omnia, vt par pestilentia clades Africam confunderet omnem, &c.

CXXIV. PESTILENTIA SIMVL GRASSATVR IN AFRICA. Prosequitur pluribus recensere funera non Africanorum tantùm, sed & Wandalorum, tum fame, tum etiam pestepereuntium: vt planè ipsa elementa clamarent, in vltionem offensæ Diuinitatis tales tantasque simul immittis in Africam clades, quibus omnes desolatæ fuerint vrbes: quorum consideratione, & eorum, quæ essent ante oculos inspectione, idem Victor confessor Hieremiæ eorsum positus lugubres threnos flebili voce, crebris interrupta suspirijs, dolens ac mœrens occinuit. En collige tibi fructus ex semine, quod in sulcis impietatis seminat hæresis, vt planè secundùm illud Euangelij [a]: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* nonisi ex inferis & satanæ regno dixeris prodire radicem, quæ tot germina maledictionis & desolationis excrescit. Meminit etiã Gelasius in Andronicum scribens eiusmodi famis, quæ Africam direpsit.

[a] *Matt. 7.*

CXXV. [b] *Ioh. 40.* HVMERICI PORTENTOSVS OBITVS. Cæterùm qui [b] dispergit superbos in furore suo, & respiciens omnẽ arrogantem humiliat, excitatus tanquàm dormiens Dominus, vermibus tradidit consumendum eum, qui robustorum militum agminibus vallabatur, Hunericum. Hoc enim anno, cùm de prostrata fide Catholica amens putaret parandum sibi triumphum, diuinam cogitur experiri vindictam, & omnium hominum miserrimus redditur. Quomodo autem id acciderit, idem Victor ad calcem operis his verbis, dignum apponens colophonem, rem paucis describens, sic ait [c]: *Tenuit sceleratissimus Hunericus dominationem regni annis septem, mensibus decem, meritorum suorum mortem consummans: nam putrefactum & ebullientes germibus, non corpus, sed partes corporis eius viderentur esse sepultæ. Et ille legis dator & transfusor ex Donatianorum hæresi ad eos veniens quondam Circesius in breui simili morte periit.* hactenus Victor.

[b] *Victor de persecut. Vandal. lib 3. in fin.*

CXXVI. Quod verò ad execrabilem obitum impij Hunerici spectat, rem aliter scriptam à Gregorio Turonensi reperimus, cùm ait [d]: *Tunc & Solstetter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluqueret: crebr. namque pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis Hunericus verò post tantum facinus arreptus à demone, qui diu de sanctorum sanguine pastus fuerat, proprijs se morsibus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam indignam iustâ morte finiuit.* hæc Gregorius, licèt perperam ipsum Hunericum successisse Trasamundo testetur. Porrò S. Isidorus interitum Hunerici ab his etiam diuersè refert: his verbis: *Hunericus octauo regni sui anno, vt Ariuspater eius, interioribus cunctis effusis, miserabiliter vitam amisit.* hæc Isidorus in historia Wandalorum, vbi ait eundem Regem menses nonnisi quinque post septem vixisse annos.[e]

[d] *Greg. Tu de Gest. Franc. l. 2. c. 4.*

Verum prærogatiua antiquitatis atque præsentia, cùm hæc omnia Victor oculis intueri potuerit, ei potiùs præ cæteris deferendum esse videtur, vt dicimus, vermibus vlticibus truculentum carnificem instar Antiochi, Herodis, & Maximini, esse consumptum, secundum antiquam illam prædictionem fortissimæ Iudith dicentis [e]: *Vae genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicat eos in die iudicij visitabit illos: dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* Fuit planè eiusmodi tam ditum supplicium præiudicium æternæ damnationis: in cuius funere næniæ illæ fuerint concinendæ, quibus Tyri Regem Ezechiel flere videtur, cùm [f] illum Dominus: *Fili hominis, leua planctum super Regem Tyri.* & post multa in exprobrationem eius scelerum: *In multitudine (inquit) iniquitatum tuarum polluisti sanctificationem meam: propterea ego educam ignem de medio tui, qui comedat te. Et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium. Omnes, qui te viderunt in Gentibus, obstupescent super te.* Ittiusmodi planè canticis decuit impium, contumacem, & Deo rebellem homicidam tumulari: ex aduerso Fidelibus gratias Deo agentibus, & illud Dauidicum [g] occinentibus: *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* & quæ sequuntur. Sarcophagum verò eius, ipsa putrium carnium theca, itæ Dei præclarum atque perspicuum monumentum, quonam fuit digniori epitaphio inscribendum, nisi quod ad Regem Tyri dictum Ezechiel addit [h]: NIHIL FACTVS ES, ET NON ERIS IN PERPETVVM. vel quod Magnus ille Matthias de huic simili Antiocho dixerat [i]: GLORIA EIVS FVMVS ET VERMIS EST. Sed sepultum suâ ignominiâ hominem relinquamus, iam dignè (vt par erat) eidem persolutis extremis.

[f] *Ezech. 28.*

[g] *Psal. 9.*

[h] *Ezech. 28.*

[i] *1. Mac. 2.*

Ad hoc vsque tempus, ad Hunerici obitum scilicet, perduxit suam Victor de Wandalica persecutione historiam. Porrò ipse Victor particeps passionum inter confessione clarus titulo sanctitudinis relatus reperitur in Romanum Martyrologium [k]. Quo tempore etiam alij eiusdem nominis claruêre in Africa Episcopi, vt Victor Cartennæ in Mauritania, qui ad Gensericum volumen aduersus Arianos conscriptum misit. sed & alius fuit Victor Martyrianus Episcopus, cuius est mentio apud Cassiodorum [l]; qui Cassiani Collationes purgauit, vt suo loco superiùs dictum est.

CXXVIII. [k] *Ad Martyrol. Rom. 23. Aug.*

[l] *Cassiod. lib. de inst. c. 10.*

CXXIX. Successit Hunerico Wandalorum Regi in Africa Gundabundus Genzonis, aliàs Gentonis fratris filius, qui propior genere Gensericum attingebat, vt Procopius [m] tradit, hunc Victor Godagisum nominat; quem natu maiorem, ne succedere posset in regnum, idem Hunericus vnà cum vxore (vt ait Victor [n]) crudeli exilio relegauit. Hunc imitatione suorum persecutum esse Africanam Ecclesiam, Procopius tradit; secùs verò Isidorus, qui ait: *Gundabundus regnauit annis duodecim, qui pacem statim Ecclesiæ donauit, & Catholicos protinus ab exilio reuocauit.* hæc ipse de rebus Wandalorum compendioso Chronico. Sed vtrumque verum dixisse putamus: Isidorum quidem; quia Victor, qui post annos tres eam scripsit historiam de persecutione Wandalica, si illa post obitum Hunerici adhuc perdurâsset, exigebat ratio argumenti, vt de ea vel saltem meminisset: Sed & Procopium quoque vera locutum esse existimamus; quòd ex Actis sancti Fulgentij in Africa Episcopi Ruspensis appareat persecutionem rursùs excitatam fuisse, in qua ipsum multa pati contigerit. Præterea constat Gelasij testificatione, adhuc ipso sedente fuisse in Africa persecutores, quibus S. Eugenium Carthaginensem Episcopum & alios eius collegas sacros Antistites restitisse tradit. Quamobrem dicendum existimamus, ad aliquot annos noui Wandalorum Regis quieuisse in Africa Wandalicam persecutionem, postea verò recruduisse: quando autem id acciderit, dicemus inferiùs suo loco.

[m] *In Procem. de bell. Vandal.*

[n] *Victor de persecut. Vandal. lib. 2.*

CXXX. Hoc eodem anno alius Princeps barbarus, itidemque Arianus, & Ecclesiæ persecutor in Gallia moritur Euaricus Rex Gothorum, haud longè dissimili fine ab interitu Hunerici: nam de eo Gregorius [o]: *Non multum post tempus vltione diuinâ percussus interiit.* at quomodo id acciderit, non dicit. Porrò quod ad tempus eius obitus spectat, ipsum hoc anno extremum claudisse diem, inde facilè colligere possumus, quòd eius filius Alaricus, ipsi statim succedens, hocipso anno regnare cœpisse reperitur, vt optimè colligitur ex Concilio Agathensi: quod cùm celebratum habeatur sub Cõsulatu Messalæ, quo numeratur annus Domini quinquagesimus sextus; ibidéq; dicatur ha-

[o] *Greg. hist. Franc. lib. 2. c. 27. in fin.*

bitum esse anno vigesimo secundo eiusdem Regis; affirmate necesse est, hoc anno ipsum ibi regnare cœpisse. ex quo erroris redarguuntur, qui Euaricum tradunt regnâsse annos quidecim, vt Isidorus habet in Chronico: cum enim (vt dictum est superiùs) constet ipsum regnare cœpisse Christi anno quadringentesimo sexagesimoquarto ad vigesimum annum peruenisse liquet. Sed cùm superiùs idem auctor vsque in annum Zenonis imperatoris vndecimum peruenisse tradit; rectæ chronographiæ consentanea disponit: verùm error in numero inest, dum decem & octo tantum anni ponuntur intercurrisse ab anno octauo Leonis Imperatoris, qui est Domini quadringentesimus sexagesimus quartus, quo & regnare cœpisse Euaricum ponit vsque ad hunc annum, quo obijt, qui viginti numerentur. Ex quibus etiam habes, in quo emendes Gregorium Turonensem[a], dum Euaricum habet regnâsse annos viginti septem. At admonitum lectorem volumus, ab auctore recentiore[b], qui res Gothorum prosecutus est, suorum gentilium nimis studioso, perperam positum eúdem Euaricum Regem pium, quem tradit è temporali regno ad æternum gloriosâ morte migrâsse; quem Arianũ fuisse, & Ecclesiam Gallicanam persecutum, testificatione Sidonij, & Gregorij Turonensis, perspicuâ luce superiùs est demonstratum.

a Greg. Tu. de Gest. Franc. l. 2. c. vlt. EVARICVS IMPIVS. b Ie. Magd. hist. Goth. l. 16. c. vlt.

CXXXI

Hoc pariter anno defuncto Childerico Franchorum Rege apud Parisios in Gallijs regnante, eius filius Clodoueus successit, qui regnum tenuit (vt Gregorius Turonensis tradit[c]) annis triginta. Hoc quidem anno regnare cœpisse Clodoueum, ex tempore eius obitus, quem contigisse diximus anno Domini quingentesimo decimoquarto, satis liquet: Consentit & Sigebertus, qui & hoc anno eiusdem Clodouei Regis ingressum ponit. Porrò eius nomen diuersò modo ab antiquis etiam ponitur: ab alijs Clodoueus, ab alijs verò Hludouicus, vel aliter scriptum reperitur.

c Gre. hist. l. 2. c. 20. in fin. CLODOVEVS REX FRANCORVM REGNARE COEPIT.

CXXXII.

Sic igitur Imperio Romano Occidentali collapso, barbarisq; triplicis generis Gallias occupantibus, nemo Gothis, Burgundionibus, atque Franchis: deploratis penitùs rebus, diuinâ prouidentiâ factum est, vt eius tantummodo gentis regnum ad posteros felicitet propagaretur, penas quam cultus pietatis foret excellentiùs effulsurus, cuius in Childerico (& dictũ est) flores apparuerũt, in Clodoueo autem collecti sunt fructus. Coluit ille licèt Ethnicus sanctissimam virginem Genouefam: quam non tantũ veneratus est, sed & muneribus frequentauit eius filius Clodoueus; qui licèt Gentilis adhuc, magnâ etiam veneratione prosecutus est sanctum Remigium Rhemensem Episcopum, cui etiam amplissimas villas donò dedit, quas tamen ille erogandas curauit in pauperes.

CXXXIII.

Testatum id quidem peregregiè reliquit ipse S. Remigius publicâ testificatione, nempe testamento suo, in quo ista leguntur[d]: *Villas, quas mihi dominus illustrissimus memoriæ Hludouicus Rex, quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cùm adhuc Paganus Deum ignoraret, ad proprium * tradidit, loco pauperibus deputaui; ne fortè cùm esset infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari posset, & non potiùs suæ salutem animæ, quam exteriora ab ipso bona requirere. Quod admiratus, intercedere me pro quibuscunq, necessitatem patientibus. & fidelib, & ante fidem benignè liberaliterq, concessit. Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide & conuocatione Franchorum potissimùm me laborare cognouit: dedit mihi tantam gratiam in conspectu eius, virtutq, diuina, quæ per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis Franchorum operari facit, vt non solùm ablata omnibus Ecclesijs Franchorum restitueret, sed etiam de proprio gratuitâ lenitate plurima ditaret Ecclesias. Neque priùs de regno eius, quantum passus est pedis, Ecclesiæ Rhemorum iungere voluit, donec vt hoc omnibus Ecclesijs adimpleret, obtinuit. Sed neque post eius baptismum, &c.* de illius enim post baptismum rebus gestis, suo loco agemus, hæc satis ex verbis ipsius S. Remigij, auteis planè exaranda notis, insinuâsse, vt intelligas, reuerentiâ erga sacerdotes atque erga Ecclesias munificentiâ Clodoueum adhuc Ethnicum instar Cornelij Centurionis ad promerendam Christianam fidem sibi stauisse viam, & ad stabiliendum regnum Franchorum iecisse solida fundamenta: quæ si concutiantur, totam desuper structam molem necesse sit in discrimen adduci; si verò conuellantur, deficere penitùs; permanere verò firmiter, si ipsa permaneant.

d Brisſ. de Form. l. 7. * vsum

At summâ laude dignus ipse Remigius, iure dicendus Franchorum Apostolus, dum quod Apostolum decet, & Apostolus docet[e], non quæ sua sunt, quæsiuit, sed aliorum, neque quod sibi[f] vtile, sed multis, vt salui fiant: illud ore versans & opere[g]: *Non quæro vestra, sed vos.* Ita planè moribus ipse compositus, virtutibus imbutus, & à diuino Spiritu affiatus esse debuit, qui nobilem Franchorum gẽtem, eiusq; præstantissimum Regem è tenebris gentilitiæ superstitionis ad lucem Euangelicæ veritatis adduceret: Sicut & talem tantumque decuit esse Regem, qui primus Franchorum regnum Christianâ religione perpetuò illustraret, atque regia eandem Christianam religionem iugiter protegeret & foueret.

CXXXIV. e Philip. 2. f 1. Cor. 10. g 2. Cor. 12.

Quis istâ considerans, oculisque perlustrans præsentis temporis Ecclesiæ statum omni ex parte deploratissimũ, non magnoperè admiretur Dei prouidentiam in sua semper Ecclesia protegenda? Etenim vbi penitùs collapsum esse Occidentis Imperium, & vbique tam in Oriente, quã Occidente Reges regnarent hæretici; tunc è Gentilibus Deus voluit sibi principem suscitare, & aggregare sibi populum, qui ab ingruentibus hæreticis atque exundantibus barbaris sanctam Ecclesiam liberaret, necnon etiam magnoperè illustraret: ad id namque à Deo instituti Reges visi sunt esse Franchorum. hæc autem quomodò se verè habuerint, quæ suis singulis dicenda sunt annis perspicuè declarabunt: Erit planè digito etiam demonstrare, quòd vbi fides Catholica viguit, ibi regna maioribus indies gloriæ augmentis ad posteros sunt tralata: in quibus autem hæresis ab radice fixa coaluit, ipsa penitùs esse collapsa, & è terris, quas occupârant, euulsa, vt Gothorum, Wandalorum, Eculorum, Alanorum, Sueuorum, & Gipedarum, secundum illam Domini prædicationem: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur*, contrà verò Franchorum ob pietatis irriguum lato lætoque cæpisse germinâsse. Sed de his modò satis: quæ anni huius sunt, reliqua prosequamur.

CXXXV. DE CONCILIVM IN SVBLEVANDA AB OPPRESSORIBVS ECCLESIA

Hunc ipsum annum Domini octogesimumquartum supra quadringentesimum signat suâ Epistolâ ad Orientium, siue potiùs Orentium datâ Sidonius[h] Apollinaris cùm numerat à tempore sui Episcopatus tres Olimpiadas; quem superiùs vidimus creatum Aruernensem Antistitem anno Domini quadringentesimo septuagesimosecundo. Interpellatus enim à viro docto & poëticis facultatibus satis exculto Orentio Tarraconensi, vt carmen aliquod de fertili depromptum ingenio mitteret; ipse se excusans, hæc paucis[i]:

h Sidon. li. 9. epist. 12.

CXXXVI. SIDONII EPISTOL. AD ORENTIVM.

i Sidon. lib. 9. epist. 12.

Venit in nostras à te profecta pagina manus, quæ trahit multam similitudinem de sale Hispano in nugis caso Tarraconensibus. Nam recensenti laudabile & salsa est, nec tamen propter hoc ipsum mellea minùs, sed sermo dulcis & propositionibus ceter. Sic enim oblectat ex quo, quod turbat imperio; quippe quæ parum mentiens quid ordinis agam, carmina à nobis nunc nona petis. Primùm, ab exordio religiosæ professionis, huic principaliter exercitio renunciani: quia nimirum facilitati posset accommodari, si me occupâsset leuitas versuum, quem respicere cupiat gratuitas actionum. Tum præterea constat, omnem operam, si longâ intercapedine quiescat, segrè resumi. Quisnam enim ignoret, cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vsu venire? Cumq, studia consueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescunt in artibus: Vnde est & illud, quod serò correptus, aut raro, plus arcum manui, iugo bos, equus freno rebellat. Insuper desidia nostra verecundiæ comes ad hoc sententiam nostram inclinat, vt me, postquàm in silentio decurrit tres Olimpiadas, tam pudeat nouum poëma confitere, quàm pigrat: hoc item nefas, etiam difficilia facilia tibi negari, cuius affectum tantò minùs decipi decet, quantò constantius nil repulsam veretur. Tenebimus ergo quippiam medium: & sicut epigrammata recentia modò nulla dictabo, ita litteras (si quas tacebunt versus referta scilicet, an ne præsentis officij necessitatem) mittam tibi, petens, ne tu sis ratenus institia præuaricator, vt me opineris numquam ab huiusmodi conscriptione

temperaturum. Neque enim suffragio tuo minùs augear, si fortè digneris iam modestum potiùs, quam secretum existimare. Vale. hactenùs Sidonius, quæ Orentij occasione haud oportuit prætermissa.

CXXXVIII. ORENTIVS POETA HISPANVS.

Porrò hunc ipsum Orentium Tarraconensem, ad quē Sidonius scribit, & laudat, illum puto, qui posteà Episcopus Eliberitanus interfuit Concilio Tarraconensi, licèt Oruntius pro Orentio, vel Orontius in diuersis exemplaribus scriptus inueniatur, & planè eundem cum illo, de quo Sigebertus[a]: *Orentius Commonitorium Fidelibus scripsit metro heroico, vt mulceat legentem suauis breuiloquio.* id enim opinari, patriæ nomen, ac studium poëticæ facultatis, & inscribendo suauitas æquè à Sigeberto, atq; à Sidonio laudata, facilè persuadent. Dolemus nobilis ingenij omnia perijsse monumenta, imò & nomen ipsum fermè obliuione sepultum, quod vix tandem eruderatum, obtectáque rubigine purgatũ reddere licerat. At de Orentio satis. Post priorem verò nostrorum Annalium editionem contigit, opportunè in lucem edi Antverpiæ Commonitorium eius Orētij, in lustria Martini Delrio Societatis Iesv presbyteri, ab eodemque doctis notis elucidatum, cui benè precamur, atque gratias agimus, cantes nobile eius ingenium in huiusmodi sapientiæ thesauris rerum obtutis Ecclesiæ vsui restituendis indefesso studio laborare.

[a] *Sigebe. de vir. illust. c. 24.*

CXXXIX. SIDONII SCRIPTA.

Quod verò ad ipsum Sidonium spectat: haud diu post hæc putamus peruixisse: etenim non peruenisse ad tempora Anastasij Imperatoris, Gennadius significare videtur, dum ipse scribens opus illud sub Anastasio, de Sidonio dum agit, sub Leone atque Zenone eum claruisse tradit. Porrò de eius lucubrationibus agens[b]: *Scripsit* (inquit) *varia & grata volumina & sana doctrina: homo siquidem tam diuinis, quàm humanis litteris ad integrum imbutus, acerq; ingenio scripsit ad diuersos diuerso metro vel prosa compositum insigne volumen, in quo quid in litteris posset, ostendit. Verùm in Christiano vigore pollens, etiam inter barbara ferocitatis duritiem, quæ eo tempore Gallos oppresserat, Catholicus, Pater, & doctor habetur insignis.* hæc ipse. Sed quæ vexatio à duobus scelleratis clericis ante obitum eidem illata fuerit, & quomodo in eosdem seuerissimè vltus sit Deus, ex Gregorio hîc describamus auditu dignam historiam: vbi enim ipse eius doctrinam & erga pauperes effusam largitatem enarrauit, hæc subdit[c]:

[b] *Gennad. Scri. Eccl. c. 92.*

[c] *Greg. de Gest. Fræc. li. 2. c. 23.*

CXL. QVÆ PASSVS A DOMINO À PRAVIS PRESBYTERIS.

Cum, ad officium Dominicum fuisse mancipatus, & sanctè ageret in sæculo vitam, surrexère contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni potestate à rebus Ecclesiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad summam eum contumeliam redegère. Sed non longi temporis spatio inultam eius iniuriam diuina voluit sustinere clementia: nam vnus ex his nequissimis & indignis dicti presbyteris, cùm antè noctem minatus fuisset eum de Ecclesia velle extrahere, signum ad matutinas audiens fuisse commotum, feruens felle contra Sanctum Dei surrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingressus autem in secretum suum, dum eum purgare satiatur, spiritum exhalauit. Expectabat enim puer à foris cum cereo dominum egressurum. Iamque aduenerat lux, & satellites eius, id est, alius presbyter misit nuncium, dicens: Vide ne tardaueris, vt quæ nobis die hesternâ conuenerãt, pariter explemus: Sed & responsa dare differret examinis, elucidato puer velo ostij, reperit dominum super cellulam secessus defunctum. Vnde in dubitatum est, non minoris criminis hunc reum esse, quàm Arium illum, cui similiter in secessu fœtere interna deposita per partes inferiores egesta: quia nec istud sine hæresi potest accipi, vt in Ecclesiâ non obediatur sacerdoti Dei, cui ad pascendum oues commissæ sunt: & illi stringerat potestati, cui neque à Deo, neque ab hominibus aliquid est commissum. Dehinc beatus sacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, sua restituitur potestati.

CXLI. QVID SIDONIVS DIEM OBITVRVS.

Factum est autem post hæc, vt accedente febre egrotare cœpisset. qui rogat suos, vt eum in Ecclesia ferrent. Cumq; illuc illatus fuisset conueniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, simulq; etiam & infantium plangentium. atque dicentium: Cur nos deseris, pastor bone, vel cur nos quasi orphanos derelinquis? Numquid erit nobis post transitum tuum vita? Numquid erit postmodum, qui nos sapientiæ sale fecit conspat, aut ad Dominici nominis timorem salubri prudentiæ ratione reuocauit? Hæc & his similia populi cum magno fletu dicentibus; eadem sacerdos, spiritu in se sancto influente, respondit: Nolite timere, ô populi: ecce frater meus Apruncul. viuit, & ipse erit sacerdos vester. Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extasi. Quo migrante, presbyter ille nequaquam, alter ex duobus, qui remanserat, protinus omnem facultatem Ecclesiæ, tamquam si iam Episcopus esset, inhians cupiditate, præoccupat, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens meum fluorem esse Sidonio largiorem, est mihi hanc potestatem.

CXLII. VISIO DIVINA SIDONIO FACTA.

Cum, per totam vrbem superbus ferretur, aduenientedie Dominico, qui imminebat, post transitum sancti viri, præparato epulo, iussit cunctos ciues in domo Ecclesiæ inuitari: despectuq; senioribus, primum occubuit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi somnium, quod si permittis, edicam. Videbam hac nocte Dominicâ, & ecce domus magna, & in domo erat virorum positus, in qua quasi iudex residebat, cunctis potestate præstantior: cui adstebant multi sacerdotum in albis vestibus, sed & promiscua populorum turba valde innumerabilis. Verùm cùm hæc trepidus contemplarer, conspicio eminus inter eos beatum Astar Sidonium, & cum presbytero illo tibi carissimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migrauit, attentè litigantem; quo deuicto iubet Rex, vt in imis carceris angustijs retrudatur, ablatoq; isto, contra te rursum suggerit, dicens, te in eo sceleret, propter quod ille prius damnatus fuerat, fuisse participem. Verùm vbi Iudex, quam ad te transmitteret, soluere cœpit inquirere, eo me inter reliquos occulere cœpi, & a tergo ſtetit tractans apud memetipsum, ne forte ego, qui notus sum hominibus, mittar.

CXLIII.

Dum hæc mecum tacitus voluerem, amotis omnibus remansi solus in publico: vocatus q; a Iudice, proprius accedo. Cuius virtutem atque splendorem contuens, cœpi hebes effectus, tutubare præmetu. Et ille: Ne times puer, inquit: sed vade, dic presbytero illi: Veni ad respondendam causam; quia Sidonius te accersiri deprecatus est. Tu verò ne moram facias ad eundem: quia sub grandi testificatione mihi præcepit Rex ille tibi hæc loqui, dicens: Si tacueris, morte pessimâ morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice, reddidit spiritum: ac de recubitu ablatus, mortuus sepulturæ mandatus est, possessurus infernum cum satellite suo. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc pertulit modum, vt vnus ab his sortiretur mortem, alius tanquam Simon Magus. Apostolì sanctis orationibus ab excelso arce superbæ præceps allideretur. Qui non ambiguntur pariter possidere tartarum, qui simul egerant nequiter contra sanctum Episcopum suum.

CXLIV. ADVENTVS IMPERATORIS ANTHEMII RAVENNAM.

Interea cùm iam terror Francorum resonaret in his partibus, & cunctos eos amore desiderabili cuperent regnare; sanctus Apruncul. Lingonicæ ciuitatis Episcopus apud Burgundiones cœpit haberi suspectus; cumq; odium de die in diem cresceret, iussum est, vt clam gladio ferretur. Quo ad eum perlato nuncio, nocte a castro Diuionensi per murum demissus, Aruernos aduenit, vbique iuxta verbum Domini, quod posuit in ore S. Sidonij, vndecunque datur Episcopus. hæc Gregorius. Ad Apruncul um hunc spectare videtur Aper ille itidem Aruernensis matre ortus, & Aruernis educatus, ad quem extat eiusdem Sidonij epistola[d], quâ ad patriam eum nisus est reuocare. Quantum verò temporis Apruncul us sederit, ignoratur: constat tamen in Aurelianensi Concilio sedisse eius successorem Euphasium. At cogimur post priorem editionem his ista addere, ob calumniam, quam patimur à nouo Scholiaste in Sidonium Apollinarem, cum de Apruncul o agens, hæc ait: *Male etiam Baronius hunc Apruncul um putat esse Aprum, de quo supra lib. 4 epist. 21.* non ita dixi, vt vides Lector (te appello) eundem esse Apruncul um cum Apro, sed tantum ex eadem patria & cognatione nominis videri illum ad hunc spectare. quod existimare vel opinari quis prohibet? ita ipse contradicendi & redarguendi quodam velut percitus œstro, stylo mendaci; cùm vero ex nostrorum scriptorum profici re lectione, tacet, & suo vult ingenio tribui, quod inuenit alieno multo labore paratum. quam digna sunt ista animo libero, iudicent omnes; cùm tamen ipsi non ingrati, cùm quid iure corrigendum admonuit, eidem gratias agamus & benè precemur. de quibus autem semel calumniam passi, videbimus erit Iacobus Sirmundus, qui etiam quantum scholia illa scholia indigeant viri peritioris, vt vel voces ipsas auctor ducat Ecclesiasticas, & quam multipliciter in eis errauerit: cuique intuenti apertissimè demonstrabit, cùm suas in Sidonium ante ipsum

[d] *Sidon. li. 4 epist. 21.*

elucu-

elucubratas edet Notationes: deponetque tunc planè fastum, cùm sentiet se discipulum, qui magnus sibi visus est esse magister; erubescetque cum viderit seredactum sub ferulam, & ingemmiscet Sauarus sentiens non se verum.

IESV CHRISTI
Annus 485.

FELICIS PAP. Annus 3. — ZENONIS IMP. 12. ODOACR. REG. 10.

I. OBSCVRA FACIES ORIENTALIS ECCLESIÆ.

SYMMACHO Consule absque collega notatur in Fastis tam Græcis, quàm Latinis præsens annus Domini quadringentesimus octogesimus quintus, quo res Orientalis Ecclesiæ in deterius dilabuntur, cùm pulsis (vt dictum est anno superiori) Orthodoxis, & suffectis in eorum locum hæreticis, vel saltem communicatoribus hæreticorum, tenebræ vndique sparsæ impietatis terram vbique & horrendam noctem induxerunt: vt cum Hieremia lugubre illud exclamandum iugiter fuerit [a]: *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion.* cùm tamen officio non defuerit Felix Papa, qui exemplo Domini [b], qui vulnerat & medetur, post damnatum Acacium Constantinopolitanum Episcopum, malorum omnium (vt demonstratum est) & auctorem & propagatorem, ipsum filium tenebrarum in lucem, & desertorem reuocare ad Ecclesiam omni studio laborauit.

[a] Hier. 2.

[b] Iob 5.

II. INVITATVS ACACIVS AD RESIPISCENTIAM.

Egisse id in primis eumdem Pontificem per Andromachum virum illustrem, testatus est Gelasius Papa in Commonitorio ad Faustum, vbi hæc habet: *Illud autem nimis est impudens, quòd Acacium veniam postulâsse confingunt, & nos extitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus, vir illustris Andromachus, qui & à nobis abundanter instructus est, vt cohortaretur Acacium, depositâ obstinatione, resipiscere, & ad sedis Apostolicæ remeare consortium: Quique se, sub iureiurando, magis cum eodem mol. tonibus egisse testatur; nec ad ea, quæ recta sunt, potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu.* hæc Gelasius de Romana Ecclesia eo tempore, cum Felix Papa illi præesset, non autem postquàm in locum eius ipse Gelasius est subrogatus, nam tùm iam Acacius defunctus erat. At ille quidem instar illius propheticæ bestiæ [c], indurauit cor suum tamquam lapidem, & vt est in Iob) instar fabrilis incudis, ne crebrò percussus, mallei verbi Dei cederet ictibus, sed magis ex pijs sanctisque monitis obrigesceret; optimè imitatus auctorem suum, proximus ille comes accedens, qui Rex dicitur [d] super omnes filios superbiæ, cùm rebellans aduersus eum, à quo amplissimam acceperat dignitatem, Vicariam dico præfecturam Apostolicæ sedis, tantâ sibi delegatâ à Simplicio Papa auctoritate, in ipsum auctorem, atque eius successorem Felicem arma conuertit, quibus vniuersam Orientalem Ecclesiam perturbauit. de cuius vsque ad mortem obstinatione hæc idem Gelasius per ironiam: *Sed re verâ tali percussus pœnâ respuit, correctionem promisit, emendauit errorem; aut ille tractatus lenior voluerit coërceri: qui etiam verbera dura non sensit: quo in sua perfidia & damnatione moriente, &c.*

[c] Iob 14.

[d] Iob ibid.

III. INANIS TERGIVERSATIO DEFENSORVM ACACII.

Ex officijs igitur (vt vidimus) per Apostolicam sedem adhibitis ad curationem inflicti Acacij vulneris, planè detegitur, quàm calumniosè eius post obitum defensores cauillare conati sint illatum in eumdem anathematis à Felice sententiam, quòd in eius fine Pontifex illa verò posuerit: *Apostolicâ auctoritate damnatus, nunquè anathematis vinculis exuendus.* quasi excluserit omnino eum à venia per pœnitentiam consequenda. Nam quonam pacto ianuam misericordiæ prorsus clausisse Acacio Felicem Papam per illam sententiam dicere potuerunt, cùm ipse Felix, vt eum reuocaret in Ecclesiam, tantoperè requisierit? Sed sic quidem numquam absoluendum ad calcem ponit, si in errore persisteret; quòd aduersus eos Gelasius agens in tractatu de Anathemate pluribus docet. Quitaque Acacio nõ defuit omni consilio, idem Felix Papa in officio continere studuit eos, qui reliqui erant in Oriente, Orthodoxos Episcopos, ne cum hæreticis communicarent: scimus id quidem præstitisse Felicem ex datis litteris ad Illyricos Præsules, quarum Gelasius [e] meminit.

[e] Gela. ep. 1.

IV. CORPVS S. BARNABÆ REPERTVM ET CVM EVANGELIO S. MATTHÆI.

In tantis autem Orientalis Ecclesiæ offusis vbique tenebris, fecit Deus in insula Cypri ad illustrationem veritatis splendescere lumen suum, cùm veluti rediuiuus collega Pauli Apostoli S. Barnabas vnà cum S. Matthæi Euangelio, quo potissimùm Christi vera humanitas comprobatur, in opprobrium Eutychianæ hæresis tunc grassantis apparuit, certis signis, miraculorum virtute veluti digito, vbi Catholica hæc esset, edocens. Historia quidem omni acceptatione dignissima, omnium assertione atque consensione recepta, ab egregio viro illius temporis Alexandro monacho Orthodoxo scripta, extat: quam vt egregium monumentum, & lucernam in caliginoso loco lucentem, ad Dei summam in sua Ecclesia moderanda prouidentiam commendandam, hîc tibi opportunè intexandam putauimus. Ea enim quod ad tempus spectat, cum hæc cuncta auctor contigisse tradat, simulac pulso in Oasim S. Calendione, immissus est in Antiochenam Ecclesiam Petrus Fullo, & iam vexare Orthodoxos omnes aggressus; in his planè eam rem conuenire temporibus, certum est. Quo igitur tunc temporis transacta sint, idem auctor verbis istis aggreditur enarrare [f]:

[f] Extat ap. Sur. die 11. Iunij.

V. QVÆ PETRVS FVLLO ADVERSVS CATHOLICOS MOLITVS SIT.

Tbi Zeno Imperator beatum Calendionem Patriarcham in Oasim exulem reuocauit, Fullone Antiochena sedi Episcopatum vsurpante, qui vt impius, & nullam spem reliquam habens, tyrannidem ipsam impunè vel scelere potius exercebat, interficiens, proscribens, & omnes eos fugans, qui nolebant cum eius impietate communicare. Sed hæc quidem missa faciam, cùm multa sint, & propriam historiam requirant. Conferet autem se oratio nostra ad id, quod magis vrget, vt S. Apostoli Barnabæ gratiam omnibus nota faciamus; & quantâ patriam suam curâ & benignitate prosequatur, declaremus. Cùm nondum contentus esset Petrus Fullo innumerabilibus illu malu, quibus Orientis partes affecit: in pro nunciare etiam illas, quæ nihil ad eum pertinebant, manus iniecit. Cùm enim Imperatorij, & Orum, qui erant apud Imperatorem gratiosi, lenitatem auro sibi coparâsset, ipsius etiam Dei legem deiecit contempsit: & Cyprios homines Dei & fidei amatores ac recta sentientes omni modo vexare cogitauit: quoniam eius insula habitatores pietatem à parentibus suis traditam seruantes, recusabant cum eius impietate communicare.

VI. PETRVS FVLLO NITITVR CONTRA ACTA IN CONCILIO EPHESINO

Itaque Cypri sedem sanctissimam, & à principio indè vsque ab Apostolorum tempore liberam, ipse arripere & sibi subijcere aggressus est: idq; ad Imperatorem retulit, falsum deferens, ac dicens: Quoniam verbum Dei ab vrbe Antiochia ad Cyprum insulam manauit: ob id Cypri Ecclesiam sub Antiochena sedi Patriarcha esse oportet, quandoquidem Apostolica & Patriarchica sedes est. Hæc ille recta fidei & sententiæ desertor contendebat; cùm tamen non ignoraret, ea, quæ in vrbe Epheso sancta illa Synodus, Cyrillo præsidente, definierat, à se violari atque corrumpi. Extant quidē eius rei Acta Synodalia ei Ephesini Cœtus 5, quorum suo loco meminimus. Subdit his verò hæc mox Alexander: *Sed petulans praco & sanctissimus Apostolus Barnabas patriæ suæ opportuno tempore subueniens, illius Petri fulletiam, vel malitiam potius redarguit.*

gCCt. Eph. 10. 2. appar. c. 4. ad. Fab.

VII. PETRVS FALLO DEPERT ACACIO.

Cùm enim Episcopus Salaminæ iussus fuisset ad regiam vrbem se conferre, & aduersus Antiochenos coram Patriarcha causam dicere, præ timore corpescebat, Fullonis illius insidias suspectas habens. Considera hîc, lector, amabo te, virtutum morem hæreticorum, nempe à sententia ab œcumenica Synodo lata prouocare ad Imperatorem: insuper & illud prorsus Antiocheno Patriarchâ indignum, quòd cùm post Alexandrinum censeatur Antiochenus primus Episcopus Orientis, subijcit se tamen iudicio Constantinopolitani Episcopi. Ex quibus quasi per transennam, imo apertè nimis intueri & intelligere valeas, cur Acacius nefandi hæretici sæpè damnati patrocinium suscepisset, & communicationem amplexus esset, ea nimirum ex causa, quòd Fullo nequaquam turpiter ei cessisset ius primatûs contra Leonis Papæ & successorem Pontificum Romanorum sententiam. Sed pergit Alexander:

VIII. PRIMA APPARITIO S. BARNABÆ.

Erat tunc Salaminæ vrbis Episcopus Anthemius, vir cum primis admirabilis, quod ad rectam fidem & sanctæ innocentiam pertineret,

sed ad disputationem cum aduersarijs sustinendam parum valebat. Cùm igitur ancipiti fluctuatione fluctuaret, neque certum haberet quid ageret, nisi videlicet Constantinopolim proficisci deberet, nec ne: nocte in somnio astitit illi quidam, diuinam quandam speciem præferens, & luminis splendore multo effulgens, lucidas, nec non candidas, ac sacro habitu decoras; qui & hæc dixit: Cur ita tristis es nunc, Episcope? Quomodo tantus iste torpore corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab aduersarijs tui patieris. Hæc cùm dixisset, ab Anthemio discessit. Qui experrectus, & timore perterritus Episcopus, in faciem se prostrauit, & multis lacrymis ita Deum deprecatus est: Domine Iesu Christe Fili Dei viui, adiuua Ecclesiam hanc; Scio autem, quòd illam adiuuas. Si visio hæc à te profecta est: fac, quæso, vt ea iterum ac tertiò mihi ostendatur; vt te mecum esse, certò sciam possim.

IX. SECVNDA ET TERTIA APPARITIO S. BARNABÆ

Interea Episcopus ille diuinis precibus attentiùs vacabat, ab omnium hominum congressione remotus. Nocte autem, quæ deinceps consecuta est, cùm astitisset idem ille vir eâdem formâ & habitu, quo anteà visus fuerat: Iam (inquit), tibi dixi, nihil mali te passurum ex ijs, quæ tibi aduersarij minantur. Nihil igitur suspicans, prompto animo ad vrbem Constantinopolitanam venias. Hæc cùm dixisset, discessit. Episcopus verò rursum Domino gratias egit, neque quicquam alicui dixit, sed exspectabat tamen reuelationem tertiam. Nocte igitur consequente idem vir apparuit, qui grauiùs eum increpans: Quousque (inquit) non vis credere verbis meis, quæ dicens tibi commendata sunt? Proficiscere in vrbem regiam prompto & alacri animo: illinc enim cum gloria reuerteris, nec quicquam mali ab aduersarijs patieris, cum Deum ipsum propter me seruum suum tui propugnatorem habeas. Tunc Episcopus: Quæso, inquit, domine mi, die, quis es tu, qui hæc mecum loqueris. Tunc ille ait: Ego sum Barnabas discipulus Domini nostri Iesu Christi, segregatus à Spiritu sancto, vt vnà cum Paulo Apostolo electionis vas meum Apostolicum inter Gentes exercerem. Huius rei signum hoc habeas: Egredere extra vrbem Occidentem versus, stadijs quinque in eam regionem, quæ Sanitatu locus appellatur (fer me enim Deus ipse in loco illo miracula efficiat), & sub arbore siliquæ effodias. Speluncam enim atque arcam inuenies: quoniam illic totum corpus meum conditum est, & Euangelium propria manu scriptum, quòd à S. Apostolo & Euangelista Matthæo excepi. Quoniam verò aduersarij tui sursum & deorsum miscentes omnia, & iura quadam obijcientes tecum disceptant. Antiochiæ sedem Apostolicam esse contendentes; & tu contra, ius tuum illis opponas: Et mea, inquiens, sedes Apostolica est, nam & Apostolum habeo in patria mea. His dictis Barnabas discessit.

X. INVENTIO CORPORIS S. BARNABÆ CVM EVANGELIO S. MATTHÆI.

Episcopus verò expergefactus, Deum adorauit; totoq; clero & populo Christianissimo congregato, exijt in eum locum, quem per reuelationem didicerat, multo apparatu, & Cruce ipsâ præeunte. Cùq; preces ad Deum misisset, iussit locum effodi: quem postquam paulum fodissent, inuenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublatis, apparuit arca illa: Quæ detecta inuenerunt venerandas sancti & venerabilis Apostoli Barnabæ reliquias, suauem gratiæ spiritualis odorem spirantes. Inuenerunt etiam Euangelium supra Barnabæ pectus impositum. Illam verò arcam plumbeo signo munierunt. Cumq; Deum precati essent, discesserunt, viri religiosi in eo loco ab ipso Episcopo constituti, qui vesperi cum matutinis hymnis Deum collaudarent.

XI. ANTHEMII ADVENTVS CONSTANTINOPOLIM.

Ille ergo insigniores Episcopos secum habens, venit illi vrbem regiam Constantinopolim, & ad Patriarchæ domum deductus est. De cuius aduentu cùm Imperator audiisset, Patriarchæ ipsi mandauit, vt cum Synodo, quæ illuc conuenerat, omnium Patrum controuersiam audiret, & quod illi videretur, decerneret. Coactis igitur Concilio, cùm causa illa tractaretur, aduersarij asserebant sua iura, vt sibi videbantur, quod Antiochena fides Apostolica & Patriarchica esset, ob idq; contendebant & alias prouincias sibi subiectas esse debere. Hæc cùm asserrent, ijs, qui præsentes erant, rationi consentanea dicere videbantur. Beatus verò Anthemius paulum moratus, contrà obijciens: Et mea (inquit) sedes Apostolica fuit inde vsque à principio & libertate honorata, qui & Apostolum habeo in patria mea integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum Barnabam sanctarum laudum præconijs celeberrimum. Hoc cùm Anthemius opposuisset, nihil loci aduersarijs relictum est, cùm Episcopi, qui præsentes erant, silentio Anthemij orationem confirmassent. Aduersarij verò rubore perfusi, muti remanserunt responso illo tam iusto perculsi.

XII. Hæc cùm Imperator audijsset, Episcopum Cypri ad se accersiri iussit, & de reuelatione S. Apostoli Barnabæ diligenter ab eo quæsiit. Ille nihil ex his, quæ vera cognouerat, occultauit, sed ordine rem omnem Imperatori narrauit. Ille hæc audiens, valde gauisus est, diuinæ gratiæ diuitias admiratus, quòd Imperij sui temporibus tantum miraculum à Deo factum cognosceret. Tunc Antiochenæ vrbis Episcopum illinc expulit, & iussit, vt in posterum Cypri Episcopo, quod ad eam causam pertinebat, nihil omnino molestus esset. Beatum verò Anthemium Episcopum ita rogauit: Quoniam sanctis Pontificatûs tui temporibus Domino nostro Iesu Christo placuit sanctum suum Apostolum Barnabam reuelare: iube, quæso, celeriter Euangelium illud, quod inuentum est, nobis afferri. Id si feceris, mihi filioq; tuo gratissimum erit: habebis enim & me ipsum posthac tibi, Pater, in omnibus obtemperantem. Assensus est cum petitioni Episcopus, & quemdam ex eis, quos secum habebat, vnà cum fidelissimo Imperatoris ministro Episcopum misit, qui Euangelium illud in vrbem Constantinopolim attulerunt, erant autem hîrs tabellæ thyeuis ligneis compositæ.

XIII. EVANGELIORVM CODEX CVM TABVLIS ASSERTVS.

Euangelium illud Imperator in manibus sumpsit & deosculatum est, auroq; multo exornatum in Palatio suo reposuit, vbi ad hodiernum vsque diem seruatur, & in magna quinta Paschæ feria quotannis in Palatij Oratorio Euangelium ex eo libro recitatur. Episcopum verò Anthemium magnis honoribus prosecutum, pecunijs multis donatum ad Insulam Cyprum remisit, cui mandauit, vt sancto Apostolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, vbi venerandæ ipsius reliquiæ inuentæ fuerant. Multi autem ex optimatum numero pro illius templi ædificatione pecunias contulerunt. Ille igitur in Cyprum reuersus, multos artifices atque operarios collegit, & ædificationi non mediocrem operam dedit, & Apostolo Barnabæ templo valde magnum tum ædificio, tum multo & vario ornatu insigne constituxit. At eam verò templi partem, quæ ad Lybiam spectat, aulam quandam composuit quatuor porticus habentem, & cellas binas atque illinc & è regione sibi oppositas in aula constituxit, vt qui diuina officia in templo monachi celebrarent, in illis cellis habitare possent. Quin etiam à longinqua regione aquæductum deriuari fecit, & in medio atrio concham quandam pulcherrimam constituxit, in quâ aqua illa defluereret; vt tam qui in eo loco habitabant, quàm qui peregrè venissent, abundè aquis illis frui possent: ita vt qui locum illum vidisset, parua alicuius & iucundæ vrbis figuram videre sibi visus esset. Deinde arcam illam, in qua Barnabæ Apostoli reliquiæ traditæ erant, in dextera sacræ aræ parte collocauit, quæ locus multo argento & marmoreis columnis ornatus erat.

XIV. Diem verò festum, quo B. Apostoli & generosi martyris Barnabæ memoria celebraretur, Patres agi per singulos annos constituerunt tertio Idus Iunij, vt Romani numerant, vt verò Cypri Constantienses, die vndecimo eiusdem mensis, qui ab illis dicitur Messores, & decimus numeratur, vt autem Asiani homines, vel Paphij numerant, decimonono mensis, qui Pthithipatus dicitur, & nonus numeratur. Hoc igitur anni tempore in eum locum, quem suprà diximus, gentes plurimæ conueniunt, & diuina officia concelebrant in gloria Patris & Filij & Spiritus Sancti, amen. Reliquiarum S. Apostoli Barnabæ reuelatio ita se habuit, vt diximus: quæ verò miracula quotidie à sanctissimo ipsius sepulchro abundè proficiscuntur, ea si quis conscribere velit, ne multis quidem voluminibus (vt opinor) illa complecti poterit. hactenùs de his Alexander: eadem breuiter habent Theodorus Lector, Suidas, Nicephorus, atque alij tum Græci, tum Latini historici. Porrò Nicephorus [a] errasse planè conuincitur, dum eiusmodi reliquiarum inuentionem factam sub Anastasio Imperatore recenset, refragantibus cæteris omnibus, iltisque inuentionis Actis. [a Niceph. 16. 29.]

XV. Sic igitur Deus ad conuincendum & confutandum insultantem regiâ auctoritate pollentem Petrum hæreticum, ista tam grandia hoc ipso tempore in reuelatione sacrorum pignorum & editione signorum voluit demonstrasse: quibus non id tantum factum est, vt de subijcienda Cypri Ecclesia sub Antiochena metropoli nullum amplius negotium fuerit à Fullone impio facessitum, sed & fides Catholica vbique in Oriente exagitata, illic absque vlla molestia fuerit intacta seruata. At idem perditissimus Fullo, cui in animo nihil erat magis inhærens, nisi vt cuncta à Catholicis benè gesta irritaret, si posset, non tantùm ista aduersus sententiam Patrum Concilij Ephesini molitus est; verùm etiam cùm audisset vagum quemdam nebulonem Persam, fugitiuum seruum, agentem

se vt

se vt clericum ab Ecclesia eiectum, assumit ipse hominem, atque Episcopatum vsque prouexit: rem planè monstruosam, vt nondum Christianus, absque baptismo quis inuentus, fuerit ordinatus Episcopus; quam quidem Nicephorus ita narrat[a]:

a Niceph. Lib. 12. c. 27.

XVI. PETRVS FVLLO ORDINAT XENAIAM.

Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua rectè vocet) genere Persa, & fortunâ seruus, peridoneus satanæ minister: qui sub Calendionis Episcopatu, cùm ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, cùm quidem nondum diuina generationis lauacro initiatus esset, Calendion vbi hominem cum, & latentem in eo maleuolentiam ex signis & coniecturis quibusdam cognouit, ab Ecclesia eum proscripsit. Vbi verò Calendionis Petrus Cnapheus (qui & Fullo dictus est) successit, Xenaiam illum non solùm recepit, verùm etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis Episcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus vbi tandem se Episcopatum viro nondum baptizato mandâsse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo consecrationem. Xenaias iste primus (ô audacem animum & os impudens!) vocem illam euomuit, Christi & eorum, qui ei placuêre, imagines venerandas non esse, &c. quæ enim subdit sub Flauiano contigisse, suo loco dicenda erunt. Recitantur hæc eadem ex antiquiori auctore per Anastasium diaconum in posteriori Nicæno Concilio, nempe ex Theodoro Lectore, quo tempore eius historia integra habebatur: in qua hæc ampliùs leguntur, quorâ modo scilicèt idem scelestissimus Xenaias inuentus tandem sit, quisnam qualisve esset, qui in Syria agebat Episcopum: *Hunc* (inquit Theodorus) *non longè posteà quàm facta est à Petro Fullone Episcopus Hierapolis, Episcopi Persici insequentes, seruilibus parentibus natum, ipsum quoque seruum, & nondum baptizatum accusabant*, &c.

XENAIAS AVCTOR ICONOCLASTARVM.

XVII. Vidisti ne, quanto gloriari possint auctore impij Iconoclastæ? homine scilicèt scelestissimo & seruilis conditionis errone, vix nomine cognito, à sanctissimo Orthodoxo Episcopo electo, à nefandissimo Fullone recepto; qui Episcopus fuerit sine baptismate, & sine Christo dictus tantùm nomine Christianus, dicendus potiùs dæmoniacus, cui nondum pulsus per baptismum spiritus nequa fuerat, sed inhabitans semper in eo iam esset per sacramentum consecrationis quasi vectibus, ne progredi posset, inclusus; tali afflatus numine, qui & tanto promotore dignus est factus Episcopus. Huic igitur tam nobili hæresiarchæ dignissimi eius sectatores Iconoclastæ vt suo ipsorum duci & principi columnas erigant, inscribant titulos, statuant simulacra: huius solius imagines prosequantur honore, conscribant Panegyricos, laudent pro rostris, incendant thura, accendant lumina, effundant vnguenta, & omni denique monimentorum genere immortalitati eius memoriam consecrent: vt omnis posteritas notum habeat, à quo ipsi gloriosum duxêre principium, & cuius imitatores atque discipuli facti sint. non enim inuidemus.

XVIII. Sed quænam sapientissimus Persarum ex Manichæis prouenientes, docere in Syria cœperit, accipe ex antiquo historico, Ioanne Diacrenomio: quæ his verbis recitantur in Nicæno Concilio posteriori: *Xenaias non esse decens, dicebat, Angelos existentes incorporeos corporeâ formâ effigiare, & in humana effigie incorporeos representare. Quin etiam & hæc fuit opinio eius, Christo non dandum esse honorem, aut laudem dicendam pictura arte hominum elaborata; esse autem illi solummodò acceptam adorationem in spiritu & veritate. Inter cætera autem dicebat, & hoc esse puerilis animi factum, fingere in columba idolo ter adorabilem Spiritum sanctum nusquam enim Euangelicis literis traditum esse, Spiritum S. columbam esse, sed quòd in specie columbæ aliquando visus est: id autem dispensatiuè, & non substantialiter factum est. Ita (vt semel dicam vno verbo) intempestiuum putabat & inconuenientem pios homines Spiritum S. vt corpus habentem delineare.*

XIX. *Hæc quidem Xenaias, qui & Philoxenus, docens; simul cum ipsa doctrina & opere rem demonstrabat: Sæpè Angelorum imagines afferens iecit. Christum autem imagines representantes, omnes in vnum locum collocauit.* hactenùs Ioannes de Xenaia; de quo haud mirandum, si nondum Christianus, diuinas Scripturas non perlegit, Christianæque religionis traditiones minimè peruestigauit: Si enim scisset Dei præcepto iussos esse incorporeos Cherubin in Arca & in Sanctuario effigiari; siquè nouisset Christianos procul abesse, vt columbam dicant esse Spiritum sanctum, sed ipsum repræsentant, qui in ea forma est ostensus hominibus: si scisset à temporibus ipsius Domini nostri Iesu Christi, eius imagines in veneratione habitas in Ecclesia, & à posteris digno honore cultas: siquè intellexisset rudium esse Scripturam imagines, ac proinde quibus signis voluit innotescere Deus mortalibus per ipsam Scripturam diuinitùs traditam, eâdem licere colotibus repræsentare: si his, inquam, institutus esset catechumenus, homo sine baptismo & sine Christo: nomine tantum Christianus, haud illa adeò impia & insulsa aliquando effutisset: sed danda venia cæmentario, si inueniatur in arte sutoria imperitus. Ad quid recitatis Xenaiæ blasphemijs in eo Concilio œcamenico? *Patriarcha dixit: Audiuimus, viri sacerdotes, qualis fuerint, qui imagines non receperunt, nempe non baptizati, Manichæi, qui non verè sed per imaginem Deum hominem factum tradunt.* hæc ibi. At de his satis.

XX. ORITVS MARTYRII EPISC. HIEROSOLYMITANI.

Hoc eodem anno vitâ functus est Martyrius Hierosolymitanus Episcopus, cùm sedisset annos octo; tot enim anni eius sedi à Nicephoro[b] adscribuntur, necnon à Cyrillo in Sabæ cui cùm ab Euagrio[c] crimen communicationis cum hæreticis adscribatur, iniuriâ id factum scias: nam honorificentissima est eius memoria apud Cyrillum in rebus gestis sanctissimi viri Euthymij, quas scripsit post eius obitum. Quamobrem haud facilè Euagrio assenseris mus ea petenti à Zacharia Eutychiano; cùm præsertim eumdem Martyrium Euthymij testimonia commendârint, cuius vltima functio legitur in Ecclesiæ dedicatione apud monasterium eiusdem S. Euthymij insignibus miraculis declarata: quę tu apud eumdem auctorem consulas, qui de Ecclesiæ dedicatione ista habet[d]: *Cùm verò miraculum breui totam permasisset solitudinem? & peruenisset etiam ad ipsum Archiepiscopum Martyrium: descendens ille multis copijs ad cœnobium, præclarum quidem egit synaxim & vigiliam cum multitudine lampadibus & suffitibus: splendidam autem & magnificam fecit dedicationem, deponens sub ara quasdam partes reliquiarum martyrum Tarachi, Probi, & Andronici, septimo mensis Maij: erat verò circa duodecimus annus post decessum Euthymij.* hæc Cyrillus. Porrò ex annorum notato numero duodeno ab Euthymij migratione, quæ ipso teste contigit anno decimosexto Leonis Imperatoris, qui numeratus est annus Domini quadringentesimus septuagesimus secundus, dicendum est, anno præterito eamdem dedicationem fieri contigisse: cui cùm diuina miracula fuerint suffragata, & eadem vnà cum Catholicis sanctisque viris habita sit; non nisi à Catholico Episcopo potuit celebrari.

b Niceph. in Chron. Cyrillus in vita Euthymij & Sabæ.

c Euag. Lib. 3. c. 20.

d Cyrill. in vita Euthymij apud Sur. die 20. Ian.

DEDICATIO ECCLESIÆ FACTA A MARTYRIO.

XXI. SALLVSTIVS EPISC. HYEROSOLYM.

Successit autem Martyrio Episcopo Salustius, & ipse Catholicus; haud enim aliter dignum sentire de eo, qui magnum illum Sabam presbyteratûs ordine insigniuit, iam anteà calumnijs circumuentum, sed ab ipso absolutum: vt planè sic ex dedicatione Ecclesiæ San. Euthymij Orthodoxa Martyrij fides fuerit demonstrata; ita & ex ordinatione Sabæ & alterius dedicatione Ecclesiæ contingat Salustium ipsum eius successorem Catholicum exhibere. At scias, non paruì esse negotij certum quempiam his temporibus ostendere Orthodoxum, cùm totus fermè Oriens vel hæresi, vel communicatione cum hæreticis esse diluuio penè mersus. Porrò huius rei gestæ historiam, quâ videlicèt occasione sanctissimus Sabas à Salustio Hierosolymitano Episcopo presbyter ordinatus sit, idem Cyrillus est litteris prosecutus his verbis[e]:

e Cyrill. in vita S. Sabæ, apud Sur. die 5. Decemb.

XXII. *Cùm Patriarcha*, Martyrius scilicèt, *octauo anno Pontificatus è vita excessisset, & Salustius sedem post accepisset; iam quadragesimum octauum ætatis* inchoatum videlicet, *agente beato Saba, quidam ex Lauræ prauis animis, mente peruersa & illiberali, qui plenè erant canes, & vt cum diuina dicam Scriptura[f], spiritum non habebant.* & paulò pòst: *Seditiosi ergo isti (oportet enim non ex nominibus, sed ex studijs potiùs illos vocare) mala meditantes aduersus diuinum Sabam, venerunt in sanctam ciuitatem; & ad Salustium Episcopum linguis dolosis, aut (vt*

f Iud. 1.

melius dicam) cordibus accedentes, eum quærebant, quis esset præfuturus. Ille autem cùm esset sapiens, & aures non haberet faciles, nec ea admitteret, nisi priùs examinata; accuratè rogauit, quinam essent, & vnde. Illi verò dicebant, se habitare prope quemdam torrentem, & illic peragere certamina excitationis, celantes nomen Sabæ: sciebant enim cum ex virtute notum esse omnibus, quomodo ipsi studium ponebant, vt ex vitio cognosceretur ab omnibus. Cùm ij autem sæpè rogarentur, vt dicerent, cuiusnam esset torrens, & quomodo vocaretur, & non possent effugere interrogationem, dicunt: Quis ab aliquibus vocatur torrens Sabæ.

XXIII. SALLVSTI COMMOVETUR IN SABÆ ACCVSATORES.

Ille autem cùm intellexisset eum esse Præfectum, aduersus quem isti struebant calumniam, rogauit rursum: Vbi est hic Sabas? Illi autem mittentes respondere ad propositum (ô arrogantiam & amentiam!) dixerunt ei non posse sufficere curæ de tam multis suscipiendæ propter simplicitatem nimiam & rusticitatem: lenitatem illius & moderationem simplicitatem vocantes improbi, eò quòd nollent hic populus (vt admirandus dixit Isaias[a]) aquas Siloë, quæ fluunt silentio. Porrò autem illud quoque addiderunt accusatores, nempe nimiam in suscipiendo sacerdotio cautionem, dicentes neque ipsum velle esse sacerdotem, neque alteri, vt fiat sacerdos, concedere. Sed hæc quidem illi.

[a] Isai. 8.

XXIV.

Quiricus autem quidam sacerdos & virtutibus tor ardentissimus, cùm tunc adesset apud Episcopum, & quæ dicta essent, audiisset: qui verò (inquit) vos primi Sabam suscepistis, an ille vos? Cùm autem illi respondissent, illum quidem ipsos suscepisse & congregâsse, eis verò regendis eum minimè sufficere, qui in magnam creuissent multitudinem, cùm esset agrestior & simplex. Excipiens rursus Quiricus: Si ille (inquit) vos ab initio congregauit, & locum, qui erat desertus, construxit ad habitandum; quanto magis & ipsum locum iam constructum & habitatum, & vos, qui in vnum estis congregati, erit is aptus ad regendum? Cui enim in hîs, quæ erant magis difficilia, opem tulit Deus, ipse etiam omnino adiuuabit in iis, quæ sunt minùs laboriosa, & facilem ei reddet præfecturam & administrationem. Ad hæc illi, quæ rogabant, cum quibus erat Sabas pacificus, & clàm de proximo illiberaliter detrahebant, cùm nihil possent respondere, tunc dimisit Episcopus: Cõsiderate (inquit) in præsentia: crastino autem die accurate hæc inquiremus.

XXV. SABAS ABSOLVTVS ET ORDINATVS PRESBYTER.

Et statim quidem accersit Beatum Sabam, nescientem, cur esset accersitus. Porrò verò eosdem quoque adducit & ad probandum quidem (vt putabant) suam accusationem, & ad expellendum Sabam à præfectura: vt autem res ostendit exitus, ad oracupotius obstruenda, & ad omnem auferendam sermonis occasionem. Nam postquam astiterunt, rectus ille & incorruptus Iudex, nihil illis omnino dicens, non arguens, neque alio egens testimonio, qui de virtute Sabæ optimè esset certior factus, & ab ea tam esset satis persuasus, eum quidem ordinat sacerdotem in conspectu omnium. hâc autem apud eos vsus admonitione: Ecce (inquit) habetis vestrum Patrem, & Laura vestra Præfectum, quem Deus desuper, & non homo elegit: nos verò solum Spiritui sancto manus commodauimus, non ipsum, sed vos potiùs ipsos afficientes beneficio. Sic dixit. & cùm statim assumpsisset beatum Sabam, & ipsos seditiosos, ac religiosum, qui tunc aderat, Quiricum, cum eis in Lauram processisset, & primùm illud sanctum conscerat templum, deinde etiam aram in eo constituit, & religiosorum Christi martyrum illic multas recondit reliquias. hucusque Cyrillus de rebus gestis Sallustij Episcopi cum S. Saba. Sed iam ad Imperatoris aulam transferatur oratio.

XXVI. DE LONGINO ZENONIS IMPERATORIS FRATRE.

Sub eiusdem anni Consulatu Symmachi de fratre Zenonis Imperatoris Longino nomine hæc habet Marcellinus in Chronico: *Longinus Zenonis frater Augusti post decennalem custodiam, quam eidem Illus apud Isauriam inflixerat, ad germanum Constantinopolim venit.* Conatus est hunc Zeno Imperator creare Cæsarem, vt relinqueret Imperij successorem: sed quod esset perditissimis imbutus moribus, numquam id est consecutus, resistente inter alios Pelagio Patricio laudatissimo viro, qui & quomodo ea de causa à Zenone sit iussus interfici, paulò pòst dicturi sumus. Quàm verò isti Longinus germanus Imperatoris, æquè ac ipse Zeno, rapacissimus & impurissimus esset, Suidas prodit his verbis[b]: *Longinus & Conon fratres Zenonis Imperatoris iniustè potentiâ vtentes, in vrbibus omnibus alienas possessiones sibi vendicabant, & mercede grauissimorum delictorum reos defendebant. Longinus autem omni quoque incontinentiâ re-*

[b] Suid. in histor.

*fertus erat semper chrorum hominum vtens consuetudine, & multos lenones secum habens: qui cùm se illi principum virorum vxores adducturos pollicerentur, scorta magnificè exornata in curribus insignibus adducendo, sucum illi faciebant, quasi illas ipsas adduxissent. Idem etiam monialium cœtum diremit hoc modo: Cum crebrò Pergis versaretur, nunciatum illi est à lenonibus, admodum formosas esse illas mulieres. Itaque illu misit legumina & sicca ipanes & vestes & alia quadam, quasi curaret eas scilicet è solicitudine, vel connæ sione timorum: * Facilè enim causas specioso ad illa quærendas mulierculas fœminarum aucupatores comminiscuntur. Et monasterium ingressus, multas earum vi potiùs, quàm persuasione deduxit. Nam adeò lasciuus fuit, vt & in ingenuas & magistratuum vxores & virgines importunè faceret impetum, omniaq; ageret impudenter. In progressu autem globos argenteos & armillas proiiciebat: multaq; alia mala perpetrauit Longinus iste.* hæc Suidas de spurcissimo homine ad delinquendum Imperatoriâ malè vsо potentiâ: vt planè ad malorum cumulum accesserit turpitudo solutâ licentiâ exundans, veluti alluuione lutum vbique relinquens.

XXVII. QVALIS ZENONIS MAGISTRATVS.

Quid præterea idem Suidas de ipsius Zenonis magistratuum auaritia dicat, accipe: *Bonam (inquit) gubernationem Romani sensissent, nisi Sebastianus tum in aula potentissimus illum quouis suo artificio impulisset, velut in foro cauponans omnia, nec sine pretio quicquam in Regia sinens confici. Nam & magistratus vendebat omnes, pretio tum sibi reseruato, tum Imperatori communicato. Quòd si quis accessisset, qui paululum quicquam adjiceret, is præferebatur. In toto denique Palatio nihil erat rerum omnium, quod venale nõ esset. Quòd si Zeno magistratum aliquem suis familiaribus contulisset, ipse mancipij * instar eum ab illis redemptum pluris vendebat aliis Zenoni furta præbens.* hæc de magistratibus. Exstant ad hunc ipsum Sebastianum Prætorij Præfectum à fugentem eiusdem Zenonis Imperatoris cõplura rescripta[c]. De mala vero educatione Zenonis filij, quem optabat Imperij relinquere successorem, idem Suidas[d] mox ista addit:

* mancipia

[c] Cod. de appell. & alibi sæpiss.

XXVIII. FILIVS ZENONIS MALE EDUCATVS IN TERRIS.

Zeno Rumanorum Imperator filium suum admodum adolescentem Imperij successorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere solebat ad statura incrementum. At Imperatorij processus potestatem nacti Vrsicinus astutus exhaurendi, curabant, vt adolescens Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio suo ad insanos amores æqualium incitabant. Itaque vitæ ratione ad voluptatem & superbiam comparata, ab omni honestate remotus, & iam tum arrogantiam ob expectationem Imperij è vultu elucentem præferens, sublimis incedere, & erigere cernuces cœpit, ac (vt paucis dicam) ergà omnes non aliùs se præbere, quàm aduersus seruos. Verùm inspector omnium rerum, & natiuâ & edoctâ eum improbitate perspectâ, ita illum mulctauit, vt alui profluuio multos dies sine sensu lectum inquinans, immaturâ atate rebus humanis eximeretur: hactenùs Suidas.

[d] mox] ista addit:

XXIX. PRAVI MORIBVS FACILIVS IVNGVNTVR HOMINES.

Vides igitur, præter hæresum excrescentes omni ex parte torrentes, prauorum quoque morum exuberâsse profluuium, ex ipsa aula regia erumpentibus iniquitatum omnium fontibus: vt non miretis eiusmodi homines hæreticis fauisse, Catholicamque fidem lacerari adeò permisisse, ipsisque Romanis Pontificibus refractarios obstitisse, qui ab ipso bonorum omnium auctore Deo vitæ turpitudine separari, ab eodem fuerint diuinæ præsidio gratiæ derelicti. Haud enim reperire facilè erit aliquem se ab Ecclesia Catholica separasse, quem, delictis præcedentibus, non proiecerit Deus, instar Saul, [e] à facie sua.

[e] 1. Reg. 16.

XXX.

Sed ad deploratissimum rerum statum illud accessit, quòd cuius numeris erat Imperatorem admonere, vt tam sua, quàm aliorum peccata corrigeret, idem ipse secus gloriæ & non Apostolicus pastor Acacius, non id tantùm facere prætermisit, oblitus Apostoli admonentis [f]: *Argue, increpa, obsecra*, sed etiam (pro nefas!) turpi adulatione conniuit. Quid enim corrigeret prauos mores Imperatoris Acacius, qui in grauiora delicta, nempe in hæreticorum communionem, ipsum veluti vinctum secum in impietatis profundum abduxerat? Testatus id quidem est ipse Zeno litteris ad Felicem Pontificem scriptis, vt tradit Gelasius Papa scribens ad Dardanos, vbi ait[g]: *Ipse Zeno Imperator suis litteris profitetur, cuncta se ex Acacij*

[f] 1. Tim. 4.

[g] Gelas. ep. 8.

egisse consilio. sicque planè accidit, vt dum cæcus cæco ducatum præstaret, in altissimem ambo foueam ceciderint præcipites cum ruina multorum. Vnus tantùm inuentus est Pelagius Patricius omni laude dignissimus, qui Zenonem redargueret, cuius rei causâ ab eodem Zenone est iussus occidi, vt suo loco dicemus.

IESV CHRISTI, Annus 486.

FELICIS PAP. Annus 4. ZENONIS IMP. 13. ODOACR. REG. 11.

I. DE IOANNE ANTIOCHENO PRESBYTERO.

SEQVENS annus Domini quadringentesimus octogesimus sextus Consulatu Longini atq; Decij innotescit, quo hæc à Marcellino de Ioanne Antiocheno narrantur in Chronico: *Ioannes Antiochena parœcia ex Grammatico presbyter scripsit aduersus eos, qui in vna tantùm substantia adorandum esse Christum asserunt, nec acquiescunt duas in Christo consitendas esse naturas.* Hæc cùm dicat ipse, affirmare quidem visus est hunc fuisse Catholicum, & aduersus inuasorem Antiochenæ Ecclesiæ Petrum Fullonem vexillum veræ fidei confessionis erexisse. Verùm Nestorianismi suspectus est redditus, dum & redarguere aggressus est scripta Cyrilli contra Nestorium; de quo ista Gennadius habet: [a] *Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini Episcopi sententias, dicens incautè ab illo aduersus Nestorem prolatas, quæ fomentum & robur addunt Timotheanis; quod valdè inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur, & ex tempore declamare.* hæc Gennadius. At licèt hic Ioannes ex Grammatico dicatur presbyter, diuersus planè esse videtur à Ioanne Grammatico dicto, qui & Philoponus cognominatus est; nam ille nō Antiochiæ, sed Alexandriæ & post hæc tempora claruit.

[a] Gennad. de Script. Eccl. c. 93.

II. NESTORIANA HÆRESIS PROPAGATVR.

Cæterùm quod ad dogmata pertinet: sanè quidem sicut Alexandriæ & Antiochiæ per ipsarum Ecclesiarum Episcopos Eutychiana hæresis magnoperè inualescebat, ita etiam in Syria Superiori Nestorianæ blasphemiæ altiores in dies radices figentes extendebant vsque in Persidem propagines suas: Edessæ enim palàm aderant professores Nestoriani, qui doctrinam Theodori Mopsuestini publicè in scholis docebant, vt Theodorus Lector fidem facit his verbis [b]: *In ciuitate Edessa locus quidam doctrinæ erat Persica (vt aiunt) schola, vnde Persa Nestorianam opinionem contraxisse putantur, quod nonnulli Nestorio adhærentes, & loco Theodori præsidentes, dogmata sua, quibus delectabantur, Persis tradiderūt.* hæc Theodorus. Nisi bi etiam hoc sæculo fuisse celebres sacrarum litterarum scholas, ex Cassiodori testificatione cognoscimus. Id pepererūt bella ciuilia, vt præcipuis Ecclesijs occupatis à defensoribus Eutychiani erroris, aduersusq; Catholicos concertantibus, Nestoriani, nemine illis facessente negotiū, in Syria Superiori & Persi de magnoperè fuerint propagati: ex quibus posteà illud infernale monstrum (vt suo loco dicetur) secta Mahometanorum erupit.

[b] Theod. Lect. lib. 2. Collect.

III. PETRI FVLLONIS ORTVS.

Hoc eodem tempore perditissimus ille, Orientalis Ecclesiæ pestis, fidei Orthodoxæ demolitor, potentissimus diaboli ministet Petrus Fullo, inuasor Ecclesiæ Antiochenæ, ex hac vita tremendum iustitiæ diuinæ tribunal serà licèt morte vocatur. At nec licuit tunc, adultero è medio sublato, Ecclesiæ Antiochenæ Catholici alicuius Antistitis consortio frui. Etenim præualente hæreticorum factione fauore Zenonis Imperatoris, ex ipsorum sententia delectus est eiusdem hæreticæ prauitatis Antistes Palladius, qui communicationem retinuit cum nefando Episcopo Alexandrino, dum vixit, de quo suo loco inferiùs dicturi sumus. Sic nobilissimæ Antiochenæ Ecclesiæ miserandus planè erat vbique status & luctuosa conditio prementibus eam nefandis hæreticis, ita vt videretur esse facta omnium Orientalium hæreticorum illuc vndique confluentium infelix errorum emporium. Porrò hoc anno sedere cœpisse Petri successorem Palladium, anni sedis eius inferiùs numerandi docebunt.

IESV CHRISTI Annus 487.

FELICIS PAP. Annus 5. ZENONIS IMP. 14. ODOACR. REG. 12.

I.

QVADRINGENTESIMVS octogesimus septimus Christi annus Boëtij Consulatu notatur: hic ille putatur Boëtius, qui Anicius familiâ, Manlius Seuerinus cognominatus est, vir clarissimus, de quo suis locis inferiùs dicturi sumus.

CONCILIVM ROMANVM DE LAPSIS RESTITVENDIS.

Sub hoc Consulatu celebrata est Romæ Synodus, cuius Acta his verbis descripta leguntur: *Flauio Boëtio V. C. Consule, sub die 11. Iduum Martiarum, in basilica Constantiniana, residente venerabili viro Papa Felice vna cum Candido Tiburtino, Paschasino Centumcellensi, Constantio Aquinate, &c.* postque enumeratos duodequadraginta Episcopos, presbyteosque Romanæ Ecclesiæ, ita subnectuntur: *Felix Episcopus Ecclesiæ Catholicæ verbis Romana & præsidens Synodo dixit: Communis dolor, & generalis est gemitus, quod intra Africam rebaptizatos etiam Episcopos, presbyteros, diaconosque cognouimus: quæ res sine dubio ad vestra quoque peruenit notitiam sanctitatis, de quo quid obseruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde vt manifestè sit super hoc nostra sententia, quæ nobis sunt visa, recitentur.* hæc iure quidem præfatus est Felix ob funera ante biennium recensita ex Victore & alijs: quibus manifesta reddita sunt, quæ egerint Wandali, cum blanditijs, minis, ac vi adhibitâ, nolentes etiam ac reluctantes rebaptizarent.

II. LAPSI CONVVGVNT ROMAM.

Porrò huius hoc anno celebrandæ Synodi vnde manârit occasio, est dicendum. Cùm nouis Wandalorum Regis indulgentiâ (vt vidimus) essent relaxata Episcoporum & aliorum Orthodoxorum exilia: qui lapsi fuerant, resipiscentes medicinam quæsiuêre vulneribus: horum autem ingentem fuisse numerum, quæ ex Victore superiùs dicta sunt, manifestant. Sed cùm huiusmodi à confessoribus postliminio redditis vitarētur, ne ijdem ita relinquerentur foris absq; medela, cōsultum fuit petere pharmaciam, ipsam videlicet adire Romanam Ecclesiam, ex qua congruum & præsentaneum præpararetur antidotum ægrotantibus.

III.

Sic itaq; collectâ ab ipso Felice Romano Pontifice Synodo, quod eius muneris potissimùm esset, lapsos consacerdotes erigere, cùm à Domino dictum sit ad Petrum [d]: *Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* pro qualitate vulnerum pharmaca opportuna composuit pluribus distincta capitibus: quæ ipse recensentur in antiqua Cresconiana collectione: Sic quidem omnia attemperata, vt cum olei lenitate sit coniuncta astrimonia vini, scueritatisque putredinem abstergeret vlceris, quod clementia deliniret. Idque more maiorum, quo sacrificē lapsis succurrere Romana semper consueuit Ecclesia, prout quæ olim inter Romanum clerum, Cornelium que Romanum Pontificem, & Cyprianum Carthaginensem Episcopum intercesserē, declarant. Sic igitur ista decernens, ita præfatus est Felix, scribens ad eos generalem epistolam [e]:

[d] Luc. 22.

[e] Felic. ep. 6. to. 1. ep. Rom. Pon. 145.

Dilectissimis in Christo Iesu fratribus, vniuersis Episcopis per diuersas prouincias constitutis.

Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli sæuierit in populum Christianum, atq; in id multiplici deceptione proruperit, vt non modò vulgus incautum, sed ipsos quoq; in mortis profundā demerserit sacerdotes nullum non Orbi planxerit, nulla terra nescierit. Vnde in grandi mœrore positi, dissimulare non possumus perennium atq; à nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortiferā captis pestē nihil prosit, sed segnitis tractæ pernicies reatu nō legitimæ curationis involuat pariter sanctos & medentes. In primis itaque veniendum ad vos, & remedia pestilentis, solicitè discutienda est professio & persona decepti, vt medela posit congruens adhiberi, &c.

V. DECRETA DE POENITENTIBVS.

Statuit enim, vt Episcopi, presbyteri, atq; diaconi miserè lapsi, etiam si coacti pœnis ad id fuissent impulsi, ad obitum vsq; ab omni Fidelium excluſi cœtu, atq; etiam à catechumenis segregati orantes, ad sedem vitæ laicâ tantummodò communicatione impartirentur: Reliqui autem inferiores ordinis clerici, vel monachi, aut laici, si sponte in facinus prolapsi essent, ijdem triennio inter Audientes perseuerare deberent; septem autem annis inter pœnitentes sub manibus sacerdotum collocarentur, peregrinæ tantùm communionis participes facti, dum cum sæcularibus permitterentur orare, nondum verò eisdem communionis viatico impertito, nisi intereà aliquem ex eis mori contingeret, pueros insuper atque puellas, siue clericos, siue laicos, quos ætas excusat, non tamen sine pœnitentia ad Ecclesiam admittendos, sed inter pœnitentes sub manûs impositione retineri debere, vt tandè communionis participes esse possent. Additum insuper his, vt eiusmodi lapsis nullus vmquam aditus patere deberet ad clericatum, inter alios Catholicos tantummodò ad exitum vsq; vitæ connumerandis, nec inter eos ab aliquo recipiendis, nisi litteris reconciliationis ab Episcopis scriptis ostensis.

VI. ROMANÆ ECCLESIÆ AVCTORITAS IVNCTA MOLESTIÆ.

His igitur ab ipso Felice Romano Pontifice constitutis, ad calcem epistolæ Apostolicâ auctoritate conscriptę, Apostolicâ itidem eandem noluit caruisse modestiâ, cùm ipse subiunxit: *His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum vestrarum notitiam nostrâ deliberatione perlatis, parere vos conuenit. Quibus licèt ad animarum reparationem nihil deesse videatur: tamen si cui nouum aliquid, quod præterire nos potuit, fuerit reuelatum; secundùm B. Apostolum Paulum, tacente priore, fideliter insinuet: quia Spiritus S. vbi vult spirat, maximè cùm sua causa tractatur: nec nos pigebit audire, si qua sunt omissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare* his Felix verbis clausit epistolam: quæ quidem cùm non sub anni huius Consulatu, sed sequentis Idibus Martij data legatur, quæ hoc anno, dicta superiùs die, in Synodo lecta est; accidisse potuit, vt tunc minimè mitti valuerit, sed cùm diu Romæ retenta esset, exscripta iterum, dies apposita illa fuerit, quâ in Africam mitteretur.

VII. THEODORICVS INFESTVS ZENONI.

Eodem anno Constantinopolitana ciuitas defectione Theodorici Gothorum Regis in discrimen adducitur: de quo ista sub anni huius Consulatu habet Marcellinus in Chronico: *Theodoricus Rex Gothorum Zenonis Augusti beneficijs satiatus, cum magna suorum manu vsque ad regiam ciuitatem & Melentiadum oppidum infestus accessit; plurimisque locis igne crematis, ad Nouensem Mœsiæ ciuitatem, vnde aduenerat, remeauit.* hæc ipse, quæ quidem incomperta fuisse videntur ijs, qui dixerunt Theodoricum veneratum semper esse Zenonem vt patrem, & concessisse eidem Italiam ab Erulis vindicandam: nam tentâsse constat primùm infidelem & ingratum barbarum Orientale sibi Imperium (licuisset) arripere; sed spe tantâ frustratum, anno sequenti (vt suo loco dicetur) inuasisse Italiam possessam ab Erulis, quos hoc anno Rugos populos infestos Italiæ debellâsse, Cassiodorus affirmat in Chronico. Sic planè vides barbaros beneficijs Romanorum sæpè demeritos, semper proditores effectos. Sed quæ fides sincera inueniri in hominibus posset, qui infideles Deo hæreticâ essent imbuti perfidiâ? Ex his omnibus per Marcellinum sincerissimè patefactis, totam illam Iordani orationem Theoderici ad Zenonem de inuadenda Italia, & Zenoni ipsi tradenda, vt effectum commentum ad contegendam barbari Regis ingratitudinem, explodendam esse facilè sentias, simulque corrigendos alios ipsum secutos. Siue igitur illam accepit Iordanus (vt de alijs profitetur) à Cassiodoro erga Regem ilkm propensissimo, siue in gratiam gentis suæ ipse confinxit; satis fit ostendisse esse commentum. sed quæ sint ista, ab eodem auctore accipe:

VIII. QVÆ TRANSACTA IN GVNTVRIN

Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis Imperio fidere sociatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemq; suam in Illyrico (vt diximus) residentem non omninò idoneam aut refertam audiret, elegit potiùs solito more gentis suæ labore quærere victum, quàm ipse otiosè frui regni Romani bonis, & gentem suam media-

criter victitare: secumq; deliberans, ad Principem ait: Quamdiu nobis deest nobis Imperio vestro famulantibus tantum (si dignum ducit pietas vestra) desiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumq; ei (vt solebat) familiariter facultas fuisset loquendi concessa: Hesperia (inquit) plaga, quæ dudum decessorum prædecessorumve vestrorum gegimine gubernata est, & vrbs illa caput Orbis & domina quare nunc sub Regis Truculingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige cum gente mea (si præcipis) vbi hîc expensarum pondere careas, & ibi si adiutus à Domino vicero, fama vestræ pietatis irradiet. Expedit namq; vt ego, qui sum seruus vester & filius, si vicero, vobis donantibus, regnum illud possideam, haud ille, quem non nostis, tyranni iugo Senatum vestrum, partumq; Reipublicæ capitis seruitio premat. Ego verò si vicero, vestro dono, vestroq; munere possidebo. Si victus fuero, vestra pietas nihil amittit, immò (vt diximus) lucratur expensas. Quo audito, quamuis ægreferret Imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare annuit: quæ poscebat, magnumq; ditatum muneribus dimisit à se. Senatum popul umq; ei commendans Romanum. hæc ipse; sed prorsus inania esse, quæ superiùs dicta sunt, manifestant. Accessit noua commotionis causa Theodorico in Odoacrem expeditionis parandæ, nempe inuidia ex rebus posteris gestis aduersus Rugos, ab ipso hoc anno deuictos; cui Regis filius, captiuo ducto pater, ad eumdem Theodoricum cõfugit. At hæc quomodo se habuerint, enarremus.

IX.

Factum id quidem hoc anno Cassiodorus paucis refert: *Hic Consulibus* (inquit) *Odoacer Phabâ Rege Rugorum villo captoq; fortitus est.* hæc ipse. Porrò hæc ante quinquennium esse prædicta à sancto Seuerino, Eugipius fidelis testis enarrat, nosque suo loco superiùs diximus. At quæ idem auctor de his dicat, audiamus: post enim recensita sacrilegia à filio Regis admissa, quibus Dei iram accelerauit, ista mox subdit: *Quapropter Rex Odoacer Rugis intulit bellum. Quibus deuictis, & Friderico fugato, patrem eius Feletheum, eundem & Phabam dictum, captiuum duxit, atque ad Italiam cum noxia coniuge suprà memorata, videlicet Gisa, transmisit.* hæc Eugipius. Quæ autem his subdit de misso iterum ab Odoacro germano suo aduersus Fridericum, qui fugâ lapsus se contulerat ad Theodoricum Gothorum Regem in Mœsia agentem, atque iterum reuersus paternum ceperat regnum, dicemus anno sequenti, quo contigêre; itemque de translatione sacrarum reliquiarum S. Seuerini in Italiam, cuius prædictione & spretâ admonitione ad Regem & coniugem factâ, ista omnia contigisse diximus: vt perspicuè apparuerit, quanto & vitæ & regni dispendio principes non audiant sacerdotes salubria ingerentes, & quàm grauiori supplicio se reddant obnoxios, qui in eosdem delinquunt. Etenim quod ad Rugorum Regis statum pertinet, tanto contempto monitore, serò didicit, frustrà inniti militum viribus, qui destituitur diuino præsidio, violentiusque insurgere solere in auctores suos admissa peccata quàm aduersariorum exercitus, qui iustitiæ obice sæpè languescant, sed in vindictam delinquentium inuictis reddantur.

IESV CHRISTI
Annus 488.

FELICIS PAP. Annus 6. — ZENONIS IMP. 15. ODOACR. REG. 13.

QVI sequitur annus quadringentesimus octogesimus octauus, duobus Consulibus Dinamio atq; Siphidio adnotatur: quo & finem viuendi fecit Acacius Constantinopolitanus Episcopus in anathemate perseuerans, cũ sedisset annis (vt Nicephorus habet in Chronico) decem & septem, atque mensibus nouem: cuius nomen licèt à successoribus cum Catholicis in Ecclesia recitaretur, contradicentibus Romanis Pontificibus, ex Diptychis tandem ignominiosè abolitum est, id fortiter agente Hormisda Papa ad Iustinianum Imperatorem, vt suo loco dicetur. Tanti fuit hic fastus & arrogantiæ, vt

I.

sineret

sineret suas ipsius imagines adhuc viuentis (quod de nullo ante eum Episcopo legitur) in Ecclesijs dedicari: qui enim ei assentabantur, ipsius effigies in Ecclesijs pingere vel affigere consueuerunt: de quibus ista Suidas habet: *Cùm omnes Ecclesiæ in sua potestate haberet, solicitam curam impendit his, qui præerant: quorum sagaciores eius imaginem in templis consecrarunt. Cùm igitur vniuersè omnibus in Ecclesijs imagines ostenderentur: opinati quidam sunt, eum ex ambitione dedicationem illam imperâsse. Confirmabat pictura templi iuxta nauale, è calculis musiuo opere elaborata. Cùm enim totum opus sub Gennadio fuisset perfectum, in insigni templi loco eum affinxerunt, & inter hunc, Saluatorem Gennadio dicentem: Soluito* [a] *templum hoc, & Acacio: Post te hunc excitabo.* quod scilicet post Gennadium fuisset Acacius creatus Cõstantinopolitanus Episcopus. *Ob tales igitur imagines Acacius, quamuis benignus & officiosus, opinionem insanæ cupiditatis gloriæ est consecutus.* hæc Suidas de Acacio. Sed cùm eis nomen è sacris tabulis, ita decernentibus Romanis Pontificis, sublatum est, vtique & eiusmodi imagines ab Ecclesijs oportuit fuisse deletas.

[a] Ioan. 11.

II. Acacio igitur in hunc modum ex hac vita subducto, in locum eius Flauitas, quem & Flauianum alij appellant, malis artibus subrogatus ast; de quo ista Nicephorus [b]: *Post Acacium Flauitas Constantinopolitanum suscepit Episcopatum, vir qui quidem presbyter esse visus sit, sed vsque adeò ad audaciam & improbitatem summam peruenit, vt id, quod dicturi sumus facinus, satis quale fuerit, indicare possit. Zeno Imperator chartam puram in sacro posuit altari, atque in charta alia perscriptum Deo supplicauit, vt per Angeli manum, quæ in hominum conspectum non veniret, nomen eius adscriberet, quem cœlesti calculo Constantinopolitanæ Ecclesiæ Hierarcham præfectum vellet: Atq; ob eam rem quadraginta dierum ieiunium indixit; & Deum omnes orare, vt qui illi placitus esset, ostenderetur, iussit. Hac vbi Flauitas cognouit, auro multo templi custodem, qui idem princeps Imperialium cubiculariorum erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius adnotaret, eamq; rursus Imperatoris sigillo obsignaret. Hoc vbi factum est, & vbi constitutum ieiunij tempus præterijt, sigillo è charta sublato, derepente Flauitas ingenti gloriâ, perinde atq; à Deo designatus esset, affluens, correptus est; & magnifico saltu in Patriarchæ thronum* [c] *conscendit.*

[b] Nicephor. lib. 16. c. 28. FLAVITAS MALIS ARTIBVS MERCATVS THRONVM.

III. *Verùm enimuerò piaculum id omnipotens prouidentia non diu latere passa, illusionem eam, scenicamq; actionem quamprimùm in apertum duxit. Infelix enim ille, cùm non totos quatuor menses in sede ea transegisset, mortè repentinâ ex hominibus sublatus est, cùm ne dimidiam quidem partem muneris eius, quo Episcopalem dignitatem redemerat, corradere potuerit. Argentary heredibus eius institere, & pecuniam nuper admodùm mutuò datam exigere. Atq; illi, qui soluendo non essent, Zenonem adiere, eiq; vt ab acerbis illis creditoribus liberaret, supplicârunt, & rem ipsam secretè ei ipsi, qui de illa inquirebat, indicârunt. Zeno autem, re audità, obstupuit. Et postquàm non Christum, sed Chrysum, hoc est, aurum potiùs Flauitæ nomen in libello illo adscripsisse cognouit, iudicium re verâ & iustitiam iuxta Psalmum* [d] *fecit. Atque eunuchum quidem, qui sibi diuinam existimationem & gloriam arrogâsset, tolli, pecuniam autem creditam ex substantia eius dissolui argentarijs iussit. Ipsam verò Ecclesiam Episcopi permisit, vt illi suffragijs suis, quem idoneum esse procurationi ei iudicarent, eligerent.* hæc ipse: sed de successore Flauitæ agendum anno sequenti. Porrò nec inter Catholicos fuit adnumerandus Flauitas, vtpotè hæreticorum communioni pollutus: insistens enim vestigijs prædecessoris Acacij, eius nomen inter sacra recitari fecit, quem sciebat à Catholica communione esse defunctum extortem, vt Gelasij Papæ litteræ [d] indicant; de quibus suo loco dicendum: quinetiam (vt refert Euagrius [e]) idem est repertus hostis Concilij Chalcedonensis.

DETECTA IMPOSTVRA FLAVITÆ.

[c] Psal. 118

[d] Gelas. commonitor. ad Faust.

[e] Euag. l. 3 cap. 23.

IV. Sed cùm talis esset, nihilominùs affectauit dici Catholicus ob ineundam communicationem cum Romano Pontifice, experiens quasi Catholicus à Felice Papa communionem, ex qua sciret magna infamia Acacium excidisse. De eo autem ista in primis Liberatus Diaconus habet [f]: *In his turbis Ecclesia constituta, moritur Acacius, & ordinatur post eum Flauianus* [*] *presbyter, qui fuit à sancta Thecla; qui non consulit sine Romano Pontifice intronizari, sed transmisit Synodicam Papæ Romano Felici. Qui medico vinente tempore, moritur, non accipiens epistolam ipsius.* hæc Liberatus. Vides hæreticum hominem, & in ouile ouium ingressum aliunde, quàm per ostium vt latronem & furem; quo tamen suffurari æquè posset Catholicum nomen, sedere renuisse, donec acciperet à Romano Pontifice litteras communicatorias. [g] Sed quid insuper fraudulentus homo?

FLAVITAS HÆRETICVS VVLT VIDERI CATHOLICVS

[f] Liberat. Diac. in Breu. c. 18.

[*] Flauitas

[g] Nicephor. lib. 16. c. 19

In gratiam Zenonis Imperatoris litteras etiam dedit ad eius amicos hæreticos Episcopos, vt de eo Nicephorus ita testatur [g]: *Cùm Flauitas adhuc thronum obtineret, Synodales ad Petrum Alexandrinum epistolas dedit, & eusdem generis litteras ab eodem accepit, in quibus eadem de Chalcedonensibus Acta, anathemati ea subijciens scripsit.* & paulò pòst: *Apposuissem* (inquit) *& Petri & Flauitæ litteras, nisi me prolixitas illarum exterruisset. Et Flauitas ad Felicem scribens, se illius communionis esse. Petri autem communionem auersari significauerat. idem ad Petrum litteras dans fecerat, communionem se illius recipere, Felicem autem reijcere insinuans. Quas litteras vbi Felix Papa à pijs quibusdam ad se perlatas accepit, legatos Flauitæ cum contumelia Româ expulit.* hæc de Flauita atque Felice Nicephorus: quibus planè vsitatus hæreticorum impostor detegitur, nihil sincerè agere, sed miscere omnia subdolè, temporibus atque personis pro vitæ præsentis commodis inseruientes.

SVSPECTA HÆRETICORVM POENITENTIA.

VI. At quis negare potuisset, rem tantam non seriò agere Proterium istum, cùm tanti se facere communionem Romani Pontificis præ se tulerit, vt absque eius consensu noluerit in throno sedere, legationemque miserit honorificam, dignam proculdubio Romano Pontifice, & litteras dederit cum professione Catholicæ fidei: tales namque oportuit illas fuisse, quibus se detestari communicationem Petri Alexandrini significarat: Quis, inquam, talia ac tanta videns, recipiendum esset ad communionem Flauitam negaret? Attamen prudenter distulit Felix, & quid tempus pareret, prouidè expectauit, probè sciens, quod fictum est, haud diutiùs permansurum. Sed opportunè, Deo volente, factum est, vt Alexandriâ cum litteris Flauitæ ad Petrum datis Romam nuncij aduentarent, ex quibus totius fabulæ patefactum est argumentum: Vnde accidit, vt in præsentes hæretici hominis legatos, quos vtique ex auctore, qui miserat, tales & ipsos esse eximiè amauit, iure Pontifex commotus fuerit, vt in fraudulentos & impostores homines, qui circumuenire atq; decipere sedem Apostolicam aduenissent. At de his modò satis.

VII. Hoc item anno, qui notatur post Consulatum Mamil. Seuerini Boëtij, Felix Papa ad S. Cæsarium Arelatensem Episcopum has litteras dedit de non ordinando in sacerdotem quemquam ex laicis:

Dilectissimo fratri Cæsario Felix

Legi, quod inter fraternitatem vestram est constitutum, non licere ex laica conuersatione ad officium sacerdotale ante probationem temerè promoueri: de qua re etiam à te ad nos peruenit opinio, aliquos post ordinationem ad secularis vitæ mores fuisse transgressos. Et licèt sit talis nefanda præsumptio plus tamen est periculosa neglectio. Quicunque potest venienti malo resistere, & hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis malæ auctor operis approbatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret excusare: quia quæ illicitè inchoata sunt, si damnentur, in posterum suos fructus generare non possunt: nã quod gradibus eruditur sine perfectione doctrinæ ad suum perueniat constitutum, errat per examinationem: quia non recipit firmitatem, nec honorem [*] *quis per timorem potest seruare, qui in eius gloriam semel laborare peruenit. Et laus inanis eis tribuitur, ladit, ad elationem nutrienda magis, quam prouocans ad operam veræ virtutis. Vasa electionis ad suum discipulum Timotheum scribit, dicens* [h]: *Nemini citò manus imposueris, ne communicaueris peccatis alienis. Quid sibi vult: Ne citius imponas manus? Quæ dignitas, quæ datur, ideo datur, vt duret immobilis: debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Vnde magister, qui elementorum ignorantiæ? Vnde gubernator, qui inter nautas sua seruitia non monstrauit? Ignorat, quantam ratio magistru debetur, qui ad obedientiam sua corda non flexit. Vnde quemadmodum in domo Dei conuersari debeat, posterum sit in exemplum, sit in omnibus clericis; & in his maximè, qui sunt ad prædicandi officia destinati, Apostolicæ moni-*

[h] 1. Tim. 5

a 1. Tim. 3

tionum eloquium, qui ait[a]. Oportet & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Quapropter communi consensu sub obseruatione venerabilium canonum ordinandum eligite sacerdotem, vt & de nostra simus salute solciti, & illorum vtilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Dominus te incolumem custodiat frater charissime. Dat. II I. Non. Febr. P. C. M. Sen. Boëtij V. C.

VIII. THEODORICI EXPEDITIO ADVERSVS ERVLOS.

Sub huius quoque anni Consulibus apparatum atque procinctum Theodorici Amali Regis Gothorum ad inuadendam Italiam Marcellinus recenset; ipsius autem ingressum in Italiam atque progressum refert sub sequentis anni Consulibus, sicuti etiam Cassiodorus; quos in his sequemur, res gestas proprijs temporibus aptantes. Dei planè consilio factum est, vt Ariani qui diuersarum nationum principatu suo Orbem iam cinxisse viderentur Occidentalem, perusuri quoque Orientem, si vnanimes inter se fuissent, aduersus se inuicem arma conuerterent, armarenturque Gothi in Erulos & alios illis inhærentes populos Arianos. Incessit planè animum Theodorici Regis inuidia, quòd ipse cum suis velut extorris incertis sedibus vagaretur, Eruli autem vix ante cogniti populi vniuersam Italiam iam annos plurimos obtinerent, quam Gothi primi omnium bellitio robore superassent; adeò vt non tam aliena, quàm sua sibi Theodoricus repetere videretur. Accendebatur æmulatione insuper eius animus, cùm sciret suæ gentis Alaricum Regem nobilissimam Galliarum prouinciam occupasse, illicque iam vagandi finem imponentem, honorificam fixisse sedem. His igitur belliocosissimi atque altissimi animi ipse iuuenis stimulis agitatus, ad inuadendam totis viribus Italiam vires vndique sibi comparat. Quibus cuncta progressibus rem perfecerit, annis singulis apparebit.

IX. ITERVM RVGOS ODOACER VINCIT.

Hoc item anno, qui sequens est à cæde Rugorum per Erulos facta, cùm eorum Rex atque Regina in Italiam captiui ducti sunt; Fridericus Regis filius, qui in Mœsiam ad Theodoricum Gothorum Regem fugerat, viribus pollens in paternum regnum veniens, illud præsidio destitutum inuadens tenuit: Cuius rei gratia Rex Erulorum Odoacer, comparato rursum exercitu, ad eumdem debellandum germanum suum mittit, vt eum obtineat, gentemque illam ab eiusdem tyrannide liberatam in Italiã transferat. Quod cùm feliciter impleretur, ex eo factum, vt etiam venerandum corpus sancti Seuerini ante annos sex defuncti, eius discipuli memores id ab eo viuente iussum, sustulerint, atque religiosa pietatis officio in Italiam transtulerint. Sed quomodo cuncta hæc acciderint, Eugipius in rebus gestis eiusdem sancti Seuerini narrat his verbis:

X. FRIDERICVS FVGATVR, ET SOPVLI IN ITALIAM TRANSFERVNTVR.

Post audiens idem Odoacer Fridericum ad propria reuertisse, statim fratrem suum misit cum multis exercitibus Onoulphum: Ante quem denuò fugiens Fridericus, ad Teudericum Regem, qui tunc apud Nouam ciuitatem prouincia Mœsia morabatur, profectus est. Onoulphus verò præcepto fratris aduenitus, vniuersos iussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incolæ, tamquam de domo seruitutis Aegyptiæ, ita de quotidianæ barbaricæ frequentissimæ depredationis eduli, sancti Seuerini oracula cognouerunt. nempe omnes fore transferendos in Italiam accolas regionis illius.

XI.

Quod autem ad Fridericum spectat: posteà accidisse videatur, vt ipse rursus pugnans aduersus Erulos, eosdem superârit, sed viceretur postmodum ipse à Theodorico Italiæ iam facto Rege. Id quidem ex verbis Ennodij Ticinensis in Panegyrico Theodorico dicto intelligi satis potest, cùm sic ait: *Nam Fridericus postquàm tibi de aduersarijs tuis peregit triumphum, desse prabuit.* pugnâsse enim visus est aduersus Odoacrem sub ipso Theodorico in Italia, eumque vicisse, rebellans verò ipse posteà ab eodem Theodorico est superatus. Sed ad S. Seuerini translationem reuocemus orationem. Quomodo verè discipuli sancti Seuerini exhumatum venerandum eius corpus transtulerint, idem Eugipius ita docet, cùm ista mox subdit:

XII.

Cuius præcepti non immemor venerabilis noster presbyter tunc Lucillus, dum vniuersi per Comitem Pierium compellerentur exire præmissa cum monachis vespere psalmodiâ, sepulturæ locum imperat aperiri. Quo patefacto, tanta suauitatis fragrantia omnes nos circumstantes accepit, vt præ nimio gaudio atq; admiratione prosterneremur in terram. Deinde humaniter æstimantes ossa funeri inuenire defuncta (nam annus sextus depositionis eius effluxerat) integram corporis compagem reperimus: ob quod miraculum immensas gratias retulimus omnium conditori, quia cadauer Sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat conditoris, cùm barba pariter & capillus vsq; ad illud tempus mansisset illæsum. Lignaminibus igitur immutatis, in loculo multo ante iam tempore parato supra includitur, carpento, trahentibus equis, impositum: mox euehitur, cunctis nobiscum prouincialibus idem iter agentibus: qui oppidis super ripam Danubij derelictis, per diuersas Italiæ regiones, varias suæ peregrinationis sortiti sunt sedes. Sancti itaq; corpusculum ad castellum nomine Feletheum emensis regionibus appertatum est.

XIII. MVTVI LOQVIT VRBICIVS S. SEVERIN.

Per idem tempus multi varijs occupati languoribus, & nonnulli à spiritibus immundis oppressi medelam diuinæ gratiæ sine vlla mora senserunt. Tunc & mutus quidam ad id castellum suorum miseratione perductus est: qui dum in oratorio quo sancti viri corpusculum super carrum adhuc positum permanebat, alacer peruenisset, ac sub eo clauso oris sui ostio in cordis cubiculo supplicaret; illicò lingua eius in oratione soluta laudem dixit Altissimo. Cumq; reuersus ad hospitium, quo suscipi consueuerat, interrogatus fuisset ex more nutu signorum, pulsatus, & orasse, & laudem se Deo obtulisse clarâ voce respondit. Quo eloquente, pauefacti, qui eum nouerant, ad oratorium eum clamore currentes, sancto Lucillo presbytero, simulq; nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus quod euenerat indicârunt. Tunc omnes exultantes in gaudio diuinæ gratiæ clementiæ gratiarum retulimus actionem. Quod verò quæ his subdit Eugipius de translatione facta inde Neapolim, dicat contigisse sub Gelasio Papa: planè nonnisi post annos quatuor sacras S. Seuerini reliquias illuc translatas esse, affirmare necesse est, agemus de ea suo tempore.

XIV. EX MIRACVLIS NOTIS CERTA RATIO.

Magnâ quidem Dei prouidentiâ factum apparet, vt in summa Occidentalis orbis obscuritate, Arianis vbique regnantibus, densâque errorum caligine veritatem obnubilantibus; tantæ locis radij eruperint cunctis miraculorum virtute perspicui: vt audiretur ab omnibus, loquente muto, immò & defuncto virtutis voce clamante, illum esse Deum verum, quem Seuerinus coluisset, cuius ossibus tanta posse præstare, idem Dominus concessisset: Ac profide palàm factum cunctis mortalibus, eâ fide, ipsâque ritibus & sacrificijs Deum esse colendum, quibus idem vir sanctissimus sibi diuinum sibi numen conciliauerat. Cui micantij fulgori si filij tenebrarum oculos aperire voluissent, rectam, per quam incederent, viam euidentissimè perspexissent.

XV. DE S. ANTONIO S. SEVERINI DISCIPVLO.

At verò non simul cum Seuerino præclarè eius virtutes extinctæ sunt; nam & illâ eum Deus auxit benedictione, vt locupletem sanctorum morum hæreditatem veluti testamento relictam transmiserit in discipulos; quos egregiâ enituisse sanctitate, non solùm quæ vnus ex illis Eugipius scribit, ostendunt, sed & Ennodius Ticinensis huius temporis scriptor celebertimus docet. Scripsit enim ille Viram sancti Antonij eiusdem S. Seuerini discipuli. Fuerat hic nepos æquè sanctissimi viri Constantij Lauriacensis Episcopi; cuius meminit pariter Eugipius in Vita ipsius S. Seuerini. Quomodò autem idem Antonius post obitum Seuerini è patria exire coactus, pluribus annis vnà cum discipulis, quos collegit, vitam exercuerit eremiticam, in qua mirificè resplenduit sanctitate dono prophetiæ clarus atque miraculis: ac quomodo fugiens humanas laudes, demum inde recesserit, atque vbi aliæ plures eluceret accensæ lucernæ, ne solus ipse verè lucerna ardens & lucens intuentium pateret aspectui, in Lerinense monasterium se contulerit, & sancto ibi fine quieuerit, idem Ennodius pluribus narrat. Asseruari hactenus clarum miraculis eius venerandum corpus in Ecclesia eiusdem cœnobij Lerinensis, accepimus; solemniq; ritu annis singulis eius diem natalem à monachis S. Benedicti illic agentibus peragi, certa relatione comperimus. Sed de his modò satis.

IESV CHRISTI
Annus 489.

FELICIS PAP. Annus 7. — ZENONIS IMP.16. ODOACR. REG.14.

I. EVPHEMIVS EPISCOPVS CONSTANTIN. ELIGITVR.

REDEMPTORIS nostri annus quadringentesimus octogesimus nonus, Probino & Eusebio Consulibus aperitur: quo Euphemius ex Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbytero eligitur post Flauitam eius ciuitatis Episcopus; de quo ista Euagrius [a]: *Cùm Euphemius litteras Petri Alexandrini de mutua inter eos communione accepisset animaduerteretq; eas Actis Concilij Chalcedonensis anathema indixisse: valdè omninò commotus fuit, seq; à Petri communione penitùs seiunxit.* hæc Euagrius: eademque Nicephorus: ex quibus planè idem Euphemius posse videri Catholicus; cùm & hoc addidit, vt Chalcedonense Concilium probârit, atque nomen Petri in sacra Diptycha relatum expunxerit: Felicis verò Papæ nomen ab Acacio abolitum in eadem sacras tabulas referret: sed quòd reliquerit in eis nomen Acacij, factum est, vt Felæ eum Apostolicæ sedis communicatione indignum existimârit. Testatur hæc omnia Nicephorus istis verbis [b]: *Euphemius simulatque Episcopatum iniit, nihil moratus, suis ipse manibus in sacris tabulis Petri Mogi nomen expunxit, & Felicis appellationem rescidit; atque in sacro suggestu confidens, Synodales more recepto epistolas Romanæ ad Felicem dedit. Porrò Papæ scripta quidem illius recepit, & Euphemio veluti Orthodoxo fauit, sed illum in Episcopalem communionem non admisit, propterea quod Acacij quoque & Flauitæ nomen de sacro libro non deduxisset.* hæc Nicephorus. Sed quod Liberatus Diaconus tradit, suscepisse à Felice Romano Pontifice Euphemium scripta; intelligas eas fuisse commonitoria, non autem communicatoria, sicut & esse comperiuntur litteræ, quas ipsius in sede successor ad eumdem Euphemium scripsit, quibus eum admonuit, vt nomen Acacij aboleret, si vellet consequi Ecclesiæ Catholicæ communionem. hæc quidem hoc modo inter Euphemium atque Felicem hoc anno transacta sunt.

a Euagr. lib 3. c. 29.

b Niceph. lib 16. c. 19.

CVR. EVPHEMIVS NON ADMISSVS A ROMANO PONTIFICE

II. CONTENTIO INTER EVPHEMIVM ET PETRVM.

Inter ipsum autem Euphemium atque Alexandrinum Episcopum Petrum Mogum res aliter se habuêre: Confirmante enim Chalcedonense Concilium Euphemio, illo autem improbante; mutuò inter se digladiari cœperunt. cogentes alter aduersus alterum Synodos, seque mutuò anathemate ferientes vsque in sequentem annum, quo ex hac vita perfidum illum Mogum abripi contigit, vt tradûr Euagrius [c] atque Nicephorus.

c Euagr. l. 3 cap. 33. Nicepb. li. 16. cap. 20.

III. FLAVITÆ NOMEN EVELATVM E DIPTYCHIS.

Summam planè Euphemius laudem consecutus fuisset, nisi illud diuinæ Scripturæ de eo dici potuisset [d]: *Conquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum.* dum videlicet haud adduci potuit, vt impij Acacij expungeret nomen è Diptychis. Flauitæ autem Episcopi nomen quidem ab eo siue casatum, siue inter defunctorum memorias non receptum, inde certum deducimus argumentum, quòd cùm de Acacij nomine illi à successore Felicis Gelasio negotium sit facessitum, numquam in eius litteris de nomine Flauitæ facta mentio reperitur, qui quidem ex scriptis eius ad Petrum Romam perlatis manifestus fuit comprobatus hæreticus: ob id igitur de illo minimè tacendum fuisset, nisi id sponte Euphemius antè præstitisset. Inde etiam accidit, vt in aliquibus Græcorum monumentis post Acacium eidem dicatur successisse Euphemius, nullâ factâ de Flauita penitùs mentione, vt videre est in Actis magni illius Danielis Stylitæ, vbi describitur eiusdem Danielis obitus hoc ipso tempore, cùm videlicet ipse Euphemius creatus est Constantinopolitanus Episcopus. Res quidem memoriâ digna, cùm sanctissimus vir miraculis plurimis nobilitatus, migraturus è vita hac nihil magis, quàm fidem Catholicam, quasi Dei depositum testatum atque obsignatum suis reliquerit, post quæ reddidit Deo spiritum, cùm antè ista præcessissent, quæ his verbis ab auctore narrantur [e]:

d Baru. 3.

e Extat apud Sur. die 11 Decembr.

Diuinum mysterium Daniel celebrauit, & intemerata ipsa sumpsit sacramenta, & iis, quibus præerat, impertijt. Atque iam quidem Magnus extremum agebat spiritum; & ipse Antistes Episcoporum (is erat Euphemius; iam enim mortuus erat Acacius) cum aliis veniebat ad emigrantem. Aderat autem Rau fidelissima, & vir quidam, qui possidebatur à dæmone, ac pergebat ad columnam; qui & Sanct. cum ad sanctum aduentum clamando, apertè significabat, & eos suis appellabat nominibus; & ipsorum, vt qui conuenissent, meminerat Angelorum. Deinde adijciebat, fore, vt tertiâ horâ eius dies Daniel excederet ad Dominum, & à diuturna habitatione immundus expellatur spiritus: quæ vtraq; suo tempore euenerunt. Quæ autem priùs dicta est Rau, magnificè parabat ea, quæ pertinebant ad sepulturam, & cùm multos adduxisset artifices, & iussisset fieri tumulum in inferiore parte columnæ & vsq; ad fastigium, secuit ex vtraq; parte tumuli homines, qui faces ferrent, & lampades tenerent in manibus, & ea cauerent, quæ cani solent in decessu.

SEPVLTVRA DANIELIS STYLITÆ

V.

Cumq; illa corpus infra detulisset, in plumbeo id poni loculo: in hoc quoque seruans magni Danielis testamentum. Ille enim mandauit discipulis: Seu Imperatores, seu Reges, aut vlli alij se inuicem superare contendant, in loculi sumptu & magnificentiâ; nolite suscipere; sed & illuc & sic corpus deponi finite, vbi & quomodo voluerit Rau fidelissima. Hæc ergo peracta sunt, & expulsus est immundus dæmon, cùm multum hominem discerpsisset, &c. pergit dicere de mirandis, quæ post eius obitum contigerunt. Sed illud obserua: recusari iussisse, si quæ ab Imperatore vltima munera soluerentur, vt potè homine consuetudine hæreticorum inquinato, & ob id à communione Catholico alieno. Sic igitur magnus Daniel octogenarius ex hac vita decessit, cuius memoriam cùm viuentis, tum mortui miraculis illustratam Dei Ecclesia perpetuitati anniuersarijs solemnibus consecrauit.

VI. ADVENTVS THEODORICI IN ITALIAM.

His etiam Consulibus (inquit in Chronico Cassiodorus) *felicissimus atque fortissimus dominus noster Rex Theodoricus intrauit Italiam: cui Odoacer ad Isontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus est. Eodem anno, reparato consilio, Veronæ vincitur Odoacer.* hæc ipse. Sed quæ tunc transacta sint inter sanctum Epiphanium Ticinensem Episcopum, & Theodoricum Regem, scribit Ennodius Ticinensis diaconus verbis istis [f], ex codice tamen nonnihil depravato acceptis:

f Ennod. Ticinen. in Vita S. Epiphan. Episc. Ticinen.

VII.

Dispositione cœlestis imperij ad Italiam Theodoricus Rex cum immensa roboris sui multitudine commeauit. Ad quem vir integerrimus Epiphanius dum Mediolani positus esset, occurrit. Quem cum ille Regum præstantissimus corde oculo inspexisset, & solita gentis suæ sacerdotes nostrum libra pensaret; inuenit in eo pondus omnium constare virtutum: cuius intuitu vitam velut fabrilibus lineis ad perpendiculum mentis emensus est. Quis, tali apud suos de illo sermone vsus est: Ecce hominem, cui totus Orientis similem non habet; quem videre præmium est, cum quo habitare, securitas. Fortissimo muro Ticinensis ciuitas, incolumis isto, vastatur: quos impugnantium nulla vis possit obruere, quos numquam balearis funda transcendat excursus. Si quæ necessitas inter vndas certaminum accesserit, tutum est apud istum matrem familiasq; deponere, expeditum excursibus militare bellorum. Inde à perduelles animos deditius [*] *exercitus mutationum incendit ambitio: quorum caput Tufa fuit, homo in perfugarum infamia notitiâ veteri pollutus: qui concepit mente, vt se desperatoribus partibus cum ingenti multitudine redderet. Quod cum Theodoricus Rex principali sollicitudini cognouisset, continuò omnem illam, quam totus Orientis vix sustinuit, contraxit manum, atque ad Ticinensis ciuitatis se angustiam contulit. Videres vrbem familiarum cubilis scatentem, hominum immanium culmina in angustissimo vescata tuguriis, cerneres nec ad recipiendam habitantium densitatem solum ipsum posse sufficere.*

TICINENSES QVID PASSI SINT.

VIII. DIGNA OFFICIA S. EPIPHANII EPISCOPI TICINENSIS.

Inter hæc ille in bonis vir exercitatissimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat accessum, opportunum sibi coniecit tempus offerri, quo benignitatis suæ pleno austro vela laxaret, & portum gloriæ per variarum notitiam gentium & actuum celebritatem secundâ nauigatione pertingeret, primiore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum de quocumq; loquuntur annales, quod cum stupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat, vt cum fagatissima gente habitans, & quam nulla suspicionum aura præterualat, in rebus dubijs, quando metus periculi etiam mutam contra quoslibet cornua solicitat) sic illis fidelissimus

extitit, vt inimicos eorum toto deuinctos teneret affectu, & inter dissentientes Principes solus esset, qui pace frueretur amborum. Applicabat enim ad compendium vnus, quicquid præstabatur ab altero: & reuerentia personæ suæ atque dulcedine sic largientis temperabat animum, vt nullatenùs accenderetur, si aliquid à se beneficij per Episcopum & inimicus acciperet. Ille fuit sic circa quemcumque, vt concordiam pugnantes seruarent, & eius quietem bella non lederent. Iam si ad illud veniamus, quot quotidianâ & ipse pascebat humanitate raptores, & illis intra ciuitatem sumptuum necessaria ministrabat, qui foris prædia illius continuâ vastitate deleuerant: Nam tot millia hominum vno eodemque tempore, cùm diuersa poscerent, reficiebat blanditijs, humiliabat alloquio, pascebat muneribus. Sic cuius liberi vxorq; inimicis qualibet ex parte fuissent intercipiebantur occupati: illico supplicationibus illius pretio reddebantur suis, quos auri redimere non potuisset effusio. Regi aptissimus, & præsanctis omnibus venerabilis existebat: vt quoscumque Romanorum bellandi licentia hominum eius feciisset esse captiuos, mox illi restitueret, quem sola intuebatur aliorum libertate ditari.

IX. RVGI GOTHIS TRVCIDATIS.

Deinde enumerare nequeam, quanta ille sic hinc atorum agmine solo proprio reddiderit: quanta, ne vexarent, vir imposuerit. &c. paulò post hæc sequitur, dicens: Post hinc digressis Gothis, ciuitas Ticinensis Rugis est tradita, hominibus omni feritate inhumanibus, quos acris & acerba vis animorum ad quotidiana scelera solicitabat: diem putabant perisse, qui illos sine facinore, casu aliquo interueniente fugisset. Quo tam beatissimus Antistes sermonum suorum melle deliniebat, vt efferа corda auctoritati se submitterent sacerdotis, & amare discerent, quorum pectora odijs semper fuisse dedicata cognouimus. Mutata est per meritum illius peruersitas naturalis, dum in horum mentibus radix peregrina apud illos affectionis inseritur. Quis sine grandi stupore credat dilexisse & timuisse Reges Episcopum & Catholicum & Romanum, qui parere Regibus vix dignabatur? Cum quibus tamen integrum penè biennium exegit, vt ab eo flentes discederent etiam ad parentes & familias regressuri. hæc Ennodius.

X.

a Ennod. in natal. Laurent. Episc. Mediolan. QVID EGERIT CVM CAPTA EST CIVITAS MEDIOLAN. A BARBARIS.

At quid Mediolanensis ciuitas passa sit, cùm ei præsset Laurentius Episcopus, idem Ennodius docet suis verbis, dum eiusdem Episcopi res præclarè gestas recenset a: Veniamus ad illa, quæ religiosa sunt digna memoratu. Cùm hostilis irruptio, more pecorum, Christianum populum per diuersa distraheret: tu variorum generibus cruciatuum capiebaris in omnibus: tu per tenâ conuentus pietate sustinebas tormenta multorum, vt ait Apostolus b: Quis vestrum cruciatur, & non ego? Inter ista tamen fractum te non vidit aduersitas. Hoc triumphis suis decerpi sensit inimicus, quòd capti sacerdotis animum non subegit. Pugnabas adhuc pro absolutione plurimorum & tibi nihil metuens, de plebis tuæ anxietate pendebas. Noli diutiùs tristibus immorari, noli tragœdiam maligni temporis aperire: libens de illustri conuersatione tua aliquâta præteruolo, ne te, narrando, cogam denuò sustinere, quæ passus es: quamquam Doctor gentium in tribulatione exercitum se fuisse commemoret, vociferans c: Cùm infirmor, tunc potens sum. At acceo mediam frigus & iniurias, & illa, quæ tibi inimici animus prouidit augmenta morborum. Sed credo hæc puerilia & succo antiquæ valetudinis robusta membra tolerabant. Nonne è motibus per compages artubus, & à paßibilitate propria longâ iam ætate distractis, sola anima flecti nescia sustinebat, & ad imitanda intentione aduersus impugnantes muro constantiæ stabilita certabat?

b 1 Cor. 11.

c 2. Cor. 12.

XI. LAVRENTIVS EPISCOPVS MEDIOLANENSIS CVM SVIS REDIT. * reuot

Post hæc ad reduiuum statum libertatis optatæ, numquam pia voce despiciens Christus Redemptor noster occurrit, & fractas ratione nominis vires artifici medela soliditata in vigorem salutiferum rediens rita remeauit, cùm ex alto benignis oculis cœlestis dominator aspexit, Mediolanensium vrbi lucem propria reddita sacerdotis. Tunc enim rarus habitator, tunc horror * in domibus, & per dulcia cubiculorum limina confusa discursio. Tunc enim vbique pauor & fluctus: & Dei templa ferarum habitationibus deputata sordebant, cùm marcens incuria squalidissima dudum atria situ vetusti humoris obnuberat. Lætitiam ceteris tuo dedisti de reditu, tu regressus ad lachrymas, &c. hæc & alia Ennodius; qui & de se ipso, quæ tunc passus sit, cùm agit de rebus suis, hæc ait d:

d Ennod. in dict. de rebus suis.

XII. ENNODII ÆTAS.

Tempore quo Italiam optatissimus Theodorici Regis resuscitauit ingressus: cùm omnia ab inimicis eam inexplicabili clade vastarentur, & quòd superest gladijs fames necaret: & excelsam montium, castrorumq; arces penuria perimeret, & in culminibus locatos armis seuior egestas obsideret: ego annorum fermè sexdecim, amico, qui me aluerat, tempestate eâ, priuatus sum: remansi solus, inops, vt & consilio destitutus, &c. Subdit enim, si Dei ope ex coniugio nobilis ac prædiuitis puellæ posteà in meliorem statum collocatum. At demùm mutuò consensu illa cælibem sanctamque vitam professa, ipse verò Ennodius fuit diaconus ordinatus: cùm post hæc incidens in mortalem ægritudinem, ope sancti Victoris curatus est, vt suis ipse scriptis affirmat.

XIII.

Cùm autem eiusmodi malis vehementer affligerentur Ecclesiæ, coëgit tunc necessitas, vt Episcopi, quibus facultas suppeteret, ne paterent greges, quibus præerant hostiũ frequentibus incursionibus, ædificarent castella munita: inter alios enim id præstitisse Honoratum Episcopũ Nouariensem, eiusdem Ennodij eidem inscriptum epigramma declarat his versibus:

VERSVS DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

DE CASTELLO HONORATI EPISCOPI.

Pontificis castrum spes est fidelissima vitæ,
Qui tutor sanctus quæ nocitura petant.
Hic clypeus: votum est, procul hinc Bellona recede.
Quod meritis constat, prælia nulla grauant.
Conditor hic muros solidat, munimina factor.
Nil metuat quisquis huc properat metuens.

Scias insuper, fuisse etiam & Episcopis milites pro defendendis Ecclesiæ iuribus: nã de his idem Ennodius in epistola ad Faustum his verbis meminit: *Ille mancipia sua ame sublata desleuit, & contra potentiam Ecclesiasticis militiã aduocandam credidit regiam defensionem*, &c.

XIV.

Quod autem spectat ad Honoratum Episcopum, à quo munitum castrum erectum fuit ad suorum confugium hisce temporibus barbarorum tumultum: licèt in epigrammate nulla mentio, fuisse scias Honoratum hunc Nouariensem Episcopum, ad quem eiusdem Ennodij oratio extat in dedicatione basilicæ Petri & Pauli Apostolorum, quam prædecessor Victor Episcopus ex fano idolorum purgatam conuerterat in Deo dicandum templum sub memoria eorumdem Apostolorum; auxit verò eamdem & ornauit idem Honoratus Antistes, atq; per S. Laurentium Mediolanensem Episcopum, aliosque ad Encænia conuocatos ex more Præsules consecrari curauit. Hæc quidem omnia in oratione in dedicatione dicta, ipso eius exordio in primis narrantur, ipsius nomine Honorati, his verbis:

XV. DE BASILICA PETRI ET PAVLI DEDICATIONE. * alocuti

*Credo ego vos fratres carissimi, torâ mentis curâ venerari, quòd in loco hoc, manente templi nomine, vetus perierit pro religione cultura, quod delubri reuerentia fugatis institutur libaminibus, quòd Sacrarium appelletur: meritò postquam seniores hostias abiurauit, & in adolendi * mutatione sacrificij, odis nomen assumpserit, postremò quòd in alium statum inconcussis migrauerunt fundamenta culminibus, & cùm ad structuram parum humanus sudor adiecerit.* & paulò pòst de Victore prædecessore Episcopo huius operis auctore ista subijcit: *Requirendum sanè, qui huius operis, quis innouationis auctor extiterit, prædecessor nempe paritatis meæ, venerabilis Victor Antistes: futura annunciatrix innocentiæ Diuinitas nomen imposuit*, &c. Eadem Ennodius itidem istis versibus:

——possessas linquite sedes,
Quod fecit Victor, victor vbiq; tenet,
Accidit ad cumulum merito successor & actis.

Qui morum nomen hinc Honorate geris. At de facta dedicatione basilicæ hæc in dicta oratione. *Vbi sunt dij, quibus potentiam dederunt homines? fulgore gemmarum? Non inuideo omnia ista (vt credo) fugerunt. Christus ingressus est: respiciamus, quibus fultus auxilijs. Venerunt cum eo cælorum radij Apostolorum diademata Petrus & Paulus. Qui enim in restauratione adis essent necessarij, nisi architectus & petra? nisi lapis & superædificanti tuis fundamentum & opifex?* &c. At de his modò satis ad insinuandum non Honoratum tantùm atque Victorem sanctos Antistites, sed etiam eum, qui apud Catholicos omnes semper viguit, Sanctorum cultum.

Hoc

XVI. SYAGRIVS VINCITVR A CLODOVEO.

Hoc eodem anno, qui numeratur quintus regni Clodouei, idem Rex Syagrium Romanum, qui Sueſſionẽ ſem tenebat ciuitatem, vicit: quem fugientem ad Alaricum Gothorum Regem Arianum, ab eo petitum, redditum & acceptum idem Clodoueus occidit. Accidiſſe videtur, vt diruto penitùs Occidentali Imperio regnante in Italia Odoacre, qui in Gallijs tunc gerebant Prætorij Præfecturas, eaſdem, quibus præerant, retinerent ſibi ciuitates: Inter hos Syagrius fuit, quem (vt diximus) à Clodoueo peremptum Gregorius ſcribit. Porrò hunc illum putamus Syagrium pronepotem Syagrij Conſulis ordinarij, his temporibus degentem in Gallia; ad quem extat Sidonij Apollinaris iocoſa epiſtola[a], quâ eumdem inhæſiſſe Burgundionibus docet, cùm enim appellet nouum Burgundionum Solonem.

a Sidon. lib. 5 epiſt. 5.

XVII.

His autem Franchorum incurſionibus non mediocre damnum eſt illatum Eccleſijs: ſed tum eluxit iuſtitia Clodouei, licèt adhuc Gentilis; de quo iſta narrat Gregorius[b]: *De quadam* (inquit) *Eccleſia vrceũ miræ magnitudinis ac pulchritudinis hoſtes abſtulerunt cum reliquis Eccleſiaſtici miniſterij ornamentis. Epiſcopus autem Eccleſiæ illius miſſos ad Regem dirigit, vt ſi aliud de ſacris vaſis accipere non mereretur, ſaltem vel vrceum Eccleſiæ ſuæ recipiat. Hæc audiens Rex, ait nuncio: Sequere nos vſque Sueſſionas; quia ibi cuncta, quæ acquiſita ſunt, diuidenda erunt. Cumq; mihi vas illud ſors dederit, quæ Papa poſcit, adimpleam. Debinc aduenientes Sueſſionas, cuncto onere prædæ in medium poſito, ait Rex: Rogo vos, ô fortiſſimi præliatores, vt ſaltem mihi vas iſtud (hoc enim de vrceo ſupra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hæc Rege dicente, illi, quorum erat meus ſanior, aiunt: Omnia glorioſe Rex, quæ cernimus, tua ſunt: ſed & nos ipſi tuo ſumus dominio ſubiugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito: nullus enim poteſtati tuæ reſiſtere valet.*

b Greg. Turon. de Geſt. Franc. l. 2. c. 27.

XVIII. QVID CLODOVEVS IN MILITEM SACRILEGVM.

Cùm illi hæc ita dixiſſent, vnus leuis, inuidus, ac cerebroſus, cum voce magna, eleuatam bipennem vrceo impulit, dicens: Nihil hinc accipies, niſi quæ tibi ſors vera largitur. Ad hæc obſtupefactis omnibus, Rex iniuriam ſuam patientiæ lenitate coërcuit: acceptumq; vrceum nuncio Eccleſiaſtico reddidit, ſeruans abditum ſub pectore vulnus. Tranſacto verò anno, miſſit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangam, oſtenſuram in Campo Martio ſuorum armorum nitorem. Verùm vbi cunctos circuire deliberat, venit ad vrceum percuſſorem, cui ait: Nullus tam inculta, vt tu, detulit arma manu, neque tibi haſta, neque gladius, neque ſecuris eſt viſus. Et apprehenſam ſecurim eius in terram deiecit. At ille cùm paululum inclinatus ſuiſſet ad colligendam eam, Rex eleuatis manibus, ſecurim ſuam capiti eius defixit: Sic (inquit) tu apud Sueſſionas in vrceo illo feciſti. hæc Gregorius. fuiſſe autem vas illud Rhemenſis Eccleſiæ, requiſitum verò à S. Remigio eius Eccleſiæ Epiſcopo, tradit Hincmarus, dum eiuſdem Sancti res geſtas refert.

XIX.

Cæterùm quæcumque alia damna intuliſſent ſuis Eccleſijs, idem Clodoueus factus poſtea Chriſtianus (vt S. Remigius teſtatur) reſarcienda curauit. De alio ab eo donato ipſi Sancto Remigio vaſe argenteo, hæc in teſtamento ſuo idem Sanctus Remigius habet: *Aliud argenteum vas decem librarum, quod mihi ſæpè nominatus dominus illuſtriq; memoriæ Hludouicus Rex (quem vt prædixi, de ſacro baptiſmi fonte ſuſcepi) donare dignatus eſt, vt de eo facerem quod ipſe voluiſſem: tibi heredi meæ Eccleſiæ ſuprà memorate iubeo thuribulum & imaginatum calicem fabricari: & epigrammata, qua Laudini in argenteo ipſe dictaui, in hoc quoq; inſcribi volo: quod per me faciam, ſi habuero ſpatium vitæ.* hæc ipſe in ſuo teſtamento Remigius. Quod pertinet ad imaginatum calicem, intelligere potes propagatum ad poſteros veterem vſum effigiando ſacras imagines in calicibus, de quo Tertullianus meminit in libro de Pudicitia.

c Apud Bruſſon. formul. l. 7

At de his ſatis.

(***)

IESV CHRISTI

Annus 499.

FELICIS PAP. Annus 8. — ZENONIS IMP. 17. ODOACR. REG. 15.

I. PERSECVTIO VVANDALICA RECRVDESCIT.

NONAGESIMO ſupra quadringenteſimum Chriſti anno Fauſtus Iunior & Longinus ſecundo Conſules recenſentur à Marcellino, à Caſſiodoro autem vnus tantũ Conſul ponitur Fauſtus: Quo anno in Africa (quantum ex Actis S. Fulgentij Ruſpenſis Epiſcopi colligere licèt) Wandalica aduerſus Catholicos perſecutio recrudeſcit, non quidem aduerſus Catholicos omnes, ſed in illos dumtaxat ſacerdotes, qui lapſos in errorem reconciliarent pœnitentes. Scripta ſunt acta illa ab eiuſdem Fulgentij diſcipulo exilij comite ad ipſius ſucceſſorem Felicianum, omni fide teſtata, vtpotè ſcripta ab auctore rei ſui temporis proferente; qui de dira eadem perſecutione licèt tantùm pertingat, quæ ad eumdem beatum Fulgentium ſpectent, tamen ex eiuſdem tenui lucis ſpeculo cætera, quæ remanſerunt obſcura, poſſumus intelligere.

II.

Porrò res Fulgentij aggreſſuri, de eius genere atque natali pauca præfari opus eſſe putamus. Atque in primis corrigendus eſt error, qui in eius Vitæ exordium manifeſtus irrepſit, dum loco Genſerici, ponitur Hunericus; vbi auctor eius genus deſcribens, hæc ait[d]: *Fulgentius parentes habuit ex numero Carthaginenſium Senatorum: auus denique eius, non hic Gordianus, dum Rex Hunericus memoratam Carthaginem victor inuaderet, Senatores plurimos immò cunctos amiſſis omnibus bonis ad Italiam nauigare compelleret, inter cæteros etiam ipſe impoſitam peregrinationem liberali voluntate ſuſcepit, volens ſaltem facultatibus perditis, non perdere libertatem. Poſt cuius obitum duo ex filijs eius, ſpe recuperandæ hereditatis, Africanam pronunciam repetentes, manere intra Carthaginem minimè potuerunt, domo propriâ donatâ Arianis ſacerdotibus; ſed poſſeſſionibus ſuis ex parte auctoritate regiâ repetitis, ad Byzantium* perrexerũt; *vbi, in Lepte ciuitate vnus eorum nomine Claudius ex coniuge nomine Mariana, Chriſtiana ſcilicèt & honeſta fœmina, iſtum, Fulgentium videlicet, cui tanta gloria debebatur, genuit, &c.* Corrigendum itaque eſſe pro Hunerico, Genſericum: illud in primis admonet; quòd quæ dicta ſunt, non Hunerico, ſed Genſerico conueniunt, qui victor Carthaginem cepit, vt quæ de eo ſuperiùs diximus, declarant: nec patitur ratio temporis, vt ſub Hunerico ſit natus Fulgentius, qui ſub hac recrudeſcente perſecutione iam Abbatis nomine præfecturam gerebat monaſterij. Qui igitur annum agens ætatis ſexageſimum quintum (vt idem auctor teſtatur) in pace ſub Rege Hulderico deceſſit, hoc tempore eum egiſſe annos ætatis circiter duodetriginta, intelligere poſſumus. Quæ autem tunc ipſe Fulgentius paſſus ſit, idem auctor rem geſtam ſic exorditurꝰ:

d Apud Sur. tom. die 1. 1. S. FVLGENTII PRIMORDIA.

III. FVLGENTIVS FVGIT.

Naſcitur rurſum tali perſecutio fidei, vt ſanctæ memoriæ Fauſtum Epiſcopum cogeret per diuerſas latebras commigrare, nec in ipſo monaſterio ſineret iugiter quieſcere. Tunc beatus Fulgentius timens aut illo loco ſolus remeare, aut de loco in locum frequentius commigrare, conſulto prius Epiſcopo Fauſto, vicinum monaſterium petijt, vbi paucis & ſimplicibus fratribus Felix nomine Abbas præerat amicus eius ab adoleſcentia, cum quo etiam longa familiariter vixerat. & poſt nonnulla: Cùm ſubitò barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incurſu: videntes ſalutem temporalem fugæ præſidio vindicandam, labores illicò perferendæ peregrinationis excipiunt: limatoq; conſilio, procul abſcedunt, vbi nulla belli naſcentis opinio conſtruendi monaſterij præberet integram facultatem. Permouent igitur caſtra ſpiritualia duces inclyti cœleſtis exercitûs, & per ignotas Africæ regiones, monachorum ſuorum caterua conſtante pariter gradiuntur, vbiq; facientes gaudium bonis, inuidiam malis.

IV. ARIANVS PRESBYTER QVIDAM IN CATHOLICOS.

In territorio quoq; Siccenſi dum cogitant certas ſedes ſtatuere, regionis fœcunditate delectati, virorum etiam Fidelium fauore ſuſcepti: presbyter quidam ſectâ Arianus in fundo Dabardilla perfidiam prædicabat, qui nomẽ quidem ſuũ inter homines Felix, natione

barbarus, moribus sæuus, facultatibus potens, Catholicorum persecutor acerrimus. His beati Fulgentij nomen in illis regionibus clarum fieri sentiens, reconciliandos occultè multos, quos deceperat, suspicabantur: Neque virum dignum sacerdotio verè adhuc esse monachum credidit, sed eum sub habitu monachi sacerdotis officium putat implere. Et re verâ sacerdotis officium tunc laudabiliter implebat, non aliquantos reconciliando sed omnes, quos attingere poterat, ad reconciliationem salutaribus monitis inuitando: cuius sermo dulcis & rectus, qui dura quoque corda mollichat, nec immeritò hunc presbyterum sic timere pro sua perfidia compellebat. Arripit igitur presbyter insani furoris stimulis concitatus Dei seruos crudeliter persequi, & per omnes vias custodijs distributis, ambulantium simpliciter obsidet itinera. Necessarium quippe fuerat, athletas fortissimos voluntarijs abstinentijs laboribus ad omnem tolerantiam præparatos, persequentium paululum tradi manibus, vt martyrialis agonis effectiparticipes. illata discerent supplicia tolerare, probaturi, quid profecissent, si flagellis membra omnia dissipantibus, à fide minimè defecissent.

CAPTIVI DVCVNTVR CONFESSORES.

Nescientes igitur cogitationes maligni serpentis, habentesq; fiduciam conscientia, nihil timentes simul amborum gradiebantur secum loquentes. Et ecce subitò quasi violentia sæuissimæ tempestatis inuadit incautos, diuidit iunctos, ligat diuisos, & ferreis vinculis onerato perducit ad presbyterum Arianum victos, efficiuntur subitò sine crimine rei, sine belli sorte captiui. Quibus enim fugientibus nihil nocere potuerant Mauri, pœnas ingerunt Ariani. Tunc antequam teneretur Felix Abbas, pancos solidos, vnde fratrum sustentabatur inopia, simpliciter vbi metus peruaserat, proiecit, & custodiendos Dei seruis ipsi Deo committit. O diuini singularis potentia miraculi! Nemo valuit solidos illos proiectos aspicere, nullus permissus est victum pauperum pauperibus tollere. Sed illi soli, qui sic probandi fuerant, tenentur, ligantur, ad presbyterum perducuntur. Quibus ore terribili violentus presbyter intonat: Cur ex vestris regionibus occultè venistis Christianos Reges euertere? Benè enim miser Christianos Reges esse dicebat, in quibus Christum Regem Regum miserabiliter exsufflauerat, & quos Filium Patri æqualem negare similis Antichristo docuerat. Illis ad hæc veracissimæ responsionis verba parantibus, insanus præcepit verbera primitùs.

VI. FELICIS ABBATIS CHARITAS ERGA FVLGENTIVM

Igitur Felix Abbas vehementi charitate commotus: Parcite, ait, fratri Fulgentio, qui non poterit tormenta perferre: Nolite istum cædere inter vestras manus forsitan moriturum. Conuertatur in me vestra crudelitas: ego scio, quid confitear, in me est omnis causa. Tunc dilectionis admiratione stupefactus, remouens paulisper beatum Fulgentium iubet, atque illum grauiùs cædi, ministris sæuissimis imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus subditur: dolorem quippe cuique gaudio sustinebat, quia beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat. & inferens: Tunc sæuissimum presbyter etiam de Felicis Abbatis iniuria minimè saciatus, nec beato Fulgentio parcendum putauit. Beatus autem Fulgentius vir omninò delicati corporis, vtpotè ex familia natus illustri, violentos impetus sustinens, repentini doloris acerbitate crescente, vix tolerans (sicut ipse nobis postea referebat) cogitauit presbyteri furentis insaniam vel mollire si posset, vel certè paululum, donec rediret ad se, auocare, quò facilius inter ipsas moras inueniret spatium respirandi, ne continuata pœna omninò intolerabilis fieret: Loco aliquid, si loquendi potestas tribuitur, dum cæderetur, exclamat.

FVLGENTIVS DISCIPVLATVR.

VII.

Tunc presbyter putans cum confiteri velle, iubet quiescere cædentes; & sic adhuc ad flagella suspensum, loqui præcepit quod volebat. Vbi dum beatus Fulgentius eloquentiæ solitæ sermonibus blandis, suæ peregrinationis narrare cœpit aggressus historiam presbyterum facit attonitum, diuq; nimiâ verborum suauitate delinitum, pene totius crudelitatis reddit abolitum. Miratur presbyter beati Fulgentij facundiam probat sapientiam, magnumq; aliquem virum conijcens erubescit inferre violentiam. Sed ne proderet suam superatam esse sæuitiam: Cædite, ait, iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerare verbosum. Me etiam puto, seducere, cogitat; longoq; inanis fabulæ circuitu quid conficere moliatur, ignoro. Recrudescit iterum manus vesana tortorum flagellis, innumeris beatus Fulgentius exaratur. Tandem presbyter de illa cæde confusus, virorum laudabilium merita sensit, nec apud se eos tenere diutiùs ausus est, sed deformiter decaluatos, ablatis etiam omnibus vestimentis, ex de vosa nudos manens, proiecit. Porrò decaluationem virorum etiam apud barbaros magnum fuisse supplicium, docent leges Theodorici, quibus ciusmodi pœna pro diuersis delictis infligitur. Pergit auctor:

ARIANVS PRESBYTER IGNOMINIA AFFICIT FVLGENTIVM ET FELICEM

Sed nec illa decaluatio virili sanctissimis turpitudinem, nec nuditas attulit confusionem: quos tolerata propter odium religionis inter a prima iam confessionis decora uerat ornamento superna gratia fidei undos. Processerunt itaq; de domo presbyteri tanquam de loco gloriosi certaminis, insigni victoria laureis coronati. Reuersiq; per eamdem, vbi fuerant capti, solidos, quos Abbatem Felicem proiecisse diximus, integro ibi numero seruatos inuenitunt, & quasi ex diuina manu restitutos hilariter accipiunt: agentesque immensabiles gratias Deo, qui consolatur humiles in omni tribulatione, retinentur ad proximos fratres. Huius autem crudelissimi facti detestabilis opinio cunctam simul mœstificat regionem: nuncuatur etiam Carthagine fama. Inter alios quoque Arianorum Episcopus delectabatur grauis cade beatum Fulgentium: & quia parentes eius cognitos habebat idem Episcopus, ipsumq; beatum Fulgentium singulariter adhuc laicum dilexerat, aduersum presbyterum sua religionis & parochiæ, qui cædis auctor extiterat, grauiter commouetur, vindicare beatum Fulgentium parans, si querelam de memorato presbytero deponere voluisset. Sed beatus Fulgentius, multis vt hoc faceret suadentibus: Non licet, ait, in hac sæculo vindictam quærere Christiano, &c. punié dus quidem erat presbyter ille, quòd non inuentos homines reconciliare lapsos, ita fustibus verberari iussisset: nam de illis tantùm pœna sumenda erat, qui additos iam Arianis ad Ecclesiam Catholicam reuocâssent. Post hæc verò Fulgentius profecturus in Ægyptum ad inuisendos anachoretas, nauigans in Siciliam, ab Eulalio Episcopo Syracusano detinetur: quomodò autem inde Romam nauigauerit, suo loco dicturi sumus. At de Fulgentio modò hactenùs. Porrò mitiorem putamus persecutionem hanc ab illa sub Hunerico excitata: siquidem hæc illos tantùm pertingeret Dei ministros, quos esse suspicio reconciliare Ecclesiæ clanculùm pœnitentes.

IX. DEFVNCTVS PRESBYTER A Gennad. de Script. Eccles.

Hoc anno, qui Zenonis Imperatoris vltimus numeratur (nam anno sequenti, mense Aprilis decessit) moritur Theodolus celebris in Cœlesyria scriptor, de quo ita Gennadius a: *Theodolus presbyter in Cœlesyria scripsisse multa dicitur. Sed ad me liber eius peruenit, quem de Consonantia diuinæ Scripturæ composuit, id est, veteris & noui Testamenti, aduersus antiquos hæreticos, qui propter differentiam præceptorum vel cærimoniarum alium veteris Testamenti Deum dixerunt, alium noui. Moritur hic scriptor ante triennium, regnante Zenone.* hæc Gennadius post tres annos ista scribens. Porrò eiusdem Theodoli celebris est memoria viuens ingiter in tabulis Ecclesiasticis etiam apud Latinos decimo Kalendas Aprilis, vbi Antiochenus presbyter dicitur. Certè quidem perditissimis his temporibus, cùm res Antiochenæ penitùs collapsæ essent, dominantibus nefandis Eutychianis, ijsdemque pollentibus auxilio Imperatoris, hunc inuentum est & Orthodoxum inter eos, qui scriptis exagitarent hæreticos, maximæ fuit gloriæ: etenim summæ constantiæ specimen extitit, vnum hominem contra hæreticorum phalanges Orthodoxæ confessionis erexisse vexillum.

X. S. CÆSARIVS EPISCOPVS ARELAT. SCRIPTOR NOBILIS

Quo etiam tempore in Occidente S. Cæsarius Arelatensis Episcopus doctrinâ celebris, sanctitate conspicuus, ad Felicem Romanum Pontificem de Gratia & libero arbitrio librum scripsit; quem agnitum ipse Felix nō solùm probauit, sed & scriptâ de eo epistolâ confirmauit, vulgandumque vbique curauit: non extat ille quidem, sed quantus fuerit, ex Romani Pontificis additâ illi epistolâ (quod de alijs hactenùs non meminimus factum) possumus opinari. De eo enim apud Gennadium hæc leguntur b: *Cæsarius Arelatensis vrbis Episcopus, vir sanctitate & virtute celebr, scripsit egregia & gratia valdè & monachis necessaria opuscula. De Gratia quoq, & libero arbitrio edidit testimonia, diuinarum Scripturarum, & sanctorum Patrum iudicijs munita; vbi docet, nihil hominem de proprio agere aliquid boni posse, nisi eum diuina gratia præuenerit. Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roborauit, & in latius promulgauit.*

XI. DAMNATI SCRIPTA CÆSARII LIBERO ARBITRIO

Sed accuratiùs disquirendum, quid est, quod cōmentarium istum à Cæsario scriptum de Gratia & libero arbitrio *Felix Papa per suam epistolam roborauit*, & quòd (vt ait Gennadius) *in latius promulgauit*? Hæc vt percipias, lector, illa est tibi horum temporum rerum gestarum historia

b Gennad. de Script. Eccles.

repræsentanda de rebus gestis in eadem Gallia Norbonēsi & Aquitania. Idem enim Gennadius, antequam de Cæsario agat, capite, quod præcedit, recenses scripta Fausti ex Abbate Lerinensi Episcopi Regiensis in Aquitania inter alia hæc habet[a]: *Edidit quoque opus egregium de Gratia Dei, quâ salvamur: In quo opere docet, gratiam Dei semper & invitare & præcedere & adiuvare voluntatem; & quicquid ipsa libertas arbitrij de labore pio mercedis acquisierit, non esse proprium meritum, sed gratiæ donum.* hæc Gennadius. Quinam, rogo, sub tam pulchro titulo, adeò fidei Orthodoxæ cocinno, existimare posset inesse librum, in quo lateret hæresis, ceu anguis in herba sub prominentibus floribus? quod quidem haud rudes tantùm, sed & disertos potuit decepisse.

[a] Gennad. de Script. Eccl. c. 85.

XII. Quot enim quantisque præconijs lucubratio ista Fausti accepta fuerit (vt ex hoc magis periculum imminens innotescat, & quantum præstiterit Catholicæ Ecclesiæ Cæsarius suis scriptis, atque quàm opportuna illis accesserit comprobatio facta à Felice Romano Pontifice per epistolam, magis intelligas) necesse est, vt quæ Sidonius Apollinaris in sacris dogmatibus olim adhuc tyro iam diu antè de eisdem libris ad Faustum ipsum auctorem conscripsit, patienter audias. Res sanè agitur (vt hic alligis) magni momenti, vtpotè quæ non in Gallijs tantùm atque in Italia, sed & Constantinopoli atque in Africana Ecclesia (vt videbis) exagitata, cui ipso sui exordio opus fuerit dignis morum Romanorum Pontificium intercedere auctoritatem, Felicis, atque Gelasij successoris, illa probando scripta, quæ eo argumento à S. Cæsario edita essent; ista autem reprobando, atque reijciēdo inter apocryphorum quisquilias, quæ eodem argumento essent ab ipso Fausto conscripta.

XIII. Sidonius igitur ad eumdem Faustum data epistolâ, quomodo duo libri ab eo editi, à se verò diutiùs expetiti in manus suas deuenerint, docet, atq; primùm verbis istis ipsum ita compellat auctorem[b]: *Venisti, magister in manus meas: nec exulto tantùm, verùm insulto: Venisti, & quidem tali, qualem abhinc longo iamdiu tempore desideria mea præstolabantur, Dubito sanè, vtrum & inuitus, aut certè similis inuito; quippe quo prouidente*, vel (si tamen hoc nimis abnuis) acquiescente, sim tuis libris insultatus; vtq; (quod multò est iniuriosius) territorium Arvernum cùm præterirent, non solùm mœnia mea, verùm etiam latera radentibus. An verebare, ne tuis dictis innuderemus? Sed Dei indultu, vitio nulli minùs addicimur; Cui si ita vt cæteris à mea parte subijceretur, sic quoque auferret congregandi æmulationem desperatio *consequendi. An supercilium tamquam difficilis ac rigidi plosoris extimescebas? Et quænam est cuiusque *peritia cervix tanta, quive hydrops, vt etiam tepida vestra non feruentissimis laudibus prosequatur? An ideo me fastidiendum, negligendumq; curâsti, quia contemneres iuniorem: quod parum credo. An quia indoctum? quod magis fero: ita tamen, vt qui discere ignorem, non & audire: & quia qui Circensibus ludis adfuerunt, sententiam de cursibus non ferunt. An aliquo casu diffidebamus, vt putaremur, ijs, quos edidisse tu, libellis derogaturi? Atqui, præfucle Deo, tenues nobis esse amicitias, nec inimici fingere queunt.* Hæc cùm scribat Sidonius, & conqueratur ad se missos non fuisse libros: satis intelligi posse videtur, Faustum illos non omnibus communicâsse, vtiq; ex mala conscientia timentem, ne qui in eis essent laquei sub herbis latentes, ab aliquo acuti ingenij viro & dogmatum callentissimo detecti, penitùs dissiparentur. Sidonius autem etsi vir pius & doctus, penetralia tamen rerum Ecclesiasticarum adhuc iunior haud fuerat perscrutatus. Sed pergit ipse:

[b] Sidon. lib. 9. epist. 9. CELEBRAT SIDONIVS FAVSTI SCRIPTA VALDE. * prohibente. * disputatio * cuiquam.

XIV. *Ista quor sum? inquis. Ecce iam pando, vel quid indagâsse me gaudeam, vel quid te celâsse succenseam. Legi volumina tua, quæ Riochatus Antistes ac monachus atq; ijsdem modis peregrinus tuis Britannis pro te reportat; illo iam præsentiarum Fausto potius, qui non senescit, quique viventibus non defuturus post sepulturam, sicut per ipsa, quæ scripsit sibi superstes. Hic igitur ipse venerabilis, apud oppidum nostrum cùm moraretur, donec gentium concitatarum procella deseveret* (cuius imaginis hinc & hinc turbo tunc inborruerat) *sic reliqua dona vestra dictexit, vt perurbanè quæ præstantior aportabat, operuerit, spinas meas illustrare dissimulâs tuis floribus. Sed post duos aut ijs amplius menses sic quoque à nobis citò profectum, cùm quippiam prodidissent de viatoribus, mysticæ gazæ clausit involucrisclâm ferre thesauros; pernicibus equis insecutus abeuntem, qui facilè possint utinerum prudiani spatia præuertere, osculo orin fauces occupati latronis insiluit, humano loco *, gestu ferino, veluti si excussura quæcunque cathulorum Parthi colla raptoris pede volatico tigris orbata superemicet. Quid multa? capti hostis genua complector, iumenta fisto, frena ligo, sarcinas soluo, quæsitum volumen inuenio, produco, lectito, excerpo, maxima ex magnis capita desinctans. Cribuit tamen & quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium, qui comprehendebant signis, quod literis non tenebant. Quibus lacrymis sanè maduerimus, mutuo vix sim fletu rigaritunc, cùm ab amplexu sæpè repetito separaremur, longum est dixisse, nec refert: quod triumphalis sufficit gaudio, spolijs onustum charitatis, & spiritualis comporem præda me domum retuli.* Vidisti, Lector, quantâ auiditate Fausti libri illi fuerint expetiti, quantave tandem inuenti fuerint rapacitate sublati: qui in Britanniam mittebantur, vbi diu viguit (vt dictum est) dogma Pelagij: Vt non mireris, si à Cæsario paratum antidotum voluerit Felix Papa suis litteris vbiq; vulgari, ne conditum dulce venenum (quod à viris haud imperitis ipso primo gustu tam suaue, tamque gratum apparuit) incautè legentibus necem inferret, cùm laudati viri laudibus adeò immensis prædicaretur. Fuisset hic integra ipsa reddenda Sidonij ad Faustum epistola, nisi nimiæ prolixitatis argui veritus essem: tu ipsam otiosiùs consulas.

* ioco

XV. Et ne dubites Sidonium de aliquo alio à Fausto edito scripto potiùs intelligere voluisse, quàm de quo agitur; perpende accuratè ipsius Sidonij verba illa, quibus ait: *Legimus opus operosissimum, multiplex, acre, sublime, digestum titulis, exemplisque congestum, bipartitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripartitum.* ita planè apparet enim commentarium illum in duos libros esse distinctum, per capita titulosque diuisum, dialogismi figurarum, concinnè referentem, sub causarum themate quadripartitum. Nam priori libro tunc aduersus Pelagium omnia libero arbitrio hominis tribuentem; tum aduersus eos, qui cuncta diuinæ gratiæ tantummodò accepta ferenda esse iactarent, disputat: posteriori verò de præscientia & prædestinatione cumulatissimè differit, vt idem in præfatione operis ad Leontium (quæ inscribitur Fausti professio fidei) apertissimè profitetur: vt nemo iure inficias ire possit; alium aliquem à Sidonio Fausti exprimi commentarium, quàm qui duobus libris partitus, de Gratia Dei & humanæ mentis arbitrio inscriptus haberetur.

DE QVIBVS FAVSTI LIBRIS SIDONIVS INTELLEXIT.

XVI. Sed lectorem monitum velim, posteriorem Fausti librum haud integrum reperiri, sed desiderari in eo illa, de quibus ad Leontium idem Faustus in fine illi præfatur: *In quo quidem opusculo post Arelatensis Concilij subscriptionem, nouis erroribus deprehensis, adjeci aliqua, Synodus Lugdunensis exegit.* hæc ibi. At quænam illa subscriptio Arelatensis Concilij? numquid Episcoporum Concilium Fausti commentarium illum subscriptione firmauit? minimè gentium: verùm subscripsit Synodus Fausti illi tantùm epistolæ, quam dedit ad Lucidum presbyterum, vt hominem in errores lapsum reuocaret ad Catholicam fidem. Sed cur, dices, illa subscriptio Arelatēsis Concilij non in fine Fausti operis ampliùs, sed in fronte ipsius ante præfationem posita legitur, quam illis (vt ait) adijci, Synodus Lugdunensis exegit? Numquid hoc casu factum: nequaquam, sed accipe Fausti vafrum consilium: Sicipse quidem ad finem sui commentarij ista appposuit, quibus videri posset edita scripta ab ipso iam à duabus Synodis esse recepta: sed scias prudenter ita rei, inde postea esse subiata, & ante illud Fausti opus collocata, vt sua quæq; tempori & auctoribus redderentur, ne Fausti fraus simpliciores decipere posset.

XVII. Acturi nos verò de his uàm accuratissimè, in primis in memoriam reuocandam putamus, post sancti Augustini obitum prodijsse quosdam; qui ex suis scriptis malè perceptis complures in exerunterrores, quos Sancti Augustini

DE HÆRESI PRÆDESTINATORVM

gustini nomine & auctoritate defendere conabantur: sed eos, pro defensione ipsius Sancti Augustini agens, sanctus Prosper validè confutauit. Dicebantur isti (vt Sigebertus [a] adnotauit) hæresis prædestinatorum sectatores: qui idcircò eo nomine vocabantur, quia de prædestinatione & diuina gratia disputantes, assererent, nec piè viuentibus prodesse bonorum operum laborem, si à Deo ad damnationem præsciti essent; nec impijs obesse, etiam si improbè viuerent, si à Deo prædestinati fuissent ad vitam: quâ assertione boni à bonis auocarentur operibus, & mali stabilirentur in malis; quæ quidem (vt diximus) ex scriptis S. Augustini malè perceptis, qui huiusmodi erant, se accepisse iactabant. His autem decentus erroribus fuit Lucidus quidam magni nominis presbyter, ad quem Faustus epistolam illam scripsit, quam vt verè Catholicam ab Episcopis Concilij Arelatensis probatam & subscriptione munitam diximus; cuius etiam auctoritate libros illos duos, de quibus est sermo, Faustus probare voluit. Vt igitur cuncta quàm exactissimè in re magni momenti explorata reddantur, hic tibi primùm ipsam ad Lucidum Fausti epistolam reddendam putauimus, vt de reliquis Fausti scriptis pretiosum à vili secernas: sic enim se habet:

[a] Sigebert. Chron. an. D. 413.

XVIII. FAVSTI EP STOLA AD LVCIDVM.

Domino deuinctissimo & mihi speciali affectu venerando ac suspiciendo fratri Lucido presbytero Faustus.

Grandis charitas est, parum cauti fratris errorem per Dei adiutorium & gratiam magis velle curare, quàm, sicut summi Antistites meditantur, à bonitate suspendere. Quid possum de hoc sensu, sicut vis, cum vnanimitate tuaper litteras loqui, cùm te præsens multâ & blandâ & humili allocutione numquam potuerim ad viâ veritatis attrahere? Loquentes ergo de Gratia Dei & obedientia hominis, id omninò statuere debemus, vt neq; proni in sinistram, neque importuni in dexteram, regiam magu gradiamur viam. Illud autem veneration em tuam duxisse miratus sum, quòd nullus vnquam sub religiosæ professionis contra Catholicam fidem vel scripserit, vel prædicauerit, cùm plurimi multiplices & profanos auctores subsetiam scriptorum monumentis crediderint inserendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breuiter ergo dicam, quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum Catholica Ecclesia debeas, ad est:

XIX. ANATHEMATISMI FAVSTI REGIENSIS.

Vt cum gratia Domini operationem baptizati famuli semper adiungas, & eum, qui prædestinationem, excluso labore hominis, asserit, cum Pelagij dogmate detesteris.

Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagij impietates, hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse saluari, damnandâ præsumptione contenderit; & qui eum sine gratia Dei liberari posse crediderit.

Item anathema illi, qui hominem cum fidei confessione solemniter baptizatum, & asserentem Catholicam fidem, & postmodum per diuersa huiusmodi obtrectamenta prolapsum in Adam & originale peccatum peruisse asseruerit.

Item anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit.

Item anathema illi, qui dixerit, illum, qui perijt, non accepisse, vt saluus esse posset, & est de baptizato, vel de illius ætatis Pagano, qui credere potuit & noluit.

Item anathema illi, qui dixerit, quòd vas contumeliæ non possit assurgere, vt sit vas in honorem.

Item anathema illi, qui dixerit, quòd Christus non pro omnibus mortuus sit, vt eos omnes homines saluos esse fecit. hactenùs Fausti anathematismi, qui mox ista subiungit:

XX.

Cùm autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cùm à sanctis sacerdotibus euocatus fueris: tunc opportunè (si Dominus iusserit) locis suis testimonia proferemus, quibus & qua Catholicæ sunt, manifestentur; & quo Catholicis sunt contraria, destruantur. hæc Faustus, qui & mox subdit, quæ de his ipse sentiat, verbis istis:

XXI. FAVSTI PROFESSIO.

Nos autem per illuminationem Christi veraciter & confidenter asserimus, & eum, qui periit per culpam, saluum esse potuisse per gratiam, si gratia ipsius famulatui, laboris obedientiæ non negasset: & eum, qui per gratiam ad bonæ consummationis metas, seruitio obsequente, peruenit, cadere per desidiam, & perire potuisse per culpam.

XXII.

Nos ergo per medium, & bono duce, gradientes, post gratiam, sine qua nihil sumus, laborem laboriosæ seruitutis asserimus; sed omnimodò arrogantiam & præsumptionem laboris excludimus, vt totis viribus desudantes, ne gratia in nobis euacuetur, quicquid de manu Domini susceperimus, donum pronunciemus esse, non pretium; scientes laboris ipsius fructum officij rem esse, non meriti; cum Euangelista dicentes [b]: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Hæc, quæ strictim pro epistolæ brevitate memorata sunt, aut recipere se, aut respuere, vnanimitas tua, recurrente sermone, respondeat. Ceterum qui hanc veritatis mensuram, gratiâ præcedente, & conatu assurgente, non sequitur, dignus erit, qui à sacris liminibus arceatur. [b] Luc.17.

XXIII.

Ego autem indiuiduam mihi bonitatem tuam toto sincerę benignitatis amplexu in via retinens, in matris Ecclesiæ gremio permane e, repudiato hoc errore, desidero: Qui si citò respuatur, ignorantia fuisse videbitur; blasphemia verò reputabitur, si pertinaciter defendatur. Grauem namque in auctorem vetorquemus inuidiam, si dicamus, quòd ei possibilitatem capessendæ salutis noluerit dare, qui perijt, ei dum taxat, qui capere iam posset arbitrij libertatem: cùm minime negare possimus, quod mandati præuaricatorem in iudicij sui examinatione damnabit: Qui enim non est obnoxius de susceptо, nescio, quomodo reus esse possit de perdito. Ac sic peccantes in Deum, cuius in primis incautius asseruimus gratiam, in postremis eius videbimur impugnare iustitiam. Huius autem epistolæ exemplar mecum retineo, in conuento sanctorum Antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum. Quam si susceipiendam putauerit fraternitas tua: aut subscriptam manu propriâ mox remittat, aut sequentibus scriptis omninò se improbâsse respondeat. Quòd si eam subscriptam (vt dixi) transmittere noluerit, apertè adhuc te in errore persistere, ipso silentio comprobabis: ac proinde iam necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conuentibus exponendam. Et ideò secundum hæc, quæ à me sunt directa, rescribe, vtrùm ea remotis circuitionibus, aut cognoscas, aut respuas. hactenùs ad Lucidum Fausti epistola.

XXIV. SYNODVS PROBAT FAVSTI EPISTOLAM.

Protulit verò idem posteà eamdem epistolam, exposuitque cognoscendam Patribus in Concilio congregatis: quâ Catholicâ cognitâ, vndecim Episcopi, qui interfuerunt, eidem subscripserunt in hunc modum:

Anxianus in Christi nomine Episcopus relegi & subscripsi.
Faustus exemplar epistolæ meæ relegi & subscripsi.
Paulus Episcopus in Christi nomine relegi & subscripsi.
Eutropius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi.
Pragmatius in Christi signo Episcopus relegi & subscripsi.
Patiens in Christo Episcopus relegi & subscripsi.
Euphronius relegi & admiratus sum plenitudinem sanctam.
Megetius Episcopus relegi & subscripsi.
Claudius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi.
Leucadius in nomine Christi Episcopus relegi & subscripsi.
Iulianus in nomine Christi Episcopus subscripsi.
Lucidus presbyter relegi & subscripsi.

Quod autem huic epistolæ ipse Lucidius presbyter subscriptus legatur, accidisse videtur, vt qui per litteras palinodiam recantarat, etiam in Synodo coram Episcopis ad ipsum voluerit præstitisse.

XXV.

Voluimus hic Episcoporum recensuisse nomina, quod omnes fermè magnæ famæ Antistites fuerint, quorum apud Sidonium mentio habeatur: nam Auxanius primo loco positus, in Lucidi epistolæ inscriptione Auxianus legitur; quem illum puto huius temporis Episcopum, apud Sidonium mendosè *Aulianum* nominatum in antiqua lectione, quâ mendosius recens habet *Iulianum*. Est mentio Auxanij, qui & Auxamius scriptus reperitur, in epistola Hilari Papæ ad Leontium & alios Episcopos de controuersia inter eum atque Ingenium Ebredunensem Episcopum. nominatur & Faustus ad quem extat Sidonij epistola [c]. Pragmarius item, qui habetur ordine quintus, idemque sanctus [d], ad quem extant litteræ Sidonij [e], fuit iste Episcopus Augustudunensis, idemque notus in Concilio Epaunensi. Patiens, qui sequitur ordine sextus, & ipse inter Sanctos relatus, fuit Episcopus Lugdunensis, de quo sæpè idem, qui suprà Sidonius [f] meminit, nosque plura de eo in nostris Notis. Euphronij pariter, qui numeratur septimus, memoria apud Sidonium [g] viget, quem sanctum nominat: sicut & Megetij, ad quem eiusdem Sidonij extat epistola [h]. Claudius, qui ordine sequitur nonus,

[c] Sidon. l. 6. ep. 8.
[d] Mart. Rom. 22 Nou.
[e] Sidon. l. 4. ep. 8.
[f] Sidon. l. 5. ep. 14.
[g] Sidon. l. 5. ep. 21.
[h] Sidon. l. 7. ep. 5.

Episco-

Episcopus fuit Bisuntinus, idemque inter Sanctos memoria[a] celebris, qui item subscriptus legitur Concilio Epaunensi. De Leucadio nihil inuenimus. Iulianum verò, qui vltimo loco ponitur, illum putamus fuisse, qui Carpentoratensem rexit Ecclesiam, Epaunensiq; subscripsit Concilio.

[a] Martyr. Rom. 6. Iun.

XXVI. At subijciamus hîc eiusdem Lucidi epistolam, quam ad alium Episcoporum Conuentum in detestationem eorundem errorum his verbis conscripsit:

EPISCOPI SYNODI LVGDVNENSIS.

Dominis beatissimis in Christo reuerendis Patribus, Leontio, Euphronio, Fontejo, Viuentio, Mamerco, Patienti, Viriato, Auxiano, Fausto Megetio, Paulo, Graco, Eutropio, Basilio, Leontio, Claudio, Leucadio, Pragmatio, Marcello, Pratextato, Iuliano, Amicali, Ioanni, Opilioni, Licinio, Viuentio, Theophrasto Episcopis Lucidus.

Correctio vestra, salus publica; & sententia vestra, medicina est. Vnde & ego summum remedium duco, vt praeteritos errores accusando excusem, & salutifera confessione mea diluam.

XXVII. LVCIDI FLNA CONFESSIO.

Proinde iuxta praedicandi recentia statuta Concilij, damno vobiscum sensum illum, qui dicit, humanae obedientiae laborem diuinae gratiae non esse iungendum.

Qui dicit, post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum.

Qui dicit, quòd Christus & Saluator noster mortem non pro omnium salute susceperit.

Qui dicit, quòd praescientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quòd cum Dei pereant voluntate, qui pereunt.

Qui dicit, quòd post acceptum legitimè baptismum in Adam moriatur, quicunq; deliquerit.

Qui dicit, alios deputatos ad mortem, alios ad vitam praedestinatos.

Qui dicit, ab Adam vsque ad Christum, nullum ex gentibus per primam Dei gratiam, id est, per legem naturae in aduentum Christi fuisse saluatos, eò quòd liberum arbitrium in primo parente perdiderint.

Qui dicit, Patriarchas ac Prophetas, vel summos quosq; Sanctorũ, etiam ante redemptionis tempora, intra paradisum degustasse. Haec omnia quasi impia & sacrilegijs repleta condemno.

XXVIII. *Ita autem asserto gratiam Dei, vt annisum hominis & conatum gratiae semper adiungam, & libertatem voluntatis humanae non extinctam, sed attenuatam & infirmatam esse pronuncio, & periclitari eum, qui saluus est, & eum, qui periit, potuisse saluari.*

Christum etiam Dominum & Saluatorem nostrum, quantum pertinet ad diuitias bonitatis suae, pretium mortis pro omnibus obtulisse: & quia nullum perire velit, qui est Saluator omnium, maxime fidelium, dues in omnibus, qui inuocant illum.

Asserо etiam, per rationem & ordinem saeculorum, alios lege gratiae, alios lege Moysi, alios lege naturae, quam Deus omnium cordibus scripsit, in specie aduentus Christi fuisse saluatos; tamen ex initio mundi ab originali vexu nisi intercessione sacri sanguinis non absolutos.

XXIX. *Profiteor etiam aeternos ignes & infernales flammas sactis capitalibus praeparatas: quia perseuerantes humanas culpas meritò sequitur diuina sententia, quam isti incurrunt, qui haec non toto corde crediderint. Orate pro me domini sancti & Apostolici Patres.*

haec tenùs professio Lucidi secundùm ea, quae à nominatis Episcopis in Synodo definita fuisset, in hoc incumbentibus Patribus, vt errores exploderent illorum potissimùm, qui ex doctrina S. Augustini malè ab ipsis percepta, siue in prauum sensum calumniosè detorta, prauas deduxissent cõclusiones, quasi ex necessitate praedestinationis fatum introduxisset, siue alios errores, quos ompes ante hanc Synodum S. Prosper (vt dictum est) confutauit, cùm aduersus calumniatores doctrinae eiusdem S. Augustini Responsionum quatuor libros conscripsit. Ex cuius sententia ijdem nominati nuper Episcopi eiusmodi emergentes condemnauerunt errores, nulla prorsus de S. Augustino habita mentione, ex quò fonte improbè illi atque falsò asserebant esse deductos: cùm re verâ non ex S. Augustino ista proferre, sed prauis eorum sensibus consentiri iuit.

XXX. Benè quidem hucusque res gesta: sed qui inter eos consedit Faustus S. Prosperi successor Episcopus Regiensis & æmulus, instar cauponis [b], qui miscens aquam vino, non iustificatur peccatis; primùm summam fidem apud Patres inuenit, quod successor esset acerrimi defensoris Catholicae fidei, & Lucidum magni nominis virum ad pœnitentiam perduxisset, meruisseq; laudem apud sacros Synodales conuentus, quibus interfuerunt (vt vidimus) viri sanctissimi atque doctissimi: nam præter recensitos illos, qui Fausti epistolæ subscripsêre, inter eos etiam, ad quos suæ pœnitentiæ Lucidus presbyter libellum direxit, magnus ille adnumeratur Mamercus Viennensis Episcopus, cuius præconia Sidonius Apollinaris posteris satis copiosè testata reliquit: & alij, quorum apud eumdem auctorem celebris fama est, vt Leontius Episcopus Forojulensis, ad quem etiam Faustus libros illos suos inscripsit, & Sidonij extat epistola [c]: Theophrastus, ad quem itè ipsius Sidonij data reperitur epistola [d], sicut & ad Eutropium [e], necnon ad Græcum [f], quem plurimum laudat: itè Ioannes, cuius ejus mentio apud eumdem Sidonium in epistola ad Domnulum [g]: necnon Basilius, ad quem extant ipsius litteræ [h].

[b] Eccl. 26

[c] Sidon. lib. 8 epist. 3
[d] Sidon. lib. 6. epist. 3 & 8 epist. 3
[e] Sidon. lib. 8 epist. 6.
[f] Sidon. lib. 8 epist. 8
[g] Idem lib. 5 epist. 21.
[h] Idem lib. 7. epist. 6.

Quod igitur duorum ista Conciliorum extarent monumenta à Fausto suis libris affixa, quibus visus esset à se editum commentarium illum duobus libris distinctum confirmare voluisse: Cæsarius, quòd videret veuenum eâ arte esse paratum, vt decipere etiam prudentem hominem posset, eodem argumento (vt diximus) Catholicos edidit libros, quos epistola S. Felicis Romani Pontificis cohibuit: cùm econtrà Gelasij Papæ censurâ scripta Fausti inter reiecta sint adnumerata. XXXI.

At non vnus tantùm præstitit hoc Cæsarius, vt scriptis suis Catholicam fidem tuians, Fausti refutare errores: sed & sanctus Auitus Viennensis Episcopus eodem fermè tempore istud ipsum exhibuit, de quo habet ista eiusdem Ecclesiæ Episcopus Ado [i], cùm de Fausto agit his verbis: *Faustus ex Abbate Lerinensis monasterij apud Regium Galliæ Episcopus sanctus, Pelagianum dogma destruere conatus in errorem labitur: vnde qui eius sensus in hac parte Catholicos praedicat (sicut Genna. in illustribus viris scribens) omninò errant. Ita enim liberum arbitrium tam Augustinus, quàm caeteri Catholici in Ecclesia Dei docent, vt illuminatio, virtus, & salus illi à Christo & per Christum & cum Christo sit: Faustus verò iste, ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, vt illuminatio eius, virtus, & salus non à Christo, sed à natura sit. Contra hunc scribit lucidissimè à fide Auitus Viennensis Episcopus, eius redarguens errorem: similiter & Ioannes vir eruditus Antiochenus presbyter.* hæc Ado. XXXII.

[i] Ado in Chron. an. D 492 ERRORES FAVSTI.

Non est quidem, vt pro Fausto aliqua possit in eius defensionem vel excusationem Apologia elaborari, quem constat in vniuerso orbe Catholico impugnatum: Etenim in Occidente Cæsarius & Auitus doctissimi atq; sanctissimi in Gallijs Episcopi aduersarijs eum scriptis exagitarunt, eumdemq; in Africa S. Fulgentius Ruspensis Episcopus septem libris vehementissimè oppugnauit, de quibus Isidorus [k]: *Legimus de Gratia Dei & libero arbitrio Fulgentij libros Reiorum septem, Fausto Gallo Regiensis vrbis Episcopo Pelagianae prauitati consentienti respondentes: quibus vtique eius profunditatem destruere conatus est.* hæc ipse: sed qui præstant his omnibus Felix atq; Gelasius Romani Pontifices eadem Fausti scripta reiecerunt: vt planè vniuersum Occidentalem orbem in eosdem libros insurrexisse, eosdemq; oppugnasse, atq; hæresis condemnasse, manifestum sit. XXXIII.

[k] Isidor. de Vir. Illustr. cap. 14.

In Oriente verò non vnus duntaxat (quem refert Ado) Ioannes presbyter Antiochenus eos Fausti libros refellit, sed Orthodoxi fermè omnes, obnitentibus contrà & turbas mouentibus Constantinopoli Scythiæ monachis, qui de his libellum obtulerunt legatis Hormisdæ Papæ Constantinopoli agentibus: quem cùm illi recipere noluissent, ipsi Romam profecti eumdem Pontificem conuenêre. XXXIV.

Sed ad Possessorem Episcopum ea de re ipsum Pontificem litteris itidem consulentem, de Fausti libris illa rescripsit Hormisda: *Hi verò, quos de Fausti cuiusdam Galli Antistitis dicitis consuluisse, litteris indicastis, id sibi ipsi visum habeant: Neque illum, neque quemquam, quos vt auctoritate Patrum non* XXXV.

recipit examen Catholicæ fidei, aut Ecclesiasticæ disciplinæ ambiguit atem posse gignere, aut religioni præiudicium comparare. Fixa sunt à Patribus, quæ Fideles sectari debeant instituta. & post nonnulla: De libero tamen arbitrio & gratia Dei, quod Romana, hoc est, Catholica sequatur & seruet Ecclesia, licèt in variis libris beati Augustini & maximè ad Hilarium & Prosperum posit agnosci; tamen in scriptis Ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si tibi desunt & necessaria creditu destinabimus. hæc & alia Hormisda Papa ad Possessorem Episcopum Africanum; quibus valeas intelligere libris illis Fausti ab omnibus contradictum, & à sede Apostolica, Catholicaq; Ecclesia eosdem esse reiectos. Sed de scriptis Hormisdæ ad Possessorem suo loco uberiùs agendum erit. Quinam autem colligantur ex Fausti duobus libris illis errores scriptis S. Augustini & sententiæ Catholicæ Ecclesiæ aduersantes, tu vide illos collectos à Maxentio in Responsione ad Hormisdam Romanum Pontificem[a], vbi in pluribus Faustus declaratur hæreticus.

a Extat ipsa tom. 4. Bib. sanct. secunda edit.

XXXVI. FAVSTI LATEBRA DETEGVNTVR.

Videre namque est, eumdem Faustum in conuentibus sanctorum Patrum, vt Saul inter Prophetas, Prophetam & ipsum apparuisse, eadem cum illis sentientem: sed priuatis posteà scriptis dolosâ arte totâ de institutione hominis destruxisse sententiam, dum captiosè videri volens pugnare contra Pelagium, Pelagio fauisse deprehensus est. Eiusmodi planè erant Pelagianorum, immò & Pelagij ipsius, (vt superiori tomo ostensum est) fallaces artes; dum videri volentes eam hæresim confutare, eamdem firmiùs stabilirent. Cùm igitur Fausti sententiæ vbique ab Ecclesia Catholica fuerit contradictum; videant, quanto periculo quidam ex recentioribus, dum incautiosè in Nouatores insurgunt, vt eos confutent, à S. Augustini sententia de prædestinatione recedunt, cùm alioqui arma nõ desint, quibus aduersarij prosligentur.

XXXVII.

At non his contentus nouus dogmatista, nouas in Ecclesia astruere conatus est sententias, cùm illud insulsum edito scripto importunius inuexit, vt assereret animas esse corporeas. Extat hactenùs ipsius ea de re elucubratio in opusculo, quod inscripsit de Creaturis, in quo quidem miram quamdam deteximus hominis in erroribus astruendis calliditatem ne, an dicam nequitiam? cùm, vt lectorem decipiat, abutens S. Hieronymi nomine, eam ex eodem auctore sententiam citat, quâ ille[b] Origenistas impugnat. Audi, rogo, Fausti verba: *Sicut in quodam*[c] *Hieronymi tractatu legimus: Globos (inquit) siderum comparatos esse spiritus arbitrantur.* At quam procul ab hac sententia sanctus Hieronymus fuit, qui Origenistas ex philosophorum scholis deducentes ista figmenta ad corpora glorificata deridet? Verùm eiusdem mendaciorũ latebras & captiosas fallacias detexit & confutauit Claudianus Mamarci[*] Episcopi Viennensis germanus, tribus disertissimis libris ad Sidonium Apollinarem conscriptis, quos ideò Sidonius luculenta laudauit epistola[c]. Sed cũ eximia illa præconia in ignominiam Fausti vertantur, euersus quem Claudianus disputauit: planè intelligere potes eius erga Faustum priores affectus friguisse, immò & in contrarium esse conuersos.

b Hier. ep. 27. & contra Ioan. Hieros. CLAVDIANVS TAVSTVM CONFVTAT. *Mamerti

c Sidon. li. 4. epist. 3. & in præf. Claudian. oper.

XXXVIII.

At quòd in talem tantumque virum incidimus, eius obuiam veneremur sepulchrum, & sacros cineres saluteremus. Verùm de eius excellentia ante dicendum, & quæ de eo præmittit Sidonius, in medium adducenda. Qualis enim, quantusque fuerit Claudianus cognomento Mamercus, pollens vnà cum Theologicis facultatibus, cæteris quoque scientijs, ipsi ijdem tres libri sunt indices: vt planè veritatis assertorem, non autem adulatorem Sidonium fuisse cognoscas, cum duabus epistolis eius scripta cumulatissimè laudat, alterâ ad ipsum, alterâ ad Hypsidium datâ. Sed quod præstat in Claudiano, illud est, quòd ad scientiæ cumulum haud angustiori mensura probitatem adiecit; vt paucis verbis istis Sidonius declarauit in alia ad ipsum epistola data[d]: *Cùm precatu Deum placas, eumdem non modò amicis, sed & ignotis conciliat: Cùm scripturarum cælestium mysteria rimaris, quò te studiosiùs imbuis, eò doctrinam cæteris copiosiùs effundis: Cùm tuas opes in vsus pauperum prodigis, tibi quidem maximè, sed alijs quoque consulentem facias, &c.*

QVALIS CLAVDIANVS.

d Sidon. li. 4. epist. 2. vet. edit. & inter scripta Claud. tom. 4. Bibl. sanct. per eram autem in edit. Tornesiana sub titulo legitur Claudiani.

Et in epistola ad Petreium[e], post multa, quibus excellentem viri doctrinam commendat, hæc de eius sanctis operibus, quibus sacerdotium decorabat, addit: *Cæterùm cætera quis competenti præconio extollat? quòd conditionis humanæ per omnia memor, clericos opere, sermone populares, exhortatione mœrentes, destitutos solatio, captinos pretio, ieiunos cibo, nudos vestimento consolabatur; pariter & super hæc plura replicare superfluum est, nam merita sua, quibus diuitem conscientiam cælesti pauperatus locupletauit, spe futuræ retributionis celare plus studuit, &c.*

e Sidon. li. 4. epist. 11.

XXXIX. CLAVDIANVS PRESBYTER. NON EPISCOPVS.

At ne contingat quempiam errare ex nomine, velex munere, non hic Claudianus (vt aliqui opinati sunt) Viennens. Episcopus fuit, sed presbyter germanus S. Mamerci Episcopi Viennensis: nominant eum presbyterum Gennadius[f] & Ado, sed & Sidonius pariter id ipsum affirmat, additq; eumdem fratri accessisse Vicarium, siue dixeris Corepiscopum: vnde rursò redarguas eos, qui hunc ipsum Viennensem Episcopum appellant. Accipe de eo quid Sidonius subdat[g]: *Episcopum fratrem maiorem natu affectuosissimè obseruans, quem diligebat vt filium, cùm tamquam patrem reuereretur. Sed & ille suspiciebat hunc granditer, habens in eo consiliarium in iudicijs, Vicarium in Ecclesijs, procuratorem in negotijs, vultum in gestu, adijs, tabularium in tributis, in lectionibus comitem, in expositionibus interpretem, in itineribus contubernalem, &c.*

f Gennad. c. 83.

g Sidon. li. 4. epist. 11.

XL.

Constat autem Claudianum ante Mamercum fratrem ex hac vita subductum; cui Sidonius Apollinaris hoc in eius sepulchro epitaphium scripsit, quod ad Petreium misit:

EPITAPHIVM CLAVDIANI.

Germani decus & dolor Mamerci,
Mirantum vnica gemma Episcoporum,
Hoc dat cæspite membra Claudianus:
Triplex bibliotheca quo magistro,
Romana, Attica, Christiana fulsit:
Quam totam monachus virente in euo
Secretâ bibit institutione,
Orator, Dialecticus, Poëta,
Tractator, Geometra, Musicusq;
Doctus soluere vincla quæstionum,
Et verbi gladio secare sectas,
Siquæ Catholicam fidem lacessunt.
Psalmorum hic modulator & phonascus,
Ante altaria, fratre gratulante,
Instructus docuit sonare classes.
Hic solemnibus annuis parauit,
Quæ quo tempore lecta conuenirent.
Antistes fuit ordine in secundo
Fratrem fa sceleuans Episcopali.
*Nam de Pontificis honore * summi*
Ille insignia sumpsit, hic laborem.
At tu quisq; dolet, amice lector,
De tanto quasi uir viro superfsit,
Vdu parce genis rigare marmor.
Mens & gloria non queunt humari.

hactenùs epitaphiũ. Inter alia autem Claudiani scripta recenset Ado libũ vnum expositionis extremæ partis in Ecclesiasten; at non extat: sed & aliæ perierunt florentissimi ingenij lucubrationes, non sine iactura Ecclesiasticæ antiquitatis.

* tenore.

XLI. S. MAMERCI OBITVS.

Qui verò ei superstes fuit eius germanus Mamercus Viennensis Episcopus, haud diu eam Ecclesiam gubernauit: mortuus est enim clarus sanctitate; cuius ex hac vita ad Deum transitus dies solemnibus ritibus consecratus à posteris anniuersariâ memoriâ celebratur quinto Idus Maij. Successit huic Ifficius (siue potiùs dixeris Elichius) ac post eum Auitus, qui (vt ex Adone dictum est) aduersus Faustum stabilire conantem Pelagianum errorem commentarium scripsit.

XLII. DAMNATO ERRORE.

Porrò Faustus ipse, cũ eius fallaciæ detectæ essent, quibus conatus est reuellere Pelagianas scrobes in lapsũ simplicium, abalienauit à se animos Episcoporum, atq; decessit ingloriosus: quem miramur ab aliquibus imprudenter sanè inscribi Sanctum. Ista quidem priori editione ex adductis diuersorum scriptis alijs misse, non indecens quidem fuit. At verò ex postea cognitis & adductis, rursus ad

indi-

iudicium ipsum reuocandum, haud existimamus indignum, cùm tamen de eius scriptis immotæ maneant sententiæ Patrum. Quod enim vsque ad hæc tempora nostra eundem Faustum cõtinuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, à quo ipsum Molanus primum expunxit: quod etiam vt accepimus, Ecclesia Regiensis in Gallia, vbi ipse sedit Antistes, semper eum vt Sanctum coluerit, celebrans eiusdem natalem decimaseptima Ianuarij: ibique in eius memoriam antiquitùs erecta basilica, ius nominis titulo insignita hactenùs eius cultu à Fidelibus frequentetur: quodque tot sæculis, Christiano orbe spectante, Ecclesia Romana tacente, nemine penitùs (quod sciatur) cõtradicente ista eidem Fausto exhibita intelligantur: opinari non prohibemur, de eodem Fausto accidere potuisse (quod de multis viris sanctis asseritur) quod delinquens erauerit, cùm quæstio illa fuerit auctoritate Sedis Apostolicæ definita, & eius opinio aliorum Patrum sententia condemnata, ipse suum errorem fuerit scriptis contrarijs detestatus, quæ potuerint, vt alia quamplurima periisse; vel ipsum ante suorum scriptorum factam ab Ecclesia damnationem diem obijsse (incertus est enim eius obitus annus) habentem in animo in his sequi, quod sequendũ doceret Ecclesia. Ita quidem ipsum compositum animo fuisse, alijsq; innotuisse, inde facilè potest intelligi, quod semper (vt indicant Acta Conciliorum Arelatensis & Lugdunensis superiùs recitata) communicationem habuit cum sanctissimis Orthodoxis Galliarum Episcopis. Maneat igitur Fausto integra iura sua, nec ex nostris scriptis sentiat præiudicium: neq; priuato iudicio nouitati liceat conuellere antiquitatem; sed multò magis obstupescimus eundem ab alijs redigi in classem monachorũ ordinis S. Benedicti, cùm antequàm idem Sanctus auspicaretur vitam monasticã, iam Faustus senex ex hac vita decessisset, iam longè, antequàm idem Benedictus nasceretur, creatus Episcopus. Hæc igitur de his satis; quæ diuersis temporibus actitata, hìc in vnum oportuit collegisse, vt perdifficilis quæstionis causa faciliùs percipi posset.

XLIII. HONORATI EPISC. MASSIL. SCRIPTA PROBATA.

Qui autem occasione scriptorum Cæsarij à Gelasio Papa probatorum ad ista digressi sumus, prætermittere minimè debemus, & S. Honorati Massilienſis Episcopi huius temporis scriptoris luculentissimi scripta ab eodem Gelasio Papa fuisse pariter comprobata. Viu namq; venisse videtur, vt Romani Põtifices, quæ essent scripta Catholica, cognoscerent, cognita que probarent. Porrò de Honorato ista habet Gennadius eiusdem Massilienſis Ecclesiæ presbyter [a]: *Honoratus Massiliensis Ecclesiæ Episcopus, vir eloquens, & absque vllo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesia declamator: & quia à pueritia in timore Dei crescens, etiam in negotijs Ecclesiasticis exercitatus est, os suum quasi armarium aperit, & in homiliarum modum ad vtilitatem legentium multa componit, maximeq; ad colendam fidei rationem, & reuincendam hæreticorum peruersitatem. In cuius vera prædicandi* * *confidentia non solùm vicinarum ciuitatum sacerdotes & populi delectantur, sed & longè positi, cùm ad eos necessariò pergit, summam eidocendi in suis Ecclesijs rogantes iniungunt. Sanctus quoque Papa Gelasius Romanæ vrbis Pontifex per scripturam cognoscens eius fidei integritatem, rescripto suo probatam indicauit.* erant hæ Apostolicæ literæ, quibus innotescebat, commentarium illum vt consentientem in omnibus Catholicæ veritati ab omnibus absque offensionis scrupulo tutò legi posse. Sed subdit hæc demùm idem Gennadius de eiusdem Honorati reliquis scriptis: *Sanctorum Patrum Vitas ad ædificationem posterorum coaptat ipse legendas, præcipuè nutritorum suis sanctis Hilarij Arelatensis Episcopi. Litanias ad supplicandam Dei clementiam cum plebe sibi credita prouiribus agit.* hæc ipse, cùm adhuc Honoratus superstes esset, Ecclesiasticis officijs totus intentus. At quod ingemiscendum est, omnia disertissimi viri nobilia perière monumenta, quæ digna æstimata sunt, vt à doctissimo viro Gelasio cognita probarentur.

[a] Gennad. de Script. Eccl. c. 99. DE SCRIPTIS HONORATI EPISCOPI MASSILIENSIS. * prædicanda

XLIV. GENNADII AD GELASIVM SVA DIRIGIT SCRIPTA

Imitari voluit, vt par erat, suum Episcopum Honoratum ipse Gennadius presbyter Massilienſis, dum à se scriptum de fide librum ad eundem Gelasium Romanũ Pontificem misit. sed non sicut ille ab ipso probatus apparet: non enim id ipse tacuisset de eo testati, qui ad postremum sua recensens scripta (vt Suffridi editio habet) ait hæc [b]: *Ego Gennadius Massiliæ presbyter scripsi aduersus omnes hæreses libros octo, aduersus Nestorium libros sex, aduersus Pelagium libros tres, & tractatus de mille annis. Et hoc opus de fide mea misi ad B. Gelasium vrbis Romæ Episcopum.* hæc ipse postremo capite, quo licèt complura exemplaria careant, tamen re verâ Gennadij esse comprobat & Scholiastes [c].

[b] Gennad. de Script. Eccl. c. 100 c Suffrid. præf. ad Gennad.

Sed quòd tradat, se ad Gelasium suas misisse lucubrationes, & non ita de eis, sicut dixerat de Honorati Episcopi scriptis, ab ipso Gelasio probata, & scriptione munita testetur: planè intelligi posse videtur, illa non absque erroris nube esse inuenta. Sed ſ ita est, inquies: cur Gelasius non ea inter improbata scripta reiecit? Ad hæc dici primùm potest, librum Gennadij ad Gelasium esse missum, postquàm illud Romanum Concilium, in quo de his actum est, fuerat celebratum; vel (quod verius est) ipsam Gennadij lucubrationem fuisse eiusdem curâ Gelasij perpurgatam, vt quæ proxim. dicturi sumus, ostendent. Cæterum quod ad Gennadij doctrinam spectat, ipsum aliquando æquè ac Faustum impugnando Pelagium, fauisse Pelagianis ejus ibus, qui eius scripta accuratè perlegerit, intelliget. Videas ipsum insuper & in hoc ipso de Scriptoribus Eccles sticis libello plus satis fauere Pelagianis, eos verò impugnare, qui illis sunt aduersati, vti superiùs sæpè demonstratum est; in illam verò Pelagianorum classem reijciendum, qui intrinsecùs fauentes Pelagianis exteriorbus, exteriùs viris sunt impugnare Pelagium: vnus planè hic fuit ex presbyteris illis Gallicanis, de quibus Prosper & Hilarius apud sanctum Cælestinum Papam conquesti sunt; aduersus quos extat eiusdem Pontificis ad Galliarum Episcopos data epistola; cõtra quos etiam Concilium Arausicanum collectum esse, suo loco sugeriùs dictum est: collega enim hic fuit Cassiani eiusdem Massilienſis Ecclesiæ presbyteri, licèt ille ætate prouectior, eâdemque fuligine denigratus, cuius iste videtur affectat as esse vestigia.

X°. V. DE GENNADIO FAVENTE PELAGIANIS.

XLVI.

Quod autem extat eiusdem Gennadij opus de Definitionibus Orthodoxæ fidei, siue de Ecclesiasticis dogmatibus [d], & in aliquibus codicibus sub Augustini nomine falsò admodùm iouebatur, à maioribus omnibus Gennadij cognitum esse, qui censuram opposuit, probè docet. Porrò hunc Gennadij librum, illum ipsum esse, quem ad Gelasium de fide à se scriptum ipse Gennadius tradit, æquè intelligi potest, sed Gelasij præcepto emendatum. ipsum enim auctorem in meliorem frugum esse traditum, factumque plenè Catholicum, & vitâ laudabilem, assumptum posteà ad eiusdem Ecclesiæ Massilienſis Episcopatum, vt dicamus, Hadriani Papæ in epistola ad Carolum Magnum de eodem Gennadio elogium persuadet, quod sic se habet [e]: *Sanctissimorum Pontificum hæc acta sunt testimonia, id est, S. Gennadij Massiliensis Episcopi, qualiter veneranda sunt corpora & reliquiæ Sanctorum, capite quadragesimo, vbi ait: Sanctorum corpora & præcipuè beatorum reliquias ac si Christi membra sinceriſſimè honoranda, & basilicæ eorum nomine appellatæ, veluti loca diuino cultui mancipata, affectu purissimo & deuotione fidelissimâ adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit, non Christianus credatur* *, *sed Eunomianus.* Hæc ex ipso Gennadio Hadrianus, accepta (vt apparet) ex commentario illo, de quo modo mentio facta est, de Ecclesiasticis dogmatibus, capite septuagesimotertio: quæ enim à capite vigesimoprimo eiusdem commentarij vsque ad quinquagesimum secundum interiacent, non esse Gennadij, sed Gennadij correctoris, optimè obseruauit doctissima schola Louaniensis: fuerit ne id factum censurâ Gelasij, librum ad se missum cognoscentis & emendantis, vel eius iussione alius aliquis id præstiterit, haud affirmare omninò auderem, vel negare. At de Gennadio hactenùs, quem librum illum scripsisse circa exordia Imperatoris Anastasij assequi licet, cùm de Gelasio Papa agens ipsum vitâ functum esse ait sub Anastasio Imperatore, quem cõstat primo Anastasij anno nondum absoluto vitâ functum esse. Quod verò de reliquis scriptoribus, qui post hæc floruerunt, nihil scribat Gennadius, vt de Auito Episcopo Vien-

[d] Extat apud Aug. in appendice ad to. 3 pag. 280. edit. Plant. GENNADIVS REDDITVS OMNINO CATHOLICVS.

[e] Hadr. epist. ad Carol. Mag. to 3 epist. Rhenan.

* sed Eunomianus & Vigilantianus cẽdidit.

nenſi, & alijs: ſatis poſſe intelligi videtur, iam editum librum eſſe, ipſo (vt dictum eſt) exordio eiuſdem Anaſtaſij Imperatoris.

XLVII. ARBITER SCRIPTORVM OMNIVM ROMANVS PONT.

Rurſum verò quod pertinet ad libros à diuerſis auctoribus ſcriptos ad Gelaſium Romanum Pontificem miſſos, non Occidentales tantùm id præſtitiſſe nſcuntur, ſed etiam Orientales. Photius enim in Bibliotheca meminit de Ioanne Orthodoxo Epiſcopo Alexandrino, ſcriptam ab eo Apologiam, quâ damnauit Pelagianos, eorumque primos auctores atque patronos Pelagium, Cæleſtium, & Iulianum, & ſe ipſum oſtendit Catholicis in omnibus cõſentire dogmatibus, hæreticorumq; omnium ſententijs penitùs aduerſari. Vides igitur in vniuerſa Eccleſia Catholica Romanum Pontificem præſidere ſolitũ arbitrium ſcripturarum, & quidem non præſentium tantùm, ſed etiam præteritorum auctorum: vt ea eſſe probata vel improbata omnes ſcirent, quæ ipſa Romana Eccleſia reciperet, vel reijceret, cuius cenſura in Romano Concilio à Gelaſio Papa poſt alios edita reperitur, vtpotè quòd & ſcientiæ clauem apud eam eſſe, maiores omnes Orthodoxi abſque controuerſia aliqua intellexerint, atq; opere profeſſi ſint. Sed de his mòdò hactenùs.

XLVIII. PETRVS MOGVS MORITVR, ATHANASIVS SVROGATVR.

Quòd verò ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ, hoc anno ſedis Alexandrinæ inuaſor nefandus cognomento Petrus Mogus moritur, cùm ſediſſet (numerando à tempore obitûs Timothei Orthodoxi) annos tredecim, quibus inſtar feræ beſtiæ depaſtus eſt vineam Domini: adeò vt Eccleſia nobiliſſima, quæ primum poſt Romanam locum obtinuit, à Catholica & Apoſtolica communicatione diuiſa, ceu palmes è vite præciſus, languerit penitùs & aruerit, vixque poſt plurimos annos reuiuiſcere, reddità pace, ualuerit. Ad hunc vſque annum peruenìſſe Mogum, & erraréque eos, qui dixerunt antehac morte præreptum, ex eo perſpicuè declaratur, quòd vixit aliquo tempore ſedis Euphemij, cùm, reſte Euagrio, ambò inter ſe conflictarent, alterò aduerſus alterum cogente Synodos. Subtracto itaque de luce hac impio, & demerſo cum impijs in tenebras exteriores, in locum eius ab hæreticis hæreticus pariter eſt ſubrogatus Athanaſius ſede illa ac nomine prorſus indignus. fuit hoc cognomento Herniоſus, Palladio æquè hæretico communicatione coniunctus: de eo Euagrius, Nicephorus, Liberatus Diaconus, Leontius Scholaſticus, & alij hiſtorici veteres meminerunt, & licèt res ab eo geſtæ vtpotè filij tenebrarum obſcuræ remanſerint. hoc tantùm de illo Leontius habet, quòd cùm Petrum Mogum reciperet, cum ipſo non communicabant Acephali.

XLIX. PAGIVS PATRICIVS OCCIDITVR A ZENONE.

Sub huius quoque anni Conſulibus (inquit Marcellinus in Chronico) *Zeno Imperator, in inſula, quæ Paganorum dicitur, Pelagij gulam laqueo frangi præcepit.* hæc ipſe. At non ita leuiter magni penderis factum prætereat, ſed accuratiùs pertractemus: Iſte ſiquidem Pelagius (quod ſuperiùs diximus) ſummâ animi alſtudiæ atque conſtantiâ ſolus aggreſſus eſt agere, quod nec reliqui omnes Comites Imperatoris, vel ipſi Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopi auſi ſunt pertentare; nempe monere impuriſſimum atque ſæuiſſimum Principem, vt à nefandis perpetrandis iceleribus deſiſteret, cuius rei causà mortem illam ſibi nobilem comparauit, omni vitâ maiorem: vtpotè magnum Baptiſtam imitatus, Principem arguendo, æquè cum eo accepit pro mercede à diro tyranno ſupplicium, imò coronam, quæ eſum terræ cæloq; reddidit gloriоſum. Rem geſtam breuiter à Cedreno narratam accipe:

L. PELAGII IVSTÆ ADEVM PRECES.

Interfecit etiam (inquit) *Zeno Imp. Pelagium Patricium, virum præclarum, & carminum ſcriptione inſignem; quòd is pro ſua prudentia & iuſtitia libertatem dicendi ſibi ſumens Zenonis nefanda facinora palàm inceſſebat. Horiturus autem, manibus ad cælum erectis, Deum omnium gubernatorem ſic eſt precatus: O iuſtiſſime Deus, mihi quidem iniuſtiſſimè mors infertur, propterea quòd libero ore Zenonis multa facinora violenta repreſi, & quòd fatuum eius fratrem nolui Cæſarem deſignari. Tu autem Domine omnipotens, qui iuſtitiæ rationem habes, quamprimùm eorum ſcelerata homicidia punito. Extat hiſtoria ab eo ſcripta verſibus ab Auguſto Cæſare exorſa. Homerocentra etiam compoſuit, & alia quamplurima laude digna. Zeno autem Zoſimum prætereà interfecit Rhetorem & Gazæum, & Arcadium Præfectum, aliosq; illuſtres viros.* hæc Cedrenus.

LI. QVARTVS MAGNI PRIMVS TE TV- LERAT. VTR. a Gen. 4.

Porrò innocentiſſimi Pelagij preces implorantis à Deo iuſtiſſimam aduerſus ſceleſtiſſimum Imperatorem vindictam quàm citiſſimè exauditæ ſunt; neq; enim elapſus eſt ausus, cùm Zeno terribilem à Deo irato vltionem excepit: quomodò autem id acciderit, anno ſequenti dicturi ſumus. Sic namque ſæpeſæpiùs acciduſſe vidimus, vt cùm Deus ob populi peccantis delicta ſinat ſæuiſſimos tegnare interdum tyrannos, qui ſceleſtos pœnis addicant, potiſſimùm verò potentes, qui impunè hactenùs deliquiſſent: cùm verò ijdem Principes & innoxium ſanguinem effundere non ſunt veriti, clamante illo ſicut ſanguine Abel[a] ad Dominum, mox & ipſi Deum vindicem experti ſint, ac iure quidem: Nam cùm omnis poteſtas à Domino Deo ſit, tamen non niſi ad vindictam malorum (vt ait Petrus[b]) laudem verò bonorum eiſdem Principibus à Deo gladius impertitus eſt: quem cùm iniquè in innocentes conuertunt, ab eis à Deo, qui dedit, auferetur, fitque ſecundùm imprecationem Propheticam[c]: *Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.* regni namq; ſimul & vitæ diſpendia miſerrimè patiuntur: ſicut & Zeno diu toleratus à Deo, licèt impurus, licèt hæreticus, licèt auarus & iniquus, expertus eſt: cùm enim in Pelagium virum innoxium atq; timentem Deum gladium cõuertit, in ſe ipſum cælo vindictam eduxit.

b 1. Pet. 2.

c pſal. 36.

LII. QVÆ IN TERAS ORTVM DE IN- HONE- ſeries. Le- uum.

Cùm autem innocentis Pelagij Patricij obitus anditus eſſet, præter ea, quæ Zeno in Catholicã Eccleſiam in dies magis magisque peccaret, magnus bonorum auctus eſt mœror. Sed quæ tum Leontius monachus, qui diuinas literas profitebatur, dixerit, accipe à Suida, vbi de ipſo agit his verbis[d]: *Leontius monachus ſub Zenone, cum occulta Scriptura loca propheticâ gratiâ declararet, multos ſtudioſos habuit aſſeclas. Cum verò quidam Imperatoris portenta contra Eccleſiam moleſtè ferrent: Non (inquit) miranda ſunt ea, quæ ſiunt ab homine ad Imperium ab hominibus adſcito, cùm* e *Saul diuino ſuffragio Rex deſignatus Abimelech ſanctiſſimum ſacerdotem & eius filios in domo Domini gladio confecerit. Alijs autem dubitantibus, & ingenium eius è manſueto ſeuum factum eſſe opinantibus, quòd initio Imperij quædam pollicitus eſſet, quæ ad bonum tenderent: Non mutauit (inquit) naturam, ſed in rebus ſecundis improbitatem declarauit, longo tempore illi Conſulis metu diſſimulatam. Idem Leontius cùm quidam Clementis Stromathei librum legeret, & ad locum peruenìſſet, quo ille viros deridet, qui faciem meretricio more pingunt & capillos tingunt, dixiſſet ſi, Leontius: Nam quiſquam eſt præter Imperatorem, qui capillos tingat, aut fucet faciem? Monachus alius ſubiecit: Nos vniuerſi de homine dubitamus, num is vllo modo ſuſtineret ornatu mutare naturam: nec tamen hoc facere putauimus Imperatorem. Peraguntè ſanè deriſerunt monachi eos, qui naturam virilem tranſformare in muliebrem ſtudent.* hactenùs Suidas de Leontij viri doctiſſimi ſalibus in Zenonis puroribus accommodatis.

d Suidas in verbo Leontius.

e 1. Reg. 22.

LIII. *Hoc eodem anno ſub notatis Conſulibus, ad Duram fluuium* (inquit Caſſiodorus[f].) *Odoacrem Regem dominus noſter Theodoricus tertio certamine ſuperauit: qui Rauennam fugiens, obſidetur incluſus.* hæc ipſe: ſed Marcellinus ſub anni ſuperioris Conſulatu hæc refert. At præferendus fide Caſſiodorus, qui res antè oculos poſitas ſcripſit; cuius auctoritate etiam liquet triennium interlapſum, vſquequo Odoacre occiſo, Theodoricus abſque alicuius obice totâ eſt potitus Italiâ. Id ipſum Iordanus & atque Procopius[h] tradunt.

f Caſſiod. in Chron. ODOACER ITERVM VINCIT- TVR ET OBSIDI- TVR.

g Iordan. de rebus Get.

h Procop. de bello Goth. lib. 1.

IESV CHRISTI
Annus 491.

FELICIS PAP. 9. — ZENONIS IMP. 18. ODOACR. REG. 16.

QVI ſequitur annus Domini quadringenteſimus nonageſimus primus, vnius tantummodò Olybrij Conſulis nota inſeritur Faſtis. Extat ad Olybrium Ennodij

I. DE OBITV ZENONIS IMP.

carmen, & plures familiares epistolæ, ex quibus præter auitam eius insignem nobilitatem, doctum ipsum fuisse atque pium cognosces. Cuius Consulatu (vt Cassiodorus atque Marcellinus tradunt, & alij omnes absque controuersia vlla consentiunt) Zeno Imperator finem viuendi fecit. Mortuum tradunt hoc anno, sed quo mense & die, ab antiquis non proditur, à recentiore suo arbitrio nonitur octauo Idûs April. Sed quo mortis genere, accipe de pauendo Dei iudicio quid dicant historici; atque primùm Euagrius [a]: *Cùm autem Zeno abscij, liberis decimo septimo regni sui anno consecto esset, comitiali morbo extinctus est, &c.* At audi Cedrenum [b]: *Fertur* (inquit) *fama, Zenoni à quadam diuina potestate fuisse caput abscissum, vt ea re conspectum hominum fugeret, solaq; cute caput cum ceruice contingeretur.* sed haud est recepta sparsa vulgo sententia. Verùm illud magis certum, ipsum quidem morbo comitiali arreptum, adeò vt videretur mortuus, viuentem verò fuisse sepultum: nam idem subdit: *Itaq; vxorem & cubicularios propriæ saluti consulentes, mortuum in asserè iacentem reliquisse: diluculo tandem quendam eum nulla necessitudine attingentem sindonem cadaueri intexisse. Satellites porrò, qui ad sepulchrum, in quo repositus fuit, custodiendum erant collocati, retulerunt, se per duas noctes lamentabilem vocem audiuisse ex sepulchro elatam: Miseremini & aperite mihi. Cùm illi dicerent, eum iam imperare: Nihil, inquit, curo: In monasterium me adducite. Sed cùm non aperirent, ferunt aliquantò post monumentum fuisse reclusum, inuentumq; in eo Zenonem, qui præ fame suos ipse lacertos manducarat, & caligas, quas gestabat. Quia crebrò comitiali correptus morbo, quæ ipso adhuc viuente Ariadna Zenonem amabat, eadem mandauerat custodijs regij sepulchri ne aperirent.* hæc Cedrenus.

Zonaras autem alias causas, vt viuus sepeliretur, enarrat his verbis [c]: *Tradunt enim quidam, eum gula & ebrietati indulgentem errore mentis affici solitum, & prolapsum à mortuo nihil desiisse. Cum verò ipsi etiam coniugi Ariadnæ inuisus esset, sic inebriatum, pro mortuo in monumentum Imperatorium ab illa conclusum, lapide maximo, qui pro operculo esset, imposito: factumque sobrium, vociferatum quidem esse lamentabiliter; sed neminem curante, miserè periisse. Alij dicunt, cùm ægrotus acerbissimis doloribus vrgeretur, pro mortuo habitum, & in sepulchro positum, ibique expirâsse, lamentantem, & domesticos implorantem, cùm Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut quicquam illum curaret.* hæc Zonaras. Verùm Euagrius asserens eum comitiali morbo extinctum, haud his repugnat: mortuus enim creditus, & vt mortuus sepultus est.

Hunc tandem Zeno consecutus est finem, postquàm annos septemdecim & menses quinque (vt habet Marcellinus) imperâsset, digno vitâ impiâ atq; probrosâ exitu consummatus, & horrendâ morte præreptus, vt viuens inter mortuos deputatus sit, qui mortuus inter viuentes, impius inter pios voluit adnumerari, fallens per simulationem Ecclesiæ Catholicæ iudicium; sed Deum minimè decipere potuit, cuius licèt seram, diram tamen vindictam expertus est: vt rei acciderit, secundùm quod de impijs Iob S. vaticinatus ait [d]: *Inuoluta sunt semita gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. Considerate semitas Thema & itinera Saba, & expectate paululum. Confusi sunt, &c.*

Inuolutas planè fuisse semitas Zenonis gressuum, quæ singulis annis de ipso sunt narrata, declarant: Inuolutas dixerim, cùm ad tempus faciem præseferret Catholici Principis, cùm pellens hæreticum tyrannum Basiliscum studet apparere Catholicus; cùm & leges pro fide Catholica sanxit, hæreticos expulit, Orthodoxos in Ecclesias restituit; rursum verò potitus, in tutoque Imperio collocato, rursum hæreticos, pulsis Catholicis, reuocauit. Vt planè tali exemplo apparuerit, maximè infidam esse fidem regnantis hæretici hominis, non ad pietatem, sed ad regni stabilitatem cuncta voluentis, ac suis deq; miscentis. Toleratus est ipse diu à Felice Rom. Pontifice, quòd se esse negaret hæreticum: communicationem verò cum hæreticis ex Acacij consilio, præmissâ fidei Catholicæ confessione, se iniisse professus est; sic planè studens occultare quòd erat, exhibens se Catholicum, cùm non esset.

Verùm inuolucra ista fictionum, quibus serpentes intus latentes obtegebantur, post aliquot annos Hormisda Papâ, Apostolica vsus auctoritate, palàm fieri, ob oculosque omnium exponenda curauit, cùm Iustinum Imperatorem adegit, vt Zenonis nomen tanquam hæretici ex Albo Catholicorum Imperatorum expungeret. Quomodò autem res tanta fuerit peracta, suo loco dicemus. Non enim mortuus damnatus est; sed qualis re verâ viuens fuerit, perfectiùs agnitus, cùm defunctum absque pœnitentia hæreticum Pontifex iudicauit alienum à consortio communicationis Catholicæ, quâ solet præscriptis ritibus Ecclesia communicare cum mortuis.

Mortuo Zenone (inquit Euagrius [e]) *Longinus eius frater magnam adeptus potentiam, tametsi ipsem animo concepit se Imperio potiturum; tamen ea, quæ expectabat, minimè est consecutus: nam Ariadna Anastasio, qui nondum ad Senatorium ordinem ascenderat, sed solùm in schola Silentiariorum (sic enim dicitur) adscriptus erat, coronam imposuit Imperatoriam.* & paulò pòst: *Iste Anastasius patriam habuit Epidamnum, quæ iam Dyrrhachij nuncupatur. Et primùm Longinum fratrem Zenonis, officio fungentem Magistri, quem vetustiores Præfecturam ordinem Auliconum vocabant, mittit in patriam, multisq; aliis postea ijsdem postulantibus, ad suos reuertendi concessit potestatem.* hæc Euagrius. Res adeò inopinata suspicionem haud leuem concitauit, promotum fuisse ab Ariadna Augusta inferioris Palatinæ militiæ hominem ad maximum dignitatis fastigium ob turpem amborum commixtionem. Quodnâ autem fuerit Silentiarij munus, ex quo Anastasius in Imperium electus est, Procopius sic breuiter docet [f]: *Qui* (inquit) *in Palatio Imperatoris militantes, ea, quæ sunt quietis curatrent, Silentiary sunt appellati.*

Sic igitur conatu Ariadnæ Imperatricis Anastasius Imperator creatus, primùm omniù Euphemium Episcopum Constantinopolitanum aduersarium sensit; quippe qui eum coronari non consensit, nisi priùs emissâ Catholicæ fidei professione: etenim eum non rectè sentire de fide Orthodoxa, vehemens suspicio erat. At quid ille? Vt regnaret, statim absque obice interiecto, rectæ fidei confessionem Euphemio obtulit. Hæc quidem in primis docet Theodorus Lector, cùm ait [g]: *Et restituit Euphemius Episcopus, vocans eum hæreticum, & indignum, qui Christianis imperaret: Ariadna verò & Senatores vi tractum cogunt. Ille verò consentire noluit, nisi scriptam ab eo confessionem retulisset, quâ Chalcedonensis Synodi decreta determinationi fidei inserta comprobaret; quod & fecit. Manichæi & Ariani lætabantur propter inaugurationem Imperij Anastasij: Manichæi, quòd mater illius zelo ac studio ipsorum prædita erat; Ariani verò, quòd Clearchum adunculum Anastasij consentientem haberent.* hæc Theodorus. Quæ prætereà verba transacta fuerint inter Anastasiũ & ipsum Euphemium Episcopum Cõstantinopolis, Suidas sic narrat: *Hic sub Euphemio Patriarcha Constantinopolitana, cathedrâ paratâ, cùm quibusdam cœtus agitabat. Verùm Euphemius minitabundè ei dicit: Vt, aut si frequentaret Ecclesiam, cum ea consentiret, aut nequaquam eam ad peruertendos simpliciores ingrederetur: Sin secùs (inquit) feceris, resectâ tuâ comâ, te in triumpho ducam cum populo. Ex eo tempore quietæ, sed sine illius gloriæ cupidâ retinenda.* hæc cùm dixit Euphemius, planè exauctorationem ei comminatus est: quidem idem erat recidere Imperatoris comam, quod in ordinem monachorum redigere ad pœnitentiam, vt de pluribus factum legitur. Vidisti, quantâ sibi auctoritate sacerdotij sumat Euphemius, vt abrogationem Imperij magnâ animi celsitudine intrepidus publicè comminatus fuerit Imperatori: Quod timens ille, ab hæreticorum cœtu ad tempus saltem abscessit, simulans se esse Catholicum.

Antequàm verò ista de perfidia detecta, & contradictione ab Euphemio Anastasio exhibita innotescerét Romano Pontifici, de creatione eius summâ celeritate nuntio Romam allato, gauisus quidem est Romanus Pontifex Felix: qui enim expertus esset, quãto discrimine sub Zenone in Oriente fides Catholica laborâsset; existimans aduenisse diem, quo priora illa infelicissima tempora, quibus sola hæresis triumphârat, penitùs desinerent, & fides oppressa consurgeret, gratulatoriâ statim ad Anastasium Augustum dedit epistolam, vt benignitate eum allicere

a Euagr. lib. 3. c. 29.

b Cedre. in Cõp. hist.

ZENO VIVVS SEPVLTVS.

II. c Zona. te. 3. Annal.

III. d Iob 6.

IV.

ZENO VT HÆRETICVS DAMNATVS.

V.

VI. e Euagr. li. 3. c. 29.

ANASTASIVS EX SILENTIARIO IMP.

f Procop. de bel. Pers. lib. 2.

VII. EVPHEMIVS EXIGIT PROFESSIONEM FIDEI AB ANASTASIO IMP.

g Theod. Lect. Coll. lib. 2.

VIII. FELIX PP. SCRIPSIT AD ANASTASIVM IMP.

& eius capere animum festinaret, & sic hæreticos anteuerteret in hoc ipsum solitos omnem impedere diligentiam, vt recens creatum Imperatorem in suas partes mille comparatis vndiq; artibus veluti captiuum adducerent. Scripsit igitur Felix Papa ad Anastasium literas gratulatorias, quarum Gelasius Romanus Pontifex eius successor his verbis meminit in Commonitorio ad Faustum: *Prædecessor meus non solùm minimè eius nomen attigit, verùm insuper quando principia adeptus regiæ potestatis exercuit, in eius se scripsit Imperij promotione gaudere.* hæc Gelasius.

IX. ANASTASIVS OPTIMI PRINCIPIS SPECIMEN EDIDIT.

Quòd enim ante Imperium Anastasius haud adeò illustris persona esset, qui nec adhuc inter Senatores militare meruerat; haud mirum videri debet, si qualis re verâ esset, hæreticus, Romæ minimè innotuisset. Verùm etsi quis rumusculo de hæresi diffamatus fuisset, oblatâ ab eo fidei Catholicæ confessione Euphemio, penitùs euanuerat. Cæterùm nec leuis susurrus in populo aduersus eum potuit diffamari, cùm ab omnibus vir sanctissimus haberetur, prout populi acclamationes declarant, quas recitaturi sumus. Hæc igitur in his, quæ spectant ad Catholicam fidem, fuerunt primordia Anastasij Imperatoris, cùm se per rectæ fidei professionem ab omni suspicione hæresis liberauit.

X. Quod autem ad politicum statum pertinet, magnâ quidem de se expectationem concitauit, fore optimum Principē, qui omnes prædecessores facilè superaret. talia quidem ab eo præstari debere, concitata de ipso expectatio extorquebat: nam in pristino statu humili collocatus, specimen viri sanctissimi in omnibus ferè vitæ actibus ediderat. vnde hac ex parte in his, quæ foris apparebant, Ariadna Augusta excusationem meruisset, immò & laudem haud mediocrem cōsecuta esset: vtpotè quæ obstitisset, ne regnaret impurissimus Lōginus frater Zenonis Imperatoris, euexissetque in Imperatorem virum optimis moribus adeò comparatum, vt eo nomine celebris, licèt militię ordine infimus, haberetur; visa in his egregium factum S. Pulcheriæ imitata, cùm posthabitis illa reliquis, Marcianum virum rectissimum in Imperij regimen diuino consilio promouisset.

XI. Cùm verò recēs electus Imperator, ex more, munera Circēsia populo exhiberet, qualis de eo hactenùs viguisset in populo fama, quæve opinio parta, spes concepta, & expectatio aucta, accipe quæ ex eius temporis scriptis Cedrenus affert [a], verbis ex publicis Actis proditis: *Cùm autem Anastasius, habitu sumpto Imperatorio, in Circo sederet: omnis populus vno ore rectè inclamauit: Sicut vixisti, ita etiam impera, domine. Quippe qui ante galli cantum templum adire solebat; ibiq; dum concio dimitteretur, stabat Deum precans: frequenter ieiunabat; & sua pauperibus & mendicis erogabat.* At ne putes adulatorias has fuisse populi voces, audi, quid Gelasius Papa hōc beat in literis ad eum datis [b]: *Non me* (inquit) *latet, Imperator, quod tua pietatis studium fuerit in prima vita: optāsti semper fieri particeps promissionis æternæ, &c.* hæc de pristinæ eius vitæ institutis, quibus magnā hominum admiratione diutiùs assuecuisset: Ijs vt respōderent reliqui vitæ actus, cùm moderandas suscepit habenas Imperij, ista statuit, quæ idem Cedrenus subdit his verbis: *Delatores funditùs ex vrbe iecit* [c]: *abolenit etiam tributum, quod Chrysargyrum dicebatur, Auroargentum aliàs. Id tale fuit: Quisquis mendicus, quauis meretrix, quauis repudiata, quiuis seruus, quiuis libertus ærario aliquid impendebant, atque etiam de mulo defimo, de iumentis, de canibus in vrbe vel rure degentibus, homo siue mas esset, siue fœmina, annuum argenteum pendebat, tantumdem equus, bos, mulus, asinus, aut etiam canis obulos sex: & erat tum in agris, tum in vrbibus magnus eiulatus, cùm id tributum absq; alia miseratione exigeretur.*

a Cedre. in Compend. PRIOR VITA ANASTASII QVAM LAVDABILIS. b Gelas. Epist. 10.

c deiecit:

XII. CHRYSARGYRVM ADEMPTVM.

Itaq; Imperator, cùm ea de re legatos ad eum missent monachi Hierosolymitani, & Timotheus Gazæus vir sapientissimus tragœdiam de ea finxisset, excidit ista: atq; eo sanè tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quòd tributum illud quadriennale, quod magnā cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, & Chrysargyrum appellabatur, sustulit, tabulasq; eius tributi descriptionem continentes in Circo coram populo omnes cremauit. Ad Rempublicam quidem ille tantā magnificentiā emendabat. eadem Theodorus Lector de Chrysargyro subiungit, qui & alia ab eo tunc rectè instituta recensēt, vbi ait [c]: *Anastasius Chrysargyrum remisit, & venationes sustulit, & magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit.* hæc ipse. At quis talia tantaq; videns & audiens, summam eleuandæ Reipublicæ spem de ipso recens creato Imperatore non concepisset?

c Theod. Lect. lib. 2.

XIII. AVDITIO EVCRATAE NON A VRSO, SED A SAT.

Sed quod omne, quod non ex animo, sed ex ambitu partum est, quodve firmas non habet in virtute radices, & in charitate Dei minimè fundatum est, diutiùs consistere haud valet, secundùm illud Sapientis [d]: *Plantæ adulterinæ non dabunt altas radices.* ad momentum fermè ista sunt visa, & statim ab intuentium oculis euanuēre: ac planè accidit, perinde atque cum radice non exulsa, si stipes præcidatur arbusculæ, multiplicatis fœtibus erumpant hinc inde maiori virore germina & coalescant: ita planè Anastasio accidit, cùm post firmatum iam & stabilitum Imperium, post excisum Chrysargyrum, eius cupiditas in radice latens rursùs pullulauit in ditiores exactiones & publica furta. Nam accipe, quid de ipso Suidas enarret [e]: *Anastasius Romanorum Imperator mutatu in deterius, vniuersum Imperium aristocratiam effecit, magistratibus omnibus vendendis, & delinquentibus ignoscendo, inexplebili pecuniæ auiditate incensus. Vt de factum, vt prouinciæ militaribus catalogis exhaustis, prouinciales rebus insuetis & peregrinis percellerentur. Neq; enim armis infestos barbaros propulsabat, sed pecuniâ subinde pacem redimebat. Ad hæc in bona defunctorum inquirebat, & communem omnibus paupertatem donabat. Quorum enim ipse rem familiarem auferebat, ijs paulò pòst pietatis nomine distribuebat; & quarum vrbium incolæ nudabat, earum ædificia renouabat, vt & patriam studiosè exornaret, tributiq; coronis circumdaret. Sub hoc Isbyca vrbes grauiter sunt afflictæ ab ijs, qui Lazici dicebantur: præfecerat enim his nepotem ex filia Marinum, hominem adolescentem, leuissimoq; præditum ingenio; rursus post illum Basilicum filium: Is verò suis factis quouis modò superioris Præfecti intemperijs superatis, effecit, vt priorem statum desiderarent, quamuis neces & ademptas sibi opes recordarentur.* hæc Suidas. Potrò ad extremam Orientalis Imperij cladem & Catholicæ fidei desolationem talem hominem in Imperatorem ab impia Ariadna esse promotum, exitus patefecit.

d Psal. 36.

e Suid. in Anastasio. EX EO QVOD TRADITVR IMPERII.

XIV. CIVILE BELLVM CONSTANTINOPOLI.

Quid autem infaustum hoc anno acciderit, cùm idem Anastasius creatus est Imperator, Marcellinus sub anni huius Consulatu ita ait: *Bellum plebeium inter Byzantios ortum, pariq; vrbis plurima atq; Circi igne combusta.* hæc ipse: sed quius rei gratiā eiusmodi ciuile bellum conflatum fuerit, nusquam mentio: putantur quidem illi, qui Zenoni eiusq; germano studuissent, ægro animo ferentes, illo posthabito, huic mediocris conditionis homini Romanum Imperium esse decretum, eiusmodi ciuilium conflictationum auctores fuisse. Confundunt nōnulli præsens incendium cum eo, quod Zenone superstite contigisse diximus, cùm bibliotheca regia conflagrauit. Potrò tunc accidisse creditur, quod Procopius tradit, incensum esse nobilissimum omnium templum, Sophiam dictum, ait enim [f]: *Vides quidam & vulgi sex olim templum Christianorum concremare ausi sunt, templum, inquam, quod Byzantini Sophiam vocant, opportuno in primis nomine excogitato. Permisit Deus templum fieri opum, prouidens nimirum in quantam olim elegantiam templum resurgere deberet. Etenim totum templum in cineres redactum Iustinianus* (quanquàm multò pòst) *ita reparauit & expoliuit, vt quisquis de priori templo audierit, is monstrata præsenti venustate, optare possit illud iamdudum periisse.* hæc Procopius; qui item addit de augustissima domo hospitali S. Sampsonis exusta. His planè funestis exordijs Anastasius est Imperium auspicatus; quibus facem ipsum ferre ad Ecclesiā Catholicam inflammandam videri poterat præsignatum. Reliqua de ipso inferiùs annis singulis referemus.

f Procop. de ædif. lust. lib. 1. INCIPIT DIVM. A VERSA EXCITA-TVM.

XV. At vice versā hoc item anno accidit, vt cùm Anastasius Silentiarius esse desiens, creuerit in Imperatorem; DEI consilio vir sanctissimus Ioannes ex Antiochia Coloniæ in Armenia euaserit Silentiarius, cùm videlicet sedi nuncium remittens, profectus ad loca sancta, subijciens se disciplinæ magni Sabæ, mutatus in monachum, ob incōparabilem silentij obseruantiam, Silentiarius fuit cognominatus. historia quidem scitu digna & Annalibus Ecclesia-

CYRILLVS VERAX ET ACCVRATVS SCRIPTOR REVM ES MONACHORVM

sticis congrua, cùm præsertim à Cyrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymij, qui his viuebat temporibus, scripta fuerit. Liceat absque inuidia dicere, me neminem reperisse post sanctos Athanasium atq; Hieronymum, qui maiori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digetens eas, atq; distinguens accuratè per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque leui suspicione mẽdacij, sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe Acta Euthymij, itemq; Sabæ, & Ioannis Silentiarij, de quo est sermo. sed & eiusdẽ auctoris creditur esse Vitæ Theodosij Cœnobiarchæ, necnon Quiriaci anachoretæ, qui isdem temporibus claruẽre viri sanctissimi; sed quòd illæ careant auctoris inscriptione. feruntur nomine eius, qui postremò edidit Metaphrastes; cùm tamen ipse ea antiquitùs scripta tantùm exscripserit.

XVI. Sed quod spectat ad Ioannis aduentum in Palæstinam: erat quidem in Orientali Ecclesia florentissima fama sancti Sabæ Abbatis in Palæstina degentis, vtpote viri ob egregias virtutes Deo acceptissimi: adeò vt cùm ex alijs Orientis partibus, tum ex Armenia ad ipsum conuolarent, qui excultioris monasticæ obseruantiæ cupidi essent: nam hæc de ipso in primis idem Cyrillus[a]: *Tunc quidem* (inquit) *agebat Sabas quinquagesimum tertium annum suæ ætatis, quo tempore Anastasius quidem tenebat sedem Imperatoriam, cùm è vitâ iam excessisset Zeno. Eodem autem anno ad Lauram accedit vir quidam diuinus, quem dona decorabant spiritualia, genere Armenus, nomine Hieremias; quem duo quoq; sequebantur discipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoscebantur eius vitam apertè referre & exprimere.* & paulò post: *Cùm itaq; Hieremias, & qui cum ipso erant, ita venissent ad Lauram, diuinus quoq; Episcopus & Silentiarius Ioannes eorum vestigia sequens, eodem accedit iam agens trigesimumoctauum annum ætatis*, &c. his ducibus Armenos plurimos in Lauram confluxisse tradit. Porrò quomodo diuino monitu tantus Antistes tum generis claritudine, tum egregijs virtutibus exornatus, missam faciens sedem, incognitus sub Sabæ disciplina profiteri cœpit, ex ipso Cyrillo rem gestam audire pergratum erit. post enim enarrata gloriosa Ioannis primordia, & functionum muneris Episcopatûs, hæc subijcit:

a Cyril. in vita S. Sabæ Abbat. apud Surium. 6. c. 26.

DE IOANNE SILENTIARIO EX EPISCOPO MONACHO.

XVII. COLONIENSIS ECCLESIA AFFLICTATA. *Cùm hic ergo diuinus Ioannes transegisset iam decem annos in Episcopatu, accidit, vt maritus sororis eius, qui vocabatur Pascasius, Armeniorum haberet administrationem: qui instinctu sathanico cœpit damno afficere & conturbare eam, quæ illi credita fuerat, Ecclesiam: hi quidem, qui eam administrabant, non permittens, vt Ecclesiasticarum rerum curam gererent: eos autem, qui intra eius fines confugiebant, vt anelleus, & ius asyli soluens ac violans. Qui cùm sæpe rogaretur à Deiseruo, eu adebat deterior. Mariam incidisset afflictionem, cogitur venire Constantinopolim. Cùm verò illic fuisset, & quæ erant eius Ecclesiæ gesta, peregisset circa finem Imperij Zenonis, Euphemio Episcopo Constantinopolitano pro se decertante, Deo gratum iniit consilium, nempe vt in sanctam secedat ciuitatem, & per se quiescat ab omnibus huius vitæ negotijs. Cùm autem dimisisset eos, qui cum eo erant, presbyteros acclerios, ac diuinis ipsum peractis, & omnibus nescientibus solus nauem conscendisset, venit Hierosolymam, & manet interim sanctæ ciuitatis Gerocomio, in quo Gerocomio est oratorium sancti martyris Georgij.*

XVIII. QVO SIGNO IOANNES IN SOLITVDINEM DVCTVS. *Cùm autem illic fuisset, & mundanam illic turbam aspexisset, magno animi dolore affectus, Deum rogauit cum lachrymis, vt duceretur in locum sibi gratum & quietum & aptum ad salutem consequendam. Postquam autem in dicto Gerocomio mansit venerandus Pater noster Ioannes, in fundendis noctu ad Deum precibus versans longo tempore, cum vna nocte ex omnibus solus Gerocomij inspiciens cælum aspexisset, aspicit repentè stellam lucis, quæ implusium cælum aspexisset, aspicit repentè stellam lucis, quæ habebat figuram Crucis, & ad ipsum veniebat; & audiuit vocem exilla luce dicentem: Si vis esse salutis sequere hanc lucem. His autem cùm credidisset, protinus est egressus, & illam lucem secutus, venit in maximam Lauram S. Patris nostri Sabæ, cùm eò tempore esset Hierosolymitana Ecclesiæ Pontifex Sallustius, quartadecimâ indictione, trigesimooctauo ætatis suæ anno: Quo quidem tempore à Deo constructæ maximæ Lauræ Ecclesiæ celebrata sunt encænia, seu dedicatio: Anastasius autem, mortuo Zenone, susceperat Imperium, vt eum audiui suâ linguâ loquentem.* hæc de professu Ioannis Colonien sis in Armenia Episcopi in Lauram Cyrillus, signans hunc ipsum annum etiam ex Indictione, quo nimirùm decima quartâ absoluta, decima quinta mẽse Septembris inchoatur: vt videas omnia quàm exactissimè reddita tempori. Porrò voluit Deus, tanto signo cœlitùs missso, fieri manifestum, haud ignauiæ adscribendum S. Ioanni, si Ecclesiam in persecutione reliquit. Verùm & exitus declarauit, ex fructibus nempe productis, Dei voluntatem fuisse, vt nobilis Ecclesiæ pastor pascendus ex Armenia transferretur in Palæstinam, illic vberem fructum redditurus tempore suo, Vt eius vitæ Acta declarant, necnon Sabæ, quæ quis otiosus magnâ animi delectatione legere poterit.

XIX. Quo autem statu res Italiæ, confligentibus simul duobus barbaris Regibus, fuerint, Cassiodorus his paucis declarat: *Hoc Consule* (nempe Olybrio) *Odoacer cum Erulis egressus Rauennâ nocturnis horis ad pontem Candidum à domino nostro Rege Theodorico memorabili certamine superatus. Tunc etiã VVandalis, pace suppliciter postulatâ, à Sicilia solita depradatione cessárunt.* hæc ipse. Porrò adhuc biennio Odoacer Rauẽnæ se muniens restitit Theodorico, qui interea totâ est potitus Italia.

XX. OBITVS S. PATRICII. * LXXXII. Sub huius anni Consulatu à Mariano Scoto eius gentili (nam Hibernia Scotia dicta reperitur) obitus recensetur S. Patricij Hiberniæ primi Episcopi, ait enim: *Sub Olybrio Consule Sanctus Patricius Hibernia Archiepiscopus obijt, cum esset annorum nonaginta duorum*. Qui cùm esset annorum sexdecim, venditus est; sex annis vixit in seruitute in Romanis partibus; sexaginta annis in Hibernia prædicauit.* verùm ex recensitis annis deducto numero, non nisi octogintaduo eius reperiuntur ætatis. sed alia est apud Probum, qui Vitam eius scripsit, supputatio annorum S. Patricij: qui eum centum atque trigintaduobus annis vixisse tradit. ad hanc planè ætatem eum peruenisse oportuit, si (vt ait) anno ætatis trigintanatus extitit discipulus sancti Martini. At qui viuens prædicatione, post obitum magis illas regiones miraculis illustrauit.

IESV CHRISTI

Annus 491.

GELASII PAP. ANNUS 1. ANASTASII IMP. 27 ODOACR. REG. 17.

CHRISTI Redemptoris nostri anno quadringentesimonongesimosecundo, Consulibus Anastasio Augusto 3tque Ruffino, quinto Kalendas Martias moritur sanctus Felix Papa, cùm sedisset annos nouem, minùs diebus duodecim, summâ laude Pontificiâ administratione perfunctus; susceptusq; cum beatis in cœlis, in terra etiam venerandus in perpetuum anniversario cultu remansit ipsâ die natalis sui [b]. In Martyrologio enim Romano, explosâ deprauatâ lectione, quâ legebatur Felix Quartus pro Tertio, hæc legitur dicta die vigesimaquintâ Februarij: *Romæ natalis sancti Felicis Papæ Tertij, qui sancti Gregorij Papæ atauus fuit; de quo is refert, quòd sancta Tarsilla nepti apparens, illam ad cœlestia regna vocauit.* Verùm quòd atauus Gregorij fuerit Felix Tertius, & non Quartus, vt Ioannes Diaconus existimauit, tum ratio temporis persuadet, tum etiam patria affirmare cogit: siquidem ille Samnita, hic verò Romanus sicut & Gregorius fuit. Sed de his pluribus in Notis egimus. Porrò historiam de Tarsilla atque Felice idem Gregorius publico concionis præconio euulgauit, item; dialogorum commentarijs est prosecutus, his scilicet verbis [c] post centum fermè annos:

FELICIS PAPÆ OBITVS.

b *Martyrolog. Rom. die 25. Februar.*

Tres pater meus sorores habuit, quæ cunctæ tres sacræ virgines fuerunt, quarum vna Tarsilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebatur: Vno omnes ardore conuersæ, vno eodemq; tempore sacratæ, sub districtione regulari degentes, in domo propria societatem vitam ducebant. Cumq; essent diutius in eadem conuersatione

c *Greg. homil. in Euang. 18. & dialog. lib. 4. c. 16.*

II. DE TARSILLA, GORDIANA ET AEMILIANA.

caperunt quotidiani incrementis in amorem conditoris sui Tarsillæ & AEmilianæ succrescere, & cùm solo hic essent corpore, quotidie animo ad æterna transire. At contra Gordianæ animus cæpit à calore amoris intimi per quotidianæ decrementa tepescere, & paulisper ad huius sæculi amorem redire. Crebrò autem Tarsilla dicere AEmilianæ sorori suæ cum magno gemitu solebat: Video Gordianæ sororem nostram de nostra sorte non esse: perpendo enim, quia foras desluit, & cor ad quod proposuit, non custodit. Quam circumstabant blandæ quotidie redargutione corripere, atq; à leuitate morum ad grauitatem sui habitûs reformare. Quæ quidem resumebat vultum subitò grauitatis inter verba correctionis: sed cùm eiusdem correctionis hora transisset, transibat protinus & superducta grauitas honestatis; moxq; ad leuia verba redibat, puellarum gaudebat societate laicarum; eiq; persona valde onerosa erat, quæcunq; huic mundo dedita non erat.

III. DE FELICE PP. E COELO TARSILLAM PRONEPTEM AD SE VOCANTE.

Quadam verò nocte huic Tarsillæ, quæ inter sorores suas virtute continuæ orationis afflictionis studiosæ, abstinentiæ singularis, grauitate vitæ venerabilis, & honore & culmine sanctitatis excreuerat (sicut ipsa narrauit) per visionem, auus meus Felix huius Romanæ Ecclesiæ Antistes apparuit, eiq; mansionem perpetuæ claritatis ostendit, dicens: Veni, quia in hac tecucis mensione suscipio. Quæ subsequenti mox febri correpta, ad diem peruenit extremum. Et sicut nobilibus fœminis, viroq; morientibus, multi conueniunt, qui eorum proximos consolentur, eádem horâ eius exitûs multi viri ac fœminæ eius lectulum circumsteterunt, inter quas mater mea quoque affuit. Cùm subitò sursum illa respiciens, Iesum venientem vidit, & cum magna animaduersione cæpit circumstantibus clamare, dicens: Recedite, recedite: Iesus venit. Cumq; in eum intenderet, quem videbat, sancta illa anima à carne soluta est; tantaq; subitò fragrantia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoque suauitas cunctis ostenderet, illuc auctorem suauitatis venisse. Cumq; corpus eius, ex more mortuorum, ad lauandum esset nudatum, vnge orationis vsu in cubitis eius & genibus camelorum more inuenta est obdurata cutis excreuisse, & quid viuens spiritus eius semper egerit, caro mortua testabatur. Hæc autem gesta sunt ante Dominici Natalis diem.

IV. DE TRANSITV AEMILIANÆ, ET REPROBATIONE GORDIANÆ.

Quo transacto, mox AEmilianæ sorori suæ per visionem nocturnæ visionis apparuit, dicens: Veni, vt quia Natalem Dominicum sine te feci, sanctam Theophaniam iam tecum faciam. Cui illa protinus de sororis suæ Gordianæ salute solicita respondit: Et si sola venio, sororem nostram Gordianam cui dimitto? Cui (sicut asserebat) tristis vultu, iterum dixit: Veni; Gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quæ visionem mox molestia corporis secuta est; atq; ita, vt dictum fuerat, ante Dominicæ Appetitionis diem, eádem molestiâ ingrauescente, defuncta est. Gordiana autem mox vt solam remansisse se reperit, eius prauitas excreuit; & quod prius latuit in desidere cogitationis, hoc posit effectu praua actionis exercuit: Nam oblita Dominici timoris, oblita pudoris & reuerentiæ, oblita consecrationis, conductorem agrorum suorum postmodum maritum duxit. hactenùs Gregorius, quæ nos occasione sanctissimi Papæ Felicis è cœlis vocantis ad se proneptes voluimus retulisse.

V. RELIQVÆ RES GESTÆ FELICIS PAPÆ.

Sed non prætereamus de eodem Felicæ, quæ in libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur his verbis: *Hic fecit basilicam sancti Agapeti iuxta basilicam sancti Laurentij martyris.* & inferiùs: *Hic fecit ordinationes duas in vrbe Romæ per mensem Decembrem, presbyteros viginti octo, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca triginta vnum. Hic sepultus est in basilica sancti Pauli Apostoli. Cessauit Episcopatus eius dies quinque. Et posit transitum eius factum est à presbyteris & diaconibus Constitutum de omni Ecclesia.* hæc ibi. Porrò Constitutum de omni Ecclesia, idem esse, quod vniuersale decretum spectãs ad vniuersam Catholicam Ecclesiam, superiùs aliâ occasione declaratum est. Verùm haud rem nouam aggressus, vacante sede, clerus Romanæ Ecclesiæ, qui sibi, vt iure concessum, iam (vt vidimus) tempore vacantis sedis Papæ Fabiani idem factitâsse cognoscitur. Porrò perditissimis temporibus istis Dei Ecclesiæ infestissimis, aduersantibus ei Imperatoribus & Episcopis præcipuarum sedium Orientis, & in Occidente Principibus Arianis, viguit tam in Romanis Pontificibus, quàm in Romanæ Ecclesiæ clero Apostolicum robur atque constantia, vt nihil penitùs remissum fuerit pristini eorum vigoris ac disciplinæ.

Elapsis igitur diebus quinque die secundâ Martij creatur Romanus Pontifex Gelasius ex patre Valerio. Quòd verò Afer natione fuisse ponitur in libro Anastasij de Romanis Pontificibus, repugnare aliquo modo videtur, quod ipsemet Gelasius ad Anastasium Imperatorem scribens, hæc ait[a]: *Gloriose fili, te, sicut Romanus natus, Romanum Principem amo, colo, suscipio.* Verùm cùm Africanus fuerit, multis potuit rationibus dici Romanus ciuis natus; sicut & Paulus, Tarsensis cùm esset, se ciuem Romanum natum gloriatur[b]. De tempore autem eius ordinationis, cùm constet ex ipsius etiam literis hoc anno sedere cœpisse, corrigendus est Marcellinus, dum post annum sequentem Gelasij ponit ingressum: Sub huius enim anni Consulibus leguntur plures literæ (vt dicemus) ab ipso Gelasio datæ[c]. Doctissimum quidem fuisse, cùm sua scripta testentur, Euphemius Constantinopolitanus Episcopis suis literis testatus est: cæterùm etsi doctus, minimè tamen inflatus scientiâ, sed mente humilis: nam ad ipsum Euphemium: *Ego quidem* (inquit Gelasius) *sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tanta sedis officium, nisi quòd superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam, cùm hoc ipse de se Magister Gentium testetur, qui se vltimum & non vocari dignum Apostolum profitetur.* hæc de se ipse.

VI. GELASIVS PAPA.

Porrò Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, simulac Gelasium subrogatum in locum Felicis accepit, more maiorum epistolam scripsit, quâ & suæ fidei professionem inseruit, vt sic consequi mereretur Catholicæ Ecclesiæ communionem. Cùm verò Gelasius missas ab eo literas accepisset, inuenisseque fidei professionem in omnibus consonam Catholicæ veritati, reperit tamen quid in Euphemio magnâ reprehensione dignum esset, nimirùm quòd nequaquã è Diptychis nomen Acacij prædecessoris ab Ecclesia Romana damnati, vt Felix Papa monuerat, expunxisset, sed pateretur in sacris recitari cum alijs Episcopis Orthodoxis. Quamobrem detrectauit Gelasius Catholicâ communicatione Euphemium impertire; sicque non pacificas seu communicatorias ad eum literas dedit, sed commonitorias potiùs, quibus ipsum admonuit, frustrà sperare se posse Catholicæ Ecclesiæ communicationem nancisci, nisi anathemate damnato Acacio, nomen illius è sacris tabulis penitùs aboleret. Hæc quidem ita transacta esse inter Euphemium atque Gelasium, literæ Gelasij ad eundem tunc redditæ satis docent.

VII. EVPHEMIVS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS AD GELASIVM PAPAM.

Cùm verò accepisset ex Gelasij prioribus literis Euphemius, ipsum admodum resilire, atque procul abesse, vt optatam & expetitam communionem impertiret; cursus legationem aliam ad eundem Gelasium misit per Sinclitium diaconum, cui ad eundem literas dedit, quibus ei persuadere laborauit, vt absque damnati expunctione Acacij nominis, condescendens fide Catholicis communicare deberet. Quibus alijs præterea vsus sit Euphemius argumentis, vt à Gelasio Catholicam communionem extorqueret; posteriores quæ extant ad eum redditæ literæ docent, quas hîc ad rerum gestarum absolutissimam cognitionem necessariò recitandas esse existimauimus: hisce namque literis, quæ ipsorum alter aduersus alterum iure prætendere videretur, elucidantur.

VIII. EPISTOLA SINCLITII DIACONI AD GELASIVM.

Non fuit controuersia ista inter Catholicum & hæreticum, sed inter ambos fide Catholicos, licèt Euphemius inter schismaticos potiùs fuerit adnumerandus. Certè quidem de Euphemio nequaquam dubitari poterit, quin faueret Orthodoxæ doctrinæ, qui rectæ fidei confessionem ab inuito licèt Anastasio magno animi robore exegit, nec destitit, quousq; illam Imperatoris ore prolatam & scripto professam accepit. quam ob causam liberiùs sibi agendum apud Gelasium Romanum Pontificem arbitratus est. Tu quidem ista perlegens, magnæ palæstræ spectator eris, in qua tamè fortissimum licèt virum vitijs senties destitutum, penitusque langueſcere, cùm altero pede implicitus communione Acacij teneretur. Sed Gelasij audiamus epistolam, cuius hic est titulus[f]:

IX.

*Dilectissimo fratri Euphemio * Gelasius.* Non exhorruisse Orthodoxos interdum vocare fratres Christianos etiam

à communicatione extortes, superiùs aliis exemplis est demonstratum: compagine enim humanæ naturæ & nominis Christiani, licèt non fidei Orthodoxæ, neq; Catholicæ communionis coniunctione, eiusmodi reperitur à Patribus aliquando vsurpata nomenclatura. Porrò epistola sic se habet:

DE LITERIS EVPHEMII ATQVE GELASII.

Quod planè cupimus, atq; sincerè à fidei communione, Catholica reintegratione firmari, asserit tua dilectio, quòd alteri solùm non sufficiat auditu, nisi per literas spectauerit significationem prouocatam (hoc est, reddens certiorem eum, qui ante literis prouocauerat) *de his, quæ circa nos dispensatio diuina perfecit, vt sic in secundùm vicem salutationis impenderem.* hæc idcirco Gelasius, quòd Euphemius quæstus suis literis esset, electionem Gelasij ex auditu tantùm à se perceptam, cùm nihil ipse prouocatus licèt literis significâsset, vt quæ post hæc idem Gelasius subdit, declarant. Pergit verò: *Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, vt putaret nos vel aliquem piam potiorem quæ sunt gesta referentes debuisse responsa* * *promereri: quia nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimâsset.* locus quidem subobscurus: verùm illa verborum videtur esse sententia, non putare eo sensu scriptum ab ipso, vt quæreretur non accepisse literas à Romano Pontifice, quasi ad id præstandum ex debito teneretur: nimis enim arrogans fuisset, id sibi sumere voluisse, nam his addit: *Quòd si (vt magis opinamur) quasi socijs, quibus præesse, Christi munere delegatum est, Apostolicam sedem institutum sibi nouiter sacerdotem, præcunibus oportuisse dixisti literis indicare: Fuit quondam Ecclesiastica vetus hæc regula apud Patres nostros, quibus vna Catholica Apostolicaq; communio ab omni prauaricatorum liberâ pollutione constabat.*

CVR NEGET VPHEMIO COMMVNIONEM GELASIVS.

XI.

Nunc autem, cùm societatem proferre malitis extraneam, quam ad B. Petri purum redire illibatumq; consortium? Quomodo a *cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quomodo dispositionis Apostolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodùm vobis ordinationem renunciatura est, cui, vestro etiam testimonio, hæreticos damnatos præponitis?* Intelligis, puto, ex his, lector, veterem morem Romanæ Ecclesiæ, vt nouo subrogato successore Romano Pontifice, de his literas dare soleret ad omnes Episcopos; quod omnium esse causa communis, cùm præeminens membris caput visibile Catholicæ præficeretur Ecclesiæ: quo gaudio illi dumtaxat reputabantur indigni, qui Catholicæ communionis expertes essent. Sed pergit inculcans, cur eo tanuere indignus fuerit ipse æstimatus Euphemius ob retentam communicationem Acacij:

a Psal. 136.

XII.

* quod NON COMMVNICANDVM CVM COMMVNICANTIBVS CVM HÆRETICIS.

Dicet forsitan tua dilectio, hæreticos damnatos dici Acacium & Petrum: cur * *fas non est præsentibus saltem literis colloquamur? Quia aliter appellamus Dominicæ mensæ participes, aliter qui in eum nobiscum societate dissentiunt: quia ipse Dominus aliter verba faciebat à sua prædicatione discretis, aliter discipulis regni cœlestis secretæ pandebat. Consequenter quoq; Apostoli nonnisi à suo collegio separatis, quemadmodùm fidei domesticis cõsortibus, loquebantur.* hæc idcirco Gelasius, quòd vt extraneo scribens, nullum Euphemio Apostolicæ salutationis & benedictionis ex more munus fuerat impertitus. At prosequitur ex literis Euphemij obiecta diluere: *Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese charitatis habuisse, vt non solùm ad scribendum fueris contentus, sed affatim audire: legisti sententiam* b: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* illud scilicet verbum, *quod confessioni beati Apostoli Petri* c, *portas inferi nunquam præualituras esse promisit. Atq; idcirco rationabiliter existimâsti, quia fidelis Deus in verbis suis, non nisi aliquid tale promisisset instituere, veram sponsionis suæ promissionem impleret.*

b Rom. 10

c Mat. 16.

XIII.

GELASII MODESTIA.

Ait deniq; dilectio tua, nos diuina prouidentiæ gratiâ, quod ille monstrauerit, sanctarum Ecclesiarum non deserere charitatem: quia meus Pontificalis sede locauerit non indigentem (sicut ait) doceri, sed intendentem omnia necessaria ad Ecclesiasticæ corporis vtilitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tanta sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de paruis. Quid enim de me sentiam, cùm hoc ipse de se Magister Gentium testetur d, *qui se vltimum & non dignum vocari Apostolum profitetur? Verumtamen vt ad dilectionis tuæ verba redeamus: Si veraciter assecutus es, hæc diuinitùs mihi fuisse collata; quæ & profectò quæcunq; sunt bona, dona sunt. Dei: sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, & secundùm superiorem dispositionem vniuersa cunctaque inspiciens, quæ ad Ecclesiarum pertinent vnitatem, & aduersus diabolum conturbatorem veræ pacis atq; compagis (vt asserit) fortiter resistentis. Sterge de me ista pronuncia; aut sectanda tibi sunt, quæ à Christo (vt perhibes) constituta sunt; aut patâm (quod absit) Christi dispositionibus obniare depromis; aut ad veniam* * *luxuriæ de me cognoscerti ista iactare.*

d 1. Cor. 15

* verum

XIV.

FALSI PRÆTEXTVS EVPHEMII.

Sed consequenter adnectis; condescendibilem me, & optimâ dispositione reuocare posse concordiam. Proinde quoniam isto verbo frequenter vtimini: quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est Ecclesiæ Catholicæ atq; Apostolica dispositio, ad meliora proficiendo condescendere, non ad inferiora descendendo deficere. Cùm autem dicis condescendere nos debere vobiscum: iuterum tam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Vnde, quæso, vel quò ista descensio est? Vtiq; ex superiori quodam loco ad inferiora quæq; depositi, à Catholica Apostol. atq; communione ad hæreticam damnatam; prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis: & non solùm vos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere; nos vobiscum inuitatis ad ima de summis: nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ iustitiæ iudicet genus humanum, quis nostrùm debeat alteri obedire.

XV.

An dicis (vt cætera nunc omittam) Descendit Dominus ipse de cælo? Descendit planè, sed vt hominem ab errore liberaret, non vt eius in e *cideretur errori. Nonne ipse prænouit* e, *vt qui in tali* f *non resisterent, non descenderent, nec ad ea, quæ in domo videntur esse tollenda? Nonne pro omnibus Apostolus clamat vnus, qui* f *plus omnibus laborauit, cùm de custodia veritatis ageretur: Quibus nec ad horam cessimus subiectionis* g *gratiâ, vt veritas Euangelij permaneret apud vos? Videtis cælestem magistrum condescendere noxas recensentem? Postremò faciamus aliquem corruisse: ad quem benignissimè subleuandum, paululum quispiam vel* * *inflexit: Ergo vt erigatur iacens, misericordem conuenit inclinari, non vt cum eodem præcipitetur in foueam.*

e Mat. 24

f 1. Cor. 15

g Gal. 2.

XVI.

IN QVO GELASIVS CONDESCENDAT.

*Igitur per literas, quas per Sinclitium diaconum destinâstis de his, quibs baptizauit, quos ordinauit Acacium, maiorum tra*ſ*itione confectam & veram præcipuè religiosæ solicitudini congruam præbemus sine difficultate medicinam. Quòd nos vultis vltrà descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere, quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia (quod nonnunquam sit) debuit commouere. An forsitan, vt hæreticorum, damnatorum, & his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admittere? Hoc non est condescendere ad subueniendum, sed euidenter in infernademergi. Parcite, quæso, & nobis & vobis. Quòd si curam vestri adeò non habetis, date veniam nobis. Dolere & flere possumus, & debemus: in hac abrupta deduci non possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramq; paternæ traditionis fidem, communionemq; retinere, & ab omni prauaricatorum contagione discretam, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit Deus) qualibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis æternæ. Tute, inquam, veniam: si tamen vos propter amorem cuiuslibet hominis vel timorem hæc libenter incerriti: nos propter amorem Dei & timorem gehennæ talia refutamus.*

XVII.

* qua DE ACACII NOMINE ABDICANDO.

Nec vos credatis, dissimulando causas atq; personas cuiuslibet amicitiæ posse subrepere: quia * *neq; vos ita subtiles estis, qui non positis intelligi; & nos, præstante Domino, non reperatis incautos. Nonne missis huc sæpè literis indicâstis, cum cæteris hæreticis vos Eutychetem quoq; recepisse? Hoc si verum est: aut eos, qui communicauerunt Eutychetis successoribus, pariter abdicate: aut eliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes admittite. Sed Acacius (inquis) nihil contrà fidem sicut Eutyches & successor eius, legitur vbicumque dixisse: quasi non sit deterius & non ignorâsse veritatem, & tamen communicâsse veritatis inimicis. Si enim aliquis rectè sapiens de fide Catholicâ communicet cum illis cum aliquis hæreticis, inter quos Eutychetem posuistis, vel successoribus eorum; non est fas eos inter Catholicorum altaria nominare: ita ergo ne illius Eutychetis successoribus communicando similis sorte teneatur noxius? De talibus quippè conuenienter dicitur* h: *Descendant in infernum viuentes: qui dum illa vitâ, quâ viuitur, viuit, verâ atque Catholicâ putantur vincere, repente aut in profana prauitatis, aut in hæreticæ communionis, inferna vergunt,*

h Psal. 54. & Rom. 1

Ecce quales Christo dicitis esse proponendos, cùm ille nec animas nostras sibimet præcipiat anteponi. Vides Romanum Pontificem, quàm tenacissimus custos sit seruandæ Catholicæ integritatis à communicatione perfidiæ hæreticorum intactæ? Sed & alijs occurrit argumentis Euphemij, vbi subdit:

XVIII. ACACIVS DAMNATVS, CVM EVTYCHETE A SYNODO CHALCEDONENSI.

Ipsmò & adhuc queritis: quando fuerit damnatus Acacius? Quasi re verâ, etiam si eum nullus antè damnâsset, non debuerit Orthodoxa & Apostolica communionis, cuius prævaricator extitit & desertor, participatione seclusi, sicut etiam quilibet, qui fuerit antè Catholicus; cuicumq; hæresi communicans, meritò iudicatur à nostra societate remouendus; aut in tali sorte defunctus, inter Catholicorum nomina nullatenùs computari. hæc quidem obijciebantur ab Euphemio (vt posteà patuit) quòd diceret damnatum minimè fuisse Acacium in Concilio Oecumenico. Sed pergit Gelasius:

XIX. Miramur tamen (inquit) quomodò ista prosertis, hoc est, vt & Synodum Chalcedonensem vos susciperetis pro fide Catholica profiteamini; & eos, quos damnauit sectantium communicatores, non particulariter *generaliter, putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo, quæ Synodus in vnaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes, simulq; omnes non damnet & complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychianis hæreticis detestabili communione factus est particeps, ab eadem Synodo sine dubitatione damnatus est, quæ & Eutychetem, Dioscorumq; cum successoribus eorum, hisq; communicantes Synodico tenore prostrauit: sic sequaces quoque eorum Timotheum, Petrumq; simili definitione detexit. Proinde si ea, quæ in Synodo Chalcedonensi pro fide & communione Catholica lege Apostolicâ definita sunt, verè certeq; sectamini, sicut vestrâ professione multiplici continetur: aut successores ab illa Synodo damnatorum, hisq; communicantes abijcite: aut si istos admittitis, ea, quæ in illa Synodo pro fide & communione Catholica & Apostolica sunt peracta, non solùm falsò vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychianam hæresim sine retractatione recidistis, meritoq; à Catholica probamini esse vitandi: quia vt talem pestilentiam perpetuò possemus euadere, ea, quæ contra ipsam ab ea congregatione sanctorum Patrum salubriter decreta loquntur, nullatenùs mutilanda, non solùm à nobis Apostolica Præsules, sed etiam Orientalium regionum Catholica censuêre Pontifices.

* pariter

* hæreticis

XX. NON SATIS NON ESSE HÆRETICVM, SI COMMVNICAT CVM HÆRETICO.

An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicauit Acacius? Verùm assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit professione vel communione mundatus: vt cùm id nihilominùs euidenti rerum claritate demonstratione conuictum, palàm apertèq; positis aduertere, aut vos debere cedere veritati, aut aduersùs hanc manifestâ dimicatione consligere. Nec vos blandiamini, quia fidem Catholicam profitemini vos tenere: quia Eutychetis nomen ademistis: quia ea veluti prædicare videamini, quæ Orthodoxa prædicauit antiquitas. Clamat enim nobis illa Euangelica sententia a: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos; aut facite arborem malam, & fructus eius malos: à fructibus enim arbor cognoscitur, id est: Si voce, si fide, si professione Catholicâ & Apostolicâ fideliter veraciterq; gloriamini, huius & communionem recipite: Si verò hæreticorum, scilicet Caluinatorum, vel his aut successoribus eorum communicantium communio vobis placet; quid statis? quid circumspicitis? simul & eorum aperta manifestaque, remota obstaculis, dogma defendite. Quid enim vtrumque? immò & satis grauat, dictis pollicere; quod factis negatur; vt non solùm ipsa per se hæresis Eutychiana quàm sit funesta Christiano sacramento possitis agnoscere, sed quanta & quàm grauia hæresis ista in sui definitione contineat.

a Matt. 12.

XXI. QVÆ MALA CONDESCENSIO.

Ecce ad quæ nos præcipitia condescendere prouocatis, atque ad quæ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu saluare est ægrotantem, an cum languente consumi? Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras, reparandæ concordiæ, animi appetitus, vt vitetis contagijs perfidorum, integrâ fide, sinceràq; sui communione potiatur communio Catholica atq; Apostolica; ne hæreticorum tabe depulsa, intemeratam suæ fidei confessionem nitatur astruere, atq; inuicem sibimet congruentis Orthodoxæ professioni, communionisq; sit vnitas? Hanc (sicut dilectionis tuæ litteræ cohortantur) meis quoq; temporibus custodiri, quâ valeo prece deposco, quæ per tot annos ab illis Patribus gloriosè illibata intactaq; seruata est. Hæc enim est (sicut ipse dicis) quam Deus noster deo nobis bene futuram, & secundùm suam veritatem & regulam gubernandam & præscius antè constituit, & singulis quibusq; temporibus suâ dispositione conuenienter aptauit. Hæc est voluntas Dei, cùm tu ingeris mentionem, quam ego quoq; pro meo modulo, quem Dominus donare dignetur, cupio prorsùs implere, vt non rem de huius talenti ea, quæ est diminutione reperiar: sed in hoc talento (sicut ipse quoque admones) incrementum, Christi gratiâ postula consequi, & nullum prorsùs incidere detrimentum.

Hinc est, quod prioribus dilectionis tuæ literis (sicut tua quoq; pagina designauit) pro vestra sumpsi salute tristitiam, vbi comperi quod & ait vobis noxium, & quod veræ pacì contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus b de errore deuiantium, & lætitiam recipit de eisdem suâ prædicatione correctis. Si autem tua charitas (vt dixit) nescio quorum necessitate constringitur: quod (pace tuâ dixerim) facere des pro veritate promenda nec facere deberet omninò, nec dicere: ignoscat vobis benignissimus & mundissimus, si coarctante nos terribilis & diuini iudicij grandi necessitate constringimur, sicut qualescumq; ministros Christi decet, nos animas nostras ponere pro veritate saluandas, quam ea lucrari velle veritatis diminutione perdendas, vt non dicam contra fidem libitis cuiuslibet abdicandas.

XXII. b 2. Cor. 7 IVXTA GELASII EXCVLATIO.

Istæ mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certæ fidei perpetuæ cum eo quicumq; voluerit, in Christi visceribus amicitiæ. Hic non tam optamus proponi aliis (sicut prædicas) quam cum fidelibus cunctis sanctum & Deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconcussa, & perennis: hoc vnum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cuncta vniri possit Ecclesia. Hoc quibus est creditum (sicut etiam ipse deprecaris) protectio diuina perficiat. Hæc est (quæ Deus est) charitas, quam poscis, de c pura & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, si hæreticorum fuerit participatione polluta? Quomodò conscientia bona, si malorum fuerit consortione permixta? Quomodò fides non ficta, si fuerit mixta cum perfidis? Quæ si prudentia tua (sicut etiam precamur) diligenter aduertat, perspicit Apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorum, vitare vestigia *.

XXIII. c Ioan. 4 d 1. Tim. 1.

* contagia

Quæ etiam vos rationabiliter intuentes creditis commonendum, populum Constantinopolitanum non permittere submoueri nomen perfidorum. Quisnam hoc in Ecclesia Dei (quæso te) possit audire, cùm vtriq; pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantem, non per deuia gregem pallor errantem? Dic mihi (rogo te) grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certè si vobis hoc placet, multò magis causa est nobis iustior, qui populum Romanum à fide illa sua laudabili, maiorum traditione percepta, declinare non sinentem nos penitùs libenter audituimus, si vos Constantinopolitanam plebem ab hæretica communione discedere recusantem, non vultis offendere. hæc ideircò Gelasius, quòd Constantinopolitana plebs Acacij nominis studiosa haud suaderi facilè poterat nomen Acacij è Diptychis submoueri. Ad postremum verò quòd idem Euphemius suis literis petijsset mitti ab ipso Romano Pontifice legatos Constantinopolim pacis sequestres; cur id facere renuat, eiusmodi causam affert, quam subdit his verbis:

XXIV. POPVLVS NON REQVIRENDVS, SED DOCENDVS

XXV. e Act. 13. * Euphemiane, COMMINATIO DE DIVINO IVDICIO.

Sed nos, dicitis, debere dirigere, qui eam valeat mitigare. Quomodò me audistura est, quem videtur habere suspectum, si Præsules suos despicit admonentes? Nonne ipsis Apostolis est præceptum e, in aliquibus regionibus verbi prædicatione non vetis: hi quippe, in quibus non fuerant audiendi? Veruntamen frater Euphemi *, sine dubitatione veniemus ad illud pauendum tribunal Christi (vt taceam, quæ ex hoc sit metuenda vindicta) circumstantibus illis, à quibus fides ipsa desecta est. Non illic insectationibus, non dilationibus, non illusionibus est agendum; sed manifestissimè comprobandum, vtrùm beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quicquam subtraxerit ad salutem; an eam ausi tare nolens etiam cum suo periculo rebellis extiterit obstinata pernicies? Ibi certè dilucidabitur, vtrùm ego (sicut putatis) acerbus, asper, & nimis durus, difficilisq; sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo. Etiam si austerum videtur auditorum, accipite quæso, bibite, viuite, nolo moriamini: Au vos, qui à noxijs prohibiti, medicos ductis execrandos, imò quæ vultis vobiscum medicos ægrotare, quàm vos recipere sanitatem. Et alià manu. Deus te incolumem custodiat. hæc Gelasius ad Euphemium Constantinopolitanum Episcopum.

XXVI. Sed aspidis surdæ instaripse, vocem non exaudit incan-

tan-

NIHIL PROFECIT EVPHEMIVS EX GELASII ADMONITIONE.

tantis, qui alias post hæc (vt suo loco dicturi sumus) struxit pro sua defensione aduersus Pontificem rationes: resiliens enim obstinatior factus, eò magis obduruit, quòd ea iure viderentur sibi concedi debere, quod solus aduersus ingruentes hæreticos in Oriente fidei Catholicæ ageret defensorem, tutareturque Chalcedonense Concilium aduersus eundem Imperatorem illud ipsum labefactare conantem. Tali igitur prætextu iustitiæ, veluti thorace quodam superposito roboratus, sicut aduersariorum illæsus excepit ictus; ita & amicorum eum curandum admonitiones despexit, visus sibi sacrorum dogmatum magister esse, qui non indigeret ab alijs edoceri; ob idque delisit (sicut illud de Behemoth in Iob[a]) vibrantem hastam. Nihil planè in Ecclesia Dei execrabilius ipsi Deo, quàm maiori resistere potestati: nihilque à curationis spe magis alienum, quàm delinquentis animus iustitiam præ se ferens. de his enim Dominus ad suos[b]: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

[a] Iob 41.

[b] Matth. 5

XXVII. DE LITERIS INTER GELASIVM ET EVPHEMIVM.

Hæc autem omnia inter Gelasium & Euphemium transacta esse hoc anno, nihil prohibet, vt dicamus: nam cùm Gelasium huius fermè anni exordio Pontificem creari contigerit, vt hoc eodem anno accepto de eius electione nuncio Euphemius ad eum primò & secundò rescripserit, idemq; Gelasius reddiderit ad eum literas, nulli esse potest impedimento angustia temporis, cùm (quod supèrius demonstratum est) mensis vnius spatio ad summum Constantinopoli missæ Romæ literæ redderentur, sicut & quæ Româ Constantinopolim mitterentur. Hæc satis quod ad res gestas Gelasij ipso sui Pontificatûs exordio cum Euphemio: Quid verò cum Anastasio Imperatore egerit, iam dicemus.

XXVIII. Quòd enim ipse Gelasius scisset eundem Imperatorem Anastasium rectæ fidei Catholicæ confessionem Euphemio Constantinopolitano Episcopo obtulisse: licèt nullas ab eo accepisset epistolas, nihilominus ad eũ scripsit pacificas ex more dari solitas literas: testatur id ipse in Commonitorio ad Faustum his verbis: *Ego nulla ipsius scripta percipiens honorificis (vt nostis) eum literis salutare curauerim.* hæc ipse. Quæ autem reperiuntur datæ literæ Gelasij ad Anastasium Imperatorem, non hoc anno, sed sequenti potiùs scriptæ esse noscuntur, vt suo loco dicemus.

XXIX. Inter hæc autem cùm in scandalum plurimorum Thessalonicensis Ecclesiæ Episcopus, idemq; totius Macedoniæ prouinciæ Metropolitanus, qui alias semper, cùm schisma aliquid obortum esset inter Orientales & Romanum Pontificem, ipsi sedi Apostolicæ firmissimè inhæreret, susceperéque consuesset eiusdem sedis patrocinium, modò Acacianis turpiter inhæsisset: idem Gelasius Papa, vt reliquos eius prouinciæ Episcopos in officio Catholicæ & Apostolicæ communionis contineret, ad eiusdem prouinciæ Antistites literas dedit Circulares, missas autem non ad Thessalonicensem, vtpotè indignum, sed ad Laurentium Lignidi Episcopum. de illo verò ita ad Dardaniæ & Illyrici Episcopos idem Gelasius[c]: *Nouerit autem vestra fraternitas, Ecclesiæ Thessalonicensis Antistitem nostris adhortationibus sæpius incitatum, contagia communionis externa nunquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacij, vel cæterorum similium persidorum, hucq; communicantium congruâ professione damnâsse. quapropter cum communionem sedis Apostolicæ non recepisse, manifestum est.* hæc Gelasius de Episcopo, cuius tamen populus persistabat in fide: nam de eo & de statu Ecclesiarum eius prouinciæ cùm in dictis literis ad Laurentium agit, qualis esset, earum exordio narrat his verbis[d]:

[c] Gelas. Epist. 8. tom. 1. Epist. decret.

[d] Gelas. Epist. 1.

XXX. GELASIVS AD LAVRENTIVM ET ALIOS EPISC. MACEDONIÆ.

In prolixitate epistolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio repleſtis in ea parte, in qua dictum est, quòd in Thessalonicensi Ecclesia, vel in alijs similiter recitatâ epistolâ prædecessoris nostri de excessibus Acacij, cunctis ei anathema dixerint, nec quisquam communioni prænaricatoris sese miscuerit. Vnde quia nos admones dilectione fraternâ, vt velut medicinam quandam fidei Episcopis per Illyricum, vel alijs ministrare debeamus: quanquàm hoc copiosissimè factum sit à beatæ recordationis prædecessore nostro: vt * & *quia mos est Romanæ Ecclesiæ sacerdotes nouiter constitutos formam fidei suæ ad sanctas Ecclesias prærogare: hæc eadem compendiosa nimis breuitate studui renouare, vt sub qua fide viuendum sit, secundùm statuta Patrum per hanc nostram epistolam propter breuitatem sine fastidio lector agnoscat. Confitemur ergo Dominum nostrum Iesum Christum, &c.* ponit namq; integram Catholicæ fidei confessionem, tanquam exemplar, quod Catholici omnes ad imitandam intueri deberent, vt meterentur & Catholici dici, & Catholicâ communione digni existimari. Sic namque moris fuit (vt ait) Romanorum Pontificum, Fidelibus omnibus credendi formam præscribere, quæ (vt Gelasius profitetur) nihil haberet alienum diuersumve ab ijs, quæ ijdem à maioribus accepissent, verùm omnia accommodata ad ingruentium hæresum medicinam; sicuti ipse Gelasius eadem fidei cõfessione, quæcumque obortæ essent aduersus veram Verbi Dei incarnationem hæreses damnans, rectè credendi regulam docuit. Porrò hanc epistolam ad Laurentium datam cõmunem esse voluisse omnibus Macedoniæ Episcopis, & textus ipse declarat, cùm & fidem eque communem omnibus præscribit: ad finem verò hæc habet de officio ab eodem Laurentio requisito:

XXXI. * videndum ADMONITIO GELASII.

Hæc ergo sunt, frater dilectissime, quæ pro antidoto nos debere mittere flagitâsti, quod cùm nullum amarum, neque dulce noxium habeat, libenter ne refugite. Nam & de nostro conuentu disposuerámus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset: Quòd facere credimus opportunè, cùm illarum partium correctio, Deo, iuuante Domino, legatione plenissimâ (sicut confidimus) fuerit nunciata: sperantes etiam de Dei nostri misericordia, vt huic prædicationi nostræ clementissimus & Christianissimus Imperator vnanimitatem suam, auxiliumque coniungat, quatenus pro fide, quâ polleat, in illis regionibus coerceat, quin suis quæsiunculis, & secundùm elementa mundi (sicut Vas electionis anteprædixit[e]) superflua vanaq; concinant, nolentes continere. salutaribus disciplinis. Sed vos (sicut ait idem Apostolus[f]) non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo docti estis, sicuti est veritas in Iesum: quam vtique ille apprehendere poterit, qui Orthodoxorum Patrum, (sicuti iam sæpè dictum est) obseruauerit institutæ. hæc Gelasius: quibus planè significatur, magnam spem ipsum de fide Catholica Imperatoris concepisse, cum audisset fidei Catholicæ libellum Euphemio Constantinopolitano Episcopo ab eo oblatum. Ita quidem hanc de se concitauerat Anastasius Imperator expectationem; sed perijt illa prorsus, cùm posteà auditum est chartam suæ confessionis reddi sibi voluisse.

[e] Coloss. 2

[f] Ephes. 4.

Eodem fermè tempore suî ipsius Pontificatûs exordio idem Gelasius ad vniuersos Dardaniæ Episcopos literas dedit monitorias per Tryphonem, quæ non extant; erant autem eius argumenti, vt monens præciperet Dardaniæ Episcopis vitare communionem Eutychianorum. extat eorum responsio ad Gelasium istis verbis[g]:

[g] Post secundum Gelasii post. tomo 1. epist. decret.

Domino sancto Apostolico & beatissimo Patri Patrum Gelasio Papæ Romæ humiles Episcopi Dardaniæ.

XXXII. DARDANORVM EPISCOPI EPISTOLA AD GELASIVM.

Saluberrimo Apostolatûs vestri præcepto, Tryphone viro reuerendissimo filio nostro referente, quæ oportet deuoti de suscipiendis & maximè Deo omnipotenti & beatitudini vestræ referimus gratias, quòd nos pastorali admonitione & Euangelica doctrinâ visitare dignatus es, domine sancte Apostolice & beatissime Pater Patrũ. Desiderij enim & voti nostri est, iussionibus vestris in omnibus obedire; & quemadmodùm à Patribus nostris accepimus, sedis Apostolicæ, quæ vitæ & meritis vestris delata est præcepta integerrime seruare, atque religionem Orthodoxam, cuius estis prædicator, fideli & inculpatâ deuotione, prout nostræ rusticitatis sensus patitur, custodire. Eutychetis enim, vel Petri, Acaciique, & omnium sectatorum eius atque consortium, velut quædam pestifera contagia, ante vestram quoque vitauimus iussionem, & multò magis nunc posteà admonitionem sedis Apostolicæ, & ab eadem nos pollutione necesse est abstinere: & si qui ex eiusdem Eutychetis sectam, vel Petri & Acacij aut secuti sunt, aut sequentur, vel eorumdem se complicibus atque consortibus æstimant immiscendos, & à nobis, qui sedi Apostolicæ secundùm diuina præcepta & Patrum statuta inculpatis seruire desideramus, omni ratione vitandi sunt.

XXXIII.

Et si qui prauâ intentione (quod neque arbitramur, neque optamus) à sede Apostolica se crediderint segregandos; ab eorum po-

VERE ORTHODOXOS SE ESSE DOCENT.

*alienos esse consortio profitemur: quoniam (vt dictum est) Patrum in omnibus custodientes præcepta, & inuiolabilia sacrosanctorum canonum instituta sectantes, Apostolicæ & singulari illi sedi vestræ communi fide & deuotione parere contendimus. Et quoniam suggerendi fomitem nobis pro insita sibi benignitate beatitudo vestra concessit, aliqua memorato Tryphoni viro religioso filio nostro præceptorum vestrorum portitori suggerenda mandauimus. Et vt suggestionem eius, quantum arbitramur, iustam & rationabilem pro supplicatione nostra libenti animo Apostolatus vester dignetur adnuttere, iustis *precibus exoramus (quod supplicatio nostra meretur efficium) vnum ex Angelica sede vestra cum sæpè dicto viro religioso ad nos vsq. præcipite destinare; vt sub eius præsentia, quæ fides Orthodoxa & vestræ iussionis sinceritas postulat, ordinentur.* hactenùs epistola; sequitur post hæc ibi posita Episcoporum subscriptio.

* iunctis.

XXXIV OBSERVANTIA ERGA APOSTOLICAM SEDEM.

Vides, quâ sequerentur obseruantiâ Catholici Episcopi Apostolicam sedem, quantoque dignarentur honore ipsum Romanum Pontificem, qui quidem non defuit officio: licèt enim ob tumultus bellicos aliquantò tardiùs, misit tamen ad eos secundùm petitionem ipsorum Vrsicinum Episcopum; adiecitque literis scris, quas voluit esse communes omnibus illarum prouinciarum Episcopis, iteratam admonitionem de cauendis hæreticis & communicantibus illis: quam quidem epistolam hoc tempore fuisse scriptam, satis ex eo apparet, quòd numerat annos quadraginta quinque ab ortu Eutychianæ hæresis. Sed & horum temporum statum Italiæ bellis Theodorici & Odoacris exagitatæ demonstrat verbis istis[a]: *Vbi primùm respirare fas est à continuorum tempestate bellorum, quæ in illu prouincijs, vel in istis temporum * qualitas incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam Domini sacerdotes fraternæ solicitudinis charitate duximus alloquendos: primùm quia regimen Apostolicæ sedis adepti spiritu publico (sicut dictum est) retardante, commissum nobis sacræ dispensationis officium, proprijs (vt mos erat) literis nequiuimus indicare, quo vestra fraternitas de communicatione Domini nobiscum munere gratulatur.* Videsne, lector, ad hoc scribi solitas à Romano Pontifice recens creato literas, vt ad quos ille scriberet, eosdem esse Catholicæ communionis participes omnibus innotesceret.

a Gelas. Epist. 2.

* temporibus

XXXV. QVID GELASIVS AD DARDANOS PER VRSICINVM EPISC.

Legauit igitur idem Pontifex cum his literis Vrsicinum Episcopum, vt hisce remedijs eosdem populos non solùm ab hæresi Eutychiana, sed à communicatione cum communicantibus ipsis hæreticis, alienos esse debere, instantiùs commoneret. Ad postremum verò eos cautos reddit his verbis: *Si* (inquit) *aures vestras de hac crediderit subreptione pulsandas: solicitudine pastorali ad nos quantocyùs referre properetis, & communi studio Catholicoq. tractatu pro domo vnius Domini cuncti Catholici conferant sacerdotes; vt quæ Orthodoxæ definitioni competunt, intemerata seruentur.* & paulò pòst: *Hæc autem vestræ dilectio ad contiguas sibi quasque prouincias, vicinosq. Pontifices prudenter faciat peruenire; vt Ecclesiarum Præsules vniuersi, veritatis institutione perceptâ, mortiferam declinare valeant falsitatem.* Circumferebantur hæ Gelasij literæ per vniuersam saltem Græciam circumferendæ. Sic igitur res anni huius se habuêre: quæ autem pòst à refractarijs tentata sint, dicemus anno sequenti.

XXXVI SALLVSTII EPISCOPI HIEROSOLYM. OBITVS.

Moritur hoc anno Sallustius Hierosolymorum Episcopus: cùm enim peruenisset ad annum octauum suæ sedis ex hac vita decessit. Ita quidem ex Cyrillo constat in Actis sancti Sabæ, in quibus hæc de eodem Sallustio enarrantur laude digna, cùm præcauit, ne monachi schismate diuiderentur[b]: *Lazarus* (inquit) *& Anastasius monastica perfectionis cùm paruam aut nullam curam gererent, ad quasdam autem mundanas curas, & pecuniæ emolumenta totâ mente & animâ conuersi essent, maximè cùm tunc Anastasius post Zenonem suscepisset Imperium, & schismata cum summa impudentia & licentia loquerentur aduersùs Ecclesiam: Cùm ergo tunc diuinus Sallustius (erat autem is Patriarcha Hierosolymitanus) statuisset liberare fratres ab illa tempestate: primùm quidem constituit, vt qui iam à me dictus est Marcianus eis præesset, & eorum susciperet rectionem. Cùm verò intercessisset aliquantum temporis, ægrotabat quidem diuinus Sallustius & corpore erat male affectus: ad eum ergo conuenerunt omnes, qui erant in solitudine. Ipse autem communi suffragio eorum, qui simul conuenerant, statuit, vt monasterijs, quæ erant circa sanctam ciuitatem, præsint Sabas & Theodosius, ij, quos præsens vobis ostendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodosius quidem ijs, qui communiter viuebant, Sabas autem ijs, qui cum nemine congrediebantur, & erant omninò separati, præerant.* Sic itaq; Sallustius ex hac vita recessurus, optimorum Præsidum roborę munitâ relinquere voluit monachorum Catholicam fidem. Subdit verò Cyrillus:

a Cyril. in vita Saba, c. 69.

b Cyril. in Euthym. apud Sur. die 20. Ianuar.

XXXVII. ELIAS EPISC. HIEROSOL. CRATVR.

Postquàm autem Sallustius migrauit ex hac vita, Elias quidem cuius sæpè memini in Vita magni Euthymij, in sedem illius inuehitur. & quidem hoc anno, vt apparet ex his, quæ inferiùs idem auctor ait, dum res gestas sub Elia tertio anno Anastasij Imperatoris recenset[c]. Porrò ad secundum annum Anastasij Sallustium peruenisse, itidem ipsæ res gestæ indicare videntur. Fuit Elias Arabs genere laudatissimus discipulorum S. Euthymij, de cuius sede idem Sanctus (sicut de Martyrio accidit) ante prædixerat: nam idem Cyrillus in Actis Euthymij hæc ait[d]: *Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animi ea, quæ erant ventura Martyrio & Eliæ, nempe fore, vt Iacobi, qui clarus erat in choro discipulorum, vnusquisque eorum sedis sit successor futurus.* hæc de prædictione. Venerant hi ex Ægypto monachi, vt superiùs cùm de Martyrio egimus, dictum est: sed de Elia dicturi, eâdè hìc repetemus. Ait enim idé Cyrillus: *Cùm ergo omnia in Ægypto essent plena turbæ & tumultu* ob hæreticos occupantes Alexandrinam Ecclesiam, *duo quidam anachoritæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, vnus quidem Cappadox, alter verò Arabs, profecti ex monte Nitriæ, ad magnum illum veniunt Euthymium, &c.* quot autem annos Elias sederit, dicemus in eius obitu.

c Sophron. Prat. spir. c. 33.

d Cyril. in Saba, c. 69.

XXXVIII. ELIAS EPISC. MONACHOS APVD SE CONGREGAT.

Magnâ planè Dei prouidentiâ factum est, vt è monasteriorum latebris in sedem illam sublimem eueheretur Elias, qui in spiritu Eliæ aduersantem Achab Ecclesiæ Dei posset arguere, & prophetas Baal confodere verbi gladio. Constat autem eundem S. Eliam consectarium esse idem vitæ genus cùm est factus Episcopus, quod excoluerat anteà monachus, & nunquam bibisse vinum, vt Polychronius testatur apud Sophronium[e]. Subdit verò hæc idem Cyrillus[f] de eodem Elia: *Vbi factus est Hierosolymorum Episcopus, statim omni studio contendit, vt circa se congregaret bonos monachos sancta Resurrectionis circa Turrim Dauid dispersos in aliquibus cellis. Monasterium quidem certè construit apud Episcopatum, & cellas ædificat ad illos excipiendos: & vnicuique eorum, qui conueniebant, abundè suppeditabat ea, quæ erant necessaria. Cùm hi ergo omnes monachi illic congregarentur, diuinissimus Sabas rursùs emens multas cellas, in quibus illi priùs habitabant, adiecit eas ad illos hospitio recipiendos, qui veniebant ad Lauram.* hæc ipse, qui & de hymno Trisagio hæc paulò inferiùs habet[g]:

e Sophron. Prat. spir. c. 33.

f Cyril. in Saba, c. 69.

g Cyril. in Saba, c. 40.

XXXIX DE HYMNO TRISAGIO GRÆCE CANENDO.

Quoniam autem quidam sequentes inanem vocem Petri cognomento Fullonis, qui eadem sentiens, quæ Eutyches, cùm Antiochenam sedem impiè inuasisset, sæpè fuit expulsus à sacris vestibulis angelico Tersancti hymno inserebant, Qui propter nos fuit crucifixus: diuinus Sabas adulterinam hanc tollens nouitatem, aliam quidem sacrorum hymnorum consequentiam (quandoquidem sciebant eum rectè prosequi Armenos) permisit eos solita voce canere: solùm verò hymnum Trisagium sanxit canere linguâ Græcâ: hoc quoque præterea præcipiens, vt die quidem Sabbati in templo Speluncæ, diebus autem Dominicis fierent synaxes in templo Deiparæ: in alijs autem Ecclesijs & Dominicis & insignioribus festis magis solemnibus à vesperâ vsque ad manè producerent vigilias. hæc Cyrillus.

XL.

In his autem obserua, quòd ait Sabam instituisse, vt propriâ linguâ ipsi psallerent, nempe Armenâ reliquos hymnos, ipsum autè Trisagion Græcâ linguâ concinerent. Eâ quidem ratione, vt audiretur ab omnibus, Catholicos longè aliter hymnum illum occinere, quàm docuisset Petrus Fullo impius hæresiarcha; & quâ linguâ ille hæresim sacræ cantioni admiscuisset, eâdem Catholici illam absque vllo additamento occinentes, errorem redarguerent hæreticorum, & se perspicuè esse Catholicos declararent. Quo salubri consilio introductum est paritet in Occidentali Ecclesia, vt vbique solemni ritu in Paraseve, cùm sancta Crux adoratur, absque vllo additamento, *Qui crucifixus pro nobis.* à nefario Petro Fullone appositio,

Trisa-

Trisagion Græcè tantummodò publicè concinatur; qui laudabilis vsus hactenus in detestationem antiquæ blasphemiæ perseuerat.

XLI. BELLVM ISAVRICVM.

Hoc eodem anno, qui secundus est Imperatoris Anastasij, cœptum esse bellum Isauricum, auctor est Marcellinus, qui & sexennio illud perdurâsse tradit, quinquennio verò Theodorus Lector[a]. Cùm ex rebus ipso exordio prosperè succedentibus Anastasius insolentior factus, pœnitens se dedisse fidei Catholicæ professionem Euphemio, eandem ab eo restitui sibi coëgit: id quidem ipse, Theodorus affirmat, & Cedrenus hoc anno eius Imperij secundo accidisse testatur. Quonam autem colore id Anastasius egisse dicatur, audi Euagrium[b] rem gestam referentem (vt puto) ab Eutychiano historico Zacharia, à quo & alia plura se deprompsisse fatetur: *Ipse* (inquit) *Anastasium pacis studiosum cùm in Rempublicam, tum maximè in Ecclesiæ administratione nihil omninò rerum nouarum moliri voluit: immò verò modis omnibus elaborauit, vt tum Ecclesiæ sanctissimæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes, qui ipsius parebant Imperio, summâ tranquillitate fruerentur, omni contentione & discordiâ ex rebus tam Ecclesiasticis, quàm ciuilibus personis sublatâ.*

[a] Theod. Lect. Collect. lib. 2.

[b] Euagr. lib. 3. c. 32. QVO CORE ANASTASIVS EO VERSVS HÆRESEOS.

XLII. MISERRIMVS STATVS ECCLESIÆ ORIENTALIS.

Quod autem ad Concilium Chalcedonense attinet: illud illi temporis neque palam in Ecclesijs sanctissimis prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam singuli Ecclesiarum Præsides arbitratu suo in ea re egerunt. Atque vt nonnulli decretis in eo Concilio editis firmè & constanter adhæserunt, & ne syllabam quidem de rebus ab eo definitis remittere, immò nec literæ mutationem admittere voluerunt; quin etiam ab illis, qui eiusdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recusantes penitùs cum ijs communicare: sic alij non solùm illud Concilium & eius decreta reiecerunt, verùm etiam tum illud, tum Leonis de fide decisionem damnârunt anathemate. Alij verò epistolam Zenonis de concordia mordicùs tenuêre; idque cùm inter se, vtrùm vna, an duæ sint in Christo naturæ, grauiter dissiderent. Ac pars eorum ipsa literarum compositione decepti sunt; pars ad pacem se magis inclinârunt: vsque adeò, vt omnes Ecclesiæ in separatas factiones diuiderentur, & earum Præsides inter se ipsos minimè communicare vellent. Vnde plurimæ dissensiones tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya ortæ sunt; dum Episcopi Orientis neque cum Episcopis Occidentis, neque cum Episcopis Libyæ, neque ipsi vicissim cum Orientalibus in gratiam reduci poterant. sed res ad maiorem absurditatem in dies prolapsa est: quippe Antistites Orientis nec secum ipsi communicare voluerunt, nec Europæ præterea & Libyæ Episcopi, nedum cum exteris.

XLIII. QVID MALE CONSVLTVS AGAT ANASTAS. IMP.

Quæ res cùm Anastasius Imperator animaduerteret, Episcopos, sicubi eos nouis rebus studentes, aut quemquam præter consuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebant, Concilium Chalcedonense prædicantem, aut idem ipsum damnantem, anathemate comperiret, exturbauit. hæc de præxtu Anastasij Euagrius: quibus planè significatur, ipsum Imperatorem nequaquam fuisse Eutychianum hæreticum, quòd probaret damnari Concilium Chalcedonense; neque Catholicum, quòd nec illud permitteret prædicari, cuius & à se editam professionem receptam voluit aboleri aut ipsum falsò existimâsse, imposito tum Catholicis, tum hæreticis silentio, pacem induci posse, cùm vera pax semper iustitiâ consequatur, secundùm Dauidicum illud[c]: *Iustitia & pax osculatæ sunt.*

[c] Psal. 84.

XLIV.

Cuiusnam ergo hæresis Anastasius sectator fuit? Acephalorum fuisse sectæ hæreticum, habent Acta[d] Theodosij Cœnobiarchæ affirmant id ipsum Cedrenus & alij: fuerunt autem, qui dixerûre eum sectâ fuisse Manichæum, vtpotè Manichæa matre natum. Leontius verò ait, Anastasium ex numero illorum hæreticorum fuisse, qui obid, quod neutri duarum aduersantium sibi partium inhæreret, nominati sunt *Hasitantes*: qui & ipsi, quod capite tarerent, *Acephali* dicti esse reperiuntur[e]. De eiusmodi *Hasitantibus* cùm Leontius agit, hæc ait[e]: *Age de argumentis quibusdam nonnullis, quæ omnes illi Hasitantes obijciunt Ecclesiæ; paucis disseramus.* & inferiùs: *Primum est, Synodum Chalcedonensem non esse recipiendam, quòd ei homines inconstantes & sibi ipsis dissimiles interfuerint: nimirùm eos & Eutychetem ab officio remouisse Byzantij, & Ephesum profectos Eutychetem vnà cum Dioscoro reciisse, reiecto Flauiano.* rursum post hæc confutata subdit: *Alterum argumentum est, quòd hac habita Chalcidone Synodus (vti de ipsis Actis intelligi potest) dixisse videatur, Dioscorum non propter fidem abdicatum esse. Recte igitur sentiebat Dioscorus, & malè Synodum eum abdicabat. Talem Synodum quo pacto nos probare possumus?* Confutato & hoc falso ipsorum prætextu, ostendens eam fuisse tantùm vnius Anatolij Episcopi Constantinopolitani sententiam, cùm ibi dixit: *Non propter fidem depositus est Dioscorus, sed quia fecit excommunicationem B. Leoni.* & alijs aduersus eos inductis, pergit ipse Leontius: *Alterum dubium est, cur Synodus definitionem illam repudiauerit, quâ continebatur verbum istud, Ex duabus naturis; cùm tamen sanctus ille vir Cyrillus sursum deorsumq; ex duabus naturis dicat.* Sed & his penitùs confutatis, addit, hæc dicens:

[d] Theod. apud Sur. die 11. Ianuar.

[e] Leont. de Sect. Act. 5 & 6. * hi HASITANTIVM RATIONES AT FALSI

XLV.

Quarta difficultas est (secunda enim in duo diuiditur) quòd homines sectarios, nempe hæreticos, Synodus Chalcedonensis receperit, Theodorum scilicet & Ibam. & postquam hæc refellit, adiungit: *Rursum obijciunt: Cur Synodus ab eo, Theodoreto videlicet, non postulauerit, vt sua scripta, quæ aduersus duodecim beati Cyrilli capitula composuerat, anathematizaret?* Erant hæ obiectiones *Hasitantium* aduersus Chalcedonense Concilium, quas omnes idem Leontius perfacilè dissoluit: quem consuluere, quibus ea visa sunt alicuius esse momenti: cùm alioqui ijdem *Hasitantes* cum Eutychianis eos redarguerent, qui duas asserrent in Christo naturas; quos idem Leontius egregiè confutat. Sed hæc satis ad *Hasitantium* errores, quibus sub pacis nomine quasi neutri partium vellet hærere Anastasius Imperator inhærens, ab Euphemio palàm quidem fidei suæ professionem, quâ probârat Chalcedonense Concilium, reddi sibi voluit.

XLVI. [f] Rom. 8.

Istane Principis vera prudentia, & non potiùs ea, quam mortem Apostolus[f] nominat? Hâc Anastasius vsus recessit à Catholica fide, quam si asseruisset vt alij Imperatores, citò Ecclesijs pacem restituere potuisset. Stultè enim in meditullio se constituens, tantùm abfuit, vt exulem diu pacem Ecclesijs redderet, vt ex discordijs nouas discordias propagârit, omniaque vbique miscuerit turbis, atque dissensionibus agitârit. Sed quid accidit? Cùm sic multiplicarentur in Oriente aduersarij Chalcedonensis Concilij, qui vnus eius patrocinium susceperat Euphemius Constantinopolitanus Episcopus ab Orthodoxis compluribus colebatur, licèt extorris esset à communione Apostolicæ sedis: Etenim non communicare cum Euphemio, planè videbatur ijs, qui erant in Oriente, id ipsum esse aduersari Concilio Chalcedonensi, cuius erat ipse protector: ficq; veluti contingere solet in nocturno conflictu, nec qui erant amici ab aduersarijs facilè dignosci valebant, accidebatque omnes inter se mutuò commisceri, cùm inimicis interdum se iungerent Orthodoxi putantes eos verè esse Catholicæ fidei defensores. Hæc ita hoc anno se habuêre: reliqua autem dicemus inferiùs suis locis.

PRÆTEXTVS.

CVR CATHOLICI COMMVNICARENT CVM EVPHEMIO.

IESV CHRISTI
Annus 493.

GELASII PAP. Annus 2. ANASTASII IMP. 3. THEODORICI REG. 1.

QVADRINGENTESIMVS nonagesimustertius Christi annus Consulatu Albini in Fastis Cassiodori reperitur adscriptus, apud Marcellinum verò collega Eusebius additur. Porrò in veteribus Latinis monumentis vnus ponitur Consul Albinus, idemque Iunior inscriptus, quod alter Albinus Maior gesserit Consulatum anno Domini quadringentesimo quadragesimoquarto vnà cum Theodosio Imperatore. De hoc autem Iuniore Albino mentio est in titulo sepulturæ ad ostium cryptæ ad S. Iuuenalis Narniæ posito verbis istis:

HIC QVIESCIT PANCRATIVS EPISCOPVS FIL. PANCRATII EPISCOPI, FRATER HER-

CVS

CVLI EPISC. DEPOSITVS III. N. OCTOB. CONS. ALBINI IVNIORIS.

ita ibi. Sed quòd audis Pancratiũ Episcopum filium Pancratij Episcopi: memoriã repete, quæ superiùs dicta sunt ex S. Hieronymo aduersus Iouinianum, pristino more fuisse receptum, vt coniugati frequenter ad Episcopatum postularentur, eã tamen lege, vt à coniuge abstinerent.

II. Quod autem ad res gestas pertinet: *Hoc anno* (inquit Cassiodorus) *Dominus noster Rex Theodoricus Rauennam ingressus, Odoacrem molientem sibi insidias interemit.* Quomodò autem id acciderit, Procopius breuiter ita narrat[a]: *Theodoricus verò in Rauennæ obsidione cùm annum iam tertium contriuisset, Gothiq; ipsi diutiùs hanc obsidendo, tædio ac molestiã afficerentur, & Odoacrus insuper milites necessariarum rerum vi gerentur inopiã: conuentum adinuicem est* (Rauennæ Antistitis interuentu pacificantis) *Theodoricus, Odoacerq; æquã ac similis sortis ea in vrbe vt viuerent, pariterq; potirentur imperio. Quibus conditionibus aliquamdiu vtriq; seruatis, Theodoricus per causam, quòd in se machinatum insidias esset, Odoacrem ad epulas fraudulenter vocatum cùm occidisset, barbaris sibi & hostibus conciliatis, qui reliqui fuerant, Gothorum solus & Italicensium imperium tenuit: Romani tamen Imperatoris nec insignia quidem, nec nomen sibi desumpsit, sed quoad vixit, Rex est appellatus, quo nomine suos barbari nuncupant duces.* hæc de extincto Odoacre & Theodorici regno Italiæ adepto Procopius. Sed prætermisere rursus hæc fuisse proditoriè acta Cassiodorus atq; Iordanus: ille, quia in gratiam Theodorici, cui erat ab epistolis, cuncta disponeret: iste, quia suorum Gothorum scriberet historiam.

[a] *Procop. de bello Goth. li. 1.* ODOACER OCCIDITVR, REGNAT THEODORICVS.

III. Quod verò ad Odoacrem Regem pertinet: planè illi accidit, quòd à sancto Seuerino Noricorum Apostolo fuerat prænunciatum verbis illis: *Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos.* nam reliquis quibus superuixit annis vsque ad decimumseptimum, haud integer fuit: siquidem sæpè victus & obsessus triennio Rauennæ detentus est. Theodoricus autem Rex vnà cum Rauenna integrã potitus Italiã, diuturno bello fatigatus, ad stabiliendum adeptum regnum pacem optat: quam inire in primis cum Anastasio Imp. cupiens, duos ad eum mittit legatos cum literis, cùm ipse aliàs sæpè (vt ijsdem testatur) ab eodem Imperatore ante accepisset. Theodorici autem epistola sic se habet [b]:

[b] *Cassiod. Epist. 1.*

Anastasio Imperatori Theodoricus Rex.

IV. THEODORICVS PACEM QVÆRIT AB IMP.

Oportet nos, clementissime Imperator, pacem quærere, qui causas iracundiæ noscimur non habere: quando ille moribus obnoxius iam tenetur, qui ad insta deprehenditur imparatus. Omni quippe regno desiderabiles debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitates gentium custoditur: hæc est enim bonarum artium deuota * *mater: hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans, facultates protexit, mores excolit; & tantùm rerum ignarus agnoscitur, qui eam minimè quæsisse sentitur. Et ideò, pissimè Princeps, potentiæ vestræ conuenit & honori, vt concordiam vestram quærere debeamus, cuius adhuc amore proficimus. Vos enim estis regnorum omnium pulcherrimum decus, vos totius Orbis salutare præsidium, quod cæteri dominantes iure* * *, quasi in vobis singulare aliquid inesse cognoscunt: nos maximè, qui diuino auxilio in Republica vestra curam didicimus, quem admodùm Romanis æquabiliter imperare possimus. Regnum vestrum, imitatio vestra, forma est boni propositi, vnici exemplar Imperij: qui quantum vos sequimur, tantùm gentes alias anteimus. Hortamini me frequenter, vt diligam Senatum, leges Principum grato animo amplectar, vt cuncta Italiæ membra componam. Quomodò potestis alij augustæ pace diuidere, quem non optatis à vestris moribus discrepare? Additur etiam venerandæ Romanæ vrbi affectio, à qua segregari nequeunt, qui se nominis vnitate iunxerunt.*

[a] decora

[b] suscipiunt

V. *Proinde illum atq; illum* (reticuit Cassiodorus nomina legatorum) *legationis officio ad serenissimam pietatem vestram credidimus destinandos: vt sinceritas pacis, quæ causis emergentibus cognoscitur fuisse vitiata, detersis conditionibus, in sua deinceps firmitate restituta permaneat: quia pati vos non credimus inter vtrasq; Respublicas, quarum super vnum corpus sub antiquis Principibus fuisse declaratur, aliquid discordiæ permanere, quas non solum oportet inter se otiosa dilectione coniungi, verum etiam decet mutuis viribus adiuuari. Romani regni vnum velle, vna semper optio sit. Quicquid & nos possumus, vestris præconijs applicetur. Quapropter salutationis honorificentiam præferentes, pronã mente deposcimus, ne suspendatis à nobis mansuetudinis vestræ gloriosissimam charitatem, quam ego sperare debui, etiam si alijs non videretur debere posse concedi. Cætera verò per latorem præsentium pietatis vestræ verbo suggerenda commisimus, vt nec epistolaris sermo redderetur extensior, nec aliquid pro vtilitatibus nostris prætermissum videremur.* hactenùs Theodoricus ad Anastasium Imperatorem. Porrò missam hanc fuisse legationem post pacatas vndiq; res vltimo anni huius tempore, persuadet, quòd Gelasius Kalendis Nouembris ad Episcopos Piceni prouinciæ scribens, ad illam fermè diem tumultus bellicos perdurâsse testetur.

VI. PAPA VETERT IRENÆVS LEGATI.

Quinam autem fuerint duo hi à Rege missi legati Constantinopolim, licèt suppresserit Cassiodorus silentio; ex literis tamen Gelasij Papæ possumus intelligere, alterum ipsorum fuisse Faustum Magistrum Officiorum, cui idem Pontifex Commonitorium dedit, vt paulò pòst dicturi sumus; alterum verò fuisse Irenæum, ex literis eiusdem Pontificis ad Anastasium Imperatorem posteà datis apparet: nam in eius epistolæ exordio de ambobus missis legatis, ijsdemq; reuersis, hæc habet: *Famuli pietatis vestræ, Cly mei, Faustus Magister, & Irenæus, viri illustres, atque eorum comites publicâ legatione fungentes, ad Vrbem reuersi, &c.* quam hîc Gelasius dicit publicam legationem, in Commonitorio ad Faustum regiam legationem appellat: vt non sit dubium, de legatione missa à Theodorico debere intelligi. Cæterùm quod ad eiusdem legationis effectum pertinet, factus est voti compos Theodoricus, vt ab Anastasio Imperatore pacem perfacilè obtinere, vtpote qui (vt dictum est) auro etiam ab hostibus eam redimere consueuerit: sed etsi bellicosissimus quoque fuisset, ratio temporis exigebat, vt implicito ipsi periculosissimo Isaurico bello, pacem non dandi tantùm, sed petendi onus incumberet.

VII. [c] *Iordan. de reb. Goth.* THEODORICVS PACEM CVM OMNIBVS REGIBVS SIBI CONCILIAT.

Ad stabiliendum quoque sibi Italiæ regnum eumdem Theodoricum legationem misisse constat [c] ad Clodouæum Francorum Regem, eiusque filiam Audeflendam in matrimonium dari sibi postulâsse: quod ille gratè concessit. ante cuius connubium ex concubina adhuc in Mœsia positus duas Theodoricus genuerat filias, quarum alteram nuptui tradidit Alarico Wisigothorum Regi, alteram verò Regi Burgundionum in Gallia regnantibus. Iam verò & antequam obtinuisset penitùs, occidisset quæ Odoacrem, cum Wandalorum Rege in Africa regnante pacem sibi conciliâsse, superius dictum est. Sicigitur cùm omnium in Europa regnantium Principum fœdere Italiæ regnum pacatum sibi reddidisset, atque tranquillum: hinc factum est, vt rebus politicis moderandis animum penitùs addixerit, vsus Romanis magistratibus, de ciuibus omnibus ac potissimùm Senatoribus benemereri solitus. In primis verò Aurelium Cassiodorum Senatorem virum illustrem ac doctum auxit dignitate Patriciatûs, de qua eidem collata dignitate extant eiusdem Theodorici literæ cùm ad ipsum Cassiodorum, tum ad Senatum datæ [d], in quibus magistratus tum ab ipso, tum à maioribus eius benè perfuncti honorifica mentio habetur. retinuit eum apud se, cuius consilio regnum moderari consueuit, & leges sancire populis, vsus etiam eius ministerio in conscribendis ad diuersos epistolis, ex quibus ipsius Cassiodori libri Variarum confecti sunt. At de his satis: reliqua verò de ipso annis singulis pro temporum ratione promemus. Iam ad res Ecclesiasticas reuocemus orationem.

CASSIODORO COLLATA PATRICIATVS DIGNITAS. [d] *Cassiod. Par. lib. 1 Epist. 3.*

VIII. GELASIO PP. OCCASIO DATA COMMONITORII SCRIBENDI.

Decretâ, quam diximus, à Theodorico Rege ad Anastasium Imperatorem legatione, alteri legatorum Fausto Magistro Gelasius Papa causam commendat, quæ vertebatur cum Euphemio Episcopo Constantinopolitano à Catholica communione diuiso: vt si posset, quod iustum esset, ei persuaderet, nempe vt Ecclesiæ Romanæ æquissimis iussionibus parens, eiusdem consequi mereretur communicationem frustrà hactenùs expetitam. Huius autem

dele-

delegandi Fausto negotij ea potissimum ratio intercessit, quòd acceptis à Gelasio anno superiore datis litteris Euphemius Patriarcha, tantum abfuit, vt illis pro cõsequenda communione Romani Pontificis acquieuerit, vt etiam animo obstinatiori resiliens, non solùm Acacij nomen è sactis tabulis minimè dimserit, sed & eius defendendi susceperit patrocinium: immo & eò dementiæ progressus fuerit, vt inops consilij, quid aliud faceret nescius, ipsam Apostolicam sedem ad iudicium vocare in animum duxerit, & iactârit præter hæc alia plura ab eisdem hæreticis & schismaticis contra Apostolicam sedem effutiti solita. His accessit, quod ab eo & alijs Orientalibus ac concitandam Anastasij Imperatoris inuidiam & odium aduersus Rumanum Pontificem, in vulgus sparsum fuerit, ipsum Athanasium ab Episcopo vrbis Rómæ non recipi, neque à Senatu Romano: cuius rei causâ ipse Imperator commotus est.

QVERELA AD VERSVS GELASIVM.

IX. Ne igitur horum occasione Romana Ecclesia in discrimen adduceretur, arctataq; inter duos hæreticos Principes Anastasium & Theodoricum duritiebus angustijs premeretur: viro pio Fausto magistro alteri legatorum tantæ molis negotium credidit, vt cùm esset Constantinopoli, obiecta dilueret, tentata dessueret, atque sequester pacis existens, Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali conciliator accederet. Profectus est Faustus, nauiterque negotium susceptum peregit; sed non ex sententia vt ex in optatis absoluit, refragante Euphemio, & maiora rixarum fomenta miscente. Quæ & de omnibus, quæ transacta erant cum ipso, datis ad Gelasium litteris, cum reddidit certiorem. Quibus acceptis, Gelasius ad eum rescripsit aduersus aduersariorum calumnias defensionẽ, quæ posset idem Faustus ab aduersarijs obiecta refellere. Extat ipsa quidem Commonitorij nomine nũcupata, quod scilicet eum Gelasius admoneret, quonam modo petulãtiam calumniantium retundere valide posset. est verò eius argumenti tractatio, quâ rerum gestarum series apetiatur, & illorum refellantur obiectiones, digna vtique, quam perlegas, & exactè consideres; cuius hic est titulus:

X. *Beatissimi Gelasij Papæ Commonitorium ad Faustum Magistrum iungentem legationis officio Constantinopoli.* quod quidẽ tunc scriptum videtur, cum ad litteras ipsius Fausti Gelasius respondit, cùm ad eum ille scripsisset de Græcorum animo obstinato: epistola autem ita habet:

COMMONITORIVM GELASII AD FAVSTVM

Ego quoque mente percepi, Græcos in sua obstinatione manssuros, nec cui velit insperatum videri potest, quod est antè precognitum. Quapropter non tam propter religionis causas student dissoluere publicis obuiare, sed potiùs per occasionem legationis regiæ Catholicam fidem moliuntur euertere, & tali commento nitiũtur speratæ præstare. Quid sibi vult autem, quòd dixerit Imperator, à nobis se in religione damnatum; cùm super hac parte & decessor meus non solum minimè nomen eius attigerit, sed insuper quando principia adepta regiæ potestatis exercuit, in cunctis scripsit Imperij promotione gaudere, & ego illa ipsius vnquam scripta percipiens, bonorificiũ (vt nósti) cum litteris saluare curauerim? Decessores mei sacerdotes, qui prœuaricatoribus se communicâsse, propria voce confessi sunt, à communione Apostolica submouerunt. Si isti (Imperatori scilicet) placet se miscere damnatis, nobis non potest imputari: si ab eis velit discedere, tantò magis à nobis non potest esse damnatus; sed potiùs ad gratiam sinceræ communionis admissus. hæc quod ad excusationem Pontificum pertinet: sed quòd nec recepisse à Senatu, vt hæreticum, esset eiusdem Imperatoris Anastasij querela; hæc ad ipsius Senatûs excusationem idem Gelasius subdit in eodem ad Faustum Commonitorio:

ANASTASII QVERELA IN SENATVM.

XI. *Ad Senatum verò pertinet Romanum, vt memor fidei, quam à parentibus se suscepisse meminit, contagia vitet communionis externa, ne à communione huius sedis Apostolicæ (quod absit) reddatur externus. Veniam sibi dari proponunt. Legatur ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei, à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Saluatore veniam nisi corrigentibus se fuisse concessam. Audiatur autem ab cœlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: Dare nobis veniam, dum tamen nos in errore duremus.*

XII. *Id quoq; partier ostendant, qui no bis canonũ nituntur opponere: quibus hoc canonibus, quibus regulis, quâ lectione, quo documento sint à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse, non dubium est) seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos & mortuos, sine factum est vnquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Christum: in errore mortuos absoluisse, non legimus. Et qui certè hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principi. Iter mandat Apostolo[a]: Quæ ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlis, & quæ solueris super terram, soluta erunt & in cœlis. Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui. Quod ergo nunquam factum est, vel mente concipere formidamus, scientes in diuino iudicio non posse penitùs excusari.* hæc idcirco Gelasius, quòd petijsent Orientales Acacij communicatores, dari illi veniam, quod in Romanum Pontificem deliquesset, à quo fuerat excommunicatus: quod nisi fieret, comminarentur se penitùs à Romana Ecclesia discessuros. At hæc quidem ipse Gelasius ista respondit:

GELASII CAVSA IVSTISSIMA.

[a] Mat. 16.

Si autem, quod nunc prætendunt, à Romana Ecclesia se sunt diuisuri, id iamdudum fecisse monstratur. Euphemium verò minor, si ignorantiam suam ipse non perspicit, qui dicit Acacium ab vno non potuisse damnari. Ita ne non perspicit, secundum formam Synodi Chalcedonensis Acacium fuisse damnatum: nec nouit eam, aut se nósse dissimulat? in qua vtique per numerosam sententiam sacerdotum errorũ huius auctores constat fuisse damnatos, sicut in vnaquaque hæresi à principio Christianæ religionis & factum fuisse, & fieri, manifesta rerum ratione monstratur, decessorẽmq; meum executorem fuisse veterum constituti, non noua constitutionis auctorem. Quod non solùm Præsuli Apostolico facere licuit, sed cuicumque Pontifici, vt quotlibet & quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius antè damnatæ à Catholica communione discernant. Acacius quippe non fuit nouus vel propriꝰ inuentor erroris, vt ei eum noua secta prodirent, sed alieno sacinori sua communione se miscuit. Atque necesse est, vt in eam recidere iustã hanc sententiam, quam cum suis successoribus per commentitiam Synodalem susceperat auctor erroris.

XIII. DE BVPHEMII VANITATE.

Nobis opponant canones, dum nescimus quid loquantur: contra quos hoc ipso venire se produnt, quòd primæ sedis sanæ rectæq; suadenti parere fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sedis examen voluêre deferri: ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere, sanxerunt: Ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium: Nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiam q; illius constituêrunt non oportere dissolui, cuius potiùs decreta sequenda mandârunt.

XIV. DE APPELLATIONIBVS AD APOSTOLICAM SEDEM.

In hac ipsa causa Timotheum Alexandrinum, & Petrum Antiochenum, Petrum, Paulum, & Ioannes, & Lazari, non solum vnus, sed plures vtiq; nomen sacerdotij præferentes, solâ sedis Apostolicæ sunt auctoritate damnati: cuius rei testis etiam ipse docetur Acacius, qui præceptionis huius extitit executor. Quod vtique sanctæ Apostolicam sedem in ea formam Synodicam fecisse, manifestum est, sic nemini vnquam resultare potuisse, certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum est damnatus Acacius, qui eorum damnationem antequam præmaturator existeret, fouebat executor. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contrà quos semper ambitionibus suis exitus fecisse monstrantur.

XV. PATRIARCHÆ DAMNATI A SEDE APOSTOLICA.

Quæ ipsi Synodo, vel secundum cuius Synodi formam Alexandrinum Ioannem de Ecclesia, cui ordinatus fuerat, eiecerunt? qui nullis ausis euidentibus nec ante conuinci, nec postea pronocans etiam in iudicio competenti potuit accusari. Quòd si dicunt, Imperator hoc fecit. Hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est susceptum? Cur huic tam prauo facto consensit Acacius, cùm auctoritas diuina dicat b: Non solùm qui faciunt prauæ res esse, sed etiam qui consentiunt facientibus? Quibus canonibus, quibusve regulis Calẽdio exclusus est, vel primi verbum diuersarum Catholici sacerdotes? Quâ traditione maiorum Apostolicam sedem in iudicium vocant? An secundæ sedis Antistites & tertiæ, cæteri quoque sibi consessi sacerdotes pelli debuerunt; & qui religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo si alios habeant canones, quibus suas ineptias exequantur.

INIVSTE FACTA AB ACACIO.

b Rom. 1.

XVII. PRÆSVMPTIO VOCANDI AD IVDI-

Cæterum isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare num possunt? & Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopi, quæ vtique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens per sido-

CIVM SEDEM APOSTOLICAM.

ram, non debuit submouere? An qui hominum mentium est Imperatori, & qui Imperatorem læsisse perhibentur, depelli debuerunt, & in Deum, qui summus & verus est Imperator, Acacium delinquentem: sinceramq; communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum Synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? Sed velint, nolint ipsius iudicio antiquæ canonum constitutionis firmabuntur. Sed religiosi viri atque perfecti secundum canones concessam sedis Apostolicæ potestatem nimirum conantur eripere, & sibimet tam contra canones vsurpare contendunt? O canonum magistros atque custodes! Nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis aliena, diuina Scriptura dicente [a]: Hominem hæreticum post primam & secundam correctionem deuita, sciens, quod huiusmodi delinquat proprio iudicio condemnatus. Ecce cognoscant, quia non solùm ab alio, sed à se ipso damnetur hæreticus.

[b] Tit. 3.

XVIII. MENDACIA CONVINCVNTVR PROLATA.

Illud autem nimis est impudens, quòd Acacium veniam postulâsse confingunt, & nos extitisse difficiles. Testis est frater vester, filius meus, vir illustris Andromachus, qui à nobis abundanter instructus est, vt cohortaretur Acacium, depositâ obstinatione respiscere, & ad sedu Apostolicæ remeare consortium: quique se sub iureiurando magnæ cum eodem molitionibus esse testatur, nec ad ea, quæ recta sunt, potuisse deflecti, sicut verũ probatur effectus. Quòd verò hîc dicat Gelasius, à nobis instructum Andromachum ad Acacium cohortandum, non ita intelligi potest, vt id Gelasius ipse prælocuturus iterit, cum idem Acacius iamdiu, antequàm ipse Pontifex crearetur, decessisset ex hac vita: sed illud, quod à nobis, hoc est, ab ipsa Apostolica sede factum intelligit. At pergit: Certè proferatur iudicium, quando miserit, quando veniam postulârit, correctionemq; suam nobis promiserit exhibendam: nisi fortè hunc animum gesserit, quem successores eius habere perspicimus, vt tamen si veniam postularet, sic sibi vellet impendi, vt nihilominùs in errore persisteret: vbi vtique non tam à nobis reciis videretur, quàm nos potiùs ad suam traducere prauitatem. Quem reatum se confessuros asserunt ante certamen? Si reatus est, vtique corrigendus est: Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri: nisi (quod est infelicius) cùm & fatentur reatum, & non æstimant corrigendum.

XIX. FALSA ET INANIS PRÆTENSIO SCHISMATICORVM.

Illud quoque me ridere libuit, quòd ait: Si necesse fuerit, veniam postulare. Existimans nimirùm tunc se peccati veniã necessariò postulare, si eis concedamus, ne peccare desistat; immo etiam (quod absit) cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quæ mundi prodigia hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest, correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps finitur mansura peruersitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio. Non est mirum, si isti sedem beati Petri Apostoli blasphemare præsumũt, qui talia protenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronunciant: cùm eis prima sedes, quicquid est pietatis, non resistat offerre, illi eam ipso proteruo spiritu subiugare se posse confidant. Sed captos mente facere ista, non mirum est: Sic phrenetici solent medicantes quosque vel vt hostes putare, vel cædere.

XX. APOSTOLICA SEDES IVDICAT OMNIA.

Quæro tamen ab his iudicium, quod prætendunt, vbinam possit agitari: an apud ipsos, vt idem sint inimici & testes & iudices? Sed tales iudicia nec humana debent committi negotia, necdum diuinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet: nonnisi Apostolicæ sedi iuxta canones datur summa iudicij totius. Si quantum ad sæculi potestatem: illa à Pontificibus, & præcipuè à beati Petri Vicario, debet cognosci; quæ diuina sunt, non ipsa eadem iudicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus sæculi (qui tamen Christianus est) vendicare præsumit, nisi religionem forsitan persequens.

XXI. AVCTORITAS APOSTOLICÆ SEDIS.

Quid tamen dicerent, si non chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias itaque suas sibi seruent, nisi respiscant potiùs cogitantes Christi vocem non esse superfluam, quæ confessioni B. Petri Apostoli [b] inferni portas nunquam præualituras asseruit. Quapropter non veremur, ne Apostolica sententia resoluatur, quam & vox Christi, & auctoritas tradidit, & canonum fulsit auctoritas, vt totam potiùs Ecclesiam semper ipsa diiudicet. Sed cogitent magis (si quis in eis religionis est sensus) ne prauitatem suam nullatenùs deponentes, apud Deum hominesq; sedis Apostolicæ perpetuã constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, vt deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nunc eos (quemadmodum nostis) meo duxerim nomine spectaliter alloquendos: Neq; planè cùm istis non corrigentibus ineunda congressio, quemadmodum

[b] Mat. 16

cum aliarum quoque hæresum sectatoribus damnatoremq; eundem. Vos autem saluos & sospites quantocyùs huc reuerti, continuis Diuinitatem votis expetimus. hactenùs ad Faustum legatum Commonitorium de his, quæ ipse aduersarijs respondere deberet, cùm iura impetrent Apostolicæ sedis.

XXII. VNDE ORTVM ARROGANTIÆ CONSTANTINOPOLITANORVM EPISCOPIS.

Vidisti, lector, ex responsionibus Papæ Gelasij, quonam progressa fuerit arrogantia Constantinopolitanorum Antistitum, Apostolicæ sedis veluti captiuæ sub iugo barbarico insultantium; vnde eis animositas tanta successerit, vt qui ministri esse solerent in mandatis (vt vidimus) exequendis Apostolicæ sedis, modò ijdem, quòd illic præsideret adhuc Imperium, in Occidente autem fuerit desolatum, statim putârint Romanæ Ecclesiæ iura, quasi super homines vel mœnia innixa, non Dei promissione firmata, esse diminuta atq; collapsa: Cùm è contra in ipsis Romanis Pontificibus videas eumdem inesse vigorem, atque eamdem residere in eisdem cum auctoritate & potestate etiam maiestatem, optimè conscijs prædecessores suos etiam temporibus Ethnicorum Imperatorum, cùm grauissimæ persecutiones ingruerent, non solùm nihil remisisse roboris sacerdotalis, sed maiorem semper præstitisse constantiam; vtpotà qui probè scirent, supra firmam petram fundatam Ecclesiam nullis vmquam posse labefactari contrarijs, vel debilitari pressuris, immo maiora ex aduersis virium sumere incrementa; vt planè fiat quique rem attentiùs intuenti perspicuum, ipsam Ecclesiam, non hominum, sed summi Dei regimine gubernari, prouidentiâ regi, protectione defendi, & auxilio iugiter subleuari. At quid actum sit Constantinopoli, cùm iste per Faustum sunt allata atque relata, dicturi sumus anno sequenti.

XXIII. PELAGIANI IN DALMATIA ITA RVMPTI LVERE DAPES INVENTA.

Iam verò quæ ab eodem peruigili pastore Gelasio hoc ipso anno aduersus Pelagianos in prouincijs Dalmatiæ & Piceni detectos acta sint, enarremus. Extant eo argumento conscriptæ hoc anno sub Albini Consulatu ipsius Gelasij Papæ epistolæ, è quibus rerum gestarum series satis sufficiens colligi posse datur: exscripseramus nos antè ex codice Vaticano, collatione factâ cum vetustissimo exemplari petito è monasterio S. Petri in Auellana in Vmbria sito, quas nuper Vaticanis typis gaudemus editas. Porrò datæ Gelasij primò noscuntur litteræ ad Honorium in Dalmatia Episcopum hoc anno, quinto Kalendas Augusti, sub Consulatu Albini, licèt mendosè & Fausti collegæ legatur: nullus enim Fausti Consulatus sub Pontificatu Gelasij reperitur. ipsa autem epistola sic se habet [c]:

[c] Gelas. ep. 3. ex 5. epist. Rom. Pon.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

XXIV. GELASIVS AD HONORIVM DE PELAGIANIS INQVIRENDIS

Licèt inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati vix respirare valeamus; pro sedis tamen Apostolicæ moderamine totius oculis Dominici curam sine cessatione tractantes, quæ beato Petro Saluatoris nostri voce delegata est [d]: Et tu conuersus confirma fratres tuos. & item [e]: Petre, amas me? pasce oues meas: dissimulare nec possumus, nec debemus, quæ nostram solicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo Apostolo sentientes, atq; dicentes [f]: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?. Ita quippè nos repente tristis, horrenda & vix credibilis consecit opinio, vt mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nunciatum est enim, in regionibus Dalmatiarum quosdam recidiua Pelagiana pestis zizania seminâsse, tantamq; illic eorum præualere blasphemiam, vt simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. Addit his complura in detestationem Pelagiani erroris antè tum sententiâ Romanorum Pontificum, tum sacris Concilijs sæpiùs prædamnati.

[d] Luc. 22.
[e] Ioan. 21.
[f] 2. Cor. 11.

His acceptis Honorius litteris, negans, ad Gelasium rescripsit querens tamquam calumniam passus, cùm accusaretur nomine negligentiæ, & occultę proditionis Catholicę fidei. Gelasius verò, datis rursùm ad eum litteris, quam expediat in his pernestigandis videri studiosior, quàm remissior, declarat, his vesbis exorditus epistolam [g]:

[g] Gelas. epist. 4. ex 5. epist. Rom. Pont.

XXV. INQVIRENDI DILIGENTIVS HÆRETICI.

Miramur dilectionem tuam fuisse miratam, curam sedis Apostolicæ, quæ more maiorum cunctis per mundum debetur Ecclesijs, pro vestra quoq; regionis fide fuisse solicitam. Cumq; ad eam perlatum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem Catholicam

vitiare niterentur, & diuinis humanisq; legibus ante damnatum Pelagiana pestilentiæ virus inferre, non putauerimus vllatenus differendum, quò minùs hæc diligentiùs inquirentes; vt aut si fortassè irrepserant, de proximo sanarentur; aut anxietatem nostram, si falsò probarentur tactata, relevarent: æstimantes melius nos videri impatientius talia inuestigare voluisse, quàm crescere dissimulando pernitiem. Nequeenim vel silentio premere causam huiusmodi, vel differendo souere deberemus: cum dicente Magistro Gentium [a]: Solicitudine non pigri; atque vtterum [b]: Qui non est in solicitudine: reos proculdubio nos, nisi continuò quæreremus, etiam sic manifestè esse vulgata, conuincerent. Nec inter est, per quos ad aures nostras eadem pertuenissent, dum quomodolibet ista referentibus, postquàm nostram conscientiam penetrarent, in his vt rectè indagandis pastorales excubias esse non oportuerit negligentes, quatenus vel è vestigio posset lupis instantibus obuiari, vel nullis existentibus seris, ouium custodia secura perstiteret.

[a] Rom. 12. [b] 1. Co. 14.

XXVII. Vides, quanta Gelasius ista inculcet energiâ: ex quibus planè intelligas, & sanctorum Patrum præcipito in hæreticis solicitè inquirendis vigilantissimum esse debere studium primæ sedis Antistitis, indefessumque exhibendum officium, atque diligentiam incomparabilem adhibendam: in quo munere ex ipsius Gelasij sententia constet segnitiem magis culpandam, quàm exquisitam improbandam esse solertiam; adeò vt præstet, delatum à quouis etiam innocentem in quæstionem adduci, quàm sub leui suspicione relinquere Catholicæ fidei integritatem.

XXVIII. PELAGIANI IN PICENI PROVINCIA. Cæterùm quod pertinet ad Pelagianos in Dalmatia degere nunciatos: veram etiam fuisse delationem, credi absque piaculo potuit, cùm in proximis prouincijs transmarinis eadem erroris semina sparsa esse comperta sint. Etenim breuis interstitio maris ex aduerso positam Piceni prouinciam ijsdem temporibus liquet Pelagij fuisse contagione labefactatam. Hoc namque anno sub eiusdem Albini Consulatu data habetur Kalendis Nouembris Circularis epistola eiusdem Gelasij ad omnes Episcopos in Piceno positos, quâ plurimum dolet, eamdem Pelagianam hæresim in eadem prouincia coalescere cœpisse. Sed quo magis aduersus eos Romanus Pontifex commoueretur, illud quidem fuit, quòd non sicut in Gallijs, vel alijs prouincijs Pelagianorum doctissimi fraudulentâ calliditate sub Catholico nomine, subque titulo defensionis Catholicæ pietatis, immo & sub prætextu impugnandi eiusdem erroris Pelagiani, Pelagianâ (quod vix credi possit) vafrè nimis hæresim propinarant: verùm homo rudis, illiteratus, obtusus ingenio, vecors, stupidus & insantissimus eamdem cùm doceret hæresim, qui eum audirent, & essent, & qui inducerentur in errorem, inuenirentur etiam sacerdotes summi, populis præsidentes Episcopi.

XXIX. Ad hæc autem mala curanda legatum misit Gelasius Papa Romulum S. R. E. diaconum Cardinalem, cui & cum Apostolica ei tributa auctoritate litteras etiam ad dictos Episcopos dedit. Audiamus igitur ipsum Gelasium iustè expostulantem cum Episcopis Piceni prouinciæ in epistola ad eos simul omnes conscripta; ex qua tamen omissis reliquis, illa dumtaxat, quæ ad historiam pertinent, hîc describemus. sic enim se habet [c]:

[c] Gelas. ep. 1 to. 1. epist. Rom. Pont.

XXX. GELASIVS AD EPISC. PICENI.

Gelasius Episcopus vniuersis Episcopis per Picenum in Domino salutem.

Barbaricis hactenùs dolebamus incursibus & bellorum sæuâ tempestate vastari: sed quantum inter ipsa recentium calamitatū feruentia pericula comperimus, pernicioserem diabolus Christianorum mentibus labem, quàm corporibus hostilis feritas irrogauit. Quod malum principaliter illarum regionem respicit sacerdotes, qui tantâ segnitie, tantâq; ministerij dissimulatione susceptī, commissarum sibi neglegunt regimen animarum, vt eas etiam ab exitiosis quibusq; bestijs lacerari sub conspectibus suis impunè patiantur: quinimmo sub repentes nequitias componendo, & deprauationibus acquiescendo Fidelium, non solùm eis minimè resistant, sed ipsi magis præbeant propria nutrimenta perditionis exemplo. Quid autem tales essent acturi Pontifices si (quod absit) vel aliqua noua pestis & primitus ignorata prorumperet, vel ingenus acriorum, sensibusq; versutis, aut aliquâ secularium doctrinarum peritiâ callidis sacrilegæ blasphemiarum dulcedo promerentur, quatenus vetera erroris detrita commenta, tamq; maioribus Ecclesiarum magistris, quàm etiam nostrâ ætate conuicta noucant, nec refutata, atque abimperitis stultisq; prolata non respuunt?

Gratias omnipotenti Deo agimus, quoniam suorum corda per huiusmodi personas examinat, qui hoc ipsum virus nesciunt, quod loquuntur. Nam quid facerent populorum Præsules sub astutiorum inimicis, qui se subijciunt libenter indoctis? Quando vtique etiam si tanta erat in rectoribus Dominici gregis prorsus ignorantia; vt nec tam vilem, bebetemq; personam possint vel intelligere, vel referre: potiùs pastorali curâ debuerint à nobis cognoscenda perquirere, quàm suasionibus inconsideranter absurdis facilè submittere voluntatem.

XXXI. PICENI EPISCOPI REPREHENSIONE DIGNI

Oblatus est enim nobis miserabilis senex (Senec) nomine, qui non modò totius est eruditionis alienus, sed ipsum quoque intelligentiæ communis prorsus extraneum, in Pelagianæ voraginis cœno (sicut de quibusdam in Apocalypsi [d] legimus) velut vna ranarum impudenter immersus, in q; illa fœce horribiliter volutatus, nullatenus inde qualiter emergere possit, inueniens; qui à puritatem relinquens Catholicæ veritatis, quandò se per libricum falsitatis coniatur attollere, tantò magis in lutosis foueis circumclusus obruitur, de illis vnus existens, de quibus Petrus dicit Apostolus [e]: Hi verò, velut irrationabilia pecora, naturaliter in captione & in permixtione, in his, quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua; & peribunt recipientes mercedem iniustitiæ.

[d] Apoc. 16 [e] 2. Pet. 2.

XXXII. SENECÆ PELAGIANI HARESIARCHÆ VITIA, VANITAS, PRAVITAS ET VDE DITAS. 6 Matt. 19 Marc. 10. Luc. 18. & 2. Tim. 2.

Re verâ enim sic eius stolidus & obtusus est animus, vt de his venenis, quæ malè hausit & vomuit, nullam rationem vel accipere valeat omnino, vel reddere: sed indurati occæcatione diabolicâ, sibiq; iam tradutus, cordis sui suæq; fœditatis obstinatione damnatus; sibiq; ipsi superfit ei, nisi vt Deus noster, qui dixit [f], quæ hominibus impossibilia videntur, apud se esse facilia, huiusmodi mentem pœnitentiæ compunctione transigat, vt secundum beatum Apostolum [g] Paulum resipiscat à diaboli laqueis, quibus captiuus detinetur sententia diuini iudicij. Multa ex illis, quæ de Pelagianis sensibus nec in somnis omnino contigerant, vobis magis patefacta prodidimus eaq; dudum conuicta esse monstrauimus, &c.

[f] Matt. 19 Marc. 10. Luc. 18. [g] 2. Tim. 2.

XXXIII. Quænam autem essent Pelagianæ hæresis capita, quæ circulator istæ prædicas, corruperat populum illum alioqui pium hactenùs, & qui antehac nec vel leui suspicione hæresis reperiatur aspersus, idem Gelasius memorat, simulq; iungit antidotum, quo Episcopi illi & se ipsos & alios eo veneno potatos curare possent, ac pristinę reddere sanitati. Tres autem enumerat Pelagianas sententias Gelasius, quarum senex delirus erat assertor. Earum prima illa est, quod negaret infantes cum peccato originali concipi, & ei obnoxios reddi: Secunda ista, paruulos sine baptismo nō posse damnari: Tertia demùm erat, hominē per liberum arbitrium, ipsâ naturâ suffragante, posse beatum reddi. Istis tribus capitibus, immo portentis, cerberus iste tricèps haud leuia populo illi damna intulit, tacentibus, qui bestiam abigere debuissent, Episcopis, imo & eidem consentientibus: vnde ad finem epistolæ ipse Gelasius eosdem huiusce modi exagitat querimonia:

XXXIV. *Nimirùm iucundus fratres & Coepiscopi nostri, maximè per Piceni prouincias Dei Ecclesiæ gubernantes, qui non solùm ineptissimi senis abiectæ, personæ prauum non deterruere colloquium, verùm & suo nutrire gregi consensu. Quid audiat? Quis ferat, passos esse Pontifices, vt cadatur nescio quod indignum, presbyterum sibi non acquiescentem audire, communione priuaret? Quomodò talis vel susceptus ab aliquo, vel patienter auditus est? hæc cùm exclamet ipse Gelasius, & iure redarguat tantum sibi sumpsisse curiosum senem, vt resistentem ipsi presbyterum excommunicare præsumpserit, demum silentio obuolutam hactenùs pandit causam, cur tantam sibi deforme monstrū vendicaret auctoritatem, nimirùm quòd ad hæresim illecebras propositasset carnis oblectationes atque lasciuas. Magnum profectò & latè patens esse solet ad illaqueandas animas eiusmodi hæreticorum rete; vt vbicumq; tensum fuerit, capiantur omnes bestiæ terræ, tantummodò verò cuadant illi, qui sicut columbæ pennis [h] cælestia petunt, & de quibus est Sapientis sententia [i]: Frustra iactatur rete ante oculos pennatorum.* quod quidem plus satis infelicissima nostra tempora edocent. Sed audi insectantem

[h] Psal. 54. [i] Prou. 1.

ista Gelasium, & de inueterato dierum malorum sene hęc nefanda prodentem:

XXXV. MISCERAT PVBELIS MONACHOS PELAGIANVS HÆRETICVS.

Insuper leges dedit, libenter acceptus, vt serui Dei cum puellis sacris congregatione decorosissima miscerentur. Nam cum spirituales animi, etiam cùm desint ista consortia, imaginarijs infestentur illecebris: quemadmodum alterni sexûs ictu tutu sic incita volentes, non ardentius incitentur? hæc quidem probrosus senex, cùm vim tantam assereret homini etiam sine Dei adiutorio inesse liberæ voluntatis, vt si vellet, posset inter adolescentulas versari, contrectare, & tamen nullatenùs inquinari. Talibus ergo suis concessâ licentiâ, & dempto à sacris virginibus candido pudoris velamine, superinducto autem naturalis furuo tegmine libertatis; quod libidinũ putas lutum eiusmodi commixtione porcorum esse contractum, coenoretum, & augmentatum, longè superans Augiæ stabulum Herculis sudore mundatum?

XXX-VI.

Sed etsi tanto sues isti essent obruti cœno libidinum, sanctissimi tamen voluerunt hominibus apparere, nobiliq́ue veluti corona redimiti digni victores, qui thorace libertatis arbitrij potentes, spicula carnis vt sagittas infantium se superâsse iactarent, sicq́ue diuinam sententiã reddidissent irritam, qua Sapiens asserit [a]: *Scijui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire, cuius esset hoc donum.* hæc qui sapit, non qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Aduersus ergo eiusmodi sociantes se sacris virginibus pœnas decernit idem Gelasius [b] in epistola data anno sequenti ad vniuersos Episcopos, qua & coërcet clericos eiusdem Piceni prouinciæ negotiationibus & turpibus lucris vacantes.

[a] *Sap.* 8.

[b] *Gelas. ap. 6. tom. 1. epist. decretal.*

XXX-VII.

Sed quod insitam est hæreticis, cùm praua & aduersantia Catholicæ fidei dogmata sectanda proponunt, vt in eos, quos sciunt his aduersis viros sanctissimos Catholicę fidei defensores mox iacula maledictionum intorqueãt: audi, quid de sene bis puero, ter fatuo, quaterq́ue improbo idem Gelasius addat: *Adhuc maius scelus accersit, vt sub conspectu & præsentia sacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Augustinum Ecclesiasticorum lumina magistrorum, musca moritura (sicut scriptum est [c]) exterminans oleum suauitatis, lacerare contenderet. Sed quid miremur Ecclesiarum Præsules ista negligere; quos (sicuti à multis audiuimus) contra canones omnia gerere, & contra Apostolicam disciplinam passim cuncta miscere, manifestum est; non seruatis regulis, ordinare; luciferq́; non solùm monachos, sed etiam ministros Ecclesiæ cum famulis ad peregrina migrantes, remeare rursus, & ab aliis Episcopis in militiã prouehi clericali? Quæ cùm singula toleranda non sint: quis sustineat tot & tanta facinora perpetrari, quibus spectaculum Gentilibus & Iudæis & hæreticis non immeritò præbentes, & ipsum (quod absit) tendere videantur religioni excidium?* Digne ista facientibus aptabitur illa sententia dicentis Apostoli [d]: *Nomen Dei per vos blasphematur in Gentibus.* Ne verò hæc vlteriùs progrediantur, quibus, vt altiùs coalesceret, quæ hactenùs in Italia inter Odoacrem & Theodoricum fuêre bella, occasionẽ præbuerant, idem Pontifex his deponet verbis:

[c] Eccl. 10. NEGLECTA CVSTODIA CANONVM.

[d] *Rom.* 2.

XXX-VIII. ADMONITIO GELASII ET COMMINATIO.

Sufficiat igitur hactenùs fuisse hæc commissa: & vt placetur Deus humanis rebus, solicitus diuina curentur. Nusquam loci prorsus inueniatur profanatæ pestis assertor, nec accessum prorsus Ecclesiæ, vel vsquam participationem Catholicæ communionis inueniat, qui hæreticorum mauult subsequi nefariã professionẽ consortium: & hi, cum quibus antea probabitur noxium miscuisse colloquium, nisi resipiscunt, & ab eius societate discedunt, ab Ecclesiastico remoti seruitio, deuota vltione plectantur, quo cæteris cauendi ministretur exemplum. Nullum adeat: nec vsquam loci damnata olim blasphemia iam sinantur. Discreta suis habitationibus virorum atque fœminarum (sicut sanctum propositum decet) exerceatur circumspecta deuotio. Contra canonum constituta nullus ad Ecclesiasticum permittatur officium: non ignaraturis prouinciæ cuiusque Rectoribus, nec de præteritis se veniam reperturos erroribus. si deinceps dissimulauerint vitare patefactos: Nec excusationis de cætero relinquetur occasio, si post præcepta præsentia, quæ per Romulum diaconum (cuius tolerantiam pro fide Catholica & pro religione vigilantiam gratissimè comprobamus) duximus destinanda, quisquis super his omnibus aut contemptor, aut negligens deprehendetur Antistes. Sicut enim ad sedis Apostolicæ moderamina pertinet, cunctis solicitudinem debitam ministrare congruenter Ecclesiis: ita necesse est, vt in contumaces & desides traditam sibi diuinitus non dissimulet potestatem. Data Kal. Nouembr. Albino V. C. Consule. quo (vt dictum est) Theodoricus regnare in Italia cœpit.

Intueris, lector, nihil penitùs Apostolici vigoris remissum vel hebetatum, deploratissimis licèt temporibus, Ariano Rege omnibus Italiæ prouincijs dominante; nihilque solitæ Romani Pontificis auctoritatis vel iuris diminutum, quin idem Romanæ vrbis Episcopus pro arbitrio absque vllo implorato à Rege consensu liberas dirigeret legationes ad Italiæ prouincias corrigendas; non quidem fauore fultus Imperatoris, cui se constituerat aduersarium; non amicitia & gratia Theodorici regnantis, cui Ariano existenti nulla poterat Pontifex communicationis compagine glutinari. Vt planè intelligas Romanæ Ecclesiæ summam auctoritatem barbarum Arianumque Regem reueritum esse, qui nulli fuit illius sedis Episcopo impedimento, quin plenissima auctoritate cuncta, quæ essent iurium sedis Apostolicæ, exerceret. Vt meritò hac ex parte lugenda sint tempora nostra, dum sub Principibus Orthodoxis sæpè Catholica ingemiscit Ecclesia, suis vbique iuribus spoliata, quæ sub æmulis Principibus hæreticis & barbarico gladio libera atque secura, suo decora splendore fulgebat, propriæ dignitatis vbique venerabilis maiestate; cùm subijci nescia exigebat auctoritate sua etiam ab hostibus dominantibus reuerentiam. Sed ad Gelasium redeamus aduersus Pelagianos agentem. legitur eius nomine volumen aduersus Pelagianam hæresim, cuius est exordium: *De Pelagianis quidem sensibus*, &c. sine tamen carere videtur: ar nulla de eo est mentio apud Gennadium, dum Gelasij Papæ scripta relegit.

XXXIX. ECCLESIA ROMANA AVCTORITAS INTEGRA SVB ARIANO REGE.

XL. VVLGI TVMVLTVS CONSTANTINOPOLI.

Quod ad Orientales res pertinet, sub hoc eodem anni huius Albini Consulatu hæc Marcellinus in Chronico: *Bella ciuilia aduersus Anastasij regnum apud Constantinopolim gesta sunt. Statua Regis, Reginæq́; funibus per vrbẽ tractæ. Iulianus Magister militia nocturno prælio pugnans, Getico ferro in Thracia confossus interijt.* hæc ipse: quæ accidisse videntur vulgi furore sine capite debacchantis, quod indignè ferret (vt dictum est) exclusum germanum fratrem Zenonis, homicidis ob profusas impensas plebi infimæ acceptissimi. In ludis autem spectans vulgus tumultuatum esse, habent etiam litteræ Gelasij Papæ ad Anastasium, anno sequenti suo loco ponendæ. Sed quæ sine auctore vel duce tumultuaria grassatio facta est, citò deferbuit. Quomodò verò post hæc detectus Euphemius Constantinopol[e] Episcopus fauere Isauris, indignationem commeruit Imperatoris, suo loco dicturi sumus.

XLI. QVOMODO EPISCOPVS THEODORI COMMVNICAVIT EVPHEMIO.

De Ecclesiasticis autem controuersijs hoc anno Constantinopoli agitatis habet hæc Cyrillus [e]: *Tertio anno Imperij Anastasij incidit grauis seditio inter eos, qui præerant Ecclesiis Romanis quidem Pontificibus dissidentibus & Byzantinis; quod Acacium, qui Constantinopolitanus quidem fuit Episcopus, de rebus autem Christianis non rectè sentiebat, inscriptum haberet in sacris Diptychis Bizantini, rursum exclusis Alexandrinis, qui Chalcedonensem quidem Synodum feriebant anathemate, Dioscori autem admittebant communionem. Cùm ergo inter eos inuicem magna esset dissensio; qui priùs dictus est Elias Episcopus Hierosolymitanus, solius Euphemij, qui erat Constantinopoli, amplexabatur communionem, Occidentalibus (vt diximus) depugnantibus, Palladio verò Antiocheno ad gratiam intuente Imperatoriam, & ideo Chalcedonensem quidem Synodum feriente anathemate, eã autem amplectente, quæ tenebant Alexandrini, vtpotè quòd Athanasium eadem, quæ Alexandrini, sentiret.* hæc Cyrillus.

[e] Cyrill. in vita Sabæ, c. 69. Surium. 8.

XLII.

At dum laudat Eliam, quòd Euphemij tantummodò communionem teneret, absque dubio id egit, quòd probaret, descenderetq́ue Concilium Chalcedonense, reiectum ab Alexandrinis (quos nominat Occidentales) & à Palladio Episcopo Antiocheno, atque ab ipso denique Athanasio Imperatore: adeò vt res tunc Catholicæ fidei in Oriente eo viderentur statu repositæ, vt omnes (vt dictum est) qui essent Catholici, Euphemio communicarent; quòd si secùs agerent, viderentur consentire hæreticis primarum sedium Patriarchis, & Imperatoris

sequi

sequi perfidiam. Ve non miretis, si Elias vir sanctissimus habitus, in meditullio positus inter Alexandrinum & Antiochenum hæreticos Patriarchas, se cum Euphemio propugnante fidem Catholicam consentire professus sit: cùm tamen non ob hanc causam ipsum Eliam dixerimus inter schismaticos numerandum, quòd Euphemio communicaret: nam licèt (vt idem testatur Cyrillus) coortæ essent diuersiæ hoc anno maximæ verterentur inter Romanum Episcopum & Constantinopolitanum; nondum tamen eò res progressa erat, vt Gelasius Papa in Euphemium damnationis sententiam protulisset: quando autem ip factum sit, suo loco dicemus. Rursum verò non erat pro Romana Ecclesia in Oriente legatus, qui colligeret absque Euphemij communicatione Catholicos: nam vidimus res Ecclesiasticas commisisse Gelasium Papam Fausto vni ex legatis Theodorici Regis: quod procul dubio non fecisset, si aliquis legatus Apostolicæ sedis fuisset in Oriente, cui ex more ageuda tractandaque committere valeret. neque enim in litteris ad Euphemium, vel ad Imperatorem datis, vel ad Episcopos Macedoniæ missis vlla est de aliquo mentio, qui in Oriente vices ageret Apostolicæ sedis. Hæc ad Eliæ Episcopi excusationem dicta sunto.

XLIII. a Sigebert. in ann. 2. Gelas. DE APPARITIONE S. MICHAELIS IN GARGANO MONTE.

Sub hoc eodem anno secundo Gelasij Papæ facta ponitur a inuentio cryptæ Gargani montis in Apulia, quæ ex apparitione S. Michaëlis Archangeli reddita celeberrima, pio est cultui mancipata. Rei gestæ extat historia; in eo tamen emendanda, dum ibi dicitur bellum tunc viguisse inter Neapolitanos & Sipontinos; restituendumque est, Inter Odoacrem & Theodoricum: eiusmodi enim bello & non alio priuato tunc vexabatur Italia: cùm Sipontini, qui se Theodorico dediderant, malè habiti sunt, ab Odoacre. quamobrem occiso tandem Odoacre, summâ rerum potitus idem Theodoricus Sipontinis negotiatoribus duorum annorum tributa relaxari iussit. extat de his epistola eiusdem Regis ad Faustũ Præpositum b. Creuit maiotibus in dies accessionibus semel cœptus illic religiosius cultus S. Michaëlis Archangeli, quem & vniuersa Occidentalis Ecclesia anniuersaria solemnitate celebrãdum suscepit; & locus ipse ob ingentia illic solita edi miracula iugi in posterum peregrinatione Fidelium est frequentatus.

b Apud Cassiod. Var. li. 2. ep. 28.

XLIV. CVLTVS ROMÆ S. MICHAELIS ARCHANGELI. cEx Ado. in Martyrol. & Biblioth. sanct.

Cæterùm aliâ apparitione erat Romæ illustris memoria S. Michaëlis Archangeli, in cuius veneratione annua festa dies peragi consueuit: in eius laudem Drepanius Florus celebris ætatis suæ poëta cecinit sacrum hymnum; in ipsius verò exordio hæc de eius apparitione, festaque die c:

Clarent Angelici sublimia festa dieí
Allatura piæ dona beata animæ.
Hunc etenim Michael aulæ cælestis alumnus
Conspicuo nobis consecratore diem,
Dignatus Petri, Paulig, inuisere sedem,
Imperiumq, fouens, inclyta Roma, tuum.
Qui procerès inter pia mœnia luce coruscos
Egregio vultu splenduit orbe nouo.
Cùm Deus expulsis lucem de promeret vmbris,
Conderet & stabilem nocte ruente diem, &c.

Ex quibus facilè intelligas, ante apparitionem in Gargano factam, iam celebrem Romæ fuisse cultum eiusdem Michaëlis Archangeli.

XLV. d Sidon. li. 8 epist. 11. DE DVO DRE PANIO.

Porrò ipse Drepanius, cognomento Florus, diuersus planè est ab eo, cuius Sidonius Apollinaris in epistola ad Lupum d meminit, sicut & Antidij æquè poëtæ, de quo idem in carmine ad Felicem. De eo etiam errare illi conuincuntur, qui Drepanium Florum ad tempora reijciunt S. Gregorij Papæ. Longè verò ante hæc tempora sub Theodosio Maiore alter Drepanius vixit clarus orator, quem Panegyricum eidem Theodosio exisse meminimus: quẽ & illum putamus, qui eodem tempore Proconsulatum in Africa gessit, ad quem extat eiusdem Theodosij rescriptum e, qui Pacatus dictus reperitur, hic aũt poëticis facultatibus notus, Florus nuncupatus. At de his satis.

e De exhib. reip. l. 4. C. Theod.

IESV CHRISTI
Annus 494.

GELASII PAP. Annus 3. — ANASTAS. IMP. 4. THEODOR. REG. 2.

I. REDITVS LEGATORVM.

CHRISTI annus quadringentesimus nonagesimusquartus Consulatu Asterij atque Præsidij illuxescit: quo remeantibus Theodorici Regis legatis circa finem anni superioris Constantinopolim missis, nunciatisque Gelasio Papæ, quæ ab Imperatore Anastasio accepissent; ipse Gelasius apologeticam epistolam ad eundem Augustum conscripsit: citatur ipsa in Capitularibus f Regum Francorum: est namque celebris ob argumenti egregij dignitatem. Reddamus eam integrè, vt par est, exemplaribus Vaticanis èmendis (quantum licuit) emaculata: sic enim se habet, vt in ea sacerdotalis effulgeat eminentia, & rerum gestarum cognitionem haud mediocrem exhibeat: est autem ejusmodi g:

f Capitul. Franc. lib. 5. c. 167.

g Gelas. ep. 1. ad 10.

II. GELASII PAPÆ AD ANASTAS. IMP. EPISTOLA.

Famuli vestræ pietatis, fily mei, Faustus Magister, & Irenæus viri illustres, qui, ne eorum comites publica legatione fungentes, ad Vrbem reuersi, clementiam vestram quæsisse dixerunt, cur ad vos mea salutationis scripta non miserim. Non meo, fateor, institutо: sed cum directi dudum de partibus Orientis, vel videndi me, licentiam sibi vestris præceptionibus abnegatam, tertâ Vrbe discesserint; à litteris credidi temperandum, ne onerosus potius, quàm officiosus existerem. Videris igitur non meâ dissimulatione prouenisse, sed competentis fuisse cautelæ, ne respuentibus animis molestiæ irrogarem. Sed vbi serenitatis tuæ benevolentiam comperi, præfatu indicantibus, humanitatis meæ clementer expe ssi sermonem; iam re verâ perpendi, imputandum non immeritò mihi, si tacerem: quia, gloriosissime, te sicut Romanum natus & Romanum Principem amo, colo, suscipio; & sicut Christianum, cum eo, quæ zelum Dei habet, secundùm scientiam habere desidero; & qualiscunque Apostolicæ sedis Vicarius quodcumque plenæ fidei Catholicæ deesse comperero, pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo.

III. h 1. Cor. 9 PONTIFICIS EST ADMONERE IMPERATOREM.

Dispensatione etenim mihi diuini sermonis iniunctâ: væ mihi est, si non euangelizauero. Quod cùm Vas electionis beatus Paulus Apostolus formidet & clamet h: multò magis mihi exiguo metuendum est: si diuinitùs inspiratum & paterna deuotione transmissum subtraxero ministerium prædicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam iudices diuinæ rationis officium. Absit, quæso, à Romano Principe, vt intimatam suis sensibus veritatem arbitretur iniuriam. Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas: quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quantò etiam pro ipsis Regibus Domino in diuino redditur examine rationem. Nostis etenim, fili clementissime, quòd licèt præsidas humano generi dignitate, tertamen Præsulibus diuinarum deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis; inq, sumendis cælestibus sacramentis, eiq, (vt comperit) disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine, potius quàm præesse. Nosti itaque inter hæc, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam redigi velle voluntatem.

IV. LEGES OMNES IVSTAS RECIPIT ECCLESIA.

Sienim quantum ad ordinem pertinet disciplinæ, cognoscentes Imperium tibi supernâ dispositione collatum, legibus tuis ipsis quoque parent religionis Antistites, ne vel in rebus mundanis exclusa videantur obniare sententiæ: quo, rogo, te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Quòd audis Gelasium profiteri Pontifices obedire legibus Principum; iam dictum est iterum superiùs, nec refugisse Romanos Pontifices parere legibus Ethnicorum, immo & persecutorum Imperatorum, quæ cæstitiâ pollerent & veritate. Pergit verò Gelasius: Proinde sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus filiisse pro Diuinitatis cultu quod congruit: ita hic (quod absit) non mediocre periculum est, quicum parere debeant, desciunt.

V. EXCELLENTIA SEDIS A

Et si cunctis generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus Fidelium conuenit corda submitti: quantò potiùs sedis illius Præsulicon sentire est adhibendum, quem cunctis sacerdotibus & Di-

POSTOLICÆ.

unitas summa voluit praeminere, & subsequens Ecclesiæ generalis iugiter pietas celebrauit? Vbi petas tua euidenter aduertit, numquam quolibet penitùs humano consilio eleuare se quemquam posse illius priuilegio vel confessioni, quem Christi [a] vox pratulit vniuersis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est & habet deuota Primatem. Imperi possunt humanis praesumptionibus, quæ diuino sunt iudicio constituta; vincis tamen quorumlibet potestate non possunt. Aeque vtinam si contra nitentibus pernitiosa non sit audacia, quem admodum quod ab ipso sacra religionis auctore præfixum est, non potest vllâ virtute conuelli. Firmamentum enim Dei stat.

[a] Matt. 16

VI.

Num quidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacunque potuit nouitate superari, & non magis hoc inuicta permansit, quo æstimata est posse succumbere? Desinant ergo (quæso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis Ecclesiasticæ præcipitanter ambire, quæ non licet, ne & illa, quæ malè appetunt, nullatenùs apprehendant, & modum suum apud Deum & homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei purè ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor, & exhortor, vt petitionem meam non indignanter accipias: Rogo, inquam, vt me in hac vita potiùs audias deprecantem, quam (quod absit) in diuino iudicio sentias accusantem. Nec me latet, Imperator Auguste, quòd pietatis tuæ studium fuerit in priuata vita: Optasti semper fieri particeps promissionis aeternæ. Quapropter noli, precor, irasci mihi, sit tibi tantum diligo, vt regnum, quod temporaliter affectus es, velis te habere perpetuum, & qui imperas sæculo, possis regnare cum Christo.

CAPTAT APVD ANASTASIVM BENEVOLENTIAM GELASIVS.

VII.

Tuis certè legibus, Imperator, pateris nihil perire, Romano nomini nullum admittis ingeri detrimentum. Ita ne verum est, Princeps egregie, qui non solùm præsentis Christi beneficia, sed desideras & futura, & religioni, vt veritati, vt sinceritati Catholicæ communionis & fidei temporibus tuis patiaris quemquam inferre dispendium? Quâ fiduciâ, rogo te, illic eius præmia petiturus es, cuius hîc damna non prohibes? Non sunt grauia, quæso te, quæ pro tua salutis æternitate dicuntur. Scriptum legisti [b]: Melliora sunt vulnera amici, quàm oscula inimici. Quæso pietatem tuam, vt quo affectu dicuntur à me, eodem sensibus intimentur. Nemo pictatem tuam fallat. Verum est quod figuraliter per Prophetam Scriptura testatur [c]: Vna est columba mea, vna est perfecta mea: Vna est Christiana fides, quæ est Catholica: Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium persidorum, atque ab eorum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communione diuisa est. Aliquin non erit diuinitùs mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec vlla causa iam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæresibus aditum ianuamq; pandamus. Qui enim in vno offenderit [d], omnium reus est. Qui minima spernit, [e] paulatim decidit.

[b] Prou. 27

[c] Cant. 6.

[d] Iacob. 2.

[e] Eccle. 9.

VIII.

Hoc est, quod sedes Apostolica magnoperè cauet, vt, quia mundo radix est Apostoli gloriosa confessio, nullâ rimâ prauitatis, nullâ prorsus contagione maculetur. Nam si (quod Deus auertat, quod fieri non posse confidimus) tale aliquid prouenire t; vnde cuiquam resistere auderemus errori? vel vnde correctionem erranti bus posceremus? Proinde si pietati tuæ vnius ciuitatis populum negat posse pace compon: quid nos de totius Orbis terrarum sumus vniuersitate facturi, si (quod absit) nostrâ fuerit prauaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana patrum suorum traditione despecta: quomodò non corrigatur vnus ciuitatis populus si prædicatio fida succedat? hæc ingerens Gelasius, haud dubium de Acacij abulendo nomine, cui ciues fauerent, intelligit; & proinde subdit [f]: Ergo, gloriose Imperator, velo ego Ecclesiarum pacem; quam etiam si cum mei sanguinis impendio prouenire posset, amplector. Sed precor te, cuiuismodi debeat esse pax ipsa, non vtcumque, sed veraciter Christianâ mente libremus.

QVID POTISSIMVM CAVEAT SEDES APOSTOLICA.

IX.

Quomodò enim potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualiter esse debeat nobis euidenter Apostolus prædicat, qui ait [g]: Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodò (quæso te) de corde erit puro, si contagio inficiatur externo? Quomodò de conscientia bona, si prauis fuerit malis, commixta? Quemadmodum fide non ficta, si manseat sociata cum perfidis? Quæ cùm à nobis sæpiùs iam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, & tamdiu non taceri, quamdiu nomen pacis obtendatur: vt nostrum non sit (vt inuidiosè iactatur) facere pacem, sed talem velle docemus, qualis & sola pax esse, & præter quam nulla esse monstratur. Eutychianum certè dogma, contra quod Apostolica sedes cautela peruigilat, si creditur salua fides Catholicæ posse veritate constare, promatur, asseratur, & quantislibet viribus adstruatur; vt non solùm per ipsum, quam inimicum sit fidei Christianæ, possit ostendi, sed quantas & quàm lethales hæreses in sua contineat colluuione, monstrari. Sit autem (vt magis confidimus) à Catholicis iudicatis mentibus excludendum: quæso te, cur non & contagia simul eorum, qui hîc probantur esse polluti, decernitis refutanda? cùm dicat Apostolus [g], non solùm qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiam qui consentiunt facientibus.

[f] 1. Tim. 1. QVÆ AD PACEM VERAM REQVIRANTVR.

[g] Rom. 1.

X.

Proinde sicut non potest, peruersitatis communicatore suscepto, non pariter peruersitas approbari: sic non potest refutari peruersitas, complice sectatore peruersitatis admisso. Legibus certè vestris criminum conscij, susceptores, latrocinantium pari iudicio rum pœna constringuntur; nec expers facinoris æstimatur, qui licèt ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem fœdus, receperit. Proinde cùm Chalcedonense Concilium, pro fidei Catholicæ atque Apostolicæ veritate communione q, celebratum, damnauerit Eutychetem detestandi furoris auctorem, non satis habuit, nisi vt pariter eius quoque consortem Dioscorum, cæterosq, percelleret. Hoc igitur modò sicut in vnaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri, non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum Petrum, non viritim propter singulos quosque rursus facto Concilio, sed synodi semel actâ regulâ consequenter elisit. Quemadmodùm ergo non euidenter apparet, etiam cunctos simili tenore constringi, & qui eorum communicatores & complices extiterunt, atque omnes omninò à Catholica & Apostolica meritò communione discerni? Hinc Acacium quoque iure dicimus à nostro consortio submouendum, qui maluit in sortem transire perfidiæ, quàm in Catholica & Apostolica communionis sinceritate constare; cùm ferè per triennium, ne in id veniret, Apostolica sedis epistolis doceatur competenter instructus, postquam verò communionis est factus alienus, non potuit nisi à Catholicæ & Apostolicæ mox societate præcidi; ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subisse contagia perfidorum.

XI. COMMVNIONE MALORVM MALVS QVIS EFFICITVR.

Sed re verâ vel tali periculsus pœnâ resipuit, correctionem promisit, emendauit errorem? aut ille tractatus lenitis voluerit coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia & damnatione morientè, tamen in Ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quàm externæ contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ad hæretica participatione sincerus, quorum se ille communicationi permiscuit; aut cum ipsdem non potest non repelli.

XII. QVIDAM TEXERENT ORIENTALES EPISCOPI.

Si autem suffurrant Orientis Episcopi, quòd ad eos sedes Apostolica non ista conscripserit; quasi vel ipsi de recipiendo legitimè Petro sedem Apostolicam suis litteris fecerint certiorem; vel huius receptionis incondita non iam pariter complices extitissent, quem sicut verè non possunt docere ab hæretica prauitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenùs poterunt excusare consortes. Quòd si fortassis adstruxerint, quòd ad Apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cunctis consonâ voce retulerint; per eumdem sibimet omnes pari voce sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicæ verò sedis auctoritas, quòd cunctis sæculis Christianis Ecclesiæ prælata sit vniuersæ, & canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc, vtrùm sibi quisquam contra Nicænæ Synodi constituta quippiam valeat vsurpare, collegio potest vnius communionis ostendi, non mentibus externa societatis aperiri. Apud illos si quis confidit, egrediatur in medium, & Apostolicam sedem de vtraque parte reuincat & instruat. Tollatur ergo nomen è medio, quod Ecclesiarum discretionem procul à Catholica communione operatur; vt sincere pax fidei, communionisq, reparetur & vnitas: & tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexit, vel iustatur insurgere vetustatem, competenter & legitimè perquiratur: & illic apparebit, qui modesto proposito custodiat formam, traditionemq, maiorum; qui supra hæc irreuerenter insiliens, rapinâ æqualem posse fieri arbitretur.

XIII. FALSA EXCVSATIO DE POPVLO REBELLANTI.

Quòd si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur, nomen scandali, id est, Acacij non posse remoueri: Taceo, quia & hæretico quondam Macedonio pulso, & Nestorio nuper electo, plebs Constantinopolitana Catholica permanere delegerit potiùs, quàm maiorum Præsulum damnatorum

assectione retineri. Taceo, quòd qui ab eisdem ipsis damnatis Præsulibus baptizati fuerant, in fide Catholica manentes, nullâ sint exagitatione turbati. Taceo, quòd pro rebus iudicij populares tumultus nunc etiam veste picta et auctoritate refrenârit: atque ideò multò magis pro salute animarum suarum necessariò vobis Constantinopolitanæ ciuitatis obtemperat multitudo, si eam ad Catholicam & Apostolicam communionem vos Principes reducatis. Etenim, Imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione posset, ad Diuinitatis puram sinceramq; deuotionem vt tibi plebs subdita redigatur, conscientiæ tuæ non puto interesse? Postremò si vnius ciuitatis populi animum non putatur offendi, de diuina (vt res postulat) corrigantur: quantò magis ne diuina offendantur, Catholici nomen, vniuersi pro fidem nec ledere debemus omninò, nec possumus? Et tamen ijdem nostra se posscunt voluntate sanari.

XIV. *Competentibus ergo sinant curari se posse remedijs: alioquin (quod absit) in eorum transeundo perniciem, cum illis perire possumus, ipsos autem saluare non possumus. Iam hic quid sit magis sequendum, sub diuino iudicio vestræ conscientiæ derelinquo: vtrum (sicut nos optamus) simul omnes certam redeamus ad vitam, an (sicut illi poscunt) manifestam tendamus ad mortem. Sed adhuc Apostolicam sedem sibi medicinalia suggerentem, superbum vocare arrogantemq; contendunt. Habet hæc qualitas sæpè languentium, vt accusent magis medicos congruas obseruationibus ad salubria reuocantes, quàm vt ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, qui animarum remedia conuenientia ministramus: quid vocandi sunt qui resistant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis: qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui diuinum cultum puro atque illibato cupimus tenore seruari: qui contra Diuinitatem quoq; sentiunt, dicant, qualiter nunc cupiantur? Sic & nos patres, qui in errore sunt, æstimant, quod eorum non consentiamus insaniæ. Vbi tamen spiritus superbiæ veraciter confutat & pugnet, veritas ipsa indicat.* hactenùs ad Anastasium Augustum Gelasius Papa.

INIVSTE SVPERBIA REDARGVITVR APOSTOLICA SEDES.

XV. ANASTASIVS OCCVLTE HÆRETICVS.

Quòd autem totâ hâc epistolâ in eo tantummodò versetur Gelasius, vt reprehendat eos, qui Acacij nomen, adhuc retinerent in Diptychis; nec in Anastasium tamquàm in hæreticum improbantem Chalcedonense Concilium inueharturintelligere satis possumus, ipsum Imperatorem haud eò palàm prouenisse audaciæ, vt se Eutychianum esse hæreticum & Acephalorum sectæ signiferum propalârit. Post hæc enim, & non ante præsentem annum Anastasium prælium excitare cœpisse aduersus Catholicam fidem, Marcellinus profitetur in Chronico, qui addit cum persecutione prodigiosè esse terræmotum exortum: *Maximus terræmotus* (inquit) *extitit, ex quo Laodicea, Hierapolis, atque Agathicum ciuitates eodem tempore prostrata sunt.* hæc Marcellinus.

XVI. Atne istis quidem datis hoc anno à Gelasio Papa litteris, vel minimùm Anastasius persuaderi valuit, vt remoto obice, Ecclesijs vnio redderetur & pax, Euphemio insuper cum suis in sententia obstinatè persistente, immò & alios ab Apostolicæ sedis cõmunione reuocare conante; cùm ad decipiendos simplices illa iactaret, non esse eiusmodi inter se & Gelasium quæstionem, quâ Catholica Communio solui deberet; vtpotè quòd non de fide (vt mentiebatur) sed de moribus altercatio orta esset: per Apostolicam verò sedem magis exerceri vindictam, quòd ab Acacio spreta esset, quàm iustitiam defendi. His & alijs ille prætextibus dum inuolueret eos, qui ante secum cõmunicare renuerant, in suas partes blandis sermonibus captiuos abducere satagebat.

PALSI-PRÆTEXTVS SCHISMATICORVM

XVII. Attamen complures ab eo resilierunt omninò, fortesque in sententia permanserè, vt Episcopi Dardaniæ & Illyrici, qui nullis induci valuêre argumentis, vt communicarent cum Euphemio & alijs illi coniunctis Episcopis. Docent id quidem litteræ Gelasij Papæ hoc eodem anno sub dictis Consulibus datæ tertiæ Nonas Augusti: cùm ad eosdé in fide consolidandos idem Pontifex duos legatos misit Cyprianum atque Macarium, ambos sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconos; quibus & dictas litteras dedit, quas à laude dictorum Antistitum verbis istis exordiuntur:

DVO LEGATI MISSI A GELASIO PAPA.

a *Gelas. ep. 8. ad. 5. epis. decret. Rom. Pont.*

Audientes Orthodoxa vestræ dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos antiquæ fidei, communionisq; sinceræ traditionibus inhærentes, vt mentem Christiana deditam veritati nulla venùs infecerint prauaricatorum vicina contagia: magnificauimus Dominum; charitatemq; vestram misiu litteris alloquij per religiosos filios nostros Cyprianum atque Macarium diaconos totâ cordis auiditate curauimus. Quoniam pro sedis Apostolicæ principatu, eius solicitudo delegata diuinitùs, cunctis debetur Ecclesijs: nos b viuimus, si vos statu in Domino; magnoq; gaudijs triumphamus, cùm vbique terrarum Dominum Sabaoth semen puræ confessionis reliquisse cognoscimus. &c. ad finem verò hæc de falsis schismaticorum præextibus: *Nec quisquam omninò vobis persuadeat, Acacio prauaricationis suæ crimen fuisse laxatum: quia qui postquàm in collegium recidens prauitatis, iure ei, meruit ab Apostolica communione secludi, in hac quidem persistens damnatione defunctus est: absolutionem, quam superstes nec quæsiuit omninò, nec meruit, mortuus iam non potest impetrare.* & inferiùs. *Sed neque vos quisquam circumuenire pertentes, quòd dicat non de religione, sed de moribus esse certamen: vel Apostolicam sedem non causam communionis Catholicæ fidei, tractare, sed iniuriam dolere, cùm videatur ab Acacio fuisse contempta: quoniam hæc & huiusmodi, quæ vnis simplicibus quoque decipiant, hi, qui in errore sunt positi, spargere non quiescunt. Videtis enim (sicut suprà iam dictum est) per nomina prauaricatorum, si (quod absit) in Ecclesia recitanda credantur, simul & contagium prauaricationis induci. Sedes autem Apostolica in tantùm non consuescit docet, sed fidem defendit,* &c. Quæ insuper ad excusationis præextum ijdem Orientales Schismatici addiderint, dicemus suo loco anno sequenti.

b 1. *Thes.* 1.

XVIII. GELASII EPISTOLA AD EPISCOPOS DARDANIÆ ET ILLYRICI

XIX. CONCILIVM ROMANVM LVX EPISCOPORVM.

Placuit autem inter hæc Gelasio, congregato Romæ Concilio septuaginta Episcoporum, in eodem quæcunque ad fidem Catholicam illibatè custodiendam, dissidia tollenda, pacemque in Ecclesia restituendam spectare viderentur, communi omnium Episcoporum consensu, Deo inspirante, constituere: sed in eo potissimùm laborauit, vt Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ communio nullâ vel leui maculâ conspersa, illibata penitùs & impolluta, sarta tecta in omnibus seruaretur. Ad hoc autem præstandum soliciriorem curam impendens, non solùm vindicâsse voluit ipsam Ecclesiam ab omnibus (vt semper fuit) immunem hæresibus atque hæreticorum consortio; sed vt eam redderet à prauorum scriptorum contagione securam, omne studium adhibens, delectum habuit Ecclesiasticorum librorum, qui hactenùs editi legi soleront: distinguens, separansque quasi os Domini c, mundum ab immundo, & secernens pretiosum à vili. Cuius rei perficiendæ gratia decretum constituit ab Ecclesia Catholica perpetuò retinendum, in quo post recensitos canonicos libros tum veteris, tum noui Testamenti, adiecit de primatu Rom. Ecclesiæ & aliarum Patriarchalium Ecclesiarum iuribus, ad reprimendam Constantinopolitanorum Antistitum præsumptionem & audaciam infringendam: quæ sic Acacius primùm, inde eius successores aduersus Romanam Ecclesiam protentè nitris erexerant; ita subijciens non noua, sed quæ à prædecessoribus seruata, & à Damaso (vt vidimus) olim fuerant promulgata, longe verò antè à ipso Ecclesiæ nascentis exordio (vt sæpè demonstratum est) traditione prodita, vsu retenta, & obseruatione firmata, quæ sic se habent:

c *Hier.* 15

XX. DECRETVM ROMANÆ ECCLESIÆ.

Post Propheticas (inquit) *Euangelicas atque Apostolicas scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putauimus, quod quamuis vniuersa per Orbem Catholicæ Ecclesiæ thalamus Christi sit: sancta tamen Romana Catholica & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesijs prælata est, sed Euangelicâ voce Domini & Saluatoris nostri primatum obtinuit d: Tu es Petrus, inquiens, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cælorum: & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli Vasis electionis: qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemq; die gloriosâ morte cum Petro in vrbe Roma sub*

d *Mat.* 16

Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, talemq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt.

XXI. DE PRÆROGATIVA SEDIVM PATRIARCALIVM.

Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo & Euangelista consecrata est: ipseq; à beato Petro Apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia verò sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi Petri Apostoli nomine habetur honorabilis; eò quod illic, priusquam Romam veniisset, habitauit, & illic primùm nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Et quamuis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id, quod positum est, qui est Christus Iesus: tamen ad ædificationem nostram eadem sancta Romana Ecclesia post illas veteris & noui Testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est sanctam Synodum Nicænam trecentorum decem & octo Patrum, Mediante Maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: sanctam Synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: sanctam Cyrodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est consensu beatissimi cœlestini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrina sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato. Hic obserua, lector, nullam fieri à Theodosio Iuniore mentionem, sicut de cæteris Imperatoribus, sub quibus reliquæ contigerunt Synodi celebrari; quod ipse Theodosius malè audire visus sit. Sed pergit: *Sanctam Synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto & Anatolio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro eiusq; complicibus damnatæ sunt.* hæc de quatuor œcumenicis Synodis Gelasius.

DE SYNODIS OECVMENICIS.

XXII. Ad finem verò damnationem inserit omnium hæresiarchatum & schismaticorum, inter quos adnumerat recentiores hæreticos post Eutychetem atque Dioscorum duos Petros, Alexandrinum & Antiochenum; atque ad postremum recensèt Acacium eadem anathematis sententia innodatum. Hæc Gelasius Papa hoc anno statuit in Romano Concilio profutura posteris, si non præsentibus refractariis proficua forent. Sed de rebus Synodalibus hactenùs.

XXIII. DISCIPLINAM ECCLESIASTICAM GELASIVS REVOCARE STVDET.

At ipse licèt rerum Orientalium totus assiduis curis distentus, haud tamen prætermisit, quæ spectare sit ad statum Occidentalis Ecclesiæ, ac præcipuè rerum Italiæ. Hoc enim ipso anno sub nominatis Consulibus epistolam scripsit ad vniuersos Episcopos in Lucania, Brutijs & Sicilia cõstitutos: cùm enim ob bella inter Eculos & Gothos annis plurimis agitata Ecclesiastica disciplina collapsa adeò modum atque protrita esset, ad eam restaurandam laborauit omnem curam impendens: qui & suæ epistolæ exordio tradit, relatione Ioannis Rauennatis Episcopi, Italiæ Ecclesias ob bella ad fame esse sacris ministris exhaustas. Quamobrem ad Ecclesiæ ministros pertinentia accuratâ inspectione complura constituit.

XXIV. DE BONIS ECCLESIÆ IN QVATVOR PARTES DIVIDENDIS.

De Ecclesiæ verò bonis rursus illud solicitiùs inculcauit, vt de redditibus ejus tam ex fructibus, quàm ex oblationibus quæ dripertita diuisio fieret, quarum prima Episcopo, clero secunda, tertia pauperibus, quarta verò ædificijs Ecclesiæ tribuenda. Addidit autem præter ea, quæ hac de re fuerant à Simplicio constituta, prouida ratione Gelasius, vt pars illa, quæ in vsum pauperum conuertenda esset, nequaquàm clanculò erogaretur, sed palàm, omnibus videntibus atque scientibus: ne rapiendi, vel ex parte diminuendi eam daretur occasio. nam ait: ipsam nihilominùs adscriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensâsse monstraturus Episcopus esse videantur: tamen iuxta quod scriptum est [a]: *Vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: oportet etiam præsentis testificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non tacere.* hæc ipse.

[a] Matt. 5.

XXV. Rursum hoc eodem anno ad Siciliæ Episcopos scribens, præter illam partem, quæ erogari deberet in pauperes, vt de sua Episcop[us] debeat alere peregrinos atq; captiuos inculcat, quibus plane demonstrat, quòd pars illa pauperibus debita, non in alios pauperes, quàm in eos, qui sunt scripti suæ cuiuscumque diœcesis, sit eroganda; nam audi, quid dicat [b]: *Præsulum auctoritas nostrorum emanauit, vt facultates Ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperum: necnon & peregrinorum stipendia distribuere debeant: hoc enim etiam statutum dari, quod hactenùs decretum est. Reliquum sibi Episcopi vendicent, vt (sicut antè diximus) peregrinorum atque captiuorũ largitores esse possint,* &c. Hæc autem in Ecclesia Dei exoleuisse, iam superiùs deploratum est: dolemus rem tantam negligi, vel inuolucro aliorum prætextuum prætermitti: vnde mihi facilè persuadeo hac potissimùm causâ Dei Ecclesiam assiduis atteri malis: *Etenim propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus* [c]. Cognoui enim (dicam cum Propheta [d]) *quia faciet Dominus iudicium inopis & vindictam pauperum.*

[b] Gelas. ep. 7. ex. 1. epist. decret.
[c] Psal. 11.
[d] Psa. 139.

XXVI. Hoc anno scripta extat epistola Gelasij Papæ ad Eonium Episcopum Arelatensem de mutua conseruanda charitate cum fide Catholica, accepta ex codice Arelatensi: sed corrigẽdam puto in eius inscriptione, dum Eonium habet; cuiusque loco restituendum esse Cæsarium: etenim quomodo potest hoc tempore sedisse Eonius Arelate, si qui post eum sedit Cæsarius, exploratissimum est tempore Felicis Papæ, qui Gelasium præcessit, iam sedisse? id quidem tum Felicis Papæ ad eum datæ litteræ, quarum Gennadius meminit, docent; tum ille, quas eiusdem Felicis ad Cæsarium ex eodem archiuo Arelatensi hic tibi primùm edendas curauimus, quà etiam caligatione emenda, quas à Symmacho Papa ad Eonium Arelatensem Episcopum datas epistolas leges. Epistola verò Gelasij sic se habet:

* Cæsario XXVII.

*Dilectissimo fratri Eonio * Gelasius.*

*Inter difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, quâ per diuinam gratiam sedi Apostolicæ regimen nos adisse pandentes, prætermissam diu cum tua missorum fraterna sermonem, & salutatione directâ, mutuæ charitatis solicitudinis dilectionis quoque tuæ prospera quæreremus. Quantò enim totius ouilis cura, Christo Domino delegante, susceptæ beati Petri Apostoli gubernatio principalis vniuerso gregi in Orbe terrarum *, tanto pietatis affectu cunctas Ecclesias, earumq; rectores amplectitur, & inter diuersos mundi turbines si paterna fide vel traditione firmiter perseuerant, vbi primùm facultas arriserit, & quarit auxia, & causa cognoscit. Quapropter, frater charissime, instantius religiosus viru filiu nostru Euphronio presbytero & rectu uto viro religioso, qui ad Italiæ partes ad prouidendam congregationi sanctæ substantiam commearunt, remeantibus ad propria, silere nequiuimus: sed omni voto dilectionem tuam duximus admonendam: quatenus & vigore apud nos alterna viscera gratiæ fratres & Coepiscopi nostri per Gallias constituti, charitate tua vulgante, cognoscerent: & desiderantibus omnium, per quos tua charitas voluisset, referret mutuæ sospitatem, cessaretq; nullatenùs quantumlibet sæculo detrahente dilectio, sed Catholicam professionem manere semper vbique contunctam. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. X. Kal. Septemb. Asterio & Præsidio VV. CC. Conss.*

* Guntebadi

XXVIII. CROTILDIS NVPTA CLODOVEO.

Hoc ipso anno, qui numeratur decimus regni Clodouei regnantis in Gallia, idem Rex fœdere nuptiarum iunxit sibi in matrimonium Crotildem Christianam fœminam neptæ Burgundiæ Regis Gundebaldi * nomine, ex qua ipsi omnia cuncta fluxerunt, cùm primùm per mulierem fidelem saluus factus est vir infidelis. Rem gestam ex actè descripserunt, qui res Francorum prosecuti sunt, vt Gregorius Turonensis [e], Amonius (quem Aimonem, alij Aimoinum nominant) necnon qui Vitam sancti Remigij scripsit Hincmarus [f]. Porrò ex Amonio ista reddamus, qui rem sic auspicatur [g]: *Quo ordine Clodoueus ad matris Ecclesiæ sinum ac Catholicæ pertenerit fides vnitatem, paucis dicam. Duxit vxorem ex genere Burgundionum Crotildem nomine, Christianam ab ipsis incunabulis infantia. Hac tali quadam ex causa ad notitiam ipsius Regis pertenit. Miserat idem Princeps legatos ad Gundebaldum Regem Burgundionum ferendæ pacis gratia: qui dum in Palatio immorantur, Crotildem puellam contemplati, inquirunt, quæ sit. Dictum est eis,*

[e] Greg. Tur. de rebus gest. Franc. lib. 2. c. 28. 29.
[f] Hincmar. in vita S. Remigij apud Surium. tom. 1.
[g] Aime. de Gest. Franc. lib. 2. c. 23.

neptem

neptem esse Regis, ex fratre progenitam: quæ (inquit) parentibus orbata, nunc stipe alitur regia. Regressi itaque legati, annunciant perfecta esse, pro quibus ierant. Inter cætera dicunt vidisse se puellam adeò forma venustam, vt cuilibet potentissimo Regi nuptui posset tradi: Quam, inquiunt, in regia manentem, patre eius hac vita carente, patruus ab incunte nutriuit ætate.

XXIX. AVRELIANVS LEGATVS AD CROTILDIM.

Hoc audito, Rex Clodoueus amore capitur puellæ, sperans & ex hac occasione regnum Burgundiæ accipere posse. Dirigit euestigio quemdam familiarem, nomine Aurelianum, qui mygnera puellæ à se missa perferens, speciem eius diligentius contemplaretur. Huic imperat, vt puellam adeat, de nuptijs voluntatem Regis edicat; & quid in animo illa super hac re habeat, agnoscat. Est mentio Aureliani Patricij apud Gregorium [a] Turonensem, cùm agit de eius seruo apud sacras reliquias S. Victoris Massiliæ liberato. Sed pergit auctor: Ille præcepto parens, Burgundiæ partes ingreditur. Palatio appropinquans, socios suos se abdere iussit: ipse habitu mendici circumamictus, ad aulam properat; & vt futuræ sibi domina colloqui possit, explorat. Tunc fortasse illa ad Ecclesiam processerat, Domino suarum vota relatura precum; erat quippe Dies Dominica. Aurelianus inter cæteros pauperes prædictas stans, egressum eius operiebatur. Expletis Missarum solemnijs, egreditur puella, egenis (vt mos erat) eleëmosynam largitura. Accedit Aurelianus vt mendicus stipem postulaturus. Cumq; illa aurcum ei porrigeret ipse apprehensam manum eius, pallio super brachium reducto, nudum ori eius osculaturus admouit. Illa pudore puellari perfusa domum repetit. Mittit continuò puella, qui inuentum (vt putabat) mendicum ad se deduceret compositum; quem taliter alloquitur:

RES GESTÆ INTER CROTILDEM ET AVRELIANVM.

XXX. *Quid tibi, ô homo, visum, vt eleëmosynam accepturus, manum meam veste denudans osculareris? Cui ille, interrogata omittens, tale dedit responsum: Dominus meus Rex Francborum, audita, generositatis tuæ excellentia, desiderat te habere coniugem; ecce annulus eius & certa ornamenta sponsalia. Conuersus autem, vt sacculum, quem post ostium deposuerat, sumeret, oblatum ei munera, quæ detulerat, furtim ablatum esse reperit. Quæstione habita, inuenitur sacculus, recipit eum vt peregrinus, munera puellæ offert, de nuptijs iam securus. Nam illa vbi de tori copula audiuit, legato in hac verba respondit: Non est (inquit) fas Christianæ mulieri Paganum sortiri maritum: sed si hoc cunctorum præordinauerit conditor Deus, vt ille per me Creatorem agnoscat, petitæ non abnuo, quinimò omnipotentis fiat Domini nutu. Illo dicente, Regem per omnia assensum præbiturum; rogat illa, vt secretum apud se hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto persentiscat. Qui fidem dans, se id nulla proferre ratione, regreditur ad Regem, quem prospero nuncio reddidit alacrem. Puella iam eum, quem Clodoueus miserat annulum, in thesauro patrui reposuit custodiendum.* Quomodo autem eadem expetita priùs, posteà petita à patruo, assentiente illo, sponsalibus contractis, ad Clodoueum deducta, & illi coniuncta sit fœderate nuptiarum, idem auctor pluribus narrat. Sed hæc modò satis: quibus repræsentatam ferme videas in Aureliano industriam serui Abrahæ [b] quærentis cõiugem filio domini sui, afferentisq; munera futuræ sponsæ puellæ; & in Crotilde illi primum eleëmosynam largè dante, & posteà munera ab eo accipiente, sanctam redditam esse Rebeccam. Talibus planè dignis exordijs è domûs Abrahæ patris credentium exemplo deductis tantum decuit cõnubium auspicari, ex quo fides esset in nobilem gentem fœcundis germinibus propaganda.

[b] Gen. 24

XXXI. PRIMOGENITVS CLODOVEI BAPTIZATVS MORITVR.

At voluit Deus tanti coniugij primitias sibi offerri, vt sic magis cœlestibus benedictionibus augeretur, cùm videlicet primogenitum ex eo filium natum in cœtum accepit. Nam subdit auctor, natum puerum, baptizatum & Ingomerem nominatum, adhuc in albis positum, antequàm diuturniore vitæ huius vsura potiretur, ex humanis subductum, quasi obsidem & pignus creditum [c] parentis ad Deum præmissum, vt filius patris voluntate permissus fieri Christianus, precibus parentem generaret in fide: *Cùm Rex ignorans Dei consilium* (inquit auctor) *nonnihil in sanctam Reginam commotus, dixit: Quia puer in Dei vestri baptizatus est nomine, dy nostri illum præsenti luce fraudauerunt. Cui regina: Gratias ago, ait, omnipotenti Deo, qui dignatus est ex meo vtero progenitum in suum recipere regnum. Genuit & alium filium: quem baptizatum vocauit Clodomirum: quo egrotante, Rex coniugem capit increpare, dicens: Et hic propter superstitionem vestram deorum incurrit offensam. Sed orante Regina, puero salus est restituta.* hæc auctor, eadem Gregorius, Hincmarus, & alij. reliqua autem, quomodo videlicet Rex ipse Christianam fidem est consecutus, suo loco dicturi sumus: hæc modò satis.

[c] Cassio. Variar. li. 2. epist. 40.

XXXII.

Hoc ipso anno, quo transacta sunt hæc inter Clodoueum atque Gundebaldum Burgundiæ Regem, pariter ad eumdem Gundebaldum Theodoricus Rex legationem misit: qua functus est, ad hoc delectus, sanctissimus ille Episcopus Ticinensis Epiphanius, huiusce modi muneribus iam diutiùs assuetus. Sed & hoc ipso anno, antequàm trans Alpes ad Regem Burgundionum dirigeretur, vnà cum Laurentio Episcopo Mediolanensi ad subleuandas Ligurum afflictiones, quibus vniuersus populus ille penitùs obrutus tenebatur, ad ipsum Theodoricum Regem se contulit, Rauennæ adhuc consistentem, futuraque regni disponentem: qui quidem, quò difficilliori negotio per plures annos ancipiti semper fuisset suspensus euentu, rerum summam tandem consecutus, eò cautiùs atque prudentiùs agendum putauit, vt retineret acepta: nam præter initam cum omnibus Europæ Principibus fœdera, conciliatosque sibi Romanos, ne spes aliqua Erulis superesset ad priscum regnum Italiæ redeundi; quos sciret sibi aduersatos esse, atque Erulis studuisse, ne rursum pro illis consurgerent, eosdem vt perduelles durè admodùm exagitandos curauit. Quorum quidem cùm haud exiguus numerus esset, & omnia eorum gemitibus atque lacrymis repleta: ne Rex in eos quicquam videretur hostiliter agere, leges aduersus eosdem difficiles promulgauit.

THEODORICVS VLCISCITVR IN ERVLORVM FAVTORES.

XXXIII. LAVRENTIVS ET EPIPHANIVS EPISCOPI LEGATI.

Cùm verò irrogatæ legibus pœnæ potissimum eos pertingerent, qui Ligutiam & Æmiliam prouincias incolebant: ad hæc fungra dimouenda populorum lacrymæ suos ipsorum rogant & vrgent Episcopos ad suscipiendam ad Regem barbarum legationem. Sic igitur sanctus Laurentius Mediolanensis, item quæ sanctus Epiphanius, Antistes Ticinensis Ecclesiæ, ambo selectissimi Dominj sacerdotes, in hæc infelicia tempora, vt Dei donum, ad abstergendas infelicium lacrymas reseruati, pro venia miseris promerenda ad Theodoricum proficiscuntur, comitantibus eos reorum precibus de statu suo ad momentum periclitantium.

XXXIV. EPIPHANIO CREDITA A REGE LEGATIO AD REGEM BVRGVNDIONVM.

Quæ verò ab eisdem cum Rege transacta sint, Ennodius Ticinensis Ecclesiæ diaconus lacinioso stylo in vita gestis, quas prosecutus est ipsius S. Epiphanij scriptorum monumentis omni fidelitate posteris commendauit; simulque aliam illam legationem recenset, quæ mox subsecuta est, cùm posteà Theodoricus Rex ipsum Epiphanium, addito collegâ Victore Episcopo Taurinensi, misit in Gallias pro redimendis Liguribus & alijs Italiæ captiuis à Burgundionum Rege detentis, quorum diuersa conditio erat: alij enim illis voluntariè extorres, tum famis; tum belli acrites ingruentium necessitate solum vertentes patrium, in Galliam Lugdunensem se contulerant, vbi à Gundebaldo ibi agente Rege detenti fuêre; alij verò ab ijsdem Burgundionibus sæpè fines Italicæ incursantibus captiui ducti erant. Perdurauit ista grassatio vsque ad annum præteritum, cùm Theodoricus, pulsis Erulis, regnare cœpit, prout ex Cassiodoro intelligi potest, vbi ait [e]: *Cùm se feritas gentilis prioris temporis animâsset. Æmilia & Liguria nostra (sicut vos retinere necesse est) Burgundionum incursione quateretur, gereretq; bellum de vicinitate furtiuum: subitò præsentis Imperij, nempè Theodorici, tamquam Solis ortu fama radiauit: expugnatum se hostili suâ præsumptione congemuit, quando illum cognouit nominatæ gentis esse rectorem, quem sub militis nomine probauerat esse singularem. Quotiens se optauit de suo finibus non exire Burgundio, ne Principe nostro pugnaret aduersus, &c.* Quomodo igitur ad redimendos captiuos, hoc ipso anno mox post indulgentiam impetratam à Theodorico Rege idem (vt dictum est) Epiphanius in Galliam missus sit, Ennodius Ticinensis prosecutus est; ex quibus verbis, quò purior ipsa rerum gestarum series innotescat, hîc cuncta reddemus: sed decet

[e] Cassio. Variar. li. 2. epist. 40.

XXXV. THEODORICI LEX ADVERSVS ERVLORVM FAVTORES.

vrà priori legatione narrationem exordiamur, cùm ait:

Interea subita animum præstantissimi Regis Theodorici deliberatio occupauit, vt illis tantum Romanæ libertatis iura tribueret, quos partibus ipsius fides examinata iunxisset. Illos verò quos aliqua necessitas diuiserat, ab omni iussit & testandi, & ordinationum suarum ac voluntatum licentia submoueri. Quâ sententiâ promulgatâ, & legibus hâc ita plurimis tali lege calcatis: vniuersa Italia lamentabilis iustitio subiacebat. Itur rursus ad Epiphanium Episcopum Ticinensem, illum, qui manu medicâ publicis consueuerat subuenire vulneribus, cuius fonte eruinarum sæpè fuerat ardor extinctus. Qui dum se diceret solum ad tantam sarcinam sustinendam non posse sufficere: rogatur pariter venerabilis Laurentius Mediolanensis Episcopus. Qui profecti vnà Rauennam, etiam pariter peruenerunt: Suscepti pariter. Postquàm illis agendi aditus reclusus est: beatus Laurentius necessarium duxit, illi potissimùm perorandi copiam dari, cuius vestigia frequentium legationum laborioso callu attriuerat, & per tramitem huiusce modi itineris cursitantem, non semel hispidum castrensis pulus effecerat. Qui talia publicas petitiones est orditus eloquio:

XXXVI. EPIPHANII EPISC. TICINENSIS ORATIO.

*Quantus, inuictissime Princeps, per innumerabiles successus felicitatem tuam fauor diuinus euexerit, si per ordinem relegam, agnosces te votorum parcum maiora semper à Deo nostro beneficia accepisse, quàm optâsse meminerit. Sufficit enim horum vnum narrare, sed maximum: quod apud te Principem ibi seruorum ipsorum causas agimus, vbi solebat inimicus tuus huius solij possessione gaudere. Habes plurimum Christo Redemptori nostro quod debeas: pro quibus rogamus, ipse largitus est. Cauendum nobis est, ne offendatur auctor muneris, si quod præstitit, non amemus. Diu suspendo fiduciam meam: placet re per singula, quæ fando compers ag, perspexi accessisse tibi Diuinitatis auxilio. Scis, qua te pollicebatur aclurum, quando confertissimis inimicorum cuneis vrgebaris, & circa muros hostilis tuæ Ticinensis ciuitatulæ clangor streperet: quando armis, numero aduersarij præstantiores sabstitêre: sola tecum dimicante cælitus inuisibili virtute, non poterat, non audebat te aggredi, qui exercitus tuos nudâ æstimatione pensabat: solatium tuorum pondus omnis illandi apparatus sustinere non valuit. Quotiens vtilitatibus tuis aër ipse seruierit, si recenses, tibi cœli serena militârunt, tibi conuexa * pluuias pro voto fuderunt. Quis resistere dexteræ tuæ ausus fuerit & cum gratia superna pugnanti? Quotiens inimici tui ceciderunt mucronibus sodalium suorum? Quotiens tibi vicit, quipro hostium tuorum vtilitate certabat? His ergo donis cælestibus vicissitudinem, impensâ circa homines pietate restitue. Mitlice oblationis holocausta sunt supplicantium lacrymas non sperni. Illud certè perpende, qualibus in regno succesferis, quos (sinu liquet) malitia expulit, casu illorum necesse est vt sequentes informes: Ruina precedentium posteros docet: cautio est semper in reliquum lapsus anterior. Non sincere exemplo militat, qui * respexit, quâ causâ decessor electus est.*

DOMINVS DIVINITVS PRÆSTITA THEODORICO.

* conuecta

non

XXXVII. PRO LIGVRIA PVBLICAT.

*His freta Liguria vestra, nobiscum profusa supplicat, vt legum vestrarum beneficia fic tributis innocentibus, vt noxios absentibus. Exiguæ est apud Deum nostrum misericordia, si illos tantùm læsio non sequatur, qui reatu careant. Culpas dimittere, cœleste est: vindicare, terrenum. Post hæc siluit. At eminentissimus Rex infit: quo loquente, attonita * voluntas eius corda pauor arctabat:*

XXXVIII. QVID THEODORICVS RESPONDERIT.

*Quamuis te, venerabilis Episcope, pro meritorum luce suspiciam, & multa apud me confusionis tempore repositse beneficia, quibus finis te conuenit, tranquillitate reuocata: regnandi tamen necessitas, qua concludimur, misericordiæ, quam suades; non vbique pandit accessum. Et inter res duas nascentis Imperij, pietatis dilectionem censura pellit vtilitas. Exemplorum cœlestium testimonio * assertio mea nititur. Offendisse legimus Principem, qui cœlitus destinatum nec inimicum subduxit exitio. Pœnam meruit lenitas, quam potuit intulisse districtio. Vltionem suscepit, qui detrectat referre. Locum diuinis iudicij aut attentat, aut contemnit, quod hostis suo cum potitur, indulget. Iustitia coërcendis sunt, quos constat gratiam non secutos. Vitia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit. Nam quod de Redemptoris nostri patientia loqueris: illos verè amplectitur lacgratia, quos auctoritas legis informat. Numgiam a medico ad plenissimam curationem ager adductus est, nisi ab illo, qui primùm putrida ferro membra desecuit, & fœtentem saniem penitùs è sinu visceruin*

produxit in lucem. Qui criminosos patitur impune transire, ad crimina hortatur insontes. Tamen quia precibus vestris, quibus superna assentiuntur, obsistere erercna non possunt: omnibus generaliter errorem dimittimus: nullius caput noxa prosternet: quoniam potestis & apud Deum nostrum agere, vt scelerata mentes à propositi sui peruersitate discedant. Paucos tamen, quos malorum incentores fuisse cognouit, locorum suorum tantummodò habitatione priuabo, ne fortè exurgens necessitas vicinos inueniat nutritores, & malorum adiuta successibus bella consurgant.

XXXIX. LEX DE INDVLGENTIA LATA PER VNIVERSVM.

His præcellentissimus Rex dictis, virum illustrissimum Vrbicum acciri iubet; qui vniuersa Palatij eius onera sustentans, Ciceronem eloquentiâ, Catonem æquitate præcesserat: cui præcepit, vt generalis indulgentiæ pragmaticum promulgarer. Quod ille ad omnem benignitatem paratissimus illicò tantâ breuitate & luce contexuit, vt & illa culparum genera cognoscerentur abolita, quæ putabantur fuisse reservata.

XL. THEODORICVS AGIT CVM EPIPHANIO DE LEGATIONE AD REGEM BVRGVNDIÆ.

Interea secretius Rex præstantissimus sacerdotem venerandum Epiphanium imperat euocari: quem talicompellat affatu: Iudicij nostri ex ipsa sententia, glorioso Antistes, pondus intellige, vt si tam in toto regni nostri circulo Pontifices esse videantur, tu potissimùm in tanta re quasi vnicus eligaris: necenumerata per meritum tuum huius modi æstimatores illudit opinio. Solus esse iuste crederis, cuius splendore tamquàm globis lunaribus minorum fiderum lumen obtunditur, & modica lucis radij perfulgidâ conscientiæ tuæ luce fuscantur. Quis quærat noctis lampadem, vbi Solis subiit effulserit? quis candelæ præsidium, vbi caminus indefinentibus fidei pyra succenditur? Postremò talem à me oportet dirigi, qualem suscipiens libenter auscultes. Videt vniuersa Italia loca originarijs viduata cultoribus? In tristitiam meam segetum seu arborum atque vinearum plantaria campus apportat: & illa mater humanæ messis Ligvria, cui numerosa agricolarum solebat constare progenies, orbata atque sterili iejunum cæspitem nostris monstrat obitibus. Interpellat me terra, quocumque respicio vberem vineta faciè, tum aratris impexa contristant. O dolor! nullus humor illorum labris infunditur, quos à vinicopia Neotrios vocauit antiquitas. Hæc quamuis Burgundio immitis exercuit: nos tamen, si non emendamus, amissimus: populate patria cessamus succurrere, si aurum apud nos habetur inconditis. Quid interest, pecuniis, an ferro aduersariorum animos inclinemus? Obtulisse quòd mentes capiat hostis, vicisse est; occuluisse, superari.

XLI. PRO CAPTIVIS REDIMENDIS EPIPHANIVS MITTITVR.

* Gundebadus * Gundobaldus

*Suscipe ergo, Christo adiuuante, huius laboris sarcinam, ex qua communem habeamus in cœlesti repromissione mercedem: quia nouus iste proprijs insignibus titulus laudi adcrescit, per manus tuas de oppugnatoribus nostris sine sanguine triumphare. Princeps eorum Gondonadus * est, cui reuerentiam tui venustas inscruit: quem videndi te nimia cupido stimulat: Mihi crede, pretium captiuitatis Italicæ erit vester aspectus, redemtos putabo esse, quos cupio; sed terras illas talis redemptor accesserit. Quam magno suffragio vincuntur oculi, quibus re offerimus. Sed quid demoror? manus arua poscent iam pollicitor tibi reditiuum statum Liguriæ, pollicitor solis lætitiam, & post Transalpinam peregrinationem reducem facunditatem. Ex accidenti aurum tibi commodatur, pro qua talis legatus aclurus es.*

XLII. EPIPHANIVS GRATIAS AGIT REGI.

Ad hæc episcoporum lux Epiphanius respondit: Quanto, venerabilis Princeps, pectus meum tripudio repleueris, si sermone posit ambiri, pro diuitijs meritorum tuorum immediatè continua verba profunderem: sed quam sermoni meo interceptus denegetur successus, monstrant lacryma gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. Proinde intellige, ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quam pro se ipso gratias, plus me sentire posse, quàm eloqui. Iustitia prius, an bellorum exercitatione, an quod his præstantius est, omnes retrò Imperatores tepietate superare commemorem? Habes, vnde gentis nostræ rectores accusei. Tu redimus, quos illi per sæpè aut permiserefieri, aut fecerunt ipsi captiuos. Dauid [b] legimus, pro singularis laudationis exemplo, idcirco maximè cælorum proximitates adeptum, quòd oblato manibus suis Saul pepercit inimico: & in testimonium concessæ potestatis, exuuiarum eius particulam rapuit, per quam & licentiam probaret & votum.

[b] 1. Reg. 24

XLIII.

O vos bone, in quanta remuneratione huius sæculum suscipit pro tot millibus oppressorum libertate tractantis, qui illum pro vnius seruati hominis sanguine sublimâsti? Perage ergo cæpta festinus, & felicitatis tuæ oblationem latus adporta: meq, quamuis sim

paratus, stimula, ne in offerendo tam odorato sacrificio tarditatis obice frenerit. Christi Redemptoris nostri erit concedere, sicut ex operibus futurum conjicimus) vt verè holocausta tua per meas manus possit offerre. Precor tamen, vt indulta clementia tua Victor Taurinensis vrbis Episcopus comes mihi & particeps huius itineris adiungatur, in quo clarum est epitomen omnium constare virtutum: quo socio adhibito, de Deo securus respondeo, nullum effectum propriæ petitionibus abnegandum.

VICTOR TAVRINENSIS EPISCOPVS

XLIV. TEMPVS LEGATIONIS.

Quibus auditis, Rex eminentissimus annuit: ac tremendus Pontifex, dicto Vale, discessit. Ex tempore portanda pro redemptione pecuniæ destinantur, suscipiuntur: agreditur Ticinum impiger venit. Et quamuis adhuc hiemali tempore Martius mensis glacie fluminibus frenum imponeret, & cana nivibus iuga Alpium transitum minaretur exitium: sed mortiferum frigus & concretas algore glebas fides ardor exuperat; numquam in gelu labitur, cuius fundamentum petra solidauit. Ordinato ergo itineris sui viatico, profectus est: quæ potest retinere necessitas, nec cibi ipsius capiendi mora sustinebatur. Et cùm singulos cum ipso positos ille plenus discriminibus callu turbaret: solus inter pericula timere non nouerat, quem spes vitæ certa comitabatur. Concurrebat omnis ætas & sexus; & quos à vicinitate vitæ ipsius longa interualla seiunxerant, ardore animi proximabant.

XLV. RVSTICVS LVGDVNENSIS EPISC.

Quicquid habuit quisque pretiosum, obtulit, & si non habuit, alicunde mercatus est. Patria vbique, vbique opulenta diffusio: inempti dapibus mensæ cumulabantur peregrinorum; & illis, quas nisi comparatas habere non poterant, escis sine pretio vrebantur externi. Tunc quoscumque indigentum reperit, aliis quæ erant, donata disperserit: domi foris, pascebat miseros. Neque fieri potuit, vt quod ad ipsum delatum est, pauperum vsibus subtraheretur. Hoc ordine, mirâ celeritate Lugdunum ingressus est, vbi Rusticius tunc Episcopalem cathedram possidebat (dignus hic successor S. Patientis Episcopi, ad quem adhuc laicum extat Sidonij Apollinaris epistola[a]) homo qui & in seculari titulo præfiguratione sacerdotem semper exhibuit, & sub prætextu fori gubernationem gessit Ecclesiæ: qui trans Rhodanum fluuium aduentui ipsius spiritualis lætitiæ copiâ repletus occurrit: causam commeationis inquirit: quæ essent astutiæ Regis, edocuit; quem ni inopinatum obiectionum aut responsionum calliditas inueniret, intra penetrale pectoris certaminum prolusionem firmabat. Quem postquam Gondebadus terræ illius dominus venisse cognouit: Ite (inquit ad suos) & videte hominem, quem & meritis & vultu semper ego Laurentij martyris personæ coniunxi. Qui quando nos velit videre, inquirite: & cùm iusserit innitate. Mox ad eum omnis Christianorum Principi assistentium turba confluxit: qui affatim admiratione capiebantur, quod illa tot linguarum fama tamen minorem se in isto, quamuis etiam ampla, monstraret: cui numquam sufficeret pauperta sermonum, quamuis dotior insto esset in reliquis.

[a] Sidon. l. 2. epist. 1.

XLVI.

Constitutum est ergo videndi Regis dies. Ad quem cùm ingressus, salutauit: & suâ, vtrique visione lætatus est. Dedit summo viro Victori licentiam, si inberet, ipse principium legationis ordiri: qui ad illum omnepondus retulit, & fuit ad cunctam humilitatem paratissimus. Euestigio decus Italiæ Antistes noster talibus verbis cæpit affari.

XLVII. EPIPHANII EPIS. ORATIO.

Inexplicabilis mihi dudum, probatissime Princeps, vestri amor imposuit per iter istud contra naturam & tempus bella suscipere, & cruciatimontis pericula non timere: quibus dudum in metallum aquas arctauerit, coagulatum ex liquore minatur exitium. Transcendi alienis mensibus ninguidos per saltus posui gressus, quos in suis locis vis frigoris obligabat. Postremò mortem non timui, vt tibi celer præmium æternæ lucis asserrem. Inter duos optimos Reges testimonium in cœlestibus dicturus adhibeor: si quod ille misericorditer postulat, tu clementer accomodes. Munus repromissionis Dominicæ æquâ lance diuidite; & cùm ambo amplius habueritis, nemo damnat inuidet. Certate, Duces inutilissimi; & alterutrum vos, exequendo præcepta mystica, superate: In qua constitutione celebratum victor accipiet, vt victus præmium non amittat. Sequimini consilium meum, & ambo superiores, ex ambo pares extabitis.

XLVIII DE RELAXANDIS CAPTIVIS ITALIS.

Redimere cupit ille captiuos; tu sine pretio redde genitalibus glebis. Mihi credite, nemo vberius in hac causa, nemo maiùs acciperit, quàm qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum transit alterius, si quos vendere gloriosum est, donare dispono. Diuites exercitus tuos faciet contempta pecunia, acquisita mendicos. Audi Italorum supplicum voces, & de te præsumentium preces serenus admitte. Audi Italiam numquàm à te diuisam, & multum de animi tui clementia confidentem: quæ se vnâ voce vteretur, hoc diceret: Quotiens pro me (si reminisceris) ferratum pectus hostibus obtulisti? Quotiens pugnasti consilio, ne bella subreperent; ne aliquis meorum duceretur in quacumque Orbis parte captiuus? Quos nunc detines, tu nutristi. Doloseè mihi virtus tua beneficium præstitit, si quos ab extraneis tutatus es, custos inuasit. Quis catenarum nexibus impeditus, dure sorti non vberiores lacrymas exhiberet, cùm se ad conditionem liberator impelleret? Quis se subduceret, cùm armorum thorum crepitus audiretur, in quo in necessitatibus tutissimum habuêre perfugium? Elisis cæsto manibus matrona sublimis, cùm traheretur ad vincula, promisit sibi vindicem te futurum.

BVRGVNDIONES LABORARVNT PRO ITALIS.

XLIX.

Virgo ab stupratoris insidijs pudorem suum tibi credebat districte posse, si perderet. In summam capti sunt, quos nemo fugientes inuenit. Agricolarum laboriosa stirpes, & duris exercitata ligonibus soboles, quæ per terram suam pascit infabricata simplicitas, cùm loris colla necterentur, & palmas vinciret arcta connexio: nihil pro defensione sua aliud clamitabat: Scimus & euidenter agnoscimus, nonne vos estis Burgundiones nostri? Videte ne ante pium Regem hoc facitis, excusetur, & illa vrbanorum consuetudine crimina supprimatis. Quotiens ista, quas ligare præsumitis manus, domine communi tributa soluerunt? Nouimus, quia ille sic erista non iusit. Hâc auctoritate miseri pro solatijs vrebantur. Multos tamen integritatis tuæ fiducia fecit interimi, dum capti superbiùs responderunt.

L. INSTAT EPIPHANIVS PRO REDEMPTIONE CAPTIVORVM.

Redde ergo residuos patriæ, redde origini, redde gloriæ tuæ. Antiquus Dominus prouinciam dilige, quam & modernus amplectitur. Remitte, quamuis ad alienam ditionem, qui se & vbi positi suos esse cognoscant. Parum enim gratiæ impendimus illius imperio, cuius misericordiæ nihil debemus. Vacua sentibus illam, quam benè nôstis, Liguriam, & reple cultura. Quantum muneribus tuis obnoxia sit, sustineat. Si factem suam aliquando cognouit. Domesticum tibi semper est indulgere supplicibus, sicut superbos opprimere sic in vtroque fortissimus, ibi per gladium, hîc per temperantiam triumphos acquires. Nostris vsibus, & mouere fletibus: sic in successione regni istius legitimus tibi hæres accrescat, & per spem adultæ progenies ad Burgundionum gubernacula reuiuiscat. Et licèt hoc Deo tribuas: adjice & illud, quòd nec hominibus externis istud impendis. Sed iuncto tibi Italiæ domino etiam necessitudine affinitatis: sit filij tui sponsa nexa largitas; absoluto captiuorum obstrat pacta suæ munus, quod & Christus accipiat. Hæc cùm dixisset, commonito sancto Victore collegâ, surrexit; & vsque ad pectus regium lacrymantes, & cum omnibus propè astantibus capita sunb miserunt.

LI. REGIS BVRGVNDIONVM RESPONSIO.

Tunc rex probatissimus, vt erat fando locuples, & eloquentiæ diuesopibus, & facundus assertor, verbis taliter verba reposuit: Bella iura pacis suæ sator ignoras, & conditiones gladio decisas concordiæ auctor esse sceras. Lex est certantium, quem putas errorem Freno nequeunt inimicitiæ; quòd tu Christianæ lucis iubar ostendis. Prælijs temperantiam nullus adducit; quæ orbi tua mitore, egregiè moderator, recollitur. Statuta sunt dimicantium: Quicquid non licet, tum licere. Iste sibi fortè quies reducet, quæ nauraste. Hostem suum qui non lasit, adiuuat. Paulatim aduersarius à regni sui mole succeditur, cui Imperij radices viribus amputantur. Reposui Regi partium illarum contentiam, quam putas illatam: ludificatus spe fœderis, nihil legi sinisti, nisi vt quod est cautela, apertos inimicos agnoscerem. Concedat tamen Diuinitatis assensus, vt solidatum inter nos fœdus longæ ætate seruetur. Inuenient partes illæ constantem in amicitia, quem senserunt pernitiosum sibi fuisse, dum litigatur. Vos men sancti vires ad domos, in quibus manetis, sine tribulatione discedite: dum ego animæ meæ & regni vtilitate discussâ, quæ me deceat præstare, pronunciem.

His auditis, Pontifices abscessêrunt. At ille, vocato Laconio, cui & rerum & verborum fides ab illo semper tutè mandata est: quem & prærogatiua natalium & auorum curulis pe magistræ probitatis insignia sublimârunt: cum quo refert, quotiens pia & religiosa meditatur. Et sicut non est cum vitijs sociata nobilitas, nec astringitur ad illecebras ius natura: si quid illebenignè facere voluerit, duplicari iste hortatur adhibitu. Cui Princeps: Vade (inquit) Laconi & tota votorum tuorum vela suspende. Et sacerdos à nobis & beatus Epiphanius libenter auditus est,

LII. LACONIVS POTENS APVD REGEM BVRGVNDIONVM.

SOLVVNTVR CAPTIVI ET DIMITTVNTVR DIVERSA CONDITIONE.

cuius te precibus fuisse permotum, cùm apud nos verba faceret, animorum indices lacrymas testabantur. Vade & pleno pectore dicta sententias, per quas pactionis illius durissimæ nexus irrumpas. Liceat omnibus Italis, quoscunque Burgundionum nostrorum metus captiuitatis fecit esse captiuos, quos famis necessitas, quos periculorum timor adnexit; postremò quoscunque concessit aut addixit consensus Principis sui, noster absoluat. At paucos, quos ardore præliandi tunc ab aduersariorum suorum damnatione rapuerunt, pro illis pretij quantulumcunque percipiant; ne detestabiles apud illos fiant certaminum casus, quorum cùm discrimina sustinuerint, lucra non sentiant.

LIII.

Post præceptum venerandi Regis impiger ille verborum saltibus indulgentæ species aut formas exposuit, & chartas ad insignem Antistitem detulit: quas ille cum exspectatissima deuotione suscepit, & portitorem tanti doni ambienter amplexus est. Qui postquàm rumor innotuit, tantæ istius iam liberæ multitudinis frequentia subitò astitit, vt desolata crederes esse etiam incolu rura Gallorum. Nam testis huius rei ego sum, per cuius manus pictacia ad clausuras iussio sacerdotis elicuit. Quadringentos homines die vna de sola Lugdunensi ciuitate reditus ad Italiam fuisse dimissos, identidem per singulas vrbes Sabaudiæ vel altarum prouinciarum factum, indubitanter agnouimus: Ita vt istorum, quos sola preces beatissimi viri liberarunt, plusquàm sex millia animarum terris patrijs redderetur. Eorum verò, qui redempti abrogati sunt, numerum ad liquidum cognouisse non potui: quia inter eos etiam multa fuga eripuit. Sic factum est, vt tunc ad liberationem omnium sublugatorum transeundi occasio concessa sufficeret. Postquàm tamen pecuniarum ille cumulus effusus est, concinnò ad expensas redemptionis suggessit necessaria illa, quæ ibi est, thesaurus Ecclesiæ Syagria, cuius prolixam quærit vita narrationem: sufficit autem, vt ex operibus cognoscatur, quam verba transcendunt.*

NVMERVS CAPTIVORVM DIMISSORVM.

*Spaudiæ

SYAGRIA SANCTISSIMA FOEMINA.

eiusdem stemmatis hanc putamus esse Syagriam, cuius & Syagrius, qui apud eundem Regem Burgundionum agebat magno ab eo honore habitus: nam Burgundionum Solonem appellat eum Sidonius, quem & Syagrij quondam Consulis ordinarij pronepotem fuisse testatur [a]. Dedit etiam (subdit Eupodius) præstantissimus inter Gallos Auitus Viennensis Episcopus, in quo se peritia vetus in diuersorio lucidæ domûs includit. hic illustrisille Alcimus Auitus, qui eiusdem Regis Burgundionum salutem curans (vt auctor est Ado Viennensis) ad eumdem dialogum scripsit, quo vehementer impugnauit hæresim Arianam: sed de eo inferiùs pluribus agendum erit. Arripgit auctor:

[a] Sidon. lib. 5. epist. 5.

LIV. GODIGISCLVS SVOS CAPTIVOS REMAXAT.

O Quid pluribus? auro illorum ex maxima parte actum est, ne Gallis dehinc seruitum pubes Ligurum duceretur. Nec in vno loco summus vir in illa se regione continuit: ne forsitan in longinquo degentes dominorum feritas impediret. Fuit Geneua, vbi Godigiselus germanus Regularem statuerat: qui formam fraternæ deliberationis secutus, bonis operibus eius se socium dedit. Breui tamen tantæ liberatorum phalanges remissæ sunt, vt videres longe lateq; agminibus feruentia itinera cum laude Dei nostri, cum etiam splendidissimi sacerdotis Epiphanij, cuius ministerio atque labore erepti fuerunt, redeuntium. Et ne tanti lux nostra tropheo muneris priuaretur, atque ab oculis ipsius pulcherrimum spectaculum tolleretur: ipse cum hac re reuenit. Videres duci in triumphi cælestibus vulgus liberum, & pro macilandorum sanguine terram madefieri lacrymis exultantium. & paulò pòst: *Ecce tunc cœperimus armatorum mentes sanctitate superatas, & cessisse precibus electis legati Principem, qui obuium semper lanceis pectus ingessit. Quantum acutior fuerit verborum, quàm ferri lamina, hinc lector agnosce: expugnauit sermo, cui se gladij subduxerunt.*

LV.

Dum ego tertio mense cum tali tropheo Ticinum remearet Antistes; vt Tarantas iam venit (sic enim vocatur oppidum Alpibus vicinum) ibi quædam mulier graui immundi spiritus vexatione laborabat: qua continuò, præcepta benedictione, absoluta discessit. Ipse tum suis inopinatus nec suspicantium oculis astitit. Visu est subitò, de quo vix credebatur aliqui posse rumor audiri. Mox tamen vt rediit, curis ex more animum fatigat, ne fortè quibus absolutionem Deus nostè per illum dederat, propry census possessione turbarentur: præcipuè ob nobilium, cop sideratione personarum, quibus immanior apud suos poterat constare calamitas si vitam inopes reduces sustinerent, & de peregrinationis incommodis sola miseri cordia solatia perdidissent. Ad Regem Theodoricum inuictissimum per se mox ire noluit, ne forte laboris sui vicissitudinem in relatione gratiarum, aut in exhibitione munerum coram positus videretur exigere: flagitat enim quasi debitam retributionem, qui pro flagitatis Principum iussionibus ipse, quid actum sit, auctor annunciat. Hoc ergo ille totius acuminis vir perspiciens, declarare gestiebat. Scripsit tamen, & quæ gesta sunt, loqui commisit epistolæ: ne aut tacendo contemptor, aut occurendo per arrogantiam pronuntiaretur intemperans. Quantum tunc, admirande Pontifex, tua plus egit absentia, quantum impetrauit humilitas deprehensa; dicant illi, quos de exulibus durissimos reddiderat. Igitur omnia, quæ à pijssimo Rege pro miseris per paginam petyt singulatim Antistes incunctanter obtinuit, &c. hactenùs de legatione Epiphanij Ennodius Ticinensis, cui ipse comes ac sancto viro minister accesserit.

EPIPHANII PRVDENS CONSILIVM.

LVI. ROMANA ECCLESIA CAPTIVOS REDEMIT.

Redempti sunt aliàs etiam sub eodem Theodorico captiui, non pecuniâ Regis, sed eleemosynis Romanæ Ecclesiæ, eas abundanter impendente Symmacho Papa, de quo hæc leguntur in libro de Romanis Pontificibus: *His captiuos per Liguriam & Mediolanum, & per alias diuersas prouincias pecuniis redemit, & dona multiplicauit, & dimisit.* sic ibi. Hæc autem de legatione ad Gundebaldum cùm contigisse auctor dicat biennio ante eiusdem Epiphanij obitum, hoc ipso facta sunt anno: nam idem defijt ex hac vita (vt suo loco dicemus inferiùs) anno Domini quadringentesimo nonagesimosexto. His planè officijs idem Burgundionum Rex demeruit Theodoricum: à quo sumpta fiduciâ, petijt horologia eius generis, quæ Romæ aliquando vidisset, nempè tum ad aquæ fluxũ attemperata, quæ clepsydras vocant; tum etiam quibus Sol vmbra gnomonis diei horas edocet. Impertitus est Theodoricus, quæ ille petijsset, Boëtio Seuerino viro in omnibus scientijs & mathematicis præcipuè facultatibus callentissimo in eiusmodi curandam opus incumbente. extant eiusdem Theodorici Regis de his tum ad Boëtium datæ epistolæ, tum ad id ipsum Burgundionum Regem, cùm horologia misit, redditæ litteræ [b],

[b] Cassiod. Varia. lib. 1. ep. 45 46.

LVII. THEODORICVS VT CATHOLICVS

Hæc quidem laude digna præstitit Theodoricus hoc ipso regni sui exordio, relaxans reos, redimens que captiuos, sic sibi animos concilians subditorum: adiecit autem quòd licèt Arianus esset, Catholicis benè vsus est, non tàm nihil negotij illis more hæreticorum faceſſens, sed & indulgens, & gratijs ornans, & omni officiorum genere prosequens, deque illis benemereri in omnibus illudens; adeò vt se ægro animo indignoque ferre monstrarit, si quis in eius gratiam è Catholica fide ad Arianam sectam, cuius ipse cultor erat, transiret: quod & aliquando eiusmodi facta egregio declarauit, à Nicephoro & alijs descripto [c]:

[c] Niceph. l. 18. c. 51.

LVIII.

De Theodorico quidam huiusmodi historiæ tradunt. Ministrum is quemdam sanctorem fidem sectantem vehementer iusto amore prosequebatur, & adeò lupra eum eo abutebatur. Et ille, vt quæ grata placitaq; ei essent, faceret, à Consubstantialis fide desciuit ad Arianismum. Quod vbi Theodoricus comperit, caput illius quem tantoperè amauerat, resecuit, inquiens: Si Deo fidem sinceram non seruâsti, quomodo mihi, quia homo sum, conscientiam sanam præstabis? hæc Nicephorus, eadem Zonaras, & Cedrenus, licèt in eo vterq; erret, dum Theodoricum Africæ Ducem appellant. scribit id ipsum Theodorus lector libro posteriori Collectaneorum, sed nihil de fœditate ministri.

LIX.

Quænam autem miranda hoc tempore Anastasij Imperatoris acciderint Constantinopoli de alio item à Catholica fide deficiente ad Arianam perfidiam: & horrendâ blasphemiâ impetente sanctissimam Trinitatem, ex Theodoreto historico sanctus Ioannes Damascenus enatrat, cùm sic exordiatur à titulo: *Ex historiæ Ecclesiasticæ Theodoreti tomo quarto.* Ea ipse ante rei gestæ narrationem. Sed ni hoc ipso lumine prudens lector objiciet de titulo recitato, quomodo de rebus gestis sub Anastasio Imperatore citari potuit Theodoretus, quem constat etiam ante Zenonis Augusti tempora defunctum esse; cùm patiter liqueat, historiam Theodorici quinque partitam libris Valentiniani tempora minimè prætergressam &

PRO THEODORO THEODORETVS.

Theodosij Iunioris Imperium? Nodus hic tibi primo soluendus, ne anceps in ipsa lectione fluctues, qui de auctoris fide iam iustâ obiectione vacillas. In primis autem dici posse videtur, Theodoretum pro Theodoro mendosè conscriptum: nam tradit Suidas, Theodorum Lectorem Ecclesiæ Cõstantinopolitanæ scripsisse historiam Ecclesiasticam à Constantini temporibus vsque ad Iustinianj Imperium, planè diuersum opus à perbreuibus illis duobus Collectaneorum libris, quæ fragmenta potius esse videntur, quàm ordinata rerum tractatio, quam idem Ioannes Damascenus inferiùs citat. hæc Scholiastes apud ipsum Ioannem Damascenum sensit, & quidem haud insulsè.

LX. THEODORETVS IVNIOR.

Sed magis placet, vt dicamus, præter Theodoretum Cyri Episcopum, alium extitisse post eum Theodoretum historicum, qui à S. Ioanne Damasceno citatur. Nec putes hæc à nobis inani tãtummodò opinatione effingi, quæ scriptoris eiusdem sæculi assertione firmantur. Etenim idem, de quo modò egimus, Theodorus Lector posteriori Collectaneorum libro eumdem Theodoretum Iuniorem citat his verbis: *Petrus Mogus reliquias Timothei Solo fascioli effodisse fertur, quod & Theodoretus scribit.* hæc ipse de rebus gestis sub Zenone longè post obitum Senioris Theodoreti: vt planè certò certiùs affirmandum sit, post Theodoretum Episcopum Cyri, Theodoretum alium citatum à Theodoro Lectore, tum à S. Ioanne Damasceno, clariusse: ex quo de Arianis admiranda ista, eo præsixo titulo, narrat his verbis [a]:

a Ioan. Damasc. de Imag. orat. 3.

LXI. OLYMPII VI ARIANI BLASPHEMIA DAT POENAS.

*Hoc Consulatu, octauo Kalendas Ianuarij, res admiranda, terribilis & singularis, quâ aures audientium obstupebant, euenit. Olympius enim quidam nomine, cùm Eutychius Ariana factionis defensor cursorem saltantem * citaret in balneis Palatij Helenianj, accedens ad eum qui præmolliebat, & quosdam, qui lauabantur θεωρία*, hoc est, eiusdem substantiæ de Filio dicis comprobantes conspicatus, ictiusmodi verbis eos compellauit: Quid enim est (inquiens) Trinitas? aut quo non in pariete inscripta est? Membrum, corporis necessarijs apprehensis: Ecce (inquit) & ego Trinitatem habeo. Quare, qui illic aderant, commoti, illum erant interfecturi; sed & in valli ambitu prohibiti sunt à quodam Magno sanctorum Apostolorum presbytero, viro admirando, Deiq; timoroso, qui sic eos est allocutus: Iustitia non latet oculum cuncta spectantis & punientis. Cùm igitur hominis veneratione quieuissent: surrexit Olympius blasphemus ille Arianus, & calidarum aquarum balneo lotus (vt fit) ad illud, quod frigidas continebat, ingreditur (suscipit enim aquas è terra medium venerandi altaris sanctæ aduocationis protomartyri dicata, quam Aurelianus inter veteres præcipuis dignitatibus illustris exædificauit, ex quo diuinis aquam spectaculis fieri dignam existimo.) In hanc ille cùm descendisset, confestim egressus est, clamans: Miseremini, Et carnes suas vnguis dilanians, ab ossibus diuellebat.

* admirandum.

LXII. DIRA VLTIO IN OLYMPIVM ARIANVM

Hunc illum, qui circumaderant, comprehensum linteo obuoluerunt, & præfrigore animo deficientem reclinârunt. Rogantibus autem, quidnam illi contigisset: Respondit Olympius: Hominem vidi candidum indutum vestimentis, qui super Necrophorum incedens, tres mihi calidæ ficlas insudat, Ne maledixeris, inquiens. Qui igitur erant illi necessitudine coniuncti, sublatum in aliud balneum, quod Arianorum habebat Ecclesia, gestârunt. Verùm cùm ex linteo vellent illum eximere: omnes illius carnes dilacerârunt; atque ita moriens animam efflauit. Quæ quidem res per totum ferè peruagata regnum est. Prodiderunt autem quidam, Olympium, cuiid contigerat, quodam tempore ab eorum, qui Filium Homousium, hoc est, eiusdem essentiæ cum Patre fatebantur, cœtu, ad Arij partes defecisse.

LXIII. ANASTASIVS IMP. PICTVRA REPRAESENTARI MIRACVLVM IVBET.

Verùm cùm ad aures regias peruenisset (erat autem Rex. Anastasius) iussit miraculum in tabula coloribus expressum ad Nerophorum collocari. Ioannes autem quidam aduc illius, de qua suprà mentionem fecimus, Stephano protomartyri sacræ diaconus & curator, vir, qui (vt si quis alius) decreti illius, quo Filius eiusdem cum Patre essentiæ declaratur, se perpetuò studiosissimum ostendit, ipse quoque rem picturâ, sed non simpliciter promulgauit: Nam eorum, qui illic lauabantur, spectatoresq; fuerant, quos, in balneo ministrabant, nomina inscripsit, & vbi eorum singuli habitarent, indicauit. Quæ quidem pictura ad hoc vsque tempus rem ipsam testatur, in fronta quarta porticûs, quod sæpè vocatum est Oratorium, affixa.

*Cæterùm quando res admiranda rem admirandam * consecuta est, cùm eiusdem argumenti sit, nefas est eam contemnere. Itaque licèt præsens subeat tempus, illam non grauabor commemorare. Cùm enim illi, qui Arij partibus sit adhærent, triumphum progredi perspicerent; precibus impulerunt eum, cui Palatij Helenianorum cura fuerat demandata, vt tanquam balnei administrationis Præfectus imaginem auferret & abscinderet. Hic facilè inuentâ excusatione, quòd ob aquarum humiditatem esset corrupta, sustulit eam (vt aiunt) inter disputandum, & abscondit. Verùm cùm Rex singula loca regia obiret atque inuiseret, ad hunc quoque peruenit, & imaginem inquirendam, ac parietibus rursum affigendam curauit. At Eutychianum (ministro enim illi id erat nomen) diuina quædam sic iuuasit indignatio, vt dexter oculus ei dissueret, postmeq; reliqua item membra conflictarentur, quo ad sacrum Oratorium, vbi beatorum Pantaleonis & Marini partes reliquiarum conseruantur, accederet: quod quidem Oratorium, Concordia, vocatur, quoniam illuc Episcopi centum & quinquaginta, Imperatore Theodosio Magno regnante, concordes in eam sententiam conuenerunt, vt diuinæ Trinitati eamdem essentiam constituerent, & Dominum ex Virgine hominem assumpsisse carnem declararent. Verùm cùm ille septem circiter dies cruciatus nihil acciperet adiumenti, quinetiam grauiùs exederentur: mediâ quâdam nocte minister, cuius erant partes, vt totam noctem insomnis duceret, secundum quietem vidit quemdam Regem astantem, manuq; illum, qui cruciabat, ostendentem, dicentem ei: Quomodo hunc suscepisti? iste enim illis sentit, qui in me maledicta conficiunt: iste miraculi absconditi imaginem.*

* admirandum.

LXIV. EVTYCHIANVS OCCVLTANS IMAGINEM DAT POENAS.

LXV. NVLLAM EVTYCHIANVS CONSEQVITVR VENIAM.

Clericus igitur somno solutus, quod in quiete viderat, enarrauit: vtpote qui fieri posse, vt is ab ea calamitate liberaretur. At Eutychianus, eâdem nocte, cum doloribus subactus obdormisset, adolescentem quemdam eunuchum astantem vidit, splendido indutum vestimento, secq; sic alloquentem: Quid habes? Cum autem ille: Vi morbi consumptus pereo, nec curationem vllam inuenio, respondisset: audiuit eum dicentem: Nemo tibi potest opitulari: Rex enim vehementer iratus est tibi. Ipse verò: Quam (inquit) mouebo, aut quid faciam? At ille: Si vis (inquit) curari, ad Helenianorum balneum contende, & propè combusti Arianj imaginem quiesce. Protinus is experrectus, vnum è ministris vocauit. Admirati sunt autem, quoniam tertium iam diem vocis vsu caruerat. Scigitur, vt fuerat imperatum, adductus iussit: Verùm cùm ad locum peruenisset, propè imaginem collocatus, expirauit. Is enim, quem in somnis viderat, per animæ secunctionem à corpore, morbi curationem significans, vera pronunciauit. hactenus ex citato auctore Ioannes Damascenus. Narrant hæc eadẽ de Olympio sacrilego Ario Viennensis, & Miscellæ auctor; sed in eo corrigendi, dum in Africa id referunt accidisse, id putantes scilicet, quòd illic vigeret Arianorum principatus. Verùm ab Anastasio, icto fœdere cum Theodorico Ariano Rege, Arianis Constantinopolj agere, Ecclesiam habere, contentus cogere liceret pactis conuentis esse staturum, possumus intelligere.

LXVI. CVR HIS TEMPORIBVS TANTA MIRACVLA.

Hæc Deus adeò ingentia atque pertinacia in primaria Orientis ciuitate his potissimùm temporibus edi voluit aduersùs Arianam impietatem diuinitùs signa, vt vniuerso innotescerent Christiano orbi, qui vndiq; Arianis confertus erat, regnantibus vbiq; Arianis Principibus, Theodorico in Italia, Guntabundo in Africa, Alarico in Gallia Narbonensi, & Gundebaldo in Gallia Lugdunensi ac Viennensi: ne quis crederet illic esse Deum, vbi vi armorum Principes dominarentur.

LXVII.

Potuerunt quidem hæc signa, vel alia tamquàm potens pharmacum expergiscere eos, qui eminentioris ingenij, sed salutis suæ non obliti penitùs essent. Inter alios enim Gundebaldum Burgundionum Regem, de quo plura nuper locuti sumus, admonuerunt, vt errori suo nuncium omninò remitteret; fidemq; Catholicam, quam veram esse sciebat, experceret, id potissimùm suadente sanctissimo viro Alcimo Aiuto Episcopo Viennensi: de eo enim habet ista Gregorius [b]:

b Greg. Tur. de Gest. Franc. l. 6. c. 2. 14.

Cùm autem cognouisset Gundebaldus assertiones hæreticorum nihil esse, à sancto Aiuto Episcopo Viennensi, Christum Filium Dei & Spiritum sanctum æqualem Patri confessus, clam, vt

LXVIII.

christmaretur, expetiit. Cui ait sacerdos: Si vtrè credis, quod nos ipse Dominus edocuit, exequere. Ait autem [a]. Si quis me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Sic & ipsos sanctos ac dilectos suos beatos Apostolos cùm de furiosæ persecutionis tentationibus doceret, insinuauit dicens [b]: Attendite vobis ab hominibus: tradent enim vobis in Conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante Reges & Præsides stabitis propter me in testimonium illis & Gentibus. Tu verò cùm sis Rex, & à nullo apprehendi formides, seditionem paueíscas populi, ne Creatorem omnium in publico fatearis. Relinque hanc stultitiam; & quod corde te dicis credere, ore profer in plebe: sic etenim & beatus Apostolus ait [c]: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sic & Propheta ait: [d] Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te. & iterùm [e]: Confitebor tibi Domine in populis, psalmum dicam nomini tuo in Gentes. Metuens enim populum, ô Rex, ignoras, quia satius est, vt populus sequatur fidem tuam, quàm tu infirmitati faueas popularì? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiscaris, tu præcedis ad cateruas hostium, & illæ, quò abieris, subsequuntur. Vnde melius est, vt te præcedente, cognoscant veritatem, quàm te præeunte, permaneant in errore. Nam Deus non irridetur: nec enim deliget illum, qui propter regnum terrenum, eum hoc confitetur in sæculo.

a Mat. 10 CONFESSIONEM FIDEI MANIFESTAM REQUIRIT S. AVITVS.
b Mat. 10
c Rom. 10
d Psal. 34
e Psal. 56

LXIX. Sed ille oratione confusus, vsque ad exitum vitæ suæ in hac insania perduravit, nec publicè æqualitatem Trinitatis voluit confiteri. Verùm etsi non valuit S. Auitus ipsum Gundebaldum ab errore liberare, eius tamen filium Sigismundum ad fidem Catholicam conuertit, vt suo loco dicemus. Addit Gregorius, eundem Auitum, ipso regnante Gundebaldo, scripsisse commentarios aduersus Eutychianam hæresim tunc in Oriente inualescentem; relegitque alia ab eo edita scripta. Quod insuper ad eumdem spectat, non est prætermittendum, quod de ipso agens eiusdem Ecclesiæ Episcopus, Ado, hæc de eius genere & ipsi coniunctis, dum eius recenset scripta, habet his verbis [f]: Cuius quoque Viennensis Episcopus eloquentia & sanctitate præcipuus, & eius frater Apollinaris Valentia Episcopus miraculis insignis, Isicij Senatoris primùm viri, postea Viennensis Episcopi, duo lumina, clarissimi filij. eius mater Audentia dicta est, vt de Virginitatis laude ad sororem scribens Auitus ipse testatur. Sed pergit: Hic beatus Auitus aduersus hæresim Arianam, quæ tunc non solùm Africam, sed & Galliam, Italiamq, magna ex parte occupauerat, magno sudore decertauit; quod clarissima eius opera testantur. Scripsit enim dialogum hæresim illam oppugnans fidelissimo & doctissimo immortalique ingenio ad Gundebaldum Burgundionum Regem filium Gundouei: item alios libros duos contra Nestorium & Eutychetem auctores erroris luculentissimo & castigato satis sermone. Fuerunt & alia illius plura eximia opera in Christi Ecclesia probatissima. quæ recensens Gregorius, ista subdit [g]: Scripsit enim homiliarum librum vnum, de Mundi principio, & de diuersis alijs conditionibus libros sex versu compaginatos: Epistolarum libros nouem, inter quas supradictæ continentur epistolæ. Sed periere omnes eius epistolæ graui damno memoriæ rerum illorum temporum.

S. AVITI SCRIPTA.
f Adon in Chron. an. Dom. 492
g Greg. de Gest. Fran. lib. 2. c. 4.

LXX. Hoc eodem anno magnus ille monachorum Patriarcha, Occidentalis decus Ecclesiæ Benedictus, Nursinus patriâ, Romæ litteris dans operam, ab Vrbe recedens profecturus in solitudinem, sublimioris vitæ monasticæ prima iecit feliciter fundamenta: habet hæc de tempore vetus historia Cassinensis. Ac cùm de re ipsâ liquidò constet, de anno tamen diuersæ admodum inter se pugnantes sententiæ reperiuntur: quænam autem ipsarum magis sit veritati consentiens, id nobis est diligentiùs explorandum, & ab annis vitæ eius & obitûs tempore in primis natalis exquisendus est annus. Marianus Scotus complures fuisse tradit, qui sanctum Benedictum annos nonaginta sex vixisse testentur, obijsseque anno Christi sexcentesimo tertio: eamdemque sententiam secutus est Sigebertus; quam ipsam & verisimilem esse Trithemius dicens, alijs errandi occasio fuit. secundùm autem huiusmodi assertionem, ipsum sanctum Benedictum natum esse anno Domini quingentesimo septimo, dicendum

S. BENEDICTVS BREMVM PETIIT.

esset: quod omninò falsum esse, plurima sunt, quæ demonstrent.

Re igitur accuratiùs perquisitâ, longè longiùs horum sententiam à veritate discrepare perfacilè erit ostendere: Nam in primis, si vera ea sententia esset, dicendum planè opus erit, sanctum Benedictum æqualem sancti Gregorij Papæ sub Pontificatu eiusdem ex hac vita migrâsse, anno eiusdem Pontificis sedis decimotertio, vno tantùm vel paulò ampliùs ante ipsius Gregorij obitum: quod quidem valdè repugnat ijs, quæ idem Pontifex in Dialogorum libro secundo de eodem sancto Benedicto conscripsit, dum quibus auctoribus res ab eo gestas didicerit, his verbis, ipsius narrationis exordio tradit [h]: Huius ego omnia gesta non didici; sed pauca, quæ narro, quatuor discipulis illius referentibus, agnoui, Constantino scilicet reuerendissimo valdè viro, qui ei in monasterij regimine successit; Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi monasterio præfuit; Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit; Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ eius, in qua prius conuersatus fuerat, præest. hæc sanctus Gregorius, satis perspicuè docens, post obitum sancti Benedicti quatuor subsitutos esse in præfectura monastica successores, cùm ipse ea de ipso Sancto scriberet: in Dialogis, quos liquet scripsisse anno quarto sui Pontificatûs, dum sæpè in illis tradit [i], ante triennium obitum illam pestilentiam contigisse, quæ quidem ipsius Pontificatûs exordio vrbem vastabat, anno nimirùm Domini quingentesimo nonagesimo primo. Sigitur ipse Gregorius anno CHRISTI quingentesimo nonagesimo quarto Dialogorum libros conscripsit, quibus & vitam & obitum eiusdem sancti Benedicti prosecutus est: quomodo dicto anno sexcentesimo tertio eum mortuum esse tradunt? Et quonam pacto potuit Gregorius eius scripsisse obitum, si post annos fermè decem ab ea scriptione ipse sanctus Benedictus dicatur fuisse superstes? Cùm igitur quæ scripsit Gregorius de sancto Benedicto, testetur se accepisse ab eius in monastica præfectura successoribus Constantino & alijs eiusdem discipulis in idem munus posteà subrogatus; affirmare necesse est ipsum longè antè iam fuisse defunctum.

LXXI. LONGE ANTE S. GREGORIVM S. BENEDICTVS.
h Greg. Dialog. li. 4. c. 26 & 36.
i Greg. Dialog. li. 4. c. 26. & 36. BEDAE IN VVNTVR EXORSI.

Veritati autem magis consentiens, ea apparet esse sententia, quâ ipse asseritur ex hac vita decessisse anno Domini quingentesimo quadragesimo secundo: quam affert Leo Ostiensis Episcopus ex Cassinensis cœnobij antiquioribus monumentis; quibus etiam traditur, eumdem sanctum Benedictum annos vixisse tantùm sexaginta duos: quâ ratione æquè ponitur ipse natus anno Domini quadringentesimo octogesimo; hocque anno, quo ab Vrbe ponitur recessisse, annum ætatis egisse decimumquartum. Sed falli, meâ quidem sententiâ, puto, qui Benedictum eius ætatis puerum eremum petijsse existimârunt, haud assecuti Gregorij verborum sententiam. Nec sanè verisimile est, vt tam teneræ ætatis puer adeò arduum vitæ arripuerit institutum, à quo potiùs per Romanum prudentem monachum reuocandus fuisset, quàm famulatu pollicito impellendus. Hanc quidem sententiam de eius puericia cùm eremum petijt, inde ortam puto, quod S. Gregorius puerum eum appellat. Sed cùm talem fuisse studeat demonstrare, qui si voluisset, mundi voluptatibus frui vtique valuisset, sed abstinuisse virtute animi; adolescentulum potiùs, quàm puerum eum exhibere videtur.

LXXII. ÆTAS S. BENEDICTI.

At reddamus hîc verba Gregorij: Fuit (inquit [k]) vir vita venerabilis, gratiâ Benedictus & nomine, ab ipso suæ peritia tempore cor gerens senile: ÆEtatem quippe moribus transiens, nulli voluptati animum dedit; sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporaliter liberè vti potuisset, despexit quasi aridum mundum cum flore. Quis liberiori genere ex prouincia Nursiæ exortus, Romæ liberalibus litterarum studijs traditus fuerat, sed cùm in eum multos ire per abrupta vitiorum cerneret, cum, quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem; ne, si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane precipitium totus iret. Despectu itaque litterarum studijs, relictâ domo rebusque patris, sola Deo vacare desiderans, sanctæ conuersationis habitum quæsiuit.

LXXIII.
k Greg. Dialog. li. 2. in prin.

Recessit

Recessit igitur scienter nescions & sapienter indoctus. hæc Gregorius. Quem igitur tempore abdicationis sæculi puerum dixit, adolescentem fuisse verisimile videri potest: nam & dum idem ipse Gregorius hominum distinguit ætates, illudque explicat Iob *Consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* non pueritiam, sed adolescentiam esse primam ætatem in virtutum operatione dicit. Sed & scias, esse peculiare eidem sancto Gregorio, vt per puerum intelligat adolescentem: nam inter alia puerum, immò puerulum eum dicit monachum, qui cum alijs construebat parietem monasterij, super quem paries ipse recidit; quem ex opera, quam præstabat, adolescentem vtique fuisse oportuit: ficur & cum ad Eulogium scribens agit de puero ordinato diacono, quem tamen nullum repulisset ætatis impedimentum.

a Greg. Dialog. li. 2 cap. 2.

b Greg. Dialog. li. 2. Rom. edit.

LXXIV.

c Greg. Dialog li. 2 c. 11

* Eusidè BENEDICTVS PVER AB VRBE RECESSIT ET ADOLESCENS SOLITVDINEM PETIIT.

Nisi magis placet, vt eumdem S. Benedictum dicamus puerum ab Vrbe recessisse iam puberem, quem vt adhuc ætate tenerum nutrix (vt ait S. Gregorius c) est consecuta, retinuitque apud se in loco illo, qui Eusidè * dicitur, aliquamdiu ibi commorata: domicilium namque illic fixisse nutricem, tota illa die tritico purgando atque capisterio facto historia docet. Tunc verò demum constat recessisse eum loco illo ipsum Benedictum iniusto consilium, cùm vulgato edito à se grandi miraculo, sibi timens, aufugit, iamq; ætate adolescens, animo promptus & viribus, peragendum illud vitæ genus sectandum suscepit. Hæc satis de his, quæ ad tempus spectant: ex quibus quæ in Notis antea dixeramus, corrige.

LXXV.

Quod admiratione dignum est, sanè quidem in sancti Benedicti vocatione summa Dei in cõsulendo suæ Ecclesiæ innotuit prouidentia. Etenim tempore, quo, vt diximus, vniuersa Italia, Gallia, Hispania, atque Africa à Gothis & Wandalis hæreticis Arianis possidebantur, Orbisq; penè totus esset infectus hæresibus, In tam tetræ noctis obscuritate, densaque caligine, eiusmodi clarissimo lucis effulsit, quâ vniuersus Catholicus orbis illustraretur. quantus autem splendor ex vito Dei Benedicto ad Ecclesiam illustrandam diuinitùs emicuerit, inferiùs suis locis ordine temporis enarrabimus. Sed quibus ista sint ancta progressibus, breuiter audi.

LXXVI.

d Greg. Dialog. l. 2 c. 2. 3 & seq.

Egit vir Dei tres annos in specu, tantùm conscio sancto Romano: vt S. Gregorius tradit d: inde verò Dei reuelatione notior factus, & virtute miraculorum redditus vniuersæ regioni illi conspicuus, inuidiæ iaculis ab hominibus appetitus, postquàm vires Satanæ confregisset, victor in omnibus, ad vitæ sanctæ æmulationem suo exemplo quàplurimos traxit: cùm tamquàm ex alueario excrescentia apum examina in alia vasa ipse inferens, duodecim à se erecta monasteria repleuit: sicque perseuerâsse vsque ad annum Domini quingentesimum vndetrigesimum, atque posteà migrâsse Casinum, ex Casinensi Chronico compertum habetur.

LXXVII.

QVI FALSO DICTI PROFESSORES S. BENEDICTI.

At verò cùm innumerorum penè sanctissimorum atque etiam doctissimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit fœcundissimus propagator: perperàm meâ sententiâ illi faciunt, qui ei, quos non genuit, alienos partus supponunt: qui, inquam, nimio eius ordinis, sub quo prohibentur, amore, nonnullos famâ illustres viros, qui etiam ante sancti Benedicti tempora floruerunt, eiusdem fuisse regulæ professores imprudenter & inconsultè nimis affirmant: Etenim non fœcundis, sed sterilibus supponit aliena soboles consueuit. præstitit hoc inter alios Trithemius, auctor quæ cæteris posteriotibus fuit id ipsum faciendi. Quid rogo, cum S. Benedicto S. Cæsarius Arelatensis Episcopus, qui antequàm nasceretur ille, erat Antistes, vt superiùs demonstratum est? Quid ad eumdem pertinet Faustus Regiensis Episcopus, qui eodem cum S. Cæsario vixit tempore? Quid insuper ad sanctum Benedictũ Eugipius Abbas, qui antequàm ipse sanctus Benedictus sumeret monasticum habitum, iam sancti Senetini discipulus & monachus erat, vt ipse de se testatur? Sed quid insuper Cassiodorum pro animi arbitrio sub eiusdem sancti Benedicti regulis monachum referunt; cùm ageus ipse de monachis à se collectis in commentario de Diuinis lectionibus e, nec vllam quidem (cùm in eo argumento versatur) sancti Benedicti vel regularum ipsius habuerit mentionem? quæ certè ante omnia ipsis suis monachis ob oculos ponenda erant. Quid præterea Orientales sub institutis sancti Basilij militantes monachi ad S. Benedictum pertinent, vt Anastasius Persa, idemque martyr illustris? Quid etiam S. Ioannes Damascenus, & alij plures?

e Cassiod. diuin. lect. c. 29. 32

LXX. VIII.

Dolui, fateor, considerant veritatis candorem non illustrari, sed obscurari ab his, qui nullum habentes delectum, quoscumque repererunt doctrinâ vel sanctitate claros vitæ monasticæ alumnos, eosdem sub sancti Benedicti regula constituunt professores; cùm tamen iam ante tempora sancti Benedicti constet etiam in omnibus Occidentalis Ecclesiæ prouincijs viguisse diuersa genera monachorum; vt quæ sæpè superiùs dicta sunt, certissimam fidem faciunt. non est nostrum modò de singulis agere: quos prudentissimus indagator, adhibitâ temporis ratione, alterius potiùs instituti, quàm sancti Benedicti monachos fuisse cognoscet: cùm tamen illud gloriosè prædicare liceat, coalescente nobili planta, maioribus incrementis indies magis magisque dilatatum esse eumdem ordinem monachorum S. Benedicti. progressuque temporis complures alios extitisse in Occidente monachorum ordines sub eiusdem Sancti regulis militantes.

LXXIX.

f Beda l. 5 Gest. Angl. l. 1. c. 15. & 16. in fi.

BRITANNI VICTIS HOSTIBVS RESPIRANT.

g Gild. de excid. Britan.

Hoc eodem anno, qui quadragesimus quartus f numeratur à tempore Imperij Marciani, contigit Britanniæ Ecclesiam ab hostibus insulæ inuasoribus liberari, qui Badonicum montem obsidentes dirè ab incolis trucidati sunt. Fuit annus iste Gildæ Sapientis (vt ipse testatur) natalis: quo tempore florens ille exitiè Britannicæ Ecclesiæ status, vt qui pressi præteritis malis superfuerunt sacerdotes, piè sanctèque Christianam religionem exoluerint; qui autem his posteà successerunt, torpescentes otio, emarcescentesque putredine vitiorum Ecclesiam illam adeò fœdauerint, vt maximi fuerint paucis bonis qui remanserant causa luctus. Sed Gildam isthæc lamentantem audiamus g:

XXC.

Ex eo tempore nunc cines, nunc hostes vincebant: vt in ista gente expectaretur Dominus solito more præsentem Israelem, vtrum diligat eum, an non, vsq; ad annum obsidionis Badonici montis, nouissimaq; fere strage: qui & meæ nativitatis annus est. Sed ne nunc quidem vt antea ciuitates patriæ inhabitabantur, sed diserte & diruteq; hactenus squalent, cessantibus adhuc externis bellis, sed non ciuilibus. Hostes etenim desperatis insulæ excidijs, inspiratio, mentio auxilij memoria eorum, qui vtriusq; miraculi testes extitere: & ob hoc Reges, publici, priuatiq; sacerdotes, Ecclesiastici suum quoq; ordinem seruârunt. At illis decedentibus, cùm successit ætas tempestatis illius nescia, & præsentis tantùm salutis tutu non experta, ita cuncta veritatis ac iustitiæ modo animo concussa & subuersa sunt, vt earum non dicam vestigium, sed ne monumentum quidem in supradictis professionis ordinibus appareat, exceptis paucis, & valdè paucis, qui ob missionem tanta multitudinis, qua quotidiè prona ruit ad tartara, tam breuis numeris habentur, vt dolor quodammodò venerabilis matrem Ecclesiam in sinu suo recumbentes non videat, quos solos veros filios habet, &c.

BRITANNICÆ ECCLESIÆ STATVS VARIVS.

XXCI.

BRITANNI PESSIMI IDOLATÆ CVLTAM RELIGIONEM.

Quinam autem praui mores omne hominum genus ibi corruperint, ipse exactè recenset atque deplorat, nempè polluta sacra altaria nece regiorum puerorum, dimissas legitimas vxores, & scorta subintroducta, incestuosas præterea & sacrilegas nuptias, cùm cognatas & eas, quæ Deo vouerant castitatem, sibi impiè matrimonio coniungerent: apostasiasque eorum, qui vouerant monachatum. Sed hæc quidem, quos refert, Principes perpetrabant: In quos verò vitiorum voragines & peccatorum profunda ordinis Ecclesiastici viri demersi fuerint, idem ipse distincto volumine luget atque redarguit, cuius hoc est exordium: *Britannia habet sacerdotes, sed nonnullos insipientes; quàm plurimos ministros, sed multos impudentes; clericos, sed quosdam raptores subdolos, pastores (vt dicunt) sed occisiones animarum lupos parátos*, &c. Tu ipse, si cupis, ea consulas, quæ veluti celtè exculpta habes, inde cognoscas ob collapsam in ea insula in vitis Ecclesiasticis canoni-

cum viuendi formam meruisse illam habitatoribus reddi vacuam, atque alienigenis dari gentibus incolendam, quæ vberem redderent tempore opportuno prouentum, quando autem id acciderit, suo tempore dicturi sumus: iam verò ad sequentis anni res gestas oratio transferatur.

IESV CHRISTI
Annus 495.

GELASII PAP. 4. ANASTAS. IMP. 5. ANNUS 4. THEODOR. REG. 3.

I. EVPHEMIVS QVID MOLIATVR.

SEQVITVR ordine temporis annus Domini quadringentesimus nonagesimus quintus, Consulatu Viatoris notatus in Fastis apud Cassiodorum & Marcellinum, addunt alij collegam Æmilianum: cuius exordio rursum fuit Gelasio Papæ aduersus Orientales schismaticos laborandum. Qui enim communionem defunctorum fouebant Acacij Euphemius Constantinopolitanus Episcopus, causam iniquam & impiam falsis prætextibus orans, Orientales Episcopos sedi Apostolicæ communicantes, ab eius communione diuellere conatus est. Hæc cùm Gelasio innotuissent, ipsis Kalendis Februarij prolixam valdè atque diserta epistolam dedit ad Dardaniæ Episcopos, cuius est exordium: *Valdè mirati sumus, quod dilectio vestra quasi nouam & difficilem quæstionem, & adhuc tamquam inauditum quippiam nosse desiderat.* Alias enim superiùs litteras miserat, quibus cunctas, quæ ab Euphemio afferebantur pro retinendo Acacij nomine rationes, veris certisque confutauerat argumentis. est de illis mentio habita in dato ad Faustum Commonitorio. Porrò ex his postremò scriptis ad Dardanos litteris, ex Vaticana bibliotheca & codice veterrimo monasterij sancti Petri in Auellana ch. Vmbria in integrum (vt licuit) restitutis & editis, ista deprompsisse sat est, quæ de Apostolicæ sedis auctoritate narrat his verbis[a]:

a Gelas. epist. 11. to. 1. epist. 6 decret.

II. GELASIVS QVID AD DARDANOS.

Non reticemus autem, quod cuncta per mundum nouit Ecclesia? quoniam quorumlibet sententijs ligata, sedes beati Petri Apostoli ius habet resoluendi; vtpotè quod de omni Ecclesia sit habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qua libet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter cùm satis constet, Acacium nullum habuisse Pontificium, sententia sedis Apostolicæ damnatum, sine vlla eius notione soluendi: dicant certè, quâ Synodo hoc illi præsumpsit (Euphemius scilicet) *quod nec sic quidem absq; Apostolica sede fas haberet efficere? Cuius sedis Episcopus? cuius metropolitanæ ciuitatis Antistes? vonne paræciæ Heracleotis Ecclesiæ?* nempè Constantinopolitanæ sub metropoli Hesacleensis Ecclesiæ cõstitutæ: quibus planè indicat Gelasius omnia concessa Constantinopolitanæ Ecclesiæ priuilegia absque consecratione Apostolicæ sedis esse irrita. Post ista verò suggerit:

III. NON INDIGET SYNODALI CONVENTV, VT IVDICET SEDES APOSTOLICA.

Sed nec prætereamus, quòd Apostolica sedes frequenter (vt dictum est) more maiorum, etiam sine vlla Synodo præcedente, & absoluendis quos Synodus iniquè damnauerat, & damnandis nulla existente Synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. Sanctæ memoriæ quippe Athanasium Synodus Orientalis adduxerat; quem tamen exceptum sedes Apostolica, quia damnationi Graecorum non consensit, absoluit. Sanctæ memoriæ nihilominùs Ioannem Constantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum Præsulum certè damnarat: quem simili modo sedes Apostolica etiam sola, quia non consensit, absoluit. Item Flauiani, sanctæ memoriæ Flauianum Pontificum congregatione damnatum, pari tenore, quoniam sola sedes Apostolica non consensit, absoluit; potiusq; qui illic receptus fuerat, Dioscorum secunda sedis Præsulem suâ auctoritate damnauit, & impiam Synodum non consentiendo submouit.; ac pro veritate, vt Synodus Chalcedonensis fieret, sola decreuit, in qua Pontificibus innumeris, qui Latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominùs suâ auctoritate proiecit: quam congregatio, quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta. Quoniam post id quod prima sedes non probauerat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota susceperit; &c. hæc atque alia Gelasius, illa adducens exempla, quæ non in angulis facta essent, sed in summis causis, toto Orbe perspicuis, omniùque sententia comprobatis.

Post nonnulla verò idem Gelasius Papa videt illud omninò ab Euphemio stultè admodum inculcatum, dum ratione regiæ dignitatis prærogatiuas sedium expenderet, atque sloi primatum supra Orientales Ecclesias vendicaret, quod regia vrbs Constantinopolis esset. In quæ ipse: *Risimus autem* (inquit) *quòd prærogatiuam volunt Acacio comparari, quia Episcopus fuerit regiæ ciuitatis. Numquid apud Rauennam, apud Mediolanum, Sirmium, apud Treuiros, nullis temporibus constitit Imperator? Num quidnam in harum vrbium sacerdotes vltrà mensuram sibimet antiquitùs deputatam quippiam suis dogmatibus vsurpârunt?* &c. hactenùs Gelasius in dicta epistola ad Dardanos, ex qua etiam nonnulla sunt à nobis suis locis pro ratione temporis superiùs recitata. Porrò hanc ipsam epistolam non ipsis tantùm Dardaniæ Episcopis voluit esse communem, sed vulgari in Orientales Ecclesias, notamque reddi omnibus Orthodoxis, necnon schismaticis & hæreticis. nam hæc habet in fine: *Rectè autem facies vestra dilectio, vt ista, qua scribimus, pariter Catholicis & contraria sapientibus innotescant; quo & sanis necessaria præmiras, & malè sanis competens medicina præbeatur. Dat. Kal. Februarij, Viatore V. C. Consule.*

IV. NON PRO RATIONE DIGNITATIS SECVLARIS SEDIVM PRÆROGATIVA.

V.

At cùm ne sic quidem istis ipsis Gelasius quicquam profecerit, Deus per hæreticum Principem volunt Euphemium schismaticum Episcopum sede deijci, atque abscindi, qui scindebat Ecclesiam: quomodo autem in se habuerit, paulò pòst dicturi sumus. prosequamur interea eiusdem Gelasij Papæ anni huius res gestas. Qui igitur hoc anno mense Februarij (vt vidimus) dictam epistolam ad Orientales scripsit, idem mense Martij habuit Romæ Synodum, cui interfuere ii Episcopi quinquaginta quinque, præsente simul clero Romano. Extant Acta ipsa ex bibliotheca Vaticana deprompta, sed mendosa non nihil, quæ & fine careant. Sed accidit opportunè, Dei prouidentiâ, quæ rebus nostris inuigilat, vt dum ea vtcumque se habent deprauata ac decurata hîc edere pararemus, vir doctissimus Fronto Ducæus Societatis IESV professor, sponte, meque nihil penitùs cogitante, miserit eadem ex codice Virdunensi descripta, integra ipsa quidem; quæ tersa (vt in omnibus antiquis scriptis fere accidit) aliquibus essent corrosa mendis, collatione tamen facta cum ijs, quæ Romæ habentur cusis, parùm abest, quin in pristinum candorem recipias restituta; quæ sic se habent:

CONCILIVM ROMANVM IN ABSOLVTIONEM MISENI.

b Extant tom. 1. ep. 8 Rom. Pont. in Graf.

Residente in Synodo venerabili Papâ Gelasio vnà cum Bonifacio, &c. & inferiùs: Gelasius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ vrbis Romæ dixit: Meminit dilecto vestra superiore Conuentu oblatum nobis à Miseno libellum in conspectu vestro fuisse recitatum: hunc eumdem, si placet dilectioni vestræ denuò recenseudum, vt Acta nostra contineant. Et quia aliud se quoque petitorium præ manibus habere profitetur, quid etiam in hoc continetur, possimus agnoscere. Et adiecit: Miseni libellus denuò recitetur. Anastasius diaconus recitauit: Datum à famulo vestro Miseno die octauo Iduum Martiarum, Viatore V. C. Consule. Quantum ad me pertinet infelicitatis abruptum, errori meo quâlibet ratione contracto desino non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœnacarere non debeo, quod merui ad causam pœnalem, quæcumque sorte, perduci.

VI. ACTA ROMANI CONCILII.

VII. *respicit

Quantum verò pertinet ad remediale subsidium, duo sunt, quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constringunt: ne vel ego desperationem magni perpetuis cruciatibus sim dignus adduci Iude prænaricatoris exemplo: & quia tanta est ineffabilis illa clementia, quæ Apostolicâ potestate vniuersum facinus possit absoluere. Hanc igitur solam in meo negotio, Papa venerabile, veniam miserandus effundo: Parce prostrato, porrige manum iacenti. Nullus ignorantiæ excusationibus nitor, nullus decipulas circumuentionis obtendo, nec inquemquam calamitatis meæ studeo transferre discrimen: quia alios incusare non debeo, qui possim clementer absolui: quia licet mihi pro mea defensione nihil asseram, non

ambigam tamen hæc omnia tuo iudicio esse tractanda. Tantum quæso, vt superno numini obsequentes, quod pronunciat per Prophetam a: Nolo mortem morientis, donec reuertatur & viuat: vos potius cuncta, quæ in persona mea gesta sunt, benigna consideratione librantes *, viaticum seni ægritudine & continua macceratione consumpto, ne fine Ecclesiastica communione rapiar, vos negotii, ex alterius casu experimentum mea formidini intuentes: qui auxilium, etiam vobis conferre volentibus, non potuit indipisci. Et me per imperitiam hac clade potius implicatum hoc ipso dignanter ostendite, quod ad receptionis Ecclesiasticæ superstes gratiam valui peruenire.

a Ezec. 33

* deliberantes

VIII. Quo lecto, Gelasius Episcopus dixit: Petitorium Gesta retinuerunt. Et adiecit: Ipse nunc Misenus adueniat, & petitorium, quod obtulit, ipso præsente recitetur. Cumq; ingressus fuisset Misenus, prostratus in terram aliud petitorium obtulit, & rogauit, vt susciperetur. Cumq; susceptum fuisset, Gelasius Episcopus dixit: Vtraque petitoria, quæ obtulit, ipso quoq; præsente, legantur. Iterum Anastasius diaconus recitauit: Datum à famulo vestro Miseno, octauo Id. Mar. Fla. Viatore V. C. Cons.

IX. Quantum ad mea pertinet infelicitatis abruptum *, errori meo qualibet ratione contracto desinio non esse parcendum: quoniam hoc ipso pœnâ carere non debeo, quoniam merus ad pœnæ lem causam quæcumque sorte perduci. Quantum verò respicit ad remediale subsidium, duo sunt, quæ me ad hoc suppliciter implorandum venire constrigunt: ne vel ego desperatione magis perpetuis cruciatibus sim dignus addici Iudæ prævaricatoris exemplo: & cætera, quæ superius continentur. Item aliud petitorium recitat: Datum à famulo vestro Miseno sub die tertio * Id. Mar. Fla. Viatore V. C. Cons.

* obtuſi

* quarto

X. Oblato primitùs petitorio meo nihil aliud suppliciter exoraui, quàm vt misericordia mihi sedis Apostolicæ non in perpetuum negaretur: cuius mihi spem quoniam pro immensa Deitate, quâ regitur, relucere iam sentio, magis magisq; conscientiam meam contagij perfidorum, quæ infeliciter potius, quàm studio, circumuentus incideram, liberam purgatamq; esse pronuncians, toto corde atque ore protestor sub diuinæ contemplationis intuitu, me omnes quidem hereses & quicquid inimicum est Catholicæ & Apostolicæ fidei, communionemq; sincerè pronâ mente refutare; tum præcipuè Eutychianam heresim cum suo scilicet auctore Eutyche & eius sectatore Dioscoro, vel successoribus eius atque communicatoribus Timotheo Æluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petro Antiocheno, cunctisq; eorum complicibus & communicatoribus respuere, damnare, & anathematizare perpetuò; omnesq; istos & huiusmodi horribiliter execrari; nec vnquam me cum talibus vllum quolibet modo profiteor habiturum esse consortium, sed ab his omnibus futurum prorsus alienum. Quorum prauitatem licèt numquam voluntate receperim; tamen quia me calamitatis impulsu minùs cautum videor incidisse, sed conspectu Dei & beati Petri Apostoli eiusq; Vicarij, ac totius Ecclesiæ, meâ (sicut dixi) professione *, voceq; condemno, detestor, exhorreo, in sola me fide communioneq; Catholica & Apostolica semper duraturum esse confirmans. Cui petitioni meæ manu meâ subscripsi die tertio Id. Martiarum, Viatore V. C. Cons. Hæc vestræ beatitudini in Concilio venerandorum * credidi meis manibus offerenda, & aliâ quanu. Ego Misenus huic petitioni meæ & à me oblatæ subscripsi, die & Consule suprascripto.

* confeſſione

* Epiſcoporum

XI. Gelasius Episcopus dixit: Quæ lecta sunt, transcribantur. Et adiecit: Quid videtur fraternitati vestræ statuendum, vestri quoque consilij participatione desideramus agnoscere. Leuauerunt se omnes Episcopi & Presbyteri, rogantes & dicentes: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum vicies. Quod vobis Deus dedit in potestate præsidere: dictum duodecies. Hoc fac, quod facit dominus Petrus: dictum decies. Vt indulgeas, rogamus: dictum nouies. Cùm deindè sedissent, Gelasius Episcopus dixit: Sedes Apostolica quidem, quæ Christo Domino delegante, totius Ecclesiæ retinet principatum, pro dispensatione curæ, generali, quam vel pro fide Catholica, vel pro paternis canonibus regulisq; malorum necessaria semper circumspectione dependet, Misenum atque Vitalem, quos contra Eutychianæ pestilentiæ sectatores, vel contra eos, qui talium se communione polluerant, suæ potestatis legatione suffultos ad Orientem dudum sub sanctæ memoriæ decessore meo Præsule destinârat, quod Apostolica præcepta declinantes quolibet modo in eorum, aduersum quos missi fuerant, consortia recidissent, Gestis Synodalibus rerum discussione patefactâ, communionem pariter & honore meritò iureq; sunmouit.

XII. Quibus tamen misericordia locum memor superna pietatis pro suo moderamine reseruauit: & dum conditionem posuit vltionis, spem noluit propitiationis abscindi: sicq; suam sententiam temperauit, vt istorum veniam cum illorum mallet salute prouenire. quorum fuerant participatione decepti: ac potius præberent eis, quos suo firmauerant in prauitate consensu, & salubrem correctionis metum, & emendationis imitanda consortium. Denique sicipsa animaduersionis verba librata sunt, vt scilicet & cum istis percussos aduerterent, & ex eorum conditione non diffiderent posse saluari. In quo vtique & hu non est in totum via præclusa remeandi, & illis si mallent, per istos est oblata correctio, studiumque porrectum, quo possint meliores conatu præteritos compensare prolapsus: si fauorem, quem prauaricatoribus facilis voluntate detulerunt, in reformationem Catholicorum potius conuerterent sacerdotum.

XIII. Dictum est enim, tamdiù istos fore suspensos, donec auctore Deo, & adnisu Catholicorum Principum, vel populi Christiani, Alexandrina Catholicum sacerdotem recepisset Ecclesia. Gratulandum scilicet creder xur? nullo modo Græcos non posse reuocari, quòd viderent ab apostolica sede fuisse damnatum? facileq; eos posse de istorum supplicio commoueri, vt nôssent quid vitarent, & quid consequenter ambirent, ac velut utarent respiscendo magis sentire cum rectis, quàm iniquiter errare cum perfidis. Expectatumq; diu est, vt his rationibus incitati contagia nefanda deponerent, vnâcum Apostolica sede consentiendo, sicut de eorum speratum fuerat voluntate, mitenteſque Catholicis sacerdotibus reuocandi studium potius commodarent: quo ipsi ad Orthodoxam recurrerent vnitatem; & istis, qui illorum participes erroris exiterant, ministrarent præstitutæ receptionis officium: Nec quâ fieri potuit occasione cessatum est, quo competenter admonits & sufficienter instructi, pariter pericula vitanda cognoscerent, ac patere sibi tantam, si sinceris mentibus hanc petijssent, Apostolicæ commissionis aduerterent.

XIV. Sed quia eò peruentum est, vt hortamentis quoque medicinalibus, dum etiam quæ referrent contraria, non haberent, differrent tamen hac nis adhibere consensum; illorum quidem difficultatibus paternum quemdam debemus pij doloris affectum, deprecantes omnipotentiam Dei nostri, quæ sola quamuis dextera in veritatis viam potest conuertere voluntates, vt eisdem suæ propitiationis operatione mirabili spiritum respiscentiæ & efficaciam correctionis dignanter infundat. Quæ dones (sicut de eius virtute confidimus) diuina placatione prouenant, hinc interim qui supplicat desiderabiliter expectentem nullatenùs perire patiamur: vt cujus non sunt Orientales dectione perterriti, ne in errore persisterent, saltem curatione prouocentur, vt redeant ad salutem; præcipuè cùm dispositionis sedis Apostolicæ clementiam tenor comitetur ipse dictorum, neque prolata sibi repugnare constitutio iudicetur. Definitum quippe est (vt superiùs iam prædictum est) vt, de quibus agimus, eatenùs sedere suspendi, donec auctore Deo, & præstito admittentibus, Alexandrina Catholicum receperit Ecclesia sacerdotem: non abruptè & sine exceptione apposititum est, sed eâ ratione depromptum est, qua non sibi illis admittentibus, siue non admittentibus, indifferenter aderetur infixa sententia: ideoque sub quo tenore libra a conditio est, eodem non existente, nec veratem suæ professionis absolnit. Quod enim cum adnisu prædictorum pronunciatum est esse faciendum, hoc eodem non succedente non fieri posse, manifestum est. Sed cùm eorum etiam faciendum memoratur adnisu, satis euidenter ostensum est, quòd sine hoc non posset impleri. Licet ergo illi, quorum deesse probatur adnisus, de suâ sint obstinatione miserandi: tamen quia deest, sicut sine eo officia non potest: quod cum eodem effici posse præsumptum est; ita desistentibus causis, per quas hic articulus veniret ad terminum, insolubiliter non retinet obligatum.

XV. Quapropter lata sententia nor existentibus per quæ posit vsque ad sui exitum deputatam tenere mensuram, his consulendi, & his, qui arctatitenchantur, tribuet libertatem. Et Apostolica quidem sedes (vt sæpè repetendum est) æstimans Orientales nullo modo non posse resipiscere, quòd sedes Apostolica refutasset, eosque salutis propriæ & Apostolicæ communionis nullius præferre posse personam, hæc de eorum mentibus meliùs æstimarit. Sed quod iterum non tacendum est, dolenda pernicies non velut improuidam benè de Orientalibus sentientem potest opinionem magis Apostolici sedis arguere, quàm suæ perfidiæ potiùs deputare, quod

oblatum sibi tramitem propriæ redintegrationis secuta non fuerit: nec ideo tamen alijs debet medicinalem desiderantibus impedire per suam pernicaciam facultatem. Tum enim dicta sunt de Græcorum consessione fidenter, quia & simul beati Petri societatem quibuslibet videbantur præponere posse personis & qui exciderunt antè Catholicis æstimabantur consensuri facilè veritati, atque ideo cuiuslibet hominis affectum in desiderijs Apostolicæ communionis non posse præponere: quæ cùm nondum susceperint per quas hic ordo decurreret, voluntates; id quod per eas fieri posse præsumptum est, cernitur absolutum; quoniam * cùm desunt qui perficiant, nullus prouenire potest effectus; immò cùm idem ipsi, per quos indicabatur esse faciendum, ne efficiatur obsistant: quis sit in hac sunt (quod absit) obstinatione mansuri, resoluta conditio est illius rei, quæ eorum stabilijs fiducialiter censebatur impleri.

* si desint per quos id efficiant.

XVI. Si verò (sicut potiùs optamus) fuerant ad meliora conuersi, ne inter hæc interim qui misericordiam postulat, vel ætate, vel morbo, quo frequenter impeditur, possit intercipi, dum super isto est consulendum, ne defuncto iam nullum possit remedium subrogari; quippe cùm dictum sit, siue illis admittentibus, siue etiam fortassis inuitis, sed cum eorum quasi admisu, quod promulgatum fuerat, posse constare: sicut igitur cum illis admittentibus nullatenus pacem fixa * perdurant: hoc etiam tenore beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius; quoniam cùm se ad Hispanias promisisset a iturum, dispositione diuinâ maioribus occupatus ex causis, implere non potuit, quod promisit. Quantum enim ipsius voluntatis inter fuit, hoc pronunciauit, quòd re verâ voluisset efficere: quantum ad diuina secreta consilij, quæ vt homo omnia non potuit licèt Spiritu plenus agnoscere, superna prætermissa dispositione præuentus. Nec quia beatus Petrus Apostolus pro affectu diuinæ reuerentiæ ipsi Domino respondit b: Non lauabis mihi pedes in æternum; fefellisse (quod absit) aut in suaputabitur minimè constitisse sententia, quod mox eidem diuina cesserit voluntas: & quòd se dixerit non esse facturum, causis adstrictus humanæ salutis expeteret pronâ voluntate faciendum.

* præfixa

a Rom. 15.

b Ioan. 13.

XVII. Idcircò illâ non accedente viâ, quâ eorum fuerat reconciliatio constituta, alteram licet adoriri, quâ subueniatur, quibus subueniendum esse decretum est: maximè cum Misenо ex quolibet excessu vel qualibet præuaricationis pœna sufficiat, quæ vsque eo tractata est, vt sola considerationis humanæ suprema consideratione laxetur, remittendaque punitio sit, qua non habet vltrà, quo crescat: Quia cùm nulli animæ Deus omnipotens & misericors per Ecclesiasticam pietatem quærenti noluerit remedium denegari; non dubium est, hoc ipso auctore Deo, & diuinâ compunctione prodire, vt tunc de eius receptione tractetur, quando ea non protelanda quoque necessitas compellat impendi: nostro præterea Saluatore beato Petro Apostolo præ cæteris delegante c: Quæcumque ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlis, & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis: sicut & hui verbo nihil constat exceptum, sic per Apostolicæ dispensationis officium & totum possit generaliter allegari, & totum consequenter absolui. Præcipuè cùm ex hoc magis deberi conuenit oporteat Apostolica miserationis exemplum, vt absolutione damnati, si respiscant vniuersi, & ab errore se retrahant, atq; ad Apostolicæ communionis sinceram redeant vnitatem *, vinculis se damnationis illius, quam vniuersaliter meritò prauaricatores exceperant, non ambigant exuendos.

c Mat. 16.

* puritatem.

XVIII. Neque enim qui longè positos ad integram fidem curare nitimur, reuertentes in præsenti supplices refutare debemus: vbi solicitè præcauendum est, ne conscientia detrimentum negantes, vsque ad extremum peccati * materiam (quod absit) nullatenus incidamus: censuræque veritas etiam circa supplices, sine sine persistens transeat in reatum. Proinde quantum præmonente Domino, possibilitatis humanæ desiderantibus remedia præbeamus, totum, quod supra nostra facultatis est modulum diuino iudicio relinquentes, non autem nobis poterunt imputare, cur prauaricationis offensam viuentibus remittamus; quod Ecclesiæ, Deo largiente, possibile est: qui nos etiam mortuis veniam præstare deposcunt: quod nobis possibile non esse, manifestum est, quia cùm dictum sit d: Quæ ligaueritis super terram: quos ergo non esse iam constat super terram, non humano, sed suo iudicio reseruauit, nec audet Ecclesia sibimet vendicare, quòd ipsis beatis Apostolis conspiciat non fuisse concessum. Quia alia sit causa superstitum, alia defunctorum.

* petenti

d Mat. 16.

Tulerit Vitalis sortem diuini iudicij, cui etiam cum magnoperè vellemus, non potuit subueniri: huic saltem profint, dum copia veniendi admittat, in remedijs assequendis alterius experimenta repente subtracti. Cumq; scriptum nouerimus e: Vnus assumetur, & vnus relinquetur: hortatur nos intercepti periculum in superstite subsidia non differenda sanandi, qui hoc ipso recipiendus diuinitùs iudicatur, cum illi superuiuit, qui ad hæc non meruit peruenire: & quoddam de vtroque cœlestis iudicij refulget examen; ostenditurq; nobis euidentius in duobus, in quo fuerit causa fine venia, & in quâ sit, quæ indulgentia carere non debeat. atque ideo quam ipse quoque si superstes competenter Acacius expetiisset, potuerat obtinere, cuippe de quo sic positum est, insolubilem fore, vt non dicretur, Etiam si forte corrigeret) multò magis huic, qui communione eius infectus est, imploranti flebiliter, pietatis est Apostolicæ non negare. XIX.

e Luc. 17.

Professus ergo Misenus regulariter, se omnes hæreses, Eutychianam præcipuè cum Eutyche, Dioscoro, Timotheo Æliuro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petroq; Antiochæno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus & communicatoribus detestari, eosq; anathemate ferire perpetuò; communionis Apostolicæ, & sacerdotalis gratiam, quam Catholica traditione perceperit, recipiet dignitatis. Omnes Episcopi & presbyteri surgentes in Synodo acclamauerunt: Exaudi Christe: Gelasio vita: dictum quindecies. Domine Petre, tu illum serua: dictum duodecies. Cuius sedem & annos: dictum septies. Vicarium Christi te vidimus: dictum sexies. Cuius sedem & annos: dictum septies tricsies. XX. MISENVS ABSOLVTVS.

Sixtus Notarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ iussu domini mei beatissimi Papæ Gelasij ex scrinio edidi die tertio Id. Maij. Flauio Viatore V.C. Cons.

Sic igitur apparuit diuina vindicta in Vitalem Episcopum irrogata, cùm antequàm Catholicæ communioni restitueretur, ex hac vita subductus est. Sed & in Acacij fautorem Ephemium Constantinopolitanum Antistitem Deus pariter vltus est, cùm eum (vt diximus) per Anastasium Imperatorem in exilium duci voluit. Frequens est enim, vt qui monita patris non audit, tyrannum interdum experiri cogatur, & Deum vltorem sentiant, qui præpositos ab ipso negligunt monitores. Sed de Euphemij exilio historiam texticemus. XXI.

Hoc namque anno sub ijsdem Consulibus rei summam Marcellinus perstringens, hæc habuit in Chronico: *Euphemius Episcopus Constantinopolitanus falsò ab Anastasio Principe accusatus atq; damnatus, in exilium ductus est, &c.* hæc ipse. Quænam verò in illum accusationes obiectæ fuerint, audiamus: quas quidem Theodorus Lector sic narrat f: *Anastasius insidias Isaurorum Euphemio acceptas retulit.* re verâ autè, quod (vt Suidas ait) comminatus Euphemius illi fuisset, se illum in ordinem redacturum, si perseueraret hæreticus. Sed pergit Theodorus: *Et cùm præfectus scripsisset, Episcopus domi præsentes congreganit. His vt Imperatori gratificarentur, Euphemium excommunicant ac deponunt. Elegit autem Imperator Episcopum Macedonium quendam presbyterum Ecclesiæ & custodem. Populus verò seditionem mouet propter Euphemium, & Hippodromum supplicandi gratiâ currunt: at nihil efficiunt: peruicit enim Imperatoris resistentia. Macedonius Imperatori morem gerens, Concordiæ Zenonis subscripsit, Enotico* scilicet. *Hic Macedonius vir erat religiosus & sacer, vtpotè à Gennadio educatus, cuius etiam (vt fama habet) nepos erat ex sorore. Euphemium Imperator in exilium duci præcepit. Ille verò per Macedonium cautionem petijt, vt sine insidijs inde abduceretur. Macedonius verò aliquid laude dignum cogitans, vt cautio illi & ratio redderetur, consensit: & cùm Euphemius in baptisterio esset, Episcopalia insignia à diacono sibi ipsi auferri præcipit, atque ita ad Euphemium accessit: factaque mutatione, pecunias illi ad sustentandos eos, qui cum illo erant, dedit.* hucusque Theodorus. XXII.

f Theodor. Lect. lib. 2. Collect.

EVPHEMIVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS IN EXILIVM EJICITVR.

Passus hæc quidem est Euphemius, licèt iniustè, & à perfido Imperatore Catholicæ fidei aduersario: quòd tamen contempsisset parere Romanis Pontificibus in abdicatione Acacij nominis, meruit ipse iusto Dei iudicio abdicari. sic planè qui glorioſum fuisset confessionis ob hæc, quæ passus est, titulum consecutus, quod ab ipsa Romana Ecclesia minimè meruit ad communionem admitti (extra quam nulla potest esse, ex sententia Patrum, XXIII.

vera confessio, neque martyrium) infelix decessit inglorius, & postea (vt dicemus) nomen eius è Diptychis est sublatum.

XXIV. Quod verò eius successori Macedonio Theodorus inuitè notam subscriptionis Zenonis Enotici: longè aliter rem se habuisse, quæ horum temporum scriptor Cyrillus [a] narrat, edocet; nam ait: *Euphemius quidem propter rectam de fide sententiam ab Imperatore (ô iustitia!) impiè depellitur à sedu rectione, & in eius locum eucbitur Macedonius. Cùm in his autem esset Ecclesia; ijs quidem, qui Euphemium sede expulerant, assentiri non sustinuit Elias Episcopus Hierosolymitanus, vt qui eum expulissent præter regulam: Macedonio verò non dubitauit communicare, & cum eo conuenire, vt qui ipse quoque rectam fidem amplecteretur: quod quidem non parum ab initio turbauit Imperatorem.* hæc de Macedonio Cyrillus: reliqua verò suis locis dicenda.

[a] Cyrill. in vita S. Sabæ, c. 69. apud Sur. tom. 6. MACEDONIVS EPISCOPVS CONSTANTINOP. ORDINATVS.

XXV. Moritur hoc eodem anno Gundabundus Wandalorum Rex in Africa, regni sui anno duodecimo inchoato. Abripuit Deus è vita hominem, cùm intermissam aliquandiu persecutionem instaurat: hoc namque tempore rursum sanctissimum virum Eugenium Episcopum Carthaginensem exagitat, non ferens tantum virum in locis quibuslibet Wandalicæ ditionis licèt exulem degere. Quòd enim sciret ipsum restituere lapsos ad pœnitentiam, & stantes ad martyrium roborare, scribereque frequentes (vt dictum est ex Gennadio) litteras pastorales: consilium illud inijt, vt trans mare eum in Gallias amandaret: qui illuc delatus, Albigensem incoluit ciuitatem. Hæc quidem ex Gregorio Turonensi [b]. Sed dum sub persecutione ab Hunerico facta ipsum in Gallias missum dicit, planè fallitur: peruenisse eum namque ad Anastasij Imperatoris tempora, quæ de ipso narrat Gelasius Papa [c] ad Episcopos Dardaniæ manifestant: Sed & cùm Gennadius [d] dum de eodem agit scribens librum illum sub Anastasio Imperatore, adhuc vitâ esse superstitem tradat; nullum video posse reliquum esse dubium ad hæc tempora deuenisse, atque ex Africa in Gallias transmissum esse. Immò & cùm idem Gennadius ne quicquam de eius in Gallias relegatione ipse Gallus dicat, planè accidisse videri potest eumdem S. Eugenium fuisse relegatum in Gallias post scriptum ab eo libellum illum de Scriptoribus Ecclesiasticis: adeò vt ad hoc tempus, ante tamen obitum Gundabundi, eius in Gallijs referendum exilium sit: etenim qui in locum eiusdem Regis successit Trasamundus, ipso regni exordio pacem cum Catholicis habuit, de omnibus benemeritus.

[b] Greg. de Gest. Franc. li. 2 cap. 3.
[c] Gel. ep. 11. tom. 1. epist. Rom. Pont.
[d] Gennad. de vir. illust. c. 97.

XXVI. Quomodo autem in loco exilij, in ipsa Albigensi ciuitate idem Eugenius diem clausit extremum, idem Gregorius ita narrat [e]: *Hic cùm magnis in sæculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis martyrialibus exiliisset: tempus vocationis suæ, quo accerseretur ad gloriam, Dominus reuelante, cognouit: illud præcipuè, quod populis occultabatur, manifestum nocens se martyri Amarantho socium esse futurum* (colitur ille martyr in ea, vbi sepultus est, ciuitate) *ad eius sepulchrum dirigitur, prostratusq; solo diutissimè orationem fudit ad Dominum. Deinde expansis super pauimentum brachijs, spiritum cælo direxit. Qui à Christianis collectus, in ipsa, quam diximus, crypta sepulturæ mandatus est.* hæc Gregorius, qui & de miraculis illic editis subijcit narrationem. At de sancto Eugenio satis. Vltus est autem Deus eius exilium in Regem, quem hoc anno ex hac vita subduxit; cùm in locum eius successit Trasamundus ipsius germanus, de quo ista Procopius [f]: *Gundabundus excessit ex morbo anno regni sui decimo: post quem frater Trasamundus regnum suscepit, vir indole sapientiæ maxima, tum animi magnitudine omnes maiores antecedens: Christianos autem non pœnis corporis aut supplicijs, vt ille, sed præmijs & honoribus omnibus ad deserendam fidem inuitauit: non auscultantes verò minimè plectebat. Si quos magis criminibus obnoxios vidisset, seu fortunâ, seu voluntate, hos non dare prætextorum pœnas, sed præmijs muneribusq; meliorem inducere mentem cogebat. Fuit autem Anastasio Principi amicissimus.* hæc de Trasamundo Rege Procopius. Sanè quidem S. Fulgentius [g] ad hunc Regem cùm libros scripsit, eum parente meliorem appellat. Huic Trasamundo Theodoricus Italiæ Rex matrimonio iunxit sororem suam nomine Amalafridam; vt ex eiusdem Theodorici ad ipsum data epistola constat: ad quem extat [h] etiam alia, quæ eum antea redargutum suscepit, licèt missa ab eo munera respuat. Sed de eo sæpè inferiùs dicendum erit.

[e] Greg. Turon. Mirac. l. 1. c. 18. DE OBITV S. EVGENII EPISC. CARTHAGIN.
[f] Procop. de bello Vand. l. 1. TRASAMVNDVS REGNAT IN AFRICA.
[g] Fulg. de Trasam. l. 1 in fin.
[h] Apud Cassiod. li. 5. ep. 44.

IESV CHRISTI
Annus 496.

GELASII PAP. Annus 5. — ANASTAS. IMP. 6. THEODOR. REG. 4.

I. GELASII PAPÆ OBITVS. QVi sequitur Christi Redemptoris annus quadringentesimus nonagesimus sextus Consulem habuit Paulum sine collega, quemque Gelasij Papæ nouissimus numeratur: hoc enim anno XI. Kalend. Decembris ipsum ex hac vita migrâsse, habent Indices Vaticani & Anastasius de Romanis Pontificibus, cùm sedisset annos quatuor, menses octo, dies vndeuiginti. De eius lucubrationibus illa Gennadius tradit [i]: *Gelasius vrbis Romæ Episcopus scripsit aduersus Eutychetem & Nestorium grande & præclarum volumen, & tractatus diuersarum scripturarum & sacramentorum limato sermone; & aduersus Petrum & Acacium scripsit epistolas, quæ hodiè in Ecclesia tenentur Catholica: fecit hymnos in similitudinem Ambrosij Episcopi.* hæc Gennadius de Gelasij Papæ scriptis. Sed de his altior perscrutatio habenda est, cùm videlicet qui eiusdem Papæ nomine inscribitur liber de Duabus naturis aduersus Eutychetem & Nestorium, num ipsius opus dici re verâ possit, accuratiùs disseremus. est eius exordium: *Necessarium quoque fuit, &c.* Scimus in his quidem nobilia complurium Orthodoxorum fudâsse ingenia, dum aduersus Nonatres inde sibi arma parantes studio indefesso inuigilare certamen; cùm econtrà Orthodoxi vnâ fermè sententiâ opus illud Gelasij esse negârint.

[i] Gennad. de S. Apt. Eccl. c. 94.

II. In primis verò inter alios scimus Suffridium in præfatione ad Gennadium præfixa, non esse Gelasij, sed Gennadij tractationem illam asseuerare, accidisseque vt quem Gennadius librum misit ad Gelasium (vt ipse testatur [k]) scripserit eadem Gelasij nomine edita fuerint. Verùm cùm Gennadius illos sex libros non aduersus Eutychetem, sed Nestorium, se scripsisse tradat, & neque eos ad Gelasium Papam missos dicat, sed opus de fide sua (vt ait) ad illū dederit, & quodnam illud fuerit, satis sit suo loco superiùs demonstratum: nihil est, vt lucubratio illa, quæ Gelasio tribuitur, Gennadij esse dici possit.

[k] Gennad. c. vlt.

III. Sunt præterea, qui negantes patiter scriptionem illam esse Gelasij Papæ, eamdem tribuant Gelasio Episcopo Cæsariensi, cuius mentionem habet S. Hieronymus [l]: quod cùm ætate tunc iuuenis esset, ad tempora Nestorij & Eutychetis pertinisse, atque ea scripsisse potuerit? At ne id quidem iure affirmari posse videtur, cùm ex his, quæ dicta sunt superiùs, duos fuisse Episcopos numerari contingat post Gelasium vsq; ad Nestorij & Eutychetis tempora; nempè Ioannem, qui vnà cum Porphyrio Gazensi functus est legatione ad Acacium Imperatorem; & Eulogium, qui reperitur interfuisse Concilio Diospolitano, vbi Pelagius dolosè visus est recantâsse palinodiam: qui autem primo loco ibi in Concilio Palæstino nominatur Eulogius Synodo præsidens, Metropolitanum oportuit Palæstinæ totius fuisse, nempè Cæsariensem Episcopum. Si igitur nihil est, vt opus illud Gelasio Palæstino quoquo modo possit adscribi?

[l] Hieron. de Sc. Apt. Eccl. c. 130 DE GELASIO EPISCOPO CÆSAREÆ PALESTINÆ

IV. DE SCRIPTIS GELASII CONTRA EVTYCH. ET NESTORIVM. Sunt tamen alia re verâ nonnulla, quibus probari posse videtur, commentarium illum non esse Gelasij Romani Pontificis. Etenim cùm Gennadius scribat, grande volumen à Gelasio editum aduersus Eutychetem atque Nestorium: planè dissimile ab eo esse apparet, quod eius nomine fertur perbreue satis: Verùm non vnum dumtaxat librum; sed quod grande & præclarum opus Gennadius nominat, in quinque libros fuisse partitum liquet: habet:

habet id enim Anastasius Bibliothecarius in libro de Romanis Pontificibus, cùm affirmat quinquè libros aduersus Nestorium & Eutychetem ab eodem Gelasio fuisse conscriptos: cùm tamen opusculum, quod Gelasij nomine editum exrat, vnius libri periodo terminetur.

V. GELASII NOMINE SCRIPTA SVPPOSITA. a Cassiod. de diuin. lect. c. 8.

Haud autem nouum inauditumque est, vt his ipsis temporibus Gelasij Papæ nomine scripta adulterina supponerentur: nam audi Cassiodorum locupletissimum testem, temporisque huius scriptorem: *In epistolas (inquit a) tredecim sancti Pauli annotationes conscriptas in ipso initio meæ lectionis inueni, quæ in cunctorum manibus ita celebres habebantur, vt eas à sancto Gelasio Papa vrbis Romæ, doctissimi viri studio, dicerent fuisse conscriptas: quod solent facere, qui res vitiosas cupiunt gloriosi nominis auctoritate defendere. Sed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt, subtilissimas quidem esse ac breuissimas dictiones, sed Pelagiani erroris venena illic esse seminata.* hæc Cassiodorus, quibus intelligas idipsum de eodem libello euenire facilè potuisse. Si enim tempore Cassiodori Gelasij æqualis, siue ipso Gelasio viuente, siue potiùs paulò pòst eius obitum, tantùm nefas audendi ausa est audax hæreticorum præsumptio, vt Pelagianum opus Gelasij nomine prænotârit: quid adeò mirandum, si commentariolus ille, de quo est quæstio, eiusdem nomine inueniatur eodem tempore esse vulgatus?

VI. QVIS GELASIVS GERMANI AVCTOR OPERIS.

Sed est beneficio Dei, vt tibi ostendere possumus, ac veluti digito indicare, quisnam auctor eius opusculi Gelasius iste fuerit: Accipies enim id ex his, quæ Photius in Bibliotheca habet his verbis: *Acta Primæ Synodi*, nempe Nicænæ, *tribus tomis, auctore Gelasio; quæ, inquam, non verè sunt Acta ipsa, sed de rebus gestis in Synodo historia: humili namque sermone, sed diligenter tractat ea, quæ in Synodo contigerunt.* hæc ipse. Est autem illud ipsum opus non aliud, quàm quod Græcè scriptum Vaticana bibliotheca possidet, ab Alphonso Pisano Societatis IESV professore in lucem vindicatum in suo, quod edidit, Nicæno Concilio. Quonam autem iste Gelasius vixerit tempore, in eius operis præfatione ipse declarat, dum se exagitatum ab Eutychianis hæreticis tradit, cùm ijdem in ualescerent tempore Basilisci Imperatoris. Cùm verò ibidem auctor addat, se eosdem disputando confutâsse hæreticos Eutychianos, & in exordio libelli illis Gelasij de duabus naturis habeatur ob recentem obortam ea de re controuersiam, se esse opus illud aggressum; vnum eumdemque Gelasium vtcunque tractatus esse scriptorem possumus intelligere. Sic igitur cùm nomen auctoris, tempus, quo vixit, & quæ idem: ipse in vtraque scriptione præfatur, in vnum conueniant quæ alia de his esse potest ratio dubitandi?

VII. LAVDATOR EXCEDIT GELASIVS AVCTOR OPERIS.

Sed & ex næuo, immò profunda potius cicatrice, quæ in vtriusque Gelasij operis facie cernitur, vnum omnes cognoscemus vultum vnius eiusdemque Gelasij. At quænam ista? Inspice: Qui Gelasius de duabus naturis opusculum illud scripsit, cùm is fuse profiteatur se Catholicorum (vt ait) magistrorum testimonia afferre, quibus à se dicta confirmet: tamen inter plures sanctorum Orthodoxorum Patrum assertiones, ponit post Magnum Athanasium, ante Gregorium Nazianzenum, Eusebium Cæsariensem, conclamatum iam sæpè ab omnibus antesignanum Arianorum, eiusque tres sententias ex diuersis locis acceptas refert; quæ quidem quàm indigna sint Gelasio Papa, nemo non videt, quamquam alienus sit auctor: le ab aliquo Latino scriptore; cum in re tanta nitatur Græcorum dumtaxat auctoritate, vix duobus Latinis ex pluribus in testimonium adductis. Quàm verò econtrà ea conueniant Gelasio illi à Photio recensito, cognosce, dum ipse in dicto opere de Nicæno Concilio eumdem Eusebium Cæsariensem plurimum laudat, & titulis Orthodoxo magno viro dignis exornat, atque ab omni Arianæ hæresis suspicione vult exemptum, dum ipsum numquam Ario consensisse, non sit veritus affirmare, dealbans Æthiopem. Ex qua tam enormi in vultu vtriusque operis perspicua cicatrice, quis vnum eumdemque esse Gelasium vtriusque auctorem operis, visa, tactuque (vt ita dicam) admonitus negarit vnquam? quem citans Ioannes Romanus Pontifex eius nominis secundus in epistola ad Acacium & alios Senatores, absque aliquo titulo Romani Pontificis nominat.

VIII. QVAM CONTEMNAT AVCTOR ADVERSARIOS.

Hæc autem cùm omni ex parte constantia firmaque pie Lector satis intelligas, exulteseque germanum operis auctorem inuentum: haud tamen nos piget post victoriam instaurare certamen: adeò enim parui facimus hostes, vt non timeamus victricia arma deponere, atque illos sincerè armis vti, quæ volunt, dareque auctorem opusculi esse Gelasium a Romanum Pontificem. Ita liberaliter indulgendo libet in re seria cum pueris ludere (pueris sanè dixerimus omnes, qui inani studio veritatem oppugnare nituntur, vtpotè leues, imperiti, atque prudentiæ prorsus expertes, sed animo pertinaces, de quorum corde stultitiam virga tantum b fugabit) nam cum res sit in tuto, neque fuisse demus, vllum penitùs ex hoc passura fit Ecclesia Catholica detrimentum.

b Prou. 22

IX.

Porrò qui putant ex Gelasij Papæ verbis suam ipsorum hæresim confirmari, non sunt Sacramentarij, quos omnes vno ictu auctor conficit, dum disertis verbis transubstantiationem panis & vini in Christi corpus & sanguinem astruit; sed ij, qui eam negant, cùm tamen in vtraque substantia Christum inesse confirment. Verùm quomodò insit in sacratissima Eucharistia Christi corpus & sanguis, cùm ijdem aduersarij inter se hactenùs de hoc ipso indefesso certamine altercentur, nec constans permanensque eorumdem sit vna sententia, sed pro numero capitum, & pro veritate temporum, variæ atque diuersæ reperiantur: planè à veritatis scopo omnes longiùs aberrare, cùm vna eademque sit semper veritas, intelligunt.

X. c Gelas. aduersus Eutych. & Nest. GELASII VERBA REDDVNTVR ET ELVCIDANTVR.

Sed reddamus hîc primùm ipsa auctoris verba, quæ ijdem exultantes atque pariter insultantes, publico conflictu inito, aduersus Catholicos tamquam firmissimum arietem induxêre. Sunt autem huiusmodi c, quæ velint attendas: *Certa sacramenta, quæ sumimus, corporis & sanguinis Christi, diuina res est, propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ; & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis euidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus, & sumimus; vt sicut in hanc, scilicet in diuinam transeunt, sancto Spiritu perficiente, substantiam, permanente tamen in suæ proprietate naturæ, sicut illud ipsum mysterium principale, cuius nobis essentiam virtutemque veraciter repræsentant: ex quibus constat proprie permanentibus, vnum Christum, quia integrum verumque permanere demonstrant.* hæc auctor à simili argumento deducens de sacratissima Eucharistia ad Christi incarnationem, nimirum quòd sicut in illa simul cum speciebus panis & vini vnitate vnum efficitur corpus Christi; ita in ministerio incarnationis Verbo carni vnito, vnus idemque factus sit Christus, duarum simul in vna persona naturarum proprietate coniunctâ.

XI. OMNIS SIMILITVDO DISSIMILIS. d L. quod Neruæ ff. depos.

At sicut in alijs rebus, ita in his non necesse est, vt similitudo in omnibus æquè respondeat; sed satis sit, si aliqua tantùm ex parte conueniat: nam & secundùm iureconsultum d, Nullum simile est idem. Neque enim cùm in S. Athanasij Symbolo dicitur: *Sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo, vnus est Christus.* similitudo ipsa procedit in omnibus, cùm re verâ eiusmodi comparatio in pluribus reperiatur esse dissimilis, quàm similis. Et ne longiùs argumentum peratur: cùm ex ea deducerent ratione Eutychiani, vnâ tantùm dici debere in Christo esse naturam, sicut dicimus vnam esse hominis humanam naturam, non duas humanas naturas, licèt diuersæ substantiæ, nempè corpus & anima coniungantur, tamen idem auctor aduersus eos pluribus disputans, donec non esse necesse similitudinem in omnibus concordare. vt planè nihil sit, vt quis importune ex ea similitudine ab ipso auctore exigere valeat, in omnibus simile demonstrare voluisse sacrum mysterium Eucharistiæ cum incarnationis Verbi œconomia.

XII.

Quis igitur adeò seuerus censor ad illud auctorè astrin-

VOCVM PROPRIETATEM NEGLEXIT AVCTOR.

gi velit, ad quod longâ disputatione quempiam velle teneri neget? Quis item tam austerus Orbilius ab auctore importunè velut exigere eam vocum proprietatem, ad quam ipse eâ ratione nullatenus voluit obligari, & omninò præstare contempsit non in his tantùm, quæ obiter dicta essent, sed vbi cardo veritat totius, de qua disputat, quæstionis? Profitetur auctor hæcipsa superius, nempe negligi vocum proprietatem, cùm non de eis ptincipalis est quæstio: attendi tunc autem, cùm aduersus dimicantes hostes est de eisdem disserendum: *Aliud est* (inquit) *quod vsitato loquendi compendio sæpè de qualibet rei parte dicimus, & totum, quod est, sine dubio profitemur. Aliud, cùm prorumpit humana temeritatis audacia, quæ sic aliquam partem nuncupare contendit, vt quod totum est, negare moliatur: necesse sit pro veritate certantes illos, qui partem suscipiunt, partem q; contemnunt, etiam de toto conuincere.*

XII. Cùm igitur non tractaretur ab auctore ibi quæstio de substantia vel accidentibus post transsubstantiationem, quam disertis verbis affirmat, remanentibus, sed in exemplum adductum diuinæ Incarnationis, quo ifit in sacratissima Eucharistia, ex parte saltem, etsi non ex toto conueniens: quis est, qui exactiorem vocum proprietatem ab auctore requirat, ad quas ipse nolit astringi? cũ præsertim, vt illa accidentia post transsubstantiationem remanentia speciali vocabulo species dicerentur, nondum esset in Ecclesia vsu receptum, quod postea, ventilata scholastici quæstione, reperimus tractari cœptum. Videsne ergo, quam iniquè ab eo quis extorquêt vocis proprietatem, ad quam noluisse teneri, adeò certo exemplo perspicuè declarârit. Sic igitur qui dixit in Eucharistia substantiam panis & vini remanere, absque dubio ipsas dicere voluit, quas nos magis distinctè dicimus species eiusdem panis & vini, vtriusque accidentia continentes. Sed hæc tibi perspicua magis fient.

XIV. SVBSTANTIA PRO ACCIDENTIBVS. Intelligas enim ista faciliùs, si hoc ipsum attendas, quomodò nomen substantiæ interdum impropriè pro ipsis accidentibus substantiæ inhærentibus consueuerit idem auctor (si velimus esse Gelasium) vsurpare. Agens ipse aliquando contra Pelagianos in epistola data ad Episcopos Piceni prouinciæ, ait peccato originali substantiam hominis esse depraua tam: cùm tamen eadem substantia hominis, quæ ante erat, permanserit integra: sed depraua tam ait hominis substantiam, cùm accidentia ipsa, quæ inerant homini tamquam in subiecto, vt originalis iustitia, & alia dona, fuêre deperdita, vel imminuta: quæ cùm accidentia sint, adesse & abesse dicuntur substantiæ hominis præter subiecti corruptionem: adeò vt minimè potuerit propriè dici substantiam esse corruptam. Verùm cùm aliquando voluit aliquid exprimere verè secundum substantiam fuerit, substantialiter illud agi, dicere consueuit, vt in libro de Anathemate, vbi vt verè exprimat mortem hominis, eam esse desitit, cùm quod erat, substantialiter non esse, vel substantialiter perire dicitur.

XV. Sic igitur eiusmodi vsu vocum, & attentâ Gelasij dicendi phrasi, nihil est, quod adeò mireris, si dixit remanere in Eucharistia substantiam panis, cùm sub nomine substantiæ intellexerit vsu dicendi de inhærere solitis panis substantiæ accidentibus. quod si re verâ remanete panem communem in Eucharistia intellexisset, more suo non substantiam panis, sub substantialiter panem remanere dixisset: cùm tamen re verâ non amplius in ea esse communem panem, sed illum transisse in diuinam substantiam, non ibi tantùm disertis verbis affirmet, sed in epistola etiam ad Dardaniæ Episcopos scripta[a], vbi totidem verbis ait: *Vt salutaris alimonia panis illius, qui de cœlo descendit, Fideles hunc sumentes ad vitam perducat æternam.* hæc ipse: ex quibus intelligas vnum tantùm in Eucharistia, ipsum fateri substantiam, eamq; diuinam, quàm non communem, sed panem cœlestem appellat: sicq; quod ait, ibi remanere substantiam panis, vsu dicendi, panis accidentia intellexisse.

[a] Gel. ep. 1

XVI. Porrò quis adeò seuerus vitio tribuat, his esse vsos vocibus Patres, antequam vsu venerit, vt eadem sacta symbola specierum nomine dicerentur: Sicut quis temerè erraſſe dixerit antiquiores Patres, qui ante Nicænum Concilium in Filij Dei diuinitate insinuanda, eumdem cõsubstantialem Patri dicere prætermiserint, cùm nondum ea vox fuerit vsu recepta, quæ definitione eiusdem Nicæni Concilij promulgata est? Noua (omnes sciunt) in Ecclesia Catholica opus fuit excogitare vocabula, cùm hæretici prioribus abusi vocibus simpliciter proferri solitis, ex illis suam ipsorum prauam sententiam roborare conati sunt.

XVII. Habes igitur, lector, ex vsu verborum, phrasique dicendi Gelasij Papæ & alia eius sententia perspicuè demõstratam, ipsum per substantiæ nomen significare voluisse accidentium naturam, non autem ipsam communis panis substantiam, quam amplius non extare, sed in diuinam esse transfusam, sententiæ ipsius nuper recitatæ tam ex eo contra Eutychetem commentario, quàm etiam ex dicta epistola ad Dardaniæ Episcopos data demonstrant; vt planè scias nullam accedere veriorem, germaniorem q; interpretationem ad cuiusque auctoris verba atque sententias, quàm quæ elicitur ex alijs eiusdem auctoris verbis atque sententijs. Eadem prorsus est ratio de his, quæ in eamdem sententiam afferuntur ex Theodoreti libro primo atque secundo dialogorum, de quibus consulas, quæ eruditissimè in suis Controuersijs affert doctissimus Bellarminus[b], quibus penitùs obstruit blaterantium & blasphemantium ora hæreticorum. Quæ cùm obstinatio cum perfidia referarit, frater collega noster Cardinalis de Perona Archiepiscopus Senonensis, decus & ornamẽtum Ecclesiæ Gallicanæ, & Catholicæ totus validissimũ fulcimentum, præstanti virtute scriptorum suorum tamquam nouus Daniel fauces Draconis occluder, cogetque disrumpi.

[b] Bellarm. de sacram. Eucharist. Lib. 2. c. 27. 30. 2. Cont.

[c] Dan. 14.

XVIII. Sic igitur iam, pro, vides lector veri cultor, ipsa ingentia tela, acuminata spicula illa, quæ tantã iactant à insultantes vibrârunt hostes aduersus Catholicam veritatẽ, secundùm Dauidicum illud, *in lingitras infantium* esse conuersa; & tonitrua illa horrendum quiddam obstrepentia, diraque minantia, in tenuem auram diflantem puluerem leuem euasisse (ità quidem, etiam si millies conuincere possent esse Gelasium scriptionis illius auctorem.) Eiusmodi planè sunt hæreticorum machinæ bellicæ, quæ aspectu ipso perterreant, sed nullo negotio dissoluantur, cùm veritas ipsa validioribus mendacium ictibus quatit. Insultauit petulans hæresis, instar filiæ Herodiadis coram Rege saltantis, præconiumque studuit opprimere veritatis, cùm domestico nostro nos confodere gladio credidit, testificationeq; tanti Pontificis impias suas roborare sententias, cùm alio qui, velint nolint, eiusdem Gelasij scriptis Nouatores vnà cum alijs, in quos ipse inuehitur, hæreticis atque schismaticis, iugiter feriantur, ac penitùs prosternantur.

[b] Psal. 63.

XIX. Sed instaurat denuò certamen credere nescia hæreticorum procacia, eademq; prostrata licèt, audacior tamen in Gelasij scripta rursum insurgit, vt si possit, eumdem constituat fidei Catholicæ proditorem; calumniaq; iterum eum quærens, à quo se scit vehementiùs impeti. Sed dum notam inurere conati sunt impij eiusdem Gelasij cõmentarijs, ipsi sese imperitos esse penitùs demonstrant. Nam audi quæso, quorum ipsorum temeritas sit progressa. Extat ipsius Gelasij Papæ decretum, ex quo illi nouam venati sunt obiectionem, quâ ipsum redderent suorum ipsorum adstipulatorem errorum: sed quænam ista fuerint, vt intelligamus, ipsum hîc primò integrum reddere opus est, quod sic se habet apud Gratianum intextum[c]:

[c] Decreti. dist. 2. c. comperimus.

XX. GELASII DECRETVM DE COMMVNICATIONE VTRAQVE SPECIE ELVCIDATVM.

Comperimus autem, quòd quidam sumpta tantummodò corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstineant. Qui procul dubiò, quoniam nescio quâ superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio vnius eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire. hæc Gelasij decretum, ex quo inferunt Nouatores, necessariò sub vtraque specie communicandum. Quibus nostri, qui repugnant, Gelasium de sacerdote sa-

crifi-

crificante dixisse, interpretantur. At re verâ nulla ibi de sacerdote sacrificante mentio habetur: vt planè quod generaliter esse dictum appareat, ad sacerdotes minimè restringi debere, satis intelligi possit.

XXI. Reijcimus igitur frigidam eiusmodi, quâ haud indigemus, solutionē, qui vnde germanus sensus Gelasij verborum accipi possit, habemus. Dum enim ait, eos, qui talia agerent, quādam superstitione teneri, planè occultos illos Manichæos significat, qui ob sectæ superstitionem, sic ipsi cum Catholicis communicare solerent, ne detegerentur hæretici; sed tamen abstineret ab haustu vini, quòd hæresis prohiberet. Hanc quidem non esse diuinationem, sed germanum Gelasij decreti sensum, quæ sanctus Leo habet in sermone quarto habito Quadragesimæ tempore satis aperte docent, his verbis detestatus Manichæorum errores: *Cum q, ad tegendam infidelitatem suam nostris audeant interesse mysterijs: ita in sacramentorum communione se temperant, vt interdum tutiùs lateant, ore indigno Christi corpus accipiunt, & sanguinem verò redemptionis nostræ haurire omninò declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt nobis innotescamus homines ex his manifestentur indicijs: & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi, à sanctorum societate sacerdotali auctoritas pellantur.* hæc sanctus Leo.

XXII. MANICHÆOS INVESTIGAT, INVENIT, PVNIT GELASIVS PAPA. Quòd igitur abstinentiâ calicis proderentur penitùs Manichæi; idem planè remedium, quo vsus est sanctus Leo, adhibendū putauit esse Gelasius, vt latitantes sub Catholico nomine impios detegeret Manichæos: hinc q; est quod subdit, dum sanciti decreti rationem affert: *Quia diuiso vnius eiusdemque mysterij sine grandi sacrilegio non potest prouenire.* nimirùm non sine labe suspicionis nefandissimæ hæresis. Obserua enim, non dictum esse, Non potest perfici, sumique; sed, *Non potest prouenire sine grandi sacrilegio*: quòd scilicet nemo Catholicorum haustum calicis penitus exhorreret, vt Manichæi. Sic ergo ne si Catholici calice abstinerent, in suspicionem adduci possent hæresis Manichææ, neque sibi facerent Manichæi, quod Catholici facerent, haud eo signo detegi possent: prudentissimè quidem S. Leonis insistens vestigijs Gelasius id prohibens, istud, quod vidimus, sanciuit decretum. Profecisse eiusmodi Gelasij remedium ad Manichæos perueste tandos, planè docent, quæ apud Anastasium Bibliothecarium scripta leguntur, nempè Manichæos sub eius Pontificatu inuentos, eiusdemque auctoritate in exilium deportatos, eorumque codices publicè concrematos. Vides, lector, quomodo ignoratione rerum gestarum Nouatores temerè ante victoriam consueuerint parare triumphum; sed & perspicis eorum immensa studia quàm facillimè veluti inflatas bullas citò disrumpi.

XXIII. DISTINCTIO DE BONA STATE ECCLESIASTICA ATQVE POLITICA. Sed nec quidem hìc finis pugnacis hæreticorum proteruiæ, dum ex alijs eiusdem Gelasij Papæ scripta, aliam rursus captant oppugnandæ veritatis occasionem, quâ ijdem Nouatores rerum sæcularium vsu vetbis Gelasij putant penitùs excludi Christianæ religionis Antistites, quibus spiritualium tantummodo præfecturam creditam esse volunt. Sunt autem ista verba Gelasij in libello, quem de Anathematis vinculo scripsit, illud arguentis, nō esse sæcularis potestatis de personis Ecclesiasticis iudicare; dum hanc politicæ atque Ecclesiasticæ potestatis distinctionem habet: *Fuerint* (inquit) *hæc ante aduentum Christi, vt quidam figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actionibus constituti, pariter Reges existerent & pariter sacerdotes: quod sanctum Melchisedech fuisse, sacra prodit historia*[a]. *Quod in suis quoque diabolus imitatus est, vtpotè qui semper quæ diuino cultui conuenirent, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, vt Pagani Imperatores ipsi & Maximi Pontifices dicerentur.*

[a] Gen. 14. Hebr. 7.

XXIV. *Sed cùm ad verum ventum est eumdem Regem atque Pontificem, vltrà sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium vendicauit: Quamuis enim membra ipsius, id est, veri Regis atque Pontificis, secundum participationem naturæ, magnificè vtrumque in sacra generositate* [1] *sumpsisse dicantur, vt simul regale genus & sacerdotale subsistant*[b]: *attamen Christus memor fragilitatis humanæ, ne saluti conueniret, dispensatione magnificâ temperans, sic actionibus propijs, dignitatibus q, distinctis officia potestatis vtriusq, discreuit, suorum voluens medicinalis humilitate saluari, non humanâ superbiâ rursus intercipi: vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum Imperialibus dispositionibus vterentur: quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret: ne cursibus; & ideò militans Deo minimè se negotijs sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur; qui esset negotijs sæcularibus implicatus: vt & modestia vtriusq, ordinis curaretur, ne extolleretur vtroq, suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus ritè collectis, satis euidenter ostenditur, à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem: quo manifestius approbatur, Alexandrinum Petrū per Imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolui.* hæc ipse: quæ sunt accuratissimè examinanda, singulaque in his contenta capita certis limitibus distinguenda.

[1] generatione. [b] 1. Pet. 2.

Per hæc enim in primis insinuare voluisse Gelasium, ipsum secundùm Ordinem Melchisedech Regē atq; Pōtificem & Dominum dominantium Christum Redemptorem nostrum conseruatam voluisse quam repererat in tertis politicam potestatem, sed certis limitibus circumscriptam, ne se sactis rebus immisceat, omnes puto percipiunt. Rursum autem ita à politica potestate distinctum Ecclesiasticum statum & auctoritatem sartam tectam ab eōdem Domino nostro relictam, vt tamen quæ sunt Regum, Regibus ministranda relinquat, eumdem Gelasium significare voluisse, omnes æquè consentiunt. At qui ita voluit vtramque potestatem ab inuicem omninò esse discretam, numquid negauit ciuilem potestatem Ecclesiasticæ subijciendam? minimè gentium: nam ad eumdem Anastasium Imperatorem idem (vt vidimus) Gelasius scribens, hæc de regia potestate Christi sacerdotibus subijcienda: *Nōsti enim, fili clementissime, quòd licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen Præsulibus diuinarum deuotu colla submittis.* & de ipso Romano Pontifice hæc inferiùs: *Et si iunctis* (inquit) *generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus Fidelium conuenit corda submitti; quantò magis sedis illius Præsulis consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus & Diuinitas summa voluit præeminere, & subsequens Ecclesia generalis ingitet pietas celebrauit?*

XXV. SENTENTIA GELASII EXPLICATIO.

XXVI. Intelligis ex his, ita distinctam à Gelasio ciuilem & Ecclesiasticam potestatem, vt tamen ciuilis subijciatur Ecclesiasticæ in his, quæ sunt ad Deum, prout inquit S. Apostolus[d]: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum.* subordinatam subiectamque sibi habeat ad hoc ipsum potestas Ecclesiastica politicam præfecturā; & in his, quæ ad hæc pertinent, sacerdotes illis præcipiant atque ius dicant, & eosdem in omnibus moderentur: Nam ad hoc spectat quod idem Apostolus ait[e]: *Nescitis, quia Angelos iudicabimus: quantò magis sæcularia?* Non ergo Gelasius ea distinctione discreuit regiam à Pontificia potestate, vt negaret huic illam esse subiectam: neque cùm ait ex Apostoli sententia[f]: *Nemo militans Deo implicet se negotijs sæcularibus.* voluit sæcularium illis inhibuisse ius ac potestatem in his, quæ ad Deum pertinent: non enim sententia Apostoli potuit vetuisse, quæ illorum esse, iudicare nimirum sæcularia, idem Apostolus tradit, hæc quo ad iudiciariam pertinet potestatem.

[d] Hebr. 5. PONTIFICVM IVRA IN SÆCVLARIBVS REBVS. [e] 1. Cor. 6. [f] 2. Tim. 2.

Quod autem ad temporalium rerum dominium spectat, haud his carere debere Christi Ecclesiæ sacerdotes, potuit Gelasius intellexisse, qui quonam modo redditus Ecclesiarum & oblationes Fidelium tripartitā debererent diuisione distribui, epistolâ 8 suâ data ad Episcopos Lucaniæ, Brutij & Siciliæ, statuit. Nam & quod ad Romanam Ecclesiam pertinet, in diuersis Occidentalis Orbis prouincijs latifundia possediisse, quæ sæpè superiùs dicta sunt, manifestè declarant. Cùm igitur neque quo ad ius, neque quo ad res sæculares, siue dixerimus temporales, Gelasius quicquam voluerit Ecclesiæ imminutum: reliquum est, vt saluis rebus ac iuribus sæcularibus, quæ omnia omninò (vt vidimus) in his, quæ ad Deum pertinent, competunt sacerdotibus, actiones prohibitæ

XXVII. [g] Gel. ep. 9

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bitæ his illæ tantùm sæculares esse dicantur, de quibus ait
2. Tim. 2 Paulus Apostolus [2]: *Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.* quænam verò sint ista, cùm Patres, tum etiam Canonici iuris interpretes declarârunt. In reliquis verò, nempè in his, quæ sunt ad Deum, vides, quantâ vi in ipsum Imperatorem Gelasius ipse se erigat, & sub Rege Gothorum, licèt, leges Vrbi præscribat, dum Pontificiâ editâ sanctione, vetuit conseruata hactenùs Lupercalia, nullo ab impio Rege requisito consensu, vel *Placet* (vt aiunt) accepto.

XXVIII. PVGNA GELASII ADVERSVS GENTILITIOS RITVS. Quis credere possit, post tot Christianorum Imperatorum edicta aduersus idololatriam sæpissimè lata, postque sanctorum Pontificum ad eamdem extirpandam adhibita studia, viguisse tamen adhuc Romæ ad Gelasij tempora, quæ fuêre ante exordium Vrbis allata in Italiam Lupercalia? Et quis satis dignè admirari queat, eadem quoque recepta ab hominibus Christianis? Sed & non obstupescat ampliùs, audiens eadem habuisse defensores Christianos, qui Gelasio illa penitùs extirpare conanti restiterint, eosdemque fuisse nobiles Senatores? Aduertus hos autem idem Pontifex acerrimam struxit Apologiam, quâ quod ipse tam nefaria prohibendo statuerat decretum, vt sanctè pieq; sancitum, voluit esse ditum; ne posteritas conuellere auderet, quod auctoritas Pontificia decreuisset, & editâ nobili scriptione firmâsset: quam cupiens lectori hîc ex Vaticano codice editam describendam esse putauimus, erroribus (quantum licuit) emaculatam; multa enim habet, quæ ad rerum gestarum horum temporum pertineant cognitionem. est autem libelli palàm editi eiusmodi inscriptio:

XXIX. *Gelasius Papa aduersus Andromachum Senatorem, cæteroq; Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant.* hic ille esse videtur Andromachus vir illustris, homo Christianus, frater Fausti Magistri Officiorum, cuius se operâ vsum ad monendum Acacium Constantinopolitanum Episcopum, idem ipse Gelasius tradit in Commonitorio ad eumdem Faustum eius germanum dato, de quo suo loco superiùs dictum est. Ipse autem apologeticus libellus Gelasij sic se habet:

XXX. *Sedent quidam in domibus suis, nescientes neque quâ loquantur, neque de quibus affirment; de alijs iudicare nitentes, cùm se ipsi non iudicent; & velint prius accusare, quàm nôsse; ac docere, quàm discere, & indiscussis rebus, nec investigatis causis, nec rerum ratione quæsitâ, quod eis in buccam venerit: inconsideranter effundere, & præcipitanter euomere, non veritatis assertione probata consentes, sed studio cacologiæ, qua nesciunt, arguentes: eoque progressi sunt, vt etiam rectè facta malevolentia proposito lacerare contendant. Qui si saperent, non præcipitarent omninò sententiam; sed perscrutatis ante rebus, loquenda depromerent. Verum quia nos arguunt segnes esse censores in vitijs Ecclesiæ coërcendis: & à nobis consequenter agnoscant, non tantùm corporalis adulterij esse peccatum, quod & discuti debeat & iurepuniri, sed esse longè maius fornicationis & adulterij genus, quod in quolibet Christiano (quia membrum omnis Christianus Ecclesiæ est) competenter debeat vindicari. Tantò enim sacrilegij maius est crimen, quàm animæ fornicatio peior est corporis: nam per animæ fornicationem ab ipsius Dei coniunctione discedit, atque ad immundos spiritus spiritualis adulterij genere transitur.*

QVID IN GELASIVM QVI DVM OBMVRMVRARENT.

XXXI. DE LVPERCALIBVS RETINENDIS IMPIA ASSERTIO. *Quomodò autem non in hanc partem recidit, qui cùm se Christianum videri velit, & profiteatur & dicat, palam tamen publicè, prædicare non horreat, non refugiat, non paueſcat, ideo morbos gigni, quia dæmonia non colantur, & deo Februario non libetur? Video, vbi hæc deliramenta conceperit. Quomodo prænarrator non est, qui in has blasphemiæ profanitates incurrit? Quomodò sacrilegus non æstimetur, qui abiurata vnius Deiprouidentiâ & potestate, quam confessus est, ad prodigiosas superstitiones & vana figmenta seducitur, secundum Apostolum* [b] *longè ulteriores rerum ineptias damnandus, confessam veritatem deserere, quàm sim eam nullatenùs credidisset? Quamuis enim ridiculosa sint figmenta, quæ proferat, tamè ipse affectus & voluntas in crimine est, & professio ac prædicatio iure damnanda. Ac per hoc qui in alium sententia damnationis vult sine dilatione proferri, in quo alium iudicat* [c] *semetipsum se condemnare cognoscat.*

[b] Heb. 6.

[c] Rom. 2.

Numquid enim Pontifex vindicare debet in eos, qui adulterium corporale committunt; & in eos, qui sacrilegium ad est fornicationē & adulterium spirituale gerunt, non debet vindicare? Non ipse Dominus [d] *cùm adultera ad eum esset adducta, accusantibus dixit: Si quis vestrùm sine peccato est, primus in eam lapidem mittat? Non ait: Si quis vestrum non similiter adulter est, sed, Si quis sine peccato est: Quilibet ergo obstrictus quino, peccato, in alterius peccati reum lapidem non audeat mittere.*

[d] Ioan. 8.

QVID IN SOS GLASIVS, QVI CLERICORVM TANTVM PECCATA PVNIENDA DOCVIT.

Quibus tunc pro sua conscientia discedentibus, mundi Salvator adiecit: Mulier, vbi sunt accusatores tui? Nemo te condemnauit? Nec ego te condemnabo. Sed vade, vlteriùs iam noli peccare. Tenes & teneris: vrges & vrgeris: obstringis & obstringeris: Pontificis discussionem flagitas, vindictam, deposcis. Memento in aduersum omne crimen esse proferendum. Numquid non etiam leges humanæ dicunt, quod reus reum facere possit? Festucam [e] *vides in oculo fratris, & in tuo trabem non vides? Quis mecbos accusas, adulterium facis, & corporales adulteros spiritualis adulterij incestus? Certè discussionem poscis: homo diligens, maturus, religiosus, non vis aliquem in Ecclesia peccare; peccantem cupis discuti, & pœna consequente addici. Quæcumque in alium promis, & in te proferre cogeris: hoc enim facis, ne cognitia Pontificis accusetur, & macularetur Ecclesia. Debet ergo & Pontifex in omnibus malefactis solicitudo & seueritas non deesse, & ab omnibus Ecclesia famæ purgari.*

[e] Matt. 7.

XXXII. XXXIII.

XXXIV DE HIS, QVI SVA EXCVSANT PECCATA QVOD LAICI SINT.

Sed dicas forsitan, te laicum, illum Ecclesiæ ministrum. Et ego grauius crimen exaggerans: Verum dicis, nec ego diffiteor. Tanto solicitius examinandum est, quantò magis proximum est. Tantò magis reum est, quantò in illo ministerio constitutus, & hæc facere minimè fuisset. Ecce censura non deest: auditus & sic conuictus fuerit, vindictæ consequenter adducitur. Age modo, quid vis de te? Numquid quia in ministerio sacro non es, in plebe sacra non es? An nescis & te membrum esse Summi Pontificis? An nescis, totam Ecclesiam Sacerdotium vocitatam? Posteriùs si illorum est, qui accedens ad ministrium Ecclesiæ delinquit: numquid & tu reus non es, qui pelli confessionem veritatis ad prava & peruersa, & profana, & diabolica, quibus te renunciare professus es, figmenta redarguis? Itaque etiam tu post blasphemiæ palam publicèq; professas, à sacro corpore modis omnibus abstinendus es: Non potes enim [f] *mensæ Domini participare, & dæmoniorum, nec calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: nec potes templum Dei esse, & templum diaboli: lux simul & tenebræ in te conuenire non possunt. Viderim, vtrùm vrgeas atque compellas in alio malefacta vindicare: tu tamen scelus tuis ponderibus non potes declinare. Et quandòin alio transire crimen non patetur impunitum, tantò quid etiam in tepro rerum ratione facere debeamus ostendit.*

[f] 1. Co. 10

Verumtamen in ipsis blasphemijs tuis, quibus es iure plectibilis, imperitiam tuam euidenter agnosce, & sicut ait ille, voluntatem habere te mentiendi, artem fingendi non habere: cùm sic te intelligas in illum habere affectum, peruersissimè apostatandi propositum, vt tibi materia prorsus vanitatis illius nulla suppeditet, nec possis astruere quod cor tuum concupiscis & ore depromis. Dicmihi, cum saepenumerò in Romanis historijs legatur, Liuio auctore, sapissimè in hac vrbe exortâ pestilentiâ, & finita hominum millia decessisse, atqueeò frequenter ventum, vt vix esset, vnde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset adscribi: illo tempore deo tuo Februario minimè lætabatur? An etiam cultus hic omninò nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, hæc sacra adhuc illo tempore non capisse, quæ ante Romulum ab Euandro in Italiam perbibentur illata. Lupercalia autem propter quid institutа sunt (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Liuius secundâ Decade loquitur: nec propter morbos inhibendos institutа commemorat, sed propter sterilitatem (vt ei videtur) mulierum, quæ tunc acciderat, exoluendam. Proinde si vel ad hoc ipsum aliquid hoc valeret: hoc intermisso, nyn morbus accidit, contrà quem Lupercalia reperta nyn sunt: sed fœmina neqthaquam generare debuerant, pro quarum fœcunditate concinnantur in uenta.

XXXV. CONVITAT IMPIOS EX RITIBVS IMPIORVM.

XXXVI SCITE REDARGVIT SVPERSTITIOSOS GELASIVS

Quid dicis de peste, de sterilitate, de bellorum tempestate contenta? numquid & hæc propter sublata Lupercalia contigerunt? Si autem non propter ista vel vitanda, vel curanda Lupercalia sunt prouisa: quid inanis turbatione iactamini? Quid Tuscia, quid Æmilia, cæteræque prouincia, in quibus hominum prope

nullus

nullus existit: vt bellicâ necessitate consumerentur, Lupercaliorum fecit offensio, quæ longè antè vastatæ sunt, quàm Lupercalia tollerentur? Quando Anthemium Imperator Romam venit, Lupercalia vigue gerebantur: & tamen pestilentia tanta subrepsit, vt tolerandæ vix fuerit. Numquid per Campaniam Lupercalia gerebantur, quæ sublata morbos illic & pestilentiam procrearent? Sed dicturi estis: Ad Romam, tamquam ad caput, omnia pertinere: & quod hic factũ non est, diuersis prouinciis ad eam pertinentibus obfuisse. Cur ergo antequàm ad Romam ista prouincia pertineret, prater Lupercalia, propriis opibus floruerunt? Vt sterilitas sit continuata terrarum, Lupercalia sublata fecerunt, an nostrorum merita peccatorum? de quibus olim dictum est:

Et quicquid Romani meruerant perdere mores,

Sterilitas certè seminarum debuit prouenire, propter quam auferẽdam Lupercalia instituta iactantur, non sterilitas terrarum, propter quam Lupercalia non sunt instituta.

XXXV-II. PECCATA QVIBVS PRÆSENS SÆCVLVM ABVNDAVIT.

Quid in Africa? vnde sterilitas? Quid in Gallijs? Lupercalia ista fecerunt, a nostri mores, furta, homicidia, adulteria, iniustitiæ, iniquitates, ambitiones, cupiditates, periuria, falsa testimonia, oppressiones miserorum, bonorũ cæsarum impugnatio, malarum defensio, & in omnibus inaudita peruersitas, postremò (quod supra omnia est) Deo sitæ mentes, & sacrilegia, arteiq; magicæ etiam Paganis horrendæ? Ecce quæ vtique omnia aduersa & inimica nobis, non Lupercalia, quæ sunt pro vestra salute sublata.

XXXV-III. RETORQVET GELASIVS IN IMPIOS ARGVMENTVM.

Sed quid dicitis vos ipsi, qui Lupercalia defenditis, & agenda proponitis? Vos eadem non petiistis, vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque redditis. Si offensio Lupercaliorum vobis aduersa procurauit, vestra culpa est, qui quod vobis singulariter prodesse putatis, negligentissimè & tam longè impari cultu & denotione ea ducitis celebranda, quàm profanitatis vestræ celebrare maiores. Apud illos enim nobiles ipsi curribant, & matronæ, nudato publicè corpore, vapulabant. Vos ergo primi in Lupercalia committitis. Satis fuerat non agere, quàm ea cum iniuria celebrare. Sed deduxistis venerandum vobis cultum & salutiferum, quem putatis ad viles triuiales quæ personas, abiectas & infimas. Si verè ergo profitemini hoc sacrum ac potius sacramentum vobis esse salutare, ipsi celebrate more maiorum, ipsi cum amiculo nudi discurrite, vt vitæ vestræ salutis ludibria peragatis. Si magna sunt, si diuina, si salutifera, si in his vita vestra pendet integritas: cur vos pudet per vosipsos talia celebrare? Si pudet & dedecori est: ita ve salutiferum est & diuinum & profuturum, quod vos ipsi dedecus esse fateamini? Nemo religionem profitetur quam per se ipse prorsus erubescit & refugit. Ipsa verecundia vestra vos docet, crimen esse publicum, non salutem, non diuinitatis cultum, de quo sapiens nullus erubescit: sed instrumenta prauitatum, quibus mens vestra contra semetipsam testimonium ferens, quod gerendum profitetur, erubescit implere.

XXXIX. QVÆ AGI SOLEBANT IN LVPERCALIBVS.

Castores vestri certè, à quorum cultu desistere potuistis, cur vobis opportuna, varia minimè præbuerunt, vt hiemis tempore venirent huc mantica cum frumento, & ciuitas inopiâ mine, & laboraret? An diebus sequentibus hoc futurum est? Stat a Deo constitutum beneficium est, non Castorum vana persuasio. Dicite nobis, hæc Christiani, nã Pagani vbique perfidi, nusquam fideles, vbiq; corrupti, nusquam integri, quitam vtrumque tenere non potestis, quàm sibi vtrumque contrarium est? dicite, inquam, lupercaliorum patroni, & re verâ ciuinitatis ludibria, & cantilenarum turpium defensores, digni magistri vesaniæ, & qui non sine causa sana capita non habetis, digni hac religione, quæ obsamitatum & flagitiorum vocibus celebratur: videritis ipsi, quid vobis salutis impendat. Qua tantam moribus labem perniciemq; proponit. Nec est, quod dicatis, potiùs hæc agendo, & facinora vnuscuiusque vulgando deterreri à talibus commissis animos, & pudore refrenari, ne de his publicè voce cantetur, quando (sicut ille ait) non tam deterrere, quàm admonere animos hæc ludibria videantur, & sicut ille dixit:

——iram atq; animos à crimine sumunt.

Eò impudentiores effecti, quo crimine publicato, expositaq; verecundiâ, nihil superest omninò, quod pudeat, nec habet, quod metuatur publicari, sed iam sefiduciaiter exerat, qualis in propatulo non per coërcitionem, sed potiusper quamdam latitiam & celebritatem nominum decantata est qualibet illa persona*: immò & religione se præstare confidit, ve sint, vnde numinum solemnia celebrentur, qua nisi criminum decantationibus non colũntur.

Dicite nobis itaque, qui voluntatem profanitatis habetis, cuius causas asserere non potestis, qui tuenda habetis proposita salsitatis, quam defendere non potestis: quid dicturi estis de siccitate, de grandine, de turbine, de tempestatibus, variisq; cladibus, quæ pro morum nostrorum qualitate prouenisse? numquid nam & hæc omnia pro sublatis Lupercalibus contigerunt: an in malis moribus castigandis, meritis retributionibus infruuntur? Sed non mirum est, homines non iudicio diuino velle ista contingere, sed vana superstitionis incursibus, quibus sua crimina & malefacta cooperiant, auctoritatem cælisidęq; perhibent adhibere, & fatalem inducunt errorem, necessitatemq; peccandi, facinoraq; sua non de cordis proprij peruersitate procedere, sed cælo auctore pendere. Proponite igitur, pro quibus aut submouendis malis, aut promerendis bonis Lupercalia vestra fuerint instituta: & videamus, quæ illa bona prouenerint, cùm Lupercalia celebrarentur, & quæ mala successerint, cùm Lupercalia viderentur ablata.

XL. FATALIS HÆRESIS TAS ÆVPERSTITIOSIS INDVCTA.

Fgite gradum: ad quod vestrum excidium dicatis hæc prodigia fuisse reperta, digni, qui monstrum nescio quod pecudis hominisque iuncturæ compositum, siue verè, siue falsè editum celebretis: Si propter pestilentiam submouendam (vt antiquiora præteream) ecce antequam meus temporibus tollerentur, pestilentiam grauem tam in hac Vrbe, quam in agris, hominum pecudumq; fuisse, non dubium est. Si pro sterilitate iactatis. Cur in Africa, vel Gallia ista contingunt, vbi nec fuerunt aliquando Lupercalia, nec constat fuisse sublata? Cur nunc Oriens omnium rerum copijs exuberat & abundat, vbi nec celebrauit vmquam Lupercalia, nec celebrat? An ducitis, illic nocere, vbi per plurima secula fuerant celebrata, & repentè sublata sunt? Videamus ergo si his temporibus, quibus ducitis agitata, & vitè ac plena sui (sicut vobis videtur) deuotione completa sunt, numquam fames, numquam pestilentia prorsus extiterit. Si verò sæpenumerò hic cladibus ad extremum periculi ventum est: apparet his malis submouendis nihil Lupercalia profuisse, etiam eo tempore, quo (sicut dictum est) vt putatis competenti ordine gererentur; sic de singulis quibusq; necessitatibus, propter quas dixeratis fuisse prouisum: si constiterit eram illo non defuisse, vana huius remedij conuincitur esse præsumptio.

XLI. CONVINCVNTVR SVPERSTITIOSI CERTIS RATIONIBVS.

Verumtamen cur non hoc etiam experiamini, vtrum valeant aliquid eriam vitè celebrata? Et vos per ludibria ista discurritis, vestrorum more maiorum; vt diuinam rem & salutarem vobis (vt dicitis) deuotiùs celebrando, saluti vestræ prospicere magis magisq; valeatis. Numquid cùm hæc celebrarentur, à Gallis Roma capta non est, & sæpenumero ad extrema quæq; peruenit? Numquid bellis ciuilibus sub hac celebritate non concidit? Numquid Lupercalia deerant, cùm Vrbem Alaricus euertit? Et nuperè cùm Anthemij & Ricimeris ciuili furore subuersa est, vbi fuere Lupercalia? cur istis non profuerunt? Certè si diuinum est sic salutare vobis: cur non per vos ipsi, vt maiores vestri, ista facitis? cur causas vestræ salutis minuitis? cur decoratis? cur elidis? cur ad vilia quæque deducitis? Quid imputatis nobis, cùm ipsi remedia vestra calcetis? Satius est non tentare, quàm contumeliosè peragere. Maiores certè vestri, si vitiosè (vt illi videbatur) sacrum aliquod celebrassent, instaurandum esse ducebant. Cur non quod ad vitiosum cultum redegistis per indignas quasq; exequendo personas, competenti instauratione reparatis, vt causas vestræ salutis plenius perficiatis, tractetis? Cur vos pudeat agere, si salutare est, si diuinum, quod tractasse, fit dedecus?

XLII. VRGET EOS AD EVENTVRVM.

Sed, inquis, vel imaginem ipsius rei non deberi monere. Si prodest, si salutare est; cur non imago portus apud vos, & non ipsa sit veritas? Aut si certè nec tunc profuit, quando ritu integro (sicut ducitur) tractabatur: quid quæritis eius imaginem, cuius nec ipsam profuisse cernitis veritatem! Sed ducitis, tot sæculis, rem gestam non oportere secludi: nihilominus multis temporibus paganitatis superstitio ventilata est, sacrificetur in templis, dæmonium & in Capitolio profana vanitas celebretur. Cur portionem desenditis, & quæ maiora sunt, prætegritis? Si plura genera vanitatum multis acta sæculis probantur esse sublata: cur portio quantouis tempore ventilata non possit auferri? Si temporibus præscribitur: imputate maioribus vestris, qui cum hac temporis præscriptione non vsi sint, posse quod superfluum est, & deberet emoueri, dum plura & maiora sublata sunt, indicarunt.

XLIII.

XLIV. NON OMNIA A PRÆDECESSORIBVS EMENDATA.

Sed dicitis, etiam Christianis temporibus hæc fuisse: sed etiam illa aliquandiu Christianis quoque temporibus celebrata sunt. Nunquidnam quia sub primis Præsulibus Christianæ religionis ablata non sunt, ideo sub eorum successoribus tolli minimè debuerunt?

Multa

* profana

PONTIFICIBVS.

Multa sunt, quæ à singulis Pontificibus diuerso tempore sublata sunt noxia, vel abiecta. Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosum conspicit imminere; ne aut materia corporis non sufficiat medicinæ, aut pro conditione mortali simul omnia non possit auertere. Quare quale sit vnde agis: Si bonum est, si diuinum, si salubre: meritò quandocunq; tolli non debuit. Si nec salubre, nec diuinum: cauendum tibi magis est, cur citiùs auferatur, quod superstitiosum constat & vanum? quod certè Christianæ professioni non conuenire, manifestum est.

XLV. OB RETENTVM GENTILIVM CVLTVM COLLATVM IMPERIVM.

Postremò (quod ad me pertinet) nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret: sed solis hoc Pagani, quorum ritus est, exequantur. Me pronunciare conuenit, Christianis ista perniciosa & funesta indubitanter existere. Quid me incusas, si quod professo hominis inimicum est, à consortibus professionis Christiana pronuncio submouendum? Ego certè absoluam conscientiam meam: ipsi videant, qui iustis admonitionibus obedire neglexerint. Quod etiam prædecessores meos forsitan fecisse non ambigo, & apud Imperiales aures hac submouenda tentâsse. & quia auditos esse non constat, dum hæc mala hodieq; perdurant: ideo hæc ipsa Imperia defecerunt: ideo etiam nomen Romanum, non remotis etiam Lupercalibus, vsq; ad extrema quæq; peruenit. Et ideo ea nunc remouenda suadeo, quæ cùm nihil profuisse cognosco, tamquam contraria veræ religioni, noxia potiùs extitisse pronuncio. Postremò & de meorum persona præscribendum æstimas prædecessorum, vnusquisq; nostrum administrationis suæ redditurus est rationem, sicut etiam in publicis dignitatibus fieri peruidetis. Ego negligentiam accusare non audeo prædecessorum: cum magis credam fortasse tentâsse eos, vt hæc prauitas tolleretur, & quasdam extitisse causas & contrarias voluntates, quæ eorum intentiones præpedirent, sicut ne nunc quidem vos istos absistere insanis conatibus velle perpenditis. hactenùs Gelasius in Andromachum.

XLVI.

Profecit autem Romanus Senatus, vt non Lupercalia tantùm, in quæ Gelasius eo modo declamauit, sed etiam quæ minoris esse superstitionis & maioris oblectamenti videri poterant spectacula abstulerit saltem ad tempus, quæ in nouis creandis Consulibus celebri cultu peragi cõsueuerant, delinita olim ad tollendam idololatriam & superstitionis suspicionem malè superinducto Christi nomine, dum quod ex Saluiano[a] diximus) non in Martis vel aliorum deorum honorem, sed ad Christi gloriam eadem celebrari Circensia fatentur, falso prætextu, sed digno velamento obtegentes potiùs, quàm abolentes superstitionem auitam. At rem fucatam sanioris iudicio detestantes, seriò; agendam esse cẽsentes, aliam longè nobiliorem loco Gentilium munerum parauêre spectaculi pompam: dum profusa illa impensa fieri solita in editione Circensium, in pauperum fuit vestimenta conuersa, de qua ista Ennodius Ticinensis in defensorio libello habet his verbis: *Mentior* (inquit[b]) *nisi cœna agmina aduentum Consulatûs vestri in subsidio miseriarum præstolantur. Etenim purpura vestra, quâ anni vocabulum nobis datis, subueniente miseria, vestimentorum largitate pellit algorem. Probè iam iteris in necessitatibus ferunt auxilium decora Fastorum; & veteri infidelitate deposità, in tali præparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum.* hæc Ennodius.

a Saluian. de vero iud. lib. 6. EXPENSA LVDORVM CONVERSÆ IN VSVM PAVPERVM.

b Ennod. in 1. Cons.

XLVII. EVERSTITIO HACTENVS RETENTA.

Haud verò hæc parui fuêre momenti: quanta enim hactenùs in creatione Consulum, etiam regnatibus Christianis Principibus, superstitio viguisset, vix quis crederet, nisi fidelissimus testis adesset ista deplorans huius sæculi scriptor, quem retulimus, Saluianus Massiliensis Episcopus, cuius hîc iterum sunt verba reddenda[c]: *Quid enim* (inquit) *numquid non Consulibus & pulli adhuc Gentilium sacrilegiorum more pascuntur, & volantis penne augurio quærunt, ac penè omnia sunt, quæ etiam quondam Pagani veteres friuola atque irridenda duxerunt? Et cùm hæc omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt, & à quibus anni ipsi exordium sumunt: credimus nobis benè annos posse procedere, qui à rebus talibus ordiuntur? Atque vtinam sicut hæc propter Consules tantùm fiunt, ita illos tantùm incestarent, propter quos fiunt. Illud est ferè minimum & grauissimum, quòd dum consensu publico aguntur, bonorum paucissimorum sit crimen omnium: ac sic ex singulis bini inuoluentur, prope est, vt in omni mundo nullus euadat.* hæc Saluianus, talia nefandâ deplorans: ex quibus magis perspicuè, lector, intelligas iure quæstum esse Gelasium ob eiusmodi superstitiones à Romanis retentas atq; defensas Romanum esse penitùs collapsum imperium, & Romanum nomen abolitum, regnantibus in Occidente Gothis & alijs vbique barbaris.

c Saluian. de vero iud. lib. 6.

XLVIII.

At quæ reliqua sunt S. Pontificis monumenta, hîc reddamus. Inter alia, quæ reperiuntur decreta Gelasij, illud fuit, vt qui suum occidissent Episcopum, in posterum indigni proprium habere pastorem, sub vicinioris Episcopi diœcesi redigerentur. ista Gelasius scripsit[d] ob Scyllacæorum geminatam cædem Pontificum.

d Gelas. ep. 13. q. 2. c. 21.

Sub Pontificatu quoque Gelasij (quoto autem eius sedis anno, nescitur) facta est eiusdem Pontificis auctoritate translatio venerandi corporis S. Seuerini Neapolim nobilissimam Campaniæ ciuitatem, eamque paucis descripsit Eugipius eiusdem Sancti discipulus. Mirificè enim ciuitas illa studiosa semper fuit reliquiarum sanctorũ martyrum & confessorum: non enim satis habuit è proximo accipere S. Ianuarium, & è longè ex Africa eiusmodi ditari thesauris; sed & è Danubij ripis sacra pignora S. Seuerini in Italiam delata, à S. Gelasio Pontifice impetrauit, quæ in præsentem vsque diem honorificentissimo cultu prosequitur: cuius rei gratiâ videatur locupletem benedictionem Obededom[e] consecuta, vt sicut ille in sua recipiens Arcam Domini, multiplicibus bonis affluit; ita ciuitas ista recipiens sacrata Dei templa, ipsa Sanctorum corpora, meruerit semper amplioribus gloriæ accessionibus illustrari. Sed quæ pauca de hac translatione scribat idem Eugipius audiamus:

XLIX. TRANSLATIO CORPORIS S. SEVERINI NEAPOLIM.

e 2. Reg. 6.

L. * Barbari. DE TRANSLATIONE S. SEVERINI NEAPOLIM.

Illustris fœmina Barbaria beatum Seuerinum, quem famâ vel litteris cum suo quondam inclyto optimè nouerat, religiosa deuotione venerata est: quæ post obitum eius audiens corpusculum Sancti in Italiam cum multo labore perductum, & vsq; ad illud tempus terræ nullatenùs commendatum, venerabilem presbyterum nostrum Marcianum, sed & cunctam congregationem litteris frequentibus inuitauit. Tunc S. Gelasij sedis Romanæ Pontificis auctoritate & Neapolitano populo exequijs reuerentibus occurrente, in castello Lucullano pr[æ]mans S. Victoris Episcopi mausoleo, quod prædicta fœmina condidit, collocatum est: quâ celebritate multi languoribus diuersis afflicti, quos recensere longum est, recepere protinus sanitatem. Inter quos quædam venerabilis ancilla Dei, Processa nomine, ciuis Neapolitana, cùm grauissimum agritudinis pateretur incommodum, sancti funeris prouocata virtutibus in itinere properanter occurrit; & ingressa sub vehiculo, quo corpus venerabile portabatur, statim carnit omnium languore membrorum. Monasterium igitur eodem loco constructum ad memoriam Beati hactenùs perseuerat: cuius meritis multi obsessi dæmonibus sunt curati, & diuersis obstricti languoribus receperunt ac recipiunt, operante Domini gratia, sanitatem: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Habes, egregie Christi minister, commemoratorium, de quo opus efficias cum magisterio fructuosum.* hactenùs Eugipius, qui scripta omni fide eiusmodi de rebus gestis S. Seuerini tractationem misit (vt suâ epistolâ præfatus est) ad Paschasium Romanæ Ecclesiæ diaconum, cuius ad eumdem Eugipium reddita extat epistola: quod quidem viri clarissimi monumentum hîc tibi reddidi, grato accipies animo, cùm intelliges hunc illum esse Paschasium diaconum, cuius S. Gregorius in Dialogis miraculum recitat: cuius & extant libri duo de Spiritu Sancto. epistola autem sic se habet:

LI. PASCHASIVS DIAC. EVGIPIVM.

Domino sancto semperq; carissimo Eugipio presbytero Paschasius diaconus frater in Christo carissimus.

Dum Sanctos peritia tua facundiâ & otij felicitate, perpendens amaritudines, occupationesq; multiplices peccatorum, te tractare contemnis: pudoris iacturam dilectionis contemplatione sustinco. Direxisti commemoratorium, cui nihil possit adijcere facundiâ peritorum; & opus, quod Ecclesiæ possit vniuersitas recensere, breui reseasti compendio, dum beati Seuerini finitimas Pannoniorum prouincias incolentis vitam moresq; veros explicasti, & quæ per illum diuina virtus est operata miracula diuturnis mansura temporibus tradidisti memoriæ posterorum. Nesciunt facta priorum perire cum seculo: vt omnes præsentem habeant, & secum quodammodò sentiant commorari, quibus cum relatio peruexerit lectionis. Et ideò quia tu hæc, quæ à me narranda poscebas, eloquutus es simplicius, explicasti facilius: nihil adijcendum labori vestro, studio

nostro credidimus. Siquidem aliter audita narramus, aliter experta deprompsimus. Facilius virtutes magistrorum à discipulis exponuntur (quæ suggeruntur crebrius conuersatione docentium) diuinis charismatibus inspiratis sanctis bonorum mentibus extolendis.

LII. *Quantum gesta Sanctorum vtilitatis impertiant, quantum seruorum attribuant, quantum puritatis infundant: de hac re Apostolica vocis auctoritas latius innotescens* [a]: *Forma (inquit) facti gregi. & beatus Paulus Timotheo præcipit* [b], *formam esse Fidelibus. Vnde idem Apostolus* [c] *illorum catalogum summâ breuitate contexens, ab Abel incipiens, insignium virorum pergit narrare virtutes. Sic & ille fidelissimus Mathathias morti gloriosissimæ iam propinquans, filijs suis hæreditario iure sanctorum exempla distribuit: quorum certaminibus admirandis celebrijs excitati, animas suas pro legibus sempiternis sanctitatis seruore contemnerent. Nec paterna liberos fefellit institutio. Tantum enim profuerunt memoratis facta maiorum, vt apertâ fide armatos Principes deterrerent, castra sacrilega superarent, cultus aras, daemoniacas longè lateq; disturberent, ciuicamq; coronam, gestis decoratis prænubibus, splendenti patriæ prouiderent. Vnde & nos ornamentis sponsæ Christi quidquid fraterno ministerio prouidere gaudemus: Non quo vllis (vt credo) temporibus defuerit clarior vitæ morumq;, sed quòd domum magni Regis plurimorum vexilla trophæorum habere conueniat. Non enim vera virtus excluditur numerositate victorum, sed optatis successibus eatenus ampliatur.* huc usque in codice Pachasij diaconi epistola; quem illum ipsum esse, cuius S. Gregorius in Dialogis meminit, nomen, tempus, locus, & sacra functio docent.

[a] 1. Pet. 5.
[b] 2. Tim. 2.
[c] Hebr. 11.

LIII. GELASII RES GESTÆ. De cæteris ab eodem Gelasio rebus gestis hæc leguntur in libro de Romanis Pontificibus: *Huius temporibus inuenti sunt Manichæi in vrbe Roma; quos in exilium deportari præcepit, quorum quoque conices ante fores basilicæ S. Mariæ incendio concremauit. Hic sub Gesta Synoduca cum fletu & sub satisfactione libelli purgatum Misenum Episcopum reuocauit, quem & Ecclesiæ suæ restituit, qui peccauerat in causa Acacij & Petri. Hic fuit amator cleri & pauperum & clerum ampliauit. Hic liberauit periculo famis ciuitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia. Huius temporibus item venit relatio à Græcia, eò quòd multa mala facta essent à Petro & Acacio Constantinopolitano.* sed dicendum potiùs horum occasione patrata: nam hi iampridem decesserant. sicut & anteà factum esse constat, quod subdit auctor de Ioanne his verbis: *Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus Episcopus Catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam: quam beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit.* Sed & quod adiungit de Acacio & Petro tamquam viuentibus à Gelasio damnatis, procul abhorret à vero, vbi ait: *Ipsis temporibus fecit Synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit in perpetuum Acacium & Petrum, si non pœnitentes sub satisfactione libelli postulârent pœnitentiam secundùm huius imitatem primæ sedis Ecclesiæ.* hi enim iam damnati erant & vitâ functi. His addit auctor:

LIV. *Hic dedicauit basilicam sanctæ Euphemiæ martyris in ciuitate Tiburtina milliario vigesimo ab Vrbe: dedicauit autem & basilicas alias sanctorum Nicandri & Eleutherij & Andreæ via Lauicanâ ad fundum illa Pertusa* [*]. *Fecit autem & basilicam sanctæ Mariæ via Laurentinâ in fundo Crispini milliario ab Vrbe vigesimo. Hic fecit libros quinque aduersus Nestorium & Eutychetem, qui hodiè in bibliotheca & archivo Ecclesiæ continentur. Fecit & hymnos in modum beati Ambrosij Episcopi, item duos libros aduersus Arium.* cà nimirùm ratione, quòd regnantibus in Italia Gothis ijsdem quæ Arianis, hos voluit fidei veræ doctrina cõfodere, à quibus armorum potentiâ Catholici populi tenerentur oppressi. Sed addit: *Fecit etiam & Sacramentorum præfationes & orationes lauto sermone, & epistolas fidei elimato sermone. Multùm sub huius Episcopatu clerus creuit. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Februarium & Decembrem, presbyteros triginta duos, diaconos duos, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta septem, qui etiam sepultus est in basilica sancti Petri Apostoli vndecimo Kalendas Decembris. Et post obitum eius cessauit Episcopatus dies septem.* hactenùs ibi Anastasius.

[*] Petrosa GELASII SCRIPTA.

LV. Sic igitur eodem anno, vigesimo octauâ mensis Nouembris in locum Gelasij Papæ subrogatus est Anastasius Romanus ex Petro genitus in Regione quinta, Capuritani cognominata: cuius res gestas suis locis dicturi sumus. Porrò de tempore creationis Anastasij corrigendum est Marcellini Chronicon, cùm post annos duos sub Consulatu Ioannis Scythæ & Paulini eius in sedem ingressum ponit. ANASTASIVS PAPA.

Eodem quoque anno Palladius Antiochenus Episcopus moritur, cùm annos decem sedisset: in cuius locum eius Flauianus Iunior subrogatur, qui quidem pro Concilio Chalcedonensi aduersus Imperatorem & alios hæreticos stetit, cuius rei causâ meruit cum alijs Episcopis confessoribus exilium animo constanti subire: sed quando id contigerit, suo loco pluribus dicendum erit. modò verò ex Cyrillo hæc pauca de eius Orthodoxa fide promamus: *Postquàm autem* (inquit) *Flauianus quoque, qui post mortem Palladij Antiochena præsuit Ecclesiæ, eadem, quæ ij, nempe Elias Hierosolymitanus & Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, sentiebat, & in recta veraq; ratione ingrediebatur: non poterat amplius contineri ira Imperatoris, qui aduersus pietatem solùm erat fortissimus, nec ferre poterat eorum concordiam; sed efferatus, acri irâ percitus, vtroq; damnat exilio, &c.* At hæc de exilio Eliæ & Flauiani longè postea contigerunt, quæ suo loco dicentur. LVI. FLAVIANVS EPISCOP. ANTIOCHENVS.

Eodem ipso anno, nempe post biennium à legatione ad Gundebadum Regem Burgundionum, Epiphanius Episcopus Ticinensis ad Theodoricum Regem Italiæ pro Liguriæ populis iterum legatione perfunctus, ex hac vita migrauit. Rem gestam Ennodius Ticinensis narrat his verbis: *Cùm necdum biennio exacto, à deliberata quietis gremio, tamquam à portu cymba illatâ tempestate propellitur. Nam infirmis Ligurum & labantibus humeris vix ferenda tributorum sarcina manebatur. Rursus ad te, afflictorum consolator, adcurritur. Doceres frustra reddidisse patriæ vires, si illis in solo auito periclitantibus non adesses. Et quia apud te numquam fatigatus est, qui rogauit, suscepisti causam infelicium, & te promissis ad redditiua opera præparâsti. Rauennam pro nobis regem regaturus excurris. Quantas ibi, postquam Gallicana insignia effugerat, omnes cali, procellarumq; discrimina, adhuc quasi aut integer, aut valens corporis munitus exuperas! Numquam tibi ad officium animorum se membra quamuis inualida subduxerunt: frigus, pluuia, Padus, tempestas, naufragium, periculum, tonitrua, sine tecto mansio in ripis, cibus incertus, pene sine terra portus virtuti tuæ dulcia fuerunt & grata successui. Consolatus est de præsentia tui ille eminentissimus Rex, qui te videre ambienter optabat. Exposuisti necessitates nostras aduentu tui, antequàm diceres: & quales tecum habuisti lacrymas compulerunt, docuerunt superata discrimina. Ait vbi ad Principem ingressus est, ita loqui cœpit.* LVII. POSTERIOR LEGATIO EPIPHANII EPISCOPI TICINENSIS AD THEODORICVM REGEM ITALIÆ.

Solitâ, Rex venerabilis, mentem tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad postulanda necessaria, & vos ad tribuenda vsum informat. Lex tua est, ductor inuicte, misereri togatæ. Tu semper nutristi spem intercessionum impositarum, dum præsentium non resistis. viam supplicationi nostræ patefecit ad reliqua semper aditum vos beneficij fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. Futurorum quæstus est temporalis indulgentia. Boni Principis mos est cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tanquam ad stirpis suæ posteros transiturum. Nutantes domini hæc tantum, quæ accipiunt, diligunt: primis illa potiùs, quæ dimittunt. Sic terris semina parua committimus, vt multiplicata capiamus: Fœnus sine crimine sit triplicatum. boni Imperatoris est possessoris opulentia: Concede immunitatem anni præsentis Liguriæ: qui eos ab externis, qui supplicant, reduxisti. Quam vbertim præsentem natiuitatem habuerimus, clementia vestra astantes interroget: nemo illi mentitur. cui seruiunt, quicquid iuncant. LVIII. ORATIO ENNODII AD THEODERICVM REGEM.

Ad hæc Princeps: Licèt nos immanium expensarum pondus inclinet, & pro ipsorum quiete legatis indefinêter munera largiamur: tamen vis meritorum tuorum tractatibus nostris reuerenter interuenit. Opus est fieri quicquid iniunxeris: iuuat omne, quod præcipis: æstimamus enim compendijs nostris. Nihil tu quasi ex accidenti decreueris, qui habes in nobis plurima, quæ reposcas. Duas tamen præsentis indictionis fiscalis calculi partes cedimus, tertiam tantummodo suscepturi: ne aut erarij nostri angustia Romanis pariat maiora dispendia, aut supplicatio tua expectata patriæ gaudia non reportet. Taliter præfato Regi egit gratias summus Antistes; LIX.

à quo, *Vale dicens, abscessit*, &c. hæc Ennodius de legatione vltima Epiphanij; qui (vt idem auctor ait) regressurus in patriam Parmæ ægrotare cœpit, ac Ticinum perueniens septimo die decessit, anno suæ ætatis quinquagesimo octauo, cùm sedisset annos triginta, sederetq; cœpisset (vt diximus) anno Domini quadringentesimo sexagesimo sexto. Suffectus est in eius locum Maximus, qui adfuisse refertur Symmacho Papæ aduersus Laurentium schismaticũ. Extat eiusdem Ennodij oratio in laudem Maximi Episcopi, quæ incipit: *Prodit religiosa votum conscientiæ.* & quæ sequuntur.

IESV CHRISTI
Annus 497.

ANASTASII PAP. Annus 1. — ANASTASII IMP. 7. THEODORICI REG. 5.

I. LEGATIO AD ANASTASIO PAP. AD ANASTASIVM IMP.

QVADRINGENTESIMVS nonagesimus septimus Christi annus Anastasio Augusto iterũ Consule adnotatur: quo Anastasius Papa ipso sui exordio Pontificatûs, nihil antiquius habens, quàm succurrere periclitanti sub hæretico Principe Ecclesiæ Orientali, legationem ad eumdem misit, quo eum ad meliorem frugem reuocare, functi sunt amplissimâ hâc legatione præstantissimi viri, nempe Germanus Episcopus Capuanus sanctitate conspicuus, qui & sub Hormisda Pontifice iterũ eodem munere functus est, & Cresconius Episcopus Tudertinus vir planè egregius. Datæ ab ipso tunc litteræ ad Anastasium Imp. hactenùs integræ extant: reddemus hîc eas, quod ex eisdem, qui in hac legatione scopus Romani Pontificis fuerit, possimus apertissimè noscere. Sed antè illud monere debemus, toleratum hactenùs ab Apostolica sede Anastasium Imperatorem, eâ nimirùm spe, vt ad Catholicæ fidei, vnde aberrauerat, lineam reduceretur, & per eum Orientalis Ecclesia schismatibus & hæresibus lancinata, posset aliquo modo sanari. Ipsa autem epistola sic se habet:

Gloriosissimo ac clementissimo filio Anastasio Augusto Anastasius Episcopus.

II. EPISTOLA ANASTASII PAP. AD ANASTASIVM IMP.

Exordium Pontificatûs mei, primitùs oblatâ populis pace, pronuncio, & consequenter pro fide Catholica humilis pietatis tuæ precator occurro. In quo primum mihi diuinum fauorem propinquasse confido, quod nunc consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium præstat auxilium: vt sicut præclarum vocabulum, pietatis tuæ per vniuersas gentes toto Orbe perfulget; ita per ministerium humilitatis meæ (sicut semper est) sedes beati Petri in vniuersali Ecclesia assignatum sibi à Domino Deo teneat principatum: nec procter vnum mortuum diutiùs tunica illa Saluatoris desuper contexta per totum, malæ sortis patiatur incertum, quæ sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit: serenitate tuâ præcipuè Reipublicam gubernante, cui etiam in priuata vita tantum circa sinceram religionem studium fuit, vt (sicut fama certissima celebrauit) nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes præfixas à sanctis Patribus regulas Ecclesiæ custodisse dicatur: quod sanctum studium cum maiestate Imperij creuisse confidimus.

III. DE NOMINE ACACII ABOLENDO.

Legatione itaq; fungimur pro Christo, ne eos propter offensionem vel scandalum pattamini publicè nominari, quorũ merita vel actus illum iudicem latere non possunt, in cuius tam sunt iudicio constituti. Nec illic se poterit interserere in corpore morali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solùm confessio facit apertã merita singulorum, sed etiam silentij ipsum non poterit latere secretum.

IV.

Namq; & prædecessor noster Papa Felix & etiam Acacius illic procul dubiò sunt, vbi vnusquisque sub tanto Iudice non poterit perdere sui meriti qualitatem. Itaq; monente nos beatissimo Paulo Apostolo [a], ne quid sit in hoc offendiculum in Ecclesia, dum quod facere non possumus, de his, qui iam transierunt, iudicare conemur, obseruandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his, qui de rebus ad Deum solùm pertinentibus iudicare præsumunt: Nemo enim nostrûm sibi viuit, & nemo sibi moritur: siue enim viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus siue morimur, Domini sumus in hoc enim Christus resurrexit & mortuus, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus [c] ante tribunal Christi, scriptum est enim [d]: Viuo ego (dicit Dominus) quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaq; vnusquisq; nostrûm pro se rationem reddet Deo. Non [e] ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Monet igitur beatus Apostolus, ne de his nobis præsumamus iudicium, de quibus nemo potest melius vel verius iudicare, quàm Deus. ne sibi in hoc quisquam temerarios ausus vsurpet, & propter hoc pax & vnitas Ecclesiæ disipetur. Nam in regnorum libro dicitur [f]: Non quomodò videt homo, videt Deus: quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde. Item in Paralipomenon libro primo [g]: Et nunc ô Salomon, scito Deum patrum tuorum, & serui illi in corde perfecto & animo volente: quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnem cogitationem nouit. Item in Ezechiele [h]: Hæc dicit Dominus Deus: Sic dixistis, domus Israël, & cogitationes spiritus vestri ego noui. Vade & de Domino Iudice dicitur in Euangelio [i]: Sciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

[a] 1. Cor. 9.
[b] Rom. 14.
[c] 2. Cor. 5.
[d] Eccl. 45.
[e] Philip. 2. DIVINVM IVDICIVM OMNIBVS COMMVNE DOCVLOS FONIT.
[f] 1. Reg. 16.
[g] 1. Par. 28.
[h] Ezec. 22.
[i] Matt. 9.

Precamur itaq; clementiam vestram, vt specialiter nomen tacentur Acacij, & quod multis ex causis scandalum vel offendiculum Ecclesiæ concitaque, speciali appellatione taceatur: cùm (sicut diximus) in generalitate sacerdotum vniuscuiusq; meritum illum iudicem latere non possit, qui nouit, quid cuiq; tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. hæc quidem adeò vehementer inculcat Anastasius, quòd qui ex bona conscientia Acacium defenderẽt, nihil detrimenti in ipsum inferri ex sententia in eum lata à Felice Pontifice niterentur ostendere; nimirùm quòd cum diuersorum sint fora diuersa iudiciorum, iudicetque Ecclesia secundùm ea, quæ in Acta certâ probatione inducuntur, iudicet verò Deus secundùm illas, quæ latent in corde, cogitationes, ob id ex Ecclesiæ iudicio inferri diuino examini præiudicium non posse. Sicigitur Anastasius Papa apud Imperatorem de Acacij nomine abolendo, cuius causa schismate diuisi essent Orientales, instantiùs vrget, ostendens ex ijs, quæ ad iudicium Ecclesiasticum perducta sint, Acacium iure esse damnatum, cùm addit:

V.

VI. QVI LEGATI MITTANTVR.

Quantos verò excessus atq; præsumptiones habuerit Acacius, ne clementia tua suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Cresconio, vel etiam Germano fratribus & Coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus, clementiæ vestræ specialiter recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas defuisse videatur: ut pro diuina sapientia vestra perspicuè videre possitis, non superbiâ vel elatione sedis Apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis (quantum nos extra illud iudicium, quod solum fallere non potest, æstimamus) zelo magis Diuinitatis exortam.

VII.

[k] Prou. 10.
[l] 1. Cor. 3.
[m] Phil. 2.

Nos verò humiliter supplicantes, controuersiam in Ecclesia remanere nolumus, cùm magis vitanda contentio sit, sicut dicitur in Prouerbijs [k]: Odium suscitat contentiones: omnes autem, qui non contendunt protegit amicitia. Nam & Apostolus ad Corinthios [l]: Cùm enim sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis? Item ad Philippenses [m]: Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si quæ viscera & miserationes: implete gaudium meum, vt id ipsum dicatis, omnes eamdem charitatem habentes, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam: sed in humilitate mentis inuicem æstimantes semetipsis superiores: non sua singuli respicientes, sed aliorum.

VIII. DE CAVSA ALEXANDRINÆ ECCLESIÆ.

Hoc tamen præcipuè instinuo serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili Auguste, vt cùm causæ Alexandrinorum statuerint possimus auribus vestris, ad Catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, diuinq; vestri monitu redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione Catholica secundùm definita Patrum & Prædicationem omnium sacerdotum, qui in Ecclesia floruerunt, si hoc quoq; præceperitis, scientibus in memoriam transmittendo renouabimus, ignorantibus ad discendum pro officio nostræ institutionis offeremus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia vel prauitatis audiatur.

IX. PARENDVM AB IMPP. PONTIFICIBVS.

Illud verò peculiariter pro amore Imperij vestri & beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro Apostolico officio prædicamus, vt (sicut decet, & Spiritus Sanctus dictat) monitis nostris obedientia præbeatur, vt bona omnia vestram Rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur [a]: *Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent ei feceris coram ipso, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem institiam eius: omnem infirmitatem, quam importaui Aegyptijs, non importabo in te: ego enim Dominus sum, qui saluum facio te. Et illic iterum tubâ potentissimâ canitur* [b]: *Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus vijs eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua custodire præcepta Domini Dei tui & institias eius, quæ ego mando tibi? Hæc me suggerentem frequentius non spernat, antè oculos habens Domini in Euangelio verba* [c]: *Qui audit vos, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui me spernit, spernit eum, qui me misit. Nam Apostolus concinens Saluatori nostro, ita loquitur* [d]: *Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum Sanctum suum in nobis.*

[a] Exod. 15

[b] Deut. 10.

[c] Luc. 10.

[d] 1. Thess. 4.

X. SACRAMENTA PER ACACIVM MINISTRATA TENENT.

Pectus clementiæ vestræ secretarium est publicæ felicitatis; & per instantiam vestram, quam velut vicarium Deus præsidere iussit in terris, Euangelicis Apostolicisq; præceptis non duræ superbiæ resistatur, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera, compleantur. Nam secundùm Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem sacratissimum seruitutis tuæ pectus agnoscat, quòd nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes siue Leuitas secundùm canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum (quod procul sit ab Ecclesia) siue ab adultero, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ per columbam sonuit, omnem maculam humanæ pollutionis excludit, quâ declaratur ac dicitur [e]: *Hic est, qui baptizat Spiritu Sancto & igne. Nam si visibilis Solis istius radij cùm per loca fœdissima transeunt, nullâ contactus inquinatione maculantur; multò magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nullâ ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas cùm fuerit sacrilegus atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissimâ voce: Scribæ (inquit* [f]) *& Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc totum cœlesti munere implente Diuinitatis effectu, ita ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat* [g]: *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaq; neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. A Deo autem non quæritur, quis vel qualis prædicet, sed quem prædicet: vt inuidos* [h] *etiam benè prædicare Christum confirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipse prædicare non desinit.*

[e] Matt. 3. Luc. 3.

[f] Mat. 23.

[g] 1. Cor. 3.

[h] Philip. 1

XI. REIECTIO ACTIONES.

Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus esse reticendum, malè ona ministrando sibi tantùm nocuit: non inuiolabile sacramentum, quòd per illum datum est, aliqui perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cùm ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa suspitio, vt imaginentur, prolato à Papa Felice iudicio, posteà inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse: ac perindè eos metuere, qui vel in consecrationibus, vel in baptismate ministeria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur. Meminerint in hac quoq; parte similiter tractatum prauales superiorem: quia non sine vsurpatione nominis sacerdotij adiudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysterijs, in hoc quoq; alijs rea sibi persona non nocuit. nam ad illum pertinuit, quod tuba Dauidica canitur [i]: *Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Nam superbia semper sibi, non alijs facit ruinam; quod vniuersa Scripturarum cælestium testatur auctoritas. sicut etiam per Spiritum Sanctum dicitur à Propheta* [k]: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Vnde cùm sibi sacerdotis nomen vendicauerit condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflictus est: quia non populus, qui in mysterijs donum ipsius fitiebat, exclusus est: sed anima sola illa, quæ peccauerat, iusto iudicio, propria culpæ erat obnoxia. quod vbiq; numerosa Scriptura testatur instructio. Vnde remotis hominum studijs, siue versutijs, in hac adhuc præsenti fragilitate positorum, secundùm preces nostras adnisu & auctoritate Imperiali offerte Deo nostro vnam Catholicam Ecclesiam & Apostolicam: quia hoc solum est, in quo non solùm in terris, sed etiam in cælo triumphare possitis.* Subscriptio.

[i] Psal. 87.

[k] Ps. 100

Omnipotens Deus regnum & salutem tuam perpetuâ protectione custodiat gloriosissime & clementissime semper Auguste. hactenùs Anastasius Papa ad Anastasium Imperatorē. Potrò Festum quoq; Patricium cū legatis Apostolicæ sedis profectum esse, libellus Apocrisariorum Ecclesiæ Alexandrinæ declarat, qui paulò pòst recitabitur.

XII. FESTVS PATRICIVS CVM LEGATIS PROFECTVS CONSTANTINOP.

Cùm hos suscepisset Apostolicæ sedis legatos Anastasius Imperator, benè illos habuit, detinuitque spe pacis vsque ad finem anni sequentis, dolosè molitus interea, si quo modo ad subscribendū Enotico Zenonis ipsum Romanum Pontificem posset inducere: quomodò autem id tentârit per ipsum Festum legatum anno sequenti, suo loco dicemus. Constat etiam Macedonium Constantinopolitanum Episcopum erga Romanum Pontificem fuisse redditum propensiorem; sed votis suis passum esse ipsum Imperatorem magnoperè aduersarium, quæ paulò pòst dicturi sumus, significabunt. Cùm verò per vniuersam Orientalem Ecclesiam innotuisset ab Apostolica sede legatos esse missos Constantinopolim pro pace Ecclesiarum concilianda: Apocrisarij Alexandrinæ Ecclesiæ egerunt id ipsum cum legatis Constantinopoli agentibus, nimirùm vt Ecclesia Alexandrina in communicatione Catholicam ab Ecclesia Romana reciperetur: libellumque supplicem ijsdem obtulêre legatis; quem adhuc integrū asseruatum in codice Vaticano sæpiùs citato, hîc describere, dignum duximus, quòd luculentā contineat rerum gestarum tractationem in his, quæ spectant ad epistolam S. Leonis Papæ ab interpretibus deprauatam: quibus videas & admireris, quantâ soleant arte hæretici suas hæreses honestare, & circumspectè vestire habitu Catholicæ veritatis: vt planè non adeò mirandum existimes, si ipsi errantes, in errorem traxerunt innumeram multitudinem. mos iste vetus hæreticorum, vt illud potissimum curent, vt comparatis vndique velamentis sub Catholici nominis inuolucro impietatem abscondant. Sed audi: ita libelli se habet inscriptio:

XIII. LIBELLVS EX PARTE ECCL. ALEXAND. AD LEGATOS ANASTASII PAPÆ.

Libellus, quem dederunt Apocrisarij Alexandrinæ Ecclesiæ legatis ab vrbe Roma missis ab Anastasio Papa.

Gloriosissimo atq; excellentissimo Patricio Festo, & venerabilibus Episcopis Cresconio & Germano simul cum eius potestate directis in legatione ab vrbe Roma ad clementissimum & Christo amabilem Imperatorem Anastasium, Alexandrinæ venerabilis Ecclesiæ Dioscorus presbyter, & Theremon lector responsis eiusdem Ecclesiæ seruientes.

XIV. DE CAVSA DISCORDIARVM INTER ROM. ECCL. ET ALEXAND.

Venerabiles sanctæ Ecclesiæ Romanæ vrbis atq; Alexandrinæ non solùm fidem rectam & immaculatam, ex quo salutaris eius prædicatus est sermo, sed etiam in diuino ministerio semper concordiam seruauerunt. Quippe cùm ab vno fuerit in vtrisq; tactum fidei fundamentum (Petrum memoramus beatum Apostolum, cuius per omnia sanctus Euangelista Marcus extitit imitator) ita vt si quando contigerit in rebus ambiguis quædam Episcoporum Concilia celebrari, sanctissimus is, qui Romanæ præsideret Ecclesiæ, reuerendissimum Alexandrinæ ciuitatis Archiepiscopum deligeret, vt sui curam loci susciperet.

XV.

Sed hostem humani generis, cui bona peiora sunt, qui in perniciem nostram impio semper furore grassatur, non piguit per satellites proprios Zizania inter vtrasq; conserere, vt tantæ vnitatis discordiam perpetraret. Nam Eutychete impiissimo contra fidem, quæ in beatissimis Apostolis prædicata est, sentiente & docere tentante, contigit per idem tempus sedis Apostolicæ Præsulem tunc Leonem litteras ad Chalcedonense Concilium destinare: quarum litterarum fuêre interpretes hi, qui cum Theodoreto Cyrorum ciuitatu Episcopo tunc fuerant Nestoriana hæresi sectatores: contraq; eam fidem, quæ à venerabilibus trecentis decem & octo Patribus est & edita, suprà memorate litteræ probantur existere, & non paruas occasiones his, qui eiusdem nefandissimi Nestorij blasphemias vindicant, præstiterunt; ita vt licentius astruerent eundem Nestorium minimè peruersa sensisse. His igitur causis Deo amabilis populus noster offensus est, & de Græca translatione arbitratus est in

Lati-

Latino quoq; sermone sensum contineri, ac sese ab vnitate Romanæ diuisit Ecclesiæ. Necnon etiam Romanum Antistes, existimans nos contra eam fidem, quæ tradita est à beatissimis Apostolis, constitisse, à nostra se communione suspendit.

XVI. DE LEGATIS ALEXANDRIÆ ROMAM MISSIS.

Verumtamen eius volentes satisfacere sanctitati, nos eam fidem tenere, quam princeps Apostolorum Petrus, cuius discipulus Marcus beatissimus crediderunt, & postmodum trecenti decem & octo venerabiles edidere Pontifices, legatos ad vrbem Romam nostra dirigere curauit Ecclesia. Sed ibi quidam ciuitatis nostræ repertum est à recta fide dissentiens, atq; ab ea ex causis quoq; diuersis alienus existens, qui hoc visus est perpetrare, ne vlla in suscipiendis legatis copia præberetur: qui nec ad faciem vsq; ad salutationis admissis sine aliquo effectu reuersi sunt.

XVII. DE LEGATIONE THESSALONICENSIS ECCLESIÆ.

Quæ verò ante non multum temporis Photinus religiosus diaconus sanctæ Thessalonicensis Ecclesiæ nobiscum de pace sanctarum Ecclesiarum verba conseruit, dixitq; se ante spatium parui temporis destinatum à sanctissimo Archiepiscopo Andrea Thessalonicensis Ecclesiæ ad Romanum Pontificem Anastasium: & affirmabat de hu, quæ nos vehementer offendunt, in translatione epistolæ sibi satisfactum fuisse à supradicto Præsule Romanæ Ecclesiæ, quòd scilicet in epistola translatione comprobarentur errores: ipsam verò Latinam epistolam iuxta fidem trecentorum decem & octo sanctorum Patrum editam constituisse. Insuper quadam vetulæ expersonæ eiusdem Antistitis fuisse narrata, quæ ad vituperationem eorum, quæ in translatione sunt indita, pertinerent: & ad illos, qui ea confingere tentauerunt, ad satisfactionem eorum, qui rectam fidem immaculatam q; custodire non negligent.

XVIII. DE REPVRGATA ET AD PVRVM RESTITVTA EPISTOLA S. LEONIS.

Quibus abundè sanatis, cupientesq; prisinam reintegrari concordiam: maluimus etiam à vobis, si vera sunt illa, quæ Photinus religiosus diaconus nobis retulerat, edoceri, vestraq; desiderauimus occurrere sanctitati, & de his omnibus habere colloquium. Verùm sanctitas vestra non semel, sed crebrò nos docere dignata est, in epistola interpretatione errores interfitos, non in Latino textu fuisse conceptos. Quapropter supplicauimus vobis, vt confessionem nostræ fidei susciperetis, pro qua venerabilis Ecclesia nostra legatione perfungimur; quam fidem etiam vbiq; sanctissimus Archiepiscopus intimauit, & approbantium accepit rescripta cunctorum. Quod si etiam vestram huic fidei sanctam Ecclesiam videritis congruere, nobis satisfieri iubeatis; vt sublatis è medio scandalis, ad prisinam tam Romana, quàm Alexandrina venerabiles Ecclesia redeant vnitatem.

XIX. PROFESSIO FIDEI EX PARTE ECCLES. ALEXAN.

Hanc autem fidei confessionem vobis obtulimus taliter continentem ex Euangelicis Apostolicq; præconijs; subpiratione diuinâ solam veram rectam q; fidem, quam trecenti decem & octo venerabiles Patres, qui in Nicana Synodo congregati sunt, ediderunt: quam & secuti sunt centum quinquaginta, qui ad vrbem regiam conuenerunt aquè venerandi Pontifices. Hanc etiam exequentes, qui Ephesi collecti sunt, Patres, annuente quoque sedis Apostolicæ Papa sanctissimo Cælestino, sacrilegum damnauere Nestorium, pœnam in eos, qui tentauerint fidem aliam statuere præsigentes: quem Nestorium nos quoque simul cum Eutychete contraria hu, quæ superius dicta sunt sentientes anathematis vltione damnamus, suscipientes duodecim illa capitula, qua venerandæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ quondam Archiepiscopus scripsit. Confitemur autem vnigenitum Dei Filium & Deum, qui secundùm veritatem factus est homo, Dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem Patri secundùm diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem ipsum secundùm humanitatem: qui descendit & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine Theotoco, hoc est, Dei genitrice, vnum Filium, non duos existere. Vnum namq; dicimus vnigeniti Filij Dei sine miracula, sine etiam passiones, quas sponte pro nobis carne sustinuit. Eos autem, qui diuidunt, vel confundunt, aut phantasiam aliquam introducunt, nequaquam omnino recipimus: quia incarnatio illa, quam Dei genitrix secundùm veritatem ex se edidit, augmentum filij non effecit: Mansit enim Trinitas, etiam incarnato, quod vnum ex Trinitate est, Verbo Dei. Hæc itaque scripsimus, non fidem nouantes, sed vobis causâ concordiæ satisfacere cupientes. Omnem autem, qui aliter sentit, scripsit, seu nunc, seu aliquando in quocumq; loco, vel in quolibet Concilio, anathematis pœnâ percellimus, præcipuè verò Nestorium & Eutychetem, vnumquemque, qui illis assentitur.

NVLLAM DE CONCIL. CHALCED. MENTIONEM HABENT.

XX.

Vestra igitur reuerentia suscipiens fidem nostram, hanc se Præsuli Romanæ Ecclesiæ Anastasio asserit relaturam; quem & paratum existere memorabat satisfacturum illis, qui fuissent à nobis hac causâ transmissi. Illud etiam asserebat, hanc fidem Dioscorum, Timotheum, Petrumq; sensisse nostræ quidem ciuitatis Archiepiscopos, nec deberi in Diptychis eorum nomina recenseri. Nos contra posscimus, aut quidnam aduersus eos, qui astruant, talesq; demonstrent, aut si non reperiuntur, qui eos conuincere potuissent. nobis pro eorum persona satisfacientibus acquiescant, demonstrantibus & approbantibus, quòd hanc fidem reuerint, docuerint, auctistq; quos informauerint, tradiderint præfati parentes nostri & Archiepiscopi Timotheum, Dioscorum, & Petrum. Vestra autem sanctitas tenuit dicens, non sibi fuisse præceptum ab Apostolica sedis Antistite de his facere quæstionem.

DE HIS, QVÆ GESTA ESSENT IN IPSOS LEGATOS.

XXI. HÆRETICI CONSENT, QVÆ RVNT SVBSCRIBERE APOSTOLICÆ COMMVNIONEM.

Huius rei gratiâ obtestamur vos coram magno Deo & Saluatore nostro Iesu Christo, qui de sancta & Dei genitrice Maria Virgine incarnatus & natus est, quiq; concordem glorificationem seruitutemq; Fidelium probat libenter & suscipit, & sanctis Angelis eius, per hanc eandem immaculatam, quæ de illo est, fidem, vt ad vrbem Romam faciente Domino, venientes, hanc chartulam afferatis Apostolicæ sedis Antistiti Anastasio, qua ex persona sanctæ Ecclesiæ Alexandrinæ vobis oblata est, vt eius sanctitati relegens, quæ sibi fuerint placita, seu litteris ad sanctissimum nostrum Archiepiscopum datis, seu per aliquem internuncium manifestare dignetur. Nam cùm à sanctitate eius fides recta fuerit seruata confessio, quæ est à beatis Patribus constituta, nos paratos existere profitemur ad vrbem Romam legatos, qui pro vnitate sanctarum Dei Ecclesiarum agere debeant, destinare.

XXII.

Confidimus autem in Domino nostro Iesu Christo, quod huic fidei eius beatitudo consentiens, iuxta illa, quæ in responsis sunt posita, velut proprios etiam nostros populos arbitretur, & pro eorum regimine solicitudinem gerat, cupiens secundùm Deum omnibus vtilis approbari. Exemplum autem huius chartulæ apud nos detinuimus, necesse habentes, si qua mora prouenerit, quò minùs sanctarum Ecclesiarum vnitas fiat, in illo gloriosso de cœlis aduentu Domini nostri Iesu Christi, cùm venerit iudicare viuos & mortuos, ante tribunal eius, vbi nulla est acceptio personarum, cum hoc assistere ad refellendum eos, qui sanctarum Ecclesiarum neglexerunt vnitatem. hactenùs hæretici Ecclesiæ Alexandrinæ, bis impij, dum sicut in sua fidei professione verbum nullum posuerunt de Synodo Chalcedonensi, ita nefandissimos hæreticos & sacrilegos Dioscorum, Timotheum, & Petrum volunt saluos, atque eorum nomina inter Diptycha recitari: ac proinde haud dubium digni, qui repellerentur ab Apostolica sede. Videre planè fuit restaurata antiqua, sed diuerso modo, figmenta diaboli: dum sicuti olim ad decipiendos Gentiles Ægyptios, intra parietes ornatissimè structos crocodilum, vel simiam, vel apin, aliudve monstrum exhibere consueuerat adorandum; ita modò ad seducendum populum Christianum Ægypti, sub specie quadam foris ostensa Catholicæ pietatis, inducit miseros ad hæresum monstra colenda, & ipsos nefandos hæreticos venerandos.

XXIII. a Theod. Lect. Collect. RES GESTÆ PER TESTVM PATRICIVM LEGATVM.

Sed quid interea laudabiliter egerit Festus Româ missus legatos ad Anastasium Imperatorem, audi: scribit enim de eo Theodorus Lector his verbis a: *Festus quidam Senator Romanus cùm ad Imperat. Anastasium propter quasdam ciuiles necessitates missus, ad Imperatorem venisset, adhortatus est, vt in merita, coryphæorum Apostolorum Petri & Pauli multa cum reuerentia & veneratione celebraretur. Quamuis itaque & anteà celebrata esset; tamen ex petitione Festi multò amplius & splendidiùs panegyris illa celebrari cœpit.* Simulac enim aduersari cœpere, Constantinopolitani Antistites Apostolicæ sedi, ipsi Ecclesiæ Petri, & Petri successoribus Romanis Pontificibus, pariter & ipsius Apostoli Petri cultus Constantinopoli neglectus est, quem Festus Senator restituendum curauit. Mos iste hæreticorum, vt prælia primò aduersus homines ineuntes, in cœlites demùm illa conuertant: quo in genere cognoscas Nouatores audaciores, progredi pugnatores dum in Romanæ Ecclesiæ odium, non solùm Petri Apostoli cultum penitùs omiserunt, sed execrabilibus eumdem Nerone truculentiores confodere blasphemijs numquam cessant.

XXIV.

Sed perijt Theodorus: *Per hunc Festum Macedonius Episcopus Constantinopolitanus, Anastasio Romano Episcopo rationem reddere voluit: verùm ne hoc faceret, ab Imperatore est prohibitus. Festus verò (sicuti scribit) Imperatoris mandato pollicitus est.*

perſuaſurum ſe Romano Epiſcopo, vt Concordiæ Zenonis ſubſcriberet. Cùm autem Romam veniſſet, Anaſtaſium Epiſcopum mortuum reperit. hæc Theodorus, eademque Nicephorus [a]. Ex quibus ſatis apparet, Anaſtaſium Papam integrum ſincerumque in Catholica fide permanſiſſe: deceſſiſſe autem, antequàm à Feſto eiuſmodi perfidiæ tenderetur. Reditum autem legatorum in ſequentem annum fuiſſe productum, cùm iam Anaſtaſius Papa deceſſiſſet, ex modò dictis apparet.

[a] Nicepho. lib. 16. c. 31.

XXV. ANASTASIVS PAP. CATHOLICVS PERSEVERAVIT. [b] Tom. 1. Concil.

Porrò quantum attinet ad integritatem Anaſtaſij Papæ: haud inuidiam pati debet; quòd in illud inclinâſſe monſtrant litteræ Iuſtini Imperatoris, vt acquieſceret tolli tãtùm nomen Acacij, cæterorum autem, qui cum eo cõmunicâſſent Conſtantinopoli, non ſimiliter. Id enim Iuſtinus Imperator ad Hormiſdam Papam ſcribẽs teſtatur his verbis [b]: *Anaſtaſius religioſiſſimæ memoriæ veſtræ culmen Eccleſiæ palam aperte, conſtituit, cùm hoc idem ſcriberet negotium deceſſori noſtro, ſatis eſſe pacem affectantibus, ſi nomen tantum reiceatur Acacij. Ergo priora veſtra ſedis conſtituta ſequitur, qui non omnes memorias mortuorum iudicat contemnendas*, &c. hæc Iuſtinus Imperator. Cæterùm ſi attentiùs epiſtolam Anaſtaſij Papæ ad Anaſtaſium Imperatorem: etſi in ea de Acacij tantùm nomine habita videatur mentio; nihilominùs de cæteris cum Acacij nomine communicantibus nequicquam viſus eſt decreuiſſe; ſed tantùm ſuggeſiſſe, ſe receptorum, quos baptizauit, vel ordinauit Acacius: quod Apoſtolicâ diſpenſando auctoritate fieri poſſe cognouit, cùm ſciret Gelaſium Papam ſe idem præſtiturum pollicitum eſſe.

PROBATA ANASTAS. PAP. IN FIDE ORTHODOXA PERSEVERANTIA.

XXVI.

Atverò nullam concordiam iniiſſe Anaſtaſium Papam cum Anaſtaſio Imperatore, ſed magis illum execratum eſſe, ſatis declarant litteræ apologeticæ ipſius ſucceſſoris Symmachi Papæ ad eumdem Anaſtaſium Imperatorem datæ, in quibus hæc leguntur [c]: *Dicis, quòd mecum Senatus conſpirante, excommunicaueris te. Iſta quidem ego: ſed rationabiliter factum à deceſſoribus meis ſine dubio ſubſequor.* hæc Symmachus Anaſtaſij ſucceſſor ad Anaſtaſium Imperatorem: quæ profectò tam liberè de prædeceſſoribus affirmare auſus non fuiſſet, niſi Anaſtaſij Papæ fides ſincera, atque in ea tuenda probata in omnibus fuiſſet ſacerdotalis conſtantia.

[c] Habẽtur to. 1. Bibl. ſanct.

XXVII. CONVINCITVR OBIECTIO IN ANASTASIVM.

Ex his porrò habes, vnde corrigas, vel quomodò ſanè intelligas, quod in libro de Romanis Põtificibus habetur his verbis: *Eodem tempore*, Anaſtaſij Papæ ſcilicèt, *multi clerici & presbyteri ſe à communione ipſius retraxerunt* *, *eò quòd communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum, vel presbyterorum, vel cleri cunctæ Eccleſiæ Catholicæ, diacono Theſſalonicenſi nomine Photio* *, *qui communionis erat Acacij; & quia occultè voluit reuocare Acacium, & non potuit: qui nutu diuino percuſſus eſt.* hæc ibi, quæ ſcias contra Anaſtaſium ſparſa eſſe à ſchiſmaticis Laurentianis [d]: de quibus ſuo loco dicetur. Et enim illum Photij cum Anaſtaſio conſuetudinis vſum in reſtituenda (vt vidimus ex libello Alexandrinorum legatorum) coſtrupta ab interprete Leonis Papæ epiſtola, in deteriorem aduerſarij acceperunt partem: cùm tamen ſequiſitum huiuſmodi Papæ officium nec hæreticis denegari poterat, dũ non aliud peteret, quàm vt depranata S. Leonis epiſtola vitioſa trãslatione, ex prototypo ab archiuo Eccleſiæ Romanæ petendo, in priſtinam germanitatem, integritatemque veterem redderetur.

* ejecerunt
* Photino
[d] Sabinus.

XXVIII. CVSTODITA AB ECCLESIÆ ROM. INTEGRITAS.

Cæterùm ſi contentioſè nimis quis aſſerere velit, Anaſtaſium propenſiorem fuiſſe in reſtituendo ſublato è Diptychis Acacij nomine, ſed morte præuentum id præſtare minimè valuiſſe: in hoc eſt quidem, quo magis magisque admireris Dei prouidentiam erga Romanam Eccleſiam, cùm tiranbantem Apoſtolicæ ſedi præſidentem Pontificem ex humanis antè ſubduxerit, quàm quod meditaretur, impleret, & anteà morte præreptum, quàm vel tentari poſſet à Feſto legato de ſubſcribendo Zenonis Enotico. Ita namq; ſæpè diuino conſilio, quo potiſſimùm Catholicæ fidei ſemper ſeruare conſueuit integritatem, factum ſcimus, vt quàm citiſſimè morte mulctatus ſit, qui in aliquod diſcrimen adducturus eſſet Catholicam Romanæ Eccleſiæ puritatem. Sunt de his plura exempla ſuis locis reddita, vel reddenda: quibus planè ſecundùm illud Dauidicum [d]: *Ecce non dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael.* noſcas Deo Romanam Eccleſiam curæ eſſe.

[d] Pſal. 120.

Eodem anno Athanaſius hæreticus Epiſcopus Alexandrinus, cùm ſediſſet annos ſeptem, defunctus eſt; inque locum eius illi non impar eſt ſuffectus Ioannes, planè diuerſus ab illo Ioanne Orthodoxo, de quo ſupra. De hoc autem habet hæc Liberatus diaconus: *Sic enim Athanaſio hæretico tempus ſui Epiſcopatûs complente, poſt eum ordinatur Epiſcopus Ioannes cognomento Mela, qui & ipſe ſecutus eſt Athanaſium prædeceſſorem, qui in edicto Vrſicini communicauit aliis ſedibus, id eſt, Conſtantinopolitanæ & Antiochenæ & Hieroſolymitanæ: in cuius Præſulatu dum Alexandrina Eccleſia diuiſionem haberet Dioſcoritarum propter Petrum Mogum, quaſi communicâſſet Synodo, etiam ipſe defunctus eſt tempore Macedonij Conſtantinopolitani Epiſcopi.* hæc Liberatus. Verùm calumnioſè quidem de trium ſedium Epiſcopis, nempe de Macedonio Conſtantinopolitano, Flauiano Antiocheno, & Elia Hieroſolymitano refert, recepiſſe Vrſicinum Zenonis; cũ apertè ſit demonſtratum hos eſſe profeſſos Chalcedonenſe Concilium. De ipſo autem Ioanne liquet fuiſſe hæreticum, aduerſatumq; ſacroſancto Chalcedonenſi Concilio: nam de eo eiusque ſucceſſoribus hæreticis Epiſcopis hæc Leontius habet: *Poſt Athanaſium Ioannes ſit Epiſcopus, rurſumq; Ioannes alter, inde Dioſcorus, & tandem Timotheus, qui omnes Vrſicini ſcriptum recipiebant, & Synodum anathematizabant.* hæc Leontius. at de his ſatis.

XXIX. IOANNES MELA ALEXAND. EPISC.

IESV CHRISTI
Annus 498.

ANASTASII PAP. Annus 2. ANASTASII IMP. 8. THEODORICI REG. 6.

QVi ſequitur annus Domini quadringenteſimus nonageſimus octauus, Paulino & Ioanne Scyrha * Cõſulibus Faſtis adjicitur, idemq; Eccleſiæ Romanæ funeſtus, ſciſſa eadem diro ſchiſmate ob Anaſtaſij Papæ ſucceſſoris creationem oborto. Hoc enim anno idem Romanus Pontifex, cùm ſediſſet annos duos minùs diebus ſeptem, moritur XVI. Kalend. Decembris. Rediens enim Fauſtus legatus Cõſtantinopoli poſt obitum Anaſtaſij Papæ, vt præſtaret, quod pollicitus fuerat Imperatori, ſuadere Romano Pontifici ſubſcribere Zenonis Enotico: cùm iam de id agendo cum Anaſtaſio ſpes omnis euanuiſſet; operam dedit, vt ſucceſſor crearetur, qui ad id præſtandum ſuaderi facile poſſet. Sic igitur ſtudijs eiusdem Feſti negotium agentis Anaſtaſij Imp. cùm conaretur aliquem ſubrogari Pontificem, qui eius votis annueret, reſiſtente verò maiori ſanioriq; parte Romani cleri atque Senatûs, eius rei causâ Eccleſiaſticum bellum conflatur: de quo antequàm agere aggrediamur, quæ ſunt reliqua Actorum Anaſtaſij Papæ dicamus. In dicto enim libello Romanorum Pontificum hæc habentur:

I. ANASTASIVS PAP. MORITVR. * Schyra

Hic fecit Confeſſionem beati Laurentij martyris ex argento, penſantem libras centum *. & inferiùs: *Hic fecit ordinationem* * octo *vnam in vrbe Roma per menſem Decembrem, creauit presbyteros* ginta *duodecim, Epiſcopos per diuerſa loca numero ſexdecim. qui ſepultus eſt in baſilica S. Petri Apoſtoli XIII. Kalendas Decembris, & ceſſauit Epiſcopatus eius dies quatuor.* hæc ibi. Fertur decretum nomine Anaſtaſij Papæ, cuius eſt exordium [e]: *Sanctè Theſſalonicenſes Epiſcopi*, &c. ſed quoniam in eo mentio habetur Timothei Epiſcopi Conſtantinopolitani, necnon Dioſcori Iunioris Epiſcopi Alexandrini, ad Hormiſdæ Papæ tempora & actiones referendum eſſe putamus; quod quidem miramur eruditos viros emendatores libri Decretorum Romanorum Pontificum præterijſſe: agemus de eo nos ſuo loco.

II. [e] 16. q. 7. & tom. 1. Concil.

III. SYMMACHVS PAPA CREATVR.

Quarto autem die ab obitu Anaſtaſij, nempe decimo Kalendas Decembris, Romæ in baſilica Conſtantiniana creatur Romanus Pontifex Symmachus natione Sardus,

patre

parte Fortunato: quo ité die in basilica sanctæ Mariæ Laurentius in schismate creatur Papa, idagente Festo Patricio in gratiam Anastasij Imperatoris, quòd sciret ab eo fore subscribendum Zenonis Enoticum. Res insignis turpitudinis, vniuersæ Ecclesiæ palam facta, ita describitur à Theodoro Lectore Græco auctore[a]: *Festus verò (sicuti fertur) elanculum Imperatori pollicitus persuasurum se Romano Episcopo, vt Concordiæ Zenonis subscriberet: cùm Romam venisset, Anastasium Episcopum mortuum reperit. Quapropter studiâ impendit, vt (quod quærebatur) quibusdam pratextibus subscriberetur. Multa enim pecuniâ corruptus, id perfecit, vt præter consuetudinem Episcopus quidam eligeretur, Romanus natione, nomine Laurentius. Ordinatur itaq; duos à pluribus quidem ex diacono ordinatur Symmachus, ab aliis verò Laurentius. Quorum gratiâ Romanæ edes, rapinæ, & alia innumera mala perpetrantur.* hæc Theodorus de schismate, malisq; inde secutis, & ad etiennium propagatis, vt ipse testatur. Quæ autem posteà contigerint, idem recenset, sed à nobis suo loco narranda: eadem quoq; Nicephorus[b] habet.

a Theod. Lect. Collect.

b Nicepb. lib.16.c.36

IV.

At non clerus tantùm, sed & Senatus Romanus ea de causa mutuis inter se discordijs rixisque certauit; partis alterius, nempe Laurentij, patrocinium suscipientibus Festo atque Probino potentissimis Senatoribus; alteri verò parti Symmachi videlicèt, Fausto Exconsule & alij Senatoribus fauentibus, quorum inter se conflictus ab Anastasio describitur: nos verò pro temporis ratione suis quæque reddemus locis. Haud enim anni vnius, sed plurium fuit eiusmodi in Ecclesia Romana certamen; quod sæpè consopitum, vehementiori eruptione recruduit. Parti quidem Laurentij additæ vires vehementer ex eo fuerunt, quòd idem habuit promotorem Pascha sium sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum, virum, qui tum ex doctrina, tum etiam ex vitæ sanctitate summam sibi gloriam comparârat; quo populus perfacile commoueri posset.

V. THEODORIC. REX DIRIMIT SCHISMA.

De rebus autem hoc anno gestis Anastasius Bibliothecarius ista habet: *Factâ contentione, hoc construxerunt partes, vt ambo Rauennam pergerent ad iudicium Regis Theodorici. Quidum ambo introissent Rauennam, hoc iudicium æquitatis inuenerunt: Vt qui primò ordinatus fuisset, vel vbi pars maxima cognosceretur, ipse sederet in sede Apostolica: quod tandem æquitas in Symmacho inuenit & cognitio veritatis, & factum est Præsul Symmachus.* hæc ipse. Vides, lector, quò necessitas impulit altercantes, vt ad sedandum repentinum ingruens malum, quo vniuersa Vrbs sanguine fœdabatur, subire iudicium Regis Ariani sponte delegerint: haud enim instans vrgensque ciuile bellum patiebatur, vt congregandi, more maiorum, Concilij tempus exspectaretur. Id quidem (vt dictum est) suasit, impulitq; importuna & malè suada necessitas legum nescia: cùm tamen eâ viâ repentinò compresso tumultu, datus est tandem locus cogendæ Synodi, de qua idem auctor ista mox subdit: *Eo tempore Papa Symmachus congregauit Synodum, & constituit Laurentium in Nucerina ciuitate Episcopum intuitu misericordiæ.* In ea quidem Synodo ab omnibus, qui interfuerunt, Episcopis cognitus & approbatus est Symmachus Romanus Pontifex. Sed de Synodo dicendum anno sequenti, quo celebrata esse cognoscitur.

NECESSITAS COMPVLIT SVB RE IVDICIVM REGIS ARIANI.

VI. SCHISMA AMBIGVITATE PERPLEXVM.

Turbulentissimus quidem hoc anno fuit status Romanæ Ecclesiæ, cùm & clerici inter se mutuò scissi certarent, & Senatores amplissimi ordinis magno periculo totius perdendæ Vrbis inter se inuicem obstinatis animis conflictarent: illud autem nutriebat incendium, quòd res nequaquam eo statu reposita esset, vt palàm omnino de alterius legitima electione constaret, quo de alterius intrusione certum quid patensque affirmari valuisset: adeò vt cuius essent potiora iura, videri potuisset aliquamdiu excusabilis ignorantia; atque venialis fuerit culpa, magis Laurentio studere, quàm Symmacho, vsque ad Synodi decretum, quo causa Symmacho adiudicata fuit. Quis enim in re tanta acquiescere iudicio sæcularis Principis eiusdemque Ariani cogi posse, sibi videri poterat? Posteà autem Episcoporum Synodali sententiæ non acquieuisse, graui culpa non caruit. At quid sanctus Gregorius Papa in suis Dialogis de Paschasio diacono eximiæ probitatis viro inhærente Laurentio, atque sub eiusmodi schismate tempore Symmachi Papæ defuncto narret, audiamus, vbi ait[c]:

c Greg. Dialog. lib. 4. c. 40.

VII. DE PASCHASIO DIACONO POENIS PRÆCOCIBVS MANDATO.

Cùm essem adhuc iuuenculus atq; in laico habitu constitutus, narrari à venerabilibus atq; scientibus audiui, quòd Paschasius huius Apostolicæ sedis diaconus, cuius apud nos rectissimi & lucidissimi de sancto Spiritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, elemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, quæ inardescente zelo Fidelium inter Symmachum atq; Laurentium facta est, ad Pontificatûs ordinem Laurentium elegit, & omnium post vnanimitate superatus, in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit, illum amando atq; præferendo, quem Episcoporum iudicio præsse sibi Ecclesiæ senserat.

VIII. QVOMODO PASCHAS. OBTINVIT VENIAM.

Hic itaq; cùm temporibus Symmachi Apostolicæ sedis Præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam dæmoniacus tetigit, statimq; sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episcopo (cuius superiùs memoriam feci) medicis pro corporis salute dissuadentibus, vt in Angulanis thermis lauari debuisset. Qui ingressus ecclesiam thermas, prædictum Paschasium diaconum stantem & obsequentem in calidis inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui ille respondit: »Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare: atq; in hoc cognosces, quòd exauditus sis, si huc rediens, me non inuenerit. Quæ dere vit Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed iam dictum Paschasium in loco eodem minimè inuenit. Quia nonnullis, sed ignorantiæ errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa elemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, vt tunc posset promereri veniam, cùm iam nihil amplius posset operari. hæc Gregorius: qui dum ait perstitisse in sententia Paschasium vsque ad diem exitus sui, excludendum intelligendum est: etenim omnium est receptum assensu, non posse in cœlum admitti, qui in terra se ab Ecclesia separauit. Grauis illa quidem Paschasij culpa fuit, quòd post receptum à sancta Synodo Symmachum in Romanum Pontificem, ei minimè communicare voluerit; veniâ tamen factus dignus, cùm in exitu ipso facti pœnituit.

IX. LONGINI MISERANDVS EXITVS.

Quod ad res pertinet Orientales: sub anni huius Consulibus meminit Marcellinus in Chronico de Longino Zenonis Imperatoris germano pœnas tandem Dei nutu exoluente omnium turpitudinum, quibus (vt diximus ex Suida) obrutus, sacra profanaque simul fœdauerat: *Hoc igitur anno* (inquit Marcellinus) *Longinus Isaurus, cognomento Selinuntem apud Antiochiæ Isauriæ ciuitatem à Prisco Comite captus, Constantinopolim missus est, catenatusq; per Agentem circumductus, Anastasio Principi, spectante populo, sceleris spectaculum fuit, variisq; deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem extensus est. Numnis verò, quos Romani Terentianos*[a], *Græci Folles vocant, Anastasius Princeps suo nomine signatos, placabilem plebi commutationem distraxit.* hæc Marcellinus. At de Follibus & Terentianis, seu potiùs Tertianis nummis nos superiùs plenius egimus.

a Tertianos

X. IOANNES SILENTIARIVS INNOTVIT.

Hoc eodem anno, sexta Indictione currente, innotescit in Palæstina magnus ille Ioannes anachoreta cognomêto Silentiarius, de quo superiùs dictum sub S. Saba in cognitum vitam exercuisse monasticam: cùm verò inuitus cogeretur eiusdem Sabæ patris iussu initiari presbyteratui ab Elia Episcopo Hierosolymitano; ne in sacerdotij iteratione sacrilegiũ patraretur, se iam Episcopum fuisse ordinatum coactus est eidem propalare: quod cùm & S. Saba diuinitùs cognouisset, ipso rogante, seorsum agere & silere permisit: ex quo factum est, vt Silentiarij fuerit cognomentum adeptus. Agebat autem hoc ipso Domini anno quadringentesimo nonagesimo octauo ipse Ioannes suæ ætatis annum quadragesimumquartum. Scripsit verò res ab eo præclarè gestas idem, qui scriptis prosecutus est Acta Sancti Euthymij Abbatis Cyrillus, vt ipse testatur, dum tradit se conuenisse ipsum Ioannem, & monasticæ vitæ institutum aggressum eo ille anno ætatis Ioannis (vt ait) nonagesimo, Christi verò quingentesimo quadragesimo-

quarto: idemq; (vt dictum est superius) vitam sancti Sabæ omni fide, diligentiâ, & integritate prosecutus est. His Deus lampades in tanta totius orbis Orientalis caligine voluit effulsisse; vt per vastum mare omni ex parte procellarum turbinibus agitatum essent, quæ portum tutũ ostenderent super pharum eleuatæ lucernæ.

IESV CHRISTI
Annus 499.

SYMMACHI PAP. Annus 1. ANASTASII IMP. 9. THEODORICI REG. 7.

I. CHRISTI annus quadringentesimus nonagesimus nonus vno Consule Ioanne Gibbo notatus ponitur à Marcellino & Cassiodoro: qui autem addit Asclepium, vnde acceperit, non habet, quo probet. Antequàm autem Consul Ioannes in Oriente creatus innotesceret Occidentalibus, siue alia de causa id accideret, post Consulatum Paulini præfens annus reperitur inscriptus, vt in Romano Concilio hoc anno primâ die Martij à Symmacho Romano Pontifice congregato, non à Theodorico Rege, vt perperam tradidit Theodorus Lector in Collectaneis: ipsa enim Acta Synodi id expressè declarant, quæ proximè recitanda sumus.

CONCILIVM ROMANVM PRIMVM SVB SYMMACHO.

II. Qui igitur potiori tempore, æquè iure potior, anno superiori declaratus est legitimus Roman. Episcopus Symmachus, mox ad Italiæ Episcopos litteras dedit, quibus ijdem quamprimùm ad Synodum conuenire iubebantur. Cuius quidem Synodi conuocandæ illud Symmachi consilium fuit, vt decerneretur legitimè creato Pontifici Vrbis Episcopatus; insuper, vt ab eadem canones sancirentur, quibus retunderetur procacitas ambientium: quod declarat ipsa Symmachi Papæ Archidiaconi ad Synodum prælocutio, quæ in eiusdem Concilij Actis, hoc præmisso titulo, legitur:

III. *Post Consulatum Paulini V. C. die Kalendarum Martiarum, in basilica beati Petri Apostoli, Synodo præsidente beatissimo Papâ Symmacho: Beatitudo vestra, directis ante hac per prouincias auctoritatibus, frequentem Italiæ sacerdotum Synodum conuocauit, quorum præsentia in vestru vrbetur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra, quæ ad Ecclesiasticas indemnitates, vel ad quietem totius Ecclesiæ pertinent, seu concordiam, digneturtractabiliter ordinare.* hæc præfato Fulgentio Archidiacono, secutæ sunt Synodi faustæ acclamationes Symmacho Papæ: quibus sæpiùs repetitis, idem Pontifex hæc ad eos: *Concilium dilectionis vestræ, neglectâ hyemis asperitate, solicitudo nostra pro Ecclesiastica indemnitate specialiter congreganit; vt Episcopalem ambitum, & confusionis incertum, vel popularem tumultum, quem per subreptionem diabuli vsurpatione aliquorum tempore creationis meæ constat exortum, communi atque pariter tractatu, in futurum possimus robustè ac vinaciter amputare.*

*vtracitet

IV. DE ORDINATIONE R. O M. PONT.

*quindecies

Acta, ideo cauemus ne posterum, ne subuersio disciplinæ, aut audacia præsumentium gestiat tentare simulia: & pari admonitione tractemus, expressa sententijs sancientes, quid circa Romani Episcopi ordinationem debeat custodiri. Vniuersi Episcopi vel presbyteri dixerunt: Vt fiat, rogamus: dictum est decies. Vt scandala amputentur, rogamus: dictum est nouies. Vt ambitus extinguatur, rogamus: dictum duodecies. Exaudi Christe: Symmacho vita: dictum est sexies. Cuius sedem & annos Deus conseruet & augeat: *dictum est quindecies. Vt de præsenti fiat: dictum est decies. Symmachus Episcopus dixit:*

V. *Quoniam fraternitas vestra curam prouisionis nostræ suis exhortationibus incitauit, & paruum circa Ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplatione animum præstat (sicut præfati sumus) deliberatione in præsenti habitâ quid placeat ex omnibus, vestris informate sententijs, quæ in hoc venerabili Concilio per Ecclesiastica recitentur officia. Cumq; surrexissent, & paulo post iterum consedissent, Æmilianus Notarius Synodi decreta vulgauit.* quæ sunt huiusmodi:

VI. *Propter frequentes ambitus quorumdam & Ecclesiæ nuditatem, vel populi collisionum (quæ molesta & iniqua incompetenter Episcopatum desiderantium generauit auiditas) vt extinguatur futuru præsumptio tam perniciosa temporibus: constituit sancta Synodus, vt si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papâ incolumi & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitacia promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragium polliceri, vel hac de causa priuatis conuenticulis cœtis, deliberare aut decernere: loci sui dignitate atq; communione priuetur. Vniuersa Synodus surgens exclamauit: Exaudi Christe: Symmacho vita: dictum est decies. Hic pax cum Symmacho: dictum est quindecies: Cuius sedem & annos: dictum est octies.* Hisque absolutis acclamationibus, hæc S. Synodus subiecit:

VII. *Pari sententiæ feriendo eum, qui hoc, viuo (sicut dictum est) Pontifice, quolibet modo fuerit ambisse conuictus, aut certè tentasse: omnibus pariter huius culpæ reis anathematis pœnæ plectendis. Symmachus Episcopus dixit: Ergo vniuersitati placet, quòd ab omnibus recognoscitur, vel probatur ista sententia? Vniuersa Synodus dixit: Placet: & quod omnibus placet, fiat.* Peractis his, aliam in hæc verba subiecit Symmachus rogationem:

VIII. DE ELIGENDO ROMANO PONTIF.

Si (quod absit) transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris (vt supra placuit) non posit antè decernere: si quidem in vnum totius inclinauerit Ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus Episcopus. Si autem (vt fieri solet) studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerserit; vincat sententia pluriorum: sic tamen, vt sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto iudicio de religione decreuerit. Synodus dixit: Placet. Dictum est decies. Quod audis, lector; prædecessorem de sui successoris electione decernere, non sic accipias, vt Romani Pontifices sibi ipsis subrogarent successores: numquam enim post Petrum id ab aliquo reperitur fuisse tentatum: sed quòd modestiæ causâ dignum putarent sede Petri, vt decedentis Pontificis de successore sententia rogaretur; quæ tamen ipsius Romanæ Ecclesiæ cleri consilio, num rata esset habenda, omnium rogatâ sententiâ, collatis suffragijs, scrutaretur. Adiecit porrò hæc Symmachus:

IX. PRAEMIA DE LATORIBVS.

Propter occultas autem fraudes & coniurationum secretas insidias, quas huius sententia districtionis consequitur. Si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationali probatione conuicerit; particeps actionis huiusmodi non solùm purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, subleuetur. Secutæ sunt hæc consuetæ acclamationes: confirmatisque decretis, adiecta est subscriptio septuagintaduorum Episcoporum, quæ singulorum expressa nominibus ijsdẽ subijcitur Actis: appositum item chirographum Romanorum presbyterorum numero sexagintaseptem, & diaconorum quinque.

X. Qui autem presbyterorum primo loco subscripsit, fuit Cælius Laurentius Archipresbyter tituli S. Praxedis: ille ipse, quem diximus creatum anno superiori in schismate contra Symmachum. Porrò in hoc ipso Concilio eumdem ordinatum Episcopum Nucerinum, habet Anastasius Bibliothecarius, *intuitu* (vtait) *misericordia.* Cùm verò hæc omnia Theodorico Ariano Regi Theodorus adscribat, procul à veritatis scopo aberrare, ipsa Acta declarant. Sed & decipitur, dum etiam Pontificatum Symmacho ab eodem confirmatum effutijt verbis iltis: *Theodoricus Afer* (ita pro Gotho) *Roma tunc temporis potens, licèt Arianus esset, collectâ Episcoporum Synodo, Symmacho Romanum Episcopatum confirmauit, Laurentium verò vnius ciuitatis nomine Nucerię Episcopum constituit.* hæc ipse, quæ cuncta ex certis germanisque eiusdem Synodi Actis corrigenda sunt. Non ante autem sequentem annum Romam venisse Theodoricum, ex Cassiodoro suo loco dicetur.

XI. SYMMACHVS PAPA ADMONIT ANASTAS. IMP.

His igitur de creatione Romani Pontificis à Symmacho ac vniuerso Concilio stabilitis, ad Orientalis Ecclesiæ turbines idem Symmachus Papa conuertit obtutum: & cùm diquandiu exspectâsset ab Anastasio Imperatore accipere litteras, quas consueuerunt omnes Christiani Imperatores ad recens creatum Romanæ Ecclesiæ Præsulem more maiorum dare, nec quicquam ab eo litterarum accepisset: ipse Symmachus ad eum scripsit, admonens, vt à communicatione & patrocinio hæreticorum

desi-

desisteret. Sed tantùm abest, vt Anastasius litteris Symmachi obtemperarit, hæreticosque à se dimouerit, vt etiam qui erant in Oriente Catholicæ communionis Antistites, & his subditi Orthodoxi, eosdè, immissis in eos militibus cogeret cum hæreticis communicare. Quid verò demùm his permotus idem Symmachus Papa fecerit, inferiùs suo loco dicemus. Ita quidem in deploratissimo statu collocatis rebus Orientalis Ecclesiæ, in dies magis magisq; collabentibus, nulla spes erat, vt more solito subleuandæ essent ope Romani Pontificis, à cuius se communione præciderant ob Acacium illi ipsi, qui ibi videbantur esse Fideles & defensores Concilij Chalcedonensis.

XII. BVLGARI INVADVNT THRACIAS.

Ita autem cum populo simul & Principe delinquente, Deus barbaros in eum monet. Hoc enim anno gens ignota nomine, ex intimis Borealibus finibus palabunda progressa, timenda cunctis, violento agmine sese infudit in Thracias. Fuerunt hi barbari, Bulgari nominati, de quibus Romanos superantibus ita sub huius anni Consulatu Marcellinus in Chronico: *Aristus Illyriciana ductor militia cum quindecim millibus armatorum, & cum quingentis viginti plaustris armis ad præhandum necessarijs oneratis, contra Bulgaros Thraciam deuastantes progressus est. Bellum iuxta fluuium Zurtam consertum, vbi plus quàm quatuor millia nostrorum aut in fuga, aut in præcipitio ripa siccæ & sine flumine interempta sunt. Ibique Illyriciana virtus militum periit. Nicostrato, Innocentio, Tanco, & Aquilino Comitibus interfectis.* hæc Marcellinus: sed qui ab eis victus est ferro Anastasius Imperator, auro hostem superare contendit, dum ingenti vi auri persolutâ, ad tempus grassationem illam à Bulgaris redemit.

XIII. TERRÆMOTVS IN PONTO

Additùr est ad vindictam, vt (quod Marcellinus tertur) magno terræmotu Pontica regio concuteretur. Quid autem mirandum tunc acciderit Neocæsareæ in Ponto ciuitatis, Theodorus Lector in Collectaneis [a] hoc dignum memoriâ affert: *Cùm Neocæsarea terræmotus aliquando futurus esset; miles quidam ciuitatem ingressus, duos mulieres inillam abeuntes, & alium quemdam post tergum istorum clamantem vidit, ac dicentem: Seruate domum, in qua theca est Gregorij. Et terræmotus factus est, ac maxima ciuitatis portio prolapsa domum verò Gregorij mirabilium patratoris seruata.* hæc Theodotus: quibus vides esse Deo curæ reliquias ac monumenta sanctorum virorum. Sic igitur frequentibus diuersisq; cladibus affligitur Oriens, quamdiu perfidia illic hæretica viguit.

[a] Theo. Collectan. l. 2. propè fin.

XIV. DEI MIRA PROVIDENTIA IN MODERANDA ECCLESIA CATHOLICA.

Sed antequàm vlteriùs te mœrentem tristi narratione perducam, hic, lector, paululum consistens, contemplare, rogo, præsentis temporis Ecclesiæ Catholicæ statum, quo (mirum dictu) nullus esset reperiri in toto terrarum orbe penitùs Princeps Christianus Catholicus: nam & qui velamento fidei Orthodoxæ diu latuit Anastasius Imperator, iam apertissimè cognitus hæreticus, Catholicæ fidei oppugnator: iustè meruit tandè à Romano Pontifice excommunicatione percelli, cùm ipse acerbiùs tâto accepto vulnere sæuijt. Quis ista considerans, animum nō desponderet, atq; putaret (cintillam fidei Orthodoxæ tot vndiq; è portis inferi sæuâ rabie erumpentibus ventis agitatam extingui?

XV.

At nequicquam timeas, sed potiùs velim exultes ad istiusmodi serium diuinæ sapientiæ ludum. *Ludit* quidem ipsa (vt Sapiens ait [b]) *coram eo omni tempore, ludit in orbe terrarum.* quo sic doceat mortales, non hominum arbitrio & humanæ potentiæ inniti, sed diuinâ prouidentiâ Ecclesiam regi, erigiq́ue demersam, secundùm illud prophetici de Domino dictum [c]: *In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursum adueniat.* ita namque velut ludo quodam tenebras absconsione lucis inducit: statimque aperiens manum, easdem reddità luce fugat. Etenim hoc ipso anno (quis credat?) quo tam densæ tenebræ operiunt vbiq́ue terram & caligo populos, in Gallijs planè diuinitùs nouæ lucis fulgidum sidus apparuit, cùm videlicèt Clodoueus ille magnus Franchorum Rex, de cuius regni exordio plura superiùs dicta sunt, illustratione sacri baptismatis filius lucis efficitur: Hoc ipso (inquam) anno, qui eius regni numeratur decimus quintus [d], à Sancto Remigio

[b] Prou. 8.

[c] Iob 36.

DE CLODOVEI CONVERSIONE.

[d] Hincm. in Vita S. Remigij apud Sur. tom. 1.

Rhemensi Episcopo ipsum esse baptizatum, qui res ab eo gestas sunt prosecuti, testantur. Quomodò autem Deus, qui [e] de tenebris fecit splendescere lumen suum, ipse illuxit in corde Franchorum Regis ad illustrationem Catholicæ fidei, antiquior cæteris historicis Gregorius Turonensis ita narrat [f]:

[e] 2. Cor. 4.

[f] Greg. Turon. de Gest. Franc. l. 2. cap. 30.

XVI. CLODOVEVS OPE CHRISTI SVPERAT ALAMANNOS.

Regina verò (Clotildis videlicèt fœmina Christiana, Clodouei coniux, de qua plura superiùs) *non cessabat prædicare, vt Deum verum cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad hæc credenda poterat commoueri; donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commouerētur, in quo compulsus est ex necessitate, quod priùs voluntate negauerat. Factum est autem, vt conflgente vtroque exercitu, vehementer caderentur, atq; exercitus Clodouei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis in cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis ait: IESV CHRISTE, quem Clotildis prædicat Filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamq; in te sperantibus tribuere diceris, tua opis gloriam deuotus efflagito: vt si mihi victoriam super hos hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat: credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim deos meos, sed (vt experior) elongati sunt ab auxilio meo. vnde credo illos nullius potestatis esse præditos, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere desidero, tantum vt eruar ab aduersarijs meis.*

XVII.

Cùm autem hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt. Cumq; Regem suum cernerent interemptum, Clodouei se ditionibus subdunt, dicentes: Ne amplius, quæsumus, pereat populus: iam tui sumus. At ille prohibito bello, contractoq; populo, cum pace requieuit, narrauit Reginæ, qualiter per inuocationem nominis Christi victoriam meruit obtinere. Insignis planè nobilisque ista de subactis Alamannis victoria fuit, vt ex Theodorici Italiæ Regis litteris intelligi potest, quas legatis dedit missis statim in Gallias ad Clodoueum, vt per eos eidem de victoria accepta gratularetur: ipsæ autem litteræ [g] sic se habent [h]:

[g] Apud Cassiod. Variar. l. 2. ep. 41.

XVIII. * Ludouico

Ludum [h] *Regi Francorum Theodoricus Rex.* sic namq; pro diuersitate nationum diuerso modo Clodoueum (vt diximus) inuenies appellatum.

Gloriosâ quidem vestra virtutis affinitate gratulamur, quòd gentem Francorum priscè ætate residem feliciter in nouæ præstia concitastu, & Alamannicos populos causis fortioribus inclinatos victrices dexteræ subdidistu. Sed quoniam semper in auctoribus perfidiæ resecabilis videtur excessus (quia ex primariorum plectibilis culpa omnium debet esse vindicta) motus vestros in fossis reliquias temperate: quia iure gratiæ merentur euadere, quos ad parentum vestrorum defensionem respicitis confugisse. Estote illu remissi, qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est, Alamannum acerrimum sic expauisse, vt tibi cum cogas de vitæ munere supplicare. Sufficiat illum Regem cum gentis suæ superbia cecidisse: Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim seruitio subiugatam: nam si cum reliquis confligis, adhuc cunctos superasse non crederis. In talibus causis accipe frequenter expertum: Illa mihi feliciter bella prouenerunt, quæ moderato fine peracta sunt. Is enim vincit assiduè, qui nouit omnia temperare: dum iucunda prosperitas illis potiùs blanditur, qui austeritate animi non rigescunt. Cedet itaq; suauiter genio nostro, quod sibi gentilitas communi remittere consueuit exemplo. Sic enim fit, vt & malis petitionibus satisfecisse videamini, nec situ soliciti ex illa parte, quam ad nos cognoscitis pertinere.

XIX.

Quocirca salutantes gratiâ, honore, & affectione, quâ dignum est, illum & illum legatos nostros ad excellentiam vestram consuetâ charitate direximus, per quos & sospitatis vestræ indicium & speratæ petitionis consequamur effectum. Quadam verò, quæ ad nos pro vestris vtilitatibus perueuerunt, per harum portitores verbo vobis insinuanda commisimus: vt cautiores effectu, optatâ possitis victoriâ constanter expleri. Vestra siquidem salus, nostra gloria est; & toties regnum Italiæ proficere iudicamus, quoties de vobis læta cognoscimus. Citharœdum etiam arte suâ doctum pariter destinauimus expectatum; qui ore, manibusq; consonâ voce cantando, gloriam vestræ potestatis obleclet. Quem ideo fore credimus gratum, quia ad vos cum iudicastis magno opere dirigendum. hæc Theodoricus ad Clodoueum Regem, qui datis antea ad eum litteris, citharœdum ad se mitti rogauerat; quem

ipse

ipse Theodoricus à Boëtio Patricio viro cùm alijs facultatibus, tum musicâ scientiâ disertissimo deligẽdum, scriptâ ad eum epistolâ[a], in mandatis dederat. Qui autem à tanta clade superfuerunt Alamanni, haud in Germaniam reuersi sunt, sed à Theodorico Rege in Italiam vocati, vt patet ex Ennodio, qui hæc habet in Panegyrico: *Quid, quòd ad te Alemanniæ generalitas intra Italiæ terminos sine detrimento Romanæ possessionis inclusa est? cui euenit habere Regem, postquàm meruit perdidisse. Facta Latialis custos Imperij semper nostrorum populatione, grassata, cui feliciter cessit fugisse patriam suam*, &c. Sed ad Clodoueum reuocetur oratio.

a Apud Cas. lib. 2. Epist. 40.

XX. His itaque de Alamannico bello feliciter confecto narratis, iam quæ sunt reliqua de eiusdem Clodouei Christianitate dicamus. Subdit autem ista Gregorius[b]: *Tunc Regina accersiri clam sanctum Remigium Rhemensis vrbis Episcopum iubet, deprecans, vt Regi verbum salutis insinuaret. Quem sacerdos accersitum secretiùs cœpit instigare, vt Deum verum factorem cœli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neque sibi, neque alijs prodesse possunt. At ille ait: Libenter te, sanctissime Pater, audiam: sed restat vnum, quòd populus, qui me sequitur, non patitur relinquere deos suos. Sed vado & loquor illis verba tuum. Conueniens autem cum suis, priusquàm ille loqueretur, præcurrente potentiâ Dei, omnis populus pariter acclamauit: Mortales deos abiicimus, pie Rex: & Deum, quem Remigius prædicat immortalem, sequi parati sumus. Nunciantur hæc Antistiti: quigaudio magno repletus iussit lauacrum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ Ecclesiæ, cortinis albentibus adornantur, baptisterium componitur, balsama diffunduntur; micant fragrantes odore cerei, totumq; templum baptisterij diuino respergitur ab odore; talemque ibi gratiam astantibus Deus tribuit, vt æstimarent se paradisi oris collocari.*

b Greg. Turon. de Gestis Francb. li. 2. c. 31. CLODOVEVS ET FRANCHI CONVERSI AD FIDEM.

XXI. *Rex ergo prior spopondit se à Pontifice baptizari. Procedit nouus Constantinus ad lauacrum, deleturus leprã ceteris morbum, sordentesq; maculas gestorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingresso ad baptismum, Sanctus Dei sic infit ore facundo: Mitis depone colla Sicamber: Adora quod incendisti: incende quod adorasti.* Erat enim sanctus Remigius Episcopus egregiæ scientiæ, & rhetoricis apprimè imbutus studijs, sed & sanctitate ita præclarus, vt Siluestri virtutibus æquaretur. Est enim nunc liber Vitæ eius, qui eum narrat mortuum suscitasse. Igitur Rex omnipotentem Deum in Trinitate confessus, baptizatus est in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, delibutusq; sacro chrismate cum signaculo Crucis Christi. De exercitu verò eius baptizati sunt amplius, quàm tria millia. Baptizatus est & soror eius Ablosueda; quæ non post multum tempus migrauit ad Dominum: pro qua cùm Rex contristaretur, S. Remigius consolatoriam misit epistolam, quæ hoc modò sumpsit exordium: *Angit me & satis angit vestræ causa tristitiæ, quòd bonæ memoriæ germana vestra transiit Ablosueda: sed de hac re consolari possumus, quia talis de hoc mundo migrauit, vt suscipi magis debeat, quàm lugeri. Conuersa est enim & alia soror eius Lanihildis fœmina, quæ in hæresim Arianorum collapsa fuerat: quæ confessa æqualem Filium Patri & Spiritum sanctum, chrismate est.* Hactenùs ipse de conuersione Franchorum.

c Apud Sur. tom. 1. die 6. Feb. S. Vedastus Remensis Clodouei Catechista.

XXII. His igitur à Gregorio de Clodouei & Franchorum baptismo narratis, iungenda sunt, quæ de sancto Vedasto Episcopo Atrebatensi Albinus Flaccus sanctissimi viri res gestas prosecutus recensetis his verbis[c] post relatam victoriam de Alamannis feliciter consecutam: *Hæc* (inquit) *accepta victoria, de qua antè diximus, Regi, populoq; suo causa fuit salutis æternæ, & ne lucerna* (sanctus Vedastus videlicet) *sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, ab errore idolatriæ & caligine ignorantiæ in viam plurimos educeret veritatis. Igitur superatis hostibus, & rebus cum pace compositis, & Alamannis sua subiectis ditioni, Rex ouans cum laude triumphi ad patriam rediit. Et vt fidelis tantæ sibi gloriæ largitori sponsor appareret, festinauit seruorum Christi sacra imbui prædicatione, & sancti baptismi ablui sacramentis. Venit autem ad Tullum oppidum, vbi sanctum agnouit Vedastum laudabili religione soli Deo seruire, & dulcissimos contemplatiuæ vitæ carpere fructus. Hunc verò ad sanctum Remigium Christi carissimum sacerdotem ad Rhemorum properans ciuitatem sibi socium assumpsit, quatenus per singula itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbuerentur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: vt paratus fide & virtutum scientiâ, à tanto Pontifice* (Remigio scilicet) *spirituali ablueretur lauacro, & ab illo donis cœlestibus confirmaretur, quod ab ipso diuinâ priùs proueniens gratiâ, Euangelicis cœptum fuerat prædicationibus.*

Hic ad fontem vitæ festinantem deducebat Regem: ille in fonte salutis æternæ venientem ablucbat: ambo propemodum pari pietate patres, hic doctrinâ fidei, ille baptismatis vndâ. Vtique æterno Regi Regem temporalem munus obtulerunt acceptabile. His sunt duæ[d] oliuæ, & duo candelabra lucentia, à quibus Rex præfatus in via Dei eruditus, miserante Deo, portam æternæ lucis ingressus cum fortissima gente Franchorum credidit Christo, & facta est gens sancta[e], populus acquisitionis, vt annuncientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Sacra igitur Euangelica auctoritatis narrat historia[f], Dominum Iesum Iericho pergentem, ad confirmanda fide sua maiestatis corda populi præsentis, cuidam cæco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, vt per corporale vnius cæci lumen spiritualiter multiorum illuminarentur pectora. Ita & sanctus Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam illuminationem cæci, fidem, quam verbo prædicauit, in corde Regis miraculo confirmauit: vt Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam cæco oculorum illustrationem: & quod diuina operata est gratia per preces famuli sui in oculis cæcâ nocte castigatis, hoc per sermones eiusdem famuli, eâdem operante potentiâ, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore perficeretur.

d Zach. 4.

e 1. Pet. 2.

f Luc. 18.

Nam regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maximâ populi, iter agentibus illis, venerunt in quendam pagum, qui incolarum terra illius consuetudine Vngise pagus dicitur, propè Reguliacam villam, quæ sita est super florigeras Axonæ fluminis ripas: Et dum eiusdem fluminis fontem Rege transeunte cum multitudine populi, obuiauit illi cæcus quidam, huius diuinissimæ solaris expers luminis, forte nec suâ cæcatus culpâ, sed vt manifestaretur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem plurimorum illuminaretur corda spiritualiter. Qui cùm intellexisset appropinquantibus, sanctum Vedastum Christi seruum in eodem iter agere comitatu, clamauit: Sancte & electe Deo Vedaste, miserere mei, & supernam pio pectore diligentiùs deposce potentiam, vt mihi subueniat miseriæ. Non aurum posco, nec argentum, sed vt mihi lumen per sanctitatis tuæ preces restituat oculorum. Sensit vtiq; vir Dei virtutem sibi adesse supernam: non ob illius cæci tantummodò curationem, sed plus propter præsentis populi salutem totam se in sacras effudit preces, in diuina fidens pietate: & dexteram cum signo Crucis posuit super oculos cæci, dicens: Domine Iesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cæci ad te clamantis, aperi oculos istius: vt intelligat populus iste præsens, quia tu es Deus solus faciens mirabilia in cœlo & in terra. Mox ille cæcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco, tempore sequenti, à religiosis viris ædificata est Ecclesia in testimonium miraculi istius, in qua orantibus & credentibus vsq; hodie beneficia præstantur diuina.

XXIII.

XXIV. CÆCVS ILLVMINATVR CORAM CLODOVEO.

Igitur Rex à viro Dei Euangelicis apprimè imbutus disciplinis, & hoc præsenti miraculo in fide firmiter confortatus, nihil moratus in via nihil dubitans in fide, sed magnâ alacritate animi, magnâ festinatione mentis sanctissimum Pontificem Remigium videre properauit; vt illius sacratissimo ministerio, Spiritu Sancto operante, in remissionem peccatorum & spem vitæ æternæ Catholici baptismatis vino ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus est diebus, vt Ecclesiasticis satisfaceret sanctionibus, & pœnitentia (secundùm Apostolicum præceptum) priùs ablueretur lacrymis, dicente beato Petro principe Apostolorum: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Iesu Christi: & in nomine sanctæ Trinitatis cœlestis mysterij baptisma susciperet. Sciens verò beatus Pontifex, Apostolum dicere Paulum[h]: Omnia vestra honestè cum ordine fiant: statuit diem, quo Rex intraret ad suscipienda diuinæ pietatis sacramenta. Quale fuit tunc sanctis Dei gaudium, qualis in Ecclesia Christi lætitia, cùm viderent Regem Numæ ad prædicationem Iona de solo maiestatis suæ descendisse, & in cinere sedisse pœnitentiæ, & sub pia Dei sacerdotis dextera suæ excellentiæ caput humiliare? hactenùs de his, quæ sacrum præcessere baptismum, Albinus. Laborasse etiam & quidè impigrè sanctum Solemnem Episcopum Carnutensem in conuersione Franchorum, auctor est Sigebertus[i].

XXV. CLODOVEVS PERVENIT AD S. REMIGIVM.

g Aster. 2.

h 1. Cor. 14.

i Sigeb. in Chron. ad ann.

Verùm

XXVI. Verùm præ cæteris S. Remigio conuersionis eius populi atq; Regis esse gloria tributa videtur, ipseque Francorum appellatus est Apostolus. Nam & Hormisda Romanus Antistes in litteris posteà ad eumdem sanctum Remigium, cùm eidem credidit vices suas, datis, quæ hactenùs extant, hæc habet[a]: *Vices nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filij nostri Ludouici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & Apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra conuertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti*, &c. hæc Romanus Pontifex. Sed & ipse Sanctus Remigius in testamento suo (vt dicetur) affirmat, diuino munere factum, vt ad conuersionem Franchorum plura signa faceret.

[a] *In Vita S. Remigij apud Sur. die 13. Ian.*

XXVII. DE MIRACVLIS S. REMIGII. Quod verò de miraculis plurimis Apostolicis temporibus æquiparandis tradit Hormisda editis ab eodem sancto Remigio, quibus Clodoueus & vniuersa gens Francorum Christianam fidem fuerint amplexati, hæc summatim in rebus gestis sancti Remigij scripta leguntur[b]: *Videntes, Franchi scilicèt idololatræ, miracula quæ fiebant per beatum Remigium, reuerebantur eum, & licèt Pagani, diligebant eum, in quo lux cœlestis gratia omnibus resplendebat: & Rex illorum libenter illum audiebat, & audito ea multa faciebat, & à multis nequitijs se cohibebat. Erat enim S. Remigius vir sapientia & sanctissimus, egregius rhetoricus, præclarus in virtutibus, cæcis visum restituens, mortuis vitam reparans, dæmonia ejiciens, omnium, infirmitatum languoribus medelam prabens.* & inferiùs de miraculo, quod diuinitùs editum est ante baptismum, hæc habet auctor Hincmarus.

[b] *Hincmar. in Vita S. Remigij apud Sur. die 13. Ian.*

XXVIII. *Cùm illi tres, Pontifex scilicèt, & Rex atq; Regina, dispositis sedibus consedissent, circumstantibus quibusdam clericis, qui cum Pontifice venerant, & familiaribus Regis atq; Reginæ, & sanctus Pontifex Regem monitis instrueret salutaribus, ac Euangelicis disciplinis imbueret: ad confirmandam veræ fidei prædicationem per sanctum depromptam Pontificem: etiam visibiliter ostendere Dominus voluit, quod cunctis Fidelibus promisit*[c]: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Repente, namq; lux copiosa totam repleuit Ecclesiam, vt claritatem Solis eminceret; & cum luce vox pariter audita: Pax vobis: ego sum, nolite timere: manete in dilectione mea. Et post hæc verba lux, quæ aduenerat, recessit, & incredibilis suauitatis odor in eadem domo remansit: vt patenter ostenderetur, illuc auctorem lucis & pacis atq; suauitatis venisse; quem nemo eorum, qui aderant, præter Episcopum, propter fulgorem luminis fulgore perculsi intueri valuerunt. Tantaque claritate gloria Pontificem sanctum perfudit, vt splendor ex eo procedens, plus conspicuam domum, in qua sedebant, redderet, quam lucernarum lumina ibidem lucentia. Rex autem & Regina pedibus sancti se prosternunt sacerdotis, & cum magno pauore & gemitu consolationem eius requirunt; & quid sibi ad vtilitatem atque salutem pertinens esset agendum, cum magna expetunt deuotione, parati audire & opere complere, quæ à sancto Pontifice discerent.* hæc secuta sunt sancti Remigij exhortatio & alia, quæ baptismum præcedere solent.

[c] Matth. 18.

LVX COELITVS CIRCVM PVLSIT EOS.

XXIX. DE AMPVLLA CHRISMATIS COELITVS MISSA. Quid rursum factum sit, Apostolorum temporibus (vt verbis vtar Hormisdæ) dignum miraculum, illud planè ingens recolitur tum ab Amonio, tum etiam ab Hincmaro eiusdem Rhemensis ciuitatis Episcopo, nempe ampullam chrismatis columbæ ore cœlitùs aduenientis allatam esse, quâ tum fons ipse more solito, tum etiam Rex Clodoueus sacratus est, cuius exemplo & reliqui omnes successores Franchorum Reges consueuerunt inungi. His tam ingentibus signis plane innotescere fecit Deus, quàm molis esset, vt Reges Franchorum cum populo suo Christianæ religioni adnecterentur[d].

[d] *Apud Sur. die 3. Ianuar.*

Baptizatus autem Rex (subdit Hincmarus) cum gente integra plurimas possessiones per diuersas prouincias sancto Remigio tam ipse, quam Franchi potentes dederunt: quas ipse per diuersas Ecclesias tradidit; ne Franchi eum rerum temporalium cupidum esse, & ob id ad Christianitatem eos vocâsse putarent, & fidem Christi ac sacerdotium vilipenderent. hæcille. Meminit ipse Remigius & de bonis datis ab eo ante baptismum (vt patet ex eius testamento) atque de alijs posteà impertitis. quamobrem iucundius erit hæc haurire ab ipso fonte: ex quo etiam illud accipitur memoriâ dignum, nempe ipsum Regem Clodoueum mox factum Christianum, cuncta, quæ fuerant belli tempore Ecclesijs ablata, restitui voluisse, addidisseque ipsidem alia magni pretij bona. Sed cùm primùm mentionem habeat de bonis donatis Ecclesiæ in Catriani sanctæ Genouefæ sanctissimæ virginis Parisiensis, de qua plura sunt dicta superiùs; hîc recensemus, quæ auctor Vitæ eius, qui hoc ipso vixit tempore, de eodem Clodoueo Ecclesiam erigente ait his verbis:

COLLATA A CLODOVEO S. GENOVEFÆ.

XXXI. *Gloriosa memoria Clodoueus Rex, qui ob eius amorem, in carcerem retrusis sæpè veniam dedit, & ob diuersa crimina animaduersione dignissima capite plectendos, in ipso propè carnificis ictu, supplicante pro eu Genouefa, absoluerat, basilicam mirabili opere exstruendam susceperat sanctæ virginis adhortationibus permotus: quæ posteà, illo è rebus humanis excedente, studio illustrissimæ Clotildis Reginæ coniugis eius mirificè adificata & exornata in sublime creuit fastigium triplici porticu insignita.* Superstes fuit hæc admiranda virgo diutiùs, vtpotè quam idem auctor propagâsse vitam dicat vltrà octoginta annos. Sed & quibus donis, quo sedulo studio, quantaq; reuerentiâ & officijs eam frequentârierit Clodoueus, præter illa, quæ dicta sùt, accipe ab ipso Remigio, cuius hæc ipsa sunt verba in testamento descripta, quod apud Brissonium quàm fidelissimè editum inuenies[e]:

[e] *Brisson. Formul. libr. 7.*

XXXII. *Crusciniacum verò & Faram, siue villas, quas sanctissimæ virgo Christi Genouefa à Rege Christianissimo Ludouico pro compendio itineris sui, cum Rhemensem Ecclesiam sæpissimè visitare soleret, adipisci promeruit, almonijs, ibidem Deo famulantium deputauit: sicut ab eo ordinatum est, ita confirmo, vt Cruscinia cus futuri Episcopi successoris mei obsequijs & sartis tectis principalis Ecclesiæ deputetur: Faram verò eidem Episcopo & sartis tectis Ecclesiæ, vbi iacuero, perpetualiter seruire iubeo.* Rursùm verò Gentilis adhuc idem Clodoueus complura contulit dona sancto Remigio, quæille (vt dictum est) ne offendiculum poneret Euangelio, omnia erogauit in pauperes, ipse continens nihil prorsùs ex eis accipiens. Quanta autem eidem sanctissimo sacerdoti Remigio pro rerum temporalium contemptu Deus rependerit ipsum hæc profitentem, in eodem ejus testamento mox ista subdentem attende, quæ & superiùs memorauimus:

REMIGIVS CVR ABSTINVIT A DONIS CLODOVEI.

XXXIII. *Ex quia ex omnibus Episcopis Galliarum pro fide & conuocatione Franchorum potissimùm me laborare cognouit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu eius, virtutis, diuina per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis Franchorum operari fecit: vt non solùm ablata omnibus Ecclesijs regni Franchorum restitueret, sed etiam de propria gratuita bonitate plurimas ditaret Ecclesias. Nec, priùs de regno eius quantum possus eſt pedis Ecclesiæ Rhemorum iungere voluit, donec vt hoc omnibus Ecclesijs adimpleret, obtinuit. Sed neque post eius baptismum, nisi Condiciacum & Iuliacum, super quibus idem dictus pater & vnanimis mihi Hlodoualdus & incolæ loci illius multiplicibus xenijs obnixè deprecantes, quod Regi debebant, Ecclesiæ meæ soluendum, me potere compulerunt: quod idem possimus Rex & gratanter accipiens, promptissimâ voluntate largitus est.* Addit & de alijs bonis in Aquitania & Septemannia* positis, ab eodem Rege Rhemensi Ecclesiæ dono datis, deque vasè argenteo decem librarum ipsi Remigio elargito, ex quo thuribulum & imaginatum calicem fieri debere iussit. Sed exigua sunt hæc respectu eorum, quæ alijs totius Galliæ donauit Ecclesijs. At de his hactenùs.

CLODOVEVS ABLATA ECCLESIIS RESTITVI VOLVIT.

* Septemannia.

XXXIV. ITERVM RECRVDESCIT SCHISMA. His autem de rebus Francorum gestis hoc anno narraris, tumultus Vrbani rursus Romam reuocant orationem. Etenim licèt conflatum schisma, per sanctam Synodum hoc anno (vt vidimus) Kalendis Martij celebratam, videri potuisset esse sedatum, acerbiori denuò conatu recruduit: non quòd ampliùs de illegitima electione fuerit negotium Symmacho ab aduersarijs facessitum: sed quòd calumniosè agentes, in eumdem maxima quæque crimina intulerunt, cùm & Theodorici Regis Rauennæ agentis auxilium in eumdem Symmachum implorârunt. Res autè gesta ab Anastasio Bibliothecario ita narratur[f]: *Post annos verò quatuor aliqui ex clero zelo ducti, & aliqui ex*

[f] *Anastas. in Symmacho.*

* infimulauerunt

SCHISMATICI VISITATOREM PETVNT.

Senatu, maximè Festus & Probinus incriminauerunt * Symmachum, & subornârunt falsos testes, quos miserunt Rauennam ad Regem Theodoricum accusantes beatum Symmachum; & occulte reuocauerunt Laurentium post libellum Romæ factum, & fecerunt schisma, & diuisus est iterum clerus: nam alij communicauerunt Symmacho, alij Laurentio. Tunc Festus & Probinus Senatores miseruæt relationem Regi, & cœperunt agere, vt Visitatorem daret Rex sedi Apostolicæ. Tunc Rex dedit Petrum Altinæ ciuitatis Episcopum, quod canones prohibent. hæc auctor, in eo tantùm mẽdax, dum quarto anno ab electione Symmachi ea facta esse testatur: ad quartum enim annum referenda est Symmachi facta in Synodo plenior purgatio, de qua suo loco dicturi sumus.

XXXV. Verùm hoc anno ista contigisse, cùm adhuc Theodoricus Rauennæ se contineret, quo libellus accusationum ad eumdem Regem missus habetur, Cassiodorus certissimam fidem facit, dum anno sequenti eiusdem Theodorici Regis Romam aduentum recenset. Quæ autem hæc secuta sint, dicemus anno sequenti. Porrò acerbiorem hunc iterum excitatum schismaticorum motum fuisse, ea, quæ in Palmari Synodo scripta leguntur, fidem faciũt, nempe spoliatum Symmachum Papam Ecclesiæ bonis. hæc namque in apologetico deplorat Ennodius verbis istis: *Quæ enim iudiciorum forma præcesserat, vt vobis hostiliter disruptis etiam per suggestionem vestram, sublatis Ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur effectus, dum alibi stru distributor egebat, & fieret in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus?* hæc ipse. Sed de his suo loco inferiùs.

XXXVI. Hoc eodem anno, post Consulatum Paulini videlicèt, exhibet nobis codex Arelatensis duas Symmachi Papæ epistolas datas mensibus Septembri atq; Octobri, ambasq; scriptas ad Eonium Episcopum Arelatensem, siue potius Cæsarium; quarum prior sic se habet:

* Cæsario

*Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.*

*Dilectionis tuæ litteras, mandatarij filio nostro Crescentio presbytero in nuncio deferente suscepimus, quibus constat Arelatensem & Viennensem Ecclesiam aliquod de ordinando Episcopo in vicinis ciuitatibus oriri luctamen: illâre videlicèt faciente, quòd decessor noster sanctæ recordationis Anastasius tractans confusionem prouinciæ, aliqua contra veterem consuetudinem iusserit obseruari, decessorum suorum videlicèt obstinationum (quod non oportebat) sub qualibet necessitate transgrediens. Nam dum ad Trium statu instar cuius vna est atq; indiuidua potestas, vnum sit per diuersos Antistites sacerdotium: quemadmodum priorum statuta à sequentibus conuenit violari? Huc accedit, quòd hæc sit sententiarum varietas * ad ipsam sacrosanctam Catholicam religionem credimus pertinere: cuius omnis potestas infringitur, nisi vniuersa, quæ ad inuicem sacerdotibus semel statuuntur, perpetua sint. Quod quàs contingere poterit, si successor decessoru actibus non tribuerit firmitatem, & roborando quæ gesta sunt, faciat rata esse, quæ gesserit. Quis enim Vicarijs beatissimi Petri Apostoli iudicabitur esse reuerentia, si quæ in sacerdotibus præcipiat, eisdem transeuntibus dissoluantur? Relegentes ergo veterum Antistitum super hac causa ordinationes, quibus Ecclesiasticus ingrauatur scrinium: dilectionem tuam enixissimè commonemus, vt in ordinando per singulas vrbes sacerdotibus cana ac reuerenda excetur antiquitas, nec nouella constitutio vetustæ sanctionis robur imminuat. quia non aliter inter vos poterit seruari concordia, nisi nouis cupiditatibus antiquitatis reuerentia modus prudentiori adhibeatur consilio. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Kalend. Octob. I. Term. P. C. Paulini Iunioris V. C.* posterior autem hæc est:

* Cæsario

*Dilectissimo fratri Eonio * Symmachus.*

XXXVII. *Mouit equidem nos, quod dilectionis tuæ relatio declarauit: namque * contra regulas Ecclesiasticis constituta, & aduersum reuerentiam canonum tractatum per subreptionem Viennensis Ecclesiæ Pontificis, sedi Apostolicæ dudum præsidente prædecessore nostro, se inculpabiliter aliqua meruisse; cum sit vera conquestio, effectum non possint impetrata frivole possidere, nec à nobis aliquid noui poterit ordinari, nisi quæ à Patribus prædecessoribusq; nostris in hac causa statuta clamarint. Tamen ne facile alterius partis absentia*

* incipe

præiudicabiliter videremur aliqua decreuisse, ad magnanimitatem ordinandum, vt fraternitas tua competenti tempore de Ecclesiastico ordine instructum non moretur & omni causâ dirigere, qui apud nos veritatem causæ competenter alleget; quatenus pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub deliberationis robore sentiatur. Illud etiam dilectionem tuam facere debere præcipimus, vt fratrem & Coepiscopum nostrum Viennensis vrbis Antistitem missio nuncio & scripturâ commoneat, vt constituto diebus in quoq; hominem proprium dirigat, qui partis eius allegationes competenter insinuet: vt depromotis ab vtraq; parte suggestionibus securius quæ in perpetuo seruanda sint, disponantur. Quia semper suspectus iudicatur, qui sub vnius quod videtur eligit deploratione sancire. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Data sub die III. Kal. Nouemb. P. C. Paulini V. C.

IESV CHRISTI
Annus 500.

SYMMACHI PAP. Annus 2. — ANASTASII IMP. 10. THEODORICI REG. 8.

I. ADVENTVS THEODORICI REGIS IN VRBEM.

QVINGENTESIMVS voluitur Christi Redemptoris annus, Patricio & Hippatio notatus Consulibus. *Sub quibus* (inquit Cassiodorus) *Rex Theodoricus Romam cunctorum voto expetitus aduenit, & Senatum suum mirâ affabilitate tractatus, Romanæ plebi donauit annonas, atq; marandis mœnibus, deputata per annos singulos pecuniæ quantitate, subuenit. Sub cuius felici Imperio plurima renouantur vrbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia; magnisq; eius operibus antiquæ miracula superantur.* hæc Cassiodorus. dicemus autem de ædificijs à Theodorico erectis opportuniùs in eiusdem Regis obitu: sed modò de eius in Vrbem aduentûs occasione, turbationeq; Romanæ Ecclesiæ nobis agendum erit.

II. SYNODVS ROM. II. CVNDA SVB SYMMACHO PAPA.

Meminisse debemus, anno superioti, cum adhuc Theodoricus Rauennæ esset, schismaticis rursum aduersus Symmachum insurgentibus, petentibusque Visitatorem in Vrbem mitti, qui accusationes in Symmachum allatas cognosceret, missum illuc ab eodem Rege fuisse Petrum Episcopum Altinensem: quem tantùm abfuit vt Ecclesia Romana susciperet, vt Regem in eumdem interpellaret; & postea congregato centum & quindecim Episcoporum Concilio, idem Petrus, qui iudicium sibi Romani Pontificis arrogâsset, fuerit condemnatus; simulque Laurentius, qui iterum à schismaticis fuerat reuocatus, eamdem sententiam damnationis exceperit. Hæc quidem hoc anno cœpta, duobus sequentibus ita transacta esse, Anastasius paucis his narrat [2]: *Eodem tempore beatus Symmachus congregauit Episcopos centum quindecim, & facta Synodo purgatur à crimine: & damnatur Petrus Altinas inuasor sedis Apostolicæ, & Laurentius Nucerinus, qui vivo Symmacho Episcopo peruaserunt sedem eius. Tunc ab omnibus Episcopis & presbyteris & diaconibus & omni clero & plebe redintegratus sedis Apostolicæ beatus Symmachus cum gloria apud beatum Petrum sedere Præsul.* hæc ipse, in vnũ conflans duarum Synodorum res gestas, quarum altera in basilica Iulij, altera in basilica Sessoriana habita est, prout quartæ sub eodem Symmacho Synodi Acta declarant.

[2] Anast. in Symmach

III. DE VISITATORE A THEODORICO MISSO.

At nobis singula ordine temporis, quo gesta sunt, recensenda erunt. Ex Ennodij diaconi apologetico tunc tẽporis edito sumenda est ipsa historiæ veritas & rerum gestarum ordo. Schismatici igitur à Catholica communione diuulsi, aduersus Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem, contra Romanum Pontificem à Theodorico Ariano Rege Visitatorem petière, eo falso prætextu, quòd facto suo teneri deberet Romanus Pontifex obligatus, vt qui Visitatores ad cognoscenda Episcoporũ delicta mitteret, ipse æquè Visitatorem & cognitorem suorum criminum subire deberet. Porrò Theodoricus Rex ad conciliandam Romanam Ecclesiam id fore necessarium ratus, Visitatorem misit, ita tamen, vt aliqua ex parte consultũ esset Pontificiæ dignitati: quamobrem in mandatis dedit Petro

Epi-

Episcopo Altinensi ad eius muneris functionē delecto, vt cùm Romam peruenisset, mox Pontificem Symmachum in basilica Vaticana consistentem conuenierit salutaret. Sed id aduersarij Symmachi, cùm in Vrbem venit, præstiti ab eo penitùs vertuerunt. Verùm audi de his iustas Ennodij querelas: qui primùm excusans Theodoricum de misso Visitatore, hæcait [a]:

IV.

Superest, vt hoc ipsum doceam in his excessibus, quod bono vniuersitatis contigit, non teneri: quia directum, non occasionem litis, nec fomitem iurgij, sed causam voluit esse concordiæ: præuidens scilicet, quòd nisi simplicem tutelam iussionum suarum vallaret, citò in escam diuisdij toxica vestra surreperent (scriptum est enim [b]: Vir simplex credit omni verbo) idcircò mandati limitem fixit, quem nullâ liceret transgressione violari. Præfatum, scilicet Visitatorem, ad beati Petri basilicam, mox vt Romam fuisset perductus, mandauit occurrere, Symmacho nempè, faciens de sacerdotis voto Regis Imperium. Quo enim non putaret Pontificem sponte parturum in ea parte, quam licere sibi Princeps non credidit, etiam si vetaret? Ibi, Papam ab eo salutatum, inste affari, vt traderet Cœpiscopis mancipia nullis subdenda tormentis, seruanda profectò ad disceptationem Synodalis examinis. & infrà: Boni enim prouidit Principis inquisitio, seruilem assertionem innocenti examine non probandam. In electione enim rerum randorum Iudicium ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad sternendum retulit accusatum.*

[a] Ennod. libel. pro Synmac. ca. 1. Conc. tom. 4.

[b] Pro. 14

V.

Videamus tamen ista si facta sunt, si Dei inimici etiam terreni domini non fuistis, dum Christum & Regem parili temeritate despicitis, & vnus vobis ad vtram que contumeliam ductus est criminum destinatus Antistes, ab ipso complenda iussionis confinio oris vestri sparis abripitur, & ad incentiuum confusionis aptatur. Quipaci militaturus aduenerat, Visitator ipse scilicet, inuisis beati Apostoli liminibus, ad suum furoris vestri, tam nescius sui, aduocatur: & illud, quod ex omnibus Orbis cardinibus deuotos attrahit, templum videlicet Apostoli Petri, positum in vicinitate transitur: Ecclesiarum fundamentum cùm adire non permittit structura meliocris, tunc spem bonorum fructuum perdidit à radice separatus. Dicatis forsitan, Apostoli gremio decerpi, si, putatur cœli ciuis terrarum locis includi. Tamen quamuis benedictio poscentibus vbique præstetur, & exigat præsentiam martyris fides & deuotio supplicantis: negari non potest, diligentia natali solo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur: quam fidem allegationi curationum multitudo iam præstitit, & vtitur post obsidionem diabolicam testibus iam sanatis.*

VI.

Intelligis, lector, quàm scitè & luculenter non aduersus schismaticos tantùm, quibuscum manus consertt, sed aduersus Nouatores hæreticos Ennodius argumentetur ex signis diuinitùs frequenter exhiberi solitis, tum in morbis curandis, tum in obsessis à dæmonibus liberandis, iure à Fidelibus frequentari limina sanctorum Apostolorum, licèt vbique locorum liberum sit vnicuique eos inuocare atque precibus frequentare? Sed pergit ipse in eadem sententia perstans: *Hæc licèt per Redemptorem nostrum in toto Orbe celebrentur: est tamen non modica monumenta illius per frequentiam comparata nobilitas: quia per eum, qui hominem mutauit in Angelum, illustrari potuit natura telluris. Hanc Visitatori vestro inuidistis gratiam; æstimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reuerenda Confessionis* penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium: Ecce post cœlestem commotionem inste vos & Principalis quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus, si super est aliquis de regulari propositione defensio.*

*passionis

VII.

Visitatores (inquiunt) & alijs Episcopis dedit ipse, nimirùm Symmachus: & iustum est, vt facti sui lege teneatur. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso; diu mendacij adherentia verba non arguo: Dico tamen, latorem iuris diffinitionis sue, nisi pelli, terminis non includi: & nisi Princeps sæstigij summa moderetur, frustra ad illud, quod dederit, inuocatur. Lex probitatis & mensura ad illud, quod dederit, inuocatur. Lex probitatis & mensura est; qua hominem viuentem sine lege castigat: propriè moribus impendit, quia necessitatis non debet disciplinam. Aliorum forte hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis apostolicæ Præsulis suo fine quæstionem reseruauit arbitrio: Voluit beati Petri successores cœlo tantùm debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite timere eas animas de inquisitione non habere formidinem, quas Deus præcæteris suo reseruauit examini. Dicis forsitan: Omnium animarum talis erit* in illa disceptatione conditio. Replicabo vni dictum [c]: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcumque solueris super terram, erunt solata & in cœlis. & rursùm Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis eius sanctam, toto Orbe venerabilem: dum illis* quicquid Fidelium est, vbique submittitur, dum totius Orbis caput esse designatur: de quo mihi videtur dictum per Prophetam [d]: Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram? & post nonnulla: Nolite Symmachum Papam pressuræ vestræ inuare: Si rem est, mihi credite, cùm cessauerit humana impugnationis ministerium, diuinum mox suscitabit arbitrium, &c. hæc & alia plura aureis notanda signis Ennodius aduersus schismaticos, qui ausi essent Visitatorem postulare à Rege contra Symmachum Romanum Pontificem. Sed rem gestam ordine prosequamur.

* erat

[c] Mat. 16

* illic

[d] Isai. 10.

VIII. CAVSA THEODORICI ADVENTVS IN VRBEM.

Cùm qui essent Romæ Catholici, & tuerentur causam legitimi Ecclesiæ Romanæ Pontificis, rei indignitatem cum iniquitate coniunctam exhorrescerent, missum nempe contra Symmachum à Rege Visitatorem, eundemque patri schismaticorum addictum: apud absentem adhuc Regem egêre, rogantes, vt sineret res Romanæ Ecclesiæ more maiorum absque ignominiæ nota tractari. Annuit ijs Rex Theodoricus: idemque considerans haud fore Synodum absque coërcitione securam, turgescentibus ódio aduersarijs; præsentiam suam dilatum hactenus, opportuno tempore Vrbi ciuili bello periclitanti exhibere, dignum necessariumque esse putauit. Sicigitur (vt vidimus ex Cassiodoro) diu expectatus, hoc anno tandem in Vrbem se contulit, conuocatis ibi regia munificentiâ populum atque Senatum. Quo autem exceptus honore, quantâ gloriâ comitatus, & à Senatu populoque Romano obsequijs frequentatus fuerit, ex his, quæ in rebus gestis S. Fulgentij Episcopi Ruspensis in Africâ leguntur, ex parte saltem aliqua intelligere possumus.

IX. S. FVLGENTII ADVENTVS ROMAM. [e] Vita S. Fulgen. apud Surium die 1. Ian.

Accidit enim hoc ipso anno, quo Theodoricus Romam venit, vt etiam S. Fulgentius visitaturus sacra limina Apostolorum ex Sicilia nauigaret in Vrbem, reperiretque nouo Regis aduentu populum exultantem, excipientemque magnâ pompâ ipsum Principem. hæc autem in rebus gestis ipsius quam fidelissimè scriptis ita narrantur [e]: *Occasione igitur nauigij felicioris inuenta, Romam venit, & auctorum secularium consono semper ore laudatam, caputq; mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in Vrbe maximum gaudium, Theodorici Regis præsentia Romani Senatus & populi lætificante conuentu. Vnde contigit, vt beatus Fulgentius, cui mundus fuerat olim crucifixus, post quam sacra martyrum loca venerabiliter circuiuit* omnes, serui Dei, quorum in hac vita notitiam capere potuit, humili obsequio salutauit, in loco, qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, Romanæ curiæ nobilitatem, decus, ordinem, & illustrium decoratum gradibus adsistere et; & fauores liberi populi castis audiens auribus, qualis esset huius sæculi pompa gloriosa, cognosceret.*

X.

Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque illis nugis secularibus superflua intellectus delectatione consentit; sed inde potiùs ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam vehementer exarsit, salubri disputatione præsentes sic admonens fratres: Quàm speciosa potest esse Hierusalem cœlestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria præstabitur Sanctis contemplantibus veritatem? Multa hu similia beatus Fulgentius illo die salubriter disputauit: & tam toto corde monasterium suum reuisere cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam nauigauit, vix credentibus præ nimio gaudio monachis suis, beatum rediisse Fulgentium. hæc ibi.

FVLGENTII REDITVS IN AFRICAM.

Iam tutum redditum erat commercium inter Africanos & Italos, cùm sanciuisset fœdus Rex Theodoricus cù Wandalorum Rege, à quo hactenùs frequentes fiebant in solum Italicum incursiones. Stabilita est enim inter eos pax fœdere nuptiarum, datâ ei in matrimonium Amalafridâ. De qua inita inter illos concordia hæc Ennodius in Panegyrico Theodorici: *Quid castigatas Vandalorum ventis*

parentibus eloquar depradationes, quibus pro annua pensione satis est amicitia tua? Euagari vltra possibilitatem nesciunt. Duce sapientia affines esse meruerunt, quia obedire non abnuunt. Hoc igitur Regum concordiæ commeatu Fulgentius ex Africa Romam, & inde in patriam remeauit.

XII. Porrò haud incognitus ab Vrbe Fulgentius discessit, sed probè notus quantæ esset sanctitatis atque doctrinæ, magnum sui reliquit desiderium, illis præsertim nobilissimis fœminis, ad quas posteà litteras dedit, de quibus suo loco dicturi sumus. Reuersus verò in Africam Fulgentius, arridente tunc temporis pace Ecclesijs sub Trasamundo Rege, monasticam, vt priùs, exercuit disciplinam, & eam in alios latiùs propagauit: quomodò autem post annos tres Ruspensis Ecclesiæ fuerit creatus Episcopus, sub loco dicemus.

XIII. Sub ijsdem Consulibus, Indictione octauâ, data legitur epistola a Symmachi Papæ ad Liberium Patricium de electo Episcopo Aquileiensi, præbentis eidem electioni assensum, extat eadem, sed sub titulo Ennodij inter ipsius Ennodij litteras perperam collacata.

a Habetur to. 1. Concil.

IESV CHRISTI
Annus 501.

SYMMACHI PAP. Annus 3. — ANASTAS. IMP. II. THEODOR. REG. 9.

I. VIXIT VSQVE LATVS ET LAVDE.

QVI sequitur annus Domini quingentesimus primus, Consulatu Auieni atque Pompei, tam à Cassiodoro, quàm etiam à Marcellino adscribitur Fastis. Fuit Auienus iste cognomento Faustus, cuius filius Auienus item dictus anno sequenti Consulatum gessit: Senior autem hic appellatus, qui ante annos decem Consulatu itidem functus est ordinario, idemque ex clarissima Scipionum familia oriundus, vt constat auctoritate Ennodij id asserentis in epistola ad Faustum Consulem, cuius est exordium: *Abundante Dei misericordia, &c.* vbi inter alia laudum genera: *Tu* (inquit) *per duratum pro auorum auorumq; Scipionum tramitem iam grandiorum penè præcedentium connexus lateribus ambulasti, ita vt sub coniunctione numquam interpolata felicitatis prodires* *. *Ad Auieni meî adhuc teneri virtutes pertinet, & tuo generi continuare fastes, & nostro reddere.* erat enim affinis Fausto Ennodius. idemque paulò pòst: *Illud tamen inter maximas Redemptoris nostri remunerationes credo numerandum, quod limen felicis infantiæ Consul meus cum honore sanctus ingressus est, &c.* hæc de Auieni Senioris Consulatu huius anni & Auieni Iuniorisanni sequentis retulisse voluimus; quòd contigerit secundum illud Prophetici b: *Generatio rectorum benedicetur.* Constat enim hunc Faustum Auienum aduersus Festum & Probinum potentissimos Senatores schismaticos pro Symmacho infatigabili studio laborâsse, atque tandem furentes aduersarios repressisse, superasseque.

* mordetes

b Psal. 111

II. Hoc igitur anno Ecclesiæ Romanæ status aliquantisper præsentia Theodorici Regis quieuit: schismatici enim vanam spem conceperant, fore, vt circumuentus falsis calumnijs Symmachus, fauore eiusdem Principis deponi posset: at vbi senserunt ipsum æqui amantissimum Regem nihil de causa Symmachi velle decernere, sed ex sententia Episcoporum, qui conuenerant, rem agendam; furore perciti ad violentiam conuersi, cædibus miscere omnia sunt aggressi, vt quæ dicentur anno sequenti, apertissimè declarabunt. Interea verò Rex Theodoricus, interpellatione Catholicorum & aliorum, qui erant in Vrbe, fauentium Symmacho Senatorum, de cogenda Synodo cogitat. Cùm verò satis sciret, haud suaue esse partium, Orthodoxos Antistites ad Synodum conuocare; non sibi plus æquo tribuens, regia incedens via, more maiorum, auctoritate in primis ipsius Symmachi Papæ id perficiendum curauit, ad ipsoque Pontifice literas ea de re ad Episcopos, vt se ad Synodum ex statutâ conferrent, dari voluit. Hæc quidem ita se habuisse, sequentis anni Concilij edita Acta significant, quæ suæ loco reddentur. Res planè digna memoriâ, cùm barbarus, Gothus, alienigena, hæreticus, Arianus Princeps, licèt importunis schismaticorum studijs & illiberabilibus eorumdem vrgeretur absultibus, reueritus tamen culmen Apostolicæ sedis, eius se potiùs protectorem, quàm persecutorem exhibuit, vt ipsa Acta Synodalia manifestant. Sic igitur Theodorici reuerenti præsentiam æstuantes furore schismatici hoc anno siluisse noscantur.

THEODORICVS DE SEDE APOSTOLICA BENE MERITVS

At quàm Theodorico dispar Anastasius Imperator, qui cùm se specie tenus Orthodoxum profiteretur, Dei Ecclesiam acerrimè impugnauit dolo agens & vi, omni denique conatu nisus, vt Catholicam fidem impietate conuelleret. Ipsum quidem per Festum Senatorem legatum auctorem fuisse Ecclesiæ Romanæ dissensionis & schismatis, quæ dicta sunt superiùs, satis docent: rem namque ex sententia sefore consecuturum existimauit, si aliquo modo sibi aliquando assentientem posset nanciscì Romanum Pontificem; quo vno aduersante, satis sciret omnes suos eludendos esse conatus. Hæc quidem in Romanam Ecclesiam: in Constantinopolitanam verò quæ hoc anno patrauit, omnem superant tragœdiarum casum.

III.

Qui enim hactenùs tolerâsset Constantinopolitanum populum sibi in his, quæ sunt fidei, aduersantem, quem & nouisset partibus studuisse Isaurorum, addictumque Zenonis Augusti cognatis: periculosam sensit, illis adhuc superstitibus, se iacturum aleam, si in ciues Constantinopolitanos vindictæ gladium, vt furor suadebat, exereret. illis verò penitùs è medio sublatis, Longino ipso Zenonis fratre iam haud pridem extincto, silentibusque vndique barbaris, summam illam tranquillitatem in ciuium cladem conuertit, haud diutiùs ratus impunitam populi sinere vagari licentiam, qua palam Imperatorem dicterijs & cuntumelijs insectabantur hæreticorum. delegat opus Vibis Præfecto, quem sæuissimum delegerat, Cõstantino. Quid autem iste molitus sit, rem grandem paucis Marcellinus absoluit sub huius anni Consulibus scelus immanissimum referens, quod sic se habuit:

IV. ANASTASIVS IMP. QUID IN CIVES COMIT.

Hoc namque anno, populus Constantinopolitanus professor Catholicæ fidei, idemque inhærens suo ipsorum Episcopo Chalcedonensis Concilij aduersus Imperatorem acerrimo defensori, cum ad spectacula ex more intuëda in theatro clausi essent inermes: repentè prosilientibus, qui eran in insidijs collocati, diuerso armorum genere trucidantur, enecatis ex ipsis vltra numerum trium millium, præter alios, quibus licuit acceptis vulneribus foras egredi, domumque repetere sauciatos. Felices omnes & inter martyres recensendi, nisi labefactati essent Acacij ipsorum antecessoris Episcopi communione. Ad hæc namque spectat, quòd posteà scribens ad Orientis Episcopos Symmachus Papa deplorat his verbis: *Nullus ambigat eadem nihilominùs esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt. De quibus mihi pariter ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui Apostolicæ sedi admonitionem negligendam esse credidêrunt, meritò inciderunt ea, quæ venire solent solatio destituto.* hæc Symmachus in epistola ad Orientales, de qua suo loco agendum erit. Et ipse Ennodius, vbi de Orientalibus hæreticis agit, hæc ait: *De his, quæ præfati sumus, notum est, quod in Constantinopolitana nuper Ecclesia fertur admissum: vnde patimur sine vocis vsura tristitiam. Qui enim oblatis remedijs non obedierunt, meritò nihil consolationis, tempore, quo præmebantur, non habuerunt.* Ad hæ pariter spectant, quæ Theodorus Lector de eodem vrbis Constantinopolitanæ Præfecto sic subdit c: *Contra seditiones populi, quæ contra Imperatorem in ciuitate fiebant, hac Anastasius Imperator excogitauit, vt Eparchus ciuitatis litanias populi sequeretur*, cum armatis militibus scilicet: *timebat enim zelum eorum, qui pro Quarta Synodo incursiones faciebant. Et hoc deinceps in consuetudinem abijt. Cùmics Macedonij Episcopi Constantinopolitanis Acolum quemdam subornarunt, qui gladio illum impeteret. Macedonius verò vt quam suetudinem suam ostenderet, munera Acolo dari præcepit. Talo quidetiam erga sacrilegos quosdam fecit.* hæc Theodorus.

V. QVÆ DIRA PASSI ORTHODOXI CONST.

c Theodor. Lect. Col. lect. lib. 2.

Vides ne tu lector (appello te) quanta pro religione, VI.

ipsa

ipsa Catholica fide, pro defensione, inquam, Quartæ œcumenicæ Synodi suscepta ab ijs fuêre certamina, exantlari immensi labores, sanguis pro fide fusus, mortesque adeò crudeles toleratæ: tanta hæc abiêre tamen in ventum absque corona martyrij & præmio confessionis, prorsusque inania reddita, non aliam quidem ob causam, quàm quòd schismate propter Acacij communionem ab Ecclesia Catholica & ab ipso eius capite Romano Pontifice scissi essent. Nullus est ausus Constantinopolitanorum Antistitum illic pro fide necatos inter martyres recensere, quos scissent non habuisse characterem scriptum in frontibus suis, quo & Ecclesiæ Catholicæ filij & Dei domestici dici meruerint. Vetus namque hæc præscripta inter Fideles regula est, vt qui nõ habent in terra Ecclesiam matrem, neque Deum habere possint in cœlo Patrem.

IESV CHRISTI
Annus 502.

SYMMACHI PAP. Annus 4. — ANASTAS. IMP.12. THEODOR. REG.10.

I. SECVNDVS post quingentesimum sequens Christi annus, Auieni Iunioris ac Probi signatus Consulatu à Marcellino & Cassiodoro notatur in Fastis: licèt in Synodalibus Actis loco Probi, Ruffus reperiatur inscriptus: Quo anno habita est Romæ Quarta Synodus sub Symmacho Papa: Quartam hanc nomenclator appellat, quæ tamen respectu aliarum præcedentium sub eodem Symmacho Synodorum Tertia dicenda esset: quæ enim ab eo tertia ordine ponitur, non fuisse Synodum per se distinctam, sed eius, quæ ab ipso Quarta dicitur, Actionem, ea, quæ hoc ipso anno inferiùs dicturi sumus, perspicuè demonstrabunt. Sic igitur ista, quæ Tertia, Quarta dicta est, eademque cognominata Palmaris: de qua antequàm agere aggrediamur, primùm omnium, vnde id fuerit consecuta cognomen, dicendum est. Atquè in primis non placet, quòd aliquis putauit textum esse deprauatum. Sed cur Palmaris? Numquid sicut apud Tullium[a] *sententia Palmaris*, ita & *Synodus Palmaris* à palma dicta? Cæterè quidem non abhorrere eam vocem ab huius sæculi nomenclaturæ vsu, ex Fulgentio huius temporis luculento scriptore dici potest, qui hæc habet scribens ad Monimum[b]: *Hanc etiam asseris hæreticorum esse quasi palmarem interrogationem*. hoc est, irrefragabilem, & paulò pòst: *Hac ergo sectantes hæretici, ea sibi quasi palmaria & inuicta videntur proponere, &c.*

PALMARIS SYNODVS VNDE DICTA.

[a] Cic. de natura deor. lib. 1.

[b] Fulgent. ad Mon. lib. 2.

II. Verùm quòd inusitatum fuit hactenùs, Synodum aliquam aliunde, quàm à loco, vel numero denominari: de loco ipso, à quo ita sit dicta, inuestiganda est ratio: Nam & fortasse accidit, dictam esse *Palmarem*, quòd ob schismaticorum grassationem hæc ipsa Synodus non voluerit in Ecclesia celebrari, sed opus fuerit eandem in Regia, siue Curia agi, quæ appellata est *Palmæ aurea*, de qua quidem hæc in rebus gestis sancti Fulgentij[c]: *In loco, qui Palmæ aurea dicitur, memorato Theodorico Rege concionem faciente, &c.* Est & mentio apud ipsum Theodoricum Regem in epistola[d] ad Albinum Patricium de domo *Palmata* dicta, his verbis: *Porrecta itaque supplicatione, testatus es, Curiæ porticus, quæ iuxta domum Palmatam posita, forum in morem areæ decenter includit, superimponendu fabricis licentiam condonari, &c.* At quoniam haud liquet apud Curiam hanc Synodum celebratam, magis autem apud basilicam sancti Petri, quo ab aduersarijs lapidibus imperus Symmachus se recepit, prout Acta ipsa significant: vt hæc Synodus Palmaris dicta sit, placet, vt eloco itidem deducto vocabulo à porticu illa S. Petri nomen acceperit, quæ Palmatia dicebantur, de qua Anastasius in Honorio Papa hæc habet: *In porticu B. Petri Apostoli, quæ appellatur de Palmaria, &c.* sed de nomine satis. His igitur elucidatis, iamad res gestas deuenimus. Verùm describendæ hic sunt primo loco Theodorici Regis literæ, & Episcoporum, & alia, quæ interuenerunt in hac causa, digna memoria monumenta, quæ Parisijs missa à nostro Nicolao Fabro, cui hoc nomine plurimum nos debere fatemur, accepta, ab antiquitate licet nõ nihil læsa, vt videre poteris, plurib⁹ locis corrupta, quæ coniecturis in margine positis sanari, si non penitùs, ex parte possint. sic enim se habent:

[c] In vita S. Fulgent. 19.

[d] Cassiod. Var. lib. 4. epist. 30.

Præcepto, qua missa est per Germanum & Caroſum Episcopos.

THEODORICI REGIS LITTERÆ AD EPISCOPAD SYNODVM. ROM. CONVOCAT.OS.

Dominis sanctis, & Venerabilibus patribus Laurentio, Marcellino, & Petro, & cunctis Episcopis in Vrbe residentibus Theodoricus Rex.

Vos quidem rem fecistis proposito congruentem, nos potius directo vestro secundo consulere, quam iudicium consilium *alterna facultatis imitatione disserere. ne dilectionibus vniuersis sub manifesta desertionis dispositione indicij maior vrbem regiam sed vitiosis moribus turba concuteret. Sed non optatum animum commisisse sancta congregatio examinationis sub hac protrahi dilatione negotium, nec* vniuersitas *animum grauius præiudicio pendere suspensum. Quia nec tranquillitati Vrbis desinitionem modus, nec sacerdotali proposito. Sententia potest conuenire discordia. Molesta igitur accepta confusione, quæ nata est* caterum *qua discessum, quia propter turbam, quæ aut casu vitio aliquo contigit, iterata quæ cœperunt relinquere iudicia. Quia tamen si discerni possit cogitassent, exemplo vestro in vrbe residere exspectantes de his, quæ illic facta de nostra prouidentia* ordinare remedium. *Cum in multas vias cogitatio nostra dispersa rit. Adhuc si* tramitem conscij cura conuertit, *vt rursum Calendarum Septembrium diem eundem censuerimus sacerdotum numerum conuenire, qui dudum fuerat conuocatus. Ergo in grabantis sanctitatem reliquorum præsentia conuenit operire, vt* cum *præsto tumultu & dissensione submota, quæ ab omnibus* certa *est ab omnibus causa peragatur. Nam* reuerendam, *quem admodum speratis non putauimus reuocandum esse Concilium, dum alterum labore,* dicerum permouemur ata e, *parati vt nisi secundo conuentu causa finem iudicium synodale posuerit iuxta desiderium vestrum, quos nos positis esse præsentes, occupationibus nostris Roma quietis amoris post positis, nos tum Romam Deo auctore veniamus, vt præsentibus saltem dobis citra confusionem, atque discordiam, secundum Dei timorem tanta causa terminum sortiatur. Vt non diutius vrbs regia turbarum tempestate fatigetur, sed vestri æquitate iudicij redeat ad quietem. Ne mora vobis videatur onerosa, fas est vestræ æstimare prouidentiæ, si quomodo sit, aut sub nostrorum temporum tranquillitate tolerandum, solutis ne in aliqua desinitione Concilio sub incerto Ecclesiam, sub hoc certamine Romanam perdere ciuitatem. alia manu, Orate pro nobis domini ac venerabiles patres. Datum sub die 5. Idus August. sed Ecclesia. Rufo magno, Fausto Iuuenio VV. CC. Coss.*

Senatus vel Marcellini Episcopi cum ceteris, & alia præceptio, qua data est per maiorem domus Regis.

Præcepto Regis 4. missa ad Synodum.

Flauius Theudoricus Rex vniuersis Episcopis ad Synodum conuocatis.

Roma Ecclesiæ pacem, Episcopo Symmacho criminosis propositionibus impedito sub ea, quam cernitis confusionem turba quamam non *magis potuit prouidentia nostra consulere, quam vt iuxta petitionem Senatus & Cleri, ad congregandos ex diuersis prouincijs causam renocare & Antistites, & de religiosa actione personam Sanctum facere.* Indicare Concilium, inoculus sunt dudum ab vniuersis Synodum destinatam, & conscientiæ nostra ad stipulatur oracula, quibus* solus integritatis affectum hoc ius Pontificibus commissum reuocatu, vt sub [illegible] modalis æquitate sententia, aut propter obiecta conuictus reatui subiaceret. Post huius modi constituta, quis finem tanto damnum dubitarit esse negotio? quis de tam numeroso Concilio sacerdotum magis nasci crediderit confusionis ambiguum? quid profuit* sine vita de prolixo itineris citra ad nos imposicitio negotio? quid tantarum Ecclesiarum absentibus sacerdotibus sitis se suspensum? quid peteret reliquum sit tanto exitum non datur impetrare conuentu. *Sed transacta sufficiant, quæ ad hoc tantum in memoriam satis est renocare,* quid desinat. *Bona est præteritorum recordatio, si quæ displicent secuta cura corruptionis emendet. Non saltem discedentibus aliquibus delato, negotio ad secundæ concordationis venientis repetita iudicia pro Fide, pro innocentia pro æquitate concordiæ remotis studijs aliquibus* dissentit integritas. *hoc petitione nostra Romanæ conseruet ciuitati, vt sacerdotali confideratione proposito delegato terminum detis sine contentione negotio,*

T. PRODO RICI REGIS LITTERÆ AD EPISCOPAD SYNODVM. ROM. CONVOCAT.OS.
*conciliũ
alienæ Facilitatis imitatione deserere,
*vniuersitatis
*grauiori
*ordinatione
*Ad hũc se
*cõpressio
*orta'
*Rauennam
*aliorum
hoc. ad. iecit Faber ex coniectura
*solids, vel solis
*quo desinant
*dissentiat

scientes examen vestrum de his securum esse iudicium. Cogitate matrem confusionis esse discordiam, & quemadmodum consensu dubia solidantur, ita etiam firma dissensione dissolui. Numquid laboriosa, numquid conscientiæ vestræ grauia, numquid inimica proposito ab Antistitibus suis pacem poscit Ecclesia, & ab his quibus * rationē regiones professionis vestræ cura debeat esse propensior, fidem tumultuosam expectat? intentio est vobis seruanda iustitiæ in cognitione libertas remotis omnibus occasionibus integro si vestræ voluntati obiectorum criminum causa examinare iudicium, dummodò studiosa certamine defendis amore, & omne confusionis ampuetur ambiguum maximè cùm hanc vobis pro religionis reuerentia consideratione iustitia nostra oracula tribuant facultatem, vt sicut vobis est inquirenda in hoc negotio voluntas & cura veritatis, personis omnibus illæsis constitutis, per quas potest fides rerum quæsita præstare, vos noueritis, & Deus quid in ipsa causa iudicare debeatis pacem modis omnibus Clero, Senatui, & Romano populo post iudicium reddituri, ne qua turbatio, nulla discordia in ciuitate remaneat, sine vltis vt quod propositum est transeat sine discussione negotium, vos sciatis, & Deus qualiter ordinetis, dum pax Clero, Senatui populoq; Romano sub vestra ordinatione reddatur. Ecce coram Deo & hominibus arbitrio vestro committentes vniuersa, conscientiam nostram, sicut decebat absoluimus, tantum est sub iusta ordinatione rem fuisse finitam, & ciuitatem redditæ * dissidentibus incidet. Neque enim tolerabile est ob hanc negligentiam regia ciuitatis amor quo tenemur admittit, vt rebus omnibus Deo auctore pacatis sola tranquillitate erigi, & in medio vbe confundi vt desideratur ciuilitas in archi latiora, quæ est sub hostium vicinitatis cura, & neq; omisisse videamur cum * necessitia crediderit is Episcopi Symmachi in cognitione præsentiam, Gudilam & Bedulphum sublimes viros, Maiores domus nostræ quos de præsente misimus cum Conzatrierno. Ne quid dubitationis habeat iussio nostra sacramenta præstabunt satisfacturi designatio Episcopus, quem admodum æstimauerit ordinatio vestra sufficerit vt vocatus ad Concilium, citra vrbem & molestiæ metu securus occurrat. Orate pro me domini sancti & venerabiles Patres. Datum sub die 6. Kal. Septemb. Ravenna.

* necessarium

EPISCOPORVM AD REGEM RESPONSIO.

Relatio Episcoporum ad Regem.

Agimus Deo gratias, qui tantum corda pietatis suæ commouet & gubernat & temperat, quando ab ipso venit quod clementia vestra * extra more suo præceptis ad nos moderantissimis per Maiores domus Gudilam & Bedulphum sublimes vestros missis ostendit. Sic enim mansuetos principes cæli Dominus fecit esse quos diligit, & quibus est propitiata diuinitas eb. in causis omnibus mandatis suis ordinat obedire quod est scriptum, dicente Deo: Sine me nihil potestis facere. Quod vtique, boni intelligendum est, Deo, nostro toto affectu & obsequio infusioni vestræ parere volumus, & ad Papam, qui impetebatur quater cum sacerdotes nostros ex * secunsanda Synodo direximus, vt ad iudicium conueniret. Sed occurrere se audientia nostræ penitùs non * posit statutus, mandans. Primo ad conuentum vestrum quando Romæ venistis, sine aliqua dubitatione properaui, & priuilegia mea voluntati regiæ submisi, & auctoritati Synodi dedi, sicut habet Ecclesiastica disciplina, restaurationes Ecclesiarum regulariter poposci: sed nullus mihi à vobis effectus est. denique cùm venire cum Clero meo crudeliter mactatus sum, vlterius me vestro exhibitui non committo. potestate Dei est, & Domini Regis quid de me debeat et ordinare. Post Episcopos tamen, qui maioris domus vestræ * illustris vero argenno direximus, cui quid responsi dederit sua suggestione renuntiat, & * in te manus tamen serenissimo Domno, quia nobis quid possimus facere non reminiscitur, non inutilem ad disceptationem nostram adducere possumus. Ipsi per canones appellationes omnium Episcoporum commisse sunt, & cùm ipse appellat * egerit faciendum: nec in absentem valemus ferre sententiam, nec contumacis locum deputare, qui se iudicibus occurrisse præclamat, maximè quia cum noua est res Pontificem sedis istius apud nos * adire, nullum constat exemplum. Voluimus quod restabat pacem iuxta præceptum & voluntatem reddere ciuitati, quæ res & propositio nostro amica est, & beatitudini vestrorum temporum congruebat. Qua * confusione tanta ciuitatu & geminus, & horrescimus. Ad amplissimum Senatum, collegasq; nostros secundum direximus, orantes ex verbis Apostoli, qui monet: Quod ex vobis est cum omnibus pacem habentes, non vosmetipsos vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est etiam: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus, nec admonitioni clericorum defuimus, quibus regulariter voluimus subuenire, qui etiam salutare monitum contempserunt, & ideò vestri erit * temperij nutu Dei Ecclesiæ restituere integratio-

* rationē

* necessarium

* sacrosancta * posse statuit,

* illustrē virum Argerium

* intimauimus

* ecquid

* audiit

* confusionē

* imperij metu

nem Romanæ ciuitatis, & prouinciarum quietem. Nunc rogamus vt infirmitatibus & * deunitatu nostra quod pij domini est, succurratis, quomodo calliditati secularis sacerdotum simplicitas non sufficit, & iam diutius nostrorum mortes & pericula propria Romani non possumus? sed concedente nobis optatissimo præcepto vestro, vt ad Ecclesias nostras liceat nos reuerti, quia post hæc quæ suggerimus, nihil est quod à nobis possit ordinari, optamus vobis dominepatri ceb.

Præceptio Regis Flauius Theudoricus Rex vniuersis Episcopis ad Synodum conuocatis.

Deuerat quidem beatitudinem vestram diuinæ considerationis reuerentia excitum iam finire negotium: vt vobis ordinantibus submoueri potuisset tanta de ciuitate confusio, maximè cum prætentis affectibus iussimus quemadmodum vestrum visum fuisset arbitrium, memoratum vos terminare debere certamen, dummodo sub iusta ordinatione finitum dissentientes vnitati & concordiæ redderetur, post quæ miramur denuò fuisse consultos cùm si nos de præsentia ante voluissemus iudicare negotio, habito cum proceribus nostris de inquirenda veritate tractatu, Deo auspice, potuissemus inuenire iustitiam, quæ non præsenti sæculo, nec futuræ forsitan displicere potuisset ætati. Sed quia non nostrum iudicauimus de Ecclesiasticis aliquid censeri negotijs. Ideoq; vos de diuersis prouinciis fecimus euocare, vt sub diuini timore iudicij, totius certaminis vobis disponentibus causa * transfierit, verbiq; nostra, Deo fauente, optata per vos concordia redderetur. Nunc verò eadem quæ dudum præsentibus intimamus oraculis, nō coram Deo & hominibus absoluentes, vt causam Dei, quam vestræ congregationi * amplissimam Senatus * pace clericis sperantes, commisimus, quemadmodum visum vobis fuerit * nec à nobis ordinis vestri expectetur forma iudicij, sed vos qualiter vultis ordinate, siue discussa, siue indiscussa causa, proferte sententiam, de qua estis rationem diuino iudicio reddituri, dummodò, sicuti sæpè diximus, hoc deliberatio vestra prouideat, vt pax Senatui populoq; Romano, submota omni confusione reddatur, ne qua, quod absit, post iudicium turba, aut aliqua remaneat in ciuitate discordia, sin autem secundum mandata nostra concordia sacratissimæ vrbi à vobis fuerit restituta: Tunc vniuersitas agnoscere potuerit iustum sacri ordinis vestri extitisse iudicium. Orate pro nobis domini sancti ac venerabiles Patres. Datum die Kal. Octob. Regum Synodi Ecclesiastici * vos ante agnoscite Regi.

Primò salutandi Episcopi, & dicendum eis causa, quæ agitur.

Si mihi visum fuisset, aut iustitia habuisset, vt ego debuissem adire cum Proceribus Palatij mei, potueram tractare quomodo & Deo placuisset, & posteritati ingratum non fuisset: sed quia causa est Dei, & clericorum: ideoq; modo ad petitionem Senatus vestri Clericis diuersis ciuitatibus conuenire Antistites * vt & Deo medio secundum quod legitur in Euangelio ex Apostolo ad Corinth. hoc sequamini. Si verò vobis visum fuerit sine discussione causam finire, aut discussam aut indiscussam, quemadmodum visum fuerit, iudicate; meam personam nolite metuere, redditurij rationem ante conspectum Dei, tantum vt Senatum, Clerum & populum pacificum dimittatis, & quod iudicaueritis scribatis. Nos autem hoc probabimus vos bene ordinare, si populo, Senatui, Clero pacem integram reddatis. Quod si minimè feceritis, ostendetis vos vni parti fauisse. Nullius ergo personam ante oculos habeatis, quamuis si ex vobis aliquis violenter vellet quæ iniusta sunt imponere, remissis rebus vestris iustitiam custodire debetis. Nam multi & vestra & nostra regionis Episcopi propter Dei causas, & de Ecclesiis vt de rebus suis iactati sunt, & tamen viuunt. Ego non solùm impono, sed etiam rogo, vt faciatis quæ Deus præcepit, & quæ legitis in Euangelio & Apostolo. Si autem discussu causam, vel sub aliquo colore melius causam iudicatis. Si autem indiscussum dimiseritis, datis exemplum sacerdotibus omnibus malè conuersandi. Hæc cùm diceret, proposuit similitudinem: Aliquando * Asparia à Senatu dicebatur, vt ipse fieret Imperator, qui tale fecerit dedisse responsum. Timeo ne per me consuetudo in Regno nascatur, * ita dico, vt modo ne irascantur sanctis Patres nostri, neper eos cùm non discusserint & ita iudicauerint, consuetudo peccandi omnibus sacerdotibus * generaliter. Item si voluerint discutere causam, vt secundi egrediatur, Arigersius, Gudila & Bedulphus sacramenta præstabunt. De arca verò vel de domo Lateranensi prout iudicatum fuerit, eadem Synodus reddat * de vindictam; quæ sperant discussionem si eis placuerit, aut ipsi vindicent, aut nos deputemus legibus exequantur culpas. hæc sunt quæ à Fabio nuper accepimus, iam quæ spectant ad ipsam Synodum prosequamur.

* finderunitati

ALIA THEODOR. REGIS AD EPISCOPOS LITTERA.

* transigeret u

* amplissimi *Cleri pacem spectantes * transigatis, ad fin. F.

* vocem

* iussu, addit F.

* Aspari

* mala, addit F.

* generetur.

* debitam quæ spectarat

Qui

III. ABSTINVERVNT EPISCOPI A CONVENTV DE SYMMACHI.

Qui ad Synodum tunc Romam vocati sunt Pontifices, & inter illos, qui sedium prærogatiua cæteris eminebant Laurentius Mediolanensis Episcopus, atq; Petrus Rauennas Antistes, cùm Romam se contulissent, ne in suspicionem venirent Symmachi causæ defensionis, qui conuocati fuerant Iudices cognitores, abstinuerunt se ab iusdem Symmachi consuetudine, non tamen à Catholica cõmunione, mentionem eiusdem facientes ex more in sacris. Docet hæc Ennodius in apologetico pro Quarta Synodo verbis istis: *Deinde per quæstionum torrentes venerabilem Laurentium & Petrum Episcopos à communione Papæ se suspendisse replicatis: & quòd prouidis cautio conuocatorum, ducetu oc[illegible]rmen impetriti. Vllo ne ergo tempore, dum celebrarentur ab hu sacra Missarum, à nomine eius commemoratione cessatum est?* Vnquam pro desiderijs vestris siue ritu Catholico & cano more semplenæ nominati Antistites hostias obtulerunt? &c. Vides, lector, *semiplenum* dici ab Ennodio *sacrificium*, in quo Catholicæ Ecclesiæ capitis commemoratio prætermittitur, pluraque subdit, quibus docetur, non præsentiâ corporali, sed animorum in vna voluntate coniunctione exteriori signo patefacta declarari Catholicam cum Romano Pontifice communionem; quâ tantùm abest, vt ijdem se abstinuerint, vt ea defensionis Apostolici culminis fibula sese arctiùs colligantes adstrinxerint. Qui enim ad Synodum venientes Antistites, visi sunt ad tempus prudenter à congressu Symmachi abstinere, in ipsa Synodo facti sunt ipsius & Apostolicæ sedis auctoritatis acerrimi defensores, vt quæ dicentur ex Synodalibus Actionibus declarabunt.

IV. IN ACTIONIBVS ANTE IN BASILICIS HABITIS.

Quæ extant ipsa Synodi Acta edita, nonnihil cùm depravata esse reperiantur, contulimus cum antiquitùs scripto codice Cresconiano, atque vt licuit, emendauimus. Ad quæ intelligenda sciendum in primis est (vt ex ijsdem patet Actis) ante eiusmodi Patrum Conuentum duas alias hoc eodem anno ab ijsdem Episcopis habitas Actiones, quarum prior in basilica Iulij, posterior in basilica Hierusalem dicta in atrio posita Sessoriano celebrata est; quæ licèt Synodi appellatæ reperiantur, tamen potiùs Synodales Actiones, quàm Synodi ipsæ dicendæ esse videntur. Pòrrò rerum in eis gestarum monumenta pemitùs exciderunt, quarum dumtaxat mentio habita reperitur in Actis Palmaris Synodi, quæ sic se habent:

V. ACTA PALMARIS SYNODI.

Sancta Synodus apud vrbem Romam ex præcepto gloriosissimi Regis Theodorici diuersis è regionibus congregata in Christi nomine dixit.

Cùm ex diuersis prouincijs ad Vrbem conuenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas, vt de his, quæ venerabili Papæ Symmacho sedis Apostolicæ præsuli ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi, sanctum Concilium iudicaret: Liguria, AEmilia, Vel Venetiarum Episcopi, quos ad præsentiam Principis ipse itineris ductus attraxit, consulendi Regem incubuit necessitas, quæ nos fuisset ætate fractos, debilitate corporis inualidos congregari? Responsum præfatus Rex ipsimus, bonæ conuersationis affectu plura à se de Papa Symmachi actibus horrenda fuisse perlata: & in Synodo oportere, si vera essent inimicorum eius obiectiones, in iudicatione cognosci.

VI. *Memorati Pontifices, quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt, ipsum, qui docebantur impetitus, debuisse Synodum conuocare, scientes quia eius sedis primatum Petri Apostoli est meritum, vel principatus: deinde* secuta ipsius Domini Concilium conuocandorum auctoritas ei singularem in Ecclesiis tradidit potestatem: nec antedicta sedis Antistitem minorum subiacuisse iudicio, in propositione simili facile forma aliqua reseruatur. Sed potentissimus Princeps ipsum quoque Papam in colligenda Synodo voluntatem suam literis demonstrasse, significauit. A manuetudine cuius pagina postulata sunt, quas ab ea directas constabat: has, dari sacerdotibus sine tarditate constituit; & quicquid in eodem negotio actum, scripti Romam ex diuersis terrarum vel regionum partibus Deiprosecutione prauentum est. Vides, quàm expressum habeamus nec Arianum quidem Regem absque consensu & certis litteris Romani Pontificis Synodum congregare præsumpsisse, quòd id sibi minimè licere, in comperto esset. sed audi cœptum semel Actorum ordinem:

VII. *Et dum in venerabili collectione sermo de incipiendo haberetur negotio, prout susceperat causæ tractatus: sanctus Papa Symmachus basilicam Iulij, in qua Pontificum erat congregatio (prout habuit cura) celeriter ingressus est: & de vocatione Synodali clementissimo Regi gratias retulit, & rem* desiderij sui euenisse statum est. *Causa ergo te sacerdotum animus, qua de Concilio nondum firmato tristitiam sinistrabat, abscissa est: auctoritatem ordinis colligendi, sicut poscebant Ecclesiastica statuta, in omnium, qui ibi adesse debebant. Episcoporum præsentia, se* dare professus est; *sperans, vt Visitator, qui contra religionem vel contra regulas maiorum à parte cleri, vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione Antistitum primæ frontis cederet, & omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, posestati eius legaliter ab honorabili Concilio redderetur, & tanti loci Præsul regulariter prius status pristino redderetur, & tunc veniret ad causam; & si ita rectè videretur, accusantium propositionibus respondere.*

VIII. *Dignare visa est maxima sacerdotum numero, qua & inueretur effectum. Decernere tamen aliquid Synodus sine regia notitia non præsumpsit. Sed suggesto* iussa per legatorum negligentiam non meruit secundum vota responsum. *Iussus est regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij, vel Ecclesiarum, quas amiserat, receptionem, cum impugnatoribus suis in disceptatione conseligere, quæ potestatis suæ priuilegia æquè pro conscientia (quantum iuste æstimamus) emendatione submiserat: ne hæc voluit vtè resumere.*

IX. ACTIO SYNODI IN BASILICA SESSORIANA.

Sed dum esset Synodus in Hierusalem basilica Sessoriani Palatij constituta, aliquibus sacerdotibus visum est, vt libellus, quem accusatores paranuerant, qui quotidie seditionibus appellabant, susciperetur à Synodo. *In quo suscepto* duo erant, qui vel veritati inimica essent, vel ipsi (quantum ostenditur) Conuentui, vel Ecclesiastico proposito repugnarent. *Vnum, quia dicebant, crimina inmorati superiùs Symmachi Papæ apud regiam constitisse notitiam, quòd falsum esse declarauit*: *Non enim quasi nouam causam audientis commouisset, si eius conscientiam contigisset de errore solum secuti expectare sententiam. Aliud, quod per seruos de his, quæ obijciebant, secum loquebantur posse conuincere: addentes, vt ipse mancipia traderet, quibus (quamuis illi asserebant) posset in iudicatione superari. Quæ res canonibus & ipsis publicis erat legibus inimica: cum Patribus statuta sanxissent, vt quos ad accusationem leges seculi non admittunt, in dicendis in cognitione, vel accusanda aliquid delegenda non esset licentia.*

X. *Et dum inter ista, quæ essent facienda, tractabantur: præfatus Papa, vt causam duceret, occurrebat, sed quibus comitantibus, accipe ex Ennodio, qui in apologetico aduersus schismaticos agens, hæc ait: Ergo nec illam multitudinem Deo deuota plebis non pro fidei diligentia, Christiana magis expectatio*, quam furor euocauit: *Quorsum ad inferendam violentiam turmas, lacrymas comites habet? Et qui studet esse formidini, vultum timentis ostendit? Multitudo illa iuncta sacerdotij officijs, attulit ad vos lamenta, non tacula; nec venit tela minax, sed fletibus miserabilis; vnà tamen intentionem pectoris ostentatione grauatura, quia vberibus oculorum fluminibus demonstrabat, quam esset per acerbitatem vestram conditio condolenda pulsati; & in sobrietate venerandi examinis afflictione propriâ commendabat, quem voce non poterat. & de mulieribus Romanis vnà, progressis, hæc inferiùs: Multeris turbæ verbanis colloribus cum præfato ad iudicia conuenisse, & illa vestrâ subtilitate obtenditur sexus, qui maiorem Antistitis debuisse assensum, &c.* planè significans totius populi vtrumque sexum compassum omnium parentis innocentiæ, & cum vitæ discrimine comitatos esse Symmachum ad iudicium collachrymantes.

XI. *Sed quæ acciderint in via, cœpta semel recitari Synodalia Acta declarant his verbis de Symmacho Papa dicentia: Qui veniens, ab irruentibus turbis amulorum suorum sic tractatus est, vt multis presbyteris, quicum ipso erant*, per eadem ipsam mortis fuisset occasio (quod probant recentium adhuc vestigia vulnerum) nisi vir illustris Comes Alligernus & sublimes viri Gudila & Vlteulphus Maiores domus regiæ præsedissent: quos secum, vnde egressus fuerat: Pontifex scilicet, ad B. Petri Apostoli septa connexit. hæc cum obiter recensentes Patres, ne inter tamquam notissima transeant, nobis ex alijs locis eiusmodi sceleratissimæ schismaticorum grassationis crudelitatis narratio petenda erit. At in primis quod ad ipsum Pontificem Symmachum pertinet, hæc de se ipse habet in epistola ad Anastasium Imp. *Inter imbres, lapidum* sonos *eua[illegible]si: iudicauit Deus*, hæc breuiter ipse. Apud Anastasium autem ista legun-

XII. SCHISMATICORVM RABIES ET CRVDELITAS.

*Eodem tempore Festus caput Senatus Exconsul & Probinus cœperunt intra vrbem Romani pugnare cum aliis Senatoribus, & maximè cum Fausto Exconsule; & cædes, & homicidia in Clero ex inuidia fiebant. Qui verò communicabant beato Symmacho iussè publicè qui inuenti fuissent intra Vrbem, gladio occidebantur. Etiam & sanctimoniales mulieres & virgines deponentes de monasterijs, vel habitaculis suis, denudantes sexum fœmineum, cædibus plagarum afflictos vulnerabant, & omni die pugnam contra Ecclesiam in media ciuitate gerebant, & multos sacerdotes occiderunt, inter quos Dignissimum & Gordianum presbyteros * ad Vincula S. Petri, & ad sanctos Ioannem & Paulum fustibus & gladio interfecerunt, & multos Christianos; ita vt nulli esset securitas die & nocte de Clero in ciuitate * ambulare. Solus autem Faustus Exconsul pro Ecclesia pugnabat.* hæc ibi. Porrò de laboribus à Fausto pro Catholica Ecclesia susceptis Ennodius meminit in epistola ad ipsum scripta, quam posteà pro triumphi lætitia congruo loco reddemus.

* titulorũ

* inuiolatè

XIII. NECATI IN SCHISMATE MARTYRIO CORONATI.

De enecatis autem idem Ennodius hæc habet in alia epistola ad eundem Faustum conscripta: *Sed ista (inquit) magis illis cum lacrymoso gaudio dixi, quos aut effusus sanguis Albo curiæ cœlestis adscripsit, aut clara confessio: quæ secundis confirment primordia nostra successibus.* hæc ipse: quibus declarat necatos in hoc schismate, martyrij dignos fuisse coronâ; & illos gloriâ confessionis nobilitatos, qui aliquid ea de causa passi essent; secundum illam magni Dionysij Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi suo loco superiùs recitatam sententiam, hîc autem oportunè repetendam, quâ ait [a]: *Oportebat omnia incommoda patipotiùs, quàm Ecclesia Dei discidisse concordiam. Ad illud martyrium, quod quis patitur, ne dirimatur Ecclesiæ confessio, non minùs certè, sed multò plus, meo quidem iudicio, habet commendationis, quàm illud, quod suscipitur, ne idola omninò immoletur.* hæc Dionysius. Scimus etiam (quod suo loco superiùs dictum est) Constantinopolitanam Ecclesiam necatos clericos à schismaticis tempore S. Ioannis Chrysostomi æquè vt martyres coluisse, cuius probâsse constat iudicium vniuersam Ecclesiam Catholicam, eosdem martyres pariter venerantem. At de his satis. Iam verò quæ post hæc acta sunt in eiusdem Symmachi Romani Pontificis causa, ex eorundem Patrum relatione audiamus: qui in eadem Synodo constituti, & res gestas ordine prosequentes, quæ sequuntur, narrare pergunt his verbis:

[a] Apud Euseb. hist. li. 4. c. 37.

XIV. * cuius QVÆ SYMMACHVS AD THEODORIC. NVNCIANDA MISIT.

*His ita actis, & varia confusione turbatis, iterum nos ad iustitiam contulimus principalem: scientes, diuinitate propitia, Regem dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipse præuiderat, eius * mansuetudini omnia per relationis seriem (sicut res poscebat) ingessimus: intimantes etiam, sæpè nominatum Papam post eadem, cui subiacuerat cum suis, si voluntatem rursus haberet exeundi ad iudicium, fuisse commonitum: sed allegâsse eum per dilectos Episcopos, nominatis canonibus se cessisse, affectu purgationis suæ culmen humilians, qui tantis periculis pene fuisset oppressus: dominum Regem habere quod vellet sua faciendi, sed interim iustitiæ renitentes statuta ecclesiastica non posse compelli.*

XV. THEODORICVS REX CAVSAM SYMMACHI DIMITTIT SYNODO.

Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante, respondit: in Synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam de Ecclesiasticis negotijs pertinere: committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent, dummodo venerandi prouisione Concilij pax in ciuitate Romana Christianis omnibus redderetur.

XVI. * Apud Crescon. Cõplectur Italiæ suæ dare rectorem * sancti QVID CVM SENATV ROMANO SYNODVS

*Quæ cùm iustè offerentur, Dei mandata complentes *, Italiæ suum dedimus rectorem, agnoscentes nullum alium laborem nobis remansisse, nisi vt dissidentes cum humilitate Propositi nostri ad concordiam hortaremur. Quia vnum tantæ rei restabat, vnde Deo placeremus, scilicet vt tanti * Principis voluntate inuitaremus Senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinatâ monentes & instruentes, causas Dei ipsius iudicio committendas, qui [b] valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam, qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam: Apud quem conscientia nuda est: cui non absconduntur occulta. Cogitare viros prudentes oportere, quanta inconuenienter in huius negotij principio contigissent, & eos per hanc, quam ipsi vocant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere: qui (quod dicebatur) maioris Iudicis seruamus instrumenta ea, quia per quos illius breuis innotuit, non esse eorum lupi in-*

Matt. 10. Rom. 11. Ezech. 9. Deut. 32.

*fidia præuidere, sed pastoris: maximè quia in causa præfata multos, qui se dedignabantur agnoscere & Deo satisfacere, error inuoluerat. Et quia non poterant * plura sub hac occasione membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens [c] sanandos esse plurimos per patientiam & doctrinam.*

Hebr. 5. Eccles. 39. Ioan. 10. * oportebat [c] 2. Tim. 4.

XVII. * Et [d] 1. Ioã. 1. * sustentati * præcessor * professoris, successoris [e] Isai. 50.

*Sed * quicumque putantur rei & grauibus peccatis inuoluti (quando nullus est qui delicto careat, sicut Ioannes testatur Apostolus [d]: Si dicam, quia peccatum non habeo, mendax sum) hos tamen magis pressuris hominum funestari * & perterreri, has passiones iudicio diuino suspendi: maximè cum illa, quæ præmisimus, inter alia de auctoritate sedis obstarent. Quia quod possessor * eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitatem possessionis * accessit; & claritatem veterum nobis dat de Christi dote rectoribus, clamantibus scriptum esse per Prophetam [e] in persona Dei: Numquid non valet manus mea ad consumendos eos, qui errauerunt? Hæc autem sapissimè sicut oportuit commonentes, vt ab ista intentione discederent; & factum nostrum, quod Deus adspirauerat, iuxta mandatum Principis non discuterent, sed sequerentur, sicut decebat Ecclesiæ filios; nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent Ecclesiæ detrimenta: quæ resposcebat cum festinatione succurri; & nobis huius celeritatis, & illu obedientiæ necessitas imminebat: maximè cùm omnem pene plebem cernamus eius communioni indissociabiliter adhæsisse, cuius vos non modica cura stimulabat, ne in aliquo laberetur errore.*

XVIII. * religiosorum SYNODI SENTENTIA IN ABSOLVTIONE SYMMACHI. * 106

*Quibus allegatis, cùm Dei nostri obtestatione decernimus, harum necessitatum, vel religionum * consideratione adstricti, & cœlesti inspiratione perpensis omnibus, quæ in causa erant, decreto, vt Symmachus Papa sedis Apostolicæ Præsul ab huiusmodi propositionibus impetitus, quantum ad homines respicit (quia totum * causis obsistentibus superiùs designatis constat arbitrio diuino fuisse dimissum) sit immunis & liber, & Christiana plebi, sine aliqua de obiectu oblatione, in omnibus Ecclesijs suu ad ius sedis suæ pertinentibus tradat diuina mysteria: quia eum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter superiùs designatas causas, obligari non potuisse cognouimus.*

XIX.

Vnde secundum Principalia præcepta, quæ nostrè hoc tribuunt potestati, ei quicquid Ecclesiasticis intra sacram vrbem Romam vel foris iuris est, reformamus: totamq; causam Dei iudicio reseruantes, vniuersos hortamur, vt sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant; & Dei & animarum suarum meminerint: quia ipse & amator pacis est, & ipse pax est, qui manet [f]: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: Et in quacumque ciuitate pacem esse confirmandam affirmans [g], beatos dicit esse pacificos.

[f] Ioan. 14. [g] Mat. 10.

XX. QVID INDVLTVM ADVERSVS RELIGIOSIS TIBVS.

Hæc quicumque ex iustructione nostra (quòd non existimamus) vel non admittit, vel retractari posse crediderit: videat, quia in diuino iudicio contemptus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati Papæ, qui ab Episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt & schisma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt eos satisfacientes Episcopo suo misericordia subsequatur, & officijs Ecclesiasticis se gaudeant restitui: quia Dominus & Redemptor noster oues perditas ab errore latatur inuentas; & super profugum filium paternam libertatem cœlestis mediator accommodat. Quæque verò clericorum post hanc formam à nobis prolatam quocumque sacrato Deo loco in Ecclesia Romana Missas celebrare præsumpserit præter conscientiam Papæ Symmachi, dum vixit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum Dei notitia nos sincerè protulisse. hactenùs sententia Patrum, finisque impositus Synodo, quæ ab eisdem suis ipsorum munita est subscriptionibus, primo loco Laurentio Mediolanensi Episcopo ita subscribente: *Laurentius Episcopus Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus subscripsi.* ita & reliqui, qui interfuerunt, Episcopi.

XXI. TITVLI NON EX MERITIS, SED EX CONSVETVDINE DARI SOLITI. [h] Anno Dom. 260. c. 22.

At verò antequàm ea, quæ huius Synodi reliqua sunt, absoluamus, admonemus, ne te moueat, lector, quòd audieris in recitatis modò Synodalibus Actis, ipsum Theodoricum Regem quantumlibet Arianum ab isdem nominatum esse pijssimum, vel sanctum, secundum variam lectionem: meminisse enim debes, quæ dicta sunt secundo Annalium tomo [h], sanctissimos Episcopos Ethnicos etiam Principes titulis illis solitos nuncupare, quibus consueuerant à suis honoris causâ appellari, sicque eosdem ab illis dictos esse interdum nõ pios tantùm & sanctos, sed & sanctissimos

ctissimos, idq; (vt diximus) exemplo Apostoli Pauli, cum nefarium hominem, Præfecturam tamen gerentem, consueta nomenclatura optimum vocauit Felicem [a], quo sensu & à Dionysio Episcopo Alexandrino Valerianum & Gallienum Imperatores sanctissimos nominatos diximus.

Iam verò quæ huius Synodi reliqua sunt, absoluamus. Sed quænam ista? dices. Scias, lector, eandem, quæ habetur notata titulo Tertiæ Synodi habitæ Romæ sub Symmacho, huius, de qua agimus, esse Synodi Actionem habitam post dies quatuordecim, nempe (vt ipsa Acta indicant) octauo Idûs Nouembris, in basilica S. Petri eosdem namque Romani conuocatos Episcopos modò in basilica Iulij, modò in basilica dicta Hierusalem in Attio Sessoriano, modò verò ad basilicam S. Petri conuenisse, quæ sunt superiùs narrata, demonstrant. Porrò hanc eandem esse huius Synodi hoc anno habitæ Actionem, Consulatus ipse significat, dum sub Auieno Iuniori Consule congregata docetur his verbis: *Flauio Auieno V. C. Iuniore Consule, sub die octauo Iduum Nouembrium, in basilica S. Petri Apostoli, præsidente venerabili viro Papâ Symmacho, &c.* Sed & ne quis errorem irrepsisse in Consulis nomen causari possit; ipsa facta ab eodem Symmacho prælocutio coram Synodo de rebus ab ipsis Patribus in Præcedenti Actione tractatis, id aperta luce demonstrat: sic enim se habet:

XXII. ALIA ACTIO EIVSDEM SYNODI.

XXIII. *Benè quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini tenore indicij, quæ erant statuenda, definiuit, & ad iustitiæ cumulum perduxit, dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maximè de clericis, quos amor damnationis inuasit, & iugum disciplinæ Ecclesiasticæ fecit respuere: quos propterea schisma fecisse, apud vos constitit: quibus misericordiam tamen, quam Deus mandauit vniuersis impendi, sicut oportuit, non negâsti, si duritia cordis eorum non sibi acquirat panam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est, &c.* hæc Symmachus prælocutus, decretum illud vere Apostolicum stabiliuit, quo ab electione Romani Pontificis laicorum præsumptio quâuis regiâ fultâ potentiâ arceretur.

XXIV. His autem adiecit Symmachus Papa decretum de bonis Ecclesiasticis non alienandis, calsâ penitùs redditâ à constitutione, quàm sæcularis regia potentia de ipsdem tancire præsumpserat, bona licèt, non tamen benè decernente. Porrò primum de his decretum Symmachi ita se habuit:

DE NON ALIENANDIS BONIS ECCLESIÆ DECRETVM SYMMACHI.

Sancimus, vt nulli Apostolicæ sedis Præsuli, donec dissonente Domino Catholicæ fides manserit doctrina salutaris, liceat prædium rusticum, quantacunq; fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre. Nec cuiusquam excusetur necessitatis obtentu, &c. non enim ad immobilia, sed ad mobilia eam prohibitionem extendit, quibusdam causis exceptis, quinque de his capitulis constitutis. Ista quidem ho anno Symmachus, petinde ac si magno otio frueretur, decernit; cùm licet etiam à calumnis absolutus, schismaticorum tamen exagitaretur insultibus, & pressuris premeretur, sceleratorum hominum, vt quæ anno sequenti dicentur, facient manifestum.

XXV. LAVRENTII MEDIOLANEN. COMMENDATVR OFFICIVM. [b] *Ennod. ser. in die natal. S. Laurent.*

Præsto fuit Symmacho cum alijs Episcopis primum inter eos locum tenens Laurentius Mediolanensis Antistes, magnamque sibi gloriam ex defensa veritate conciliauit: de quo ista habet Ennodius [b]: *Secunda post dubium tempore mota est in Ecclesia Romana captiuitas, quæ (ipsum enim auctor alloquitur) quasi tamdiu desidem & laboris fugacem delongè è sinu quietis abstraheret; cùm vix, spe pacis, laboris arma deposita resumuntur. Deberetur quidem (nisi me laudis tuæ censura perterreret) in lugenda causa silentium, vt vna ætate memoriæ pereat res nefanda. Senatus ille curiæ cœlestis accitus est: ibi ex variis prouinciis Episcoporum turba confluxit: Væ cœtus ille quot hominum genus, tot sententiarum varietates adnexit: scilicet quibus inerat spiritus, tot sententiarum varietates adnexit: scilicet quibus inerat spiritualis sapor intelligentiæ, quasi ducem te principalis deliberationis charitate tenuerunt.*

XXVI. LAVRENTII EPISC. MEDIOL. LABORES

Tunc quos minantium impetus blandimentorum melle domuisti qua superborum corda veneranda humilitatu erectione fregisti qua labantium animos consilij radice fundâsti explicare non valeo re gestorum, scire cupidum ex factis contemplatione compello. Vnum tamen scio, quod ex electi, in sententiam tuam recidêrunt tanta vis Principes ciuitatum. Coquitur lamentationum æstibus, qui à te crudâ obstinatione desciuit, & nihil habet in solatium præter calamitatis lacrymas, quibus diuisus est. Dicat aliquis forsitan rerum gestarum malignus interpres: Quam fortita est de ciusmodi constantia præsens causa decisionem? Quærat qui fines de laudato fudore contigerunt. hæc idcircò ingerit ex persona aduersantis orator, quòd post hæc (vt dicetur anno sequenti) immensæ secutæ sunt strages. sed respondet ipse: *Hæc ego fidens replicabo, te Præsule factum, ne sacerdotij ministros acciperet furor alienus: ne cruenta indignationi Pontificum sentencia militaret; ne in vsum malè commoti traherent* * *euenire posse quod vellent postremum improborum loquacitas obmutescat huius saltem æstimatione secreti*: quia odiorum incendia, quæ non ex impugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt, nec sancta deliberationis potuerunt fonte restingui.*

PRO SYMMACHO.

* credere

* decreti

Tibi ergo debetur venerabilium custodia canonum: tibi, quod sine Episcopali nota contigit, quicquid in præsentia fecit improbitas, Tibi patuit, quod alij accusantes clandestina fraude texuerunt. *Apud te compertum fuit, non satisfaciendum odijs, quotiens fide deseritur qui facit. Sed hæc melius alijs seruanda narranda temporibus.* hactenus Ennodius de Laurentij Mediolanensis Episcopi egregia nauata opera in hoc conflictu pro Symmacho. Extat inter alias eiusdem Symmachi Papæ epistola ad eumdem Laurentium data, cuius est exordium: *Prodit religiosa vatorum conscientia, &c.* qua tota in eiusdem Laurentij laude versatur, hacque clausula ipsi finem imposuit epistolæ: *Hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro lingua mea commendatione dicaui. Si precibus tuis vita successus arriserit, gestorum quorum plena me relatione consecrabo: vt quæ vniuersis nota sunt, manuscripti in posterum literis (quatenus gaudeat ætas secutura) seruentur.* Ex his autem, qualis quantusque iste Laurentius fuerit, ad cuius res præclarè gestas conscribendas Pontificius stylus oppignoratur, intelligere satis possumus.

XXVII.

XXVIII DE PETRO RAVENNATE, ET EVLALIO SYRACVSANO.

Sed & qui post Laurentium sequitur ordine Petrus Rauennas Episcopus, his temporibus eximia sanctæ vitæ miruit claritudine. Qui inter tertio loco describitur legitur Eulalius Syracusanus Antistes, haud silentio præcreundus, vt porè & ipse egregia sanctitate conspicuus: eiusmodi enim elogio commendatur in rebus gestis S. Fulgentij Ruspensis Episcopi: *Eulalium vir eximiæ sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimæ charitatis, in cuius corde thesaurus sapientiæ spiritalis absconditus multos talentorum Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis* * *super omnia decoratus, monachorum professionem super omnia diligebat, habens etiam ipse monasterium proprium, cui semper adhærebat, quoties ab Ecclesiasticis vacabat.* hæc & alia de eo laude digna auctor: quæ haud otiosè voluimus eiusmodi Concilij Actis intexuisse, quò magis compertum fiat, non vulgares homines, sed exiguæ sanctitatis viros, veri amantissimos, & constantissimos defensores pro Symmacho stetisse aduersus turbam schismatorum. Omittimus de reliquis dicere, quos Deus veluti erectas fidei columnas his temporibus regnantium Arianorum Italiæ Ecclesijs voluit benè præesse, vt inter alios, qui ijsdem interfuit Synodis, nostræ Soranæ Ecclesiæ Sebastianum.

* dilectissimus

Vidisti in his decernendis quanta fuerit Symmachi Papæ constantia, dum primò turbâ falsorum testium obtrusus animum non despondit, & imbre lapidum oppressus exilijt vegetior atque fortior: Considerasti etiam, quomodò post hæc summa animi libertate, inconcusso sacerdotali vigore, coram Ariano Rege, cui plurimum debere videri posset, callat & irritat quæ à prædecessore item Ariano Principe per Basilium Patricium fuerant contra Ecclesiasticam immunitatem vsurpata. Sed & adijce simul, quanta in eodem Pontifice emtuerit summa animi modestia vnà cum inuicto inconcussoque robore sacerdotali: Etenim dum sua ipsius causa agitur, cùm impetitus esset aduersatiorum calumnijs, cessit iuri suo, subijcere se voluit Synodo, consacerdotum maluit experiri iudicium & expectare sententiâ, quâ non tenebatur excipere, sed si voluisset, potuisset suo iure vtens effugere: tamen vt sua integritas omnib; innotesceret, ad tempus cessit, se subditis sub-

XXIX. SYMMACHI SYMMACHO MODESTIA SIMVL CVM SYMMACHI CONSTANTIA.

subdens. Contrà verò, cùm non sua priuatim, sed Ecclesiæ Romanæ causa agitur, erigit se supra Reges & Principes, nulla prorsus habitâ temporis deploratissimi ratione; cùm & quæ essent contra libertatem Ecclesiasticam vsurpata iura penitùs abrogat.

XXX. ANASTASIVS IMP. EXCOMMVNICATVS A SYMMACHO PP.

Sed tanta hæc licèt, adhuc tamen tenuia & exigua videri possunt, si conferantur cum ijs, quæ in eadem Synodo aduersus Anastasium Imperatorem Symmachus Apostolica summa auctoritate decreuit. Constat enim (licèt Synodalia de his Acta desiderentur) in tanta corona Patrum, proposita in medium causâ Imperatoris hæretici, rogatâ sententiâ singulorum communi omnium cõsensu, à Symmacho excommunicatum impium Anastasiũ Augustum. patet id quidem inprimis ex eiusdem Pontificis literis ad ipsum Imperatorem datis, quas reddemus suo loco anno sequenti. Cùm verò ille ista rescisset, omne genus contumeliarum in ipsum Symmachum Papam conuertit: cuius rei gratia opus fuit eidem Pontifici scribere apologeticum, quod pariter inuectiuam aculeatam adillum redarguendum haberet, sed de his inferiùs agendum. Ad postremum verò quod ad eandem spectat Synodum, quid præterea ibidem Symmachus Papa egerit, accipe ex Theodoro Lectore, dum ait[a]: *Symmachus Papa Laurentium iterum intrusum deponi, & iterum in exilium mitti curauit: quo facto, orta est seditio.* hæc ipse.

[a] Thd. Collect. Lect.

XXXI. His igitur quamnon recensitis Actionibus absolutam habes Synodum *Palmarem* nuncupatam, à loco eo nomine dictam, & effectu talem esse probatam: ex ea enim venerandissimi Antistites palmam consecuti sunt de schismaticis superatis, & restituto in pristinum Summo Pontifice Symmacho, aciuribus Ecclesiæ vindicatis. Quibus absolutis, singuli in suas Ecclesias regressi sunt triumphantes, exceptique à suis ob omnium pastorem conseruatum illæsum & redditum Catholicæ Ecclesiæ summâ lætitiâ. Quo nam̃q; plausu qui inter cæteros externos Episcopos tenuit principatum Laurentius Mediolanensis Antistes, excepti̊s fuerit, extat Ennodij dictio soluta oratione conscripta, simulque additum carmen: est eiusmodi orationis exordium: *Amica est homini ad genitale solum reuertenti semper hilaritas, dum metus quoscumque ei peregrinantis mens anxia peperit, quasi præsinitos & cælo gratante dispositos, secuasisse considit, &c.* Ita planè omni genere scriptionis laudari dignus fuit Antistes, cuius potissimùm opera Catholicæ Ecclesiæ Præsul fuerat è persecutorum calumnijs & violentia vindicatus.

XXXII. At curiosè perquiret aliquis, quænam fuerit illa calumnia, quam aucupati sunt aduersarij Romani Pontificis ad conflandis in eumdem accusationes? Mirum quidem, quòd cùm tamen reperiantur Synodalium Acta Conciliorum, in nullis ipsorum vel leuis de his mentio habeatur. Vnde habes, lector, quod discas, sepultas profundo voluisse silentio & obliuione desertas prudentes Episcopos omnes illas infamiæ notas, quas inurere conati sunt aduersarij Summo Pontifici; omnique studio procurâsse, ne quauis occasione labes aliqua Summi totius Ecclesiæ Sacerdotis, publicis Actis posteris tradita posset aliquando reperiri: idque ex maiorum præscripto colere studentium crimina sacerdotum, vt Origenes referat, dum differit de fide veteris historiæ Susannæ à senioribus accusatæ. Cæterùm ex alio Episcopali sancito decreto, quo omnes presbyteri & diaconi iussi sunt habere contubernales, quos vocant concellaneos, seu cellulanos præsentes testes; potest quasi per transennam inspici & intelligi, sanctissimum Papam Symmachum pulsatum ab aduersarijs enormi crimine adulterij. Sed reddamus hîc ipsum Episcopale decretum, scriptum quidem ab Eunodio, promulgatum verò & præscriptum subiectis sibi Episcopis ab ipso Laurentio Mediolanensis Ecclesiæ Præsule. est autem eius exordium:

SACERDOTVM PECCATA TEGENDA.

XXXIII. DECRETVM DE CONCELLANEIS ADHIBENDIS. *Nulli dubium est, hominem, qui carnalis concupiscentia illecebras sacri amator instituti magistet vigendi arte domuerit, & præceptorum falce culpatum erraticos palmites de conuersationis suæ radice sustulerit, vitalis præmiorum fructuosa plantaria ad superni fouere victus compendium, vnde diuina insacapiunt pensiones.* & post nonnulla: *Nos tamen, quos pastoralis cura constringit, quibus tuendarum commissa est animarum deligentia, ne summorum quispiam inimicorum arte desperet*: maximè cùm mali ipsius recens oculis offeratur exemplar, cùm Apostolica sedis Præsulem & omniũ benè Ecclesiarum gubernacula tractantem per proximi tumultus incendium inimicorum rabies taliore momordisset, & in ruinam suam aliquorum furor, sed iusta indignatione surrexerit. Hanc ergo volentes morborum desecare pernicies, ne in locum istiusque assertionis vestrorum aliquis negligentias aucupetur, & similitudine veritatis ad impugnationem vllus occurrat: qui (vt aiunt) viua hominum testimonia non formidant, dum (quod nefas dictu est) conuicti loco deputantur incantus, & feciſſe scelus creditur, qui potuisse facere perhibetur, non Dei oculos quam hominis indicant plus timeri: Errorem fouere creditur solitudo, & profundam nequitiam incomitatus admittere, quasi cælo facinora penetrabilibus inclusa non pateant, & vindicari malum non queat, quod homo non resipit: credentes, quòd rem studij posint deputari necessitati: sed dum homo homini custos est, ex illo malediscendi ordine pudicitiam valeant accommodare sordidi.

Nos quidem vel ex minima parte carpendi occasiones incidimus. Nos supernæ memores disciplinæ, qualercumque dexteram volentibus porrige porrigimus & arundinem: à ruina præcipitio diabolici actus stimulu vetardamus; vt discant loquaces, vel post decreta præsentia religiosum amare silentium. Nullum ergo sacerdotem antiquis & modernis legibus obsequentem: nullum, Leuitarum sine bene probata volumina quocumque loco manere persona: vel quem subire illicitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. Publicum sit apud religiosos omne, quod agitur: clandestina repudietur obscuritas: multos habeant actuum conscios, qui Deo debent innocentiam: videant emuli, quia qui testes adhibet, vult probari: mala reprehensa inducetur conuersatio, quæ non optat agnosci. Certè vel si mens sit rectè conscia, vindicta dignus est, qui aly existit causa pericul: dum enim suspitionibus patefacit accessum, sit paterni origo discriminis: & qui peccandi fomenta tribuit, ipsi iugulum mortis impingit, vt ait diuinus & beatus preco: Noli detrahere, ne eraducaris. Confessor Ambrosius[b]: Quanti* (inquit) non dederunt errori locum, & dederunt suspicionis? Suspicio ista est interitus suspicatus, atque non caret peccato, qui dederit.

*desperet

*Inducatur

[b] Ambros. Offic lib. 1. cap. 20.

*Multi

XXXIV. OPERA SACERDOTVM CVIQVE PATIENTIA ESSE DEBERE.

XXXV. COHABITATIO HONESTA CLERICORVM.

Vnde mansuro cum Dei timore & Redemptoris nostri ordinatione constituto sancimus, Apostolica sedis beati Petri, vel Præsulis eius auctoritate subnixi, qui vitia desiderat radicitùs amputari vt nullus religiosorum de memoratis ordinibus alter, quàm præfati sumus, audeat conuersari: vel quicumque præsumpserit, cum amissione pudoris damna sustineant. Quoniam grande malum est dicatam Deo personam salutaribus monitis non parere. Nullus secum extraneas habeat mulieres, præter personas canonibus designatas; ne agendo taliter, etiam si vita fuerit innocens, damnum opinionis incurrat. hactenùs ibi apud Ennodium. Sed & in his illud considera, nonnisi auctoritate Apostolicæ sedis nisos esse Episcopos, qui sibi subditis seruanda aliqua decreta proponerent, vt dictę constitutionis legislator (vt vidimus) profiteatur.

XXXVI. DE BENEFICIORVM ORIGINE.

Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Probi, Auieni collegæ, data reperitur Symmachi Papæ epistola ad Cæsarium Episcopũ: eius planè nominis Antistes his temporibus (vt superiùs dictum est) regebat Ecclesiam Arelatensem, de quo & infertus sæpè dicendum erit. Consueuerat more maiorum Cæsarius Symmachum de nonnullis, quæ ex reddita ad ipsum Symmachi epistola nota fiunt: & in primis illud, ne possessiones Ecclesiæ destraherentur, nisi fortè clericis, vel monachis, aut peregrinis concedantur ad tempus, reuertiræ eædem ad Ecclesiam. Ex quibus potes intelligere, si consideras, lector, beneficiorum Ecclesiasticorum originem. Etenim cùm solerent clerici ab Ecclesia per Episcopum mensibus singalis victus causâ meritam stipem accipere, vt ex S. Cypriano secundo tomo Annalium demonstratum est; postea verò sanctum, vt aliquibus ex his Ecclesiæ possessiones quo ad viuerent, ab ipso Episcopo concederentur, quæ beneficia dici cœperunt, eò quod (vt habet Symmachus in ea epistola) benemeritis tantummodò eas concedi liceret. Incipit autem dicta epistola: *Hortatur nos æquitas postulationis, &c.* cuſa

exrat

extat inter Symmachi epistolas tomo primo epistolarum Roman. Pontificum. Sed extat & alia eodem argumento ad eumdem Cæsarium data, numquàm hactenus cusa, quam hic tibi ex Arelatensi codice exhibemus: sic enim se habet:

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

XXXVII. *Charitatituæ per omnes Gallicanas regiones vtendi pallij concessimus facultatem. Exemplum libelli: Sicut à persona B. Apostoli Petri Episcopatum sumpsit initium; ita necesse est, vt disciplinæ competentibus sanctitas vestra singulis Ecclesiis, quid obseruare debeant, euidenter ostendat. In Gallia siquidem prouincia ab aliquibus personis Ecclesiastica prædia diuersis titulis alienantur. ista fit, vt pro suo quis arbitrio deuota mente relinquentium & egentium necessitatibus deputata imminuat facultates. Hoc postulamus, vt fieri prohibeat Apostolicæ sedis auctoritas, nisi forsitan aliquid pietatis intuitu monasteriis fuerit largiendum. Illud etiam pari supplicatione deposcimus, vt de laica conuersatione, qui in singulis iudicum officijs meruerunt, aut certè rexerunt sub aliqua potestate prouincias, nisi multò antè tempore præmissa conuersatione legitimâ & viâ examinatâ, nullus autem clerus, aut Episcopus ordinetur. Viduas etiam iam diu religioso habitu assumpto, & sanctimoniæ longo iam tempore in monasteriis consistentes poscimus, vt vnicuique coniugi causâ nec volentes sibi iungere, nec inuitas rapiendi libera sit facultas.*

XXXVIII. *Illud etiam humili prece suggerimus, vt nulli per ambitum ad Episcopatum concedatur accedere, nec datâ pecuniâ sibi potentes homines suffragatores adhibeant. Et vt hæc facilius possit custodiri, clerici & cives decretum facere, vel subscribere sine Metropolitani notitia vel consensu non præsumant penitùs. Hæc omnia vltione districtionis vestræ fieri prohibete, quatenus & in Ecclesia vestra, & in supradicta prouincia disciplina bonis actibus amica seruetur.* hucusque ex dicto codice.

XXXIX BULGARI DEVASTANT THRACIAS, ET SVPERANTVR A THEODORICO. a *Cassiod. in Chron.*

De rebus verò Orientalibus Marcellinus in Chronico habet sub anni huius Consulibus gentem Bulgarorum deprædatam iterum esse Thracias, nullo Romanorum milite resistente. Porrò Anastasius, qui non ferro, sed auro barbaros euertere consueuit, eosdem persolutâ pennum sequentem Theodoricus Italiæ Rex vicit, recepitque Sirmium, quod coniunxit Italiæ, vt Cassiodorus[a] affirmat.

XL. Sub huius quoque anni Consulibus Amidam validum Romanorum præsidium in Mesopotamia à Cabade Persarum Rege monachorum proditione captum post sex mensium obsidionem, idem Marcellinus tradit. Quæ autem acciderint, dum ea ciuitas ab eodem Rege obsideretur, memoriâ digna, Procopius enarrat his verbis[b]: *Hic* (inquit) *operæpretium de Iacobo enarrare. Is inter Syros v. admodum iustus, qui & in rebus diuinis exercebantur in vnico ab Amida vnius diei iter distante, iam pridem se se incluserat, vt affatim quæ sunt ad pietatem, meditari posset. Hic ei addicti homines in breui spacio cancellis interseratis, vt videri ab audientibus ac passim consulipossent, ipsum incluserunt: vbi neque astus, neque frigus curans, tantum ex seminibus victitabat, non quotidie, sed interualla dierum multorum sumptis. Hunc igitur Persa quidam, excurrendo ad ea loca, sagittis petere tentantes, diuino portento, manus, arcusq; immobiles visi sunt consistere. Hâc famâ in castra Persarum perlatâ, Cabades* ire visum statuit. *Quo animaduerso, horrore simul cum Persis, qui aderant, capti, barbarorum nexam decrepari cœpit. Ille verò tantum verbo malum hoc pepulit: ex quo homines illi liberati, & in pristinum restituti fuere statum. Tunc Cabades pro meritu ei quod vellet, optionem dedit, putans eum magnas opes petiturum. Tantùm abeo postulauit, vt homines, qui in hoc bello ad eum visendum secederent, salues esse vellet: quod Cabades facilè concessit; insuper Syngraphâm pignoris loco ac tutelæ dedit. Hoc itaque rumore peruagato, plurimi ad eum confugientes seruabantur. Et hæc sic quidem se habuere.* hactenus de his Procopius, pergens res gestas in ea diuturna obsidione narrare, asserensque non proditione, sed ignauiâ monachorum Amidam oppidum fuisse captum. Cætera de bello Persico si cupis, consulas tu ipse Procopium: secutus est autem ipse Eusthathium, qui fusius hæc Prosecutus est, & ad hunc vsque annum duodecimum Anastasij Imperatoris suam perduxit historiam, & (vt testatur Euagrius[c]) finem viuendi fecit.

b *Procop. de bello Pers. lib. 1.* DE IACOBO SYRO ANACHORETA.

* Cadabes

c *Euagr. l. 3. c. 37.*

IESV CHRISTI
Annus 503.

SYMMACHI PAP. Annus 5. ANASTAS. IMP. 13. THEODOR. REG. 11.

I. CHRONICON CASSIODORI MVTILVM.

QVINGENTESIMVS tertius Christi annus Dexectato & Volusiano Consulibus notatur à Marcellino; ex quo libratij redarguas errorem in Cassiodoro, apud quem omissus anni huius reperitur horum Consulatus. Acta autem Synodalia anni huius, absq; certo Consule, post post Cõsulatũ Auieni notata leguntur: sed malè Indictione nonâ, cùm vndecima scribenda esset Indictio: vnde conijcias libratij errorem ita ex scribentis IX. loco XI. numeri notas. Sed & nonnisi librariorum vitio potuit accidisse, vt ad finem Chronici Cassiodori aliquot desideretur Consulatus: omni enim suspicio ociosæ antiquitatis procul ab ipso abest, qui suorum temporum scriptor luculentissimus & accuratissimus extitit. Porrò ex numero annorum Imperij Anastasij integrum & concinnum esse Marcellini Chronicon, Cassiodori verò mutilatum, apparet. Sed iam sub anno huius Consulibus res gestas enarrare aggrediamur.

II. SCHISMATICI ROMÆ NOVAS EXCITANT.

Quod in primis ad perturbatum Romanæ Ecclesiæ statum pertinet, iterum hoc anno conueniendi necessitas incubuit Episcopis, qui anno superiori Synodum celebrantes Symmachum Papam vindicârant à calumnijs accusantium schismaticorum. Conuentum autem huius modi celebrandi ea præcessit occasio, quòd schismatici superiori Concilio condemnati, haud tamen (vt par erat) pœnitentes, licèt inuitati, vnitatem Catholicam quæsiuêre, sed quò minùs ijsdem vi agere licuit, à Theodorico Rege coërciti, eò magis nigris obstrepere, adeò tantus quæ pugnare aggressi sunt; compluraque obijcientes aduersus anni superioris Synodum, scripserunt libellum hoc titulo prænotatum, *Aduersus Synodi absolutionem*, quo eam quàm acerbissimè carpserunt. Quamobrem ad tuenda confirmandaque sua ipsorum decreta Pontifices iterum coëuntes, prouinciam hanc maximi ponderis Ennodio diacono tradiderunt, vt aduersus obiectiones schismaticorum apologeticum libellum scriberet: quod ipse munus diligenter exoluit, defensorium librum elucubrans, quem absolutum sanctæ Synodo cognoscendum obtulit, quia ibi idem simul confidentibus Patribus iussus est legi. Declarant id quidem Acta Synodalia verbis istis[d]: *Post Consulatum Auieni, cùm in vnum, annuente Domino, ante Confessionem beati Petri Apostolorum Principis residissemus, sancta Synodus dixit: Libellus, quem Synodali auctoritate contra eos, qui aduersus quartam nostram Synodum, quæ habita est Romæ Palmaris*, mutire præsumpserunt, ab Ennodio conscriptus est, coram omnibus detegatur, & cognoscentia omnium legatur atque roboretur.* extat ipse, licèt mendosus nonnihil.

COGITVR QVINTA ROM. SYNODVS.

d *Tom. 1. Conc. edit. vet.*

* Palmaris

III. DE LIBELLO AB AD VERSARIIS CONTRA IIII. SYNOD. SCRIPTO.

Sed quænam essent aduersariorum obiectiones, ex ipsarum confutatione ab Ennodio diserte elaborata possumus intelligere. Fuit namque primo loco ab aduersarijs contra Synodum oblatratum: Non omnes sacerdotes ad Synodum regiâ auctoritate vocatos: Insuper, nec ex ijs, qui interfuerunt, omnes pariter consensisse: Addebant præterea, impugnatores Summi Pontificis non auditos, & accusationes non esse confutatas: Insuper, quòd refragatiessent Episcopi regiæ iussioni, cùm in Synodo Regi dixerunt, non esse Regis Synodum conuocare, sed ipsius solùm Pontificis: Adhuc etiam exprobrantes addebant, quòd per defensionem Apostolicæ sedis iurium, nihil aliud ab eis prætensum esse videretur, quàm asserere Petrum & successores eius à Domino accepisse cum sedis priuilegijs etiam peccandi licentiam. Exprobrârunt itidem Episcopis, quòd ad Synodum venissent, quam cogere ex sua ipsorum sententia minimè fuisset, regiæ facultatis. Illud insuper his conijcientes dixêre: *Si vera Episcoporum*

OBIECTIONES SCHISMATICORVM.

assertum est, sedu Apostolicæ Præsulem minorum numquam subiacere debere sententiæ; cur ad iudicium districtâ contentione perductus est? His addebant, quòd testes de domo Symmachi petiti, præsentari minimè iussi essent; nec refugere debuisse Romanum Pontificem seruorum testimonia, cùm ipse Dominus noster Iesus Christus non detrectârit seruorum subijcere se iudicio: sic & Petrum, Paulumque olim verò Samuelem, & postremò Athanasium Alexandrinum minimè refugisse, sed appellâsse in sua causa iudicium. Illud præterea ingesserunt obijcientes, quòd cùm ex Actis constaret auctoritate Papæ potissimùm illam fuisse Synodum congregatam, nullum dicebant præcessisse exemplum, vt Papa Synodum conuocârit, quæ de crimine eius obiectione cognosceret: & falsum esse, quod dixissent à Principe Synodom postulatam. Sed & his adijciebant dicentes: *Quare conuentionem præueniens cum populorum cœtibus examen intrauit; & posteà iudicia, cùm euocatus quater fuisset, spreuit?*

IV. At hæc omnia quàm validissimè potenti oratione, firmissimisq; rationibus Ennodius confutat, cunctaq; mendaciter atq; calumniosè ab aduersarijs obiecta esse, palàm facit atque redarguit: sicut & omninò falsum ostendit, quod illi magis inuidiosè, quàm calumniosè obiectabant, Romanæ plebis vtrumque sexum factiosè conuitatum esse Pontificem ad iudicium procedentē; quos tamen non spirantes furorem, sed fundentes lachrymas, comitatos esse Pontificē docet: sicut & quòd dixissent, nullâ iudicij seruatâ formâ absolutum Papam ē Synodo recessisse, ob idq; nullâ fuisse absoluentis Synodi firmitatem: siue friuolam illam de Laurentio Mediolanensi Episcopo & Petro Rauennate, quam adiecerūt, obiectionē, quòd ad Synodum venientes, abstinuissent à Symmachi consuetudine; cùm tamen communicationem Catholicam solemnibus testatam ritibus numquam deseruissent. vel cùm subiecerunt querelam, quòd Visitatorem perperam pepulissent: siue alia, quæ schismatici lingues vipereis exibilantes, caninoq; dente rodentes Symmachi Papæ famam, iurgia, lustaurantes, rixasq; penè consopitas iterum excitantes obiecerunt.

V. His, inquam, omnibus (vt dictum est) occurrens Ennodius, publicâ docuit oratione, eosdem aërem verberare, & furore percitos insanè conflictare cum laruis. Ad finem verò orationis, quàm per eos Apostolicæ sedis sublimitas deprimeretur, ista addit: *Hæc* (inquit) *refero, mundi caput Romane, per vestras contentiones* * *esse prostratam, & nutricem Pontificij catholici, quasi vltimum videri sedile despectum.* & post multa, quales essent eiusmodi accusatores, audi: *Accusatis malitiam, repleti iniquitate, fornicatione, immunditiâ, auaritiâ, nequitiâ, inuidia, antistitis contentione, dolo, malignitate, superbi, elati, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectione, sine misericordia: docentes formam intribus* * *nemine esse miscendum, adulterij Laurentij aut sequaces, &c. præuij; per quos ille aut exercuit, aut habebat toxica, aut effundens mon-strauit quæ accepit.* hæc quidem & alia plura idem Ennodius, qui ad eorundem clericorum instabilitatem ac leuitatem respexisse visus est, cùm istiusmodi inter mœrorem cecinit epigramma[a]:

Quis pontifices, nisi eorum qui nouit arcana:
Famina quem iurans fallere nulla potest.
Astrorum plebem, qui calles, sæcla manentum:
Cynthia cui certis cornibus innotuit:
Non valet hic vultus retinere, nomina, mores,
Quos mutat clerus tempus in exiguum.

hæc planè Ennodius in schismaticos.

VI. Contrà verò cùm Symmachum Papam sanctum prædicat & innocentem, eò fiduciæ impulit ipsum sanctissima vita prædecessorum Romanorum Pontificum, vt Petri vitæ merita transfusa esse in successores dicere non dubitârit, vbi ait: *Nos non beatum Petrum (sicut dicitis) à Domino cum sedu primi legyt, vel successores eius peccandi indicamus licentiam accepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum esse pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctos esse dubitet, quos apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per merita, sufficiant quæ à voci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat: præsciit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur.* hæc Ennodius exemplis, (vt diximus) doctus sanctissimorum, qui hactenùs eidem sedi præfuerunt, Romanorum Pontificum. Elaboratus igitur ex sanctæ Synodi iussu eiusmodi Ennodij diaconi apologeticus, oblatusque Patribus in Synodo consistentibus, ab eisdem in Confessu iussus est legi. Quid verò post hæc habeant ipsa Synodalia Acta ad rerum gestarum cognitionem spectantia, accipe ex eorum verbis: *Eo recitato libello, & ab omnibus consona voce comprobato, sancta Synodus dixit: Hæc futuris temporibus reseruentur, atque ab omnibus teneantur, & ab omnibus seruentur. Hic libellus integerrimè synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quarta & quinta Synodorum nostrarum Actiones interponatur, & ita sicut harum Synodorum decreta habeatur; quia Synodali auctoritate conscriptus est & roboratus.* hæc fuit Patrum omnium de conseruando libello sententia. subdunt mox Synodia Acta:

VII. *Ad quæ beatissimus Papa respondit: Iuxta vestrum omnium fiat voluntatem, & vt iudicatis, Apostolica habeatur auctoritate, & inter Apostolica (quod dicitis) interponatur decreta, & sicut cætera Apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce responderunt, dicentes: Vt fiat, rogamus.* Ita quidem libellus ille non inter Acta tantùm Synodalia, sed inter Pontificia meruit adnumerari decreta: qui vtinam nō corrosus mendis extaret, sed, vt erat cùm est recitatus, purus & integer remansisset!

VIII. Rursum verò rogantibus Patribus, vt omnes accusatores Symmachi damnarentur, simulque qui contrà Synodum Palmarem obloqui præsumpsissent, hisque fautas acclamationes iungentibus, ipse Symmachus Papa non consensit; sed cum delinquentibus, Christiana mansuetudine adhibita, mitiùs agendum esse suasit, imò & penitùs ignoscendum, Domini exemplo docuit. Post hæc autem vetera Ecclesiastica iura restituenda proposuit, quibus caueretur, ne populus in Episcopum, aduersus pastorem omnes, ipsum accusando insurgerent, fidei tantùm modò causâ exceptâ. Addidit autem ad decretum, antè restituendos esse in pristinum expoliatos Episcopos, quàm dicere causam coram alijs Episcopis cogerentur. His & alijs antiquis canonibus ad hæc spectantibus restituris & stabilitis, fecuræ sunt Patrum subscriptiones, quibus & libellum Ennodij roborârunt omnes numero (vt habet inscriptio) ducenti decem & octo Episcopi.

IX. Quòd verò huic quintæ Romanæ sub Symmacho Synodo centùm & quinquaginta fermè Episcopi numerentur Orientalis Ecclesiæ; alicuius alterius Synodi longè anteà celebratæ illam esse subscriptionem, non Romanæ, affirmari posse videtur: siquidem quàm plurimi ibi recenseantur Episcopi, qui interfuisse reperiuntur Concilio œcumenico Chalcedonensi ante annos quinquaginta duos celebrato, quorum nulla penitùs post decem annos à tempore dicti Concilij mentio reperitur.

X. Extat ad eundem Symmachum ante sedatum schisma data ab Ennodio epistola, cuius est exordium: *Boni operatoris est, probatam in acie militiæ animare virtutem.* vbi & hæc inferiùs: *Vtinam Diuinitas vestri precibus diabolicum certamen interimat: Vtinam deuotionem meam in pace manifestet: vtcunq; studium refrigauit aduersitas, illius concordiæ commendet obsequium, &c.* Accidit quidem ex optato, vt Ecclesiæ Romanæ diu exul concordia tandem post liminio redderetur, reciperetúrque ideæ Pontifex ab omnibus amanter & cupidè. Etenim quantum colligere fas est ex eiusdem scriptis Ennodij, ijdem aduersarij, suasione Theodorici Regis ad eosdem scribentis epistolam, ad concordiam communicationemque Catholicam redière, subijcientes se eidem Symmacho Romano Pontifici.

XI. Hæretur autem hac de re ipsius Ennodij breuis dictio eiusmodi concepta verbis, nonnihil nimâ antiquitate mendosa: *Quia in societatem capitis sui aliquando Romana membra coierunt: iustum erat, vt beatus Petrus Apostolus sedis suæ Ecclesias & Senatus liberior per Dominum partes debitas reformaret. dignus Regnator, dignus, in quo cum ætate votorum summa contigit. Nam si ita ad posteros felicitas perueneret: lætandum*

illis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illu est laudatione præcipua, à quibus sumpsit exordium. Deo efficaciter supplicastis, vt illum vos virtus armaret, cuius potest seruare clementia. Didicistis eius euentum prosperos, quem videtis, dum mandat * securam post bella victoriam. Parum superest, vt mansuetudinem mentis illius ita profundam retineatis, quasi sit ignara procinctuum. Deo tribuente, nec pax eius turbari dubijs potest, nec seruitudo qualibet obiectione confingi. Nihil aliud apud illum tutius supplicante, solue euasit præliares acies qui rogauit, vicit armorum impetus, qui obtulit deuotus obsequium.

* amat

XII. THEODORICI REGIS STVDIVM COMMENDATVR.

Quod vix veteres Principes suo fidore potiti sunt, hoc semper Regi nostri breuis procreauit epistola: per excursus dirigitur felix exercitus ad triumphum, qui credat militem eius in labore & in perfectione habere quidem superantis gloriam, sed continentiam subingati. Consummatis congressionibus, de ira hæreditatibus nihil remanet. V no tempore, quos per iniquos aduersarij viderint, blandos sentiunt tributa pendentes. Et hæc quidem cœlesti præparantur pro hac repensione suffragio, quia fides nostra apud eum, nil aliud ipse sectetur: in portu est mirabilis patientia, quæ tenax præpositi sui claritatem non obumbrat alieni. Nam & Ecclesiarum nostrarum patrimonia, nisi aucta fuerunt, ingemiscit. Sic factum est, vt statum suum locupletes pauperum substantia teneant, & mediocres ad supremam opulentiam conualescant: in sacerdotibus virtutes & innatas colit, & non repertas inspirat.

XIII. * præuidico

Sed cum beatitudinem vestram præuideo * diffusis sermones ancipitem, continuò experientia vestra & spiritalis illa perfectio ciuium me fuisse in filij vestri laudibus accusabit: & cum soleant implicari facta colloquijs, sterilem me relatorem de virtutum suarum messe cansabitur: iam seculares apices curules & trabeas, patricias etiam dignitates qualiter aut naturæ reddat, aut moribus domestici per latoris adstipulatione vulgarit (nam & veteres in antiqua generis luce durare facit, & nouos splendore inopinati fulgoris irradiat) facilius Respublica eius bono dispensationis in priuatam migrat opulentiam, quàm famulantium census in Palatina lucra commutetur. Nunc, quòd super est, mea seruitus salutationis acceptis, perspicite vt Christus Redemptor noster qui in præfato clementissima Rege tibi contulit, longâ ætate conseruet: det etiam regni de eius gemine successorem, ne bona tanti hominis in vna ætate veterascant, & antiquata temporibus pro sola aurei seculi commemoratione nominentur. hactenùs Ennodij dictio, & styli duritie, & textus mendosi scabrositate vix perspicaci perquia intellectui.

PRO REGE PRECES FVDIT ENNODIVS.

XIV. ENNODIVS MINIMÆ ADVLATVS.

Ita quidem Ennodius pro Rege, impio quidem, si Arianum fuisse consideres; cæterùm si officia spectes, de Romana Ecclesia ipsiusque Pontifice Symmacho optimè merito. Retinebat mente ista perorans, iussum hoc esse Dei Prophetæ Baruch, cùm in Babylone captiuus populus teneretur a: *Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cœli super terram, & vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor Regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum.* Eiusmodi ergo tibi subiecimus ex diuina Scriptura petitum exemplum, ne existimes tantùm Ecclesiæ diaconum voluisse Regi turpiter adulari.

a Baru. 1.

XV.

Extant eiusdem auctoris complures ad eundem Romanum Pontificem epistolæ priuatis in causis diuersis argumentis conscriptæ, in quibus ille frequens repetitur dicendi vsus in rogando & obtestando*, vel in alia ex causa dicendo, *Per coronam vestram*: vel, *A corona vestra*. sed haud recens est ista nomenclatura, vel peculiaris de Romano Pontifice: nam & vsurpata inuenitur, vbi cum alijs etiam Episcopis actum est; quod docet S. Augustini epistola centesima septuagesima quarta.

XVI. ÆGROTANTE SYMMACHO LVGEBAT ECCLESIA.

Post hæc autem ipsum Pontificem Symmachum ægrotâsse, sed conualuisse, idem Ennodius scribens ad Faustum declarat his verbis: *Sancti Episcopi Patris nostri prope in dubium salus deducta me terruit: in cuius ægritudine quamuis cuncta illacrymaret Ecclesia, me tamen specialis mœror afflixit, qui eius plus debeo amori. Vidi pacem ciuitatis, vigente * tristitiâ: discordiam Vrbis nostræ limina transcendentem, & ab oculis nostris quasi incertum aliquod aut vagum fumum elapsum. Sed sufficiat tristibus stricta narratio. Iam ad bonam valetudinem sanctis Patris salus optanda & diligenda respirat.* hæc Ennodius: quibus intelligis, quantum prosequeretur amore vniuersa Ecclesia pastorem suum, cùm eius corporis ægritudine, ipsa animo ægrotaret, & tota lacrymis se proluueret. Vnde & tu habeas, quo mores perditissimos nostri infelicissimi temporis lugeas, cùm miseros viros studentes priuatis commodis, instar perditissimorum filiorum, qui lætantur ad ægritudinem patris, & exultent in obitu, quo inuadant diu cupitam hæreditatem, non solùm non tristari, sed exhilarari spiritualis morte parentis, quam & malis artibus sæpè inquirere & prædicere soleant. En quæ priuatus amor, quo ardor Christianæ charitatis prorsus extinguitur, pariat deformia horrendaque visu contra naturam monstra.

* amare

XVII.

At iam de rebus inter Anastasium Imperatorem & Symmachum Romanum Pontificem tempore isto transactis agendum nobis est. Qui enim (vt anno superiori vidimus) ab ipso Symmacho anathemate idem damnatus est Anastasius Imperator; quòd aduersus Pontificem nullam alio modo sibi liceret experiri vindictam, cùm iam molitiones omnes per Romanos Senatores aduersus eum diutiùs pertentatæ irritæ prorsus redditæ fuissent; ad maledicta conuersus, calumniarum iaculis ipsum è longè appetere conatus est, scribens in eum contumelijs refertum libellum: aduersus quem ipse Symmachus apologeticam scripsit epistolam. Hæc quidem non ante hoc tempus gesta esse, ipsæ literæ Symmachi satis docent, dum in eis mentio habetur de lapidatione, quâ à schismaticis anno superiori (vt vidimus) appetitus, Dei prouidentiâ liberatus est. Ipsa autem epistola Symmachi sic se habet b, eiusmodi inscriptione notata:

b Extat to. 1 Bibliothecæ sanct.

Symmachi Episcopi Romani Apologeticus aduersus Anastasium Imperatorem,

XVIII.

Ad augustæ maiestatis Gratiani Imper. epistolam cùm libris beatus respondit Ambrosius: *quia pro fide Catholica & illum non piguit prolixis prædicare, & hic non fastidiunt gratanter accipere. Hæc dixerim, vt si modum libelli promendo collegerim non existimer quæ non oportuit locutus. Si mihi, Imperator, apud exteros Reges, eosq; totius Diuinitatis ignaros, pro fide Catholica dicendum foret; quicquid eius veritati rationiq; congrueret, etiam præsentia morte perorarem. Væ c mihi erit, si non euangelizauero. Melius, est iacturam vitæ præsentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verùm tu, si Romanus Imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere, si Christianus Princeps es, qualiscumque Præsulis Apostolici debes vocem patienter audire.*

c 1. Cor. 9

XIX.

Contumelias tuas, Imperator, quas sub diuino iudicio ipse perpendis, vtrùm ne ex me religiosa mente prosuderis, fateor vel mei causa veluti dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem Domini recolendo dicentis d: Cùm vos persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos propter me, gaudete. Tui autem quia nollem sic meam gloriam prouenire, vt te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem Dominicis & Apostolicis sermonibus inflammatus, benedictionem studeo eius, Imperator, referre maledicis, contumelijs honorificentiam reddere, & obsequijs redhibere charitatem. Sed vide, quæso, ne ab eo, qui ait e: Mihi vindictam, & ego retribuam: quantùm à me remittitur, tantùm à te cumulatiùs exigatur. Quid enim Christus dicat de his, qui vel minimum in eam credentem scandalizauerint, Euangelium f referat, non mea voce promatur.

d Matt. 5.

e Rom. 12.

XX.

Sed fortasse dicis potiùs te esse minimum, qui credas in Christo, & de te hoc rectiùs accipi, & me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus & totus homo est sic conceptus, sic editus, sic conuersatus in seculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic eleuatus in cœlum, sic exinde dicturus est esse venturus, sic hodieq; in cuius regione persistit, dicente Apostolo g: In quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter, & certè de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus, qui sic credit in Christum: sed & huiusmodi in Christum credit, qui in integrum Christum credit, non in semi Christum, & ideo non in Christum, quia Christus non nisi integer: integer aut non missi huiusmodi. De tali ergo in se credente dicit: ipse etenim minimus eius & paruus est, pro quo scandalizato quid promiserit, ipsum (vt dictum est) verbum melius intelligitur.

g Coloss. 2.

Forta, si

XXI. Fortasse dicas, Imperator: Sed ego quoque talem Christum credo, & ideò inter eius minimos iure connumeror. Hoc grauius, si & talem credis, & talem non credentibus communione misceris: Haec enim (inquit Apostolus [a]) non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce, alienos non esse, aut longè grauius (vt dictum est) contra notam sibi erit tendere veritatem.

[a] Rom. 1.

Contumelias igitur, Imperator, quas in meam proferendas putas esse personam, vtinam quàm mihi gloriosè sunt, ita te grauare non possent. Domino meo dictum est à quibusdam [b]: Demonium habes, Vorator, de fornicatione natus: Et putas quia ego debeam mihi dolere? quàm talia proferenti cautum est & diuinis legibus & humanis? in ore [c] duorum autem trium testium stat omne verbum. Quid cùm & humano te examinante iudicio falsa fuerint comprobata? Quid Imperatoris diuino iudicio? An quia Imperator es, nullum Dei putas esse iudicium? Taceo quòd Imperatorem accusatorem esse non conueniat: postremò isdem diuini humanique legibus nemo possit esse accusator & iudex. Nunquidnam sub alieno iudicio dicturus es causam, vel accusator astabis?

[b] Mat. 11. Luc. 7.

[c] Ioan. 8.

XXII. Dicis me esse Manichaeum. Nunquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo, quorum furor maximè Manichaeorum suffragatur errori? Roma mihi testis est, & scrinia testium, nec non perhibent, vtrùm à fide Catholica, quam in sede [d] sancti Apostoli Petri veniens expaganitate suscepi, aliqua ex parte deuiauerim. Procedat aliquis, & quilibet ratione conuincat: alioqui conuicia sunt ista, non criminum probamenta. Nescio vtrum quibus obiicitur falsum, an falsis obiectoribus inimicia dicentibus me non ordine consecratum. Inter imbres lapidum totus euasi: Iudicauit Deus.

XXIII. An quia Imperator es, diuinum putas contemnendum esse iudicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum noxia quoque plerumque permittere. Scriptum est: Ex fructibus [e] eorum cognoscetis eos. Ostende ergo quid existimes arguendum, vt iratum maximè Deum, quà non conuenerant, permisisse demonstres. An qui Eutychianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non sauciant; sed te palàm aperteq; demonstrant meum cogitâsse honorem repellere, quem interuentu suo beatus Petrus imposuit. An quia Imperator es, contra Petri meritu potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum Apostolum in suo qualicumque Vicario calcare contendis? An benè factus essem, si Eutychianis fauerem? si Acacij nomini communicarem? Latere non potest, cur ista prætendas.

[d] Mat. 7.

XXIV. Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis: inter quos tantùm distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste diuinarum. Tu Imperator à Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas; postremò tu humana administras; ille diuina dispensat. Itaque vt non dicam superior, certè aequalis honor est. Sed hæc modestiæ causa. pergit verò: Nec te putes mundi pompâ præcellere: Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Itaque videris, quid te doceat. Tamen cùm in accusationem prorueris, tam diuinis legibus, quàm humanis pacis me cum sorte consistis, in qua carissimus honore summo si fuero (quia id meus) te accusante conuictus, amissurus pari ratione, si non conuicerer dignitatem. Sit Deus in medio iudicium: spectante Deo & Angelis eius, spectaculum omni sæculo simus, quo aut Sacerdos bonæ vitæ, aut Imperator religiosæ mentis consequatur exemplum. quia his præcipuè duobus officijs regitur humanum genus, vt non debeat aliquid eorum existere, quo valeat offendi Diuinitas: maximè cùm vterque honor videatur esse perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro consulatur.

XXV. Precor, Imperator (pace tua dixerim) memento te hominem, vt possis vti concessâ tibi diuinitùs potestate: quia etiam si hæc sub humano prouenere iudicio, sub diuino necesse est, vt discutiantur examine. Fortasse dicturus es, scriptum esse, omni potestati nos subditos esse debere. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non agitant voluntates. Cæterùm si omnis potestas à Deo est, magis ergo quæ rebus est præstituta diuinis. Defer Deo in nobis, Senatu & collegio clericorum Roma, & nos deferemus Deo in te. Cæterùm si tu Deo non defers, non potes eius vti priuilegio, cuius iura contemnis.

XXVI. Dicis, quòd mecum conspirante Senatu, excommunicauerim te. Ista quidem ego: sed rationabiliter factum à decessoribus meis sine dubio subsequor. Dicis quòd malè te Romanus tractet Senatus. Si nos te malè tractamus, suadentes, vt discedas ab hæretica tu nos benè tractas, quos vis sociare præcipitanter cum hæreticis? Quid ad me (inquies) quod egit Acacius? Recedo ergo, & nihil ad te: nam si non recedis ab eo, pertinet ad te. relinquamus vterque mortuum: & nos hoc petimus, vt nihil ad te pertineat quod egit Acacius; Vita & tu; & ad vtrosque non pertinet quod egit Acacius; vt possis sine his quæ egit Acacius, cum ea, quæ ad nos pertinet causa coniungi; vt possis sine Acacio nostræ communionis esse socius. Nos non te excommunicauimus, Imperator, sed Acacium: tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicatione eius, & non es excommunicatus à nobis. Catholici Principes quidem semper Apostolicos Præsules institutos sui litteris præuenerunt; & illam confessionem fidemq; præcipuam, tanquam boni filij, quæ suerunt debitæ pietatis affectu, cui nos cui ipsius Domini Saluatoris ore [e] curam totius Ecclesiæ delegatam. Quod quiper occasiones fortasse publicas tua credatur præteriisse tranquillitas: ne magis bonorem meum, quàm solicitudinem Dominici gregis appetere iudicarer, appellare non desisti meis sæpè colloquijs.

[e] Ioan. 21.

Vulgatum fuisse designas, quòd tua serenitas directa militari manu compelleret eos, qui se à contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi & armis in prauaricatæ communionis consortia detestanda. Vbi te, rerum humanarum Princeps, qualiscumque sedis Apostolicæ Vicarius contestari mea voce non desino, vt te memineris hominem, quantalibet sis mundi potestate subnixus: circumspicias, cunctos, qui ab initio dogmatis Christiani Catholicam fidem diuerso proposito persequi vel affligere sunt conati, quemadmodùm (vastitatis insectatione, cuius placuit contritionis illatæ) ipsi qui intulerint ista praualendo defecerint: & Orthodoxa veritas hoc praualuerit magis, quo putaretur oppressa: quæ sunt sub insectatoribus suis creuisse monstratur. sic obtriuisse cognoscitur insequentes. XXVII.

Mirùm si non humanus sensus intendit, præcipuè quisque Christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem communionemq; Christianam variis supestitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc & ipsi quocumque modo percellere moliuntur. Quid inter est enim, vtrum Paganus, an (quod est deterius) sub nomine Christiano veram sinceramq; traditionem Apostolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatem, vt cùm in illis regionibus cuncta prorsus hæreses opiniones suas habeant publicè licentiam profitendi: sola Catholicæ communionis libertas putetur ab his, qui se religiosos existimant, subruenda? Quæ putatur error (quod non licet) cum cæteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus: sin integritas æstimatur, sequenda potius fuerat, quàm violenta persecutione vastanda. nec eam probantur insequi potuisse, nisi prauæ sectantes. XXVIII.

An ne ipsi conuincerentur errare, repellere cogitarunt, quo notabantur errantes, malentes non assectari quod iustum est, sed potius, & mouere, quo docerentur iniusti. Sic recessit ab humanis mentibus Deus, vt obstinate contra eius ordinu voluntatem non aspiciant, & in isto sæculo diuinum non deesse posse iudicium, & post huius vitæ cursum illi tremendo se non defuturos examini, su quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, & patefacta puniantur: nisi qui hæc omninò non credunt, quiuis illa se perpetrâsse impunè confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestari qua possumus voce nullatenùs cessamus, omnipotentem Deum suis causis minimè defuturum, & quantacumque sit humana præsumptio, quantacumque sit potentia, sub diuino nutu huius atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum neque hic confidimus euasurum: & in illo magno Dei iudicio recepturum, quos ijs temeritatibus diuina retributione debetur. Hac nos nequaquam tacuisse sufficiat: vt cùm superna fuerit vltio subsecuta, & vera nos protulisse confideratio humana cognoscat, & pœnam non inaniter pronunciasse venturam: & præposuisse præmonitionis formam, qua huiusmodi præcipitijs de cæterò temperetur. Certè si huiusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec à Christianis vexari deceat Christum quocumque titulo confitentes, nec vinentes in iure Romano lacerari conueniat à Romanis: consequenter ostenditur Romanos homines & qualiscumque Christiana professione imperare, nec Christianum ducis posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant, aut nullus penitùs impetendus: & quod in vno genere iudicat amonendum, in omnibus repelle, si prauales: si omnia sunt finenda, nullus penitùs excludendus. XXIX.

alioqui

aliosquin dum parcendo cunctis erroribus fis amicus, nonnisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est.

XXX. Omnes Catholici Principes siue cùm Imperij gubernacula susceperunt siue cùm Apostolicæ sedi nouos agnouerunt præsules institutos, ad eam sua protinùs scripta miserunt, vt se docerent eius esse consortes. Itaq; qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos: quod chartis quoq; tuis apud te etiam possumus astruere, nisi te amulum & rerum & inimicum vitaremus & iudicem. Non mirum si Catholicos persequuntur Manichæorum patroni, cùm falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in Orthodoxos sæuiant, quibus potest cum cunctis hæresibus conuenire, & quibus eris erroribus amici non possint nisi solis esse non errantibus inimici. Si error est, conuincendus est: verùm si error non est, vbi verum, deesse cognosce, qui persequeris*, quo conuinceris errore. Sed prauitatis cõplex non potest nisi cum persequi, qui est prauitatis inimicus. hactenùs Symmachus ad Anastasium.

* quo profiteris errare.

XXXI. SYMMACHVS EXAGITAT MANICHÆOS.

Quod autem ad Manichæos spectat, quorum hæresi falsò ac calumniosè ab Anastasio Symmachus infamatur: tantùm abfuit, vt vel leui quâque suspicione de eius contagio Symmachus laboraret, vt etiam præ cæteris hæreticis sit insectatus Manichæos: quibus occultè Romæ degentibus, eius industriâ repertis, quid in illos egerit, liber de Romanis Pontificibus declarat his verbis[a]: *Post hæc omnia beatus Symmachus inuenit Manichæos in vrbe Roma, quorum omnium simulacra vel codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremauit, & eos ipsos exilio relegauit.* hæc ibi. At contrà ipse Anastasius Imperator omnium Græcorum historicorum testificatione eo crimine infamatur: quod quidem & hac epistola Symmachus in fine liberè asseuerat, dum eumdem appellat Manichorum patronum.

a Tom. 1. Conc. vet. edit.

XXXII. DE ROM. EXERCITV VAGATO.

Quod ad res bellicas pertinet, cesserunt cædem infeliciter Anastasio Imperatori: nam sub huius anni Consulibus hæc habet Marcellinus in Chronico: *Tres Romanorum ductores, Patricius, Hipatius, & Ariobinda, quicum quindecim millibus armatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi iuxta Syseam castellum cum ipsdem Persis sine audacia conflixerunt: multi tunc militum, ductoribus exercitûs fugientibus, cæsi sunt. Immenso debinc auri pondere hostibus dato, captam rebus, vacuam Amidam ciuitatem ijdem nostri redemerunt, Celere Magistro officiorum ibi cum duobus millibus bellatorum in subsidium destinato:* hæc Marcellinus. Ex quo enim Ecclesijs Anastius bellum indixit, barbari vndique in eum bella ciere, quæ tamen non ferro (vt sæpè dictum est) sed auro ipse sedare solebat. Sed rursùm alij barbari emergebant: nam Theodorus Lector[b]: *Cùm autem Imperator fœdera cum Persis inuisset, Barri populi Pontum inuaserunt. Anastasius bellis occupatus ab infestatione Orthodoxorum destitit. Vt autem modicum quietis à bellicis occupationibus accepit, rursus contra Ecclesiam & Macedonium armatus est.* hæc Theodorus. Sed de eius prœlijs in Orthodoxos dicturi sumus inferiùs suis locis.

b Theodor. Lect. lib. 2. Collect.

IESV CHRISTI
Annus 504.

SYMMACHI PAP. Annus 6. ANASTASII IMP. 14. THEODORICI REG. 12.

I. THEODORICVS BVLGAROS VINCIT.

SEQVENS Christi annus quingentesimus quartus vnius Consulis Cæthei nomine notatur à Cassiodoro & Marcellino: Sed puto pro Cætheo, Cetego reseruendũ: quod Romanum est nomen; & hoc tempore claruisse reperitur Romæ eiusdem nominis Senator amplissimus, ad quem extant litteræ Ennodij Ticinensis. *Sub quo quidem Consule* (inquit Cassiodorus) *virtute domini nostri Regis Theodorici, victis Bulgaribus, Sirmium recepit Italia.* Per Tolum Ducem insigne hoc esse gestum bellum, quæ Athalaricus ad Senatum Romanum scripsit, paucis his satis apertè docet, cùm eiusdem Ducis virtutem prædicans, hæc ait[c]: *Egit de Hunnis inter alios triumphum, & emeritam laudem primis congressibus auspicatus nec dedit Bulgares toti Orbi terribiles. Ad expeditionem directus est Sirmiensem, vt quod ab illo Martio viro didicerat, verbis in camporum libertate monstraret.* subiecit sibi Theodoricus Pannoniam Sirmiensem, ad cuius prouinciæ præfecturam direxit Colosseum Comitem. extat & de his ipsius Theodorici epistola[d]. At quàm euidenter manu tangere quisque potetit, quæ & tu ipse probè conspicis lector, cuncta benè cessisse Theodorico, dum licèt Arianus, nihil voluit imminutum iurium Romani Pontificis, & fatiscente sub dira schismaticorum persecutione Romanâ Ecclesiâ, Symmacho Papæ (vt vidimus) præsto fuit, & fugatam concordiam, abiectamque pacem restituit Ecclesiæ atque Senatui.

c Apud Cassiod. Var. lib. 3. epist. 23.

d Apud Cassiod. Var. lib. 3. epist. 23.

II. At non parui fuit momenti Bulgaros à Theodorico debellatos esse, prour Ennodius in Panegyrico in laudem eiusdem Theodorici dicto demonstrat, dum hanc præ cæteris eius victoriã celebrat, vbi & de Bulgarorum ferocia ista habet: *Hæc est natio, cuius ante te fuit omne, quod voluit, in qua titulos obtinuit, qui emit aduersariorum sanguine dignitatem, apud quam campus est vulgator natalium: nam cuius plus rubuerunt tela luctamine, ille putatur sine ambage sublimior. Quam ante dimicationem tuam contigerat agnouisse resistentem: qua prolixis temporibus solum bella consummauit excursu.* & post multa de eorundem victu ferino dicta, ista subdit de ipsorum fortitudine & bellico robore: *Hi antè mundus perimus esse credebatur: nunc illam sibi tantùm Orbis partem interciisam æstimant, quam tuetis,* &c. Subdit & inferius de ijsdem per Theodoricum victis Bulgaris, Sirmioq; recepta. Post quã quidem victoriam eam ab Ennodio dictam esse in laudem Theodorici orationem, satis apparet.

III. SEXTA 9 ROM. SYNODVS CONTRA VSVRPANTES BONA ECCLESIASTICA.

Quod verò spectat ad res Romæ gestas: Post celebratam anno superiori Quintam sub Symmacho Synodum Sexta quæ ordine sequitur, hoc anno habita creditur, cuius Actorum eiusmodi extat exordium: *Cùm in vnam apud beatum Petrum Apostolum sanctæ Sextæ Synodus conuenisse à beato Symmacho Papa congregata resedisset,* &c. actum in ea est aduersus inuasores rerum Ecclesiasticarum: sancitumq; ne quis vendicãtes sibi indebitè bona Ecclesiastica siue mobilia, siue immobilia, nisi ea restituerent, vt hæretici manifestè debeant anathematizari, nec nisi per satisfactionem ad communionem admitti. quâ sententiâ declaratum est teneri omnes, qui facultates Ecclesiæ sub specie regiæ largitatis obtinuissent; eò quòd Regum non sit decernere de bonis Ecclesiæ: Nec licere Imperatori vel Regi contra diuina mandata & Patrum constituta sibi aliquid quouis modo vsurpare. hæc pluribus Symmachus vnà cum sancta Synodo, nihil veritus potentissimum Regem barbarum, eumdemque Arianum Italiæ dominantem, atque Romanis ipsis iurydantem.

IV. At non steterunt, sed paruisse Theodorico cum Regem Concilij Romani decreto hoc anno edito, quæ post hæc rescripsit pro bonis Ecclesiæ Mediolanensis significant verbis istis[e]:

e Apud Cassiod. Var. lib. 2. epist. 19. PARET REX THEODORICVS DECRETO ROM. PONT.

Quamuis nullis velimus grauamen aliquod sustinere quæ videtur pietati nostræ protegere (quia regnantis est gloria subiectorum otiosa tranquillitas) tamen specialiter Ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas: quibus dum æquabilia præstantur, misericordia Diuinitatis acquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgij Episcopi sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus, vt prædijs vel honoribus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salua ciuilitate præstare; nec à quoquam cuiuslibet rationis homine contra fas patiaris opprimi, quos decet Diuinitatis intuitu subleuari. hæc Theodoricus interpellatus ab Eustorgio Iuniore: successit iste Laurentio, quem Symmachi Synodis Quartæ & Quintæ Romæ interfuisse vidimus; sed cùm Concilio huius anni nequaquam præsens fuerit, cõijcere possumus ipsum hoc tempore esse defunctum, longo iam senio fatiscentem, vt ex Ennodio patet: licèt sciamus alios pro captu animi numerum annorum cuilibet Mediolanensi Episcopo adscribentes, post annos octo Eustorgium ponere Laurentij successorem.

V. Quòd rursùm spectat ad Theodorici Regis obseruan-

a *Apud Cassiod. Var. lib. 4. epist. 17.*

etiam Symmachi Papæ decretis exhibitam, fidem certam faciunt quæ posteà rescripsit[a] de possessionibus Ecclesiæ Narbonensis, & alia, quæ dedit rescripta pro defensione bonorum & iurium Ecclesiarum. Præstitit planè Arianus Princeps, quæ in pluribus desiderari possint Regibus Orthodoxis: sed consecutus est à Deo in hac vita præmium ex compensatione frequentium in hostes victoriarum.

VI.

Quòd insuper ad Episcopos, qui tum huic Sexto, tum alijs superioribus habitis Romæ sub Symmacho Papa Concilijs interfuêre, spectat, inter alios non silendum de Valentino Episcopo Amiternensi, qui ijsdem Concilijs reperitur esse subscriptus: sub quo ea contigisse noscûtur, quæ narrantur à S. Gregorio in Dialogis[b] in rebus Equitij, cùm de Basilio mago agit, qui Româ fugit monastico indutus habitu, ne posset agnosci. Sed quâ occasione captârit Basilius istâ fugam, ex Theodorici Regis epistolis satis possumus intelligere. Ad hæc autem certiùs cognoscenda, meminisse debes querelæ Gelasij, qui in Andronicum scribens exprobrat, magicas artes vigere Romæ etiam Paganis ipsis horrendas; sed quod deteriùs fuit, his non viles personæ, sed nobiles intentârant. Qui autem præ cæteris eius probrosi criminis Romæ infamati fuerint, ex eiusdem cognosces Theodorici litteris fuisse Basilium & Prætextatum viros illustres: in eo enim exerceri iudicium idem Rex solicito studio iussit; cuius extat de his epistola ad Argolicum Vrbis præfectum, quæ sic se habet[c]:

b *Greg. Dialog. l. 1. cap. 4.*

DE VALENTINO EPISCOPO AMITERNENSI.

c *Apud Cassiod. libr. 4. epist. 22.*

VII.

DE IVDICIO ADVERSVS MAGOS EX EPISTOLA THEODORICI

Intolerabilis excessus est, qui superna maiestatis affectat iniuriam, & oblitus pietetis crudelia sectatur errorum. Quem enim spērárit veniæ locum, qui reuerendum contempsit auctorem? Abscedat ritus de medio iam profanus: conticescat pœnale murmur animarum, Versari non licet in magicis artibus temporibus Christiani. Magnitudinis itaque tuæ relatione comperimus, Basilium atq; Prætextatum artis finistræ iamdiu contagione pollutos in accusationem tui examinis personarum intentione deductos: Super qua re nostram te asseris spectare sententiam, vt confidentius fiat, quod pietatis nostræ mandat auctoritas. Sed nos quæ nescimus à legibus discrepare, quorum cordi est omnibus moderatam tenere iustitiam, præsenti auctoritate decernimus, vt quinque Senatoribus, id est, magnificis & Patricijs viris Symmacho, Decio, Volusiano, atque Caliano, necnon illustri viro Maximiano hanc causam legitimam examinatione pensetis: & per omnia iuris ordine custodito, si crimen, quod intenditur, fuerit comprobatum, ipsarum quoque legum districtione plectatur: vt rei adhibiti atque secretis per hoc vinculta genus à culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non potest incerta notitia. De quare illustri viro Comiti Arigerno præcepta direximus, vt omnium violentâ defensione summotâ, si se occulunt, ad iudicium protrahat imperitos, & vobiscum in hac causa residens nec opprimi faciat innoxios, nec lege sinat euadere criminosos*: hactenùs ad Præfectum Vrbis Argolicum Theodoricus.

* leges

VIII.

Clarissimos planè & Senatorij ordinis hos fuisse reos; ex iudicij saltem apparatu intelligere facilè potes, dum causæ cognitionem præter Vrbis Præfectum Comiti etiâ Arigerno committit, & per quinque Patricios viros in Vrbe præcipuos voluit iudicium agitari. De Prætextati quidem familia satis nota sæpe superiùs contigit fieri mentionem. Basilius etiam non semel ad Consulatum proiectos, Fasti indicant Consulares. est præterea mentio de familia Basiliana in epistola Athalarici Regis ad Senatum[d]. Sed quid accidit? Dum formidolosum huiusmodi iudicium curaretur (nescio quomodo) ijdem magiæ rei fugâ lapsi sunt; quod cùm Theodoricus Rex accepisset, diligêter inquiri mandauit, ita scribês ad Arigernũ Comitem[e]:

d *Apud Cassiod. lib. 8. ep. 17.*

DE BASILIO ET PRÆTEXTATO.

e *Apud Cassiod. l. 4. ep. 23.*

IX.

Quamuis oporteat commissam tibi disciplinam Romanæ ciuitatis in omnibus custodiri: tamen in eis maximè studiosior esse debes; quæ nostrâ tibi auctoritate delegata cognoscis; vt circa te augeat gratiam custodita iustitia, & augmenta famæ nostri iudicij, qui nobis hactenùs de integritate placuisti. Præfectus igitur Vrbis suâ nobis relatione declarauit, Basilium atq; Prætextatum magicis artibus inuolutos impeti accusatione multorum: quos ipsos intimat mentis alienatione custodum: Eos te præcipimus vbicunq; repertos ad iudicium Quinquenirale ducere, quod in præsenti negotio nostra delegauit auctoritas, vbi te residere censemus: vt violenta omnium defensione submotâ, hanc causam discuti facias legitimo & finiri; & si res criminis, cuius impetuntur, fuerint approbati, sententiam subeant, quam iuris definita sanxerunt. Si verò innocentia eorum detestabili pulsatur inuidiâ, opprimi eos nullâ ratione patiaris: quia in omnibus causis consideratione diuinâ illud fieri volumus, quod opinionem nostræ pietatis accumulet. hactenùs ad Argolicum.

DE MAGIS EFFUGA LAPSIS.

Quânam autem pœna istiusmodi delinquentes præter ius commune afficiendi essent, ipse Theodoricus istâ decreuerat[f]:

X.

f *Edict. Theod. tit. 100.*

Malorum artium conscij, id est, malefici, nudati bonis omnibus, quæ habere possunt, honesti perpetuò damnentur exilio, humiliores capite puniendi sunt. Num autem ijdem reperti fuerint apud Cassiodorum nusquam mentio: nec apud alios de Prætextato quicquam scribitur. Basilij verò fugientis quædam in scriptis Gregorij Papæ temerè impressa vestigia, quibus nos eum, qui latuit Theodoricum, cõsequi valeamus. Mentio namque est apud S. Gregorium de Basilio mago, qui habitu in monachum transmutato, ne fugiens noscereetur, ab Vrbe clàm aufugit. Non alium quidem hunc ab illo fuisse, nomen, crimen, fuga, & tempus significant: ad hæc sanè tempora ea deduci, quæ idem S. Gregorius narrat, ex ijs, quæ dicemus, perspicuè apparebit. Recitemus modò quæ de Basilio mago idem scribit[g]:

BASILIVS MAGVS QVOMODO SE GREGORIO AB VRBE.

g *Greg. Dialog. Lib. cap. 14.*

XI.

BASILIVS EQVITIO TRADITVR.

Eo tempore, quo malefici sunt in hac Vrbe deprehensi, Basilius qui in magicis operibus primus fuit: in monachico habitu Valerium fugiens petijt. Qui ad virum reuerendissimum castrorum Amiterninæ ciuitatis Episcopum pergens, petijt ab eo, vt eum Equitio Abbati committeret, ac sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit Episcopus (inter fuisse reperitur Episcopus Amiterninus, Valentinus nomine, Synodis nuper sub Symmacho Romæ habitis) *secumq; Basilium monachum deduxit: & Equitium Dei famulum rogauit, vt eumdem monachũ in congregationem susciperet. Quem statim vir sanctus intuens, ait: Hunc, quem mihi commendas, Pater, ego non video eum monachum esse, sed diabolum. Cui ille respondit: Occasionem quæris, ne debeas præstare quod peto. Ad quem hæc Dei famulus dixit: Ego quidem hoc eum esse denuncio, quod video: ne tamen nolle me obedire existimes, faciam quod iubes.*

XII.

BASILIVS HABITVM SIBI SIMVLATE MONACHI LICITAT MONASTERIO.

Susceptus itaque in monasterio est. Post nonnullos verò dies idem Dei famulus pro exhortandis ad desideria superna Fidelibus paulò longius à cella digressus est. Quo discedente, contigit, vt in monasterio virginum, in quo eiusdem patris cura inuigilabat, vna earum, quæ iuxta carnis huius putredinem speciosa videbatur, fœlicitate inciperet, & vehementer anxiari, magnisq; non vocibus, sed stridoribus clamare: Modò moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per sua curationis studium salutem reddat. Sed in tanti patris absentia accedere quisquam monachorum in congregationem virginum non audebat, quanto minùs ille, qui nouus aduenerat, cuius adhuc vitam congregatio fratrum nescibat. Missum repentè est, vt Dei famulo nunciaretur, quòd sanctimonialis illa immensis febribus æstuaret, & Basilij monachi visitationem anxia quæreret.

XIII.

EXPELLITVR MAGVS.

Quo audito, vir sanctus dedignando subrisit, atque ait: Numquid non dixi, quòd diabolus iste est, non monachus? Ite, & eum de cella expellite. De ancilla autem Dei, quæ anxietate febrium vrgetur, nolite esse soliciti; quia ex hac hora neque febribus laboratura est, neque Basilium quæsitura. Regressus est monachus, & eâ horâ salutì restitutam Dei virginem agnouit, quâ eamdem salutem illius Dei famulus Equitius longè positus nunciauit; in virtute scilicet miraculi exemplum tenens magistri, h *qui imitatus ad filium Regis, eum solo verbo restituit saluti; vt reuertens pater eâ hora filium restitutum vitæ cognosceret, qua vitam illius ore veritatis audisset. Omnes autem monachi iussionem patris sui implentes, eumdem Basilium ex monasterij habitatione repulerunt. Qui repulsus dixit, frequenter se cellam Equitij magicis artibus in aere sustendisse, nec tamen ei quicquam ledere potuisse. Qui non post longum tempus, in hac Romana vrbe, exardescente zelo Christiani populi, igne crematus est.* magis autem in eum exarsit populi furor, quòd lapsus crederetur Iudicum indulgentiâ.

h *Ioan. 4.*

XIV.

Consecrauerunt planè (vt dicit Moyses[i] de Leuitis) Ecclesiæ Romanæ filij manus suas Deo, memores à Domino dictum[k]: *Maleficos non patieris viuere.* cùm in totius

i *Exo. 32.*

k *Exo. 22.*

mago-

magorum collegij coryphæum populus zelo Diuinitatis inflijt, flammisque tradidit nefarium impostorem, recolens aduersus huiusmodi genus hominum fuisse Apostolorum principibus Petro & Paulo incundum sæpè certamen, meritò igitur qui se filios Petri scirent & Pauli, sicut illi in Simonem & in Elymam [a], omnes simul in Basilium insurrexerunt, flammisque absumendum dederunt.

XV. DE EQVITIO EVANGELIVM PRÆDICANTE.

At verò quòd occasione Basilij de virtute Equitij ex S. Gregorio contigit fieri mentionem; intelligere æquè possumus, quo potissimùm tempore ipse vixit: Hæc vt intelligamus, primum quæ transacta sunt inter ipsum & Romanum Pontificem opportunè hic repetenda erunt. Factum namque est, vt eidem S. Equitio munus Euangelicæ prædicationis exercenti negotium fieret ab Apostolicæ sedis ministris, quod videlicet absque licentia Romani Pontificis tale sibi munus arrogâsset. Cautè planè in his agendum, recens exemplum admonuit, dum (quod dictũ est sub Gelasio Papa) paulò ântè quidam imperitus, nomine Seneca, in Picenti prouincia vsurpans sibi docendi munus, Pelagiana fœmina seruisset. Quamobrem cùm quis non missus eiusmodi exercere munus inueniretur, defercbatur quamprimùm ad ipsum Romanum Pontificem; vt accidisse S. Equitio, S. Gregorius docet, dum de eo eiusmodi narrationem instituit [b]:

[a] Act. 13.

[b] Greg. Dialog. Lib. cap. 4.

XVI. PRÆDICATOR EVANGELII QVI LEGITIMVS.

Quidam Felix nomine, Martiæ prouinciæ nobilis, pater huius Castorij, qui nunc nobiscum in Romana vrbe demoratur, cùm eum dem venerabilem virum Equitium sacrum ordinem non habere conspiceret, & per singula loca discurrere, atq; studiosè prædicare: eum quodam die familiaritatis ausu adijt, dicens: Qui sacrum ordinem non habes, atque à Romano Pontifice, sub quo gregis, prædicationis licentiam non accepisti, prædicare quomodo præsumis? Hîc obserua, lector, veterem morem in Ecclesia semper vsu retentum, neque laico cuipiam annunciandi verbi Dei datã esse aliquando facultatem, neque etiam sacris ordinibus Deo consecratis id fuisse concessum absq; Summi Pontificis auctoritate: Apostolicum namq; munus absq; Principis Apostolorum licentia cuiquam vsurpare vetitum erat, nisi qui miraculorum virtute se à Deo missum esse, certis notis ostendere potuisset: vt accidit S. Equitio, de quo cœptam narrationem ita prosequitur S. Gregorius:

XVII. EQVITIVS A DEO MISSVS PRÆDICARE EVANGELIVM.

Quã cùm inquisitione compulsus vir sanctus indicaret, prædicationis licentiam qualiter acceperit, dicens: Ea quæ mihi loqueris, ego quoque mecum ipse pertracto. Sed quãdam nocte speciosus mihi per visionem iuuenis astitit, atque in lingua mea medicinale ferramentum, id est, fleubotho mum posuit, dicens: Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad prædicandum. Atque ex illo die, etiam cùm voluero, de Deo tacere non possum. & paulò post: *Tantus quippe illum feruor ad colligendas Deo animas accenderat, vt per monasteriis præesset, quatenus per Ecclesias per castra, per vicos, per singulorum quoque Fidelium domos circumquaque discurreret, & corda audientium ad amorem patriæ cœlestis excitaret. Erat verò valde vilis in vestibus, atque ita despectus, vt si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam resalutare dispiceret: & quoties alia tendebat ad loca, iumento sedere consuescebat, quod esse despicabilius omnibus iumentis in cella potuisset reperiri, in quo etiam capistro pro freno, & veruecum pellibus pro sella vtebatur. Per semetipsum sacros coditis in pelliceo sacculo missos dextro læuoq; portabat latere: & quocumque peruenisset, Scripturarum aperiebat fontem, & rigabat prata mentium.*

XVIII. ACCVSATVR EQVITIVS APVD ROMAN. PONTIF.

Huius quoque opinio prædicationis ad Romanæ vrbis notitiam pervenit: atq, vt eil lingua adulantium, auditores sui animam amplectendos neciens; eodem tempore clerici huius Apostolatus sedis Antistiti adulando questi sunt, dicentes: Quis eil iste vir rusticus, qui auctoritatem sibi prædicationis arripuit, & officium Apostolici nostri Domini sibimet indoctus vsurpare præsumit? Mittatur ergo, si placet, qui hunc cum exhibeat, vt quis sit Ecclesiasticus vir agnoscat. Sed vt autem mortu est, vt occupatio in multis animo adulatio valde sui cepat, si ab ipso cordis ostio nequaquam fuerit citeris repulsa: suadentibus clericis, consensum Pontifex præbuit, vt ad Romanam vrbem duci debuisset, & quanam sua esset mensura cognosceret. Iulianum tamen tunc defensorem mittens, qui Sabinensis Ecclesiæ postmodùm in Episcopatu præfuit, ei præcepit, vt cum magno honore eum deduceret, ne quicquam Dei famulum ex contentione eadem iniuria sentiret.

Qui parere de eo clericorum votu conitus volens, sestinè ad eum monasterium cucurrit: ibiq, absente illo, antiquarios scribentes reperit: Vbi Abbas esset, requisiuit. Qui dixerunt: In valle hac, quæ monasterio subiacet, fœnum secat. Idem verò Iulianus superbum valde atque contumacem puerum habuit, cui vix poterat vel ipse dominari. Hunc ergo misit, vt ipsum ad se sub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proterue spiritu pratum velociter ingressus omnes, illic intuens fœnum secantes, requisiuit, quis nam esset Equitius. Mox, vt audiuit quis esset, cum adhuc longiùs positus aspexit, & immenso tremore correptus, cœpit timore lassescere, sesq, ipsum nutanti gressu vix portare posse. Qui trements ad Dei hominem peruenit atque vltrò humiliter submissus, eius genua deosculans strinxit, summq, dominum ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato Dei famulus præcepit, dicens: Lena fœnum vtride, porta pabulum iumentis in quibus vectus: ecce ego, quia parum superest, opere expleto, te obsequor.

XIX. IVSTITIVS FAMVLVS QVI DVCATI EQVITIVM.

Is autem, qui missus fuerat, Iulianus defensor mirabatur valdè, quidnam esset, quod redire moraretur puer. Cumq, reuertentem puerum conspicit, atque in collo fœnum ex prato deferentem: vehementer iratus cœpit clamare, dicens: Quid eil hoc? ego te misi hominem deducere, non fœnum portare. Cui puer respondit: Quem quæris, ecce subsequitur. Tunc ecce vir Dei, claudus valcatus caligis falcem fenariam in collo deferens, veniebat. Quem adhuc longè positum puer suo domino, quia iste esset, quem quæreret, indicauit. Idem verò Iulianus repentè vt vidit Dei famulum, ex ipso habitu despexit; eumq, qualiter deberet alloqui, proterè à mente præparabat. Mox verò vt seruus Dei dominus assuit, eiusdem Iuliani animam intolerabilis pauor inuasit, ita vt tremeret, atque insinuandum hoc ipsum, pro quo venerat, vix sufficere lingua potuisset: qui humiliato mox spiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro se fieri petit; & quia pater eius Apostolicus Pontifex eum videre vellet indicauit.

XX. IVLIANVS TIMET ASPECTVM EQVITII.

XXI. ROMAN. PONTIFEX DIVINITVS MONITVS DE EQVITIO.

Vir autem venerandus Equitius cœpit immensas gratias omnipotenti Deo agere, asserens, quòd se per Summum Pontificem gratia superna visitasset. Illicò vocauit fratres: præcepit horã eâdem tumulta præparari; atque executorem suum cœpit vehementer vrgere, vt citò abire debuissent. Cui Iulianus ait: Hoc fieri nullatenùs potest, quia lassatus ex itinere, hodie non valeo abire. Tunc ille respondit: Conrisitas me, fili: quia si hodiernã diem non egrediamur, tam crastina non exibimus. Dei itaque famulus executoris sui lassitudine coactus, in monasterio suo eâdem nocte commoratus est. Sequenti verò die sub ipso lucis crepusculo, vehementer equo in cursu fatigato ad Iulianum puer cum epistola peruenit, in qua præceptum est ei, ne seruum Dei contingere vel mouere de monasterio auderet. Quem cùm ille requireret, cur sententia esset mutua, cognouit quia nocte eâdem, in qua ipse executor illuc missus est, per visum Pontifex fuerat vehementer exterritus, cur ad exhibendum Dei hominem mittere præsumpsisset. Qui protinus fuerexit, seque venerandi viri commendans orationibus, ait: Rogat Pater noster, ne fatigari debeatis. Cumque hoc Dei famulus audisset, constratum ait: Numquid non die hesterno dixi tibi, quia si statim non pergeremus, tam pergere minimè liceret? Tunc pro charitatis exhortione alium famulum executorem suum in cella detinuit, eique laboris sui commodum coacto remittendi, dedit. hactenùs Gregorius de rebus Equitij Romani Pontificis.

XXII. SIGNA SEQVVNTVR EOS, QVI A DEO MITTVNTVR.

Sed ex his perpende eos, qui non ab hominibus, sed à Deo se missos esse ad prædicandum Euangelium glorientur, quot quantisque signis illustrentur; adeò vt propemodùm Dei digito indicentur, ab ipso omnium rerum Domino eiusmodi Apostolorum esse consecuti Euangelium prædicandi facultatem. Audiant hæc Nouatores, si dum apud eos laici eiusmodi sublimi Apostolatus munere funguntur, aliquis eorum vel quippiam minimum possit diuinitùs crediti à Deo ministerij præferre signum. Sequi namque signa eos, qui à Deo mittuntur, Apostoli, Sanctus Marcus vltimo capite in Euangelio docet: cum alioquin satis sit, si munus legitimè exercendum, si quis ab auctoritate habente mittatur, secundùm illud Apostoli [c]: *Quomodò prædicabunt, nisi mittantur?* adeò vt necesse sit alterum de duobus; vt si quis se à Deo missum dicat, aut signa ostendat per miracula Apostolatûs, vel vt ab auctoritatem habente, facultatem sibi doceat impertitam, hic mos receptus semper inter Fideles absque exordio nos-

[c] Rom. 10

centis Ecclesiæ. Hæc autem qui non seruat, neque intrat per ostium, sed ascendit aliunde, vtique ex Domini [a] sententia fur arguitur atque latro. Qui verò eiusmodi præscriptam in Christi Ecclesia regulam secuti fuerint [b], pax super illos & misericordia. At de his satis:

[a] Ioan. 10

[b] Gal. 6.

XXIII. DE TEMPORE PERSECVTIONIS TRASAMVNDI REGIS IN AFRICA.

Hoc item anno persecutio Wandalorum in Catholicos per Trasamundum hactenùs pacificum Regem in Africa excitatur, cùm Episcopi Africani in Sardiniam insulam deportantur. Quoniam verò hæc ipsa ante annos sex à Mariano Scoto haud ignobili chronographo sub Consulatu Paulini atque Ioannis contigisse narrantur; de veritate temporis ratio certior afferenda est. Qui his temporibus vixit & comes in exilio S. Fulgentio in Sardinia exulanti affuit, resque ab eo gestas quàm accuratè & fideliter scripsit, cùm testatur eamdem persecutionem eodem tempore, quo Fulgentius est creatus Episcopus cœptam esse, consterque nonnisi anno Domini quingentesimo (vt dictum est) ipsum Fulgentium tunc adhuc monachum Româ esse reuersum in Africam, ibique annos aliquot commoratum, antequam crearetur Episcopus: omnis planè de excitata dicto anno per Trasamundum persecutione ratio euanescit. Vt autem hoc anno potiùs cœptam eam esse dicamus, illud afferimus argumentum: Cùm enim ex eodem constet auctore, Fulgentium sedisse Episcopum annos viginti quinque, obijsseque in pace Ecclesiæ Africanæ sub Hilderico Rege, quem constat regnâsse annos septem, decessisseque anno Domini quingentesimo trigesimo: cumque etiam liqueat, eumdem Fulgentium anno quingentesimo remeâsse in Africam, atque monasterium erexisse, præfuisseque eidem, atque inde inter monachos in alio monasterio profiteri cœpisse, rursumque Abbatem suis monachis præfuisse, & presbyterum ordinari coactum fuisse: sicut nequaquam post hunc annum eum fuisse creatum Episcopum dici potest, cùm diem obierit sub Hilderico Rege; ita nec ante hunc ipsum præsentem annum ad munus Episcopatus assumptum, ipse multiplex rerum gestarum cumulus patiposse videtur.

AFRICANÆ PROVINCIÆ.

XXIV.

Quòd igitur simul (vt dicemus) cum Episcopatu Fulgentij ipsa persecutio est exorta, iure ex tempore eius Episcopatûs pariter persecutionis tempus agnoscimus; cuius initium sub hoc anno cùm ponimus, describemus ea tantum, quæ in Byzacena prouincia contigisse reperiuntur. Diuisa namq; erat Africa (vt hæc obiter ex Orosio attingamus) in has prouincias, Tripolitanam, quæ & Subuentana dicta est, vel Arzugitana Libyæ proxima, vbi primaria ciuitas Leptis; & in huic confinem prouinciam Byzacenam, vbi Adrumentum: in huic contiguam ab Occasu prouinciam Zeugitanam, vbi Carthago in Numidiâ, vbi Hipporegius & Russicada ciuitates insignes: atq; denique in Mauritanias Sitifensem & Cæsariensem & Tingitanam ad extremam oram mediterranei maris positam confinem Oceano Occidentali, vt ab Orosio [c] ponitur.

[c] Oros. hist. lib. 1. c. 2.

XXV. STATVS AFRICANÆ ECCLESIÆ.

Qualis autem gestum sit in reliquis Africæ prouincijs præter quàm in prouincia Byzacena, altum silentium: verùm ex rebus gestis prouinciæ huius reliquarum quoque possumus acta comprehendere. Erat autem hoc tempore eius prouinciæ Primas Victor: Carthaginensi verò Ecclesiæ Antistes post sanctum Eugenium, de quo plura superiùs, prohibente Rege, nullus fuerat subrogatus. Porrò vniuersæ Africanæ Ecclesiæ eiusmodi status erat, quòd & sialia acrior persecutio minimè desæuisset, sed sinerentur Episcopi suis præesse subiectis Ecclesijs: quod tamen veritum esset, ne quis in locum defuncti subrogaretur Antistes, id satis ad orbitatem & desolationem eius Ecclesiæ posse sufficere videbatur: nam eo quidem consilio ista præceperat Trasamundus, vt atque exerto ad persequendum gladio, ipsæ Orthodoxorum Ecclesiæ aliquo temporis spatio orbatæ vniuersæ pastoribus sponte concíderent; vti vineæ, quæ vetustate consumpta nullâ recenti suffectione vitium iuuenescit. Quid autem hæc considerantes Episcopi Byzaceni simul coëuntes decreuerint, ex eodem auctore res gestas sui temporis, quibus & interfuit, describente, in medium producamus.

Cùm igitur probè prospicerent eius prouinciæ Episcopi Orthodoxi, ad breue temporis spatium fore, vt iussa Regis prohibentis subrogari nouos defunctis Episcopos, arescentibus truncis absque palmitibus, desolarentur omnes Ecclesiæ: indixêre Consilium, vt vnâ simul coëuntes sanctissimi Patres, quid opus esset facto, consulerent. Mira res in sacris illis Comitijs summa in omnibus constantia sacerdotalis enituit, cùm vna omnium sententia illa fuerit, vt omnibus Ecclesijs pastoribus vacuis ordinarent, contra mandatũ Principis licèt, Episcopos: quod & cõfestim opere expleuerunt. Quæ autem ex his acciderint, in ipsis S. Fulgentij rebus gestis, ab eodem rerum istarum inspectore his verbis accuratè narrantur [d]:

XXVI. CONCILIVM EPISCOPORVM. [d] Extant apud Surium 1. 20.

XXVII. DAMNVM EPISCOPI ECCLESIÆ PASTORIBVS VACVIS.

Postquàm verò sacra turba Pontificum, qui remanserant, conuocato inter se consilio, definierunt adueršus præceptum Regis, in omnibus locis celebrare ordinationes Pontificum: cogitantes, aut Regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam, quo facilius ordinati in suis plebibus viuerent; aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inuenirent promotione: ministerium verò suum facilius impletros, atque inter ipsas tribulationes propriis plebibus salutia præstituros. Fit repente communis assumptio: presbyteros, diaconos, & si quos inueniret electio, rapere, benedicere, & consecrare certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut nouissimus videretur. hæc de Episcopis Byzacenæ prouinciæ. Quomodo autem Sanctus Fulgentius, fugiens licèt, Dei tamen voluntate fuerit Ruspensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus, rem gestam idem auctor ita texens:

XXVIII. FVLGENTIVI INVITI ET FVGITIVI EPISCOPATVM.

Tunc beatus Fulgentius eligentium vota velociori præuenire fugâ, latebris incertis absconditur, nec quæsitus, vllatenùs inuenitur. Plebs ipsius loci, vbi fuerat monasterium constitutum, differre suam prorsus electionem, donec inueniret beatum Fulgentium, cogitabat: Verumtamen timens, ne dum diu beatus Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perueniret, atque inde rursus regalis interdictio nasceretur; ita compellente fiducialis necessitate, suadentur sibi de suis clericis alterum quærere. Sic per multa loca, vbi beatus Fulgentius aut solus aut primus electus est postquam minimè potuit inueniri, dedit aliis honoris summi licentiam.

XXIX. VICTOR PRIMAS BYZACENVS CAPTVS DIVCITVR AD REGEM.

Repleta iam fuerat prouincia Byzacena nouis sacerdotibus, & penè vix paucarum plebium cathedra remanserant destituta. Rege quoque commota sæuitia cunctos iam decreuerat exilio mancipandos: in ipsum primitus ordinatorem, id est, Primatem nomine Victorem procedente sententiâ. Qui iam à seruis Regis exeuntibus captus, ad Carthaginem ducebatur: & omnino succedente maiore tristitia, versa fuit in publicos luctus ordinationis assumpta letitia. Tunc occultis nunciis edocentibus, transisse tempus sacrande ordinationis beatus Fulgentius putans, cathedræ quàm maximè proximus Episcopos haberi proprios, ipse rursus suos monasterij sui congregationem gubernare reuertitur, nihil dubitans, neque formidans, sed omnimò se Pontificalis dignitatis euasisse sarcinam gaudens. Verumtamen altiori consilio Deus noster prædestinata perficiens, cui dederat salubriter docendi facultatem, doctrina salutaris dare iam volebat auctoritatem, ne deesset fides Catholicæ contra Arianos fidelissimus prædicator. In tempore ergo tribulationis abscedere voluit vas electionis, per quem disposuerat implere officium prædicationis.

XXX. RVSPENSIS SIBI QVÆRENTIS EPISCOPATVM.

Erat adhuc Ruspæ oppidum nobile, clarissimus habitatoribus prorsus illustre, cui nullus fuerat Episcopus ordinatus: quia diaconus quidam Felicis nomine, qui ambire voluerat, repudiatus, honorem Pontificis in illo loco nec ipse merebatur, nec alterum patiebatur accipere: frater quippe ipsius germanus, amicus Procuratoris, per potentiam secularis actionis ministrabat vires ambitionis. Dolor honestorum ciuium mentes vehementer angebat, cur soli remansissent sine patre spirituali, qui videbantur contra cæteros excellere nobilitate carnali: Cùm repentè fama vetax velox *dolentibus nunciat, beatum Fulgentium, quem tot loca primo sacerdotio iudicauerant dignum, nullatenùs tempore ordinationis inuentum, remansisse presbyterum gloriâ maiore vestitum, quòd honoris superioris calcauerat appetitum.*

XXXI.

Nesciente igitur beato Fulgentio, Victor Primas in itinere peti-

tur à Ruspensibus: & vicinis Episcopis ordinandi Fulgentium licentiâ datur. Vides robur sacerdotis inuictum: dum vinctus Carthaginem ducitur Victor ob ordinatos Antistites à Rege damnandus, in vinculis positus ordinationem decernit Episcopi. Sed pergit auctor: *Tunc aggregatâ violentæ multitudinis manu, repentè beatum Fulgentium dolens oculos in cellula propria reperitur: inuaditur, tenetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur. Inde ad Episcopum, qui admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi instituitur pater, ita vt in illo Prophetici illud compleri videretur oraculum* [a]: *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Nimis autem gratissimus viri sapientis aspectus & fautores populi suffragantis augebat; & à quocumque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, modestiâ, incessu venerabilis habebatur. Cùm verò loqui quippiam, cogente interdum ratione voluisset, ex eius ore omnis turba pendebat, ex locutione familiari considerant, qualis esset spiritalis magistri futura doctrina: propter quod ex omnibus possessionibus, vbicumque transibat, populus confluxerat ad fauendum, Ruspensi Ecclesiæ quantò seriùs, tantò meliorem confitentes venisse Pontificem.*

XXXII. *Diaconus porrò videns suæ ambitionis conatus vanissimos defecisse: quòd solùm remanere delusos poterat. Iunior, & tardus innumeris congregatis, venienti filio pacis, scandalum (sicut sacer loquitur Psalmus* [b]*) iuxta semitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Dei seruus electus, obsedit ambitor infestus. Sed vbi ne simplicibus subuenit Christus, nec impediri potest ab homine sacerdotis electio, quam non præcedit ambitio. Nescio quo sancti Spiritûs admonente imperio, per alteram viam populus, qui præcedebat, ambulauit, & beatum Fulgentium, dum adhuc hostis sederet in via, in suam cathedram collocauit. Celebrata sunt eodem die diuina solemniter sacramenta, & de manibus beati Fulgentij communicans omnis populus lætus abscessit. Quod posteà diaconus audiens diuinæ voluntati licèt tardus cessit. Hunc illicò reuertentem beatus Fulgentius benignè, affabiliter, clementerq; excepit, ita vt eum posteà presbyterum ordinaret: sed vltionem debitam diuina iustitia monstrauit omninò velociter. Ipse enim diaconus tam presbyter intra annum mortuus, & Procurator ei consentiens ad penuriam redactus dederunt pœnas temporales audaciæ, quibus potest Deus præparare in futuro gratiam cœlestis indulgentiæ. Nos illud propterea vel commemorandum putauimus, vt ostenderemus, hinc beato Fulgentio creuisse circa singulos sanctitatem, dum cognoscerent in istis vigilasse diuinam seueritatem.*

XXXIII. *Suscepit interim beatus Fulgentius Episcopatum sine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in contradictores diuinâ vltione. Nec ita factus est Episcopus, vt esse desineret monachus: sed acceptâ Pontificis dignitate, professionis pretiosæ seruauit integritatem: seruata verò professionis integritas plus ornauit Pontificis dignitatem. Numquam denique pretiosa vestimenta quæsiuit, aut quotidianas iecunias prætermisit, aut conditos suauiter cibos velut inter hospites manducauit, aut discumbendo lectem requiescere & resoluere rigidum proposuit: sed vna tantum vilissimâ tunica siue per æstatem, siue per hiemem patienter indutus fuit. Oratorio quidem sicut omnes Episcopi, nullatenus vtebatur: pelleo cingulo tamquam monachus vtebatur, sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiens, vt nec vltima calceamenta suscipiens clericorum, aut vltimis caligis in tempore hiemis, aut caligulis tempore æstatis simpliciter vteretur.* subdit de abstinentia carnis & vini, & alijs, quæ rigida seueraque monastica institutio suadebat.

XXXIV. Sed vnde huiusmodi, quam refert monastica institutio fluxit in Africam? Si rectè memoriâ tenes [c], non ab alio, quam ab ipso S. Augustino, qui eandem ex Romana & Mediolanensi Ecclesia primùs mutuatus, in Africam inuexit atq; latissimè propagauit: vt planè intelligas, quam S. Fulgentius est professus monasticam regulam, ab ipso sancto Augustino deriuâsse, diuersique ordinis ab eo institutas fuisse classes, aliorum nempe qui in ciuitatibus degentes clerici cùm essent, vnâ simul degentes, cœnobitica monachorum instituta seruarent, quibuscum idem factus Episcopus habitauit; aliorum verò, qui procul à ciuitatibus degentes, eius essent vitæ atque vestitus, cuius hic vides Fulgentium esse cultorem, nempe vnâ induti tunica eademque pelliceâ zonâ constrictâ, quem nec soluerent domituri, super tunicam verò pallio & casula superuestiti: nam idem auctor hæc subdit: *Casulam pretiosam vel superbi coloris nec ipse habuit, nec monachos habere permisit: subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit.* hæc auctor: quibus & vides nullam apud eos discriminationem fuisse colorum, num albo vel nigro pallio verentur, dummodò quem exhiberet in vellericus natura colorem, absque delectu, eum in vestibus vsu retinerent. Portò hæc & alia ibi de monasticis obseruationibus relata sanctus Fulgentius creatus licèt Episcopus minimè prætermisit, sed arctioris disciplinæ cultu refinuit.

XXXV. Permansit in Ecclesia sua ad modicum temporis spatium Fulgentius: etenim cùm erigendi monasterij, mox factus Episcopus, accepto aptissimo loco à Posthumiano nobili viro ac maximo pio, quæ essent operi necessaria præpararet, repentè Regis iussione captiuus abducitur, prout eiusdem auctori sequens sermo declarat: *Interea (inquit) repentè diripiuntur ministri regalis furoris, vt detentus etiam ipse cum cæteris in exilium Sardiniam confessor Christi nobilis traderetur. Abductus ergo velociter, licèt doleret Ecclesiam suam nullo adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuram, proprijs destitutam: sapienter tamen tristitiam gaudio maiore vincebat, quod tam gloriosæ confessionis esse participes inchoabat.*

XXXVI. *Comitantibus ergo monachis simul & clericis, magister egregius vtriusque professionis exijt, flentibus laicis omnibus, de cathedra honoris ad locum beati certaminis. paratus fidem Catholicam mente liberâ, voce forti coram Regibus & potestatibus confiteri. Suscepit eum Carthago venientem, fructumq; eius noticia in paucis diebus fideliter gustans multa obtulit munera; quæ beatus Fulgentius monasterio illi, quod fabricari delegauerat, profutura mandauit. Ipse verò nudus crucifixo corde & corpore nudus ascendit habens secum plurimas diuitias scientiæ singularis, quibus omnes, quocumque* [*] *veniebat, indeficienti largitate pascebat. Inter alios sanctos Episcopos, cum quibus exilium commune suscepérat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientiæ & charitatis virtute non inferior: In rebus enim dubijs, vbi quàm maximè consilium petebatur, si quando inter se confessores beatissimi de communi vtilitate tractabant, vltimus quidem sedebat verumtamen ipsius sententiam Primas, vel omnes, qui Primatem sequebantur, audire & facere cupiebant, quamuis ille nihil sibi per inanem gloriam vendicans, deferret honorem congruum prioribus suis. Sic enim cogebatur respondere consulentibus, ita semper paratus erat obedire subentibus, ne præsumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quicquid definitio communis inuenerat, eloquenter allegandum sensibus cæterorum B. Fulgentio dimittebatur.*

XXXVII. *Hinc etiam quandocumque transmarinis litteris de fide, vel de diuersis quæstionibus interrogabantur Episcopi, respondere pro omnibus ab omnibus ei imponebatur. Ita sicut sanctæ memoriæ Aurelius Carthaginensis Antistes Ecclesiæ inter alia priuilegia meruit, vt litteras ex Africano Concilio darijs solus ipse scribendas iste meruerat, vt litteras ex illo Concilio dirigendas solus ipse dictaret. Sexaginta quippè & eo amplius Episcopi tunc catena ligabat exilij, quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius Episcopus fuit.* hæc cùm scribat auctor dignus comes exilij & consors catenæ Fulgentij, intelligas eum describere dumtaxat numerum Episcoporum exulum Byzacenæ prouinciæ, quorum vnum erat eodem in loco consistens sacrum collegium: cæterùm alios illuc ex alijs Africæ prouincijs fuisse relegatos Episcopos liquet. numerant enim alij [d] Africanos Episcopos exules in Sardiniam deportatos ducentos viginti, alij [e] ducentos viginti quinque.

Tum planè accidisse perhibetur, vt Hipponensis Episcopus & alij eius prouinciæ Numidiæ sacerdotes occultè (vt licuit) sacrum ferrent secum vnâ thesaurum, nempe venerandum corpus magni illius totius Ecclesiæ Catholicæ magistri Aurelij Augustini Hipponensis Episcopi, simulque eiusdem sacri vestitus ornamentum mitram Episcopalem, & Episcopatûs insigne baculum pastoralem, sed & alias plures secum euehuntur Sanctorum reliquias

ADDITVR B. FVLGENTIVS EXPENSIS EPISCOPVS

[a] Psal. 17

[b] Psa. 139

DIACONVS DAT FORMAS AMBITIONIS.

INSTITVTA MONASTICA RETINVIT FVLGENTIVS IN EPISCOP.

[c] Supra an. Dom. 391. Tom 4. p. 640.

MONACHORVM S. AVGVSTINI VESTIVS INSTITVTIO

FVLGENTIVS RELEGATVS IN SARDINIAM.

[*] vbicumque viuebat

NVMERVS RELEGATORVM EPISCOPORVM.

[d] Hist. Miscel. Paul. Diac. lib. 15.

[e] Sigib. in Chron. Mari. Scot. in Chron

TRANSLATIO CORPORIS S. AVGVSTINI IN SARDINIAM.

Quænam spes de Ecclesijs pastoribus destitutis vlteriùs reliqua esse potetat, consultis eatúdem fundamentis, ipsis, quibus innitebantur, Episcopis? Consueuerunt Ethnicim excidio ciuitatum fugâ lapsi secum ferre penates: at quantò propensior cura pietatem vrgebat sanctorum Episcoporum, in eiusmodi vrbibus Africanæ Ecclesiæ busto sacra pignora, dulcem sarcinam secum vehere? Cuius quidem Sancti Augustini corporis translationis historia, cùm plures sint testes, nobiliori illo monumento consignata relinquitur, quo Oldradus Mediolanensis Episcopus Carolum Magnum Imperatorem id scire cupientem, scriptâ ad eum epistolâ, reddidit certiorem, quam suo loco, cùm ratio temporis exiget, reddituri sumus. Nobilitata tunc planè est insula illa, inter Beatas ob id vetè connumeranda, tot coronis sanctorum Episcoporum illustrium confessorum, ditata est & sacris venerandisque reliquijs ab eis secum allatis, digna tantis victoribus sarcina. Sed ad Fulgentium redeamus, cui cæteri omnes Episcopi exules prærogatiuâ sanctitatis atq; doctrinæ plurimùm deferebant: nam subiungit auctor:

XXXIX *Quandocumq; rescribebat consulentibus, Episcoporum cæterorum diebantur nomina in titulo, sed solus beat. Fulgentij sermo retinebatur in stylo. Prater istas quoque publicè tractatus epistolas: si quis forte ex ipsis Episcopis absentem plebem suam corrigere vel mouere voluisset, ad beatum Fulgentium accedebat, & per ministerium linguæ eius officium suæ dispensationis implebat.* hæc & alia de munere scribendarum epistolarum auctor Syncellus, qui & de contubernio cum duobus alijs exulibus Episcopis fratribus ista subdit: *Inter ipsa sanè primordia gloriosi exilij, monasterium congregare, paucos secum monachos ducens, minimè potuit: sine fraterna tamen congregatione vitam ducere nesciens, Coepiscopos suos, Illustrem scilicet & Iannarium, habitare secum persuasit volentes: quibus vnico seruiens charitatis affectu, simultudinem magni cuiusdam monasterij monachis & clericis adunatis, effecit. Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio: nullus se super alterum insolenter efferebat, nec propriis fratribus amplius aut peculiarem consulebat; nisi quod illis monachis, qui B. Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentiæ regulam custodientes, nihil omninò proprium possidebant, nec inter clericos alios clericorum more viuebant.* hæc de sacro illo sanctorum confessorum contubernio.

CONTVBERNIVM EXVLVM EPISCOPORVM.

XL. Beatam rursum dicimus insulam tot tantorumque hospicio sacerdotum; sed & susceptione sacrorum pignorum, & cultura Sanctorum, potissimum verò Fulgentij iugi indefessoque studio eamdem excolentis, iure meritoque quisque ipsam ter quaterque beatam, felicemque præ cæteris insulis Sardiniam prædicârit. Verùm scias non omnes Africæ Episcopos fuisse in eamdem insulam relegatos; sed complures exilijs è suis ipsorum Ecclesijs pulsos, ad alia dura & aspera Africæ loca vitæ tyrannica abire coactos. Inter alios autem Africanos huius temporis Episcopos confessione decoros, adnumerandus est Primasius & ipse doctrina insignis, de quo ita Cassiodorus[a] habet, eius scripta recensens: *Nostris quoque temporibus Apocalypsis prædicta, B. Episcopi Primasij Antistitis Africani studio, mirum & diligenter quinque libris exposita est. Quibus etiam librum vnum, quid sacrat hæreticum, cautissimâ disputatione subiunctum est. Quæ in templo Domini sacrata donaria sanctis altaribus offerantur.*

a *Cassiod. Diuin. lection. c. 9.*

XLI. Eluxit tunc quidem eximia Romani Pontificis Symmachi erga omnes relegatos confessores Episcopos fraterna charitas. Insistens enim & in hoc prædecessorum vestigijs, sanctorum passionibus communicantium, ijsdé egestate laborantibus, quæ victui erant necessaria, largiter suppeditabat: de eodem hæc Anastasius[b]: *Hic omni anno per Africam vel Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant retrusi: pecunias & vestes ministrabat.* Sed describamus hîc epistolam, quæ licèt inter scripta Ennodij Ticinensis reperiatur data ad Episcopos confessores, eam esse potiùs dixerimus Papæ Symmachi, sed ab ipsius diacono Ennodio nomine Symmachi Pontificis scriptam: est planè huiusmodi, quæ dignum exhibeat talium certantium pro fide militum hortatorem; quæ hîc se habet[c]:

SYMMACHVS PAPA PAVIT EXVLES EPISCOPOS.

b *Anast. in Symmacho*

c *Apud Ennod. pag. 318.*

Lucrum forsitan putaret inimicus, si inter pericula, quæ Christianis indixit, credentium animas subegisset, & per diuersa Dominici gregis dispersis, non superesset vel inter paucos, a quibus posset fide perseuerante calcari. Pugnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine, quàm in deuotione complacuit. Scriptum est[d] enim, datam satanæ potestatem, vt seruos Christi cribraret: vt quod de tritico inuenire posset, horreis congregaret: quod de palea, ad ignium alimenta transferet. Ad vos peraliter dictum est: Nolite[e] timere pusillus grex: complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perfidorum, qui martiria Ecclesiæ melioribus resecaret, & ad cœlestem plenam sana verberaret. Quos habeat Christus multos, certamen ostendit: Qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Nolite mirari, quòd Pontificalia à vobis apicem insulæ abstulerunt. Vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam honoribus consulitis gaudere, quàm meritis. Maiora sunt confessionis præmia, quàm nominata munera dignitatis: Ad illa plerumq; quæ etiam minoris meriti persona fauor humanus adducit, ista nisi gratia superna non trahit. Ipse enim in vobis & pugnauit & vicit, quem fides meretur & inter hominum tormenta sociari.

d *Matth. 3.*

e *Luc. 12.*

XLII. EPISTOLA CONSOLATORIA AD EXVLES EPISCOPOS.

Prolixa non est opus ad seruorum in vobis cœlestem animare colloquio. Habet incrementa sua diuina virtus & succendimur. Non est opus eos in tropheo iam positos attolis laudibus, qui sine monitore vicerunt: gratant conscientiam Christiani quicquid afferunt laudamenta præconij. Res quidem virtutis est, quam seruijs, sed summi præmij restitutione superanda. Quod tamen, directo ad filium nostrum N. Ennodium diaconum literæ, sperastis, beatorum Nazarij & Romani benedictionem poscentes, Fidelibus non negamus. Accipite venerandæ patrocinia inuictissimi militum, quia & iam vestram piam fidem in prælio Imperator agnouit. Feliciter confessionis munera consummare dabit Deus, cum ipsi placueris, reducere Ecclesijs quietem, vt & mœrorem, quem induxit aduersitas, pacis dulcedine consoletur, hactenùs ad confessores cum sacris pignoribus à Symmacho missa epistola.

XLIII. DE RELIQVIIS SANCTORVM MARTYRVM NIS.

Sed quid inter hæc perfidus Trasamundus? (libet hîc integram rerum gestarum seriem vsque ad eius obitum texere, quod non sit posse per annos singulos singula ex more reddere.) Haud quieuit post Episcoporum exilia, sed tamquam lupus inhiat dolosis fraudibus in ouilia pastoribus destituta: sciens autem paratos omnes subitè martyrium potiùs, quàm cedere gladijs persequentis, conatur eos coloratis quibusdam, si posset, se lucere rationibus, quæ verò molitus sit, idem qui suprà auctor historiæ rerum gestarum sancti Fulgentij ita describit:

XLIV. TRASAMVNDVS REX NOVIS ARTIBVS ORTHODOXOS TENTAT.

Interea Trasamundi Regis aduersus religionem Catholicam mens implacabilis & ira terribilis inter asperas persecutiones, subdolas, fallaciones, quibus æquidem Deo Patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus inuitabat: sub intentione plus decipienda multitudinis simulare cœpit, rationem se simpliciter inquirere Catholicæ religionis; reperiri neminem putans, cuius posset in suis erroribus assertione conuinci. Proponebat denique, multas inceptarum tendiculas quæstionum: nec si quis ei respondere voluisset, vt desiciebat, aut repellebat: immò quasi patienter audiens, satisfieri sibi non posse iactabat. Esse verè quæ in omnium tam obdurato corde valuisset lumen ostendere veritatis: id quidé aliqua ex parte demonstrant diuersa S. Fulgentij scripta, vt liber tertius ad Monimum, & alia ad Donatum. sed pergit: Efficiebat tamen plurimos religiosos audaces fidei suæ constantiâ per occasiones à Domino præparatas studiosi Regis conuincere blasphemias.

XLV.

XLVI. FVLGENTIVS CARTHAGINEM REVOCATVR.

Dicitur autem requirenti diutiùs, quis plenissimè posset testimonijs euidentibus vindicare veritatem Catholicæ dogmatis, esse inter Episcopos exulantes beatum Fulgentium, cui nihil deesset in omni scientiâ, plurimùm redundaret in gratia, qui sapienter & eloquenter roganti Regi satisfaceret. Trasimis Rex probare cupiens sacerdotem, cui generaliter testimonium totum tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, seruum strenuum celeriter dirigit; à quo sine morâ ductus atque perductus, peruenit Carthaginem lætus: Vbi tamquam fidelissimus dispensator erogandi talenta sibi credita reperiens occasionem, cœpit in hospitolio proprio venientes ad se Catholicos Orthodoxos diligenter erudire, rationem reddens, quomodò Pater & Filius & Spiritus sanctus, manente

CVM EXCVSATIONE PRÆLECANTIS.

rium personarum differentiâ, Deus vnus à Fidelibus prædicetur. Tanta fuit in B. Fulgentio facundi sermonis suauitas, tanta in vultu eius micabat hilaritas, vt certatim Fideles vniuersos sancta charitas traheret vel interrogare sanctissimum virum, vel audire, quotiens ad interrogata respondebat. Ille autem verbum Dei sine inuidia tabescente communicans, occurrebat interrogationibus omnium, neminem deficiens, nullum indicans improbum: paratus eis quæ ipse, sicut fortè Deus per Spiritum S. melius reuelasset, audire, vel discere, tenere, sequi, approbare, sub officio doctoris humilitatem discipuli benignus & mitis exercens.

XLVII. PROFICVVS MVLTIS FVLGENTIVS.

Vnde contigit, vt multo doctior & se ipso melior fieret, lucra Christo maiora perquirens: alios enim iam rebaptizatos errorem suum plangere docebat & reconciliabat: alios autem, ne suas animas pro terrenis commodis perderent, admonebat; & quos iam perditionis proximos sentiebat, ita blandis sermonibus lenichat, vt propter eius benevolentiam verecundarentur cogitatam implere malitiam, reuersique velociter agerent pœnitentiam. Confortati alij verbis eius, & doctrinæ eius sale conditi, redarguebant Arianos hæreticos cum omni fiducia. Sic mirabilis gratiâ factum fuit, vt per vnum sacerdotem, cuius sapientiam Rex voluerat experiri, sapientium numerus apud Carthaginem cresceret, & per ministerium persecutoris fides Catholica incrementum potius, quàm defectum acciperet.

XLVIII. REX PROVOCAT FVLGENTIVM SCRIPTIS.

Hæc omnia Rex per occultos nuncios dijudicans, egregij sacerdotis ingenium, sapientiam doctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continentiam probat, & conuenientem famæ suæ prædicari, talem esse, qualis prædicabatur, agnouit. Dictat proinde quædam veneno plena perfidia legenda ei, & celeriter dirigit, responsionem sibi flagitans reddi. Suscepit hæc doctissimus Pontifex, & longissimæ narrationis ineptias per obiectionum capita dirigens, responsiones subiecit breues, probabiles, necessarias, auctoritate testimoniorum graues, & totius rationis lumine radiantes. Quas cum multis sapientibus viris diu multumq; collatas, & ad populi fidelis notitiam perductas, Regi quoq; longâ expectatione suspenso tradidit ingerendas. Quas Rex ille barbarus intentissimè perlegens, quia numquam prædestinatus erat ad salutem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædicat humilitatem, neq; tamen meretur intelligere veritatem.

XLIX. FVLGENTIVS CONSTANTER OBIECTIONES. a *in Fulgentij operibus.*

Carthaginensis autem populus triumphi spiritualis interpres, propositiones Regis fuisse conuictas, lato murmure confitetur; & Catholicam fidem semper esse victricem, coniunctis beati Fulgentij laudibus, gloriatur. Extant eiusmodi obiectiones Regis atque responsiones sancti Fulgentij quarum est exordium: *Dictum est, Pater de ipso*, &c. quibus quidem apparet quanta esset in Fulgentio cum ingenij acumine sacræ Theologiæ eminens excellensque doctrina. Videas miro quodam modo validâ sæpè responsione erigere protinam ab hostibus veritatem, simulque prosternere pollentem regiâ potentiâ, insultantemq; impietatem, tantâ tamen modestiâ, vt sicut ex eo sublimis ipsius doctrina intelligi possit, ita ex hoc eiusdem intueri valeas sanctitatem. Sed cœptam semel narrationem audiamus, quam auctoritas prosequitur:

L.

Adhuc tamen Rex virum doctissimum probare desiderans, de aliis cum quæstionibus rursum interrogat: & interrogationem suam semel tantum beato Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, neque describendi tribuens facultatem. Timebat enim, ne verba eius conuincenda, sicut prius, sermonibus eius inserentur, totiusq; ciuitatis iudicio iterum victus esse, iterum reprobaretur. Beatus Fulgentius semel sibi lecta vix recolere prænalens, responsionem differebat: sed respondere eum Rex magis ac magis impedebat, responsioni arguens moras; & cautelam sanctissimos veri, diffidentiam iudicans. Vnde idem Pontifex discretionis virtute subnixus, ne quæ forte per populum mendacia spargerentur, quibus fingeretur aut non potuisse, aut noluisse beatum Fulgentium his talibus quæstionibus obuiare: tres libellos mirabiles fecit, vbi memoratum Regem simpliciter alloquens, totius quæstionis seriem, quam tenui auditu perceperat, lato reuentilabat, docens animam rationalem Christo Domino in susceptione carnis minime defuisse.

LI. IVSTA QVERELA

Extant hi tres libri ad Trasamundum Regem conscripti, estque eius operis eiusmodi exordium: *Triumphalibus sensibus, piissime Rex, numquam crediderim oblitione subtrahi, quòd nuper mihi quoddam volumen, baculo Felicis, præceptum, quòd nuper mihi quoddam volumen, baculo Felicis, præceptu dissimari, iubens me illicò respondere. Cuius quia tanta fuit prolixitas, vt egeret aliquanto diutius recenseri, & diuersi fuisset, nocte propinquante, curriculi: vix in eisdem voluminis principia citata deliberandi lectionis excursu, poposceram, vt ad cuncta plenè recensitionis ordine perlegenda, noctis vnius spatium mihi fuisset indultum: quod vestræ mansuetudinis voluntas omninò statuit abnegandum, ita vt nec saltem ad residua perlegenda scriptura nobis præcepisse attribuas. Ego verò cum spatio quorumdam dierum ordinationem tui culminis præsolarer, ac deinceps interrogationis illius tenore subtracto, sola fuisset à nobis flagitata responsio: pauca, quibus Domino adiuuante nostri paruitas sufficit ingenij, de eadem interrogatione, quam ex principio tenuiter cognoui, vestræ recensenda mansuetudini destinaui: ne forsitan aut fastidio putaret tumidos, aut taciturnitatis culpâ iudicaret obstrictus, quem vestra celsitudo suspicaretur aut superbiâ responsionem non reddidisse, aut veræ fidei diffidentiâ tacuisse. Nam studio vestro clementissime Rex, compertum esse non ambigo, apud eos, qui Christianæ gratiæ participatione redempti sunt, pene id esse fidem nolle asserere, quod negare, &c.* hæc Fulgentius secundum ea, quæ de eodem ex dictis Actibus recensuimus. Porrò commentario illo, quem Rex ostendi fecit Fulgentio, non hæresis tantummodò Ariana, sed Eutychiana etiam firmabatur. Vnde egregiè ipse Fulgentius aduersus huiusmodi hæresim disputat, doces duas in Christo naturas in vna esse persona coniunctas, atque eleganter de Verbi incarnatione doctrinam elucidat.

LII.

Quid autem hæc secutum sit, eiusdem Fulgentij res gestæ ab eodem auctore descriptæ his verbis declarant: *Tunc Rex admiratione maximâ repletus, nihil amplius est interrogare ausus; nisi quod, vnus ex Episcopis eius Pinta nomine, quasi respondere conatus, tacere potius voluit, quàm respondere aliquid potuit. Cui tamen illicò beatus Fulgentius alterius operis, quod Aduersus Pintam titulauit, disputatione viridica restitit: & in prima defensione sua victos aduersarios, temerarie satis, ostendit reperisse certamen.* desideratur liber iste, sicut & alia nobilissimi ingenij monumenta, vt liber de Spiritu sancto, de quo idem auctor ista subjicit: *De Spiritu sancto interrogatus presbytero Abragila, per commonitorium paruissimum testimonia protulit plura, docens eum cum Patre & Filio Deum vnum simplissiter confitendum. Cuius etiam commonitorij sententias inter vtrumque illius temporis opus ordinauis oportere describi, legentibus omnibus Fidelibus Catholicis, & mirantibus & erubescentibus Arianis & dolere contra ipsum murmurantibus: donec mala suggestionis occasione repertâ, volenti eum Regi intra Carthaginem diutiùs detinere, diceretur ab impijs & malis hominibus: Sine causa, Rex, laboras: nihil tua diligentia profecit. In tantum quippe iam doctrina Fulgentij Episcopi prænaluit, vt de sacerdotibus tuis reconciliet aliquantos. Proinde nisi citò subueneris, religio nostra deficiet: & quicumque à nobis est baptizatus, Homousion iterum prædicabat publicè reconciliatus: nec sine persecutionem vulgaris concitare, timeri poterit regalis cautia. Multum quippe confortat & flabiles facit omnes Episcopos Fulgentij prudentia.*

FVLGENTIVS IN SARDINIAM REDIRE IVBETVR.

LIII.

Suggerentibus talia Rex quasi magnâ necessitate constrictus assensit, & beatum Fulgentium rursus ad exilium Sardiniæ mittere compellit. Intempesta igitur nocte (sicuti ipse fieri delegauerat) ad nauem beatus Fulgentius, populo ignorante, perducitur: sed contrario flatu resistentibus ventis, super littus sæpè passus est moras, vt per dies plurimos omnis pene illuc ciuitas conueniret, & de manu eius vale facientes communicaret. Ibi autem prophetica gratia per Spiritum sanctum repletus, iuniori viro religioso nimis afflicto grauiterq; pro discessu B. Fulgentij Episcopi ingemiscenti: Diutiùs, ait, noli flere: citò reuertemur ad vos; Catholica Ecclesiæ libertate reparatâ, videbitis nos. Hæc autem, quasi secretum sit apud te quod nimia charitas indicare compulit me. hæc ipse. Porrò illud citò, haud ex mente Fulgentij ita expressum est, vt, pelanni terminum significare voluisse: erenim res ab eo gestæ lõgiorem in eadem insula morem traxisse demonstrant: sed visum est citò, quod numquam amplius fore quamplurimis videbatur.

LIV.

Porrò in Sardiniam reuersus Fulgentius, accepto (vt dictum est) loco ædificandi monasterij apud S. Saturninum martyrem à Primali Episcopo Cilaritano, eodemque felicissimè consummato, vna cum suis sibi degẽs alios,

DESCRIPTIS S. FVLGENTII CVM REVERSVS EST IN SARDINIAM

complures ad idem vitæ genus excolendum illexit. Sed quæ ibidem positus scripserit, idem auctor eius comes exilij ita recenset: *Scripsit* (inquit) *eodem tempore Carthaginensibus epistolam sublimi exhortatione conspicuam: vbi penè cunctos dolos & fallacia blandimenta, quibus infelices animæ seducerentur ad mortem, grauissima quæstione digessit.* Hæc idcirco Fulgentius, quod non desineret Rex fallacibus artibus quærere & aucupari Orthodoxorum à fide Catholica discessionem: sed & tam egregium monumentum periit, sicut aliæ complures tum publicæ & communes tanquam ab omnibus Episcopis scriptæ & priuatæ nomine diuersorum Antistitum ad suas cuiusque plebes scribentium litteræ, tum aliæ alijs ac diuersis argumentis elaboratæ ab eo epistolæ. excellens quidem pulchritudo paucarum, quæ extant, desiderium ingerunt perditarum. Sed pergit auctor:

LV. *Tunc etiam de remissione peccatorum consulenti Euthymio viro religioso, duobus libellis sine mora respondit, testimonia quoque prædestinationis, & gratiæ differentiæ cupientem nosse, salubriter disputans docuit. Iam familiares epistolas, in quibus tamen spiritalis ædificatio continetur, & ibi apud Sardiniam commanentibus, & in Africa degentibus, & Romanis præcipuè Senatoribus, viduisq; ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit.*

LVI. DE EPISTOLIS AD PROBAM VIRGINEM. *Ad Probam virginem Christi de ieiunio & oratione libellos duos conscripsit.* sed desiderantur hi quidem: extant tamen eiusdem Fulgentij ad eamdē epistolæ duæ, quarum prior de virginitate atque humilitate titulum habet, posterior verò de oratione & compunctione cordis præfefert inscriptionem, ambæ Fulgentio dignæ. Alios verò de ieiunio & oratione libellos, quo desiderari diximus, sed ad Probam virginem fore scripturum pollicetur etiam in epistola ad Gallam data, cùm eiusdem sanctissimæ virginis virtutes laudat, aitque: *Disponimus enim (si Dominus voluerit, & si vixerimus) ad sororem tuam, sanctam Christi virginem Probam, quam Dominus hoc tempore præcipuum in vrbe Roma adaredignatus est virginitatis & humilitatis exemplar, de ieiunio & oratione aliquid scribere; sicut in epistola, quam ad eam nuper dedi, meæ pollicitatio continetur: cuius tibi præcipuè sancta conuersatio est in omnibus imitanda. Quæ cùm sit auus atauus q; Consulibus, & deliciis regalibus enutrita, tanta illi est humilitas dono gratiæ cœlestis infusa, vt amore subiectionis, & vsu seruiendi, dominam se aliquando fuisse iam nesciat; cùm omnes dominos habere, delectatione sanctæ seruitutis affectet. Scit enim à Domino, cui virginitatem vouit & cordis & corporis, pro liberatione nostra humilitatem formæ serui lis acceptam: & ob hoc delectatur sponso in huius seruitutis humilitate placere, & consortio quinq; sapientum virginum deputata, cum sponso posse in æterna alacritate regnare. Delicias verò corporis quanta virtute contempserit, & quomodo suam famem satiandis faciat deseruire pauperibus; nec ob aliud ipsa vilibus tegatur indumentis, nisi vt & humilitatis propositum impleat, & vestiendis pauperibus iugem curam sanctæ pietatis impendat, plenius ipsa videndo cognoscis, quàm id à me velis audire, quòd minùs possum sermonibus explicare.* Hanc ergo tibi tanquam speculum pone; & ex illius consideratione, quid tibi iam insit, vel quid adhuc desit sanctorum studiorum operum q; cognosce: & licèt illa egregio præcellat virginitatis munere, comitem te debet in cæteris habere virtutibus. hucusq; de sancta Proba ad Gallam Fulgentius.

PROBÆ ROMANÆ VIRGINIS VIRTVTES.

LVII. Meminit huius quoque Probæ præclarissimæ virginis Cassiodorus, quam sibi sanguine propinquam fuisse tradit, dum agens de Eugipio, ab ipso ad eam fuisse conscriptum perutilem commentarium affirmat, vbi ait[a]: *Hic Eugypius presbyter ad parentem nostram Probam virginem sacram ex operibus sanctis Augustini vndè beatissimis quæstiones ac sententias ac diuersus res deflorans, in vno corpore necessaria nimis dispensatione collegit, & in trecentis triginta octo capitibus collocauit. Qui codex (vt arbitror) quando in vno corpore diligentiâ studiosi viri potuit reconditi, quæ in magna bibliotheca vix præualet inueniri.* hæc Cassiodorus. Porrò & hic Eugipius magno fuit Fulgentio familiaritatis vsu coniunctus, vt declarat eiusdem Fulgentij ad ipsum data epistola de charitate & dilectione, quæ inter ipsos consuetudine litterarum intercedebat. Perferat idem Eugipius à Fulgentio libros illos ad Monimum scriptos, vt in fine datæ ad eum epistolæ docet his verbis: *Libros (sicut præcepisti) ad Monimum datos, in quaternionibus destinaui.* extat quinetiam eiusmodi Fulgentij lucubratio post tot naufragia scripturarum, quâ vertentem temporibus istis de prædestinatione quæstionē quàm doctissimè primo volumine pertractat, secundo de tribus quæstionibus, tertio verò de expositione istorum verborum: *Et Verbum erat apud Deum.* Sed de libris ad Monimum sequenti tomo dicendum.

a Cassiod. de Diuin. lection. c. 23.

EVGIPII CVM S. FVLGENTIO VSVS.

Quod verò idem qui suprà auctor ait, ad viduas eumdem S. Fulgentium epistolas cōscripsisse: extat adhuc vna ipsarum ad eamdem, de qua superius, Gallam Romanam viduam de consolatione super morte mariti, & de statu viduarum: Hæc enim iam forti animo arripuerat perpetuæ continentiæ seruandæ propositum; clarissima verò & Consularis erat fœmina, atque in admirationem sui ob egregium factum conuerterat in se oculos omnium: de qua ipse post multa: *Disce igitur* (inquit[b]) *tu quoque nihil de nobilitate generis assignare: & licèt auo, patre, socero, marito Consulibus prideni fueris inter seculares illustris; nunc in vo te illustrem fieri cognosce, in quo tibi virtus humilitatis accrescit, &c.* At quænam fuerit tanta fœmina Galla ista, Cōsulis neptis, Consulisq; filia, & nurus & vxor Consulis, ex S. Fulgentij litteris tantoperè prædicata, quæ & verticē Christianæ perfectionis videretur animosiori attigisse, testificatione etiam S. Gregorij Papæ discamus.

b Fulgent. epist. ad Gallam. LVIII.

LIX. *Interim* (inquit[c]) *neque hoc silendum arbitror, quod mihi personarum grauitas atque fidelium est relatione compertum. Gothorum namque temporibus Galla huius Vrbis nobilissima puella, Symmachi Consulis ac Patricij filia, intra adolescentiæ tempora merito tradita, in vnius anni spatio eius est morte viduata.* Sed antequàm vlteriùs campum narrationis ingrediar, vides quot signis habes expressum, eamdem Gallam viduam, de qua scribit sanctus Fulgentius, vnam eamdemque esse cum ea, de qua agit sanctus Gregorius. Primum enim nomine conuenit, quòd Galla dicta; patriâ, quòd Romana; professione, quòd vidua; tempore etiam, quòd sub Gothorum Rege, & quòd à suis maioribus S. Gregorius se ea de Galla accepisse testetur. Conuenit insuper & Consulari patris, nimirùm quòd Symmachi Cōsulis filia fuerit, ad quem nonnullæ extant Ennodij Ticinensis epistolæ (de quo & plurib⁹ sequenti tomo.) Adde denique, quòd adolescentula, adolescentulo sit orbata viro; cùm Fulgentius æquè testetur, virum eius celeriter in ipso iuuentutis flore ex humanis abreptum. vt planè nihil sit, quod dubitare iure valeas, nū alia illa ab ista sit Galla, sed certò scias nam eamdemque fuisse insigne decus & ornamentum Christianæ pudicitiæ, nobilitate generis atq; splēdoribus natalium aucta.

c Greg. Dialog. lib. 4. c. 13. DE GALLA VIDVA. GREGOR. AGIT, AD QVAM FVLGENTIVS SCRIPSIT.

LX. *Quam* (inquit Gregorius) *dum feruente mundi copiâ ad iteranda thalamum & opes & ætas vocaret: eligit magis spiritualibus nuptijs copulari: Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur, quàm carnalibus nuptijs subiici, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valē igneæ conspersio * corporis inesset, cœperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura; quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit, quæ interiùs sponsi cœlestis speciem amauit: nec vereta est, si hoc in illa fœdaretur, quod à cœlesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo vt eius maritus defunctus est, abiecto seculari habitu, ad omnipotentis Dei seruitium sese apud B. Petri Apostoli Ecclesiam monasterio tradidit: ibiq; multis annis simplicitati cordis & orationi dedita, larga indigentibus elēmosynarum opera impendit. Cumq; omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset, cancri vlcere in mamilla percussa est.*

GALLA VIDVA SECEDIT IN MONASTERIVM. * complexio

LXI. *Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerant: quia videlicet amica lucis, non solùm spiritales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem æger infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum Apostolum inter vtraque candelabra ante summ lectum constitisse: nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciam, exultauit; eique dixit: Quid est, domine mi? dimissa sunt mihi peccata mea? Cuiille, benignissimi (vt est) vultus, inclinato*

DE TRANSITV S. GALLÆ VIDVÆ.

nato capite annuit, dicens: Dimissa: veni. Sed quia quamdam sanctimonialē fœminam in eodem monasterio præ cæteris diligebat: illico Galla subintrauit: Rogo vt soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecum. Hæc verò, quam petis, die tertio sexagesimo secutura.

LXII. His itaque expletis, visio Apostoli ab sententia & colloquentia ei ablata est. At illa protinus cunctæ congregationis accitum patrem, eiq; quid viderit, quidve audierit, indicauit. Tertio autem die, cum ea, quæ iussa fuerat, sorore, defuncta est: Illa verò, quam ipsa popposcerat, die tertio sexagesimo subsecuta. Quod factum nunc vsque in eodem monasterio manet memorabile: sicq; hoc à præcedentibus matribus traditum narrare illic solent subtiliter iuniores, qua nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent. hucusque Gregorius de Galla filia Symmachi Consulis: eiusdemque patris Rusticanæ vxoris Boëtij Seuerini. Consuesse esse in familia Symmachorum Gallas & Rusticianas, certum est: nam de Galla satis intelligere potes ex Symmacho Seniori, cuius extat epistola [a] ad Nicomachum, vbi hæc de Galla nepte: *Non mediocriter nepticulæ meæ Gallæ infirmitas contrahit otij meiq; securitatem.* Habetur & apud Sidonium [b] laudata Rusticana vxor Symmachi Senioris in epistola ad Hesperiū. Quod rursum ad Gallam pertinet; diuersa etiam ab hac nostra, de qua agimus, est illa Galla vidua sanctitate quoque laudabilis, cuius meminit sanctus Augustinus scribens ad Quintianum [c]. Porrò hæc, cuius felicem ad Deum transitum sanctus Gregorius narrat, ab Ecclesia Catholica inter Sanctas relata, anniuersariā die, tertio Nonas Octobris, iugi commemoratione recolitur. Quæ verò reliqua sunt sancti Fulgentij, cuius epistolæ ad Gallam occasione ad ista diuertimus, opportuniori loco dicenda erunt.

[a] Symmac. l. 9. epist. 33
[b] Sidon. l. 2. epist. 10
[c] August. epist. 103.

IESV CHRISTI
Annus 505.

SYMMACHI PAP. Annus 7. — ANASTASII IMP. 15. THEODORICI REG. 13.

I. DE MANLII THEODORI CONSVLATV. SEQVITVR annus Domini quingentesimus quintus. Theodori & Sabiniani Consulatu notatus: quorum prior nomine Theodorus, cognomento Manlius, ex illo item Manlio Theodoro, cuius summa cum laude sanctus Augustinus meminit, videtur esse propagatus: hūc autem magis quàm purpura Consularis, Consulatus contemptus reddidit vbique conspicuum: Etenim coniugatus licèt, inito cum coniuge sancta consilio, & mutuo communicato consensu, nuncium sæculo remisit, vitamque amplexatus est humilem, summâ admiratione non Vrbis tantùm, sed Orbis, cui vbique per Consulatum indictum Fastis factus fuit claritudine muneris & generis manifestus. Cuius rei præclarissimè gestæ cum fama transmarina loca peruaderet, insularum quoque abdita & cōfessorum exulum latebras penetrauit. Audiuit hæc cum alijs S. Fulgentius Ruspensis Episcopus exulans in Sardinia; qui eidem litteris congaudens, scriptā ad eum epistola [d] hæc post alia habet:

[d] Fulgent. epist. 6.

II. THEODORVS CONSVL ABDICAT SE A SÆCVLO *Beatus es, quia hoc caro & sanguis non reuelauit tibi, sed ille Pater, qui est in cœlis, inter quos cælos & tu factus es cælum. Quantum putas inesse luctum diabolo, quòd à te contemptum perspicit mundum, & te conuersum cognouit ad Christum, quòd te videt ea, in quibus videris esse, deserere, & ab amore temporalium terrenarumq; rerum ad illa cœlestia & æterna iam corde migrare? Quamuis enim Christus æqualiter sit pro cunctis Fidelibus mortuus, & æquale cunctis beneficium redemptionis impenderit, dicente Apostolo* [e]: *Non est seruus, neq; liber, non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu: tamen conuersio potentium sæculi multum militat acquisitionibus Christi. Sicut enim multi fratres & amici, clientes & subditi, noti pariter & ignoti talium auctoritate ad mundana dilectionis excitantur ardorem, & eò magis igne secularis concupiscentiæ succendantur, quò sublimes sæculi dilectione mundana libenter captinos teneri conspiciunt: Ita quoties ille qui tangit montes & fumigant, dum terrenis rebus intenta corda misericorditer respicit, & considerationis iudicij sui temerè compellit, dum q; contingit superba corda sublimium, velut altitudines montium vt in confessione fumigent peccatorum, in cælum tres aut plurimi contremiscant, & in talium conuersione multi ad subsidium miserationis diuinæ confugiunt.*

[e] Galat. 3.

Ita fit, vt qui sunt in sæculi culmine constituti, aut plurimos secum perdant, aut multos secum in via salutis acquirant. Magna tales aut pœna manet, si multis præbeant mala imitationis laqueū; aut gloria, si multis ostendant sanctæ conuersationis exemplum. Quis enim paruam non despiciat cellam, quando Senator domum despicit marmoratam? Quis non terrena contemnens, ad acquirēda cœlestia sibi consulat, quando ad cœlum Romanus Consul terrenorum contemptu festinat? &c. In fine autem hæc de sancta matre, piaq; coniuge: *Sanctam multum in Christo venerabilem matrem vestram, quæ suo spirituali studio Christianā fidē & veræ maternā charitate concordat; & ei & venerabilem coniugem, tibi iam in Christo sororem tuam, obsecro, salutare dignemini.* hæc satis sunto ad noui Consulis anni huius ingressus pompam, non tā ex fascibus, quàm ex Cruce, neque tam è veste palmata, quā a monastico indumento, nec tam ex numerum editione, quàm ditionem in pauperes largitione illustrem perpetuaque dignam memoriā redditam. Iam verò anni huius res gestas recenseamus.

IV. LEGES ANASTASII IMP. SVBDOLA * possessorum.

Sub ijsdem Consulibus Anastasius Imperator ad Eustachium Præfectum Prætorio eiusmodi reperitur dedisse rescriptum [f]:

[f] L. 19. Cod. de Epsc. & Cler.

Iubemus, eos tantummodò ad Defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosancti Orthodoxæ religionis imbuti mysterijs, hac imprimis sub Gestorum testificatione, præsente quoq; religiosissimo fidei Orthodoxæ Antistite, per depositionis quam sacramenti religione celebrandæ professerint, ita etiam eos præcipimus ordinari, vt reuerendissimorum Episcoporum, nec non Clericorum, & Honoratorum, ac professorum, & Curialium decreta constituantur. Dat. XIII. Kal. Maij, Sabiniano & Theodoro Coss. hæc quidem Anastasius speciem præseferens pietatis, intùs autem sacrilegium occultans. Sed & ea, quæ huic subiecta est, Imperatoria constitutione idem præstitit [g]:

[g] L. 10. C. eod. V. QVID DE MILITANTIBVS STATVIT.

Nemo militet, qui non apud Acta testificatus cum tribus sit, proposita sacrosancta Euangelia, se esse Christianum Orthodoxum. Fiantq; Acta ad eum magistratum, sub quo militaturus est; & duo tantùm aurei pro ea reprehendantur. Si verò id neglectum sit, dabit libras quadraginta is magistratus, eiusq; officium viginti; qui verò militauit, decem, atque à militia ejicietur. Testes qui peierauerint, in corpus punientur; alia verò multa Comitiū periculo rebus priuatis inferentur. hactenus constitutio. Sed qualem eiusmodi leges sensum acceperint ex legislatoris mente, eiusdem Anastasij Imperatoris res gestæ huius temporis declarabunt.

Stabilito autem omninò cum Persis fœdere, vt patet ex Marcellino sub anni superioris Consulibus: idem *Anastasium Imperator* (inquit Theodorus Lector [h]) *vt molestijs quietus à bellicis occupationibus accepit, rursum contra Ecclesiam & Macedonium Orthodoxum, Constantinopolitanum Episcopum armatus est.* Sed vafer sicut leges sanctas, ita & opera sancta, ne videretur esse tyrannus, ostentare solebat. vnde subdit: *Multas Ecclesias Anastasius Imperator Constantinopoli restaurauit.* Sed quid inde per? *Quòd tyrannorum est timere, contra seditiones populi, quæ in ciuitate fiebant, hoc excogitauit, vt Eparchus ciuitatis ipse Præfectus vrbis litanias populi sequeretur. Timebat enim zelum eorum, qui pro Quarta Synodo,* ipso videlicet Chalcedonensi Concilio, *incursiones faciebat. Et hoc deinceps in consuetudinem abijt.* hæc ipse. Qua etiam ratione, ne per magistratus illos, qui Defensores dicebantur Ecclesiæ, tumultus sub prætextu fidei Catholicæ tuendæ concitaretur; eos tantùm curauit creari in posterum Defensores, quos suarum partium esse sciret: iurare eos suasit Zenonis Ennoticum, quod fidem Orthodoxam continere dicebat: itáque ab omnibus in Palatio militantibus faciendum esse præcepit, quo ab incursione populi proficentis & defendentis Chalcedonense Concilium tutior redderetur. Nec tamen ob id cessarunt à tu-

[h] Theod. Lect. Collect. lib. 2. VI. CONSILIVM ANASTASII IMP. VT REGNARET.

multu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

multu, quem constat ex Marcellino iterum post sequentem annum à populo excitatum in Circo.

VII. a *Theod. lib. 2. Collect.* MACEDONIVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS QVÆRITVR TOLLI DE MEDIO.

Quod verò idem Imperator his aduersantem nactus est Macedonium Constantinopolitanum Episcopum Chalcedonensis Synodi defensorem, qui populi totius præsidio vallaretur: haud licuit eum statim (vt optabat) ejicere. Verum dolorem agere aggreditur: *Etenim* (inquit Theodorus[a]) *inimici Macedonij Eucholium quemdam subornârunt, qui gladio illum impeteret: Macedonius verò, vt mansuetudinem suam ostenderet, gunnerâ Eucholio dari præcepit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit*, hæc ipse. Sed quomodo idem Macedonius Imperatori hæretico resistens, ex sede pulsus sit, suo loco dicemus.

VIII. SABINIANVS CONSVL VICTVS A GOTHIS.

Vidisti & considerâsti, puto, lector, morem hæreticorum Principum, omnem forinsecùs præseferre speciem pietatis vt regnent, intrinsecùs verò fouere nequitiam. Sed quid Deus? nouos in Imperium excitat hostes: vix enim cum Persis icto fœdere, cùm in fidem Catholicam arma mouet Imperator, aduersus eum Gothus sub duce Mundone insilijt in regiones Anastasio subditas; contra quem Sabinianus anni huius Consul Orientalis Imperij cum exercitu missus, profligatus cum paucis aufugit. Consilio autem & operâ Theodorici Italiæ Regis eiusmodi excitatos esse motus, fractamque pacem inter ipsum & Anastasium, sequentis temporis res gestæ significant, quo missi sunt Constantinopoli duces, qui piraticâ classe Italiam infestarent.

IESV CHRISTI

Annus 508.

SYMMACHI PAP. Annus 8. — ANASTAS. IMP. 16. THEODOR. REG. 14.

I. CHRISTI annus quingentesimus sextus Messalam Romæ creatum, Areobindam verò Constantinopoli Consules habuit. Est de Messala frequens mentio apud Ennodium, & inter alia cùm ipsum rogat, vt pro se preces offerat apud sanctos Apostolos. Sidonius quoque ad Felicem, cùm viros insigniter doctos eius temporis recenset, ait, Messalam fuisse hominem ingenij satis profundi. Est epigramma Ennodij ad ipsum Messalam Consulem, cui eiusmodi inscriptio est, affixa: *Epigramma, quod Messala Consul. Ennodius cognomine dictus est.*

Consulis ad genium nomen pro stemmate iunxi
Dans lucem Fastis, sum trabeis potior.
Quid palmata tuo tantùm de murice vernas?
Plus fucata dedit purpura nostra tibi.

Ex quo pariter Ennodij genius intelligas: est enim & ipsius Messalæ ad Ennodium Epigramma, quo eum sibi proximum nominat, cùm librum ab eo petit hæc versibus:

Suscipe versiculos, Ennodi proxime, nostros,
Vt librum nobis reddere non festinas, &c.

II. CONCILIVM AGATHENSE. Hoc ipso anno celebratum est Concilium Agathæ ciuitatis in Gallia Narbonensi, sub Alarico Wisigothorum Rege, anno regni eius vigesimo secundo, quinto Kalend. Septembris, cui præfuit sanctus Cæsarius Episcopus Arelatensis, vt eiusdem Concilij Acta testantur: in quibus licèt primo loco nominatus Cæsarius, cuiusnam ciuitatis Episcopus fuerit, non exprimatur; prærogatiuâ tamen primatus, quem in subscribendo sibi vendicat, nullum alium præter Arelatensem licet existimare Pontificem: quod quidem absque ambiguitate certi stant Patres, qui interfuerunt Meldensi[b] Concilio.

b *Concil. Meldens. cap. 72.*

III. Synodo huic venerandissimi Antistites numero triginta quinque interfuerunt, licèt viginti nonem tantùm nominati habeantur, ijdemque gloriâ confessionis illustres, vtpotè qui inter Arianos dominantes illibatam sartamque tectam fidem Catholicam conseruârint: & inter eos enituerunt eliquot sanctitate celebres in Ecclesiasticis tabulis perpetuâ memoriâ consecrati; vt Firminus Metensis Episcopus, quem natalitio die colit Ecclesia[c] quintodecimo Kalend. Septembris; S. Quintianus Episcopus Rutenorum, eidem sacris monumentis adscriptus[d], de quo plura inferiùs dicturi sumus; & alij.

c *Martyr. Rom. die 28. Augusti. & Martyr. Rom. die 14. Ian.*

Dedit facultatem Alaricus Rex Arianus, vt Orthodoxi Episcopi in vnum conuenientes Synodum celebrarent: cuius præstiti beneficij memores Patres, ipsius Synodi exordio pro eodem Rege preces Domino obtulerunt, vt ijdem ipsi in eiusdem Synodi præfatione testantur. Leguntur sancti canones, vel restituti iam antiquitati numero septuaginta & vnus, quibus penè collapsam Ecclesiasticam disciplinam in vigorem *pristinum restituere conati sunt. Porrò ex adhibitis remedijs, quibusnam morbis illæ laborarent Ecclesiæ, potest intelligi: & ne euagemur per singulas ibi à Patribus editas sanctiones, hoc ipsum canon quadragesimus sextus ostendit, quo ista decreta fuêre.

IV. PRECES PRORSVS HÆRETICO. * vitorum

Missas die Dominicâ sæcularibus tenere, *speciali ordinatione præcipimus: ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non* V. * audire *præsumat: Qui si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur.* Atque hoc præsidens Synodo Cæsarius stabiliendum proposuit, quidnam ex Cypriano[e] ages ab eo gestas omni fide persecuto: *Cùm* (inquit) *de quodam esset ad altare, animaduertit quosdam, lecto Euangelio, ex Ecclesia egredi, quod sanctis viris concionem auscultare initio detrectarent. Mox igitur alloluit: appellat hu nobibus populum: Quid facitis filij? Quid ita foras absceditis, mala persuasione subuersi? State pro animabus vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaq; auscultate solicitè: Non licebit id vobis in illo tremendo iudicij die, moneo, clamo, atq; conteslor. Nesitis, obsecro, vel surdi, vel profugi: auditis oris mei buccinam, perinde ac si animas vestras suo muc ge Satan iugulârit. Non ego taciturnitatis arguar. Hæc de causa sapissimè ostia, lecto Euangelio, occludi iussi: donec propitio Deo ipsi gratularentur, ea coercitione se profecisse, qui solebant esse fugitiui*, hæc ipse.

e Apud Sur. die 14. Ianuar. CALAMVS AEVOCAT NEGLIGENTIAM SECLVSIA.

Extat etiam eo argumento ipsa eiusdem S. Cæsarij dicta ad populum homilia, cuius est titulus huiusmodi: *Admonitio, per quam suadetur, vt omnis populus, donec mysteria celebrantur, in Ecclesia fideliter expectet.* estque eius exordium[f]: *Rogo vos, fratres charissimi, & paterna pietate commoneo, vt quotiens aut de Dominico, aut de aliis maioribus festiuitatibus Missa fiunt, nullus de Ecclesia discedat, donec diuina mysteria expleantur*, &c. hæc nos occasione recitati canonis Concilij Agathensis Cæsarij rogatione in primis editi nō oportuit prætermisisse. Habentur eiusdem sanctissimi viri post aliorum eius scriptorum naufragia ad populum aliæ dictæ homiliæ omnes numero quadraginta, & quidem aureæ, quibus antiquæ Ecclesiæ Gallicanæ pia doctrina cum sacris traditionibus ac ritibus quàm fidelissimè referatur, vt inter alia de pœnis[g] purgatorij post animarum migrationē, & suffragijs pro eisdem subleuandis, atq; alijs id genus à maioribus absq; ambiguitate acceptis, creditis, & populo insinuatis Catholicis dogmatibus inuiolabili obseruatione custodiendis.

f *Cæsar. homil. 12.* VI.

g *Cæsar. hom. 8.*

Porrò quod ad idem Agathense Concilium, de quo est nobis tractatio, pertinet; quis non videat ab eodem sancto Cæsario statuenda fuisse proposita, quæ ipse populum facere publicis concionibus persuaserat? nam (si licet in his immorari) eiusdem Concilij canon duodecimus ita se habet: *Placet etiam, vt omnes Ecclesiæ filij (exceptis diebus Dominicis) in Quadragesima, etiam die sabbato sacerdotali admonitione, & districtiori comminatione ieiunent.* hæc item proposita à Cæsario fuisse, qui & de his Arelatensem populum docuerat, satis intelligi potest, cùm ea de re præclaram habuerit homiliam, quâ ipso ingressu verbis istis suos Fideles interpellat[h]: *Rogo vos, fratres charissimi, vt in isto legitimo ac sacratissimo Quadragesimæ tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi fortè ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: Quia alijs diebus ieiunare, aut remedium, aut præmium est: in Quadragesima non ieiunare, peccatum est.* quibus planè rectè cuique intuenti apparet & Cæsarium primum auctorem in Agathensi Concilio sanciendorum canonum illorum fuisse, & (vtputo) scriptorem: peculiares enim Cæsarij voces, quæ in illis

VII. EX CÆSARII SENTENTIA STATVTA CANONIS DE QVADRAGESIMALI OBSERVATIONE.

h *Cæsar. hom. 2.*

repe-

reperiuntur canonibus, id existimare suadent, vt altariũ, & his similia. Ex quibus planè intelligas, non solùm Cæsarium auctorem fuisse Patribus ea decernendi; sed ex ijsdem discas citatas homilias verè germanas esse Cæsarij, quæ adeò Concilio Agathinensi, cui idè Cæsarius præfuit, concinnè respondeant.

VIII. Quod verò admixtione illa Gothorum Arianorum cõtingeret aliquos è fide Catholica in hæresim infelices abduci, eosdemque factos pœnitentes ad Ecclesiam Catholicam remeare: quomodo hi suscipiendi essent, sancta Synodus ista decreuit[a]:

a Conc. Agath. c. 60. DE LAPSIS IN HÆRESIM AD ECCLESIAM REVERSIS.

Lapsis, id est, qui in Catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij, conditione infrascripta conditionis imponimus: vt præscripto biennio, tertio sine relatione veniunt, & Ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentum loco stando & orando, humilitatem ita nouerint obseruandam, vt etiam ipsi, cùm catechumeni egredi commonentur, abscedant. Hæc si obseruare voluerint, constituto tempore admittendi ad altarium obseruatio relaxetur. Quæ si ardua vel dura fortè putauerint statuta præteritorum canonum implere debebunt. hæc Patres, dispensandō (vt aiunt) relaxandoque rigorem antiquorum canonum de lapsis. At quid de relapsis? nũquid per biennium tantùm cum catechumenis dimittendi fuissent? minimè gentium. Audiant, obsecro, Galliarum Antistites, quàm procul à sanctorum Patrum, à quibus per successionem Euangelium accepêre, institutis abhorrent, dum fœnam nimis exhibendam clamant lapsis reconciliationem, nec anni vnius interlapso tempore pœnitentiæ immò fermè nullis præcedentibus illis à dicto canone præscriptis pœnitentiæ actionibus. At de Agathensi Concilio hactenus.

IX. CODEX THEODOS. AB ALARICO IVSSVS INTERPRETARI PROMVLGATVR. Idem Alaricus hoc ipso anno regni sui vigesimosecundo Codicem Theodosianũ ex nimia prolixitate contractum, auctum verò aliquibus interpretationibus per Auianum edendum curauit, visum antè atque examinatum probatumque ab Episcopis & vtendum Iudicibus tradidit, hoc rescripto præmisso ad Timotheum V.C. Comitem:

X. PROBATA ANTE AB EPISCOPIS LEGES. *Vtilitates populi nostri propitia Diuinitate tractantes, hoc quibusque, quod in iure habetur iniquum, meliori deliberatione corrigimus: vt omnis legum Romanarum & antiqui iuris obscuritas, ad habitũ sacerdotibus ac nobilibus viris, in lucem diligentia melioris deducta resplendeat: & nihil habeatur ambiguum, vnde sedi turna aut diuersa iurgantium impugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis, atque in vnum librum prudentium electione collectis, hæc, quæ excepta sunt, vel clariori interpretatione composita, venerabilium Episcoporum, vel Electorum prouincialium nostrorum roborauit assensus.*

XI. * qui in thesauris nostris habetur, oblatum tibi pro discutiendis *Et ideo scriptum librum, qui in tabulis* habetur collectus, Goiarico Comiti pro distinguendis negotijs nostra iussit clementia destinari; vt iuxta eius seriem vniuersa causarum sopiatur intentio: nec aliud cuilibet aut de legibus, aut de iure liceat in discreptationem proponere, nisi quod directis libri & subscripti viri spectabilis Auiani manu (sicut iussimus) ordo complectitur. Prouidet ergo te conuenit, vt in foro tuo nulla alia lex, neq; iuris formula proferri aut recipi præsumatur. Quod si factum fortasse comperiseris, aut ad periculum capitis tui, aut ad dispendium harum noueris facultatum. Hanc ergo præceptionem directis libris iussimus coherere, vt vniuersos ordinationi nostræ & disciplinæ teneat, & vana constringat.* Subscriptio Auiani.

XII. *Auianus vir spectabilis ex præceptione domini nostri gloriosissimi Alarici Regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atq; sententijs iuris vel diuersis libris electum Aduris anno vigesimosecundo eo regnante edidi, atq; subscripsi. Recognouimus. Data sub die quarto Nonas Februarij, anno vigesimosecundo Alarici Regis. Tolosæ.* hactenus decretum Alarici, in eo etiam potissimùm commendandi, quòd nullam penitùs sæcularium legum editionem promulgationemque fieri passus est, antequàm eædem cognoscerentur atque ab Episcopis probarentur. Obseruatione quidem dignares est, quomodo Alaricus Rex quamdiù nullum negotium facessiuit Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, quàm feliciſſimè ad viginti duos annos regnũ, licet inter æmulos barbaros, propagârit. Sed quid accidit? Simulac S. Cæsarium Arelatensem Episcopum calumniâ oppressum exulare cogit, simul cum illo & felicitatem fecit extorrem, atque regni pariter cum vita infelix dispendium passus est. At quomodo id acciderit, anni sequentis narratio declarabit.

XIII. PICTORVM LICENTIA RELIGIONI NOCVIT. Quod autem ad Orientales res pertinet; sub huius anni Consulibus, nempè decimosexto Anastasij Imperatoris anno, nouâ occasione obortos Constantinopoli aduersus Imperatorem tumultus Cedrenus recensens his verbis: *Adduxit etiam Anastasius Cyzico pictorem quendam Syropersam habitu presbyteri, qui in Regia iussu Imperatoris (nam a Manichæis ludis delectabatur) quadam monstra & ab imaginibus Ecclesiasticis alterna pingeret, ob id magna populi coorta est seditio.* Haud passa est Christiana pietas vel in Palatio pingi, quæ à religioso ritu abhorrere viderentur; vt planè per eos iuram Ecclesiasticam licentia illa pictoribus atque poëtis à Gentilitiæ superstitionis cultoribus concessa intelligatur esse sublata; peccaréque in religionem ijdem intelligantur, qui ea, quæ non ædificationem, sed offensionem præstant, quoquo pacto in Ecclesiam introducunt, quæ nec in aulæ regiæ parietibus pingi Constantinopolitanus populus passus est. Habes hoc argumento complura luculenter scripta à Gabriele Paleato S.R.E. Cardinale, quæ expetita à Catholicis contra hæreticos sub prælo modò esse dicuntur: ferunt ea secum laudem suam, vt non indigeant alieno præconio.

XIV. Sed accipe rursum quæ idem auctor Cedrenus istis subijcit de altercatione duorum Episcoporum alterius Orthodoxi fidei Catholicæ defensoris, alterius verò impij Ariani acerrimi disputatoris: *quem cùm effugientem omnem argumentationem Orthodoxus conuincere minimè posset, pietate fretus eam ipsi Ariano obtulit conditionem, vt omissâ disputatione, per ignem, cuius fides esset verior, probaretur, seseque amborum in flammas damnibus, ille victor indicaretur, qui ab incendio illæsus abscederet: quod recusante facere Ariano, Orthodoxus intransignem, illæsus exiuit,* hoc ipso quidem sub Anastasio Imperatore factum narrat, verùm ad tempora Marciani Augusti Theodorus Lector refert; sub tempore autem Anastasij quod subijcimus accidisse commemorat: *Deuterium Arianorum Constantinopoli Episcopum, cùm Barbatem quendam sic dictum baptizaret, reprobatâ & corrupta Dominica traditione, ausus est inter baptizandum dicere: Baptizetur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto. Quo dicto, aqua ex Colymbetra euanuit. Barbas verò arrepta fuga, exiuit, & miraculum hoc cunctis significauit.* hæc Theodorus. Sed quod antiquiores Patres diximus ita recepisse baptizatos ab Arianis, vt tamen ad Ecclesiam venientes minimè rebaptizarent, sed chrismate tantummodò delinitos solemni ritu reconciliarent Ecclesiæ; satis potest intelligi eos non alia formâ, quàm Ecclesiæ Catholicæ consentaneâ baptizare consuesse.

DE ARIANORVM EPISCOPO CONSTANTINOPOLI AGENTE.

XV. MACEDONIVS CONSTANTINOPOLITANVS EPISC. PERSTAT IN CONFESSIONE. At quanam occasione Anastasius Imperator hæreticis libertatem dederat Constantinopoli commorandi, & quæ vellent docendi, fidem pacto super his vetere indicat; *Imperator Macedonium vehementer visit, vt idem ipse faceret,* nempè vt damnaret Synodum Chalcedonensem. *Ille verò sine vniuersali Synodo, cui magna Roma Episcopo præsideret, nihil se factum dixit. Quare Imperatorem contra se incitauit: qui ob id ad magnam Ecclesiam confugientes, inde auulli curauit, & leges libertatis hæreticorum Ecclesijs præbuit.* hæc de impio Anastasio Augusto Theodorus: quæ autem præmisit de Elia Hierosolymorum Episcopo, nempè damnasse Chalcedonense Concilium, quàm à vero procul abhorreant, præter illa, quę dictasunt, denuò inferiùs dicturi sumus.

XVI. Hoc eodem anno, defuncto Ioanne Melâ Episcopo Alexandrino hæretico, cùm sedisset anno nouem, in eius locum subrogatus est Ioannes eiusdem nominis tertius, cognomento Machiota, idemque hæreticus. hæc ex Nicephoro in serie Episcoporum Alexandrinorum. De eo autem Liberatus Diaconus ista habet[b]: *Ioannes Machiota successit Ioanni Melæ: hic etiam ipse suos Principes secutus est, suscipiens quidem Vnitiuum Zenonis edictum: non autem*

b Liber. Diac. Brev. c. 19.

suscepit

DE IOANNE TERTIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

suscepit Chalcedonense Concilium, aut epistolam sancti Leonis Papæ, tanquàm non communicaret Flauiano Antiocheno, Eliæ Hierosolymitano, & Timotheo Constantinopolitano, qui posteà successit Macedonio. *Dicebat autem, perfectè dictum se habere.* hæc cùm dicat ipse, simulque vno fasce includat Ioannem hûc non communicâsse neq; Flauiano, neq; Eliæ, neq; Timotheo; planè horum diuersa ratio fuit. Non enim communicauit Flauiano & Eliæ, quòd hi reciperent Concilium Chalcedonense. non communicauit verò Timotheo, quòd iste, sicut Anastasius Imperator, reciperet Zenonis Enoticum; quòd esset tamquàm imperfecta confessio, cùm nulla ibi reperetur expressa mentio damnationis Concilij Chalcedonensis. Hæc ita se habuêre, ipsa Ecclesiâ Alexandrinâ colente Dioscorum & Petrum Mogum in æternùs prolabente.

IESV CHRISTI
Annus 507.

SYMMACHI PAP. Annus 9. ANASTAS. IMP. 17. THEODOR. REG. 15.

I. ALARICVS REX OCCIDITVR.

QVI sequitur Christi annus quingentesimus septimus Consulatu Anastasij Augusti tertium & Venantij Decij adnotatur: Quo Alaricus Rex Gothorum Arianus, cùm regnâsset in Gallia Aquitania à Rhodano ad Ligerim vsque & Pireneos, à Clodoueo Rege Francorum victus occiditur. Hæc autem quomodo se habuerint, & quæ præcesserint, accuratâ sunt peruestigatione narranda. Accidit planè, vt sicut cùm in humano corpore ossa franguntur, prosternitur homo; ita cùm è regno sanctissimi viri tolluntur, qui totam molem precibus fulciebant, ipsum magno fragore corruat: Quod igitur sanctorum subnixum precibus diù steterit inconcussum Alarici regnum, pro cuius felicitate sacri Antistites ad Deum fuges fundebant orationes: simulac ab eo S. Cæsarius Arelatensis Episcopus est passus exilium, & S. Quinctianus factus extorris, omninò collabitur.

II. ALARICVS COLVIT S. REMIGIVM.

Quomodo autem hæc acciderint, antequàm describamus, de priori cultu Alarici Regis quo prosequebatur sanctos Orthodoxos Episcopos, qualis fuerit, aliquo est exemplo primùm significandum. Alaricus enim quantumlibet Arianus esset, tamen sanctos Antistites Catholicæ communionis coluit & frequentauit officijs, eos præsertim, quos editione miraculorum Deo gratissimos sentiebat, vt inter alios S. Remigium Rhemensem Episcopum. Ad hunc enim cuiusdam Benedicti sui regni nobilis viri filiam arreptitiam curandam misit, quam Sanctus diuinâ virtute non solùm à dæmone liberauit, sed & iam defunctam reuocauit ad vitam; cuius rei causâ eius parens Benedictus villam quandam Rhemensi Ecclesiæ dono dedit. Eius quidem rei dum meminit idem S. Remigius in suo testamento, attigit hæc omnia verbis istis[a]: *Et ea re, quas in prouincia Benedictus quidã (cuius filiam mihi ab Alarico missam gratiâ sancti Spiritus per impositionem manûs meæ peccatricis non solùm à diabolicæ fraudis vinculo, sed ab inferis reuocauit) ad vsum luminis tui, Rhemensis Ecclesiæ scilicet, & loci, vbi corpus meum requieuerit, continuatim deseruire præcipio*, &c.

DE FILIA BENEDICTI MISSA AB ALARICO AD S. REMIGIVM.

a *Apud Brisson. in formul.*

Hæc cùm in suo testamento totidem verbis dicat ipse Remigius; nescio quomodo ab Hincmaro[b] eiusdem Ecclesiæ Episcopo in vita eiusdem S. Remigij errore factum sit, vt pro Benedicto isto patre puellæ, hominæ prædiuite in Prouincia, positus sit S. Benedictus, hoc tempore monasticam vitam in Italia apud Sublacum excolens, cuius nomine & perbrevis epistola ad eundem S. Remigium data refertur, cùm nihil præter nomen commune habere Benedictus iste cum alio cognoscatur. Cæterùm maioris apud me fidei est ipsum eiusdem Remigij testimonium in suo testamento disertis verbis id asserentis, quàm cuiusuis auctoris vel multiplicium aliud asserentium. Sed discutiamus eam, quæ hac de re S. Benedicti ad S. Remigium data fertur epistola: extat illa in appendice Chronici Cassinẽsis à Leone Ostiense editi, cui eiusmodi inscriptio præfixa legitur:

b *Apud Sur. die 14 Ianuar. & die 1. Octob. in sermone eiusdem.*

IV. EPISTOLA QVA DICITVR S. BENEDICTVS.

Dominico sacerdoti Remigio frater & conseruus in Christo Iesu cœnobialis vitæ humilis cultor Benedictus æternæ benedictionis munus. Hæc quidem inscriptio de impostura magnoperè suspicionem auget; inusitatum quippe omninò, vt scribens inferior ætate & dignitate ad maiorem, se fratrem & conseruum appellet, benedictionem impertiatur. Ipsa autem epistola sic se habet:

V. *æternæ

Sanctissimo tuo congratulans profectui, sacerdos Regis, quia summi capitis membra sumus, quod mihi de esse sentio (laus Deo) possidere me credo in te. Ecce quod meæ peccata fieri prohibuerunt, tuæ auctoritatis sacerdotalia habent merita: & desinant modò circa me rumores hominum, cùm apud te constet omnium perfectionem esse virtutum. Hanc captiuam & ab antiquo hoste obsessam tuæ delego celsitudini, quatenus pro eius liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas, & meam paruitatem victoriâ ipsâ non minimum lætifices. Vale sacerdotum Christi limpidissime calcule.* hactenùs nomine S. Benedicti epistola apud Leonem in appendice collocata: de cuius fide tu, consideratis & perpensis, quæ dicta sunt, quam libet sententiam ferto: nobis certè nec minimùm quidem arridet, cùm præsertim discrepare intelligatur à scripto testamento S. Remigij, quod non solùm doctus Brissonius, qui edidit, sed qui illud inspiciunt eruditi omnes legitimum probant atq; germanum absq; fuco vllo adulterino conscriptum.

VI.

At quoniam modo acciderit, vt qui externos longeq; positos sanctos Episcopos coluit Alaricus Rex Gothorũ, eos verò, quos domi habebat et magni nominis æquè sãctos, vt Cæsarium Arelatensem & Quintianum Rutenorum Episcopos fuerit insecutus; iam dicendum: atq; de sancto Cæsario primo loco quæ ab huius temporis fidelissimo auctore Cypriano scriptis sunt prodita ad eius sororem Cæsariam nominaram, verbis ipsius hic describamus[c]: *Accidit autem* (inquit) *vt sancti viri tranquillum animum post aliquot dies liuida satanæ malitia infestaret; & cui non posset vlla corporis obijcere vitia, ei fœdam proditionis notam inurere conaretur. Nam Licumannus beati viri Notarius, homo nequam & perditus, non dubitauit talem se gerere aduersus virum Apostolicum, qualem olim Iudas aduersus Saluatorem. Armatur improbus ille seuæ delationis veneno: suggerit Alarico Regi per vos, qui illis erant à secretis, beatissimum Cæsarium è Gallijs genus ducentem totis inijd viribus incumbere, vt deditionem faciat, & vrbem Arelatensem Burgundionibus prodat; cùm ille pastor præstantissimus flexis genibus pacem gentium, vrbium tranquillitatem diebus ac noctibus à Domino precaretur. Quare magis credendum est, diabolo instigante, in sancti viri exilium barbaram ferocitatem incitatam esse: non enim gratus aut carus est hosti, qui id orat, quod cum eius factis & conatibus pugnet. Itaq; ijs, qui tum aderant, instigantibus, nec innocentiæ fides attenditur, nec accusationis veritas inquiritur; sed vanâ & iniquâ delatione damnatur, & Arelate extractus, cogitur apud Burdegalenses exulare.* Quod autẽ exul miraculum ingens ediderit, audi:

c *Extat apud Sur. tom. 6. die 27. Augusti.*

ALARICVS EXTOLLARE COGIT S. CÆSARIVM.

Sed ne obscura esset in illo gratia Dei, casu accidit, vt nocte quâdam ea ciuitas voracibus vastaretur flammis. Tum verò cines ocyus occurrunt ad hominem Dei: Sancte Cæsari, clamant; precibus tuis extingue ignem sæuientem. Audiens id vir Dei, dolore pariter & pietate commotus, venienti flammæ procedit obuiam, humiq; ad preces prosternitur: mox igneos premit abigitq; globos. concurrunt eò omnes, & diuinæ virtutis consonis vocibus laudes celebrant. Deinceps verò tantâ apud omnes admiratione fuit, vt in ea vrbe non solùm vt Pontifex, verùm etiam instar Apostoli haberetur. & persecutionis auctor diabolus pudefieret, cernens eum, quem proditionis reum peragere missus esset, diuini operis miraculis clarere. Id verò ita gestum esse, vt diximus, fidelis relatione comperimus. Sed quomodo ab exilio liberatur, accusatorq; damnatur, pergit idem auctor hæc subdens.

VII. CÆSARIVS MIRACVLIS CLARET.

VIII.

Cùm autem illic degeret, vti semper & vbique consueuerat, Ecclesiam docuit reddere Cæsari[d] quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo: Obedire iuxta Apostolum[e] Regibus & potestatibus, quando iusta præcipiunt: sed in Ariano Principe contemnere dogmatis prauitatem. Atquetta (quemadmodum testatur Veritas[f]) non potuit lucerna abscondi supra candelabrum Domini posita; sed

d Mat. 22 e Rom. 13. f Matt. 5.

quocunq;

CAESARIVS AB EXILIO LIBERATVR

quocumq; accesit, omnes illuminauit. Postea verò quàm beati viri innocentiam comperit nefarius Princeps, iussit, vt ad suam reuerteretur sedem, seq; & ciuibus & clero exhiberet. „Porrò delatorem *eius iussit lapidibus opprimi. Populo igitur ad lapides concurrente, subitò ad aures viri Dei iussio Regis perfertur. Properat illicò, & sua intercessione maluit accusatorem suum seruare pro agenda pœnitentia, quam iustâ animaduersione punire: vt animam eius per pœnitentiam curaret, quam ipse iniqua delatione diabolo captiuam reddiderat; & hosti domestico clementer ignoscens, antiquum aduersarium in vna re conscientia pura bis vinceret. Solebat verò sanctus vir accuratè obseruare, vt nemo ex illis, qui ipsi parebant, siue serui illi essent, siue ingenui, si pro culpa sua flagellandi essent, amplius triginta nouem ictibus ferirentur. Si quis verò vel grauis culpa deprehensus esset, permittebat quidem, vt post dies paucos iterum vapularet, sed paucis: contestabatur q; Ecclesiæ Præfectos, si quis iuberet quemptam diutius flagellari, & ea verbera illi mortem afferrent, vt is homicidij reum se sciret.* Ius quidem virgarum fuisse penes Episcopos, vt delinquentes illis subijcerent, satis hoc exemplo intelligere potes. Sed pergit: *Vbi autem percrebuit apud Arelatenses, hominem Dei reuerti, tam q; eum vrbi appropinquare: omnes vtriusq; sexûs tum crucibus & cereis processionem obuiam psallentes, & ingressum eius operientes. Cùm soleat autem Christus seruos suos illustrare virtutibus, & perfidos aperta mirabilium operum luce confundere: ad aduentum sancti viri Dominus terram longissimâ siccitate arentem perfudit imbre, vt cum reuertente gratiosissimo dispensatore fructuum quoq; vberes sequeretur.* hucusque de exilio & reditu Cæsarij Cyprianus Episcopus: quibus & expressam literis videsreligiosam pompam antiquitùs obseruari solitam in hodiernum vsque retentam, crucibus fulgentem, atque cereis emicantem, cùm, præuio clero, populo subsequente, proceditur.

DE REDITV CÆSARII ARELATEM.

IX. Quod ad bellicos pertinet apparatus, inierunt vnà simul fœdus Gundebaldus Rex Burgundionum cum Clodoueo Rege Francorũ aduersus Alaricum Wisigothorum Regem in Aquitania regnantem: quod quidem antequàm detegeretur, & essent milites in procinctu; laborauit Theodoricus Rex Ostrogothorum dominator Italiæ, vt dissidentem Clodoueum Francorum Regem cum Alarico pacis fœdere conciliaret, eaque de causa legatos misit in Gallias: scripsitque ad ipsos dissidentes Reges litteras, nimirùm ad Alaricum alias, alias verò ad Clodoueũ, rursumq; dedit alias ad Regem Burgundionum, atq; insuper ad Regem Erulorum, necnõ alias ad Regem Gurronorum, itidemq; ad Regem Toringorum, vt omnes simul id ipsum Francorum Regi suadere studerent. Extant[a] ipsæ litteræ apud Cassiodorum omnes quatuor numero. Quomodo autem his contemptis litteris, iuncti cũ Burgundionibus Franci aduersus Alaricum pugnauerint, suo loco dicturi sumus.

[a] *Cassiod. Var. lib. 3. epist. 1. 2. & 4.*

X. Modò autem de S. Quintiano narrata à Gregorio (vt proposuimus) hic describamus: quibus de turbationis Galliarum causa hæc præmittenda: Gens illa ab exordio nascentis Ecclesiæ Catholicis semper assueta dogmatibus, haud facilè patiebatur Arianum barbarum nobiliorem Galliarum partem, vtpotè Italiæ magis propinquam, obtinere, memores quot quantaq; maiores ipsorum sanctissimi, qui sub Constantio Augusto claruêre Episcopi, obijssent strenuè aduersus Arianos pro Catholica fide certamina: Mouebantur ampliùs, cùm nouum Regem, eundemq; Catholicum, barbarum licèt, summâ tamen religione nitentem regnare scirent in Gallijs Clodoueum. Cùm igitur inter alios Quintianus id se cupere testaretur, vt Rex Catholicus Catholicis dominaretur: à delatoribus delatus ad Gothos, & ab eisdem quæsitus ad necem, est factus extorris. Narrat rem gestam ita Gregorius[b]: *Multi tam tunc ex Gallijs habere Francos dominos summo desiderio cupiebant. Vnde factum est, vt Quintianus Ruthenorum Episcopus per hoc odium ab vrbe depelleretur. Dicebant enim ei: Quia desiderium tuum est, vt Francorum dominatio possideat terram hanc.*

GALLICANÆ FIDEI FVRITAS HAVD PATIT VR GOTHOS ARIANOS.

[b] *Greg. hist. Fran. lib. 2. c. 36.*

XI. *Post dies autem paucos, orto inter eum & ciues scandalo, Gothes, qui in hac vrbe morabantur, suspicio attigit, exprobrantibus ciuibus, quòd velit se Francorum ditionibus subiugare: consilio q; accepto, cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nunciatum fuisset, de nocte consurgens, cum fidelissimis ministris suis ab vrbe Ruthena egreditur, Aruernos aduenit; vbi q; à S. Euphrasio Episcopo, qui quondam Aprunculo Diuionensi successerat, benignè susceptus est; largitus q; ei tam domibus, quàm agris & vineis, secum retinuit, dicens: Sufficit huius facultas Ecclesiæ, vt vtrumq; sustineat: cùm tanta charitas, quàm beatus Apostolus præditat, permaneret inter sacerdotes Dei. Sed & Lugdunensis Episcopus largitus est ei aliqua possessionis Ecclesiæ suæ, quam in Aruernis habebat. Reliqua verò de S. Quintiano, tam insidiæ, quas pertulit, quàm illa, quæ per eum Dominus operatus dignatus est, scripta sunt in libro Vitæ eius.* hucusque Gregorius. Portò Quintianus interfuisse reperitur pluribus Synodis, vt Aurelianensi atque alijs: qui egregiâ clarus sanctitate, meruit post obitum inter Sanctos adscribi[c], quos Ecclesia Dei annuâ celebritate colère consueuit.

QVINTIANVS FVGIT PERSEQVENTES GOTHOS.

[c] *Martyr. Rom. die 14. Iunij.*

His igitur de sanctissimorum Antistitum pressura narratis, reliquum est, vt sermonem habituri de Alarici Regis intetitu, de tempore, quo accidit, quàm exactissimam ineamus rationem. Qui enim existimârunt Alaricum viginti duobus dumtaxat annis regnâsse, anno superioti finem viuendi fecisse tradiderunt. At veteres sunt de his consulendi chronographi. Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus res Gothorũ duplici scripto prosecutus, nimirùm Chronyco & Historiæ cõpendio, duplici chronographiâ sub hoc anno Alarici mortem consignat, nempè numero Aëræ, annis Imperij Anastasij, & tempore ipsius Alarici regni, dum videlicet tradit ipsum regnâsse annos viginti tres, decessisseq́ue anno decimoseptimo Anastasij Imperatoris, atque in eius locum mox suffectum ipsius filium Gesalicum eodem anno decimoseptimo Anastasij, Aerâ quingentesimâ quadragesimaquintâ, qui est hic ipse annus Domini quingentesimus septimus. Ex his autem habes, vnde etroris arguas Gregorium Turonensem, dum victum à Clodoueo Alaricũ ponit anno quinto ante eiusdem Clodouei Regis obitũ, nempè post annos duos: sed & fortiùs idem redarguitur à Cassiodoro huius temporis scriptore, cùm subsequentis anni Consulibus Venantio Iuniore atq; Celere victoriam ponit Theodorici Regis aduersus Francos, quam post occisum Alaricum accidisse consentiunt omnes.

DE TEMPORE MORTIS ALARICI REGIS.

XIII. Quænam autem belli huius causa præcesserit; Theodoricus Rex Italiæ ad eumdem Clodoueum scribens, legatosque pro ineunda concordia, cum Alarico mittens, mediocres causas interfuisse testatur[d]. Scripsit idem & ad Alaricum eodem quoq; argumento per legatos epistolam[e], quâ ait inter eos paruam quamdam de verbis extitisse contentionem. Cùm verò Theodoricus neq; à Rege Burgundionum, neq; à Rege Francorum auditus esset, præsto esse Alarico gentili suo animo decernens, expeditionẽ aduersus eos adornat, atque ad suos Gothos scripsit epistolam[f] de expeditione Gallicana parãda, cùm iam accepisset Clodoueum arma tractare. Gregorius autem Turonensis religionis zelo permotum ait Clodoueum aduersus Alaricum, quòd Christianissimus Rex indigno ferret animo in Gallijs regnare hominem Arianũm: nam hæc ipse de eo[g]: *Igitur Clodoueus Rex ait suis: Valde molestè fero, quòd hi Ariani partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio; & superatis, redigamus terram in ditionem nostram. Cumq; placuisset omnibus hic sermo, commoto exercitu, Pictauos dirigit sibi tunc Alaricus commorabatur.* hæc de causa belli Gregorius.

CAVSÆ BELLI ADVERSVS GOTHOS.

[d] *Apud Cassiod. Var. lib. 3. epist. 4.*

[e] *Apud Cassiod. li. 2. epist. 38.*

[f] *Apud Cassiod. li. 1. epist. 24.*

[g] *Greg. Turon. hist. Fran. lib. 2. c. 37.*

XIV. His visis, iam narrare aggrediamur, quisnam fuerit Christianissimi Principis bellicus apparatus, nõnisi præuiâ religione dispositus: vt simul intelligas, quantum valeat ad debellandos hostes cum Dei timore pietas optimè custodita. Quidnam autem ipso expeditionis exordio egerit, audi primùm ab Flincmaro Rhemensi Episcopo, res gestas sancti Remigij prosequente: *Tunc* (inquit) *per consilium Reginæ suæ fecit Ecclesiam in honorem Apostolorum Petri & Pauli in Parisiorum ciuitate.* Pugnaturus enim aduersus hæreticos, iure sibi Principes Apostolorũ eo munere conciliandos putauit, vtpotè validissimos aduersus impios propugnatores Ecclesiæ. Sed quid præterea auspicando difficillimo prælio præmittendum putârit Rex Christianissimus

simus Clodoueus, audi ista subijcientem Hincmarum: *Per consilium beati Remigij in Aureliano ciuitate Episcoporum Synodum conuocauit, in quo Conuentu multa vtilia constituta fuere. Rex quoq; deuotissimus pergens contra Alaricum Arianum, benedictionem petijt a sancto Remigio: cui & benedictionem dedit, & victoriam in verbo Christo respondit: dedit, illi plenum vas, quod vulgi consuetudo flasconem appellat, de vino, quod benedixit.* addit de eodem vino multiplicato diuina virtute vsque ad finem belli: cuius miraculi cùm nullus alius antiquorum meminerit, fides sit apud auctorem: Cùm haud inficias ierimus complura viro disertissimo innotuisse ex archiuo Rhemensis, cui præerat Ecclesiæ: nec dubitemus de diuina virtute, cuius in edendis miraculis vis omnem semper captum humanum superat. Acceptâ igitur à sanctissimo sacerdote ad periculosum conficiendum bellum benedictione, à quo & sacrum quoq; baptismum acceperat, vniuerso exercitui editâ sanctione mandauit, ne quid per huiusmodi belli damni inferretur Ecclesijs, sacrisve ministris, personis, rebusque ad eos pertinentibus. Huius quidem à se conditæ legis meminit ipse in epistola data ad Episcopos Aurelianì ad Concilium congregatos: vt planè magnoperè sit in religiosissimo Principe cõmendandum, in procinctu ipso nihil antiquius habuisse, quam pietate conciliare sibi cœleste numen. At describamus hìc epistolam, quam diximus ea de re à Clodoueo ad sanctum Episcoporum Concilium datam:

CLODOVEVS SCRIBIT AD EPISCOPOS CONCILII AVRELIANENS.

Domino sancto & Apostolicâ sede dignissimo Episcopo Clodoueus Rex.

XV. QVAE A MITIDVS CERVARDA CLODOVEVS PROPOSVERIT.

Enunciante famâ quid actum fuerit, vel præceptum omni exercitui nostro, priusquàm in patriam Gothorum ingrederemur, beatitudini vestræ præterire non potui. In primo quoq; de ministerio Ecclesiarum omnium præcepimus, ne ad subripiendum ea aliquis conaretur, neq; de sanctimonialibus, neq; de viduis, quæ in religione Domini deuota esse probantur: simili conditione de clericis, vel filijs supradictorum tam clericorum, quàm viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videbantur. Idem & de seruis Ecclesiarum, quos de Ecclesiis tractos per Episcoporum sacramenta constituerit, præceptum est obseruare, vt nullus ex ipsis aliquam violentiam vel damnum patiatur. Quod ita ad integrum est intelligendum, vt ex his supradictis si aliquis vim captiuitatis pertulisset siue in Ecclesia, siue extra Ecclesiam, omninò sine aliqua dilatione præcipiamus esse reddendos. De cæteris quidem captiuis laicis, qui extra pacem sunt captiuati, & fuerunt approbati Apostoli, aut cui volueritis arbitrij vestri, non est negandum. Nam de his, qui in pace nostra tam clerici, quàm laici subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro infra signatas sic ad nos omnimodis dirigatis, & à parte nostra præceptionem latam noueritis esse firmandam*: sic tum populus noster petit, vt cuicumque epistolas vestras præstare fueritis dignati, cum sacramento per Deum & benedictione vestrâ dicere non taceat, rem istam, quæ poscitur, veram esse: quia multorum varietates & falsitates inuentæ sunt, vt comprehendantur: sicut scriptum est[a]: Periit, iustus cum impio. Orate pro me, domini sancti, & Apostolicâ sede Papæ dignissimi.* Quid ad ista rescripserint sacerdotes, inferiùs verba facturi de eodem Concilio Aurelianensi suo loco dicemus.

*Apostolici, hoc est, Catholici *parte *seruandam

a Gen. 18.

XVI. b Greg. Turon. hist. Fran. lib. 2. cap. 7. IN POEMA RAPTORE M SEVERE VITVS CLODOVEVS.

Quod verò religiosissimus Princeps lege sanctâ cauit, illud ipsum inuiolabiliter quidem voluit custodiri; vt quæ de ipso his verbis scribit Gregorius Turonensis, apertè declarant[b]: *Quoniam* (inquit) *pars hostium perterritorium Turonicum transibat, pro reuerentia beati Martini dedit edictum, vt nullus de regione illa aliud, quàm herbarum alimenta, aquamq; præsumeret. Quidam autem de exercitu, inuento cuiusdam pauperi fœno, ait: Nonne Rex herbam tantum præsumi mandauit, & nihil aliud? & hoc (inquit) herba est. Non enim erimus transgressores præcepti eius, si eam præsumimus. Cumq; vim faciens pauperi, fœnum vi abstulisset: factum perueniit ad Regem. Quo dicto citiùs, gladio peremptus, ait: Et vbi erit spes victoria, si beatus Martinus offenditur? Satisq; fuit exercitui, nihil vlteriùs ab hac regione præsumere.*

XVII. *Ipse verò Rex diuexit nuncios ad beatam basilicam, dicens: Ite, & forsitan aliquod victoria auspicium ab æde sancta suscipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco sancto exhiberent, ait: Si tu, Domine, adiutor mihi es, & gentem hanc incredulam, semperq; amulam tibi meis manibus tradere decreuisti, in ingressu basilicæ sancti Martini dignare propitius reuelare: vt cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus iuxta imperium Regis, dum sanctam ingrederentur basilicam, hanc antiphonam ex improuiso Primicerius qui erat incepit: Præcinxisti me Domine virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me: & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Quod satellites audientes, & Domino gratias agentes, & vota beato confessori promittentes, lati renunciauerunt Regi.*

a Psal. 17 EX EDITIONE PHILIPPI PSALMO PROPHETIA VICTORIAE IMMINENTIS.

Porrò ille, cùm ad fluuium Vigennam cum exercitu aduenisset, per quem locum transire deberet, penitùs ignorabat: intimiorat enim ab inundatione pluuiarum. Cumq; illa nocte Dominum deprecatus fuisset, vt ei vadum, quo transire posset, dignaretur ostendere: mane facto, cerua miræ magnitudinis ante eos nutu Dei flumen ingreditur, illaq; vadante, populus, quà transire posset, agnouit. Veniente autem Rege apud Pictauos, dum eminus in tentorio commoraretur, pharus ignea de basilica S. Hilarij egressa, visa est ei, tamquàm super se aduenire, scilicet vt lumine beati confessoris adiutus Hilarij, liberiùs hæreticas acies, contra quas sæpè idem sacerdos pro fide constixerat, debellaret. Contestatus est autem omni exercitui, vt nec ibi quidem aut in via aliquid spoliarent, aut res cuiusquam diriperent.

XVIII.

Erat autem in his diebus vir laudabilis sanctitatis Maxentius abbas recluſus in monasterio suo ob Dei timorem intra terminum Pictauensem, cuius monasterij nomen lectionis non indidimus, quia locus ille vsq; hodiè Cellula S. Maxentij vocatur. Cuius monachi cùm hostium exercitum vnum in monasterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, vt de cellula sua egrederetur ad consulendum eis. Illoq; demorante, hi timore perculsi, cum aperto ostio præducunt de cella sua. At ille in occursum hostium quasi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus autem eorum euaginato gladio, vt in caput eius librares; manus ad aurem erecta dirigit, gladiumq; retrorsum ruit. At ille ad pedes beati viri, veniam deposcens, sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes, ne & ipsi pariter interirent. Huius verò brachium beatus confessor cum oleo benedicto contrectans, impositò signo Crucis, restituit sanitati: cuiusque obeuntu monasterium permansit illæsum. Multaq; & alias virtutes operatus est; quæ si quis diligenter inquiret, librum vitæ illius legens, cuncta reperiet, sed non extat. Viget verò Maxentij memoria indelebili notâ in sacro Ecclesiæ Martyrologio, annis singulis sexto Kal. Iulij rediuiua. Subdit autem ista Gregorius de victoria Clodouei:

XIX. DE S. MAXENTIO ABBATE.

XX. VINCITVR ET OCCIDITVR ALARICVS A CLODOVEO.

Interea Clodoueus Rex cum Alarico Rege Gothorum in campo Vocladense, decimo ab vrbe Pictauo milliario, conuenit, & cum conspicientibus his eminus resistunt, cominus illi: cumq; secundùm consuetudinem Gothi terga vertissent, ipse Rex Clodoueus victoriam, Domino adiuuante, obtinuit. Habebat autem in aduersorium suum filium Sigeberti Claudi, nomine Clodericum (hic Sigeberto pugnabs contra Alamannos apud Tullbiacense oppidum percussus in geniculo claudicabat.) Porrò Rex cum fugatis Gothis Alaricum Regem interfecisset, duo ex aduerso subitò aduenientes, contis vtraq; ei latera ferunt: sed auxilio tam lorica, quàm velocis equi, ne periret, exemptus est. Maximus ibi tunc Aruernorum populus, qui cum Apollinare venerant, & primi, qui erant ex Senatoribus, corruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hispaniam fugit, regnumq; patrij sagaciter occupauit. Clodoueus verò filium suum Theodoricum per Albigensem ac Ruthenam ciuitatem ad Aruernos dirigit. Qui abiens, vrbes illas à finibus Gothorum vsq; Burgundionum terminum, patrij sui ditionibus subiugauit. Regnauit autem Alaricus viginti duos annos, exactos videlicet. Clodoueus verò apud Burdegalensem vrbem, hyemem agens, cunctos thesauros Alarici à Tolosa auferens, Engolismam venit. Cui Dominus tantum gratiæ tribuit, vt in eius contemplatione muri spontè corruerent: tunc verò exclusis Gothis, vrbem suo dominio subiugauit, Patratâ post hac victoriâ, Turonos regressus est, multa sancta basilicæ beati Martini munera offerens. hactenùs de his Gregorius.

XXI. d Procop. de bello Goth. lib. 1. EADEM HISTO-

Quæ verò alia ab his diuersa addit Procopius Græcus historicus, ex verbis ipsius accipe[d]: *Visigothi interea, postquàm Germanos (ita ipse Francos appellat) circa Carcassonem vrbem castra habere certiores facti sunt reddita: confestim his obiiciam eunt, & positis castris quietos se continent. Sed cùm in ea obsi-*

R A EX GRAECIS TEXTA.

obsidione temporis plurimum contererent, tædere cœpit inertia, & agrè ferre per hostes loca sua vastari, in prædam, omnia agi. Vnde & Alaricum contumelijs & probris incessere, & quòd hostes formidaret, odisse, suisq; ducis cunctationem & segnitiem criminari; & idem idem affirmare, per se quidem & solos absq; copijs Theodorici, quæ expectabantur, Germanos posse vincere. Vnde suorum importunitate victus Alaricus, etsi haud præsentibus Gothis, cogitur statim in aciem aduersus hostes prodire. Sed Germani eâ congressione superiores iam facti, VVisigothorum vi maximâ cæsâ, Alaricum simul ducem obtruncant; & Gallijs maiorem in partem potiti, Carchasonem vrbem celerrimè obsident, vt in qua abditæ essent egregiæ opes acceperant, quas Alaricus quondam Senior, cùm Romam cepisset, abstulerat. In his ferunt Salomonis fuisse pretiosissimam supellectilem & aspectu dignissimam, vt quam ingentis pretij gemmis ornatam ex Hierosolymis dicunt aduexisse quondam Romanos. Quæ autem post hæc secuta sunt de liberata per Theodorici exercitum Carchasonensi ciuitate ab obsidione, in sequentem annum esse reijcienda, Cassiodorus in Chronico monet. Vides, lector, quem finem consequi soleant bella, quæ religio mouit, & pietas disposuit, atque ipsum iugiter est comitata procinctum. Iam verò ad Patres Aurelianensis Concilij redeamus.

X XII. CONCILIVM AVRELIANENSE & Conc. Aurel. c. 20.

Qui igitur Clodouei litteras datas acceperant, cùm de ijs, quæ ipse Synodum consuluerat diligenti discussione tractassent, sacris sanctis decretis, eadem cum his litteris ad eum scriptis misêre, quæ sic se habent [a]:

Domino suo Catholica Ecclesiæ filio Clodoueo gloriosissimo Regi. Omnes sacerdotes, quos ad Concilium venire in iussit, quia tanta ad Catholicæ religionis cultum gloriosa fidei cura vos excitat, vt sacerdotalis mentis affectu sacerdotes de rebus necessarijs tractaturos in vnum colligi iusseritis: secundùm vestræ voluntatis consultationem & titulos, quos dedistis, ea, quæ nobis visa sunt, definitione respondimus: ita vt si ea, quæ nos statuimus, etiam vestro recta esse iudicio comprobantur, tanti consensu Regis ac domini maioris, auctoritatem seruandam tantorum firmat sententia sacerdotum. hucusq; ad Clodoueum epistola sacri Concilij, sed quæ mendosa nonnihil appareat. Quod autem audis iussu Clodouei ad Synodum esse conuocatos Episcopos, monente id S. Remigio factum esse, in rerum gestarum ipsius historia testatur Hincmarus: ita planè hæc suadens nouo Christiano fortissimo Principi, tunc ipsi cuncta dexterè processura, cùm primùm omnium optimo religionis statui Rex accuratè prospiciat.

MONITIONES REMIGII COLLEGIT CONCILIVM CLODOVEVS.

XXIII.

Quod autem ad sancitos sacros canones pertinet, triginta tres numero summâ prudentiâ reperiuntur fuisse editi: quorum qui ad rerum gestarum ampliorem cognitionem spectat, extat septimus, quo declaratur eumdem Christianissimum Regem complura contulisse Ecclesijs munera, aliaque fuisse pollicitum. sunt enim hæc eiusdem canonis verba [b]:

b Cle. Aur. c. 7. ECCLESIIS COMPLVRA DONA ACLODOVEO DATA.

De obligationibus, vel agris, quos dominus noster Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, Deo sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa; id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimonijs sacerdotum, pauperum refectione, vel redemptione captiuorum, quicquid Deus in fauentibus dare dignabitur, expendatur, & clerici ad adiutorium Ecclesiasticis operis constringantur, &c. ex quibus perspicias receptum veterem vsum de rerum Ecclesiasticarum triplici distributione sancitum.

XXIV. c Cle. Aur. c. 12. DE ECCLESIIS ET CLERICIS ARIANIS.

Quod verò ad Arianos Clodouei gladio superatos, hæc ijdem Patres sanctissimi statuêre [c]: *De hæreticis clericis, qui ad fidem Catholicam plenâ fide & voluntate venerint, vel de basilicis, quas in peruersitate sua Gothi hactenus habuerunt, id censuimus obseruari: vt si clerici fideliter conuertantur, & fidem Catholicam integrè confiteantur, vel ita dignam vitam morum & vnum probitate custodiunt; officium, quo eos Episcopus dignos esse censuerit, cum impositione manûs benedictionem suscipiant: & Ecclesias similis quo nostra innuocari* * *solent, placuit consecrari.* hæc ibi. Cæteros ad disciplinam Ecclesiasticam sartam tectam conseruandam editos canones tu consulas.

* innouari

XXV. SS. EPISCOPI

Porrò qui sanctitate conspicui huic Concilio interfuerunt Episcopi, hi notiores numerantur, Gildardus Rothomagensis, Lupus Suessionensis: fuit hic filius S. Principij Episcopi Suessionensis & eius successor in Episcopatu, nepos verò S. Remigij Rhemensis Episcopi, vt ex eius Actis apparet, necnon ex eiusdem S. Remigij testamento. Interfuit etiam Melanius Rhodonensis. Quintianus Rutenus, & Theodosius Antissiodorensis: quos omnes habet sacer Ecclesiæ catalogus, quæ eosdem colit, publicoque præconio celebrat quolibet anno singulis natalibus sanctorum diebus. Sed & Leontius Tolosanus ibidem inter alios recensetur, eius temporis Episcopus magni nominis: Qui verò in castris Clodouei tunc militauit Aquilinus vir illustris, abdicato sæculo, posteà creatus Episcopus Ebriocensis egregiè enituit sanctitate, vt res ab eo præclarè gestæ testantur [d].

QVI HVIC CONCILIO INTERVVERE.

d Extant apud Sur. die 19. Octobr.

XXVI. GESILICVS SVCCEDIT ALARICO

Quinam autem, occiso Alarico, in locum eius successit, & quàm impar fuerat, vt collabentem regni molem denuò restitueret, Isidorus breui compendio tempus regni eius perstringens, hæc ait: *Aerâ quingentesimâ quadragesimaquintâ, anno decimoseptimo Anastasij Imperatoris, Gesilicus superioris Regis ex concubina filius Narbonæ Princeps efficitur, & regnauit annos quatuor, sicut genere vilissimus, ita infelicitate & ignauiâ summus. Denique dum eadem ciuitas à Gundebado Burgundionum Rege direpta fuisset, ipse cum multis cum dedecore & cum magna suorum clade apud Barcinonem se contulit. Ibi moratus, quousque regni facultatem à Theodorico fuga ignominiâ priuaretur. Inde profectus ad Afros, VVandalorum suffragium poscit, quo in integrum posset restitui. Qui dum non impetrâsset auxilium, mox de Africa rediens ob metum Theodorici Regis, Aquitaniam petijt. Ibi anno vno delitescens, Hispaniam reuersus, ab Ebbane Theodorici Regis duce, duodecimo à Barcinone vrbe milliario, commisso prælio superatus, in fugam vertitur, captusq; trans fluuium Druentium Gallarum occiditur.* hic finis Alarici filij patri hoc anno succedentis in regnum. At de rebus gestis Theodorici aduersus Francos agemus anno sequenti. Successit autem Gesilico Amalaricus natus ex filia Regis Alarici, vt Procopius docet.

XXVII.

Quod verò ad res Orientales spectat, tumultuatum est Constantinopoli à populo, de quo Marcellinus in Chronico ista habet: *Seditio popularis in Circo facta est, milesq; armatus obstitit. Gradus Circi Septentrionalis simul cum fornice incensi collapsiq; sunt, Anastasio Cæsare in Procopijs commorante.* Eodem anno [e] decimoseptimo Anastasij Imperatoris, ab ipso ædificatur præsidium contra Persas, quod Daram anteà nominatum. Anastasiopolim appellauit. Agit de eadem munitione Euagrius [f], atque Procopius 8. Theodorus verò Lector ista his addit: *Anastasius condidit Daram, & cùm condidisset, vidit in somnis Bartholomæum Apostolum dicentem, subuertisse ipsum ciuitatis custodiam, quòd reliquias suas illò missas reprobasset.* hæc auctor suorum temporum res gestas summatim percurrens: quòd enim Manichæus Anastasius esset, hoc potissimùm signo declarauit; cum Manichæorum sit, reliquias Sanctorum execrari. Eo his verò insignite [g] Nicephorum [h] errâsse comperies, dum putauit ab eodem Anastasio Imperatore illuc fuisse translatas eiusdè sancti Bartholomæi reliquias. Etenim non Anastasius, sed Iustinianus Imperator coli voluit eodem in loco sanctum Bartholomæum Apostolum, cui (teste Procopio [i]) erexit ibi basilicam: post enim recensita ingentia ædificia diuino instinctu pro defensione munitionis illius erecta, ista subdit de eodem Iustiniano Imperatore: *Et duo templa extruxit, vnum, quod Magnam ecclesiam vocant, alterum sancto Bartholomæo Apostolo sacrum.* Sic igitur quas repudiauit Anastasius Bartholomæi reliquias, Iustinianus inuexit, eisdemque erexit templum. Habes ergo vindicatum sanctum Apostolum, falsò à Nicephoro insimulatum consuetudinis cum hæretico Imperatore, cùm scriptum sit [k]: *Impiorum victimæ abominabiles Deo.*

e Cedrenus in Annal. hoc an. DE MVNITIONE DARAE. f Euag. lib. 3. c. 37. g Procop. de bello Pers. lib. 1. h Nicepb. lib. 10. c. 37. i Procop. de ædificiis Iustin. Imp. k Isaiæ 1. Hier. 6.

IESV CHRISTI
Annus 508.

SYMMACHI PAP. a Annus 10. ANASTASII IMP. 18. THEODORICI REG. 16.

CHRISTI annus quingentesimus octauus descriptus habetur in Fastis Consulatu Venantij, Decij Iunioris & Celeris. Ità Fasti Panuini pro arbitrio addentis vel mutantis passim nomina, quem in priori editione me secutum pœnituit. Etenim Cassiodorus Decium non habet, sed Venantium iterum & Celerem, sed & apud Marcellinum Comitem nulla de Iuniori Decio prorsus mentio. Porrò in Consulibus error, alios parit errores. Cùm igitur hi Consules ordinarij in antiquioribus Fastis positi habeantur, nec de Clodoueo, qui litteris Anastasij fuerat designatus, vsquàm mentio, planè opinari licet, respuisse Clodoueum Franchorum Regem oblatos ab Anastasio hæretico Imperatore codicillos, quos miserat Consulatûs, de quibus ita Gregorius [a]: *Ab Anastasio Imperatore codicillos de Consulatu accepit: & in basilica beati Martini tunicâ blatteâ indutus est & chlamyde, imposito vertici diademate. Tunc ascenso equo, aurum argentumq; in itinere illo, quod intra portam atrij & ecclesiam ciuitatis est, præsentibus populis manu propriâ spargebat, voluntate benignissimâ erogauit: & ab ea die tamquàm Consul & Augustus est vocitatus.* hæc Gregorius: putans eo modo Clodoueum sumpsisse Consulatûs insignia: verùm quæ illa essent, à Cassiodoro ita describuntur in formula Consulatûs [b]: *Per illam indictionem Consulatûs te decoratum insignibus: Pinge vestes humeros vario colore palmata: validam manum victoriali scipione nobilita: lares proprios etiam calceis auratis egredere: sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus eminus ascende.* Hæc ergo cùm ita sint, propriùs dici potest, ea quæ scribit Gregorius, repræsentare speciem de victoria obtenta triumphi, quàm insignia exprimere Consulatûs. Nam si (vt putauit) accepit Clodoueus oblatum ab Anastasio Consulatum: cur non est inditum eius nomen Consularibus Fastis? haud enim par est credere alium quàm ordinarium Consulem tantum Regem Clodoueum ab Anastasio designatum: siquidem quem nominant honorarium, vel suffectum, cuilibet ordinis Senatorij quàm facillimè dari consueuit. Nam si exemplo res agenda est, cùm à Zenone Imperatore Theodorico Regi Gothorum oblatus est Consulatus, fuit ille ordinarius, & nomen eius in Fastis cum ordinarijs Consulibus receptum est: quòd vtique de Clodoueo itidem accidisset, si oblatum ab Anastasio ordinarium Consulatum acceptâsset. Sed & qui Patriciatu, non Consulatu putat Clodoueum donatum, meâ quidem sententiâ fallitur; inferior enim erat Patriciatûs dignitas Consulatu, & communis pluribus. Cæterùm vel hoc omnes Consulatum, non Patriciatum oblatum dicunt.

Sed vide istiusmodi muneris Anastasio Augusto hoc potissimùm tempore exhibendi ratio? Meminisse oportet inimicitias exortas inter Anastasium Imperatorem & Theodoricum Italiæ Regem, huncq; vendicâsse sibi Pannoniam, quæ ad Orientale spectare videbatur Imperium: perseuerâsse autem eiusmodi odium actioribus ingremētis, res gestæ ab Anastasio sub huius anni Consulatu declarant, de quibus ita perbreuiter Marcellinus in Chronico: *Romanus Comes Domesticorum, & Rusticus Comes Scholæ cum his * armatis nauibus, totidemq; dromonibus octo millium armatorum secum ferentibus, ad desistanda Italiæ littora processerunt, & vsque ad Tarentum antiquissimam ciuitatem aggressi sunt; remensoq; mari, inhonestam victoriam, quam piraticos casu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Cæsari reportarunt.* hæc ipse. Talia Anastasius præsumpsit hoc anno, quo sciebat Theodoricum esse in expeditione (vt dicemus) in Gallijs.

Pergrato igitur accipiens animo excitatum potentissimum Franchorum Regem aduersus Gothos suos hostes Anastasius Imperator, accepto obtentæ de illis victoriæ nuncio, quo tantum demerere Principem posset, ad eumdem legatos cum codicillis Cōsularibus misit, eidem gratulaturus, & in proposito persistere magis magisque cohortaturus. Sed (vt dixi) spreuit Christianissimus Franchus Rex ab hæretico Imperatore oblatum munus: vnde opus fuit Anastasio alium loco ipsius Consulem subrogare, quem diximus nomine Celerem. At de Consulibus satis.

Iam verò quæ inter Clodoueum Franchorum Regem & Theodoricum Regem Italiæ hoc anno transacta sunt, videantur ex Procopio fideliter rem gestam ita narrante [d]: *Theodorico deinde cum Gothorum exercitu aduentante, trepidanter Gegnani, ipsi nimirùm Franchi, obsidionem Carcassonæ soluerunt; indeq; profecti, eam Galliarum & prater Rhodanum fluuium mox occupant regionem, quæ in Oceanum vergit: quos cùm loco depellere Theodoricus nil posset, vt sibi haberent quæ iam occupâssent permisit, ipse verò reliquam Galliarum tunc partem recuperauit.* hæc sincerè Procopius: qui autem impensius quàm par est studuêre Gothorum rebus historici, vt Cassiodorus atque Iordanus, ingentem hoc anno cladem Francos à Gothis accepisse testantur. Nam Cassiodorus sub huius anni Consulibus hæc ait in Chronico: *Hic Consulibus, contra Francos à domino nostro destinatur exercitus; qui Gallias Franchorum depræ dationi confusas, victis hostibus ac fugatis, suo restituit imperio.* hæc Cassiodorus. Iordanus verò ipse Gothis fauens sic ait [e]: *Non minùs trophæum de Francis per Hibbam suum Comitem in Gallijs acquisiuit, plus triginta millibus Francorum in prælio cæsis.* hæc ipse. At ficut non inficias imus, bellum penè deploratum, ab ipso Theodorico propè in integrum restitutum: ita minimè consenserimus tam immensam Franchos cladem fuscepisse. Etenim quomodo potuisset protritus adeò ingenti strage Franchorum exercitus ad tertiam vsque Indictionem perseuerâsse in obsidione ciuitatis Arelatensis, vt proximè dictum fuimus? Quomodo, inquam, profligatus à Gothis Franchorum exercitus, (vt idem Cassiodorus [f] testatur) ausus est in vrbe munitissima atq; fortissima obsidere Gothos: Victoris enim & non victi est, obsidere in vrbe primariate gni hostes.

Accipe igitur quæ de Arelatensi obsidione apud Cassiodorum leguntur, dum laudes Toli vnius ex ducibus qui intùs propugnabant, ab Athalarico Rege narrantur: *Admonet* (inquit) *etiam expeditio Gallicana, vbi iam inter duces directus, & prudentiam suam bellis & periculis promptissimus ingerebat. Arelate est ciuitas supra undas Rhodani constituta; quæ in Orientis prospectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorsa transmittit. Hunc & hostibus capere, & nostris defendere necessarium fuit. Quapropter excitata sunt Gothorum, Francorumq; validissimâ tempestate certamina. Affuit illic dubijs rebus audacia candidati, Toli nimirùm ducis, de quo est sermo, vir. tacta cum globis hostium concertatione pugnauit, vt & inimicos à suis desiderijs amoueret, & vulnera factorum suorum signa susciperet: vulnera, inquam, opinio inseparabilia, sine assertore præconium, propria lingua virtutis, quæ licèt ad præsens periculum ingerant, reliquum tamen vitæ tempus exornant.* & inferiùs, cùm iterum eadem ex causa idem in Gallias dux Gothorum Tolus est missus: *Mittitur igitur, Francho & Burgundio decertantibus, rursus ad Gallias tuendas, ne quid aduersa manus præsumeret, quod noster exercitus impensis laboribus vindicâsset.* sed quando id factum sit, dicemus inferiùs.

Vides ex his magnoperè laboratum à Gothis, ne ipsi cum populis succumberent victoribus & aliena inuadentibus Franchis: vnde factum est, vt liberatâ ciuitate Arelatensi, alijsque locis ab oppugnantibus Franchis, Theodoricus Rex tum Arelatenibus, tum alijs populis relaxauerit quartæ Indictionis proximè sequentis tributum, est de his epistola ipsius Theodorici ad Gemellum [g] vbi hæc leguntur: *Arelatensibus itaq;, qui nostris partibus perdurantem gloriosa obsidionis penuriam pertulerunt, per Indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat humanitas, ita vt futuro tempore ad solitam redeant functionem.* vsque planè ad illud tempus perseuerâsse laboriosissimam obsidionem, quæ post nonnulla sequuntur verba ista declarant: *Non*

decet

a *Greg. hist. Franc. lib. 2. c. 38.* DE CONSVLATV OBLATO CLODOVEO.

b *Cassiod. Var. lib. 6. ep. 1.*

c *Ammian. l. Hieronym. Vita S. Remigij, & alij.*

II. INTER ANASTASIVM ET THEODORICVM BELLVM CONFLATVM.

* centum

III.

ANASTASIVS AVGVSTVS AMICITIAM CLODOVEI.

IV.

d *Procop. de bello Goth. lib. 1.* DE PRIMA GOTHORVM CVM FRANCHIS.

VII.

e *Iordan. de rebus Getic.*

VIII.

f *Cassiod. Var. lib. 2. epist. 10.*

V. FRANCHI OBSIDENT IN GALLIA GOTHORVM.

IX.

VI. RELAXATVR TRIBVTA GALLIS THEODORICVS.

g *Apud Cassiod. Var. lib. 3. ep. 32.*

decet (inquit) statim de tributis esse solicitum, qui pro nostra fidelitate casum vix potuit declinare postremum: à quietis ista, tributa scilicet, non obsessis inquirimus. Eadem concedens Prouincialibus in Gallia constitutis, ad ipsos scribens [a], causam relaxandi tributi, istam insinuat: *Vobis itaq; hostili ferocitate vastatis pro qualitate lasioni per indictionem quartam relaxatam agnoscite tributariam functionem: quia non gratulamur exigere quod tristi nouerit solutor offerre*, &c. Vides igitur quâ ratione velint Franchorum exercitum armis Gothorum fuisse protritum, qui obsidentes ciuitates Gothorum, duos & amplius annos in defensione ciuitatum obsessarum vsque ad quartæ Indictionis ingressum eosdem Gothos occupauere?

[a] Cassiod. lib. 3. ep. 40

VII. His autem ad labefactatam historiæ veritatem vindicandam in medium adductis, qualia quantaque in Arelatensi obsidione pati cõtigerit S. Cæsarium eius vrbis Episcopum, enarrare aggrediamur, præsertim verò dignam perpetuis monumentis in summis periculis ostensam sæpè viri constantiam. Qui igitur spectator rerum interfuit Cyprianus, ista omni fide signata posteris legẽda tradidit [b]: *Franchis* (inquit) & *Burgundionibus* vrbem *Arelatensem obsidentibus, Alarico Rege à fortissimo Clodoueo Rege in conflictu perempto: Theodoricus Italiæ Rex, missis ducibus suis, in campo nunciam ingressus erat. In hac ergo obsidione monasterium, quod sorori eius sanctæ Cæsariæ & cæteris virginibus construebatur, magna ex parte destructum est, tabulis & cœnaculis barbarorum ferocitate direptis & euersis. Cùm autem vir Dei laborem quem ipse accelerari iussisset, suâq; manu & sudore promouisset, subrui videret, gemino quodam dolore correptus est.*

[b] Cyprian. Vit. S. Cæsar. apud Sur. die 27. Aug.

VIII. *Tunc enim clericus quidam ciuis & cognatus eius se captum iri metuens, iuuenili leuitate permotus, malo demone beati viri odio eum incitante, funiculo se noctu è muro submisit, & pœnumâ luce vltrò se dedidit hostibus vrbem obsidione prementibus. Quod vbi Gothi, qui intra erant oppidum, compererunt, incurrunt in sanctum virum: populus & in primis Iudæi impotenter* * *insultant, motâq; seditione, vociferantur, Antistitem vrbis prodendæ causa conciuem suum ad hostes noctu ablegâsse. Nullus hic fides, nullus probationis, nullus denig; pure conscientiæ relinquitur locus, Iudæis præsertim & hæreticis procaciter & sine intermissione clamantibus. Itaq; ex Ecclesia domo extrahitur Antistes, atq; in Palatio arctissimæ custodiæ tradatur, vt noctu in Rhodanum demergatur, aut certè in castro Vgernensi detineatur, donec exilio mulctatum proliciores det pœnas. Domus itaq; Ecclesiæ & cubiculum Antistitis ab Arianorum turbis occupatur.*

* impatienter

IX. *Sed dum Gothus quidam, ceteris contradicentibus, in eius lecto recumbit, duumvirus percutitur, & alter à die excedit è vita, ne quisquam deinceps seruî Dei locum pollutâ conscientiâ violare auderet. Sed cùm ex vtraq; ripa dromonem, qui hostium obsidione inclusus fuerat, Gothi, Dei nutu erigere non valerent, noctu sanctum virum in Palatium reuocârunt; sed vsque adeò eius celantes personam, vt vtrum adhuc esset in viuis, nullus Catholicorum scire possit. Dum ergo diabolo exultante, & Iudæis laudentibus, hæc geruntur: Iudæi etiam in nostros vbiq;, nullâ cuiusquam habitâ ratione, perfidiæ probra iactantibus: nocte quâdam vnus ex illis ex eo loco, quem ad agendas in muro excubias sorte acceperat, lapidem saxo epistolam, tamquàm in hostes illud vibrans, in castra illorum conjicere conatus est: in qua nomen suum religionemq; exprimens, hortabatur, vt noctu eo loco, quo ipsi excubarent, scalas admouerent vrbem ingressuri, eâ conditione, vt pro tanto beneficio id redderent Iudæis, ne quisquam eorum aut caperetur, aut rerum suarum iacturam faceret.*

X. *Manè verò digressis nonnihil à muro hostibus, quidam è propugnaculo egressi, epistolam illam conspiciunt, tollunt secum intra vrbem asportant, cunctisq; in foro publicitùs ostendunt. Mox auctor epistolæ producitur, convictusq; punitur: sæua Iudæorum immanitas Deo & hominibus inusitata tandem euidentissimè confunditur. Daniel noster, id est, S. Cæsarius è lacu leonum educitur: satraparum accusatio publicatur: completur in eorum auctore illud Propheticum* [c]: *Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit.*

[c] Psal. 7.

XI. *Porrò Arelatem Gothis cum innumera captiuorum turba reuertentibus, replentur sacra basilicæ, replentur Ecclesiæ domus Fidelium multitudine: & cùm multa inopiâ laborarent, quæ ad victum vestitumq; pertinerent, assatim eis præbuit vir beatus, donec ab ipso omnes essent redempti argento, quod venerabilis Eonius antecessor eius Ecclesiæ mensa reliquerat; obseruans illud, quòd Dominus in parapside intinxit panem, non in vase argenteo; discipulosq; præcipit, ne possiderent aurum vel argentum. Hoc autem sanctum opus ita prosecutus est, vt etiam ab illis, quæ ad diuini mysterij dispensationem pertinent, non abstineret, thuribulis, calicibus patenis argenteis. Dicebat enim: Ne homo rationalis Christi sanguine redemptus, amissâ libertate & durâ pressus seruitute, aut Arianus efficiatur, aut Iudæus, aut ex ingenuo seruus, aut ex libero seruus. Ornauit igitur & defendit, non deformauit Ecclesiam: patere voluit filios viscera matris, non præcludi; hoc sapissimè dicens: Velim respondeant mihi plerique Domini sacerdotes, & reliqui de clero, qui nescio quo superfluitatis amore nolunt dare insensibile argentum & aurum ex Christi donarijs pro mancipijs Christi: Velim, inquam, dicant mihi: si quo casu ipsi in eam calamitatem inciderent, vellent ne eiusmodi insensibilibus donarijs in libertatem vindicari, aut potiùs sacrilegij loco haberent. Si quis eis ex diuinis munusculis subminiret? Equidem non puto id ingratum esse Deo, de suo ministerio redemptionem parari, qui se ipsum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille. Nos verò videmus quosdam laudare in sancto viro quòd ita fecerit, non tamen illo facto velle imitari. Ay non in vitro habetur sanguis Christi? An non in ligno suspensum fuit eius sacratissimum corpus, nostræ salutis causâ? Nos quidem credimus & confidimus in Domini misericordia, fide & precibus beati Cæsarij id effectum esse, vt ipsius temporibus ita obsessa sit ab hostibus ciuitas Arelatensis, vt tamen nec capti potuerit, nec præda patere; atq; sic deinde à VVisigothis in Ostrogothorum ditionem peruenit, hodieq; in Christi nomine pareat clarissimo Regi Childeberto Clodouei filio, vt posit de ea quoq; dici: Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: & non permisit Deus subillo hominem nocere Arelatensibus suis.* & post nonnulla de monasterio ab eo sacris virginibus erecto, de eodem S. Cæsario subijcit:

REDIMIT CAPTIVOS FIDELES.

COMMENDATA CÆSARIÆ REGÆ CAPTIVOS CHRISTI.

XII. *Sed hoc quoq; nomine in beatum virum inuidiæ facibus inflammatus Satan, in eum accusatione conflatâ, id effecit, vt Rauennam vsque sub custodia pertraheretur ad Theodoricum Regem: vt impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura diuina* [d]: *Tamquàm aurum in fornace probauit electos Dominus. Venit ergo in Palatium ad Theodoricum Regem, eumq; intrepidè salutat. Cernens Rex eum nihil formidantem, & aspectu venerabilem, reuerenter ei assurgit, eumq; depositis capitis ornamentis, clementer resalutat. Deinde placidè sciscitatur ab eo de labore itineris, de Gothis suis & Arelatensibus. Posteà egresso sancto Pontifice, Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tantæ sanctitatis & innocentiæ virum frustrà compulerunt tam prolixum iter conficere. Quantus enim ille sit, vel hinc licet animaduerti, quòd cùm ad salutandum me ingrederetur, rictus contremuit, vidi, in eo angelicum vultum, vidi virum Apostolicum: prorsus nefas puto de tam venerabili viro quicquam duriùs statuere, aut male de eo sentire.*

[d] Sap. 3.

RVRSVS CÆSARIVS ACCVSATVR.

XIII. *Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit idem Rex magni pretij discum argenteum librarum plus minùs sexaginta, & cum eo solitos trecentos; insuper illi sic dici: Accipe, sancte Episcope: rogat te filius tuus Rex, vt vasculum istud pro munere tuæ beatitudo dignetur suis vsibus pro ipsius memoria reseruare. At vir sanctus, qui præter cochlearia, nihil vnquam argenti ad suæ mensæ vsum adhiberi passus erat, tertio inde die per ministros suos discum priùs æstimatum iussit publicè vendi, cuius pretio multos redemit captiuos. Illicò Reges satellites ad eum referunt, se vidisse regnum munus palàm præstare, eoq; distracto sanctum Episcopum multos è captiuis liberâsse. Tam enim ad eius hospitium ingens confluebat pauperum multitudo, vt præ miserorum suæ calamitates exponentium densitate, vix ad salutandum eum pateret accessus. Vidimus verò etiam per plateas miserorum immensos greges curritare cunctos ad virum Dei atque reuerentium.*

THEODORICVS ANNERARIVS ET S. CÆSARIVM.

XIV. *Postquàm autem rem ad cognitam compexit Theodoricus Rex, tantâ eum laude & admiratione prosecutus est, vt in eius Palatio seruientes Senatores ac proceres certatim offerrent beato viro munera, quæ eius manibus dispensarentur; magno Dei beneficio id sibi præstitum affirmantes, quòd talem Antistitem digni fuissent conspicere, qui ipsorum temporibus dictis & factis genuinam se Apostolorum successorem & verè Apostolicum declararet. Et quia nihil fama velocius est, cùm in eiusmodi sanctissimo opere sequens*

CÆSARII MAGNVM NOMEN.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

esset vir sanctus, Romæ celebris eius extitit opinio: tantoq; eius visendi desiderio arsêre omnes, Pontifex, clerus, Senatus proceres, & populus, vt priùs eum iam animo complecterentur quàm oculis conspexissent. Interea captiuos omnes vltra Duriam*, maximeq; Arausicenses, qui omnes capti erant, quorum etiam plerosq; Arelate liberauerat, in Italia vinctos (vt potuit) redemit: & vt pleniori gauderent libertate, exhaustos curauit iumentis & plaustris impositos non sine suorum solatio ad propria reduci. subdit his Cyprianus, qui interfuit, miracula, quæ ibi Deus per seruum suum operari dignatus est in mortuum ad vitam reuocando, & dæmonum infestationem ab Elpidio diacono expellendo. Demùm verò de eiusdem Cæsarij Romam aduentu ad Romanum Pontificem Symmachum ista subiungit:

XV. CÆSARIVS ROMAM PERGIT.

Postquam hæc Romam veniens; beato Symmacho Pontifici, ac deinde Senatoribus exhibetur, agunt omnes gratias Deo & Regi, quòd licuerit ipsis corporeis oculis illum intueri, quem iamdudum animi obtutibus conspexissent: virumq; Apostolicum non iam de fama, sed præsentia comprobantes, certatim colere & venerari studeant. Atq; ipse etiam Pontifex Symmachus præclarâ eius meritorum dignitate permotus (non solùm eum verissimè Metropolitani honore præditum voluit, sed etiam specialis quodam priuilegio pallij vsum ei permisit: & diaconos eius perinde ac Romanæ Ecclesiæ diaconos, dalmaticis vti voluit. His gestis, sanctus vir Arelatem reuersus, excipitur cum psalmodijs & canticis: & qui in Italiam exulaturus erat, conflatâ captiuorum redemptione, octo solidorum millia ab Italia secum reportauit. hactenùs comes itineris Cyprianus. Subdit verò, ipsum propensiori curâ erga captiuorum redemptionem, ad eos perquirendos & redimendos, clericos atque etiam Abbates ad diuersa loca misisse. Certè quidem contulisse eidem ad hoc opus pecuniam ipsum Romanum Pontificem, cùm Cæsarius esset Romæ, possumus intelligere ex eo, quòd scimus, teste Anastasio Bibliothecario, in his potissimùm Symmachi enituisse studium, de quo ait [a]: *Hic captiuos per Liguriam & Mediolanum & per diuersas prouincias pecunijs redemit, & dona multiplicauit & dimisit.*

a Anast. in Symmach.

XVI.

Ne putes autem auctorem, qui ista conscripsit de S. Cæsario Cyprianum amore magistri amplificatione vsum, veritatisque terminum supergressum: alium de his testem accipe, suorum quoque temporum scriptorem eximium, Ennodium dico diaconum, cuius extant litteræ ad ipsum sanctum Cæsarium datæ, cùm quæ erga eum Rex Theodoricus exhibuisset officia, idem Cæsarius antèà literis significâsset. epistola autem Ennodij ad Cæsarium reddita ita se habet.

XVII. ENNODII EPISTOLA AD S. CÆSARIVM.

Quod spe percepram, literis indicâstis: nam venerandi promulgatione colloquij, quid cælestis Imperator domnum Regem circa vos facere compulisset, agnoui. Ergo cui postquàm meritum vestrum patuit, nequaquam de felicitate actionis abscondit. Quis hominum nobilissimo in Christi seruitute Pontificis terrenas dominationes nesciat esse subiectas, & minacem Regis potentiam innocentiæ obiectione superari? Quando Principatus purpura aut calicia despexit, aut pallium? Quando liberas illa potissima cæsidit sibi ante Christianam humilitatem licere quod voluit, aut quando ei licuit velle quod lederet? Quòd si inter hæc una ætatis exemplaria fuerint, & sanctitatem circa cultores Dei tyrannicam reducas in medium: scimus quia ab illis nostri dogmatis sectatores, ne vnquam morerentur, occisi sunt: Tunc militibus suis vitam & æternitatem, obsequente gladio, perpetuus ille dux contulit: illi inimicorum suorum ministerio perdiderunt originariam vtilitatem.

XVIII. MIRIFICÆ LAVDES S. CÆSARII.

Te, mi domine, in Orbe iam Christiano diuina Lex peperit, & Apostolici vberis lacte nutrinit. Tu cæteros, velut Solis magnitudo astris minoribus comparata, transgrederis. Te qui interioris hominis oculis inspexit, instructus est; nam cùm & facie ipsa foueas puritatem, delinquentes feriato ore castigas. Boni de conuersatione tua, quocunq; processeris, imitanda inueniunt; malis fugienda demonstras. Beatus tu, cui à Deo tributum est, vt & monitu doceas, & exemplis; qui ad pij itineris directum semper existens prauius, inuitâsti. Quis non optet, te loquente, vt sciat plura, non legere, tu dum libris genium relatione concilias & magistros informas? Tibi debet quicunq; ille scriptorum maximus, quòd eum dote elocutionis amplificas, S. Augustinum videlicet, quem aduersus Faustum eum impugnantem defendit.

In te lux conuenit sermonis & operis. Vnde hæc prærogatiua Transalpinis? Vnde parentibus meis inaspicata sublimitas, vt talem virum miserint? Sed cur inter terrena quæritur res cælestis? Potuit ergo ante te quodlibet Palatij supercilium non iacere? Potuit tibi capita subtrahere, quem mitiorem cuibus faciunt errata pugnacem? Latiùs me & meritum vestrum vocat & diligentia; sed loquacitatem meam Lex epistolaris includit. Quod superest, benignæ seruitutis meæ munera accipite, & me Deo nostro orationum suffragijs æstimate frequenter de his, quæ vobiscum aguntur, vel acta sunt, informantes. Deprecor etiam, vt quicquid apud vos promeruit rustica supplicatio, (qui quantum audio) fornicationes suas nomine vestit vxorum, & vocabulo legis putat excusari posse reum criminis, sibi manifestes ministerio litterarum. hactenùs Ennodius ad S. Cæsarium.

XIX. ALLVDIT AVCTOR AD RES GESTAS CVM THEODORICO.

Sed minimè prætereundum, fuisse S. Cæsario sororem haud imparis sanctitatis, sicut eiusdem nominis, Cæsariam nominatam, quam Deo dicatam sanctam virginē in Massilienſi monasterio excoli voluit monasticis institutis, eamque posteà Arelatensi à se constructo præfecit monasterio virginum, vbi admirandâ claruit sanctitate. Narrat hæc Cyprianus in Vita, quam scripsit, S. Cæsarij: sed & Cæsariæ meminit Venantius Fortunatus [b], cùm canit præconia virginum: hic versibus:

XX.

b Venant. li. 8. carm. de virg.

Has inter comites coniuncta Cæsaria fulget
Temporibus nostris Arelatense decus:
Cæsarij monitis luci sociata perenni,
Si non martyrij, virginitatis ope.

& inferiùs:

Dulce decus, vbi sit veneranda Cæsaria præsens,
Præsule Cæsario non caritura tuo.

Scripsisse illi quidem regulas monasticas obseruandas ipsum S. Cæsarium, idem Fortunatus sæpè declarat, dum de eiusdem Cæsarij regula meminit, vt cùm ait de S. Radegunde eamdem vitam monasticam profitente [c]:

c Fortunat. lib. 8. carm. de nomine suo.

Regula Cæsarij linea nota tibi est.

& alibi [d]:

d Fortunat. lib. 8. carm.

Concipiente fidem Christi Radegundis amore
Cæsarij lambit regula quicquid habet.

& ad Martinum Galliciæ Episcopum [e]:

e Fortunat lib. 1. carm.

Atq; adscita sibi seruetur in vrbe Genesij
Regula Cæsarij Præsulis almæ pij.
Qui fuit Antistes Arelas de sorte Lerini.

Cum verò adeò frequens mentio sit de Cæsarij regulis editis de vita monastica, nec extent illæ quidem: putamus eas in S. Benedicti monastica instituta receptas, non autem periisse. Sicut enim ipsum Lerinēse cœnobium cessit vsui monachorum S. Benedicti, ita & ipsas Cæsarij constitutiones monasticæ vitæ vt riuum in flumen derivatas esse ex regula S. Benedicti, mihi facilè persuadeo.

Ad eiusdem quoque Cæsarij laudem spectare putamus, quæ idem Theodoricus Rex pro Gallicanis Ecclesijs iustè pieque rescripsit, ac primùm ad Ibam ducem hæc inter alia [f]: *Præsenti tibi auctoritate præcipimus, vt possessiones Narbonensis Ecclesiæ, secundùm præcelsæ recordationis Alarici præcepta, à quibuslibet peruasoribus occupatæ teneantur, aquitatis facias contemplatione restitui: quoniam versari nolumus in Ecclesiæ dispendio præsumptiones illicitas; dum nostra deceat tempora, sedare confusa. Esto contra talia omninò solicitus: vt qui es bello clarus, ciuilitate quoque reddaris eximius. Sic & arma tua, Deo adiuuante, corroboras, si iustitiam mediocribus seruare contendas.*

XXI. f Cassiod. Var. lib. 4. epist. 17. THEODORICVS REX IVSTITIAE OBSERVANTISSIMVS.

Sed audi aliud, quod edidit idem Theodoricus specimen iustissimi Principis (cùm Senero Episcopo reddi voluit quicquid exercitus trāseundo eius Ecclesiæ damni intulisset: ad ipsum enim scribens, hæc inter alia [g]: *Significamus nos per Montanarium sanctitati vestræ mille quingentos solidos destinâsse: quos prouincialibus, quos quemq; præsenti anno, exercitu nostro transeunte, dispendium pertulisse cognouerit, habitâ læsionis æstimatione, distribuas; vt nullius à nostra munificentia reddatur alienus, quem sua damna grauauerunt.* Habes igitur, quàm perspicias, cur Theodorico cuncta fermè dextera euenisse contigerit; mirùm quòd Arianus licèt, Catholicorum nihilominus prospiciebat Ecclesijs, & sacerdotes Catholicos debito prosequebatur honore, atque

XXII. g Cassiod. Var. lib. 2. epist. 8.

mune-

* Druentiam

2 Anast in Symmach.

*gentium

munenibus etiam frequentabat, nec à suis in expeditione militari quicquam sine compensatione damni patiebatur inferri. Sed ad Cæsarium.

XXIII. His verò de S. Cæsario enarratis, veluti corollarium apponamus venerationedignum antiquitatis monumentum, ab ipsa (vt in fine dicemus) Ecclesiâ Arelatensi petitum: nempe testamentum per epistolam ab eo conscriptum: quod tamen nonnihil mendosum exesum pulueresque vetustas tandem exhibuit. sic enim se habet.

S. CÆSARII TESTAMENTVM PER EPISTOLAM.

PAX Ecclesiæ Arelatensi. Cæsarius Episcopus presbyteris & diaconibus, sanctæ ac venerabili Cæsariæ Abbatissæ, quam Dominus per meam paruitatem in monasterio nostro præposuit, ac vniuersa congregationi, quam ibi Dominus sua gratia collocauerit, in Domino æternam salutem. Cùm Ecclesiastica pietas consuetudinis suæ rem faciat, ordinabiliter scilicet, quò peregrinis & destitutis opem largitionis impendat: quantò magis cum opportunitas aut necessitas fuerit, vt sanctis quibusq; & Deum timentibus aliqua largiatur, amplius debet pia misericordiæ suæ viscera dilatare: Et ideo iuxta hanc epistolam, quam manus nostra subscriptione roborauimus, cuiq; diem & Consulem subtùs adiecimus, Deo dispensante hoc testamentum meum condidi, vel manu propriâ subscripsi, atq; iure prætorio, vel iure ciuili, & ad vicem illorum codicillo firmani. Ego Cæsarius peccator dum debitum humanæ carnis reddidero, cunctum monasterium Arelatense S. Ioannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatensis Pontificis canonicè sit, haredemq; meum esse volo ac iubeo. Cæteri, cæteræve exhaeredes sint. Totum quod cuiq; aut per hoc testamentum meum dedero, legauero, dariue iussero, vt detur, sciat. Cæterum autem, Arelatensem Episcoporum coharedem meo monasterio relinquo: quos q; liberos quos q; liberari esse iussero, liberi, liberæve sint omnes.

XXIV. Ego tamen cùm nihil de parentum bonis habuerim, hoc testamentum meum præsumere erubui: Illa tamen me sententia compulit, vt plerosq; *, Saluatoris formidandâ, quâ iniqui audituri sunt dicentem, Ite in ignem æternum, pietatis affectu aliquid Ecclesiæ meæ contulisse. Et ne fortè post obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis ijs rebus, quas illi pro elogijs donâro, inquietare præsumant, cui præsum, Ecclesiam: ideo hanc voluntatem meam tractare ampliùs desideraui, quâ de parentibus meis, ne apud ipsum monasterium præfatum, vel Pontificem Arelatensis Ecclesiæ, præter id quod illi dedero ac dederim, præsumant requirere. Sancto & Domino meo Archiepiscopo, qui mihi indigno dignè successerit, licèt omnia in sua potestate sint, tamen si lubet, & dignum ducit, indumenta pastibalia, quæ mihi data sunt, omnia illi seruiant, simul cum casula villosa & tunica, vel galnape, quod melius dimisero. Reliqua verò vestimenta mea excepto birro amiculari, meis tam clericis, quàm laicis, cum gratia vel ordinatione domini Archiepiscopi sibi, ipso iubente, immo donante, dividant. Ea verò quæ monasterio ante per donationem contuli, nunc affirmo, & si cui aliquid per epistolam, aut per pitacium, aut verbo pietatis intuitu contuli, valere volo.

* seu plerasque

XXV. Hoc etiam assuetè precor, quatenùs cellam, quam bonæ memoriæ Augustus subdiaconus in atrio S. Stephani euntibus parte dextrâ habuit, prouisoribus monasterij propter custodiam illorum firmam D. Archiepiscopus perpetuo dignetur iure concedere: ita vt eam sibi succedendam monasterij prouisores habeant. Et hoc specialiter volo, & ita, domine Archiepiscope, precor, siue prouisorem ad monasterium, siue presbyterum ad basilicam S. Mariæ nullum alium habeat congregatio sancta, nisi quem ipsa elegerit, vel ordinari petierit. Et licet de tua, D. Archiepiscope, pietate præsumam; tamen ne fortè contra monasterium nostrum aliquorum suggestiones importunas habeatis, aduro vos per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per tremendum diem iudicij, ne vnquam apud vos prævaleat hostis antiquus, aut ancillas vestras contristari acquiescatis; aut aliquid illis auferri de his quæ possident, cui q; contulimus, permittatis: quia Deo propitio non sine discretione vel iustitia quibuscumq; secularibus iure directo res Ecclesiæ vendidimus; nisi hoc tantum, quod Ecclesiæ minùs vtile & infructuosum est. Et quod animabus sanctis & Deo vacantibus cum sanctorum fratrum consensu vel subscriptione tribuimus, perpetuo illis iure permaneat.

XXVI. Vos verò domine filiole, per S. Trinitatem inseparabilem, & per Domini nostri Iesu Christi aduentum aduiro, vt Pontificem, qui mihi indigno, ordinante Deo, successerit dignè, omni affectu vt dominum regatis, ac purâ mente diligatis, & neper vestram contristetis inobedientiam. Confidimus enim de Dei misericordia, quod ita omnibus sacerdotibus, quibus religionis collatio est, dignum amorem impendat, vt nihil vobis, quod ad sustentandum corpusculum opus est, deesse permittant. Testerum atque iterum, Pontifex optime, rogo gratia diuinâ præfati monasterij vt curam maximam habeas, & famam illarum cum grande pietate satagas prouideri. Quòd si alicuius personæ in istum tibi dederit consilium, cum auctoritate respondendum deprecor: quia hoc quod Episcopis agitur verbo, non solùm auferri non debet, verùm etiam nec omnino potest. tum præcipuè, quia & hoc ipsa S. Papa Vrbicani suasit auctoritas, vt hoc de te sancto & domino meo Pontifice credam. Numquam enim apud te prævalebit tam iniqua suggestio, vt contra in jam voluntatem qualiscumque Antistitis pro meo studio substantia ad te multum proficerit, & propere duplicata sit. Additur ad hoc, quod Deus misericors per paruitatem meam, etiam immunitatem tributorum, tam iuxta vrbem & infrà, quam etiam in suburbanis & villis ex maxima parte concesserit.

Agellum igitur Auchariacum, vndeparuam particulam monasterio dedimus, multa seruamus; nam plus minùs centum aripennes vineæ & trecentorum modiorum campos reseruauimus: ita, quod supradictum monasterium, tantùm modiatas de terra, quam ego planxi, sub xl modiatas quadraginta; & de vetere vinea vix trigenta aripennes contulimus: Agellum Gallicumanum, Mercloanum, vel agellum Gemellos cum stagnis & paludibus, cum omni iure & termino suo: & jascuum in campo Lapideo, vel si quæ alia sunt, vel campum in Trifinitio super viam munitam, vel reliqua quæcumq; sunt: agellum Orualum, & agellum Martinatis, & agellum Siluanum, in quo est sita Ecclesia S. Mariæ de Ratis, & agellum Mistamanum cum omnibus sibi pertinentibus pascuis, paludibus, cum omni iure & termino suo sancta tuæ Ecclesiæ reseruauimus in stipendijs earum. Vnde te, S. Pontifex, aduiro, vt si Deus omnipotens per manus se timentium sanctæ matris Ecclesiæ monasterij sanctarum virginum aliquod manus bonum dederit, tua sancta dilectio vnum ab altero non disiungat. Si verò (quod Deus non patiatur) congregatio ibi aut congregata non fuerit, aut forte postea (quod absit) cum congregata fuerit, sese deseruerit, ad matrem Ecclesiam reuertantur.

Hæc quidem ego, vt timori meo satisfacerem, scripsi. Nam absit, vt de tua, piissime Pontifex, inscientia inculpetur: quia (vt supra iam dixi) pietas diuina concessit, vt per meam humilitatem immunitas Ecclesiæ in tot capitibus daretur. Quod monasterio cum fratrum consensu dedimus, per hanc voluntatem meam confirmo. Ancillæ nostræ Cæsariæ Abbatissæ, quem ipsa fecit, mantum maiorem, quem de cannabe fecit, dari volo. Domino meo Leonti presbytero manutergium dari volo. Domino meo Cypriano Episcopo mantum, & cunctorum * melioremdari volo. Quicquid seruo meo Briciano contuli, nunc per hoc testamentum meum confirmo. Agrita pitella mea propria libentissimè monasterio S. Cæsariæ Abbatissæ seruiat: & vetus * gariolas, quas illi vel parentibus eorum dedi, confirmo. Omnes cubiculatios meos tibi, domine Episcope, ceram Deo & Angelis eius commendo, hactenus quæ reperiuntur testamenti S. Cæsarij, quod etiam non in alijs, in die saltem & Consule, & in sius Cæsarij atq; festiuus subscripti esse decurratum, haud dubium esse potest: Cuius exemplar pertetum ex archiuo Ecclesiæ Arelatensis, exscriptum per Claudium Saxi Notarium, accepimus ab Archidiacono Arelatensis Ecclesiæ Francisco Claretо Romæ cùm esset, à quo etiam nos accepturos complures eiusdem S. Cæsarij epistolas, quæ in eodem archiuo asseruari dicuntur, spem magnam cõcepimus: quòd si voti compotes facti fuerimus, eas, quæ historiæ rerum gestarum inseruire noscentur, secundâ editio exhibebit.

* cinctorium melius

XXVII.

Quod autem ad idem testamentum spectat; audisti monasterium monialium, cui præerat sancta eius soror Cæsaria, illud ipsum muniri voluisse Cæsarium auctoritate Romani Pontificis: non aliud quidem illis verbis significauit, vbi ait: Et hoc ipsa sancti Papæ Vrbicani firmauit auctoritas. Scias verò, ad imitationem Sancti Cæsarij, qui Arelate exit monasterium monialium, paulò post Childebertum Francorum Regem quartum filium Clodouei ibidem Arelate struxisse monasterium monachorum, quod absolutum à Vigilio Papa voluit Apostolicâ auctoritate firmari extat de his epistola Sancti Gregorij Papæ

XXVIII. DE ALO MONASTERIO MONACHORVM ARELATENSIVM.

a Greg. lib. 7. epist. 115.

ad Virgilium Arelatensem Episcopum[a]. Sed de eiusmodi peti solitis & concedi ab Apostolica sede priuilegijs alias dicendum erit: nunc in Cæsario versetur oratio. Quoto autem suæ sedis anno diem obierit, quòd æquè sine careant quæ à Cypriano Episcopo eius discipulo sunt scripta, haud consequi licuit. Scripsit verò eius vitam idem auctor rogatus ab illius sorore sancta Cæsarea, ad quam extat inscripta præfatio.

XXIX. ERROR EXPLODITVR DE TEMPORE CÆSARII.

Ad postremum verò duo, quæ inualuerunt de eodem S. Cæsario mendacia cauenda memineris: quorum alterum superiùs deteximus atque confutauimus, dum non ad hæc tempora Symmachi, sed floruisse anno sexcentesimo septuagesimo, complures toto cœlo errantes dixêre; in quem errorem Gennadij scholiastes Suffridus, Trithemium incaute sequens, impegit, dum nequaquam ab eo esse scriptum à Gennadio, sed & Gennadium eam narrationem de ipso suppositam existimauit: Alterum verò illud est, quòd æquè mendaciter asseratur Cæsarius vltimus Episcopus, primus verò Archiepiscopus Arelatêsis; quòd scilicèt Ecclesia Arelatensis nonnisi sub Cæsario à Romano Pontifice fuerit Archiepiscopatûs munere insignita: cùm tamen quæ dicta sunt sæpè superiùs, id præter veritatem asseri manifestent. Nonnè Archiepiscopalis sedes erat, quæ sub se habuit sedes Episcopales? Nomine dictum est suo loco superiùs, Saturninum Arelatensem Episcopum collegisse Concilium subiectorũ sibi Episcoporum? Nonne cùm de diœcesum iuribus altercatum esset inter duas sedes Archiepiscopales Viennensem & Arelatêsem, in Concilio Taurinensi decretum fuit, vt quisq; ipsorum Archiepiscoporum vicinioribus præsset Episcopis? Sunt & aliæ de his certæ probationes; sed in adeò claris minimè immorandum. Fefellit puto simplices, quòd qui præcesserunt Cæsarium Antistites Arelatenses, non Archiepiscopi nominati reperiuntur, sed Episcopi: Verùm sciant veterem nomenclaturam, quâ etiam Patriarchalium sedium, immò & ipsius Romanæ Ecclesiæ Præsules æquè dici solebant Episcopi. At de Cæsario satis, quem inter cœlites receptum celebrat colitque Ecclesia Catholica anniuersariâ repetitâ memoriâ die vigesimaseptimâ mensis Augusti.

SEDES ARELATENSIS ARCHIEPISCOPALIS.

XXX. Quod vero reliquum est rerum Arelatensium huius temporis dignum memoriâ proferamus. Quid enim vnie Ducibus Theodorici agenti custodiam ciuitatis diebus istis acciderit, haud prætermittendum putamus, quod Gregorius Turonensis in libro de Gloria martyrum narrat his verbis[b]: *Aran* (inquit) *Theodorici Regis Italiæ Dux dum in Arelatensi vrbe resideret, extitit ei quidam Archipresbyter parochiæ Nemausensis inuisus. Tunc feruens felle contra eum misit pueros, dicens: Ite quantocyùs, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoscat, quod sim dominus regionis huius. At illi non intellexerunt Archipresbyterum; putauerunt, quòd Archidiaconum iussisset adduci: & ascensis equis, ilius, venerunt ad vrbem, interrogantesq; de Archidiacono digito eu ostensus est: Erat enim hic Ioannes nomine, valde religiosus, & in archidiaconatu suo studium docendi puerulos habens: apprehensumq; pueri Ducis, ligatis manibus ac pedibus sub alas equi adduxerunt eum. Sed non defuit virtus martyris Baudely alumno proprio subuenire.*

b Greg. Turon. de glor. mart. lib. 1. c. 78. QVID PER IRAM THEODORICI PRÆSVMPTVM. ARCHIDIACONVS LOCO ARCHIPRESBYTERI CAPITVR.

XXXI. *Pueri verò iuxta portam*, Arelatensis scilicèt ciuitatis, *cum eo mansionem habuerunt; quia iam obseratis pro nocte portarum valuis, ingredi non potuerunt. In ipsa verò nocte, Duce obdormiente, adest ei Archidiaconus per visum dicens: Quid tibi, ô homo, culpabile extiti, quòd me in hanc humilitatem reductum, cùm tali iussisti iniuria accersiri? Verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus, consternatusq; mœsti, exclamat suis: Insilurite, si pueri, quos Nemausium direximus, iam venerunt. Interrogantesq; de muro vrbis, respondêrunt se adesse cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant. Confestimq; Dux ait: Exhibete ad me hominem, quem adduxistis. Quod cùm factum fuisset, aspiciens eum Dux, timore perterritus, ait: Archipresbyterum ego adduci præcepi, non Archidiaconum. Et prostratus ad pedes eius ait: Indulge, quæso, iniuriam delicti huius, quia non est in conscientia mea, vt hæc passus fuisses. Et statim dignũ honoratum muneribus remisit ad vrbem; quem in tanto timore pro ipsa martyris reuerentia dilexit in posterum, vt decedente vrbis illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandaret institui. sed nec Archipresbyterum amplius inquiri iussit.* hæc Gregorius de rebus Arelatensibus.

DVX TERRITVS DIMITTIT CVM HONORE ARCHIDIACONVM.

XXXII. Quomodò autem idem Theodoricus Italiæ Rex Burgundionum regione potitus sit potiùs arte, quam armis, Procopius narrat[c], & quidem sincerè, licèt tum ipse, cum alijs cum eo videantur errore lapsi, dum ante bellum Clodonei aduersus Alaricum gestum, id contigisse adfirmant. Etenim integras fuisse res Burgundionum, cùm Clodoueus aduersus Alaricum parabat arma, litteræ[d] Theodorici ad ipsorum Regem Gundebadum scriptæ declarant, cùm eum rogat, vt cum conciliandis inter se Alarico & Clodoueo laboret. Sed & Athalaricus Rex Italiæ, qui Theodorico successit, dum Toli strenui Ducis sub ipso Theodorico recensét strenuè facta, primò quidem missum ipsum fuisse post Alarici obitum ad defendendam Arelatensem ciuitatem tradit, inde verò occasione bellorũ inter Burgundiones & Francos ortorum ipsum prouinciam illam acquisiuisse (vt dictum est) Theodorico. sunt enim hæc ibi conscripta[e]: *Mittitur igitur, Francho & Burgundio decertantibus, rursus ad Galliæ tuendas, ne quid aduersa manus præsumeret, quod nostr. exercitus impensis laboribus vindicasset. Acquisiuit Reipublicæ Romanæ, aliis contendentibus, absq; vllo fatigatione prouinciam; & factum est quicquid commodum nostrum, vbi non habuimus bellicâ contentione periculum: Triumphus sine pugna, sine labore palma, sine cade victoria. Tantum ergo eius gloriæ debemus, quantum vtilitatis accepimus: quem & ille arbiter rerum largitione reddituum iudicauit esse prosequendum, vt ibi fieret dominus possessionum, vbi vtilitatis publicæ procurauit augmentum.* hæc ibi de tanti Ducis industria.

c Apud Cassiod. Var. lib. 2. epist. 10.

d Apud Cassiod. Var. lib. 3. epist. 2. DE BELLO CLODOVEI CVM BVRGVNDIONIBVS.

XXXIII. Sed quæ breuiori summâ subobscurè perstrinxit, Procopius elucidat[f], vbi primùm ait Franchos cum Gothis inijsse fœdus aduersus Burgundiones pactis conuentis, Theodoricum verò suis ducibus cum exercitu ab Italia missis dedisse in mandatis, vt moras in itinere tererent, donec cum Burgundionibus Franchi pugnâssent; qui si vincerent, tunc quàm celerrimè sese ad eos conferrent communi victoriâ potituri. sunt hæc ipsius verba: *Franchi interea cum Burgundionibus soli manus conseruêre; & cùm bellatum nauiter esset, magna vtrinq; fit cædes: nam pede collato, ad multum diei fortiter est prælium gestum: sed Franchi demum vbi an fugam hostes penitùs vertêre, in vltimas, quas illi incolerent, terras fugárunt, vbi & fugientibus pleraq; erant & validiora ad receptum præsidia, quæ sola his saluti fuere: cæteris hostes potiti. Hac victoria vbi est ad aures Gothorum perlata, quàm celerrimè ad socios & victores se conferendo, sui præsentiam facitant: ab eisq; incæpiti, quòd prælio non tempore suo interfuissent, locorum causabantur difficultates, paratos se pactam propæna pecuniam statim dependere: quâ ibidem dependâ, terras ex hoste captas, vti conuentum iam antè fuerat, cùm victoribus partiuntur. Qua in re cognita Theodorici prudentia est, qui sine vlla suorum iactura, modico auro persoluto, hostium sibi locaparauerit.* hæc Procopius.

f Procop. de bell. Goth. lib. 2.

XXXIV. Sed quænam ista præcesserint, quibus in se Burgundiones diuinam concitarunt iram, Gregorius ita narrat, cùm martyris Iuliani miracula recensét[g]: *Venientes* (inquit) *quidam de Burgundionibus ad Briuatensem vicum, eum cum armorum multitudine copiosa circumdant: captoq; populo diripto ministerio sacrosancto, vltra amnem transeunt; & viros gladio interficere; reliquum vulgus sorte diuidere parant. Tunc Hellidius quidam à Vellauo veniens, & (vt aiunt) commonitione columbæ altitis incitantis, super eos irruit; hortatusq; socios, ita hostes ad internecionem cæcidit, vt captiuis laxatis, triumphans in laudem martyris, omne transmissio, ad beatam cellulam tamquam nouus Moyses cum omni populo canendo reuertitur.* & paulò post: *Prostratis ergo ab Hellidio hostibus, quatuor ex his per fugam dilapsi patenam & vrceum, qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & diuisam in tantis, vt erant, partibus patenam, vrceum Regi Gundebado ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum verò argentum Reginæ sagacitas reperit; cui additis multis muneribus, loco illo sancto restituit, fideliter insinuans Regi, non oportere eum vt gratiam martyris sancti propter*

g Greg. Tur. de Glor. mart. lib. 2. c. 78. BVRGVNDIONES DANT POENAS DE SACRILEGIO.

argen-

argenti paruitatem amitteret. hæc Gregorius de Burgundionibus, quorum Rex Gundebadus sequenti anno defunctus ponitur: agemus de his suo loco.

XXXV. Compositis rebus bellicis, pace redditâ, Clodoueus Parisios profectus est, vbi contigit eum laborare corporis infirmitate: cumque spes salutis à medicis diu alita frustraretur, consilio Tranquillini viri illustris & Archiatri, missis nuncijs, accersiuit sanctissimum virum [a] Seuerinum Agaunensis monasterij Abbatem, magni nominis apud omnes suæ ætatis virum: etenim excellenti miraculorum virtute fulgebat; cuius quidem facultatis in via egregium illud specimen edidit, dum ad Niuernensem perueniens ciuitatem, Eulalium Episcopum loquendi & audiendi priuatum ob morbum officio, ipsum visitans, confestim restituit sanitati. Parisios inde se cõferens, ad portam ciuitatis leprosum excubantem osculo salutatum à lepra mundauit. Indeque ad Clodoueum perductus, super ægrotantem Regem, præmissis precibus, imponens casulam, quâ erat indutus, febrem eius medullis fixè inhærentem fugauit.

a *Vita Seuerini Surii tom. 1. die 11. Febr.* CLODOVEVS AEGROTANS A S. SEVERINO SANATVR.

XXXVI. Restitutus verò incolumitati Christianissimus Princeps, flexis genibus Dei seruũ est veneratus: cui & ob gratiarum actionem illud præstitit, vt quos vellet vinctos è carcere liberaret, & quantum vellet pauperibus ex regio acceptum thesauro erogaret. Cumq; detentus fuisset haud paucos dies Parisijs, magnus factus est ad eum laborantiũ diuersis morbis concursus. Inde verò (vt antè diuinitus admonitus fuerat) ad Nantonienſe castrum se cõtulit Deo spiritum redditurus: susceptusq; est hospitio à presbyteris Paschasio & Vrsicino, qui eumdem viuentem omni charitatis officio sunt prosecuti, & post obitũ eidem extrema persoluerunt munera pietatis: in cuius memoriã postea Clodouei filius Childebertus nobile templum extruxit. hæc autẽ paucis perstricta copiosè descripsit Faustus presbyter eiusdẽ temporis scriptor. Porrò exaratum in tabulis Ecclesiasticis nomen eiusdem viri sanctissimi Senerini, anniuersaria natalis diei commemoratione ingiter Ecclesia celebrauit.

IESV CHRISTI
Annus 509.

SYMMACHI PAP. Annus II. — ANASTASII IMP.19. THEODOR. REG.17.

I. DE CONSVLATV IMPORTVNI. QVingentesimus nonus Redemptoris annus Consulatu aperitur Importuni sine collegaita Cassiodorus; sed pro Importuno, Opportunum Marcellinus habet: at puto meliùs, Importunũ, vt ex Theodorici Regis epistola constat: Hic namq; ille videtur Importunus, quem Theodoricus Rex Italiæ auxit Patriciatus dignitate, vt ad eũ data eiusdem Regis epistola declarat [b], nec nõ alia eadem ex causa ad Senatum scripta [c], quâ etiam hunc ex Deciorum antiqua familia prognatum affirmat. Fuerunt cruenta huius auspicia Consulatus, dum in consuetorum exhibitione munerum & editione Circensium, fauẽs Consul Venetæ factioni, in Prasinos se parum aquũ exhibuit: cuius rei gratiâ in eumdem Consulem commotus ob cædem factam Theodoricus Rex ad Speciosum inter alia ista rescripsit [d]: *Populi itaq; nobis partis Prasinæ petitione suggeritur, dum ad nostrum disponerent Comitatum venire vehicula consueta poscentes, se truculentas insidias à Patricio Theodorico, & Importuno viro illustri Consule pertulisse, ita vt vnus eorum desiderat extinctus*, &c.

b *Apud Cassiod. Var. lib. 2. epist. 1. & lib. epist. 6.*

c *Ibidem.*

d *Apud Cassiod. Var lib. 1. epist. 27.*

II. CÆDES FACTA ROMÆ IN CIRCO. Accidit enim, vt in conclamationibus illis Circensibus in eosdem iactatæ fuerint contumeliæ, quarũ causâ idem suos armâssent in populum. Cuius rei indignę causâ factus reus idem consul vnà cum Patricio ante Prætectum Vrbis Agapitum & collegam Cæcilianum causam dicere iussus est. De quo iudicio agens in dicta epistola Theodoricus Rex, contumeliosos coërceri mandans: *Teneatur* (inquit) *ad culpam qui quiritranscunti reuerentissimo Senatori iniuriam proterua inflixit, si malè optauit, cùm bene loqui debuit.* Sed quòd quælibet dicta contẽni debuissent, ista mox subdit: *Mores autem graues inspectaculo quis requirat? Ad Circum nesciunt conuenire Catones. Quicquid illic à gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur: locus est qui defendit excessum. Quorum garrulitas si patienter accipitur, ipsos quoq; Principes ornare monstratur.*

III. Ad populum autem querentem idem rescribens Theodoricus redarguit [e] eum de iactatis in Circo in Senatores conuicijs; cuius rei causâ statuit, vt actione iniuriarum apud Vrbis Præfectum pulsari posset.

e *Apud Cassiod. Var. lib. 2. epist. 31.*

IV. ACCLAMATIONES CIRCENSES MYSTICÆ. Quales verò esse solerent benè compositæ more maiorum Circenses acclamationes, ibidem verbis istis insinuat: *Soletis enim aëra ipsa mellissuis implere clamoribus, & vno sono dicere, quod ipsas quoq; belluas delectet audire: proferuntur voces organo dulciores: & ita sub quadam harmonia, citharæ concentum, theatrum per vos resonat, vt sonos possit quilibet credere, quàm clamores. Numquid inter ista rixæ decent, aut inflammata contentio? Abscite seorsum lesi, iram gaudentes excludite*, &c. Extant [f] de ijsdem ipsius Regis tum ad Senatum, tũ etiam ad Agapitum Vrbis Præfectum rescripta; ex quibus quânam occasione primordia huius sint conflata dissidij, sic habeto:

f *Apud Cassiod. lib. 2. epist. 30. 32. 33.*

V. DE THOMA AVRIGA. *Accidit enim, vt magni nominis Orientalis auriga Thomas, inderecedens, puto aliquam passus iniuriam ob Circenses tumultus illos, quos anno superiori pariter Constantinopoli accidisse diximus, Romam venerit: quem Theodoricus Rex menstruis largitionibus honestandum censuit de quo illatis ex verbis eiusdem Regis in epistola ad Faustum 8: Frequentia palmarum enim dici facibat maleficum: inter quos magnum præconium videtur esse, ad talia crimina peruenire. Necesse est enim ad peruersitatem magicam referri, quando victoria equorum mercis nec potest applicari.* passus hic enim videtur iniuriam, cuius causa illa fuerit conflata discordia. Posit hæc autem ista mox subdit idem Rex de spectaculorum malis: *Spectaculum expellens grauissimos mores, inuisas illi simas contentiones, eaduaq; honestatis fons irrigauit iurgiorum, quod vetustus quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas facit esse ludibrium*, &c. detestatur Rex barbarus, quod tamen præstare cogebatur inuitus: nam ad finem epistolæ: *Hæc nos fouemus necessitate populorum: imminentium, quibus votum est ad talia conuenire, dum cogitationes seriæ delectantur habere.* & in fine: *Expedit interdum despere, vt populi possimus desiderata gaudia continere.* hæc ipse quidem, postquàm eâdem epistolâ Circi & Circensium ludorũ Gentilitia sacra pandit, prorsus indigna quæ à populo Christiano frequentarentur.

g *Apud Cassiod. Var. lib. 3. epist. 51.*

CIRCENSIA DETESTATVS THEODORICVS GVRIADEM CELEBRET.

Certum est enim, omnes vbique locorum, siue in Oriẽte, siue in Occidente, sanctissimos Patres, suis ipsorum cõcionibus atq; etiam scriptis sedulo studio frugiq; instantiâ declamâsse aduersus Christianos spectacula frequentantes, & quantò magis edentes? Adeo namque ea maiores semper detestatos esse. Saluiano auctore diximus, vt non sinerent, quemquam tingi sacro Baptismate, nisi solemnia ritu abrenuncians Sataniæ & pompis eius, spectaculis pariter disertis verbis se renunciare profiteretur. At vindex periurij Deus, & præuaricationis vltor, cùm nec per Wisigothos, Wandalos, Erulos, & Ostrogothos Romanam vrbem inuaderet es eiusmodi spectacula è Gentilitia superstitione manantia aboleri potuisse conspiceret, immisit in Vrbis diuturnam obsidionem, factumq; vt intentis mœnibus ciuibus, exoleuerint Circenses ludi, iãq; friguerit ardens libido illa parandorum spectaculorum, sicque factum, vt huiusmodi officinæ dæmonum penitus vacuæ redderentur, vt non esset amplius qui huiusmodi diabolicas nandinas frequentaret. At de his hactenùs.

VI.

VII. Eodem anno, secunda currente Indictione, Alamundarus Saracenorum Rex collectis copijs incursans Arabiam & Palæstinam, sanctis monachis nõnihil molestiæ intulit. Hæc autem quomodò se habuerint, auctore Cyrillo huius temporis res gestas historiâ prosequente narremus [h]. Cum enim de Ioanne Silentiario agit, de quo & nos superiùs, hæc de his habet: *Eodem verò tempore Ala-*

h *Apud Sur. die 13. Martij.*

mun-

ALAMVNDARVS REX SARACENORVM INCVRSAT PALÆSTINAM.

mundarus Sicices, qui accepit Regis auctoritatem in Saracenos subiectos Persis, irruptit Arabiam & Palæstinam cum magna ira in Romanos; omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in seruitutem, & multa faciens nefaria, postquàm capta fuerat Amida. Cumq; multitudo barbarorum dispersa esset per hanc solitudinem; iuq; quibus mandata fuerat custodia solitudinis denunciarent, vt caueretur barbarorum irruptio in monasteria: maxima Laura Patres significarunt venerando Patri, vt desisteret quidem ipse Ioannes in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram, & quiesceret in sua cella. Ac diuinus quidem Ioannes, qui per quietem diuinum gustárat dulcedinem, eam lubenter sequebatur, & non poterat in animum inducere, vt eam relinqueret, apud se hæc reputans & dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid viuo? Et sic Altissimum ponens suum refugium, mansit minimè obstupefactus.

VIII. [a] Psal. 90 IOANNES SILENTIARIVS CVSTODITVR A LEONE.

Deus autem, qui semper curam gerit suorum famulorum, Angelis quidem suis mandauit (vt dicit Scriptura [a]) vt sanctum suum conseruarent. Volens autem eum securum reddere, vt qui paulum esset territus, misit sensilem custodem leonem maximum & horribilissimum, qui eum die noctuque custodiret ab immanium barbarorum insidijs. Atque prima quidem nocte, cùm leonem aspexisset prope dormientem, parum extimuit, vt ipse mihi narrauit. Cùm autem vidisset diu noctuq; sequentem leonem, & ab eo non auelli, & propulsare barbaros: quibus agerat gratias Deo, emisit canticā [b]: Qui non dimittit virgam peccatorum super sortem iustorum. Atque beatus quidem Pater noster Saba, cum venisset Nicopoli, & nouam Lauram constituisset, & venisset ad speluncæ ædificium (vt à me dictum est in secunda oratione) & in mentem reuocásset eam, quæ in ipso fuit aliquando, visionem de sancto Ioanne: iuit ad eum in Rubam, & dixit ei: Ecce Deus te seruauit ab incursione barbarorum, teque reddidit securum, ad te quasi sensili custode: Surge, & tu quoque fac id, quod est humanum, & fuge sicut Patres. Multisque alijs ad eum vsus admonitionibus, deduxit eum ad maximam Lauram secundá Indictione, & clausit eum in cella, cùm ageret quinquagesimum sextum annum suæ ætatis, nullo alio ex conuentu cognoscente eum esse Episcopum. hæc Cyrillus, qui & de eadem Sarracenorum incursione hæc in Euthymio habet:

[b] Ps. 124

IX.

Sequentibus verò annis, cùm Anastasius post Zenonem accepisset Imperium, incursionem autem fecissent barbari, & magnam partem solitudinis vastássent & depopulati essent, euerterunt ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex ijs quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Martyrij monachis monasterio, & templa erigunt. Barbaros autem cùm rursus eos essent aggressi, alios quidem interimunt, alios verò captiuos ducunt, alios autem in alios vicos compellunt, nempè eos, qui inopinato periculo euasére superiores, cùm magna & grauissima fuisset hac illic barbarorum incursio. hactenùs de his Cyrillus in Euthymio. In Saba verò de Agarenorum inuasione agens (hoc etiam nomine Saracenos appellare consueuerunt) hæc miranda planè refert [c], Quatuor ex illis hostibus redditos hospites, & hospitij gratos remuneratores; cùm vnum procacem Agarenum insultantem Sabæ atque eius socio, terra veluti Dathan absorbuit: quo portento reliqui absterrefacti, ab inferenda sanctis iniuria se cohibuére. Porrò gloriosæ memoriæ sanctorum monachorum, qui sub eodem Saracenorum Rege Alamundaro occisi sunt, dies decimanona Februarij consecrata est, quâ omnes tunc passi martyres in sacris adscripti tabulis, anniuersario præconio celebrantur.

MORTVVS A TERRA AGARENVS. [c] *Cyrill. in Vit. S. Sab.*

X. [d] *Ioan. Damasc. de imag. lib. 3.* DE IMAGINE S. THEODORI A SARACENIS VVLNERATA.

His verò addenda putamus, quæ de Saracenis depopulantibus Syriam apud sanctum Ioannem Damascenum ita leguntur in Anastasio Sinaita [d]: *Quatuor passuum Damasco distat locus, qui Carsatas dicitur; quo in loco templum sancti Theodori est. In hoc templum ingressi Saraceni, omnibus illud sordibus & immunditijs ex fœminarum & puerorum atque animalium rationis expertium commixtione fœdauerunt. Quidam igitur die dum plures illorum considerent & colloquerentur, vnus illorum sagittam in sancti Theodori contorsit imaginem, & dexterum ipsius humerum vulneravit; stillavitque sanguis effluxit; & ad extremam vsque imaginis partem descendit, omnibus id, quod factum fuerat, sagittamq; in humero Sancti defixam, & sanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen tam admirabili signo perspecto, non resipuerunt; nec eum, qui sagittam iecerat, pœnituit, nec qaisquam eorum commotus est: non recesserunt è templo, nec illud communiter deseruerunt. Attamen extremo sunt affecti supplicio. Cùm enim vigiliæ essent eorum familiæ, qui in templo commorabantur, intra paucos dies omnes acerbo morbo deleti sunt, cùm in eo loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis ijs, qui in templo fuerant commorati. hæc igitur imago sagitta percussa adhuc superest, sagitta vulnus habet & vestigium sanguinis. Multi autem eorum, qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quo res hæc admiranda contigit, adhuc viuunt. Et egotetius imaginem vidi; & quòd vidi, monumentis mandaui.* hactenùs Anastasius Sinaita, quem recitat Damascenus. Floruit idem Anastasius Episcopus Antiochiæ hoc sæculo temporibus Iustiniani Imperatoris.

XI.

Cæterùm tot signis editis ipse Saracenorum Princeps ad Christi fidem conuersus est, dedítque nomen & in fide Catholica baptizatus est posteà. Quod ægrè ferentes hæretici, qui degebant in Syria, nihil prætermiserunt, quo eum in hæresim captiuum abducerent & baptizarent. Conatus est autem id potissimùm Seuerus, à quo Seueriani sunt denominati hæretici; de quo ista habet Theodorus Lector [e]: *Cùm Alamundarus Saracenorum Rex Christianissimum complecteretur, emisit ad illum Seuerus hæreticos duos Episcopos, qui illum malitiá suá inficerent. Verùm huius conatus præuenit Deus, effecitque, vt ab illis baptizaretur, qui Synodum approbabant.* hæc Theodorus: quando autem baptizatus fuerit, suo loco dicemus. Ita planè secundùm illud Euangelicum [f]: *Si isti tacebunt, lapides clamabunt.* cùm blasphemat Anastasius Imperator, confitetur Saracenus.

[e] *Theod. Lect. lib. 2. Coll.*

[f] *Luc. 19.*

XII.

Sed & hoc anno [g] etiam Occidentalis Ecclesia aucta est Catholico Principe, Sigismundo videlicèt Burgundionum Rege, qui hoc anno Rex est creatus, succedens patri Gundebado: ex Ariana autem perfidia ad Catholicam religionem accessit suasione sanctissimi viri Alcimi Auiti Episcopi Viennensis, de quo Gregorius [h] & Ado [i] memi-nerunt. Quod ergo in Gundebado patre sanctus Auitus (vt vidimus) frustra tentauit, perfecit in filio, quem non tantùm Catholicâ imbuit disciplinâ, sed & sanctis moribus demùm ad summum prouexit fastigium, vt suo loco patebit. Interea ædificatum ab eo monasterium atque basilicam martyrum Agaunensium, ijdem tradunt; Fuisse autem huic coniugem filiam Theodorici Italiæ Regis, æquè confirmant.

[g] *Sigeb. in Chron.*

[h] *Greg. Turon. de Hist. Fr. lib. 3. 31.*

[i] *Ado in Chron.*

XIII.

Ad Catholicam igitur Ecclesiam transiens Sigismundus, nihil antiquus habuit, quàm vt ditionem sibi subiectam æquè ab Arianorum pollutione purgaret, antiquamque collapsam Ecclesiasticam disciplinam secùdùm sacros canones in integrum restitueret: cuius rei gratiâ celebrari voluit Concilium Epaunense, cui præfuit idem sanctus Alcimus Auitus, eiusque germanus interfuit Apollinaris Episcopus Valentinus æquè celebris sanctitate; siquidem inter Sanctos adscriptus colitur annuatim tertio Nonas Octobris: Sed & reperitur interfuisse Claudius Episcopus Vesontiensis & ipse relatus in sacras Ecclesiæ tabulas, pariter perseuerans in eis anniuersariâ memoriâ rediuiuus Octauo Idûs Iunij: cuius tamen Acta quæ extant [k] haud in omnibus satis videntur esse germana, cùm eum ad posteriora referant tempora. Sanctus Gregorius Lingonensis [l] Antistes hùic etiam Concilio præsens fuit, idemque inter Sanctos adnumeratus, & annis singulis pridie Nonas Ianuarij in Ecclesia publico præconio celebratur. Quo etiam honoris cultu dignatur Octauo Kalendas Nouembris, qui huic item sanctæ Synodo interfuit, sanctus Pragmatius Augustodunensis Episcopus, cuius res præclarè gestæ à Gregorio Turonensi reperiuntur omni fide scriptis traditæ: extat de eodem epitaphium versibus editum à Venantio Fortunato, ad quem etiam reperitur data à Sidonio Apollinari epistola [m], quâ eidem commendat sanctam Eutropiam viduam, cuius agitur dies natalis decimoseptimo Kalendas Octobris: vt planè conijcere liceat, ad vltimam peruenisse senectutem. Sed & Viuentiolus Episcopus Lugdunensis æquè sanctitate conspicuus huic pariter

CONCILIVM EPAVNENSE.

[k] *Ap. Surium 6. Ian.*

[l] *Apud Sur. die 4. Ian. ex Greg. Turon.*

[m] *Sidon. l. 6. ep. 2.*

inter-

interfuisse Concilio reperitur; quem redduntEcclesiasticæ tabulæ annis singulis quarto Idûs Iulias in Ecclesia rediuiuum. Qui autem in eo subscripsus habetur Siluester Cabilonensis Episcopus, magis placet lectio, vt dicat Cabilicensis: nam Cabilonensis Episcopus ibidem habetur Philagrius. Siluester autem ille sanctus, sic nominatus Cabilonensis Antistes, iam longè ante hæc tempora vixisse cognoscitur, dum cõstat eum imbuisse sacris officijs Cæsarium puerum, posteà Arelatensem Episcopum, hoc tempore longioris ætatis senem. Vides, quòt quantisque dignissimis sacerdotibus ea hoc tempore Gallicana prouincia fuerit illustrata; qualisve ista fuerit corona sanctorum Patrum, quos fides Catholica, morum sanctitas, & concessa diuinitùs miraculorum editio fecit cœlo terræque conspicuos.

XIV. Quantum autem hi fuerint in reparanda Catholica fide, & abolenda, quæ diutiùs ibi pestis Ariana coaluisset, cùm ex alijs, tum ex huiusce modi intelliges canone, quo de Ecclesijs hæreticorum ista sanxerunt[a]: *Basilicas hæreticorum, quas tantâ execratione habemus exosas, vt pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis vsibus applicare despicimus: nisi quæ per violentiam à nostris abstulerant, possimus revocare.* hæc Patres, qui ibidem quadraginta canones statuisse legũtur, quos pius lector maiori consulat otio velim. Quod verò haud ante præsentem annum contigerit eiusmodi Concilium haberi potuisse (malè enim ad Gelasij tempora alij referunt) inde certum colliges argumentum, quòd haud id liberum fuit Sigismundo Regi, sub quo celebradum istud ipsum scribitur: nam nonnisi defuncto patre Rege Ariano, ipse Catholicus Catholicæ fauit Ecclesiæ, operâ (vt dictum est) magni Alcimi Auiti, de quo aliâ occasione inferius plutibus agendum erit. Sic igitur nulla subest ratio, vt contra Arianos eorumq; ecclesias sancta Synodus decernere quicquam potuerit tempore Gelasij Papæ, cùm nondum regnaret Sigismundus, sed pater eius Gundebadus Rex Arianus illi præesset prouinciæ, homo sacerdotibus suæ sectæ addictus, vt quæ superiùs dicta sunt, indicare satis possunt.

a Concil. Epaun. c. 11. DE BASILICIS HÆRETICORUM QUID STATUERINT PATRES.

IESV CHRISTI
Annus 510.

SYMMACHI PAP. Annus 12. — ANASTASII IMP. 20. THEODORICI REG. 18.

I. POSTVLATVR CONSVLATVS TEMPORE ELVCIDAT ARISTOTELEM.

QVINGENTESIMVM decimum Christi annum Boëtij Seuerini cum Eutharico aperit Consulatus. Extat Ennodij Ticinensis Epistola ad Boëtium de eius Consulatu, quæ incipit: *Optimè spei plenus*, &c. Visus est huius sui Consulatûs ipse Boëtius meminisse, cùm Prædicamentis Aristotelis explicandis manus admouens, hæc ait: *Essi nos curæ officij Consularis impediunt, quò minus in his studijs omne otium plenamq; operam consumamus: pertinere tamen videtur ad aliquam Reipublicæ curam, eluubratæ rei doctrinâ ciues instruere: nec malè de ciuibus meis mereor, si cum prisca hominum virtus verbium cæterarum in hanc vnam Rempublicam Imperium transtulerit, ego ad id saltem, quod reliquum est Græcæ sapientiæ artibus mores nostræ ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum Consulis vacat officio; cùm Romani moris semper fuerit, quod vbicumq; gentium pulcherrimum esset atq; laudabile, id magis ac magis imitatione honestare.* hæc ipse: qui quidem etsi reliquorum philosophorum doctrinam calluerit, Aristotelis tamen doctrinæ sese totum addixit, & hoc præstitit, vt quorum vix nomina librorum Latinas nouerat, ipse eos omnes, quos reperire potuerit integros, integrè Latinitate donauerit: quod idem ipse testatur his verbis: *Ego omne Aristotelis opus, quodcumq; in manus venerit, in Romanum stylum vertens, eorum omnium commenta Latinâ oratione perscribam: vt si quid ex Logicæ artis subtilitate, vel ex moralis grauitate peritiæ, & ex naturalis acumine veritatis ab Aristotele perscriptum est, id omne ordinatim transferam, atq; id quodam lumine commentationis illustrem.* hæc de se Boëtius, qui eadem præstare conatus est: nam præter eius in Porphyrij quinque voces & Aristotelis Prædicamenta & Perihermeniam quæ extant perinsignes lucubrationes, transtulit pariter (vt apparet) Topicam Aristotelis, & in Topicam Ciceronis edidit libros: meminit & in commentarijs de enunciatione, libros physicos à se conscriptos.

II. Cæterum ipse Boëcius non solùm doctrinam Aristotelis illustrauit, sed etiam nouis inuentis locupletauit, cum cudit libros illos quatuor de differentijs Topicis, & quatuor de vtroq; syllogismo, atque de diuisione & definitione singulos. Demùm illud hic habeto, Boëtio absque cõtrouersia primas dandas inter Latinorum ingenia, qui profundum Aristotelicorum sensuum penetrârit, & obscura quæque perspicua reddiderit, Aristotelemque vix nomine hactenùs cognitum suorum Latinorum manibus tradiderit, vnde posteriores omnes Peripatetici eidem iure bene precentur. Sed vnde, dices, visranta Latino homini, hoc præsertim sæculo, quo ob barbaros ingruentes nullus fere locus bonis litteris esset, armis litterarium otium vndique profligantibus? Breuiter accipe. Qui nobilitate generis nulli secundus, prognatus nimirum ex antiqua Manlij Torquati familia, & eo, qui Christianitate telplenduit Anicio gaudens atauo, adolescens Athenas, in quibus fuerant litteræ philosophicæ restitutæ, petijt, vbi varia philosophiæ pertestigans dogmata, Aristotelicis tandem sese totum addixit, toto illo decem & octo annorum curriculo, quibus est moratus Athenis. testatur id quidem ipse in libro[b], quem edidit de Disciplina scholarium, prope finem.

b Bost. de disc. schol. c. 4.

Sed quòd de his sermo est, illud obiter monendum putaui, haud omnia, quæ apud Aristotelem scripta reperiuntur, cuncta Aristotelis esse, vt in eius verba iurare Peripatetico liceat, cùm nonnulla ab alijs constet esse addita, vel miserè deprauari contigerit. Audi verò de his ipsis Strabonem totam historiam egregiè describentem, vt ait[c]: *Aristoteles suam bibliothecam Theophrasto tradidit, cui & scholam reliquit. Primus omnium, qui nobis sunt noti, Aristoteles bibliothecam conditis libris composuit, illiq; Ægypti Reges facere docuit, Theophrastum bibliothecam Neleo tradidit. Is libros Scepsin translatos posteris suis reliquit inconditis hominibus: qui incuriè positos sub clauibus retinuerunt. Cumq; Attalicorum Regum studium intellexissent, quibus Scepsis parebat, conquirentium libros ad constituendam Pergami bibliothecam, sub terra suos in fossa quadam occultauerunt. Ibi ab humore & vitijs vitiatos, tandem qui ex ea stirpe erant, Aristotelis Theophrastiq; libros Apelliconi Teio magnâ pecuniâ vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quàm philosophiæ studio maiore. Itaq; eorum particularum quærens instaurationem, in nouos libros transtulit exempla, lacunas non rectè implenti, edidit q; librorum mendorum plenos.*

c Strab. Geog. lib. 13. pag. 70.

III. QVÆ ARISTOTELIS LIBRI SINT PASSIM NAVIRATA.

IV. *Vsu venit Peripateticis vnicuique, qui post Theophrastum vixerunt, cum omnino libri carerent, paucos q; dumtaxat, præcipuè exotericos haberent, vt nulla de exquisitè pertractando eadem philosophari possent, sed tantùm de propositis disputarent. Posteroribus ab eo tempore, quo libri isti sunt editi, facilius fuit philosophari, & Aristotelem imitari, quamquam ob mendorum multitudinem cogerentur multa probabiliter modò dicere. Multum huc etiam Roma contulit. Statim enim à morte Apellicouis Sylla, cùm Athenæ cepissent, bibliothecam illius recepit. Quæ cùm huc esset allata, Tyrannio à bibliothecæ præfecto obtinuit, vt sibi eorum vsum permitteretur, homo Aristotelis studiosus: & librorum venditores nonnulli inepti vsi librarijs, neque cum exemplari descripta comparantes: quod & alijs accidit libris, qui exscribuntur vendendi causâ & Romæ & Alexandriæ. De his quidem satis.* hactenùsque Strabo.

Hæc nos verbatim singula hîc reddidisse voluimus, quòd sciamus reperiri homines adeò Aristotelis studiosos, vt quæcumq; in eius scriptis reperiantur, veluti ex diuino quodam oraculo prolata recipiant atque defendant; vt satis sit ijs illud instar Pythagoræ discipulorum vsurpare, *Magister dixit*: cùm tamẽ, licet in eius libris scriptũ quid inueniatur, haud satis cõstet, an re verâ ipse dixerit,

V. QVÆ VERÈ ARISTOTELIS ESSE DICI POSSINT. IN DUBIO ESSE.

vel

vel Apellico apposuerit, qui multiplices lacunas impleuit, vel alij addiderint, qui mendosissimos ab eodem Apellicone (vt ait Strabo) editos codices emendârunt, quos ille corruperat, vel aliter posteà librariorum incuriâ deprauârat. Adeò vt verius atque consultiùs sit dicere, cùm Aristotelis scripta citantur, id quod asseritur, apud Aristotelem reperiri, quam Aristotelis esse, & Peripateticorum potiùs eam esse sententiam, quam germanam putamque ipsius Aristotelis assertionem: Id quidem asserere, non solum quæ exscribentium librariorum incuria irrepserunt menda suadent, cùm id omnium fermè librorũ commune sit, sed dicere cogit immẽsa & multiplex illa vastitas lacunarum, quas Apellico (vt ait Strabo) non rectè repleuit, & edidit in primis eosdem libros mendorũ plenos. Si enim in philosophicis facultatibus maximi sit ponderis quæque minima linea, vel punctus: quid dicendum de elementis ipsis, dictionibus, verbis, & sententiarum periodis, & fortasse capitibus, quæ edax tempus varijs casibus sæpè corrosit? At in his hactenùs nos detinuisse satis suâ auctoritate Aristotelicus Consul: qui in fine libri quarti commentariorum in Aristotelis Prædicamenta, cum se ea scribere sub Anastasio Imperatore testetur, planè declarat non ad primum vel ad tertium Cõsulatum ea, quæ diximus, referenda esse, sed ad præsentem secundũ Consulatum, quem solum sub Anastasio Imperatore gessisse reperitur. Iam verò quæ sub hoc eius Consulatu res gestæ reperiuntur, in medium afferamus.

VI. CONSTANTIOP. CIVI LABORAT DISCORDIA.

Quam vidimus Constantinopolitanam ciuitatem anno superiori diro incendio conflagrâsse, hoc anno ciuilis discordiæ grauiori exarsisse incendio, in suo Chronico Marcellinus affirmat. Emotâ enim semel è cardine fide Catholicâ, cuncta simul labefactari necesse fuit: sicuti cùm fundamenta concutiuntur, vniuersam nutare molem oportet. Fœda quidem & lurida vrbis illius facies erat, in diuersa ipsâ ciuitate discissa, fauente populo Macedonio Episcopo, Anastasio autẽ Imperatore cum militibus eidẽ resistente, atque varijs cladibus affligente. Et quomodò tandem quod diutiùs fuerat meditatus, sequẽ anno perfecit, vt Macedonium exturbaret, & subrogaret Timotheum hæreticum, suo loco dicemus. Sed quid interalia aggressus hoc anno scelestissimus Anastasius? Qui in odiũ Orthodoxorum Ecclesiasticâ omnem abstulerat immunitatem, quiq; leges libertatis sanxerat pro hæreticis (vt superiùs auctore Theodoro Lectore diximus) hoc anno eas edidit sanctionem [a], quâ nihil in Orthodoxis quouis titulo transire voluit bonorum Ecclesiasticorum.

a Lto. C. de hæret

VII. ANASTASIO SVB NOMINE CLERETICORVM CATHOLICOS, A BONIS ARCET ECCLESIÆ.

Etenim quamuis titulo mẽtiatur in hæreticos eiusmodi editam sanctionem: tamen (vt superiùs adnotatum est) cùm fuerit ipse hæreticus, haud dubium ab eo Catholicos esse nominatos hæreticos, qui eius impietati animè communicarent, bonis namq; fuisse tam quam hæreticos spoliatos Orthodoxos ab ipso Imperatore, in quos nec quouis titulo ea redire permittat, ipsa Lex ostẽdit: vt planè intelligi possit, quales esse soleant, qui in bona Ecclesiastica Orthodoxorum manus injiciunt. Trebonianus autem nihil pensi habẽdit, cõstitutiones hæreticorum Imperatorum cùm piorum legibus simul intexere; quòd eædem licèt ab hæreticis latæ cõtra Catholicos, in ipsos tamẽ verè hæreticos (vt sonant verba) conuersæ sint: cùm tamen liqueat, quos Orthodoxos nominat Anastasius, eos fuisse, qui contra Chalcedonense Concilium pugnarent, Zenonis susciptentes Enoticum.

VIII.

Quas autem turbas in Orthodoxos impius Anastasius excitârit, vix perpauca, eademque breuiori summâ perstricta vel ex Marcellino [c], vel ex Theodoro narrantur: quæ res fuerat prolixæ satis historiæ commendanda; quod præstitisse Basilium Cilicẽ, Photius in Bibliotheca testatur, dum ait ipsum historiam conscripsisse ab obitu Simplicij Papæ vsque ad exitum vitæ Anastasij Imperatoris. excidit ipsa quidem, vel fortasse inter Græcorum vetera monumenta obliuione sepulta latet: Vnde maior nobis labor incumbat diuersis è locis quæsita fragmẽta compingere: Atque in primis [b], quòd Anastasius Imperator, ne quis ex suis patientiæ suæ causam detolerãdo in sede Constantinopolitana Macedonium, ignauiæ vel timori adscriberet, calumniosè testatus est, se id facere, quòd ipse Macedonius Zenonis Enotico subscripsisset. Id vero cum ad aures ipsius Macedonij peruenisset, cõsessim collectâ Ecclesiâ, ambonem cõscendens, pro concione se planè Orthodoxum esse coram omnibus demonstrauit, editâ sincerâ professione fidei ex præscripto Chalcedonensis Concilij damnans omnes, quæ eiaduersarẽtur, hæreticas opiniones. Quæ quidem res sicut maiorem Macedonio conciliauit populi gratiam; ita in eumdem perfidi Imperatoris odium magis concitauit, vt iam de eo è sede mouendo animo penitùs stabiliret.

b Niceph. li. 16. c. 26.

IX.

Adiecit ad alias calumnias in Macedonium Anastasius Imperator, vt ad concitandos in eum omnium animos, iactaret ab eo falsatam esse diuinam Scripturam. Testatur id quidem Liberatus [c] Diaconus, cuius verborum textus sic, vt vides, se habet, absq; Græcorum elementorum delineatione, ab antiquario omissorum, cùm ait: *Hoc tempore Macedonius Constantinopolitanus Episcopus ab Imperatore Anastasio dicitur expulsus, tamquam Euangelia falsaret, & maximè illud Apostoli dictum* d: *Quia apparuit in carne, iustificatum in spiritu. Hunc enim mutâsse, vbi habet, qui... hoc est... monosyllabum Græcum, littera mutata in... vertisse, & feciſſe.... id est, Vt esset Deus, apparuit per carnem. Tamquam Nestorianus ergo culpatus expellitur per Seuerum monachum.* In posteriori editione Sua [d] lacunæ hoc modo implentur: *vbi habet ὃς, hoc est, qui, monosyllabum Græcum, littera mutatâ o in ω vertisse, & feciſſe ὡς, id est, Vt esset Deus, apparuit per carnem.* At ipsi Græci habent: ὃ ἅπαξ λεγόμενον μέγα ἐστὶ τὸ εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, &c. id est: *Et manifestè magnum est pietatis sacramentum. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu,* &c. Sic igitur in eo facta mutatio reperitur, vt quod habet germana lectio, *Apparuit in carne*, mutasse diceretur, *Apparuit per carnem.* ex qua mutatione posset fides Catholica in discrimen adduci. Ita in suspicionem Nestorianæ hæresis, arte perfidi Imperatoris eiusmodi constantis calumniam, Macedonius adductus est: sed erant hi prætextus, vulgi ore iactati, non tamen in Synodo vlla cogniti vel examinati: vi enim, non sententiâ Episcoporum Macedonius suî passus est throni iacturam, vt inferiùs sequenti anno dicemus.

c Liberat. Diac. Brutiar. c. 19. CALVMNIA DE CORRVPTO TEXTV DIVINÆ SCRIPTVRÆ. d 2. Tim. 3.

X.

Porrò Anastasius Bibliothecarius in Chronico sub eodem anno res paulò latiùs prosecutus ait: *Constantinopolitanus Episcopus anathematizabat damnantes Synodum Chalcedonensem.* & paulò pòst: *Interea monachi quidam hæretica ducenti venientes Constantinopolim vna cum Seuero impio contra Macedonium atq; Chalcedonense Concilium decernebant. Hos Anastasius honorificè suscepit veritatis inimicos, qui conturbauerunt Orientem, & Constantinopoli eadem operantes. Ioannes verò Alexandrinus Episcopus duo millia librarum dare sponsionis Imperatori, si edicto proposito perfectè damnaret Concilium Chalcedonense. Imperator autem Macedonium rogabat Apocrisarijs communicare Ioannis, Ioannemq; recipere, Synodum neq; recipientem, neq; damnantem. Macedonius autem restitit, dicens non se illis communicaturum, nisi confiterentur matrem & magistram Synodum Chalcedonensem.* hæc de his Anastasius Bibliothecarius, qui & ista addit:

XI. DOROTHEVS RELEGATVR IN OASIM.

Porrò monachi Orthodoxi, qui erant in Palæstina, martyrij amuli, venêre Constantinopolim acturi contra Seuerum, & eos, qui cum eo erant, hæreticos. Dorotheus autem monachus Alexandrinus multorum versuum librum edidit pro Chalcedonensi Synodo, quem dedit Magnæ vxori fratris Anastasij, cùm esset Orthodoxus: ipsa verò Anastasio obtulit librum, sperans per hunc eum fore mutandum: quem cùm legisset, & præter votum suum esse reperisset, Dorotheum apud Oasim exilio destinat, & librum pro nihilo ducit, eò quòd superiùs esset inscriptus Tragœdia, quemadmodùm à Magno Basilio fuisse editum aiunt contra Iulianum. Macedonius verò, quod accepisset Flauianum non rectè sentire de Concilio Chalcedonensi, cùm cum alijs, qui aliquid mutarent contra idem Concilium, anathematizauit. At res Flauiani se aliter habuisse, suo loco dicendum.

* * *

IESV CHRISTI
Annus 511.

SYMMACHI PAP. Annus 13. ANASTAS. IMP. 21. THEODOR. REG. 19.

I. CVm Secundino Felix Christi anno vndecimum post quingentesimum à Theodorico creatus est Consul: hunc Felicem Gallum natione fuisse, scriptæ ad eum & aliæ ad Senatum ab ipso Theodorico epistolæ [a] docent, quibus & ex Indictionum numero eiusdem tempus Consulatus ostenditur, vbi dicitur: *Sume igitur per Indictionem quartam Consulatûs insignia.* concordant & Fasti Consulares Marcellini dicentis, quarta Indictione creatum fuisse Cõsulem Felicem cum Secundino, Gallum quidem natione itidem Theodoricus fuisse tradit, & eius parentem plurimùm prædicat. Porrò eius parentis laudes, Felicis item nomine, latiùs explicatas habes iambis Sidonij Apollinaris, quorum est titulus [b]: *Magnum Felicem Consulem.* quem & fratrem appellat, cùm in ipsa inscriptione subdit: *Domino pio fratri,* & cæt. est carminis eiusmodi exordium:

Dic, dic quod peto, Magne, dic amabo,
Felix nomine, mente, honore, famâ,
Natiu, coniuge, fratribus, parente,
Germanis, genitoris atque matris
Ex summo patruelium Camillo, &c.

Parentem namque ipsius itidem Felicem nominatum meruisse Consulatum, idem Theodoricum in epistola ad Senarum ita declarat [c]: *In ore quippe rumoris est, quòndam Felicis adhuc viuere Consulatum: quia bona durare nõrunt post hominem; & quod gloriosè geritur, fine temporis non tenetur.* Sed quando, dices, Felix iste Senior Consularum gessisse reperitur? Apud Marcellinum in Chronico adnotatur Felix Consul cum Vibiano anno Domini quadringentesimo sexagesimotertio: apud Cassiodorum verò collega Vibiani Basilius ponitur, adeò vt idem Basilius Felix dictus existimetur. Ad hunc itidem Seniorem Felicem scriptas esse complures Sidonij familiares epistolas, quæ extant, mihi facilè persuadeo.

II. Quod rursum verò ad eumdem anni huius Consulem Iunio rem Felicem pertinet, idem Theodoricus in epistola ad Anastasium Imperatorem [d] de eius Consulatu data, hæc inter cæteras viri laudes: *Dignus planè largitatibus nostris, qui in ipso pueritiæ flore maturam moribus lubricam frenauit ætatem; & quod rerum continentia bonum est, patre principatus grauitatis factus est filius, cupiditatem inimicam sapientiæ, obiugauit vitiorum blanda contempsit superbia vana calcauit,* & cæt. Hæc & alia de laude eius dum lego, in eam inducor opinionem, vt existimem hunc illum esse Felicem Præfectum & Patricium, ad quem extat Fausti epistola de pœnitentia [e]. Ex eodem quoque stemmate ortus videtur Felix ille adeò celebratus Antistes Namneticus, quem Venantius Fortunatus carminibus celebrauit, necnon solutâ oratione: nam inter cæteros hos de eo versus habet:

Maxima progenies titulis ornata vetustis,
Cuius & à proauis gloria cæpta tonat.
Nam quicumque potens Aquitanica rura subegit,
Extitit ille tuo sanguine luce parens,
Germinis antiqui venerabile culmen in Orbe,
Laudibus in cuius militat omne decus, &c.

At satis occasione Consulatus Felicis de eiusdem familiæ à Camillo deriuatæ viris illustribus dictum, quibus clarior redditur eius purpura Consulatus. Iam verò, qui ad limen anni huius diutiùs morati videntur, quæ in eo introrepperiuntur res gestæ, conspiciamus.

III. Magno planè Anastasij Imperatoris scelere Marcellinus signauit hunc annum, nempe exilio Macedonij Episcopi Constantinopolitani, cùm iam sedisset annos quindecim: Constantinopolitani, cùm iam sedisset annos quindecim: qui tam calumnijs exagitatus, quàm violentia adhibita summotus, per milites abreptus, deportatus est in exilium, atque in eius locum nefandus est suffectus Timotheus; quod Catholicæ fidei maximum attulit detrimentum. At quomodò se ista habuerint, quæve præcesserint atque subsecuta fuerint, rerum gestarum ordine referamus ex Theodoro Lectore [g]: ex quo etiam intelligi potest facta hæc esse huius anni tempore maioris hebdomadæ, quæ sanctum Pascha præcedit; more suo diabolo factio ijs diebus maiorem excitante aduersus Ecclesiam tempestatem. Ait igitur:

IV. *Diuisi verò ab Ecclesia, turbâ quâdam mercenariâ collectâ, templum Archangeli, quod in Palatio est, die Dominicâ ingressi sunt: Et cum psaltes Trisagion dicerent, illi cum additione, Qui crucifixus es pro nobis, respondentes psallunt. Sequenti die Dominicâ idem in magnam Ecclesiam cum spadonibus ingressi fecerunt. Populus verò zelo raptus, primùm vocibus reclamat, & vociferantibus ac conuiciantibus conuiciando respondet. Tandem verò Imperator cum multis manifestè Macedonio resistens, tam monachos excommunicato, tam ipsos primores subornat, vt nefandis conuicijs & vociferationibus Episcopum impetant, cùm quibus erat etiam Iulianus Episcopus Halicarnassi Cariæ, & Severus monachus, qui & fidei & sui ipsorum facti fuerant inimici.* In tanto rerum fragore, cum violentia Imperatoris adeò vrgeret Ecclesiam: ne in defensa veritas prostrata penitùs remaneret ludibrio exposita hæreticorum: excitauit Deus spiritum etiã paruulorum, vt cum populo omnes assurgerent, atq; strenuè absque timore ex aduerso consisterent: nam subdit Theodorus:

V. *Populus autem cum mulieribus & paruulis infinitâ multitudine cum Præsidibus monachorum congregata, per ciuitatem clamant: Tempus martyrij est, ô Christiani: Patrem nemo deserat. Imperatorem verò, probri gratia, Manichæum & Imperio indignum vocant. Quibus Imperator territus portas Curiæ Imperialis vndique claudit, & nauigia fugæ accommoda Palatio adhibet.* hæc quidem eâ die. Prætermissa autem à Theodoro Euagrius ista addit: *Cùm postulationi Anastasij Macedonius strenuè resisteret, seq; fidem minimè proditurum constanter asseueraret: Anastasius Imperator insidias contra eum tendere cœpit, ad eum sanè finem, vt Episcopatu eum turbaret.*

VI. *Itaque tandem accedunt adolescentes, calumniatores, qui cùm se, tum Macedonium flagitiosi cuiusdam facinoris falsò reos arguunt. At verò vbi Macedonius genitalibus carere deprehensus fuit, ad alias fallacias se conuerterunt; nec destiterunt quoad Consilijs Celeris Aulicorum ordinis Præfecti (hic ante triennium gesserat Consulatum) ex occulto sede Episcopali dimouissent.* hæc Euagrius [h], atque Nicephorus [i]. Quæ autem præcesserint occidram electionem Macedonij, Theodorus Lector ita narrat: *Imperator cùm pridiè faciem se Macedonij post hac non visurum iurasset, misso nuncio obsecrauit, vt illum salutare liceat. Populus verò, cùm Ecclesia Macedonius ingressus esset, monachos obtestabatur, dicens: Patrem habemus apud nos. Et quoties ad sibolam pertinebant, quoties ingrediebatur, cum laudibus ingredientem accipiebant. Et cùm ingressus esset, Anastasium redarguit tamquam Ecclesiæ hostem. Ille verò per hypocrisim Ecclesiæ & Episcopo coadunari videbatur,* hæc quidem ea die, qua Anastasius simulauit se Catholicæ fidei consentire, & Catholicam velle cõsectari communionem. Quæ nocte sequenti audi Theodorum:

VII. *Suspicatus Imperator, si Macedonius iudicaretur, populum illi tamquam insonti opitulaturum: noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & inde Euchaitas abduci præcepit. Sequenti verò die Timotheum quemdam presbyterum & custodem Ecclesiæ Episcopum elegit: quem Litrobulham & Colonem, propter facta quædam nominibus istis conuenientia, vocârunt.*

VIII. Quod ad has voces pertinet, apud Theodorum Lectorem pro κόλωνα colonem, legendum ex Cedreno & Nicephoro κόλλωνα. Est propriè κόλλων equus admissarius: inde sumitur prò libidinoso: Suidas interpretatur βίαιον εἰς συνουσίαν. Litrobulba verò, siue vt in alijs, Litrobula λιτροβούλας, simile aliquid significat, tametsi eius vocis vrigo nõ exponitur à lexicographis: nisi quis dixerit, ex voce Græca & Latina λυτρόω, quod est redimo, & bulba, quod Latinè scribitur vulua, ita compositum ignominiosum vocabulum, quo significetur homo mulierosus impurus, quem exprimere apertioribus vocibus pudeat.

[a] Apud Cassiod. lib. 2. ep. 2. & 3. DE FELICE IVNIORE CONSVLE.

[b] Sidon. carm. 9.

[c] Apud Cassiod. lib. 2. ep. 5. DE FELICE SENIORE CONSVLE.

[d] Apud Cassiod. lib. 2. ep. 2.

[e] Extat t. 1. Bibliot. sanct. nou. edit. DE FELICE EPISCOPO. & Venant. Fortun. in laud. Feli. l. 3 carm.

[g] Theod. Lect. Collect. 2.

[h] Euagr. l. 3. cap. 32.

[i] Niceph. l. 16. c. 26.

III. MACEDONIVS EPISCOPVS CONSTANTINOP. EJICITVR IN EXILIVM.

IV. QVÆ CONTRA EIDEM CATHOLICAM ET MACEDONIVM ACTA SINT.

V. POPVLVS CONSTANTINOPOLITANVS FIDEI ARDORE RESISTIT IMPERATORI.

VI.

VII. TIMOTHEVS HÆRETICVS EPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS

VIII.

IX.

Pergit autem Theodorus: *Ecclesiam verò Timotheus ingressus non est, nec ad Liturgiam accessit, nisi prius detractis Macedonij imaginibus & insignibus.* Observa hîc, lector, vt alij in locis, motis fuisse affigi in Ecclesijs imagines & signa tunc existentium Episcoporum. sed subdit Theodorus: *Supplicationes Parasceues in templo Sparæ, quod in Calcopratis est, Timotheus fieri excogitauit.* hæc de Timotheo, sed mox ista de Seuero: *Ioannes Diacrinomenus de Seuero scribit, quòd iuramentum ab eo Imperator acceperit, si Antiochenus Episcopus fieret, nullo se pacto sub pœna anathematis Chalcedonensi Synodo adhæsurum: deinde, quòd illam, eo ipso die, quo ordinatus esset, ascenso suggestu, anathemate damnaret.* Vides originem Seueri, à quo dicti sunt hæretici Seuerianj; & qui nominati erant Acephali, quod tãdem nobile caput nacti? Sed ad Timotheum rursum auctor:

X. PRAVS HÆRETICORVM IN PROFESSIONE SYMBOLI

Timotheus ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem & octo Patrum per singulas synaxes dici curauit, ad reprehensionem videlicet Macedonij, quasi ille Symbolum hoc non reciperet; cùm anteà semel tantùm in anno, in Parasceue scilicet Dominicæ passionis, tempore, quo Episcopus catechizabat, recitatum esset. Vetus & vsitatus hîc fuit mos hæreticorum, vt quò se Catholicos populo exhiberent, Nicænum Symbolum publicè recitarent. id peculiare Nestorianis fuisse vidimus atque alijs, Arianis exceptis: quod & facere perseuerant Nouatores temporis huius hæretici, dum in ore semper versantes Symbolum Apostolorum, Apostolicos se esse perfidè mentiuntur, cùm re verâ Apostolicam & Catholicam doctrinam impugnent. Sed rursum ad Timotheum, de quo hæc ad finem eius narrationis Theodorus apponit:

XI. *Stulti TIMOTHEVS AD HORAS FIDEM MVTAT.

Cùm is, qui in monasterio Studij præfuerat, mortuus esset: abijt Timotheus in monasterium illud, vt ibi Episcopum eligeret. Is verò, qui ordinandus erat, ad eum dixit, non passurum se, vt ordinaretur à viro, qui Synodum Chalcedonensem anathemate damnasset. Respondit huic Timotheus: *Anathema sit cuilibet homini Synodum Chalcedonensem non suscipienti, vel anathematizanti. Quo dicto, qui ordinandus erat, ordinationem suscepit. Ioannes autem quidam Antiochenus cùm Manichæus esset, Timotheum contumelijs affecit; & ad Imperatorem currens, quæ gesta ab illo essent, patefacit. Imperator vocatum ad se Timotheum grauiter increpuit. Ille verò negauit dicens, Anathema sit quisquis Synodum Chalcedonensem recipit.* hactenùs de his Theodorus: quibus planè vides incopstantiam hæreticorum, temporariam pro rerum occasione fidem habentium atque mutantium; quod mille fermè exemplis superiùs demonstratum est.

XII. a Nicepb. lib. 16. MACEDONIVS ET SECTATORES QVÆ PASSI. c

Sed quæ secuta sint post eiectionem Macedonij de eius sectatoribus Catholicæ fidei studiosis, hæc à Nicephoro[a] accipe: *Senatus populusq; Constantinopolitanus eam ob causam, ob pulsum Macedonium vehementer, in magno fuit mœrore: nam & vitæ sanctitatem, & doctrinæ sinceritatem ibi Macedonio admirabantur. Etenim pietatis studio, dignitateq; sacerdotali, in valde eminebat, vt qui à Gennadio educatus atque edoctus fuisset, cuius etiam ex fratre nepos fuit. Contrà sectatores huius posteà grauis persecutio orta est. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, alij accusationibus iniquis, alij bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam, qui fugâ sibi consuluerunt, Romam peruenerunt.* complures autem esse relegatos in Gasin Thebaidos, ait Anastasius Bibliothecarius in Chronico. At minimè his contentus Imperator ob odium, quod concepérat contra Chalcedonense Concilium, hæc, qui sequuntur, adiecit, sic enim ait idem qui supra Nicephorus:

XIII. ACTA CHALCEDONENSIA COMBVSTA.

Imperator illicò Chalcedonensium Actorum libellum, quem Macedonius in arca sanctiore deposuerat, per Calepodium quendam furtim sublatum conscidit atque igni tradidit, & Macedonio, qui sic ducebatur, condemnationis sententiam misit. Atque is interrogauit, an illi, qui se damnâssent, Chalcedonensem Synodum recepissent. Et vbi illi, qui ad eum sententiam attulerant, id inficiati sunt: ipse; Si, inquit, Ariani & Macedoniani condemnationis libellum ad me misissent, num recipere possum? At ille Euchaitem ductus est. hactenùs Nicephorus. Quod pertinet ad incensum ab Anastasio Actorum volumen, putantur quidem Acta illa, quæ tantâ religione custodiebantur à Macedonio, fuisse originaria ipsius Chalcedonensis Concilij. His verò adde, quæ apud Paulum, seu Ioannem potiùs Diaconum in Miscella leguntur his verbis[b]:

b Paul. Diac. Mi. scel. lib. 11.

XIV. DE IVLIA. NA CONSTANTIA ET ALIA. RVM.

Interea Iuliana illustrissima fœmina, quæ templum Dei genitricis apud Honoratas construxerat, valdè pro Chalcedonensi Synodo satagebat: ita vt ei nec Imperator quidem, multis aduersùm eam versutijs adinueniens, Timotheo communicare persuadere valuerit: sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc potuerit ei persuadere. Pompeium quoque consobrinum illius, & eius vxorem, quæ mulier erat ornata, multùm Imperator Augustus humiliabat, vt ablegaret veneratores Synodi, & eos, qui in exilio Macedonio Episcopo largiebantur, quæ necessaria erant. Deinde idem Timotheus quosdam ex principibus præcepit in templo S. Theodori Sparatij super ambonem Trisagij additamentum admittere, id est, Qui crucifixus es pro nobis: ita vt multitudines indignatæ per diem litaniæ illinc egrederentur: quando & Timotheus per commonitorium scriptum omnibus præcepit Ecclesijs, Trisagion in litanijs dicendum cum additamento: quod multi metuentes fecerunt. Monachi verò alium psalmum psallendo venerunt. Hos autem populus videns, clamauit: Benè venerunt Orthodoxi. Simultas etiam facta est multa, & incendium domorum multarum, & homicidia dena millia, turba vociferante aduersus Anastasium, & Vitalianum Imperatorem petente; ita vt fugeret Anastasius, & latitaret, ab ipsaq; Ariadna lacerarentur iniurijs, vipera multorum causa malorum Christianis assetus.* hæc ibi.

* Vitaliana INCENDIA ATQVE CAEDES IN POPVLO FACTA.

Quod verò Anastasius militibus præfeciisset duces eadem quâ ipse impietate fœdatos, per eos à populi furore sæpè defensus sua sit; è latebrisque inopinatus emergens, noua rursus per eosdem aduersus Orthodoxos prælia excitat; non quidem Constantinopoli, sed foris; in hoc omnis studio laborans, vt per Seuerum monachum hæresim stabiliret; quem strenuum eius defensorem sub pollicitatione Episcopatûs Antiochenæ Ecclesiæ iuramento oppignerauerat, vt ad Thronum illum eueheret, cui tunc præsidebat Flauianus defensor Catholicæ veritatis. Verùm vt laruam aliquam iustitiæ turpissimo facinori Anastasius superinduceret, ad id perficiendum, apud Sidonem in Phœnicia Synodum sequenti anno cogi mandauit, de qua suo loco dicemus.

XV. PRO SEVERO HAERETICO ANASTAS. LABORAT

De Seuero autem monacho modò nobis agendum, qui fæx, lues, atque perditio totius Orientalis Ecclesiæ à prauo dæmone est productus in medium, monstrum quidem omnium vitiorum deformitate compactum: vt planè intelligas huius exemplo, quales esse consueuerint, quos sibi diabolus in omnibus inueniens obsequenter per eos asflatos spiritu malo loquitur contra Deum blasphemias. De Seuero igitur hæc deprompta ex Synodicis Actis accipe. In libello enim sanctorum Patrum Orthodoxorum Constantinopolitano Synodo [c] sub Menna Episcopo congregatæ oblato hæc leguntur de Seuero & gregalibus eius:

XVI. QVALIS IMPIVS SEVERVS.

c Syn. Constantinop. actio. 1. Tom. 2. Concil.

Quis nesciat eorum vitam turpem admodùm & sceleratam ab ineunte ætate esse, & dæmonibus addictam? Et quod in veneficijs Seuerus deprehensus est, in ciuitate Berytiorum dæmonijs seruiens; & eiusmodi calumniam fugere volens, finxit se ponere, & fugere diabolicam opinionem suam, & venire (vt dicebat) in Tripolim ad venerabilem domum sancti & clarissimi martyris Leontij. Et nondum perfectis diebus his, quibus ipse baptizatur, postquam vidit (veritatem paululum simulans) perspicuè, quod rursus ad antiquum gentilicia opinionis suæ vomitum reuertisset non potuerat, per aliam viam ad id, quod studebat, peruenit: Nam ne quidem statim Ecclesiam, in qua baptizatus est, & processit ad Acephalos hæreticos, quibus ea, quæ Eutychetis sunt, sapiunt; vocansq; sanctas Dei domos diuersoria hæresis & impietatis, reprobans propter hoc baptismum, quem dicit se accepisse: vt in ipso impleretur propheticus sermo, qui de huiusmodi dicit d: *Alienati sunt à vulua, errauerunt à veritate, locuti sunt falsa, furor ipsis ad similitudinem serpentis.*

XVII. SEVERI PRIMORDIA EX MAGO HABET.

d Psal. 57.

Quod autem & ipsam Acephalorum religionem simulauerit, ex consequentibus omnibus manifestum fuit. Præsidebat enim sua Acephalæ sectæ, quod Vnitiuum dicitur, non admittens, sed nouatium ipsum & diuulsiuum appellans, & in suis propriis conscriptionibus anathematizans. hæc de ipso Patres & alia plura: quibus pater, sic versipellem hominem adhæsisse impe-

XVIII.

ratori,

ratori, vt non Acephalorum tantummodò sectandam sibi hæresim proponeret; sed illis deteriora duceret. Innatum namque est hæreticis, vt nequeant loco consistere, neque sciant solidam stabilitatem; quod delinquentium proprium est, secundum illud Hieremiæ lugentis: *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* Sed accipe, qui de eiusdem Seueri primordijs habet Euagrius [a]:

a Euag. l. 3. c. 33. & Nicephor. l. 16. cap. 20.

XIX. VARIVS SEVERI STATVS.

Huic (inquit) *Seuero patria fuit Sozopolis vrbs Pisidiæ. Verùm simulac in sacro templo Leontij diuini martyris, quem Tripolis vrbs Phœnices maritima colit, fuit lauacro baptismatis tinctus, se à logum studio ad vitam monasticam transtulit; quam quidem vitam traduxit in monasterio, quod medium locum inter vrbem Gazam & oppidum Maiumam occupat. In quo loco Petrus Iberus; qui eiusdem Gazæ fuerat Antistes, quippe cum Timotheo Eluro fugerat ipsiusdem incedens gradibus, hominum sermone post multum prædicatus fuit. Porrò autem Seuerus, de quo instituitur oratio, cum Nephalio (qui antè cum eo eiusdem sectæ & opinionis fuisset, nimirum quòd vnam in Christo naturam fit: postea tamen Concilio Chalcedonensi, & doctrinæ eorum, qui duas naturas in Domino nostro Iesu Christo inesse asserunt, consensit) indisputationem veniens, à Nephalio & eius fautoribus vna cum aliis compluribus, qui eadem fuere opinione, è monasterio suo pulsus est. Inde igitur Constantinopolim rectà se contulit, prosecque illuc, qui cum eo ejecti erant, legationem obiturus. Sicque Imperatori Anastasio (sicut traditum est ab eo, qui Vitam Seueri scripsit) iuxtim esse cæpit. Itaque litteras scripsit ad suos fratres de mutua inter se communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonense anathemate damnauit.* hæc Euagrius: reliqua suo loco inferiùs.

XX. [b] Liberat. Diac. Brev. c. 19. in 2. Concil. PROBATIONE TEMPORIS FIDEM SEVERVS MVTAT.

Sed & de eodem Seuero quæ Liberatus [b] Diaconus scribat, ex scriptis eiusdem Seueri depromptæ, in medium afferamus: *Ire enim* (inquit) *Seuerus cum sederet priùs in monasterio, non suscipiebat Zenonis edictum, nec Petrum Mogum. Deinde sedens Abbatis Romani, & Mennæ, qui post eum fuit, monasterio, exinde missus est, vt permaneret Constantinopoli & fit Apocrisiarius inter eos, qui Petri Mogierant. Dum, obijceretur ei; quomodo priùs anathematizabas Petrum dicebat: quia Petrum anathematizauit Apamenum. Hic Seuerus apud Constantinopolim Synodo derogabat, & anathematizata affirmabat, & ob omnes qui eis communicarent: ita vt & hoc scriberet & ipsi Flauiano, sicut eius significatur epistolis, & ad Maronem Iectorem, & Eleusium & Eleutherium Episcopos, & ad Oecumenium scholasticum Isauriæ: Fertur autem expositio eius, qui ab eo dicta est, in qua Vnitinum suscepit Zenonis, & anathematizauit Chalcedonense Concilium, & communicare se confitetur Alexandrino & Constantinopolitano. Erant autem tunc Constantinopoli Timotheus, Alexandriæ verò Ioannes Machiota Episcopi. Et tamendum ualuerat, ualuit damnare Macedonium, & expellere ab Antiochena sede Flauianum.* hæc Liberatus de Seuero Imperatoris patrocinio omnia audente & inualescente in dies magis. Sed Anastasij conatus aduersus fidem Catholicam profequamur: non tanta enim eum cura tenebat, vt barbaros subiugaret, quanta vt Catholica fidem penitùs aboleret.

XXI. ANASTASIVS TENTAT SANCTISSIMOS VIROS.

Nam non Macedonium tantum, eosve, qui erant Constantinopoli, Orthodoxos expugnare conatus est perfidus Imperator, sed etiam longè positos magni nominis sanctissimos viros exagitauit; in quos primum blãditijs, nempe muneribus, litteris, omnique genere illecebrarum & fimulatione, atque omnibus ad suadendum aptatis coloribus ad cuiuscumque animum commouendum tam quam validissimis artificibus vsus est. quod si minimè his impulsibus animus flecteretur, instaurato nouo certamine, vinculis, carcere, & exilijs, & blando truculentus persecutor effectus, rem agebat. At vel vnum saltem certaminis huius exemplum adducamus in medium, ex quo & reliqua nobis incomperta intelligere valeamus. [c] Sagus ille Theodosius Cœnobiarcha, qui his temporibus claruit in Palæstina, cuius sæpè magna cum laude Cyrillus [c] meminit, atque Suidas [d] & alij, his ab Anastasio imperatore certaminibus est appetitus; quæ in eius vitæ tebus gestis his verbis quàm exactissimè describentur (vt dicunt) ab quo, etiã ab incerto, certo tamen temporis eiusdem auctore, vt nihil sit, quod iure reuocari possit in dubium, vtpotè veritate omni ex parte constantia.

c Cyrill. in Saba.

d Suid. in verb. Anastas.

XXII. c Apud Sur. tom. 1. die 11. Ianuar. ex Metaph. SCRIPTORVM THEODOSII.

Tulit (inquit) *aliquando nostrum quoque tempus Imperatorem, qui quidem priùs fuerat (quantum apparebat) paradisum voluptatis, postremò autem rebus fuit cognitus tamquam destructionis, & vbi scilicet ex his pastoribus, qui gregi oues dissergunt & perdunt, & eius turbidâ potant subuersione: & vt reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipiet, quod post nos sequetur tempus.* Intelligis, puto, lector, tui temporis res gestas auctorem conscribere; qui etsi nomine habeatur incognitus, Cyrillum hunc ipsum existimo, qui scripti sanctorum Sabæ & Euthymij atque Ioannis Silentiarij & aliorum Vitas scriptis est prosecutus, ita haud par est credere, quem habebat præ oculis Theodosium præterijsse, prætermisisseque res ab eo præclarè gestas minimè præ sui dignitate obruendas silentio, posteris tradere. Conijcio quidem ab imprudente aliquo obliteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, qui claruit sub Constantio Imperatore, falsò putârit tribui Cyrillo historiam, quâ res gestæ sub Leone, Zenone, & Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum, de quo est sermo, nobilem historicum Cyrillum æquè Palæstinum hoc vixisse tempore. Sed quæ his subijcit, audiamus:

XXIII. [e] Isai. 59. [f] Eccl. 21. ACEPHALORVM SECTÆ DEFENSOR ET PROPAGATOR ANASTASIVS.

Neque enim par est, vt id mandetur obliuioni propter eos, quorum est scelus insigne, qui (vt dicit Isaias [e]) concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Hei mihi, inquam, Anastasius scilicèt Imperator, siue ab alijs ad hoc motus, siue hunc sceleratum fatum ex se produxerit, (Stultum enim stulta loquitur, & cor eius vana cogitabit) Patrum, qui Nicææ fuerunt, sacra dogmata, tamquam montem Sion & Turrim fortitudinis scilicèt aggreditur, illa quidem valens abrogari, valere autem sententiam Acephalorum, quam à ratione alienam & verè ἀνεφάλον, hoc est, carentem capite iure quis dixerit. Intelligis perspicuè, arbitror, lector, etsi non nominet, istis viuis pinguis coloribus Anastasium Imperatorem caput se exhibentem hæresis sine capite existe ris, de qua satis superiùs dictum est. Sed pergit auctor de eius in perueso dogmate stabiliendo conatu.

XXIV. DVPLICI ARTE CONATVR EXPVGNARE CATHOLICOS.

Potentia autem admiscet improbitatem, vt hâc quidem deciperet, illâ autem ad affectum redderet quod contendebat: vt neque vis esset immixta, & persuasione minimè contemperata, molesta aderipossit, & planè violenta, vt quæ robur accepisset ex sola occasione: nequeret sumpersuadere si impotens sit & imbecillum, & quod possit pauca & apud paucos efficere: alios quidem ex Episcopis adoriebatur minis & exilijs, alios autem honoribus & assentationibus, & nonnum quam etiam corrumpere pecunia, & suum malum aliorum quoque afficere, & mobum communicare contendebat, mutabilis non minùs, quàm Proteus (vt Graci dicunt) & non minùs mente, quàm ille aspectu varius. quid mirùm? *Vbi enim* (inquit Iacobus [h]) *zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.*

[h] Iacob. 3.

XXV. THEODOSIVS MONACHORVM NICOMINIS COENOBIARCHA.

Sed quid in hùc ipsum, de quo est sermo, Theodosium molitus sit, & quo tempore id aggressus, iam ex eodem auctore intelliges: dum enim ait ipsum postremò Theodosium tentasse, planè præclarè illa ad hæc tempora pertinere, opus est: cum post eiectum tantæ ciuitatis Episcopum, Macedonium nempe Constantinopolitanum Antistitem, nulli amplius parcendum putaret. Sed & quod experimento didicisset, quanta vis esset in monachis ad suadendum, quantumque ad cæpisset hæresis ex vno Seuero pseudomonacho additamentum: monachorum ductores præcipuos tentare aggressus est, atque inter eos (vt eximius) magnum hunc nomine & factis eximium atque celebrem Theodosium, concipiens & ex nomine vanam spem, mente recolens funestissimum illum itidem Theodosium nominatum, ac patriet classibus monachorum præfectum simulque ità eadem Palæstina versatum, qui temporibus Marciani Imperatoris & Pulcheriæ Augustæ sub Iuuenali Hierosolymorum Episcopo fauerat impietati, atque etiam violentiâ armatorum fouerat eandem hæresim Eutychianam; stultè, inquam, fore sperans, vt qui idem nomine & professione, eodemque loco consisteret Theodosius, eadem ab eo præstari possent, immò cumulatiùs exhibeti, quod ob vitæ sanctitatem scaret ipsum ad popu-

lum

lum commouendum longè esse maioris auctoritatis. At sicut longè diuersus penitusque contrarius fuit Iudas à Iuda, nempe à proditore fidelis Apostolus, & à Simone Simon, nimirùm à mago princeps Apostolorum, pastor à lupo, pius ab impio, atque Sanctus à nefandissimo peccatore discretus; ita planè Theodosius 2. Theodosio discrepauit, Catholicus ab hæretico: quod facta ipsa declarant. nam auctor:

XXVI. ANASTASIVS AVRO THEODOSIVM TENTAT.

Postremò (inquit) *hanc quoque magnam turrim aggreditur Imperator. machinæ autem erant aurum, idque non paruum, vt posset contemni, sed quod redibat ad summum triginta librarum; erat que donum non nudum & apertè donum, ne non acciperetur, vt quod suspicionem pareret auaritiæ, sed id quoque occultabat prætextus speciosus & valde probabilis, nempe pauperes, & quæ erant necessaria ad sum fratrum agrotantium: his virum conabatur ingenuum redigere in seruitutem.* in quem ita inuehitur auctor: *Et si bonum existimas & gratum piorum animis id, quod à te, ô vir egregie, innouatur: ego illi dixerim: Cur non ab ipso sinu trahi amatores, & propriâ vinci pulchritudine eos, qui sunt pulchri amatores, sed id pecuniis ornas & muneribus, quod solet fieri turpibus & dæmonibus, & quæ sunt aliena ornamenta & artificia?*

XXVII. CONSILIVM THEODOSII IN ACCIPIENDO MISSAM AB IMP. ELEEMOSYNAM.

Cùm ergo cognouisset ille magnus, id quod fiebat ab illa pusilla & abiecta anima, temerè aduersus se comparari: erat (vt vulgò dicitur) aquila in nubibus; vt qui nec posset capi, nec vinci: sed re verâ potiùs eum capit, qui simulabat. Nam aurum quidem non repellit, ne fortè videretur temerè suspicari, & offensionis aliquam præbere occasionem: sed duplici damno affecit aduersarium, simul quidem priuans pecuniis, cùm esset alioqui auarus; & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, quâ ducebatur, & quæ scopo nihil habebat consequens. Sed quem leonem existimabat se iam habere in pedica, eum cùm in se concitâsset vehementissimè, præclarè ostendit (vt est in prouerbio) capream insse pugnam aduersus leonem: nam cùm iam tempus aduenisset, & ille ab eo petiisset, & confessionem, & adessent quæ de causa missi fuerant, hic mihi considera animi virtutem & fortitudinem. Sed antequam sanctissimi viri conatum aduersus impium & impietatem indefesto studio editum enarremus, hîc ne quid patiaris offensionis, in limine siste.

XXVIII. [a] *Scimus victimas impiorum execrabiles Deo*, & Catholicam Ecclesiam respuere oblationes hæreticorũ, quæ solemni ritu ad Ecclesiam deferri consueuerunt, vtpotè ab omni communicatione is consortio alienorum: At procul abfuit, vt id genus esset Anastasij hæretici Imperatoris auri triginta librarum oblatio, missa vt erogaretur in pauperes § & si quid egerent subiecti sibi monachi, illis Theodosius partiretur. Ad quod præstandum, nempe vt eleëmosynis concilietur Deus, debet quilibet impius suaderi, nedum repelli; exemplo Danielis [b] id ipsum Regi æquè impio ita suadentis, atque dicentis: *Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua eleëmosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.* Sic igitur Theodosius erogandas accepit oblatas ab Imperatore pecunias, tum vt hoc modo ad salutem consequendam viam illi aperiret apud Dominum, tum etiam vt per eiusmodi officium aditum sibi quoquo modo ad insinuandam eidem fidentius veritatem patefaceret, vt tam bonam amicus audiretur, nec veluti aduersarij hominis eius sermo respueretur, quod & patefecit euentus. Sed pergit auctor de vigilanti solicitudine Theodosij in comparando exercitu, & habendo delectu, quo struereat aciem aduersus insurgentem Imperatorem:

[a] Isaiæ 1.

[b] Dan. 4.

XXIX. DE THEODOS. EPISTOLA APOLOGETICA AD IMPERATOREM.

Cùm (inquit) *omnes simul congregâsset ciues solitudinis, & dixisset esse tempus, vt finem acciperet dictum illud Prophetæ, quod iubet mitem fieri pugnatorem; & eos instruxisset ad suscipienda propietatis certamina: se ostendit esse ducem, se militem, se virum strenuum & fortem & primum in omnibus.* atque armorum prælium imitatus, in quo antequàm pede collato cominùs concerretur, missilia mittuntur eminùs; *ita ipse primùm omnium cum Imperatore* (inquit) *per litteras est congressus. Et lubentissimè quidem meminissem illarum ipsarum probationum, quibus Theodosius apertas nugas esse ostendit ea, quæ ex proposito videbantur esse validissima, sed propter prolixitatem, & ea spectans, de quibus agitur in præsentia: multæ enim manibus opus esset & libri.* declarat planè his auctor, haud fuisse Theodosij ad Anastasium Imp. breuem tantùm scriptam epistolam, sed quæ fidei Catholicæ defensionem fortissimam contineret; ob idque multis eam oportuit fuisse argumentis aculeatam: quam vrinam transmisisset ad posteros integram, cùm solùm eius meminit in dicendo libertatem, pauciſque ostendit, quàm esset homo liber, & qui nequaquam deijci deprimive poterat: nam accipe quæ in ea scripta sunt.

XXX. EX EPIST. THEODOSII AD ANASTASIVM IMPERAT. GENEROSA CONFESSIO THEODOSII.

Cùm hæc duo sint nobis proposita, ô Imperator, vel turpiter & illiberaliter viuere consentiendo Acephalis, vel honestè mori sequendo recta Patrum dogmata: scito à nobis mortem esse præferendam. Tantùm enim abest, vt hæc noua sequamur dogmata, vt non solùm in loco mansuri simus præcedentes Patrum leges sequentes, sed eos etiam, qui præter hæc alia tueri sustinuerint, pie abdicabimus & subijciemus anathemati: sed nec vllum ex Acephalis ordinatum per vim suscipiemus. Absit, vt hoc fiat, ô Rex Christe. Et si tale quid contigerit, veritatis Deum præsidem testantes, vel potiùs illum ipsum, qui nunc ab ipsis maledicto & blasphemijs appetitur, vsque ad sanguinem resistemus, & quomodò pro patria, ita pro recta fide lubenter animas profundemus, etiam si ipsa sancta loca igne perdenda visuri simus. Quid enim opus est solo nomine, quàndo ipsa facta re verâ efficiuntur contumelia? Nos ergo nequaquam admittemus aliquid sentire (tantum abest vt dicere) quod euscrepet à sanctis & œcumenicis Conciliis: Ex quibus primum quidem ornatur trecentis decem & octo Patribus, qui cùm aduersus Arium in sancto Spiritu Niceæ conuenissent, anathemati miserum subijciunt, & à corpore abscindunt Ecclesiastico, alienantem à Patris essentia eum; qui est natura Filius, & introducentem dogmata aliena à recta fide. Secundum autem impulsu diuino congregatum aduersus Macedonium, qui ipse quoque sceleratè loquebatur aduersus bonum Spiritum, eum abdicat. Tertium autem aduersus profanam & execrandam linguam Nestorij, qui ipse quoque absurdè erat locutus aduersus Christi carnis susceptæ consilium, pulchrè Ephesi conuenit. Post hæc quidem fuit etiam Calcedonense sexcentorum & triginta diuinorum Patrum: qui cùm etiam ea exissent, quæ conueniebant prioribus; & qui illi dixerant, adhuc accuratiùs exposuissent: infelicem & execrandum Eutychetem vnà cum Nestorio abscindunt à corpore Ecclesiæ, & fidem confirmant Apostolicam; & quicumque non ita sentiebat, decernunt esse alienum ab Ecclesia. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ensis aquatur, mors quoque nobis acerba afferatur, immò verò, si fieri possit, pro vna innumerabiles: nos verò numquam prodemus veram religionem; neque ea, quæ rectè placuerunt Patribus, ea abrogando, probro afficiemus. Testes sint eorum sudores, quos pro fide susceperunt, & multæ dimicationes: sed ea manebunt firma & immobilia & apud nos, & apud eos, quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, quæ superat omnem mentem, sit custos & dux tua potentiæ.

XXXI. *Cùm hanc Imperator accepisset epistolam, remittens & vim afferre & conari persuadere, se potiùs submittens, aggressus est se de his excusare, eorum accusabatur; & sic composuit epistolam:*

ANASTASII IMP. EPISTOLA AD THEODOSIVM.

Huius innouationis, ô homo Dei, nos non sumus auctores. Testem confidenter inuocamus qui omnia cernit, Dei oculum. Sed ab illis oritur hic motus, quos plus, quàm alij oportebat hæc honorare silentio. Nunc autem cupientes singuli primi videri & dicendi facultate & dignitate, se ipsos seruunt, & nos ad se inuicem attrahunt. Quid nos ergo aliud oportet facere, quàm dum ij mouentur, nos non simul moueri, sed quietem amplecti; vt sic persuadere possimus eis, qui hæc mouere statuerint, dimissa tali contentione, vnà nobiscum quiescere?

XXXII. *Omnino enim tuam non latet pietatem, quòd quidam monachi & clerici, qui rectam fidei sibi vendicant sententiam, hæc mouere scandala, se ipsos (vt diximus) studentes ostendere primas obtinere partes in harum rerum cognitione, & quòd misterium & fidem in ore suo circumferant. Quæ quidem cùm non possint comprehendi ab hominibus, nihil aliud, quàm illos mendaces ostendunt & sycophantæ. Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eò quòd existimemus mysterium non esse mysterium, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdis nugis; & condemnamus eos, qui nos docuerunt Deum fide & mysterio colere. Vos ergo nunc quoque oportet, si vmquam, orare pro Ecclesia, vt nos benignus Deus oculis aspiciat, & pacem suis conciliet Ecclesiis, quæ tam malè sunt*

diuisa propter studia ipsorum Præsulum. Quæ autem à nobis missæ sunt eulogiæ, nobis admodum libenter ostensæ sunt. Nostrum autem qualesue institutum, annunciabunt pij monachi, qui à vobis missi sunt. Et hoc quidem modo se habuit epistola. Vidiit planè Saul aliquando prophetantem: sed sicut eum euestigiò malus aggressus est spiritus, ita planè exagitat Anastasium mentis delirium, & ex malo dæmone immissa phrenesis alienas è mente hominem, vana, fatua, atque blasphema loqui ac furere penitùs impulit. Declarant hæc quidem, quæ de eodem Imperatore auctor pòst subdit, vbi primùm hæc ait:

XXXIII. DVRIVM IVRIT ANASTAS. IMP.

Sed qui hæc quidem scripserat Imperator, & tunc de furore paululum remiserat, & bellum quod aduersùs rectam opinionem vel suum caput potiùs gerebat, repressérat: non multo interiecto spatio, grauis subit pœnitentia, & perinde ac si eum pœniteret, quòd omnino parum esse pius statuisset, & se facilitatis nimiæ condemnaret, ad priora ecit reuersus. Difficile enim est (vt in prouerbio est) asinum confricantem auertere. Rursum ergo edicta adducit suspectarem, rursusq; hic egregius martyr citra sanguinem: siquidem considerandæ est voluntas, & non rerum exitus. Nam cùm omnes essent planè consilij inopes & dubij, quid agerent: & alij quidem blasphemiam defenderent, alij autem vererentur vel solummodò contraducere, fortasse autem etiam hac in re communi patri diuinæ libertate cederent, & veluti ducis signum expectarent: tunc euadit manifestum, qualuetiam senectus, quando zelo confirmatur, se fortiter & inuenilitergerit aduersùs ea, quæ pro bono & honesto suscipiuntur pericula. Contemptis enim illis scriptis & decretis, minis, innumerabilibus, turbis, quæ Imperatorem & Deum ex aquo reuerebatur, multitudis, quæ eos obsernarent, quiessent tale quid dicturi: illis omnibus contemptis tamquam vanis strepitibus, & dicens non esse suum, sed puerorum talia horrere tonitrua, leonis suscipiens impetum, cùm Dei templum esset ingressus, & suggestum conscendisset, in quo solent legere sacerdotes, manu populo significans silentium: SI QVIS, inquit, QVATVOR SANCTAS SYNODOS NON TANTI ESSE EXISTIMAT, QVANTI QVATVOR EVANGELIA, SIT ANATHEMA.

THEODOMAGNIS ANIMIS VERITATEM PROPVGNAT.

XXXIV. CIRCVIT THEODOSIVS REGIONES, ARMAT OMNES PRO FIDE TVENDA.

Hæc cùm dixisset, & tamquam Angelus populum adduxisset in admirationem, & vocem omnibus ademisset præmiraculi magnitudine, per silentium procedit per medium eorum tamquam dormientium & existimantium se in somnio videre, non autem verè id, quod siebat. Et fuit hoc quidem viri stratagema, ex quo dictas quoque sanctas Synodos in sacris Diptychis collocare statuerunt. Cùm post hæc autem nonnihil esset cunctatus, & nec parum quidem subtristisset, obijt ciuitates, quæ erant circum circa, discipulos & alios suos excitatores ex solitudine, veluti quidam dux exercitûs eos, qui sub se erant, inducens, primùm canos, primùm etiam ostendens promptum animi studium, omnes obiens, factus omnia omnibus, certiores reddens eos, qui dubitabant; adhuc confirmans eos, qui erant stabiles; eos excitans, qui erant socordiores; eorum, qui erant prompti & alacres animi studio, angens diligentiam; addens animum his, qui extimescebant; adhortans eos, qui decertabant; terrens aduersarios, quòd tam esset magno & generoso animo, vt aditum non pateret aduersùs: medicina celeritate omnem morbum preueniens: docens omnes, quòd Dei Verbum esset quidem idem simul Deus & homo, vna autem hypostasis, siue persona, vtramque eorum habens naturam, diuinitatem scilicèt & humanitatem.

XXXV. VANA HÆRETICORVM DELIRAMENTA.

Ad ea autem, quæ dicta sunt, probanda, adduxit illam sanctam Synodum œcumenicam, nempe Chalcedonensem, quæ ipsa quidem de Christo sic agit: & ea ratione effingit declinationes hæreticorum, quæ sunt in vtramque partem. Nam ea, inquit, quòd vnam confiteatur personam, repellit impiam Nestorij hæresin: eò autem, quòd non neget duas naturas, Eutychetis & Dioscori magis impiam exturbat hæresin: neque similiter vt Nestorius, Christum vnum diuidens in duos Filios & hypostases, neque similiter vt Eutyches & Dioscorus, & etiam Severus, in vnam confundens naturam, vnius scilicet Christi diuinitatem & humanitatem: Nam plus quàm par sit, habet vnusquisque eorum, vnus quidem fugiens diuisionem, alter verò contractionem, & paulò pòst de Theopaschitis: Eutyches autem & Dioscorus, & etiam Severus, qui seu nuper adiunxit, & impietatis elegit esse particeps, vt qui vellent absurdissimam Nestorij tollere diuisionem, malum malo medicantur; & ipsi quoque rursum stultè audent introducere confusionem, vnam & eamdem nominantes naturam diuinitatis & humanitatis, ad passionem (quantum ad eos attinebat) non verentes adducere impassibilem diuinitatem: sic enim ex eorum sententia vna est Christi natura, si autem est re verà Deus & homo, fuit ergo diuinitas mortis quoque particeps. Sed scelerata hæc ora obstruantur, & mali malè cum suo pereant dogmatibus. & pòst nonnulla ad Catholicam veritatem probandam sapienter adducta, ista ad postremum auctor

XXXVI.

Hæc ergo & his similia docens ille linguâ liberâ, & quam acuerat consideuter loquendi audacia, quoniam Imperatorem magis ad iram prouocauerat, ab eo perpetuò damnatur exilio: ab eo, inquam, qui iam ineuitabilem suam exterminationem, & quæ hinc erat futura, venientem ignorabat migrationem. Subdit autem de ipsius Imperatoris repentino obitu, de quo nobis suo loco dicendum. Hactenùs certamen magni Theodosij, quem vita Angelis haud impar, & in editione signorum ac propugnatione Catholicæ veritatis Apostolis comparanda mirificè nobilitauit. Ita planè decuit præconem veritatis huiusce modi confessionis insignibus decorari; quò etiam cœcis fieret luce clarissima manifestum, quanam in parte, Seueri ne pseudomonachi, millieſque sacrilegi; an verò Theodosij vitâ sanctissimi atque miraculis celeberrimi fidei veritas esset; cùm alioqui plurimi hoc tempore viuerent Theodosio Sancti meritis impares viri præclarissimi, eiusdem Catholicæ fidei assertores atque propugnatores, vt inter alios Ioannes Silentiarius atque Sabas, & qui sub eo militabant præstantissimi monachi & anachoretæ. Quinam autem fuerint his temporibus ipsius Sabæ in fide Catholica defendenda labores, dicemus anno sequenti: sed & de Theodosio inferiùs agendi occasio frequens erit.

IESV CHRISTI
Annus 512.

SYMMACHI PAP. Annus 14. ANASTAS. IMP. 22. THEODOR. REG. 20.

AD sequentem annum Domini quingentesimum duodecimum indicandum Consules dant Fasti Paulum & Muscianum: quo ob defensionem Catholicæ fidei populus Constantinopolitanus aduersùs impium Anastasium Imperatorem insurrexit, quæ autem ab eo patrata fuerint, Marcellinus sub eisdem Consulibus sic breuiter recitat: *Die Dominico, dum iubente Anastasio Cæsare, per Platonem in Ecclesia pulpito insisteretur in hymnum Trinitati Theopaschitarum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosq; præcones clamoribus obiurgantes, in eiusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, deductiq; in carceres peterunt.*

I. CONATVS ANASTASII CONTRA PIETATEM.

Altera nihilominùs die in atrio sanctæ Theodosij maiori cede pro fide vnica percussi sunt. Quapropter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est, octauo Idus Nouembris (in qua die memoria cineris diuini totam Europam regentis quod Byzantium celebratur) in forum cum constantia vndique conflunt: quorum alij quidem, ceteris die nonisq; hymnum Trinitati Christo Deo psallentibus, totam peragrant ciuitatem, & Anastasium Cæsarem monastico habitu offectantes ferro flammisq; interimunt: alij claues portarum, omniaq; signa militaria ad forum, quo religionis castra metati fuerant, deferunt; ibique, Anastasio Cæsare in Processibus degente, Areobindam sibi Imperatorem fieri clamitant: imaginibusq; deinde, statuisq; Anastasij in terram deiectis, Celerem, & Patricium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, tactis pluuis instar lapidibus, repulerunt, domibus Marini & Pompeij succensis. In Circum ad Anastasium venientes, & ante eius solium consistentes, hymnum Trinitatis in xta morem Catholicum concinentes: coruscisq; Euangelium, Crucemq; Christi ferentes, è foro plurimi conuenerunt, Marinum, Platonemq; prauitatis eius auctores ferro subijci debere conclamantes. Hos clues Anastasius Cæsar, solitus perunctis, simulatisq; vocibus sæpè factarum cunctapromittens, tertio die, ex quo in forum aduenerat, sine vllo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare.

II. POPVLVS CONSTANTINOP. PVNITVR.

III. SYNODVS IN SIDONE.

Porrò redintegrata Anastasij prauitate, infamem & irridendam Synodum apud Sidonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula

nomina præponuntur) octoginta fermè perfidorum Episcopi congregatis aduersus Orthodoxorum Episcopos, fieri Imperauit. Flauianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha, & Ioannes Paltensium Pontifex, quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerunt, in castellum: quod Petra dicitur, exules missi sunt: ibi Flauianus confessor Christi in Domino requieuit; Ioannem Iustinus Augustus mox Imperator factus reuocauit. hactenùs de his Marcellinus, qui à rebus hoc anno gestis exordiens, vt totam rei gestæ periodum clauderet, quæ posteriori quoque tempore sunt facta, coniunxit. Nos verò ex more singula singulis reddentes annis, quid hoc gestum sit anno, modò oratione potissimum prosequemur.

IV. DE MONACHIS HÆRETICIS OCCISIS.

Rebus autem gestis hoc anno Cedrenus post illatas à populo contumelias in Imperatorem & domos incensas hæc addit: *Monachum* (inquit) *in mansione S. Philippi prope cisternam S. Mocij inclusum, quod Imperatori in carum erat, necare, capiteq; eius hastæ affixo, clamore: Hic est amicus hostis sanctæ Trinitatis. Et monachum, quam Imperator maximi faciebat, iugulare, caduer virumque raptare, & in Studij mansione cremare. His perterritus Imperator, hæresim aliquantisper deseruit.* hæc auctor. Porrò has turbas Constantinopolitanas nunquam sedatas esse, sed singulis fermè annis, quos vixit Anastasius, integritas, quæ sequentibus annis Marcellinus sub vniuscuiusque anni Consulibus tradit, apertè declarant.

V. DE TEMPORE SYNODI SIDONIÆ.

Quòd verò Synodum Sidone in Palæstina celebratam hoc anno referunt, eò quòd sub anni huius Consulibus Marcellinus eiusdem meminerit: antequàm de ipsa agamus, dicendum nobis erit de sancti Sabæ legatione ab Elia Hierosolymorum Episcopo missa ad Anastasium Imperatorem, quam hoc ipso anno contigisse, inde haud dubium deducitur argumentum, quòd cùm Cyrillus rerum omnium inspector & scriptor testetur ipsum Sabam cum socijs eâ fungentem legatione fuisse ætatis annorum septuagintatrium, idemque tradat ipsum natum sub decimoseptimo Consulatu Theodosij Imperatoris, qui est annus Domini quadringentesimus trigesimusnonus; planè hoc anno ipsum id muneris obijsse reperies. At licet vulgatus Latinus codex, septuaginta, tantùm dicat: Græcum Vaticanum habes, quem consulas, de septuagintatribus: quod & certa ratio apertè etiam demonstrat, dum auctor ait ea contigisse, cùm iam electo Macedonio subrogatus fuerat Timotheus Episcopus Constantinopolitanus. Hæc de tempore exactè discussimus, vt rerum gestarum series sicut certior, ita & facilior disponatur.

LEGATIONIS SABÆ TEMPVS ET CAVSA.

VI. *præcessit

Quòd verò ad eamdem legationem pertinet, eius mittendæ occasio inde procellit*, quòd cùm iam vbique locorum diuulgatum esset acre certamen ab ipso Anastasio Imperatore aduersus fidem Catholicam instauratam, pulsumque esse Constantinopoli eiusdem patronum Macedonium ipsius ciuitatis Antistitem: iamque odorarentur ipse Elias Hierosolymorum Episcopus eamdem impiorum pugnam Imperatorijs viribus auctam in omnes Orthodoxos Episcopos Orientis in exterminium totius Catholicæ fidei progressuram: ad imminentia mala hæc auertenda, idem Antistes Elias anteuertere potuit legatione sanctissimi viri Sabæ & sociorum, de quibus plura superiùs. Describemus nos hîc eandem legationem memoriâ quidem dignam ab ipso Cyrillo narratam.

VII. ELIAS EPISC. HIEROSOL. CONFESSOR FIDEI CATHOLICÆ.

Sed antè Timothei hæretici Episcopi Constantinopolitani artes in concilianda sibi diuersorum tum præsentium, tum absentium communione sunt propalandæ. Quæ enim vidimus vitâ turpissimum anno superiori, simulac sedem eius Ecclesiæ nactus est, ad aucupandam communionem Studitarum monachorum, vt eorumdem consecraret Antistitem, nullo negotio professionem edidisse Catholicam, Synodumque probasse Chalcedonensem; ijsdem artibus tum Antiochenum Episcopum Flauianũ, tum Eliam sibi editione Catholicæ professionis coniungere conatus est; quod & facile est cõsecutus. Verùm cùm postea ab hæreticis tentaretur Elias, vt damnaret Chalcedonense Concilium, tantùm abest, vt ipse acquieuerit, vt editâ fidei professione, se defensorem decretorum eiusdẽ sanctæ Synodi præstiterit. His illi grauiter offensi, dolo agentes, falsam produnt Eliæ nomine fidei confessionem, quâ damnabatur ipsum Chalcedonense Concilium. Hæc quidem omnino ita se habuisse, monachi Palæstinæ scriptâ epistolâ ad Alcysonem Episcopum manifestè testati sunt: reddemus eam inferiùs suo loco.

VIII.

Accidit autem, vt eam ab Euagrio editam monachorum Palæstinæ epistolam cum Theodorus Lector minimè compertam haberet, inciderit in illam ab hæreticis Eliæ nomine scriptam falsam fidei professionem; & verè esse Eliæ existimans, eum in errorem esse lapsum incautè nimis scriptis prodiderit, atque de ipso sanctissimo viro nimis sit indignè locutus. Quòd si perquisisset priorem illam Catholicè scriptam ad hæreticos eam exigentes, vel quam posteriorem dedit, cùm se calumniam passim in falsæ editione epistolæ conclamauit, seque verè esse Catholicum demonstrauit; nequaquam hæc, quæ sequuntur, de eo locutus esset, cùm ait:

IX.

Eliæ Hierosolymorum Episcopo mandauit Imperator, vt Synodum Episcoporum, quos sub se habebat, colligeret (nempe Sidone Synodum congregaret) *& Quartam Synodum condemnaret. Elias verò Synodum quidem non congregauit; ipse verò solum Nestorium, Eutychetem, Diodorum, & Theodorum, & Synodum Chalcedonensem anathemate condemnauit.* hæc ipse, sed planè deceptus (vt dictum est) ex falsò adscripta Eliæ compositâ ab hæreticis fidei professione: quantum autem idem pollere fide Catholica, quæ dicemus de eodem sæpè inferiùs faciet manifestum; cùm huius rei causâ, ad auertendum nimirum Imperatorem à praua sententia, quam in Orthodoxos conceperat, missum esse ab ipso Elia Sabam, quæ referre aggredimur ex Cyrillo, demonstrant. sunt hæc eius verba[a]:

[a] Vitæ apud Surium 20. 6. die, Decemb.

X. MITTITVR SABAS CVM ALIIS LEGATVS AD IMP.

Studium autem & curam ponebat Anastasius Imperator, vt Flauianus & Elias assentirentur Timotheo: Illi verò Timothei quidem susceperunt communionem, vtpotè quod ipse quoque conueniret verbo rectæ fidei: Macedonij autem admodum egrè ferebant exterminationem, vt quæ non tam iure ac legibus, quàm vi & potestate fuissent facta. Hoc aduersus ambos magno furore commouet Imperatorem, & efficitur Ecclesiis causa magnæ tempestatis. Quod quidem cùm nescio, vndenescisset Elias, qui Palæstinæ præerat Ecclesiæ missis legatis, diligenter agit de reconciliatione: Legati autem erant & multi alij Patres, & ipse Sabas (cuius nunc vitæ est argumentum nostræ huius orationis) iam septuagintatres annos natus. Præterea verò mittit etiam Elias, epistolam, in qua hæc scripserat:

*septuaginta

XI. LITTERÆ ELIÆ AD IMP.

Habitatores eremi, & Sabam cum eis, qui est caput eremi, ad tuam potentiam mittimus legatos pro Ecclesiis. Tu verò eorum laborem reueritus, & eos, qui sunt in Deo sudores, ô Imperator, fac vt cesset bellum aduersus Ecclesias, vt ne finas malum progredi viterius. Scimus enim tibi curæ esse, vt eas agas, quæ Deo grata sunt, qui tibi concessit diadema. hactenùs Elias ad Anastasium Imperatorem: quæ autem ista secuta sint, idem Cyrillus ita narrare pergit:

XII. LEGATI AD ELIA PERVENIVNT CONSTANTINOPOLIM.

Cùm hi ergo diuini Patres iam ingressi essent viam, quæ ferebat ad Imperatorem, erat Sidone quædam Synodus Episcoporum Orientis & Palæstina tunc congregata aduersus Flauianum & Eliam, quæ prætextum quidem habebat iussa Imperatoris: acceperat autem duces Sotherichum Cæsareæ Cappadociæ, & Philoxenum Hierapolis Episcopum, qui Chalcedonensem Synodum abrogantes, Eutychetis & Dioscori studebant confirmare dogmata. Cùm ergo legati venissent Constantinopolim, arcana, & quæ comprehendi non potest Dei sapientia, quæ eminùs rerum magnarum præbet occasiones, & ijs, qui cùm glorificant, semper aliquam tribuit gloriam, hîc quoque certo consilio aliquid gerit, per quod beatum Sabam, qui indutus erat cilicio & vili habitu amictus, omni Imperatoriâ purpurâ reddit splendidiorem, & eam, quæ in eo habitabat, aperit gratiam Spiritus, quæ opposita erat multis velis moderationis & humilitatis.

XIII. REFELLITVR S. SABAS AB INGRESSV.

Nam cùm ij, qui cum eo erant, deducerentur ad Imperatorem, & fuissent iam omnes intra aulam Imperatoriam: ille solus à custodibus arcetur ab ingressu, seu propter vilissimam & contritam tunicam, seu Deo potiùs eum sic volente facere insignem & gloriosum. Cùm illos ergo benignè esset intuitus Imperator, & ea dixisset, quæ dici solent in aduentu, & deinde perquireret, quisnam esset is, qui erat præcipuè in litteris positus Sabbas: cùm monachi autem in om-

partem circumcurrerent (neque enim sciebant, quonam modo ille esset ab eis disiunctus, & vbinam manisset) statimq; cum Imperatoris satellitibus ad eum quacrendum quoquo versus ibirent: inuenitur stans in quodam angulo ante aditum Regiæ, & psalmos canens Dauidicos. Cùm illinc ergo eum diripuissent satellites, & per Regiam eum festinanter introduxerent: cùm iam esset ascensurus lumen, vbi præsidebat Imperator; vidit ille circa eum insignem quandam planè admirabilem visionem, non vt qui dignus esset talia videre, sed vt ei fieret manifestum, quantum honorem sit Sabas apud Deum consecutus.

XIV. QVID DIVINITVS DE SABA OSTENSVM ANASTASIO IMP.

Visio autem erat huiusmodi: Quidam specie angelicus, veste splendidus eum in orbem circumiens, & ingressus illum præcedens. Hæc cùm vidisset Imperator, & virum verè esse diuinum cognouisset; & ei assurgit, seque in eum ostendit valde officiosum, & magno eum habet in honore. Deinde iussit omnes sedere: reverà enim erat ei magna in monachos reuerentia, etsi quidam scelerati efficerent, vt conturbaret rectam fidei rationem. Aures ergo præbens omnibus, iussit, vt vnusquisque diceret, de quo vellet. Illi autem veluti obliti communis Ecclesiarum legationis, & cuius causâ missi fuerant, vnusquisque propriam proponebat petitionem. Imperator verò cùm eorum postulata benignè concedens, quæ volebant, impleuisset; quoniã petentibus omnibus silebat Sabas, nec omnino quicquam rogabat; ad eum vultum conuertens Imperator: Tibi autem, ô Pater, inquit, quid sibi vult tantus labor itineris, cùm nihil omnino nec roges, nec postules?

XV. PETITIO SABÆ.

Ad hæc ille respondens: Hæc de causa (inquit) veni, ô Imperator: primùm quidem, vt tuam adorem pietatem, donec sum adhuc in hoc corpore: deinde vt rogem pro sancta Dei ciuitate, & eo, qui illic est perfectus, vt nullam tua potentia subeat indignationem, sed pax concilietur potiùs Ecclesiis: ita enim & ipse Deum habebis propitium, & tibi præclaras præbebit victorias aduersus inimicos. Eius ergo libertatem admiratus Imperator, & quòd nihil peteret ex terrenis & ijs, qui ad victum pertinent, sed quæ ferunt ad Dei cultum & Ecclesiæ constitutionem, alijsquidem concessit, vt recederent, ei autem largitur munus mille aureorum, dicens ea distribuenda esse monasterijs, quæ fuerunt ab ipso constituta; & simul iussit eum manere, statuens, vt ad se posset ingredi citra vllum impedimentum.

XVI. TESTIMONIVM IMPERAT. DE ELIÆ MAGNA CONSTANTIA.

Cùm verò non sustineret sedare iram, quam iampridem comeperat aduersus Palæstinæ Pontificem, aliquando dicit magno Sabæ: Qui vellet præesse Ecclesiæ, ô venerande Pater, nos (vt videtur) magnæ damnauis leuitatis, non solùm Synodi Chalcedonensis susceptæ patrocinium, quæ eo: firmauit dogma Nestorij, sed etiam effecit, vt Flauianus Pontifex Antiochenus eamdem etiam viam iueret; & nunc solùm resistit Synodo Sidonæ congregatæ Flauiano consentiens, vt non feriantur anathemate, qui improbè tutantur dogmata Nestorij. Vnde etiam nos putans Indifficari, per epistolas nostri iussu fert leges contrarias, subens ejici qui quid in nostram fidem sentitur recens excogitatum. Sed non amplius tali vsi trâ fruetur lenitate. Sed ecce decernimus (vt vides) illum quidem sede expelli, eius autem loco eum suffici, qui sit dignè profuturus Ecclesiæ: quoniam non conuenit sacra illa loca profanari sceleratis decretis Nestorij. Intelligis, lector, qualenam, quantumve testimonium de Eliæ fide Catholica & eius patrocinio proferatur ab hæretico Imperatore ad confutandum eos, qui improbè eumdem Eliam fugillant proditæ veritatis? Accipis præterea, quomodò iusto quodam prætextu impugnandæ hæresis Nestorianæ prælia excitata fuerunt ab Eutychianis aduersus Synodum Chalcedonensem? Sed pergit auctor:

XVII. SEDAT IRAM IMPERATORIS SABÆ.

Hæc cùm dixisset Imperator, & adeò grauis irâ ferretur in Eliam, incipiens diuinus Sabas Eliam defendere Patriarcham, eius iram ita compressit, vt non solùm illam latam rescinderet sententiam, sed etiam Patriarcha magis caueret, & iuberet eum de cætero remanere sedem minimè auferendam. Illinc autem cùm ad Imperatricem veniisset Ariadnam, eam misericordem rogauit, vt patris Leonis tueretur sententiam, vt leges conseruaret pietatis. Hinc exercitatorem, Sabam videlicet, subijt amor vehementior quietis & silentij, & valde desiderabat reditum. Quoniam verò mentis eius tempus minimè congruebat (tunc enim vigebat hiems) statuit verbanos tumultus in præsentia declinare: & egressus in quemdam locum non procul ab vrbe remotum, qui dicebatur Suburbanum Russini, hiemauit illic reliquo tempore.

XVIII. *Quem quidem in locum & alij quidam ad ipsum ventitabant, maximè autem Valentiniani Imp. neptis Iuliana, & Pompeij coniunx Anastasia, quæ in hodiernum vsque diem floret multis rectè factis in monte Oliuarum. Cùm post hæc autem ver aduenisset, ille quidem, qui iam diu teneretur magno amore quietis & silentij, paratus erat de cætero proficisci in solitudinem.* hactenùs Cyrillus de priori sancti Sabæ legatione ad Anastasium Imperatorem: quando autem contigerit posteriorem obire, suo loco dicetur. Meminit huius legationis, de qua est sermo, Nicephorus [a], idemque recitat dictam epistolam ab Elia ad Imperatorem conscriptam. Sic planè factum est, vt veluti miraculo magno, torrens exuberans furore Imperatoris in Catholicæ Ecclesiæ campos effusus, fuerit humilis Sabæ virtute repressus, & ad tempus saltem instar Iordanis in Arcæ transitu retrorsum citò conuersus. [a] Niceph. lib. 16. c. 32.

XIX. Iam verò de ipso pseudoconsilio Sidone in Palæstina iussu Anastasij ab hæreticis congregato instituamus orationem. Fuit quidem illud synagoga malignantium conuenientium aduersus Dominum & aduersus Christum eius, nempe ab Imperatore hæretico Concilium indictum, ab hæreticis Episcopis celebratum, & ad hoc ipsum, vt quod luceret in Ecclesia Antiochena & Hierosolymis lumine Catholicæ fidei penitùs extincto, tenebris vniuersus Orients erroris obduceus, pulso vnà cum fide Catholica Christo lucevera, in dominium redigeretur principis tenebrarum.

XX. Quid autem præterierint Eutychiani & Acephali contra Flauianum atque Eliam, vt aliquibus saltem colotibus eos è sede eijcerent, primò dicendum est ex epistola monachorum Palæstinæ ad Alcysonem ea scribentium, remque paulò altiùs repetentium. At Alcyson iste, ad quem scribunt monachi Palæstini, fuit in Illyrico Episcopus Nicopolitanus Catholicæ fidei possessor, de quo suo loco agendum erit. Epistola autem illorum sic se habet [b]: [b] Euagr. lib. 3. c. 33.

XXI. EPISTOLA MONACHORVM PALÆSTINÆ AD ALCYSONEM.

Cùm Petrus exiuisset de vita, Alexandria, Ægyptus, & Libya inter se denuò dissidere cœperunt, reliquaque partes versus Orientem cogerse ipsæ digladiari; quam quidem Ecclesiæ versus Occidentem non aliâ conditione cum illis communicare volebant, nisi prater Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, etiam Petrum cognomento Mogum & Acacium anathemati addicerent. Itaque, cum Ecclesia totus Orbis terrarum hoc loco erant constituta, fautores Dioscori & Eutychetis fugæ ad minimum planè numerum redacti. At cùm parum abesset, quin fussent funditùs è terra sublati, adeò vt non amplius inter homines versarentur; Xenaias quidam (qui & dictus est Philoxenus Episcopus Hierapolitanus) à Deore verâ ξένος, id est, peregrinus, nescio quid apud animũ proponens, aut quas inimicitias contra Flauianum susceptas vlcisci cupiens, simulatâ fidei specie (vti multi prædicant) hominum animos aduersus eum concitare, eique, tanquam Nestoriano obtrectare cœpit.

XXII. HÆRETICI PELAGIANÆ FLAVIANVM EPISCOPVM ANTIOCHENVM.

Atcùm Nestoriorum cum eius errore Flauianus Antiochenus Episcopus anathema indixisset: ex illo digressus, ad Dioscorum, & Theodorum, & Theodoritum, & Ibam, & Cyrum, & Eutherium, & Ioannem, & ad alios nescio quos, neque vnde collectos transiit: quorum alij re verâ Nestorij doctrinam tuebantur; alij quoniam eiusdem doctrinæ in suspicionem venirant, Nestorium anathimate damnabant, inque Ecclesia communione conquiescebant. Istos omnes (inquit Xenaias) Nestorij oleutes hæresim nisi anathemate damnauerit, tu ipse Nestorij erroris fautor videberis, etiam si cum sua doctrina & opinione millies anathema ediderit. Idem porrò Xenaias per litteras cùm eos, qui Dioscori errorem sequebantur, tum hæresis Eutychianæ patronos remmouit, per suasit, vt ipsi contra Flauianum subsidio essent; non tamen Concilium, sed personas dumtaxat, de quibus ante dictum est, anathemate damnari postularent.

XXIII. FLAVIANVS IN QVIBVS CESSIT PERSECVTORIBVS.

Quibus cùm Flauianus Episcopus diu restitisset (quomodò enim damnare ex eis aliquos à Chalcedonensi Synodo absolutos? alique se cum Xenaia contra eum coniunxissent, & Eleusinus Episcopus vrbis cuiusdam Cappadociæ Minoris, & Niciæ Episcopus Laudicea, quæ est in Syria, & ex alijs locis alij (quorum criminationes, quas computatione nimis abiectâ adducti Flauiano inferebant, non est nostrum, sed aliorum certè commemorare) tandem Flauianus ratus illos propter hos, quibus anathema denunciari cupiebant, placatos fore, cessit eorum contentioni: ac

cùm scripto personas illas anathemate damnasset, scripsit ad Imperatorem: etenim animum eius isti contra Flavianum, vtpotè opinionis Nestorij patrocinium suscipientem, commouerant. Neque his rebus contentus Xenaias, poscebat donùò à Flaviano, vt tum Concilium ipsum, Chalcedonense videlicet, tum eos, qui duas naturas in Domino esse dixerunt, carnis alteram, alteram diuinitatis, anathematis addiceret. Quem eius postulationi neutiquam obsequentem, rursus vt Nestorianum accusat.

XXIV. ARTES HÆRETICORVM SENSIM AD IMPIETATEM PERTRAHERE.

Considerâsti, lector, progressus hæreticorum, è licitis ad illicita, ac deniqut ad impia perducentium? Iustum namque erat, quod primùm Xenaias à Flaviano petierat, vt quo se purgaret omni carere culpâ Nestorianæ hæresis, Nestorio ipsi diceret anathema: quod cùm præstitisset, vt se etiam suspicione quâlibet liberaret eiusdem erroris, eo iubetur damnare, qui aliquando eadem quoq; suspicione laborâssent, eos pariter condemnando, quos Chalcedonense Concilium absoluisset. At cùm ita se penitùs præcipitem agi in apostasiam Flavianus licèt sero sensisset, motum continuit pedem, renuitque omnino præstare, quod ab ipso impius extorquebat.

XXV. FLAVIANVS RENVIT ILLIS CONSENTIRE.

Sed alias atque alias veteratorum strophas, quas idem monachi Palæstini subdunt in eadem epistola, cùm agunt de eodem Flaviano Episcopo Antiocheno: *Postremò* (inquiunt) *cùm de his rebus vehementer certatum esset, & Patriarchæ Flaviano formulam fidei edidisset, in qua ingenuè fatebatur Concilium, quantum ad abdicationem Nestorij & Eutychetis attinebat, approbandum esse: at quantum ad decisionem & doctrinam fidei non item: rursum illum & subdolè & latenter errori Nestorij patrocinantem, se adoraturos minantur, nisi tum Concilio ipsi, tum illis, qui duas naturas in Domino esse dixerunt, alteram carnis, diuinitatis alteram, anathema denunciare vellet. quod penitùs abnuit facere Flavianus.* Verùm cùm sic experti essent, frustra sollius pertentasse constantiam, alios Episcopos debiles atque nutantes in suam ipsorum sententiam conati sunt impij captiuos abducere. At quinam hi fuerint, his docent verbis in eadem epistola ijdem sancti Patres:

XXVI. QVID HÆRETICI MOLIVNTVR IN ELIAM EPISCOPVM HIEROSOL.

Ifauros prætereà verborum fuco & fallacijs in suam portrahunt sententiam, formulamq; fidei componunt, in qua Concilium cum illis, qui duas in Domino esse naturas dixerunt, anathemati abdicunt: & ad extremum se separant à Flaviano & Macedonio, & ad alios, qui formulæ illi subscribebant, aggregant. Interea etiam postulant ab Episcopo Hierosolymitano, vt formulam fidei scriptis prodat: Quam cùm edidisset, per Dioscori sectatores mittit ad Imperatorem. Quam fidei formulam illi tandem probarunt? illam nempe, in qua iam tum comprehensum fuit eos anathemate damnatos, qui duas in Domino naturas esse asserebant. Attamen ipse Episcopus Hierosolymitanus, eam ab illis deprauatam constanter affirmans, aliam in medium producit, in qua nullum tale continebatur anathema. Nec planè mirum. Et enim sanctorum Patrum libros sæpè deprauarunt, multosq; Apollinarij libros Athanasio, Gregorio cognomento Thaumaturgo; id est, quæ eximia edebat miracula, & Iulio, inscriptionibus commutatis, attribuerunt, quibus quidem libris plurimos in suum errorem induxerunt. At qui ista de Elia finxerunt, de Macedonio quæ excogitarint, audi.

XXVII. NOMINE MACEDONII HÆRESIM PROMVLGANT.

Poposcerunt (inquiunt) *etiam formulam fidei à Macedonio scriptis mandatam: qui fidem trecentorum decem & octo Nicææ olim, & centum quinquaginta etiam Constantinopoli connocatorum solum se nosse, asseueranter affirmauit; atque Nestorio & Eutycheti, & ijs, qui duos Filios aut Christos esse statuunt, aut duas naturas diuidunt, indixit anathema: & tamen nec Concilij Ephesini, quo abdicatus fuit Nestorius, nec Chalcedonensis, quod abdicauit Eutychetem, vllam mentionem fecit. Qua de re monachi Constantinopolitani grauiter commoti, se à Macedonio Episcopo separant.* hæc illi in Macedonium: quæ falsitas vel vtio illo satis refelli poterat argumento, quòd ob defensionem rectorum dogmatum, quodque in omnibus perfidiæ Imperatoris & aliorum hæreticorum aduersarium se exhibuerit idem Macedonius, in exilium pulsus est. atque vsque ad obitum throno suo caruit. Sed subdunt hæc ad postremum:

XXVIII *Interim Xenaias & Dioscorus ille Iunior cum multos Episcopos sibi adiunctos haberent, adeò molesti fuêre illis, qui anathema nolebant denunciare his, quibus ipsi anathemata denunciari cupiebant, vt intolerabiles & non ferendi viderentur; quorum nonnullos, cùm cedere nollent, per fallaciam exilio mulctandos curârunt. Ad hunc modum igitur Macedonium, Ioannes Episcopus Palti, & Flavianus solum vertere coacti sunt.* sed non vna sententia: Macedonius enim antè, alij duo ex Conciliabulo ab ipsis Sidone habito: quod quidem supplicium ne & ipse Elias Hierosolymorum Episcopus subire pariter cogeretur, per Sabæ Abbatis legationem ad Imperatorem præmissam (vt vidimus) anteuerit: licèt ad postremum & ipse ab impijs eadem sit pœna effectus, vt suo loco patebit. At ne ipse quidem Flavianus simulac Sidone ab impijs damnatus fuit, plus est sede, & eiectus in exilium: nam deprecatum ipsum ab Imperatore fuisse indulgentiam, Cyrillus affirmat, cùm de Mamante hæretico & alijs à Sancto Saba ad fidem Catholicam conuersis eiusmodi habet orationem[a]:

DECERNVNTVR EXILIA CONFESSORIBVS.

[a] Cyrill. in Vita S. Sabæ, apud Sur. to. 6. die 5. Dec.

Diuinus autem Sabas Mamantem quoque quemdam, qui præerat monachis in Eleutheropoli, qui laborabat morbo Seueri, & prius quidem apud tribunal Imperatoris liberè & cum magna confidentia locutus erat aduersus fidem Orthodoxam, postea vero ab ipso Seuero vehementer dissensit: hunc ipsum Sabas assumens Hierosolytham ab acerba illa hæresi blandis verbis abduxit, & vt Eliæ adiungeretur, efficit. Deinde multos quoque alios hæreticos suo exemplo Mamas illaqueat, & deducit ad fidem Orthodoxam. Venit autem deinceps oratio ad id, quod fuit caput certaminum, quæ suscepit Sabas pro rectâ in fide sententia. Iam enim Soterichus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, & *Philoxenus* Episcopus Hierapolis, idemque qui suprà Xenaias, *cùm suis improbè ascendissent in Sidona, vt anathemati quidem subjicerent Chalcedonense Synodum, Flavianum autem & Eliam de sedeponerent: sed illis ea, quæ in se struebantur, insidias, supplicibus litteris missis ad Imperatorem, tuno quidem depulerunt.* Qui autem in hoc conuenticulo hæreticorum primum locum visus est optinere ipse Soterichus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ (vt tradit de eo Anastasius Bibliothecarius in Chronico) nequissimus fuit omnium hominum; nam vt à Macedonio Episcopo Constantinopolitano consequi posset Cæsariensem Episcopatum, simulauit se Catholicum & strenuum Chalcedonensis Concilij defensorem: eo autem obtento, ostensus est qualis erat fidei Catholicæ infensissimus hostis. Sed subdit Cyrillus:

XXIX. FLAVIANVS ET ELIAS LICET DAMNATI, REMANENT IN SEDIBVS SVIS.

Postea autem Soterichiani maiore in illos inuidia succensi, maiore furore in eos incitam Imperatorem, vt qui maledictis ab eis appeteretur & irrideretur. Certè cùm à mente depravato Imperatore sceleratis istis tradita fuisset potestas in Alexandrinos, auro subeunt & corrumpunt populum Antiochenum. Qua autem sunt consecuta, sunt potiùs lacrymis scribenda, quam litteris. Nam cum Flaviano quidem omnem adhibuissent necessitatem, & quid non graue & molestum in eum intulissent, cogunt eum anathemate notare Synodum Chalcedonensem; deinde è sede & è ciuitate simul turpiter ejiciunt. Ceuerum porrò profanum caput Acephalorum, habentes etiam Imperatorem maximam ad id opem ferentem, eius loco sufficiunt. Hic siste, lector, & scias, quod hoc loco legitur *Flavianum cogunt anathemate notare Synodum Chalcedonensem.* ita accipiendum, hunc quidem fuisse conatum illorum, sed id Flavianum facere renuentem, fuisse (quod subditur) mulctatum exilio. Nam quæ ratio eum pellendi, si ipse prauæ sententiæ præbuisset in Synodo Chalcedonensi damnanda consensum? Verùm quòd penitùs est refragatus & Catholicam fidem professus, dignam meruit confessionis palmam accipere exilium subeundo.

XXX. NOVVM MOVETVR BELLVM CONTRA FLAVIANVM.

XXXI. Hæc quidem ita se habuisse, Acta Synodalia manifestè declarant: nam cùm in Septima Synodo idem textus citaretur, hæc post alia ex eadem Vita S. Sabæ lecta sunt[b]: *Variis modis Flavianum afflixerunt & vexarunt, cogentes interim, & obtorto collo huc trahentes, vt Acta Chalcedonensis Synodi anathemate prosequeretur: quo nolente, Episcopatu suo priuatus, in exilium quoque damnatus est.* subditur ibi de substitutione Seueri, quam cum anno sequenti contigisse Marcellinus affirmet, de ea suo loco dicemus.

[b] Conc. Nican. Act. 2.

XXXII. Quod insuper spectat ad eiusdem Flauiani integritatē, in Antiochenæ sedis priuationem, hæc habet Euagrius[c]:

[c] Euagr. l. 3. cap. 32.

Islam

CAP. IPSEV DOMONACHI AB ANTIOCHENIS.

Iſtam Flauiani expulſionem alia quoque res ſecuta ſunt: Nam ipſi ab hominibus ætate prouectiſſima, quis ea, quæ acciderant Flauiano, firme memoria retinebant, acceperimus, quod à Xenaia (fuit hic quidem Epiſcopus Hierapolis urbis Antiochiæ finitimæ, Græcog, i...abulo Philoxenus appellatus) monachi Cynegica (ſic enim vocantur) qui apud gentem, quæ Syrorum primaria eſt, accolunt, perſuaſi frequentes cum tumultu & ſummâ confuſione Antiochiam præcipites feruntur, vt Flauianum coacturi, vt cum Concilio Chalcedonenſi, tum deciſioni Leonis Papæ anathema indicat. Quod cum Flauianus valde ægrè ferret, & monachi impetu inſtarent: populus cuius ratu ſeditioſe conſtata, tam magnam cædem fecêre monachorum, vt multi eorum, atque adeò fermè innumerabiles Orontem fluuium corporis inſtructibus conditu, proſepulchro haberent.

XXXIII MONACHI QVI INSVRGVNT PRO FLAVIANO.

Euenit porrò aliud hiſce nihilò inferius: Monachi enim, qui Cælesyriam, quæ iam Syria minor dicitur, accolebant, quique amore incredibili ac ſtudio erga Flauianum propterea incendebantur, quòd vitam monaſticam in cœnobio in agro (huic quidem nomen eſt Tilmogium) poſito degebat, properant Antiochiam, eo quidem conſilio, vti Flauianum propugnarent, vt ex eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flauianus, ſiue prioribus de cauſis, ſiue de poſterioribus factum, ſiue vtrùque, eiectus fuit, & ad Petras incolendas, quæ ſunt in vltimis orâ Paleſtinæ ſitæ, condemnatus. hæc de eiectione Flauiani Euagrius: quæ quidem etſi hoc anno cœpta eſſe noſcuntur, cùm Sidone Conſilium congregatum eſt; tamen nonniſi anno ſequenti conſummari potuiſſe: ipſa rerum geſtarum multiplicitas perſuadet: nam id Seueri in locum Flauiani ſubrogatio non ante ſequentem annum facta declarat: quo item anno (vt dicemus) Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopi contigit exturbatio. Poſt hæc autem, quæ hoc anno facta diximus ſide Sidone, aut Antiochiæ, contigiſſe illa funeſta Conſtantinopoli, quæ ex Marcellino relata ſunt, liquet: nam ea auctor teſtatur hoc anno accidiſſe menſe Nouembris. ſed & quæ ſubdit, itidem poſtea euenîſſe, eodem auctore conſtat.

XXXIV SYMMACHVS PAPA COMPATITVR ECCLES. ORIENTALI.

Symmachus autem Romanus Pontifex, cùm cognouiſſet, extutbato iam Macedonio Epiſcopo Conſtantinopolitano, in reliquos fidei Catholicæ profeſſores atque propugnatores eamdem fore perſecutionem in Orientalibus partibus graſſaturam; tamquam vniuerſalis Eccleſiæ paſtor, datis litteris octauo Idûs Octobris ad eos, qui Catholicæ fidei eſſe videbantur aſſertores, eos omnes admonuit in hac perſecutione vtriliter agere, atque ſtrenuè pro fide Catholica decertare. Potrò quòd his perditiſſimis temporibus luctuoſiſſimum fuit, haud omnes, qui Orthodoxi erant in Oriente, ijdem & Catholicæ erant communionis: Siquidem (vt dictum eſt ſuperius) Macedonius, & qui illi in hærebant ex clero vel populo, haud vmquam paſſi ſunt è ſacris tabulis demi nomen Acacij, quia à Romanis Pontificibus ob initam cum hæreticis communicationem ſæpè damnatus fuerat: vnde accidebat illud planè lugubre, vt qui ab hæreticis preſſuram paterentur, & ab ipſorum patrono Anaſtaſio Imperatore atque inprobis Eutychianis & Acephalis pellerentur, minimè tamen recipi poſſent in communionem ab Apoſtolica ſede; quod nequaquam in Catholicæ fidei confeſſione anathema dicerent illis, qui cum hæreticis participaſſent.

XXXV.

Quamobrem miſeri iſti omni deſtituti, ſolatio cùm ab hæreticis expellerentur, eò quòd eſſent fidei Catholicæ defenſores; tamen à Catholica Eccleſia minimè recipiebantur, quod propter nomen Acacij eſſent à Catholica communione diuiſi; ſicque infelices pugnabant ſine ſolamine fratrum, & vincebant ſine corona, quam nemo demerere poteſt, niſi (vt dictum eſt) qui ex ſententia Apoſtoli [2] legitimè decertauerit, & non cucurrerit in incertum, vel pugnauerit fruſtra aëri cæm verberans. At verò alij erant in Oriente Epiſcopi, ſicut fide, ita & communicatione verè Orthodoxi atque Catholici, non hæreſes tantùm cum auctoribus execrantes, ſed & qui cum illis communicâſſent penitùs reſpuentes, & Romanæ Eccleſiæ in omnibus conſentientes. Ad hos ipſos omnes Symmachus Romanus Pontifex litteras dedit, quibus eſt eos hortatus, viriliter agere. Reddenda eſt hîc nobis epiſtola, quæ cùm edita habeatur tomo ſecundo Conciliorum; tamen factâ collatione cum codice Vaticino, & alia monaſterij S. Petri in Adeilana, cùm nonnulla illic eſſe deprauata vel mutilata comperiſſemus, eandem, vt licuit, emendatam hîc ſyllabatim deſcribere dignum iudicauimus: eſt huiuſmodi.

[2] 2. Tim. 2

XXXVI

[a] Al. Data EPISTOLA SYMMACHI PAPÆ AD ORIENTALES.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Epiſcopis, presbyteris, diaconis, Archimandritis, & cuncto ordini vel plebi per Illyricum, Dardaniam, & vtramque Thraciam [a] conſiſtentibus, Symmachus Epiſcopus.

Quod fieri planè cupimus, ſi quæ ſcribimus, impleantur. Nullus ſtupeat ſeruatum hactenus nos nunc ſoluiſſe ſilentium, cùm prudentiſſimi Salomonis iſta vox perſonet [b]: Tempus loquendi, & tempus tacendi. Quia taciturnitatem præſens tempus expugnat: nam inter cætera, qui accidunt, nunc ſilere, ne fidei ſtimulus excitari, magni conſtat eſſe faſtidij. Quippe vbi religionis reuerens & ſumma concutitur, aptum iuxta diuinam Scripturam [c] dicere, eos, qui ſunt imitandi, debere eſſe pugnaces. Siquidem & ſpiritualis quædam Deo accepta congreſſio inde & laudabiliter vniuerſa tolerat, ne quiſquam à diuina charitate ſeparetur, & vos quidè docere quid docatis, graue onus pudoris, & neceſſarium & vtile tales admonere: nec enim congruum illi religioſa aſſerre dogmata diſciplinæ, à quibus inſtitutionis ipſius expoſcatur plena perfectio.

[b] Eccl. 3.

[c] Luc. 22.

XXXVII.

Sed breuiter clara perſtringemus. Cui incognitum, Conſtantinopolitana Eccleſia quâ Neſtorij contagione laborauerit? Neſtorij inquam, qui quaſi putre corporis membrum à ſocietate Catholicæ communionis exciſum eſt. Vbi terrarum non prædicatur congregatio Calcedonenſis ſancti Concilij, qui Eutychetem & Dioſcorum, duo nomina famoſa & magna perfidiæ, vnius ſententiæ integritate damnauit, iniquitatis complices vno ſpiritu diuinis dogmatibus aduerſa ſectantes? Quis Petrum & Timotheum præſatorum vernulas ignorauit, propugnatores intentionis addictos, auctores ac magiſtros ſuos ſeruo errore vincentes? Illum Timotheum loquimur parricidam, qui ſanctæ recordationis Proterij ſuperſtite, non ſolùm Eccleſiam non religioſis auctoribus occupauit, verùm etiam effuſo pij ſanguinis ad crimen perfidiæ adiecit. Ipſius nempè damnationem vniuerſalis eſt Eccleſiæ vox locuta, dum cum nomine quoque Chriſtiani honoris exueret. Eius Petrum ſequacem notum fecerunt Orthodoxorum plurima paſſiones, in quibus ille virtutem animi ſui exuli auit oſtendere. Nouit hunc Epheſij cum tota ſocietate Dioſcori, vbi cum prædicto auctore peccati finem ſancti Flauiani oratus innotuit.

XXXVIII.

Tacenda ſunt Apiochiæ mala, vbi per alterius Petri nefanda ludibria reuerendum ſacerdotij nomen irriſum eſt. Quis Apamea & Tyri gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel ſolus vocet, digna poſſit lamentatione deflere? Quid Acacium? qui quaſi boni ſui faſcino grauatus, quæ Baſiliſco imperante præmiſerat, nouo exemplo, penè deprehenſus eſt aduerſus ſeipſum dicens ſententiam, illos mutata voluntate defendens, quos priùs glorioſum putauit addicere [d], & laborans ſociare Fidelibus, quos dudum hæreticos manifeſta prauaricatione oſtendebat: propter quod maximè fugiendus, & deſignato ſuperiùs damnatorum agmini conſequandus, illa propter, quæ fidelis probatus eſt diſſoluere, permixtus his, per quos ſeſio Eccleſiæ generalis euenit.

[d] abjicere

XXXIX

Aduerſus horſi Patrum dogmata ratio ſuadet eſſe ſeruanda, cogitate, ſi poſſunt ea maiori tranſgreſſione calcari, quàm nunc per eos, qui in partibus veſtris Eutychetis dogmata rediuiua [e] reſuſcitant. Si verò tamquam infirmè conſtituta ſententia, ſine piaculo negligentur, citra vllum robur credulitatis noſtræ ſumma ſubſiſtat, ſemper ſuccedentibus nouis, veteribus conſtituta ſolgentibus. Quando enim paternarum regularum deſpiciuntur inuenta, nec eorum, quæ benè inſtituta ſunt, firmitas vindicatur, huius modi impietates neceſſe eſt fidei ſuperuenire: Nam vbi facilè diſſolutio eſt rationabilis conſtituti, ibi omnis ſanctitatis forma corrumpitur, Chriſtus impetitur, & (quo hoc Fidelium patienter accipiat) inſtituta Patrum reuerenda calcantur. Et quis non vitæ mortem noſtra electione præponat? Vbi Catholicæ fidei adoranda reuerentia? Vbi multo cruore Sanctorum dogmata conſtituta? Vbi doctorum veterum fidei auctoritas? Vbi illa religioſarum mentium ſtupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, nec de ſpe æterna hæreditatis exciderent, quaſuis ambitiones, paſſiones, ne incorruptibilis illius boni iudicaretur indigna? Nam nulla maiora documenta ſunt fidei, quàm vbi temporis ratio ſuadet, vtram ſubdere paſſioni: Et ideo

[e] reciduas

qui

qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit dignum se cœlestis ostendat esse militia. Christus nostro sanguinis pretio comparauit, gratia libertate concessa, nihil inuenientibus humanis operibus, quod dignum tantæ mercedis tribuerent. Atque ideo vbi religionis iniuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum.

XL. Vnusquisque ergo exilia & peregrinationes tamquam domum patriam, respiciat; ne desiderii retentus humanis, Christi societate priuetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionem sui seruorem gloriæ consecutos. Fidem ipsam dicere iudicemus. Ecce tempus optabile, ecce fructuum congregatio desiderata Fidelium, vt parcius passionibus munera magna compenset.

XLI. Plurimus charitatem vestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari: sed quid opus est vocis stimulo, vbi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones Apostolicis & Patrum documentur exemplis, qui per damna humanarum rerum, cœlestium nubis ostenderunt argumenta *virtutum? Ergo prænuncium intrepidi claras Ecclesiæ cum magna fiducia disciplinas. Longè sit à nobis Prophetæ sermo dicentis [a]: Et sacerdotes vera celauerunt. Quem enim latet, discipulorum scientiam à doctoribus exigendam? & quod non pronuntiatum ladit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum latet sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quamdiu iduersum eos prolata sententia non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto vberiora: vt ea, quæ per improbos confusa sunt, per vos correctionis remedium consequantur. Non est tam durum decipi quemquam, quàm deceptum in errore persistere. Malum hoc & malis omnibus grauius, cùm à corpore suo membra dissentiunt. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tamen iuxta Apostolicam vocem, totum corpus ex parte gregrauari.

* augmẽta

[a] Thren. 2

XLII. Vnde addictorum fugienda communio, iuxta beatum Apostolum [b]. Pronuntiationem fides nullu erubescat: Virtus est enim omni credenti. Declinemus sacrilegum Eutychetis errorem cum Manichæa malitia congruentem; communionem quoque eorum, qui sunt à talibus educati, pari detestatione vitemus, qui nuper, vt asi morbum & contagium Ecclesiæ partium vestrarum tentare irrepere. Nemo se separet cum praditis, & ferre tempestatem dissimulet, donec portum veræ fidei ab eorum communione separatus introeat. Quæ quidem amans moneo, non odio persequens accuso. Nam qui culpanda vitupe at, nec vtilia subministrat, exprobrantis habet potius studium, quàm amantis effectum; & qui cohortatur ad profuturæ, vehementius boni propositi designat imaginem, vt feruentius vtilia expetantur, quitans.

[b] Rom. 1.

XLIII. Propter quod, fratres, istius bona Ecclesia desiderantes vnitatem, & beatum decorem sanctæ concordiæ præsumentes, dicamus cum S. Dauid [c]: Quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. & vt de vobis Apostolus Paulus dixerit [d]: Vos autem omnes fratres in Christo vno estis. Donec enim vnitas non redeat, nullus ambigat tandem *nihilominùs esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt; de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est & tacere. Nam istis Apostolicæ sedis admonitionem negligendam & credidérunt. Merito inciderunt in ea, quæ euenire solent solario destituto. Si quis ergo salutem propriam cogitans seruare cupit Apostolica iudicia, cùm à præsatorum se labe seiunxerit, nostræ communionis se nouerit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos Apostolica sedes damnauit, non se societate remouerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaq; calliditate Ecclesiasticæ se custodiæ posse subrepere: quæ sicut illos, qui se à suprascriptorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acacij venenis dissociant, libenter amplectimur; ita circa ipsorum sectatores cura & solicitudo nostra, ne subrepere possint, semper inuigilat. Et alià manu. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. octauo Idus Octobris post Consulatum Felicis V. C. hactenùs Symmachus ad Orientales. Huic par dictio erat Ennodij Ticinensis, cuius est exordium: Pro ratione soluendum est, &c. vt planè appareat; eadem, quæ Symmachus Papa scripsit ad Orientales, Romæ coram sacro Patrum Senatu siue in consistorio, siue in Synodo fuisse ad eosdem viro doctissimo deplorata: nisi malis ad aliam eladem ipsidem illatam, de qua superiùs mentio facta est, illam Ennodij dictionem referre.

[c] Psal. 132.

[d] 1. Cor. 7.

* eadem

XLIV. His igitur litteris publicis atque potentibus omnibusq; perspicuis egit cum Orientalibus Symmachus absque aliqua missa ex more legatione; quod iam alias antè missas penitùs illi respuissent, & tumido fastu, quod à tot sanctissimis Pontificibus quam iustissimè iussum esset, contempsissent. In cuius sceleris vindictam Deus, qui dispergit superbos, nullumque peccatum magis, quàm arrogantiam consueuit dirâ prosequi vltione, portentum illud, horrendumque monstrum in medio eorum, in ipsorum interitū excitauit, Anastasium dico omnium nefandissimum Imperatorem; cuius & Imperium diuturnius esse voluit, quò duriùs & prolixiùs eorum pertinacia puniretur: vt planè secundum diuinum illud oraculum accidisse visum sit [e]: *Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* cùm occultum Manichæū in regnum euexerit, & ad quinque atq; ampliùs lustra eiusdem Imperium propagauerit. Ita planè Deum vlcisci solere in eos, qui se à Catholica separant vnione, cùm plura vbique recitata superiùs exempla demonstrent, in Orientalibus tamen expressioribus id lignis declaratur:

[e] Iob 34.

Qui enim temporibus istis à supremi capitis se coniunctione secantes, Acacij proteruiam secuti, traditi sunt Imperatori perfido puniendi: posteà redditâ concordiâ, Catholicæ communioni restituti, iterum refugæ, iterum redeuntes, & sæpè discissi, sæpè compaginati, tandem conuictâ peruicacia ditiori schismate resilientes, tradi meruerunt ignotis barbaris per multa sæcula virgâ ferteâ puniendi atque perdendi. Sic planè Deus iuxta propheticum illud [f]: *Viam fecit semitæ iræ suæ.* vt semita sit vltio ista dicenda ad ampliorem viam, cùm videlicèt grauiùs delinquentes latiori meruêre atque diuturniori plecti vindicta, notâ reddita cunctis iræ diuinæ viâ frequentioribus delinquentium calcatâ vestigijs, & acerbioribus supplicijs dilatatâ: Vt facilè sit cuique interroganti: *quare fecit Deus malum tam grande populo huic?* verbis respondere diuinæ Scripturæ [g]: *Quia dereliquerunt pactum Domini; quod pepigit cum patribus eorum.* nimiùm quod à capite se summâ proteruiâ diuiserint, & deserentes, quæ ex Deo est, Catholicam vnitatem & pacem, tradi meruerunt gentibus, quæ caros ipsorum filios diuidant à parentibus, & dirâ tyrannide premant. At mittamus posteriora, cùm plus, quàm satis sit, tragœdia præsens ad luctum.

[f] Psal. 77.

[g] Deuter. 29. 3. Reg. 9. Hier. 22.

XLVI. Reminiscentes miseri, patres ipsorum, cùm eiusmodi interdum persecutionem ab hæreticis pati contigerit, appellare consueuisse communem omnium partem Romanum Pontificem, confugereque ad Catholicæ Ecclesiæ tutum asylum Romanam Ecclesiam; testatique hoc hactenùs litteras sacrorum Antistitum Basilij, Chrysostomi, & aliorum: tandem instar Dauid leuantes ad montes oculos, vnde auxilium veniat, & optimè conscij indignos se redditos, qui audirentur: nam (vt vtar verbis Apostoli [h]) Quomodò inuocabunt, in quem non crediderunt? cuius salubertima iussa capescere contempserunt, posthabentes Acacij nomini totius Ecclesiæ Catholicæ communionem: His, inquam, cùm suis ipsorum repellerentur excessibus, & retunderentur præfactorum obicibus; vehementioribus tamen angustiati pressuris & arctari malis, in altiores clamores & eiulatus validiores, vt parturientes erumpentes, exauditi sunt in Occidente. Scribunt itaque tandem ad Romanum Pontificem litteras supplices, qui antea conuenti sæpè eiusdem Pontificis litteris soleuerant sana consilia, & proficua mandata contempserant. Necessitas supplices facit, quos superbia reddiderat penitùs contumaces: petunt instanter, exigunt importunè, & efflagitant audenter. Extorquere quod cupiunt, ostendunt vt debitum; rati nimirum se vt filios à parente non deseri, sed iure debere seruari; necesse iustum, vt alterius peccato, nempe Acacij, à paternis teijciantur amplexibus.

[h] Rom. 10

XLVII. Extant ipsorum litteræ ad Symmachum Papam tunc scriptæ, quas putamus hîc integrè esse reddendas, easque nequaquam ante recitatam nuper (vt alij existimarunt) eiusdem Symmachi epistolam datas, cùm nulla prorsus mentio de ijs in dictis Symmachi litteris habeatur, neque captetur satis ad petita responsio. quamobrem sicut istam

mini-

minimè datam dicimus ante illam epistolam, ita ut hanc posteriùs esse conscriptã, facilè possumus in- ere. Etenim quod in fine suę ipsius epistolę fuerat Symmachus contestatus, eos se fore complexurum, qui recederent à damnatorum atque præsertim Acacij communione; reiecturum verò omnino eos, qui eius adhuc nomen reminendum esse putarent: tota fermè Orientalium responsio in eo est, vt suadeant non debere se ob Acacij peccatum subire supplicium, cùm nonnisi propriũ quen quam debeat obligare delictum, & reddere obnoxium pœnæ. Sed inspiciamus epistolam ipsam, ex qua eorum sententiam faciliùs assequemur: sic enim se habet [a]:

a Extat tom. 2. ep. Rom. Pon.

Ecclesia Orientalis ad Symmachum Episcopum Romanum.

XLVIII. EPISTOLA ORIENTALIVM AD SYMMACHVM PAPAM.

Bonus ille & amator hominum Dominus noster Iesus Christus, qui propter bonitatem suam in nos declinans cælos, descendens ad terram, immaculatis Euangelijs quotidiè illud clamat [b]: *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus: Non* [c] *veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Plus autem volens aperire opera sua clementia, adiecit in sequentibus, dicens* [d]: *Quis autem vestrũm habens centum oues, si perdiderit ouem vnam ex ijs, nonne reliquit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad perditam, quamdiu inueniat illam? & inueniens imponit illam gaudens in humeris suis; & veniens domum suam, conuocat amicos suos & vicinos, dicens: Congaudete mihi, quia inueni ouem meam perditam. Et vt clarius fieret, quod dicitur: mox adiecit parabolam mulieris, quæ perditam inuenerat drachmam, vtrisque adiungens & dicens: Amen dico vobis, quia sic fiet gaudium in cælo de vno peccatore pœnitentiam agente.*

b Matt. 9. c Marc. 2. d Luc. 15.

XLIX. CATHEDRAM PETRI YENET ROMAN EPISCOPVS.

Hæc diximus, sanctissime, ausi supplicare non propter dispendia vnius ouis, neque propter perditionem vnius drachmæ, sed pro amica nobis salute non Orientalium partium tantum, sed trium propè plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro redemptarum de vana conuersatione à parentibus tradita, sed pretioso sanguine agni Dei: sicut docuit beatus gloriosorum Apostolorum Princeps [e], *cuius cathedram beatitudini tuæ credidit Christus optimus pastor, qui venit quærens & liberans, quod perierat, & ponens animam suam in redemptionem pro multis. Quem imitatus, sanctissime beatissime, festina ad adiuuandum nos, sicut beatus Paulus doctor vester ad auxilium quandoque Macedonum festinauit: & quidem ille in visione cognoscens periclitari Macedones, in veritate adiuuare eos properauit. hæc cùm isti dicunt de Macedonibus, eleganter videntur alludere ad Macedonium iam expulsum ab Imperatore, indigentem verò auxilium Romani Pontificis. Sed pergunt.*

e 1. Petr. 1.

L.

Tu autem affectuosus in filijs pater, non in visione, sed in veritate spiritualibus cernens oculis peruentes in præuaricatione patris nostri Acacij, nolis remorari: magis autem (vt vera dicam sicuti Psalmista [f] *non dormites, sed festina ad liberandum nos: quia non in ligando tantùm potestas est tibi data, sed in soluendo quoque diuinitus ad imitationem magistri: neque in eradicando, vel diruendo, sed in plantando & ædificando, secundum beatum Hieremiam, magis secundum Saluatorem mundi Christum, in cuius ille extitit typo: neque in tradendo* [h] *tantùm satanæ in interitum carnis, sed & in charitate formando, longa auersione deiectos: ne (quod absit) maiori* [i] *tristitia absorpti nobis à satana, videamini pertulisse dispendium. Non enim ignoras eius ingenium, qui quotidiè à sacro doctore tuo Petro docetur oues Christi per totum habitabilem mundum creditas tibi pascere non vi, sed sponte coactas: qui cum doctissimo Paulo* [k] *clamat nobis subiectis & dicit: Non enim dominamur vobis in fide, sed cooperamur in gaudio.*

f Psa. 120 h 2. Cor. 1 i Coloss. 2. ROMAN. PONT. PASTOR TOTIVS ECCLESIÆ. k 2 Cor. 1.

LI.

Quare deprecamur disrumpi nouum chirographum nostrum, sicut Saluator & dux noster Christus vetus illud in cruce disrupit [l]: *ne vltrà post lauacrum regenerationis, malorum nostrorum subiaceamus delicto, sed vt eius, qui comedit, vua acerba ligauerit dentes, secundum beati Ezechielis* [m] *prophetiam. Cùm ergo in veritate parabolam istam saluari aduentu suo Saluator impleuerit: cur, sanctissime ac beatissime, Acacij inobedientia, vuam acerbam comedentis, nostri, id est, filiorum ipsius in tam longo annorum cursu legati sunt dentes? Si vnus homo peccauit: quare totis synagoga, aut magis totis habitabili mundo per anathema diuinus furor incumbit? Vbi ergo Dei bitabilis mundo per anathema diuinus furor incumbit? Vbi ergo Dei promissio, qua dicit* [n]: *Non percipiet filij parentum peccata, neque parentes filiorum suorum, sed vnusquisque morietur in suo peccato?*

l Coloss. 2. m Ezech. 18. n Deu. 24 Ezech. 18

Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutychianorum amicitiam, qui auersantur & anathematizant sanctissimum & beatissimum Papam Leonem, vel in Chalcedone Synodum habitam, anathematizatus est Acacius: quare nos à vobis æstimamur hæretici, & in anathematizatis sumus nos, qui amplectimur solam illam epistolam, & quæ dicta sunt ibi sancta Synodo? Qui propter prædicationem rectæ dogmatis vestri quotidiè oppugnamur, & vt hæretici anathematizamur ab his, qui Eutycheti consentiunt. Noli facere iudicium, per illum, qui cunctam iudicat terram: ne perdas iustum cum impio: nec fiat apud te iustus vt impius: nec æqualiter iudicentur à te Orthodoxi, & hæretici, vel qui anathematizant prædictam sanctam epistolam, sanctam, Synodum vestram rectam, & qui vobiscum habent anathematizantur, & qui orant mori quotidiè pro recta fide, quæ à vobis prædicatur.

LII. QVERVNTVR TEMERI PECCATO ACACII.

Et Iesus quidem [o] *Naue incircumcisos, & Aelorum seruitores Gabaonitas cum mendacio fugientes ad se, dum oppugnarentur ab Abimelech vel cæteris quatuor cum eo Principibus, pro eò quòd ad eũ confugerant, Deo cooperante, strenuè vindicauit, ne blasphemaretur nomen Dei eius tam quam nũc eos adiuuare praudentur. Vos autem, sanctissimi viri, Iesu magni Dei & Saluatoris spei nostræ discipuli, imitatores eius, qui figuram serui assumpsit, vt nos liberos redderet à peccato quod regnabat in nobis; videntes oppugnari nos & mortificari non sicut Gabaonitas incircumcisos, sed vobiscum circumcisos in Christo circumcisione, neque idolorum seruitores & amulos, etsi peccatores, tamen Christianos, & vobiscum omnia in Christo sapientes, non despiciatis, neque contemnatis vltrà, pij Patres; sed sicut beatissimus prædictus Iesus Naue vt, non illos tantùm, sed & Raab meretricem illo anteposuit propter duorum exploratorum susceptionem; ita & vos nos vigilanter assumite cum Dei timamine propter duarum naturarum traditionem, quæ à vobis per epistolam inter Sanctos constituti Papæ Leonis cõtra Eutychetis delramenta directa est. Et illa quidem suscipiens explorantes, in stupam linis suæ domus abscondidit: nos autem rectæ fidei vestræ susceptionem confessionem in corde nostro non abscondimus, sed in Ecclesiarum dogmatibus Dei misericordia cum cum auctoritate prædicamus. Et illa quidem rogata, per metum eos se habere negauit: nos autem oramus, ne vnquam hunc talem metum negemus rectæ & certam nostræ veritatem; & vsque ad sanguinem pro ea stabimus, si sit necesse* [*].

o Ios. 10. A SIMILI DVCVNT ARGVMENTVM

LIII. P Ios. 19. *sita cõtinegat.

Vnde non videat nos adiuuare, neque odio habeat propter aduersantiæ communionem; quando & ab hac plurimi facultatibus impoti, & non habentes solicitudinem multarum animarum suspenderint: quibus verò multarum animarum cura commissa est, in credita sibi communicent Ecclesiæ, nullum contrarium habentes communicantem sibi, & metuentes relinquere lupis oues propter vocem Domini dicentem [q]: *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem, & relinquit oues & fugit, & lupus rapit eas atque dispergit; quia mercenarius est, & non habet ouium curam. Quod ergo non amore vitæ capti, sed ouium salutem curantes plurimi sacerdotum hoc faciunt, deinceps, miserante Deo, cognoscere poterit tua paternitas.* subdit mox [r] *sacerdotibus illis, qui communicantes Apostolicæ sedi, dereliquere volebant oues illi non communicantes, cùm tamen Orthodoxæ essent fidei; qui ne discederent & relinquerent eas lupis, ab eis rogantur Episcopis: nam ait:*

LIV. q Ioan. 19

Quidam enim de his, qui in sacerdotio constituti sunt, spellantes [s] *in exilio mitti presbyteros Orthodoxos & sapientes viros, volentes separare necessitatem ab Ecclesijs suo arbitrio subducere, ipsorum sequi, non cesserunt eis hoc facere, adiurantes eos, vt manerent in credita sibi sanctæ Ecclesiæ ad populi munimen Orthodoxi, in se suspicendo quæ putantur discretionis illorum. Sicut Ruben* [t] *quondam dicens Iacob: In me peccatum tuum, fili: sta illi ab Ecclesijs sibi creditis discedere sponte volentibus dixerunt: In nos veniat peccatum discretionis vestræ: tantummodo oues Christi præter necessitatem lupis non relinquatis; ne in loca vestra hæretici ingredientes, lupi discrepatque, aut certè ipsis ouibus sum propter rectam fidem fugati, & hu, qui infugantur, sed sponte discedere cupiunt, ne cui aduersantium communicent, tali fide dicentes: Putas ista amore vitæ hoc faciunt, an amore animarum ad imitationem Domini sui primi pastoris nostri Iesu Christi magni Dei Saluatoris spei nostræ, qui animam suam posuit pro ouibus suis?*

LV. r Iperantes, DILIGENS CVRA PASTORALIS EXHIBITA. s Gen. 27.

LVI. QVASI DEBITVM EXIGVNT

Omnimodo autem & qui videntur communicare Orthodoxi, & qui se à communione abstinent, omnes post Deum tuæ lumen visitationis & assumptionis oremur. Quare festina iuuare

Orientem, ex quo vobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulū ad illuminationem totius mundi Saluator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam ipse vobis dedit: illuminate eum rectæ fidei luminе, sicut per ipsum vos quondam diuinæ cognitionis lumine idē illuminauit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis ægrotante, vnius hominis delicto lassati, in egritudinis curatione boni illius medici discipuli ipsum cælestem medicum, & principem pastorem, magistrum suum ad curam vocantes & egritudinis ipsius aliquando dicebant [a]: Domine inclina cælos tuos, & descēde: aliquando rursum [b]: Qui regis Israel, intende: Qui sedes super Cherubin, appare: Excita potentiam tuam, & veni, vt liberes nos: Sic nos modò, qui infirmitati noua prauaricationis patris nostri deijcimur, ad tuam clamamus beatitudinem; vt & tu imitator existens Filij Dei ad dilectionem [c] deprecatione venias, imitatione ipsius cælestis Patris tui [c], qui facit Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Festina in auxilium nostrum, sciens sanctissime (sicut in principijs dictum est) quia [d] nō opus habent sani medico, sed male habentes.

[a] Psa. 134
[b] Psal. 79
[c] dilectionem
[c] Mat. 5.
[d] Mat. 9.

LVII.

Quòd si parua existeret egritudo, nos forsitan ad spiritualem nostrum medicum curreremus, quatenus & passiones bonorum medicorum, id est, gloriosorum Christi discipulorum, vestrorumq; doctorum, & sancta adoraremus tua vestigia: vt & peccatorum medicinam, & solutionem vinculorum, & delictorum remissionem de tuo sancto ore susciperemus. Sed ne, lector, cursim ista vosque consideratione transilias verum obserua, quod dicunt Episcopi illi, si liceret venire Romam, sibi ipsis forte exhibendum obsequium, nempe adorare (vt aiunt) ipsius Pontificis pedes: quibus veterem accipias erga ipsum primarium Ecclesiæ vniuersalis Antistitem obseruantiam, cùm illum conuenientes Episcopi, ad eius pedes solerent accidere, atque ipsa eius vestigia venerari. At tanta hæc cùm audis nō Episcopis præstari solita, tecum cogita, quæ à reliquis Fidelibus eidem soleant exhiberi venerationis obsequia. Subdunt verò: Sed quia non est vlcus aut macula, neque plaga tumens, sed totum vlcus est à pedibus vsque ad caput, sicut beatus Isaias [e] antequam prauaricationem deflens dixit: vos iam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum discipulorum ipsius certissimi plantatores festinate ad curam resolutorum Ecclesiastici corporis membrorum: vt dissolutas manus nostras, dissolutaq; genua erigatis, & cursus rectos faciatis pedibus nostris: ne quod claudum est, amplius distorqueatur, sed curetur magis per strenuitatem & optimam diligentiā vestram.

[e] Isa. 1. EX INCVRIA CALAMITATE ORIENTALIS ECCLESIÆ ARGVVNT.

LVIII.

Sicut enim magistro nostro domino Paulo glorioso Apostolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret sermonem domini in Corintho loqui, adstans Dominus dixit [f]: Loquere & non taceas, quia multus est mihi populus in hac ciuitate. & nunc tu edicit beatitudini eius benignitas: Festina, & noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi: quia non tantùm pro centum viginti millibus in magna quandoque constitutis ciuitate Ninive [g], sed multò pluribus sperare spectari tuam post Deum medicinam. Stenim qui præcessit beatitudinem tuam inter Sanctos constitutus Leo Archiepiscopus, illam tunc erronem barbarum per se currere non duxit indignum, vt captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantùm Christianorum, sed & Iudeorum (vt credibile est) atque Paganorum: quanto magis festinare ad tuam attinet sanctitatem, non ad corporea, quæ bello fit, captiuitatū rectionem atque conuersionem, sed animarum, quæ captiuitate sunt, vel quotidiè captiuantur: & inter eas diabolicas vias erroris, Eutychetis atque Nestorij, tertiam, immo mediam vobis ostendas expressius veri rectiq; dogmatis viam.

[f] Act. 18.
[g] Jon. 4. ABEXEMPLO S. LEONIS PAPÆ AR GVVNT.

LIX.

Dubium eam fecerunt nostra peccata, æstimantibus quibusdam non posse inter Nestorij & Eutychetis salutis viam mediam reperiri: sed quòd omnino necesse sit, aut illius esse quæ quam, aut illius. Propter hoc festina post Deum nos adiuuare: & sicut inter Arij diuidentis atque superantis vnam Deitatis naturam atque substantiam, & Sabellij quoque confundentis personas & minuentis numerum Trinitatis ostenderunt sanctissimi Patres viam mediam veritatis, in confessione diuinitatis vnam substantiam, naturam, virtutemq; demonstrantes, propter Sabellium tres personas & æquè potentia vnam veritatem: sic & vos nunc, sanctissimi atque beatissimi, illuminate nos spiritualis scientia vestræ lumine, quæ est inter sententiam Eutychetis ad imitationem Sabellij naturam atque substantias confundentis, & inter Nestorij ad imitationem Arij personas atque substantias diuidentis, vera recta fides confessio, tradita nobis à Patribus Leone inter Sanctos constituto, & discipulorum in Chalcedone sanctorum Patrum duarum substantiarum aut naturarum vnitas in vna eademq; persona & substantia magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.

LX. FIDEI PROFESSIO A

Ipsi enim docuerunt nos diuinis scripturis, alteram esse visibilem & palpabilem & passibilem carnis naturam: & alteram inuisibilem, impassibilem, & inconprehensibilem naturam in vna persona & substantia magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: alteram de matris substantia, & natura venientem, de semine Dauid, Abrahæ, & Adæ, secundum carnem natam, alteram verò ex vtero ante Luciferum genitam de substantia & natura Patris. Sed ne rursus propter immaculati partus duas naturas & substantias occasionem apprehendentes, qui secundum Nestorium sapiunt, duas personas, aut duos Filios, vel duos Christos malè introducant: docuerunt sancti illi & beati Patres vnam scire personam & substantiarum inseparabilem vnitatem ex duabus substantijs & naturis, & in duabus substantijs & naturis magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.

LXI. FIDEI CATHOLICÆ CONFESSIO.

Nos enim, ô sanctissime & beatissime Symmache, tum demum esse existimamus ex duabus naturis & in duabus naturis, & non (sicut illi dicunt) ex duabus naturis vnam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum vnitate non pati confiteri; vt se doceant Arianorum esse imitatores, dicendum per Filium gloriari Patrem, cum Filius autem non pati se eum glorificari. Sed sicut contra illos docuerunt fratres tui sanctissimi Patres, Per quem & Cum quo æqualiter pati dicere nos: quia, Per quem, humanitatem; Cum quo, diuinitatem significantes magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: sic & nunc illis, Ex duabus quidem naturis dicentibus, In duabus autem non confitentibus, nos Ex duabus, & In duabus pariter dicimus: Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit vnitas: In duabus autem, in quibus visus est, & palpatus est, & assumptus post passionem & resurrectionem, confitemur, & in quibus veniet iudicaturus viuos & mortuos.

LXII.

Neque enim nuda diuinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi; nec simplex humanitas morti subiacens per mortem confundere eum, qui obtinebat mortem, hoc est, diabolum. Vnde & post resurrectionem in immaculata carne sua visum Verbum Dei & Deus noster omnibus discipulis suis dicebat [h]: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem. Habentem dixit, vt non in illa vtique tatus putaretur, sed in veritate assumpsisse crederetur. Beato quoque Thomæ diffidenti clamat [i]: Infer digitum tuum, & vide manus meas: & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Vnde dum assumeretur, duo viri visi discipulis in albis vestibus clamabant & dicebant [k]: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus, qui ablatus est à vobis in cœlum, ita veniet; sicut vidistis euntem in cœlum, cum venerit omnino in gloria Patris cum sanctis Angelis in die terribili iustis iudicij: sic infidelis tuba videbunt, in quem compunxerunt, & cum eis peccatores etiam nostri, cùm qui eorum misertus est & liberauit eos, neglectum autem ab eis est. Secundum vos autem, sanctis & iustis videbunt, quem dilexit anima eorum, & lætabuntur lætitia ineffabili & gloriosa, accipientes consummationem fidei suæ in salutem animarum suarum, & audientes suauissimam vocem eius dicentis [l]: Venite benedicti Patris mei, hæreditate paratum vobis regnum ab initio mundi. Cuius beatæ vocis cum tua beatitudine & nos indignos dignetur Christus Dominus noster, per omnia sanctissime Pater. hæc ad Symmachum Orientales Orthodoxæ fidei professores; sed tamen qui polluti communione erant Acacij: qui, quod primum omnium requiri ab eis videbatur, dicere in professione rectæ fidei anathema Acacio, id penitùs facere prætermittunt. Quid verò ad hæc rescripserit Symmachus Papa, in coniectum habetur. non enim (vt superiùs demonstrauimus) quæ extat ad Orientales Symmachi Papæ epistola, post hanc, sed ante scripta fuit.

[h] Luc. 24.
[i] Ioan. 20
[k] Act. 1.
[l] Mat. 25

* * *

IESV CHRISTI

Annus 513.

SYMMACHI PAP. Annus 15. — ANASTASII IMP. 23. THEODORICI REG. 21.

I. SEVERVS EPISCOPVS ANTIOCHENVS.

CONSVLIBVS Probo & Clementiano præsens annus Domini quingentesimus decimustertius Fastis inseritur: *Quo* (inquit Marcellinus in Chronico) *Severus Eutychetis perfidia, Anastasio Cæsare volente, sedem Antiochenam Flavianam Antistitis ex monacho Episcopus occupavit.* hæc ipse. Mala malis maioribus incrementis adduntur. Qui enim monachus valuit tot tantaque commisci scelera, quid ab eo faciendum putas, cũ tantæ Ecclesiæ nactus est præfecturam, fultus præsidio Imperatoris? Simulac igitur adeptus est Antiochenam sedem, conatus est omnes Episcopos ad suam communionem pertrahere: quinam autem ab eo seducti sint, quive ei restiterint, extant litteræ monachorũ Palæstinæ scriptæ ad Alcysonem, quæres gestas enarrant. Sedem quippe, quam persecutione Orthodoxorum pretio cumulato redemit, persecutione pariter vehementiore aucta ad annos quinque possedit sanguine madidus, illius instar cruentæ bestiæ, de qua propheticus sermo ait[a]: *Per gyrum dëitum eius formido.* vtpotè qui ad hoc inuasit ouile[b], vt mactaret & perderet. Sed reddamus de eo epistolã monachorum ad Alcysonem Episcopum Nicopolis in Illyrico, quam Euagrius recitat verbis istis[c]:

[a] Iob 41. [b] Ioan. 10

[c] Euagr. l. 3. c. 33.

II. DE REBVS SEVERI EPISTOLA MONACHORVM AD ALCYSONEM.

Qui Ecclesiæ Antiochenæ paruerunt, partim fuerunt vna cum cæteris in errorem adducti, ex quorum numero fuit Martinus Episcopus Berythi; partim vi & necessitate compulsi, litteris Severi de mutua communione (quæ non Concilio solum, verùm etiam cæteris omnibus, qui duas naturas siue proprietates in Domino inesse, alteram carnis, diuinitatis alteram asserebant, anathema indixerunt) consentiebant. Verùm quos necessitas ad consentiendum compulerat, hi posteà mutatâ sententiâ se ad Ecclesiam reuocârunt: ex quorum numero fuerunt Episcopi, qui Ecclesiæ parebant Apameæ. Erant verò alij, qui consentire omninò noluerunt: ex quibus erant Iulianus Episcopus Bostri, & Epiphanius Tyri Episcopus, & alij nonnulli (vt fertur) Episcopi. Isauri autem, qui tam respuerant, ob priorem suum errorem se ipsi condemnarunt, Severoq; eius sectatoribus denunciauerunt anathema. Alij Episcopi & Clerici, qui sub Severo erant, Ecclesijs suis relictis, fugerunt: inter quos est Iulianus Episcopus Bostri, & Petrus Episcopus Damasci, qui hic vitam degunt: Mamas item, & alter è duobus illis Dioscorianis, qui duas ab inuicem naturas asserebant: quorum arrogantem pertinaciam ab illo ipsis ad id quidem coactus Severus condemnauit. hic ille est Mamas, de quo anno superiori dictum est, cùm Sabaïtes gesta recensuimus. Et paulò infrà: *Monasteria autem, tum quæ hic sunt, tum quæ Hierosolymis, Dei iuuante gratia, in recta fide consentiunt: aliæq; plurimæ ciuitates & Episcopi eodem modo: precibus omnibus, & pro nobis quoque tu sanctissime domine & pater noster honoratissime precare dignetur, ne intremus in tentationem.* hactenùs litteræ monachorum ad Alcysonem: quibus hæc addit Euagrius[d]:

[d] Euag. eo. l. c. 34.

III. DE COSMA ET SEVERIANO EPISCOPIS ORTHODOXIS SEVERVM DAMNANTIBVS.

Quoniam autem ista litteræ memorant Episcopos, qui Ecclesiæ Apamenæ parebant, à Severo defecisse: deinceps ponamus in medio, quod à patribus nobis traditum est, licet nulla historia hucusq; comprehensum. Cosmas, qui nostræ Epiphaniæ Orontem fluuium tangentis Episcopatum gessit, & Severianus Episcopus Arethusæ vrbis finitimæ, litteris Severi de mutua communione grauiter offensi, primùm se ab eis communione segregârunt, deinde libellum abdicationis ad eum iam tum Episcopatum Antiochiæ administrantem mittunt: quem libellum tradunt Aurelhano præpositi Sophaniæ diacono: qui quoniam Severum extimescebat, & tam illustrem Episcopatus amplitudinem renuebatur, vt primùm venit Antiochiã, induit se veste muliebri, & ita ad Severum accedit: seq; ipse effeminatum mollemq; ostendit, mulieremq; omninò esse simulabat: atque velamine, quo caput obuoluebatur, ad pectus vsque demisso, lamentari, & exili voce velut ex imo præcordijs ducta obtestari cœpit, Severoq; prodeunti libellum abdicationis dat: & etiam omnibus, ex turba, qua sequebatur Severum, euadit: fugaq; sibi ante salutem parat, quàm Severus ea, quæ libello complectebatur, potuisset cognoscere.

At Severum quamquàm libellum recipiebat, & quæ in eo scripta erant, satis intelligebat; tamen in sua sede Episcopali firmè perstitit ad mortem vsque Imperatoris Anastasij. Vbi autem Anastasius de his, quæ Severo acciderant, certior factus est (facinus namque tam benignè & clementer ab Anastasio editum hoc loco commemorandum est) mandatum dat Asiatico Præfecto Prætorij Libanesiæ, qui est in Phœnicia gerenti, vt Cosmam & Severianum suis sedibus expelleret, propterea, quòd Severo libellum abdicationis miserant. Qui cùm venisset in Orientem, & multos Severianæ Cosmæ doctrinæ adhærescentes & suas ipsorum ciuitates strenuè pugnantes reperiret, retulit ad Anastasium hos sine sanguine non posse suis sedibus exturbari. Itaque tantum in Anastasij animo insedit clementia & mansuetudinis, vt per litteras Asiatico planè significârit, se velle nullum facinus aggredi, quantumuis magnum & memorabile, si vel gutta sanguinis pro eo fundenda esset. hæc Euagrius, commẽdans ex his clementiam Anastasij, immemor, quæ superiùs dicta sunt ab eo patrata aduersus Catholicæ fidei professores: adeò vt, sæpiùs apparuerit, tunc tantùm præstitisse clementiam, cùm populorum veritus seditionem, sibi timens, gladium à cæde cohibuit. Verùm satis ad sæuitiam Imperatoris fuit, cùm etiã non ipse in sanctos Episcopos grassatus est, sæuerit tamen Severum impium pro animi voluntate sæuire: Hic enim tantam ignominiam sibi ab Orthodoxis illatam Episcopis in sui abdicatione haud æquo animo tulit, sed expectauit, vt ab Imperatore de eisdem supplicium sumeretur: cùm verò illum dictis ex causis temperantem se ab vltione vidisset, erupit ipse vehementiore in Orthodoxos concepta rabie atque furore.

IV. ANASTASIVS MITIVS AGENDVM PVTAVIT CVM EPISCOPIS ORTHODOXIS.

Antequàm autem cætera de nefandis Seueri sceleribus prosequamur, quoniam de Iuliano Bostrẽsi Episcopo honestissima mentio facta est, de eo nonnulla dicamus. Fuit hic discipulus magni illius Theodosij Cœnobiarchæ, cuius supràlius fecimus; deque eo scribit Cyrillus[e] monachus in Vita eiusdem Theodosij. Sed inter cætera eius viræ insigniter ductæ merita hæc etiam à Sophronio perpetuis monumentis mandata reperiuntur[f]:

[e] Cyrill. in Vit. Theodos. apud Sur. tom. 3. [f] Prat. Spirit. c. 94.

V. VI. IVLIANVS BOSTRENSIS VENENVM ILLÆSVS BIBIT.

Idem pater noster Gregorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Bostrensi: quòd cùm recessisset de cœnobio, & factus esset Episcopus Bostrensis, quidam ex habitatoribus ipsius ciuitatis odio nominis Christi voluerunt eum veneno occidere: corrumpentesque pecuniis ministrum eius, qui ipsi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, vt cùm porrigeret Metropolitæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat, fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Iuliano. Suscepit verò illum sanctus vir, ac diuinitùs cognouit insidias. Suscepto ergo calice ante se posito, nihil omninò dicens puero: mittensq; accersiuit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illic insidias parauerant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, vsus mitissima omnium dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce coram vobis post illorum calicem bibo. Signansq; ter digito suo calicem, & dicens: In nomine Patri & Filij & Spiritus sancti bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus, atque illæsus perstitit. Quod illi cùm vidissent, prostrati, veniam petierunt. hactenùs de Iuliano Bostrensi Episcopo, qui haud dubium ex Seueri indicijs ista est passus: quòd enim scisset rescripsisse Imperatorem ad Præfectũ, vt potiùs quàm sanguis funderetur, sineret in suis sedibus permanere Episcopos, ipse veneno rem conficere machinatus est: sed tanto à sanctissimo viro miraculo edito, planè declaratum fuit veritatem peripsum Iulianum Episcopum defendi.

VII. SEVERVS INSVRGIT IN IVLIANVM EPISCOPVM HIEROSOLYM.

Quæ insuper eiusdem Seueri opera in etiam Episcopũ Hierosolymitanum & alios Orthodoxos Palæstinæ prouinciæ acta sint, ex Cyrillo monacho, qui illis vixit temporibus, iam aggrediamur. Simulac enim sedem inuasit perfidus Antiochenam, ex ijs subiectis Episcopis, illis tamen, qui cum eo sentirent, conuentum collegit, Synodique nomen indidit, ex quo & Synodales scripsit epistolas, quibus, cùm suæ promotionis absentes redderet certiores, rũ

etiam fidei professionem, ex more conscriberet; quam veluti piam Catholicamque vtrampiecterentur, admonuit; ita fore animo cupiens, vt qui ab ipso diuersa sentirent, exploratos haberet, & vi tādem adigeret. Ex his erām quæ aduersus Eliam Cyrillus ipsum egisse tradit, quidnam in minorum sediū Episcopos præsumpserit, possumus compensata ratione conijcere. Ait igitur Cyrillus [a]:

VIII. *Cùm apprehendisset Seuerus sedem Antiochenam, innumerabilia quidem mala fecit ijs, qui non ei communicauerant. Mittit autem sua quoque Synodalia ad Eliam Patriarcham: quibus minimè admissis, non mediocriter ad iram accedit Imperatorem. Et hæc Synodalia rursus mittuntur Hierosolymam, simul missis etiam quibusdam clericis & non parua manu militari; vt ijs, quibus non persuadebatur eadem tenere, quæ ipsi, vim etiam afferrent. Cùm hæc autem ita se haberent, & iam acerba in fidem Orthodoxam exerceretur tyrannis, & iam Eliæ graue imminere periculum, & eius capiti malum impenderet, & nusquam auxilium: Cùm congregasset diuinus Sabas eximios omnes & electos monachos, cum illu accedens, & illam, quæ circumsistebat Eliam, perrumpens multitudinem (ô generosam animam!) Regis satellites & Seueri ministros illinc fugat, tamquam quedam mancipia. Deinde aliā quoq; undiq; confluentiū monachorum multitudo, eos, qui Seuero communicabant, in illorum ipsorum conspectu anathemati fidenter subijciunt.* Admiratione planè dignum fuit, hominem Euangelicā mansuetudine nulli secundum, cùm periclitari videt Catholicam fidem, & in discrimen adduci suum ipsius Episcopum, leonis inducere animositatem, cùm delectum habet, instarque exercitus ducis Orthodoxos monachos zelo armat ad pugnam, vt vindicent Sancta, nec sinant inaccessum impijs fidei illibatæ sacratium pollui. Sic igitur qui sciebat Deum habere se præuium, inconcussa humanis viribus tentat, in armatos hostes irrumpens, eosdemq; absque humana potentia, vt pauidæ animalia, fugat & dissicit. At quid superatus Anastasius Imperator à Saba audi Cyrillum:

IX. *Hoc (inquit) dedecus & hanc ignominiam volens delere Imperator, contra eos mittit Olympium quendam Cæsariensem, tradituei copias quæerant in Palæstina, regia tens auctoritate, non legitimas, nec iudicijs. Qui cùm primùm ascendit Hierosolymam, Eliam quidem de sede deponit, ac eum damnat exilio: Ioannem autem filium Marciani, qui Seueri quidem confessus fuerat communionem, anathemati verò subiecerat Synodum Chalcedonensem, reponit in illius sedem. Quod quidem, cùm didicisset beatus Sabas, non licuit ei cunctari: sed cùm rursum assumpsisset sacrum illum exercitum monachorum, tamquam præstantissimus quispiam Imperator irruit in certamen. Et Olympium quidem nō offendit (iam enim ille, tamquam ex ēs rectè successisset, reuersus est in ciuitatem:) In Ioannem autem incidens nouum Patriarcham, testificatur & denunciat, ne Seuerum admittat in communionem, sed tueatur potiùs Synodum Chalcedonensem, & pro ea sanguinem vsque periclitetur. Quod quidem facit ille, reuentus Patrum protestationem, omninò obtutus conuentorum cum Olympio.* Mira quidē res, & quæ propemodùm humanum fugeret captum, vt subrogatum in locum Orthodoxi hæreticum, indeq; dicto citiùs Sabas cōuerterit in Orthodoxum & confessorem. Sed pergit Cyrillus:

X. *Propter hæc Anastasius Imperator, Olympium magna condemnans stultitia illum quidem statim deponit è magistratu: cùm autem eum tradidisset Anastasio, & eum constituisset Ducem totius Palæstinæ, illuc mittit. Ille verò cum quam celerrimè venisset Hierosolymam, & ne solo quidem verbo impertijsset Patriarcham, sed solùm sic ederet gratiam Imperatoris, & pro honore ei dato, sine ratione ei vicissim præstaret officium, magis experientia, eum statim coniecit in carcerem, imprudenter vim afferens, & in difficilem adducens necessitatem, vt Synodum quidem Chalcedonensem abrogaret & infirmaret, amplecteretur autem & defenderet Seueri cōmunionem. Sed ille cùm rem communicāsset Zachariæ, qui præerat Cæsariēsibus, latenter consulendo de his, quæ erant proposita, callida arte subterfugit necessitatem. Ea autem erat: Pollicitus se omnia facturum, quæcunq; Dux iuberet, prompto & alacri animo, si relaxaretur à custodia, positquam sols duo dies præteriissent: ne vi (inquit) videamur parare ausus Imperatoris: ita dimittitur è carcere.*

XI. *Deinde vnā nocte multitudo eorum, qui erant circumcirca monacherum, conuocatur in templum Stephani primi martyris, specie quidem, vt qui esset manè celebraturus commune festum primo martyri, re verā autem eos aduocans ad auxilium Orthodoxæ fidei, vt magis hæreticorum coërceret arrogantiam. Diluculo ergo congregata fuerat multitudo monachorum, partim quidem ex ijs, qui fuerant illic congregati monachi, sicut dictum est; partim autem de more veniens ad Synaxim; partim verò quæ concurrerat ad videndū Hipatium, qui erat consobrinus Anastasij Imperatoris, modò senatus ex captiuitate: erat enim templum quoq; capacissimum multitudinis. Aderat autem ipse quoq; Dux, vt eo teste abrogaretur & abdicaretur Synodus Chalcedonensis.*

Protinùs ergo ascendit suggestum Ioannes, vtraque manu tenens Sabam & Theodosium pietatis propugnatores. Cùm se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, & dicentem oportere ferire anathemate eos, qui non rectè sentiunt. Hoc ergo ille, cùm tamquam diuinum aliquod signum accepisset, & cor habuisset repletum audacia, vnam emittit vocem cum multitudine: Si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Seuerus, & Soterichus Cæsarea Cappadocia Episcopus, anathema sit. Tunc sensit Dux fraudem, & veritus populi consensum vnanimem, satis habuit, si se subducens silentio fugeret, & abijt Cæsaream. Qui autem remanserat consobrinus Imperatoris, iureiurando affirmauit diuinis Patribus, se non venisse, vt communicaret malæ Seueri opinioni, sed vt loca adoraret veneranda, sed̄ vellepotiùs communicare eorum sanctitati. Dat itaque Sabæ magnam vim pecuniæ quidem, simul & iubet eam distribuere omnibus, qui illic erant, monachis, ostendens suam in Deum fidem, & quam erga illum habebat pietatem & reuerentiam efficiens manifestam.

Quis ad hoc non obstupescat? non tantùm qui missus fuerat instar Balaam ad maledicendum, ad benedicendum os conuertisse: sed & qui vt Imperatoris mandatum impleretur, præsto fuisset, contra sententiam Imperatoris esset locutus; atque quos vt hostes habebat, eosdem beneficentiā demerere magno studio laborāsse? Sed subdit: *Cùm autem beato Sabæ sic processisset ex sententia certamen, quod porrecta fide susceptum fuerat: sciens ille Imperatorem hac non esse passurum, sed pro ignominia & dedecore id habiturum, & agrè laturum, & omnibus modis operam daturum, vt se vlciscatur, congregato toto cœtu monachorum, vbi cum eis rem contulisset, simul scribit epistolam ad Imperatorem, qua hoc modo habebat:*

Dominus noster Iesus Christus omnium Rex æternus & Deus, excelsi post illum regni sceptra pia vestræ potestati sua benignitate tradidit, re verā volens omnibus quidem sanctissimis Ecclesijs præcipuè autem matri Ecclesiarum bonum pacis conciliare per vestram in Deum pietatem. Sciunt verò omnes, quòd cùm ab hac Ecclesia cœpisset verè magnum veræ religionis mysterium, peruasit vsque ad finem Orbis terræ. Quod quidem nos horum diuinorum locorum habitatores ab alto à sacrosanctis acceptum Apostolis sanum & integrum in hodiernum vsque diem conseruauimus, & in æternum Christi gratia conseruabimus, à recta verbi semita minimè deducti ab aduersarijs, aut corruptis profanis & vanis eorum vocibus. In hac ergo intemerata, & ēs quam nulla cadit reprehensio, fide, cùm enutritum & educatum ab ineunte ætate fuerit vestrum Imperium: venit nobis in mentem admirari, quemadmodum in diebus vestræ pietatis cuntus tumultus & tanta perturbatio inuaserit matrem harum Ecclesiarum, vt neparcatur quidem his, qui Deo ministrant, sed sacerdotes & monachi, qui virtutum sequuntur à pueris, modestiq; & silentio vitam transigere delegerunt, in conspectu Iudæorum & quorundam aliorum Gentilium ab ipsa sancta Sion per mediam ciuitatem turpiter trahantur & intemperanter, & in profana quadam loca expellantur, quinetiam cogantur nonnulla facere ad rectæ fidei labem & reprehensionem: adeò vt qui hæc veniunt voti causa pro vtilitate animæ, recedant repleti scandalis & offensione.

Rogamus ergo vestram potentiam, vt nos quoque aliquando à tantis malis relaxemur: quorum omnium auctor & origo est Seuerus; cui, vt in Antiochena præsideat Ecclesia, mandatum est ad pœnam nostrorum peccatorum, sed malum quidem priùs suæ animæ, & totius Ecclesiæ multitudinis. Quomodo enim non est absurdum, nos qui sumus Hierosolymitani, modò docere de fide; & qui fuimus omnium patres ad verbum pietatis, tam serò videri didicisse veram religionem? Quomodò non est hinc manifestum, quòd hæc, quæ recenter apparet & videtur esse correctio recta & sana fidei, quæ fuit tradita à Patribus, non est re vera correctio, sed subuersio &

adul-

a Cyrill. in Vita S. Sabæ.

SABAS PRÆSTO EST ELIÆ EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

OLYMPIVS CVM MILITIBVS AD VERSVS ELIAM MITTITVR.

b Hæc etiam habentur in Septima Synodo Actione. 1. tom. 2. Concil.

IOANNES EX HÆRETICO CATHOLICVS ET CONFESSOR.

XII. IOANNIS PVBLICE CONSTITVTVR PATRIARCHA CATHOLICAM.

XIII.

XIV. EPIST. 1. SABÆ AD ANASTASIVM IMP.

XV.

MAGNA IN FIDEI CONFESSIONE CONSTANTIA.

adulteratio potiùs eius, quòd recte habet, eius suscepta mercedem? qui persuadentes procurans animæ interitum? Non ergo nec patiemur aliquid aliud addere præter ea, quæ decreta sunt à trecentis decem & octo Patribus, qui fuerunt Niceæ, & tribus, quæ posteà consecuta sunt, Synodis: neque quicquam aliter innouare, sed pro eius iam animas profundere, & innumerabiles si fieri posset, mortes pati summe suscipere. Pax [a] *itaque Dei, quæ superat omnem intelligentiam, fidem nostram custodiet sanctam, & sedabit tempestatem quæ est aduersus eam excitata, nutu vestræ prudentiæ, ad eius gloriam & decus pij vestri & religiosi imperij.* hactenùs epistola sancti Sabæ Abbatis ad Anastasium Imperatorem. Cæterùm Imperator cùm hanc accepisset epistolam, in aliud tempus distulit respondere: eum enim tunc occupabat quædam barbarica expeditio. Porrò hæc eadem, quæ interceserunt inter Sabam, Eliam, Anastasium Imperatorem, ex eodem auctore breui compendio Nicephorus [b] complexus narrat.

a Phil. 4.

b Niceph. lib. 16. c. 34.

XVI. Licèt autem tot machinas admouisset Imperator aduersus Hierosolymorum Ecclesiam fidem Catholicam profitentem: tamen Ioannes ille, qui subtitutus est in locum Eliæ, ab Orthodoxis, quod in strenuum mutatus esset propugnatorem fidei Catholicæ, in sede illa retetius est contra Seuerum & Anastasium Imperatorem. Admiranda quippe sunt opera Dei, qui tumens exsiccat mare, & cõuertit rupes in fontes aquarum: nam à Seuero & ab Imperatore excitatos fluctus arescere fecit; & aridum inanq; hominem, qui hæreticis manus dederat, largissimos fecit Catholicæ fidei riuos emittere, & veritatem magnificè prædicare. Cõuertit tunc quidem Deus mare in aridam, dum vniuerso cum satellitibus suis armato inferno, & cum eo conspirantibus pariter Principibus terræ, ipse infirma mundi & ignobilia mundi & contemptibilia, &c. quæ nõ sunt, eligit, vt eos confundat fortia, & quæ sunt, destruat: *ne gloriatur* (vt inquit Apostolus [d]) *omnis caro in cõspectu eius.* Quod planè & tunc fuit manifestiùs declaratum, cùm humillimum hominem (si secundùm carnem consideres) Sabam adduxit in medium, qui minacis draconis impetus coërceret, & pugnacis leonis frangeret insultus.

c Psal. 113.

d 1. Cor. 1.

XVII. Sed his adeò insignibus Dei operibus alia libet adiungere diuina miracula, quibus sæpissimè declaratũ fuit ipsi curæ esse Catholicam veritatem, quam in tantis tenebris facit lucis radijs cælitùs missis in signorum editione fulgere. Accipe igitur, quæ his temporibus diuersis in locis sunt facta miracula ad conuincendam eiusdem perfidi Seueri atque damnandam impietatem. Sophronij quidem Pratum hos suppeditat flores; ex quo in primis quid in Cilicia actum sit, adducamus in medium, quod licet temerarium facinus, à Deo tamen ad stabiliendam imbecillitatem credentis fuit tunc miraculo comprobatum, narrat enim ita Sophronius [e]:

XVIII. DIVINO MIRACVLO PROBATA FIDES CATHOLICA.

e Prat. Spirit. c. 20.

Quasi triginta millibus ab Ægina ciuitate Ciliciæ Stylitæ monachi duo erant separati ab inuicem sex millibus passuum. Ex his alter sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicabat: alter autem, qui plus temporis in columna egerat, Seueriana impietatis erat: variisque modis hæreticum Catholicum criminabatur. Ille verò diuinitùs inspiratus, perijt abeo, vt partem sibi mitteret communionis sicæ: qui gaudio clamat, quòd quasi illum seduxisset, protinùs missit, nihil hæsitans. Suscipiens autem Catholicus missam sibi ab hæretico sectatore particulam, in feruentem ollam iniecit; moxq; resoluta est: sumptam quoque Catholicæ Ecclesiæ sanctam communionem in eam coniecit, statimq; feruens olla refrigerata est: & sancta communio permansit integra neque madefacta est: quam & diligenter seruauit, & ostendit nobis, cum ad illum venissemus. hæc de Stylita. Rursus autem idẽ auctor de his, quæ in Cypro insula contigerunt, ita subdit [f]:

f Prat. Spirit. cap. 30.

XIX. DE SEVERIANO DIVINO MIRACVLO AD FIDEM CONVERSO.

Dade Cypri emporium est: in eo monasterium, quod dicitur Philoxene. Ad id cùm venissemus, inuenimus ibi monachum genere Melitinensem, Isidorum nomine: hunc vidimus sine intermissione cum eius latu stentem. Cùm autem rogaretur ab omnibus, vt aliquantulum quiesceret, & à fletu temperaret, nullis penitùs acquiescebat, dicens omnibus; Nimium peccator sum vltra omnes, qui ab initio sæculi fuerunt. Cùm autem illi diceremus: Nullus certè sine peccato est, nisi vnus Deus: respondebat dicens: Veraciter, fratres, nullum inuenio inter homines similem mihi peccatorem, nullumq; maius delictum, quàm meum. Et vt cognoscatis me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me:

XX. *Ego cùm essem in sæculo, vxorem habui: eramus autem ambo Seueriani Gnomatij. Cùm ergo die quãdam venissem domum, non inueni vxorem meam. Audiui autem, quòd abijsset ad vicinam mulierem, vt illi communicaret (erat autem illa Catholicæ religionis & fidei) cucurri, protinùs volens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi gutturem eius, illam euomere sacram communionem, sumptamq; deinde particulam sanctam huc illucq; iactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi corusationem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem. Post biduum verò aspicio virum quasi Æthiopem, semicinctijs vestitum dicentemq; mihi: Ego & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Et ego ad eum: Tu, inquam, quis es? Respondit. Ego sum, qui conseruorem Dominum omnium Iesum Christum maxilla percussi passionis tempore. Atque hac de causa à fletu temperare non possum. hæc de pœnitente Seuerianoad fidem Catholicam restituto. Ita planè Deus nõ voce tantùm, sed assidujs lachrymis Seueriani hominis prædicari voluit aduersus Seuerum fidem Catholicã. Sed audi, quæ post no nulla idem auctor his addit in eodem argumento verba:*

XXI. DE ILLVSTRI FOEMINA SEVERIANA CONVERSA AD FIDEM.

Cosmiana vxor Germani Patricij voluit nocte quãdam sanctæ Dominicæ sol. adorare sanctum Domini nostri Iesu Christi vinificum, monumentum, & cùm appropinquaret tanquã sacrarij, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix cum aliquibusque mulieribus dicens: Quomodò, cùm nostra non sis, huc audes ingredi? Et prohibebat eam: Nequeenim inquiebat, nostra est. Erat enim de hæresi Seueri Acephali. Illa verò multum rogabat, vt mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi, mulier, huc non ingredieris, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem, quòd cùm esset hæretica, ingredi prohiberetur: quod & nisi accederet ad sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam Christi Domini & Dei nostri, intrare non permitteretur: continuò accersito diacono, orauit sanctum calicem sibi dari: quo allato, sumpsit sacrum corpus & pretiosum sanguinem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi: atque ita absq; vlla prohibitione digna est habita adorare sanctum & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi. hæc Sophronius, rem gestam breuiori summã complexus, prætermittens nonnihil, quæ interceserunt mediæ actiones, antequam Seueriana fœmina posset sacrosanctæ communicationis fieri particeps. Quis ignorat non esse diaconorum, sed tantùm Episcoporum, in hæresim lapsum Catholicæ Ecclesiæ cõciliare & impertiri iubere sacra cõmunionis symbola, quod per diaconum fieri, ipsius erat arbitrij & facultatis? Hæc quidem ita tractari solere, mille canones & vetus mos in Ecclesia perseuerans faciunt manifestum. Porrò tanta hæc voluit Deus illis in locis ostendi signa, edique miracula, vbi graniorem Catholica fides passa est pressuram & æuior tempesta exagitauit Ecclesiam, abrepto ex ea, quæ clauum regebat, Episcopo. Sed quid inuper in eius accidit, eumdem auctorem audi:

XXII. g Prat. Spirit. cap. 49 DE PALÆSTINÆ DVCE SEVERIANO CATHOLICO REDDITO.

Narrauit (inquit) *nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quòd Palæstinæ Dux aliquando venit adorare sanctam Christi Domini nostri Resurrectionem: & cùm cæpisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit arietem cum impetu ad se venientem, cornibusq; illum impetentem. Ille verò pauore correptus, retrò redibat. Custos verò sanctæ Crucis Azarias, & cæteri, qui assistebant, eius timore permoti, dicunt ei: Quid est? quid habes, domine? cur non ingredieris? Dicit eis: Vt quid intulistis arietem istum? Qui stupefacti aspexerunt sanctum monumentum; nihilq; videntes, aiunt ad illum: Ingredere, nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cæpit: sed rursum aspexit arietem contra se venientem, & introire se prohibentem. Atque cùm sæpè factum esset, illeq;, cæteri nihil videntibus, solus arietem cerneret; ait illi Crucis custos: Crede mihi, Domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum & venerabile vinificum monumentum Saluatoris nostri. Itaque monuit, vt confiteatur Domino peccata tua: clemens enim & misericordissimus cùm sit, & tui misereri volens, huiusmodi tibi miraculum ostendit.*

Ille autem cum lacrymis dixit ei: Verè multis magnisq; sceleribus obnoxius sum. Ec ipsum in faciem prosternens, post multas horas permansit flens & confitens Domino. Surrexit inde, & rursus ingredi voluit, sed iterum ab aria ei permissus non est. Tunc ait illi

XXIII.

sanctæ Crucis custos: Verè aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille: Num fortassè ideo, quia non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Seuero communico, introire prohibeor? Tunc petijt à custode, vt sancta & viuifica Dei mysteria sibi afferrentur; & allato sancto calice communicauit: atque ita ingressus est & adorauit, nihil vltrà impedimenti passus, nec vlteriùs cernens, quod ye deterreret. Ita apud Sophronium: vbi cùm hæc contigisse dicantur Duci Palæstinæ; meminisse debemus superiùs esse dictum, ab Anastasio Imperatore missum esse Hierosolymam Anastasium Ducem Palæstinæ hominem Seuerianum, qui exturbaret Catholicos: num autem hic idem cũ illo sit, haud adeò certò affirmare possumus. Post multa verò, hæc etiam de Seueri sectatore Sophronius [a]:

a Prat. Spir. cap. 79

XXIV. MIRACVLVM DE ASSERVATA EVCHARISTIA ET CONVERSIS SEVERIANIS.

Cùm venissem Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysio, huius ciuitatis Episcopo prædecessore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator valdè religiosus & diues, sed hæreticus: erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quemdam sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic secundùm prouinciæ consuetudinem, die sancto Cœnæ dominicæ, sumptam communionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem: vt post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim negotij cuiusdam gratiâ, dimissâ per obliuionem sanctæ communione in armario: dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutásque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat, quidnam de illis faceret. Nam ex illo communicare nolebat, eò quòd essent sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, ipse verò Seuerianæ hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, vt erant, cogitans, quia rediturus esset seruus, & sumpturus eas.

XXV. Cùm autem venisset Cœna Domini, nec seruus ille fidelis redijsset, voluit eas Dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annum seruarentur. Aperto armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus in nouo admirandoq; spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans, Kyrie eleison, conuenit ad sanctas Ecclesiam ad sacrosanctum ac venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum & terribile & omnem rationem omnemq; mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel quos aliqui viderunt, sed omnis Ecclesiæ ciuesq; rustici, & indigenæ, qui continentem ambulant, & qui nauigant viri, & alij omnes; & illis quidem clamabant, Kyrie eleison: cæteri autem Deum aliter laudabant: omnes verò pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes adiecti sunt sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. hæc de actis Seleuciæ.

XXVI. Rursus autem idem auctor de alio sectatore Seueri hæc scribit [b]: Narrauit iterum nobis idem Abbas Theodorus dicens: Xenodochium hic est prope Pharum inter S. Sophiam & S. Faustum: Quo autem illo præerat, die quodam orauit me, vt irem in Xenodochium, & ibi morarer paucis diebus. Abiens igitur, inueni illic monachum quemdam hospitio susceptum Syrum genere, nihil habentem præter cilicium & pallium & panes paucos: stabat autem in vno angulo semper die noctuq; psallens, & nec vnius loquens. Veniente autem die sancta Dominica, abij ad illum dicens: Veni frater ad S. Sophiã, vt communices sanctis venerandis mysterijs. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, oro te? Ait mihi: Quia Seuerianus sum, & non communico Ecclesiæ. Audiens itaq; quòd non communicarem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, simulq; videns illius optimam cõuersationem, vitamq; virtutibus plenam, abijciens in cellulam meam; & clausa ianua, prostraui me ipsum in faciem coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lachrymis multis, dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamq; clementiam inclinasti cœlos & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta nostra Dei Genitrice semperq; Virgine Maria, reuela mihi, qui sint, qui benè & rectè credunt, nos ne, qui sanctæ Ecclesiæ iungimur, an qui Seuero consentiunt.

b Prat. Spir. vtil. ap. 100

XXVII. SIGNVM SIBI A DEO FACTVM IMPIETAS SEVERIANA.

Die verò tertia venit mihi vox inuisibiliter dicens: Vade, Theodore, aspice fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum, expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat. Et cùm manssissem sedens quasi horã vnã, & intuerer in ipsum stantem & voce Syra psallentem, vidi, teste Deo, filij columbam super caput eius stantem fuligino sam veluti ex coquina venientem, squalidam & fœtidam. Tunc agnoui eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam fœtidamq; columbam ipsius esse fidem. Hæc autem nobis narrauit in veritate cum multis lachrymis & singultibus sancta ipsius anima.

De alio item Seuerianis communicante idem auctor narrat in hunc modum [c]: Abbas Theodorus antiqui monasterij pater narrauit nobis, dicens. Erant Constantinopoli fratres duo trapezitæ Syri. Dicit autem maior ex illis minori fratri: Veni descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit autem illi iunior: Cur ambo dimittimus hic monasterium nostrum? Descende ipse, & ego hic manebo: vel ego discedam, tu illuc veni ante. Conuenit ergo inter eos, vt descenderet iunior. Cùm itaque descendisset, post breue tempus is, qui Constantinopoli remanserat, vidit in somnis senem quemdam speciosum & magnæ reuerentiæ dicentem sibi: Scis, quia fornicatus est frater tuus in vxorem cauponis? Qui exurgens de somno, tristari cœpit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Abijt autem secundò eumdem senem dicentem sibi: Scis, quia frater tuus corruit in vxorem cauponis? Quo viso rursum contristatus est. Tertiò conspicit eumdem dicentem sibi: Nescis, quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in vxorem cauponis effusus est? Scispsit igitur ad illum ex Constantinopoli, vt statim dimissis omnibus, veniret Byzantium. Qui acceptis fratris litteris, statim dimisit omnia, venitq; ad fratrem suum. Ille verò mox vt vidit eum, duxit in maiorem Ecclesiam, & cœpit mœstus culpare illum, & dicere: Benè fecisti, frater, quia cauponis vxorem adulterasti? Quod cùm ille audisset, iurare per Deum omnipotentem cœpit, quòd neque adulterauerat, neque mulierem vllam nouerat, præter legitimam vxorem.

XXVIII. c Prat. Spir. c. 221.

XXIX. COMMVNICARE CVM HAERETICIS NON LICERE.

Cùm hæc frater maior audisset, ait illi: Nunquid aliud quippiam peccasti grauioris à te gestum est? Ille autem asseueranter, dicens: Verè nihil conscius sum iniquitatis admisisse: nisi quòd monachos in villa nostra reperi Seuerianos dogmatis, ignorans, an malum esset, communicaui eis: aliud quodlibet ignoro me fecisse. Intellexit tunc maior natu frater, hoc esse, quod illis dictum fuerat, fornicatum scilicet eum fuisse: quia sancta Catholica & Apostolica Ecclesia omissa, in hæresin Seueri Acephali, qui re vera caupo est, corruens, confusus erat, & nobilitatem rectæ fidei contaminârat. hæc ipse. post multa verò ista habet [d]: Dicebat Senex quidam: Signa & prodigia diuinitùs vsq; hodie in Ecclesia fiunt propter eas, quæ pullulauerunt & quotidiè pullulant, impias hæreses, & maximè propter Acephali Seueri & cæterorum perniciosa schismata; ad numinem & firmamentum animarum, atq; ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conuersionem, &c. subditque de quibusdam miraculis in baptisterijs Catholicorum fieri solitis.

d Prat. Spir. vtil. cap. 203

XXX. ex Vita S. Ioannis Silent. apud Lipom. tom. 6 SEVERIANVS PER S. IOANNEM SILENTIARIVM CONVITVS ET CONVERSVS.

Ad hæc addimus de Præfecto vrbis Constantinopolitanæ, quem S. Ioannes cognomento Silentiarius ab hæresi Seueri liberum reddidit: in eius enim Actis res gesta sic describitur à Cyrillo [e]: Mulier quædam genere quidem Cappadocissa, Regina autem vocatione, diaconissa verò magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, venit Hierosolymam, habens secum consobrinum, qui locum obtinebat Præfecti: qui erat aliquo vir pius, Catholica autem minimè communicabat Ecclesiæ, vt qui Seueri à rectâ diuersam susceptisset opinionem. Atque diaconissa multum quidem ponebat studij, vt mens illius mutaretur, & eum Catholicæ vniret Ecclesiæ: quamobrem vnumquemque virum iustum rogabat, vt pro eo oraret. Quæ quidem mulier cùm audisset de gratia diuini Ioannis, desiderauit eum adorare. Cùm autem didicisset non licere mulieri in Lauram accedere, accersito Theodoro eius discipulo, rogauit, vt eum acciperet, & ad sanctum senem deferret: credens fore, vt per eius orationem Deus conuerteret eius cordis duritiem, & dignum redderet, vt communicaret Ecclesiæ Catholicæ. Quem quidem cùm accepisset Theodorus discipulus, venit ad senem; & cùm pro more pulsâsset fenestram, & senex esset aperturus, iniecit vterque pœnitentiam. Cumq; dixisset discipulus, Benedic nos, Pater: senex aperiens, dixit discipulo: Tibi quidem benedico: hic autem non est benedictus. Cùm autem diceret discipulus: Non sic, ô Pater. Respondit senex: Reuerà non benedicam, donec à mala schismaticorum sententia desisterit, & se Catholicæ Ecclesiæ confessus fuerit communicare.

XXXI.

Hæc cùm ille audisset, obstupuit senis perspicacem gratiam, & miraculo mutatus, certè est pollicitus, se communicaturum Catholicæ Ecclesiæ. Tunc senex cùm ei benedixisset & eum erexisset,

primum eis intemerata imperij sacramenta, abstersa ex eius corde omni dubitatione. Hæc cùm didicisset Regina, venit in manus desiderium videndi senem oculis, & in animo habuit se virili amictu induere, & ad eum venire in Lauram, suaq; ei exponere. Hoc cùm ei ab angelica apertum esset visione, ei significat dicens: Scias, quòd si venias, futurum sit, vt me non videas. Noli ergo vexari, sed potius mane: & vbicumque degeris, apparebo tibi in somnis, & tua pro te audiam; & quæ mihi Deus in mentem immiserit, ea tibi renunciabo. Illa cùm audisset, & apertè credidisset promissionem, ipsi ei apparet in somnis, dicens: Ecce Deus me misit ad te: enuncia mihi, an velis aliquid. Ea verò cùm dixisset, quæ ad se pertinebant, responsum accepit cum venient, & surrexit, Deo gratias agens. Cumq; senu venisset discipulus, tunc ei formam & figuram renunciauit. Ego autem, qui hæc ab illâ audiui diaconissâ Reginâ, ea mando litteris hactenùs Cyrillus. Ex quo par est & illud adijcere, quod miraculi vim quidem obtinet, nimirum ex hoc anno, quo sanctissimus Hierosolymorum Episcopus à sua abstractus est sede per Seuerianos hæreticos, vsque ad obitum Anastasij Imperatoris huius cum Seuero sceleris architecti, vniuersam illam Palæstinæ prouinciam per quinquennij temporis spatium incredibilem passam siccitatem, dirâ vexatam esse penuriâ; de qua ita Cyrillus in Saba[a]: *Post iniustum illud Elie Palæstinæ Antistitis exitium, fames quædam & penuria rerum necessariarum, siccitas quoque & locusta, & graues quædam plagæ integris quinque annis oppressêrunt Palæstinam.*

PENVRIA INGENS POST ELIÆ EPISCOPI EXILIVM.

[a] Cyrill. in vita Sabæ apud Surium tom. 6 die 5 Decemb.

XXXII. Quomodò autem duci suo, validoque aduersus Seuerianos hæreticos propugnatori Sabæ vberrimam Deus tùc suppeditauit annonam, audi eumdem Cyrillum rem memoratu dignam exactè scribentem: *Cùm verò essent septem, quæ ab ipso constructa fuerant, monasteria, & quorum ipse curam gerebat, nulli eorum redditum ac prouentum prouidit. Sed cùm Deo eorum omnem mandasset curam, & ea simul per omnia curaret rerum omnium inopia: ille non modò nihil vile & abiectum est locutus, sed etiam conuocans præfectos monasteriorum, suadebat, vt propter hæc nihil angerentur animo, neq; de corpore quicquam essent solliciti; sed fidem haberent Patri, qui sciebat eos bus indigere, & omnipotente suâ dexterâ ea suppeditabit.*

XXXIII. EXTREMAM PENVRIAM PATIVNTVR MONACHI. *Cùm sic ergo statuisset Sabas, magnoq; & excelso esset animo præditus, in ea, quæ ei parabat, Laura, adeò defecerant necessaria, vt non suppeteret quidem panis ad Deo sacrificandum & offerendum. Accidit ergo vt, cui commissum fuerat ministerium, significans ei calamitatem, & simul appropinquare diem Dominicum, ei in memoriam reuocans, & quòd non posset vt quæ celebrari diuinum ministerium, dum neque panis esset in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus necessarijs. Sed hæc quidem ille. Magna autem illa reuerâ & admirabilis anima nec sic quidem desperauit de Dei curatione & arcanis & inessabilibus vijs prouidentia. Sed ego (inquit) nequaquam prohibebo sacrum Dei ministerium. Tanta verò rerum necessariarum indigentia præbebit nobis aliquem sacrarum rerum thesaurum ad sacrum celebrandum ministerium: sed est fiducia (inquit) qui iubet*[b] *crastinum manere liberum à solicitudine, quod attinet ad vsum corporis.*

[b] Matt. 6.

XXXIV. INOPINATA ANNONÆ ALLATIO. *Et cùm nondum aduenisset dies Dominicus, veniunt quidam ad ipsum tamquam consulto missi à prouidentia, singuli ferentes ouum triginta in mentorum: onus autem erat frumentum, & vinum, & oleum, & alia monachis apta ad alimentum, adeò vt Laura propemodum esset angusta ad capiendas res esculentas. Statim ergo dominus Sabas ei, qui indulgentiam parce & sordidè ea obuecerat: Quid ais (inquit) sacrum ne dimittimus ministerium? Ille autem intelligens interrogationem esse reprehensionem cogitationum, quæ non satis erant valida ad ferendum in Deo, procidit ad pedes eius, petens veniam, &c.*

XXXV. Sed quid insuper? Et ab ipso Imperatore, cuius maiestatem videri poterat hostiliter offendisse, cùm aduersus Ecclesiam missis ab eo ducibus ad hæresim Seuerianam propagandam restituisset, idem Sabas annonam accepit ad monachos Orthodoxos alèndos, cùm ad eum secundâ legatione Constantinopolim functus est hisce famis vrgentis temporibus: vt planè id maiori videatur adscribendum esse miraculo, dum Dei virtute ipse Orthodoxorum persecutor coactus sit pascere Orthodoxos: sicque his quodammodo illud Samsonis applicari possit ænigma[c]: *De comedente exiuit cibus, & de forte egressa est dulcedo.* Quomodò autem hæc se habuerint, ex eodem auctore Cyrillo audi:

[c] Iudic. 14

XXXVI. *Contigit (inquit) aliquid in pago, qui sunt Hierosolymis, quod eiusdem Sabæ repressit impetum, magnâ scilicet in solitudinem. Verùm enimuerò non ingratum fuerit hoc quoque addere his, quæ dicta sunt, quod magnam sibi illius significat misericordiam in pauperes, quibus sicut iniuria, & zelum aduersus eum, qui improbam mente contendebat prohibere misericordiam, & admirabilem in eum prædictionem. Fames simul & pestis, duo mala, quæ similiter possunt tollere de medio, cùm inuasissent nonnulla loca ex his, quæ sunt sita sub Imperio Romanorum, vicatim quidem domos eximauerunt hominibus, totos autem pagos & habitationes & agros reddiderunt vacuos habitatoribus. Porrò malum quoque procedebat vlteriùs, & adhuc pluribus afferebat interitum. Cùm ergo considerassent communium curatores, quinetiam ipse Imperator, quanam ratione commune non pateretur damnum vectigalium aquirorum: decreuerunt, vt à finitimis, qua altritus fuerant & pressi ant, ea exigerentur. Et hoc locum habuit per vniuersam regionem, quæ subest eorum Imperio: & quicumque habitabant in loco vicino, cogebantur pendere vicinorum vectigalia, siue pressisset fame & inopia, siue etiam essent sui boni euersi propter necessitatem. Ista cùm audis, vide, quo iure præclari aliquis Anastasij munificentiam, quòd tributum Chrysargyrum cessare voluerit: cùm aliquando diuersis alijs populum tributis afflixerit. Nullus vnquam extitit Imperator auri auidior ipso Anastasio, qui (quod sæpè dictum est) non ferro, sed auro barbaros intra suos ipsorum fines cohibere solitus erat. Quomodò igitur tantam prouincialium cladem Sabas commiseratus, eam auertere conatus sit, accipe à Cyrillo, qui subdit:*

DE ANASTASII LEGE AD MODVM INIQVA.

XXXVII. SABAS DE CVIVSDAM SVBITA REMISSIONE AD ANASTASIVM IMPERATOREM. *Beatus ergo Sabas pro re tam iniqua ciuitatibus & tam impia, & maximè quod etiam Hierosolymis executioni mandabatur hoc iniquum & tyrannicum decretum, accedit ad Imperatorem, annuntiat rei absurditatem, ostendens pauperum interitum, dicens commune nihil hinc lucrifacere, sed extremo potius damno affici, omnibus, qui grauem illam famem & inopiam effugere potuerunt, afflictis ab hac graui exactione, & quæ essent inposterum soluturi, eorum tactum à commune afficientibus. Deinde sit etiam applex, & vnam ab eo petit gratiam, nempe vt pauperibus iniustum illud vectigal remitteret, & duplici exactione miseros illos non amplius opprimeret.*

XXXVIII. *Cùm is autem, nempe Anastasius Imperator, & iustum esse reuerâ, & propter illius viri preces motus esset pudore, & nesciret, quid ageret, & pauperibus vellet præbere immunitatem à crudeli illo munere; Marinus quidam agrestis moribus, qui linguam cohibere non poterat, tunc verò magnam habebat potentiam, agebat autem & ferebat, quò volebat, leuitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & vere regiam euertit sententiam, dicens esse Nestorianos, qui erant in sancta ciuitate, & tali dono minimè dignos. ita sanè Seueriani & Eutychiani omnes hæretici Nestorianos (vt vidimus) nominare Orthodoxos consueuerunt. At quid in pestilantem hominem Sabas? audi:*

XXXIX. *Cùm cum autem (subdit Cyrillus) increpasset beatus Sabas, & inspirasset eum cessare desuper bellum, excitare aduersus Imperatorem; in fine autem illa quæ quasi dicisset: Nisi te velox propter ea, quæ dixisti, subierit pœnitentia, periit memoria tua cum sonitu: Marinus quidem nihilo se euadit melior. Ille verò cùm Imperatoris statua, valedixisset, & alias eo more machinas accipisset, vt distribueret ijs, quæ sub eo erant, monasterijs præsicisitur statua in Palæstina, & eas, quæ sunt in ea, solitudines. Hæc autem magna in pauperes iniustitia mansit incorrecta tempore Anastasij, cuius partem quidem curauit iustinus, cùm diuinus quoq; Sabas tunc literis apud illum intercessisset; perfectam verò illius curationem postremò effecit Iustinianus Imperator.*

[d] Psal. 9. SABAS MARINVM REDARGVIT

XL. MARINVS DAT POENAS SVÆ CRVDELITATIS. *Non multum intercessit temporis, & finem acceperunt venandi huius viri ad Marinum proditiones. Nam cùm quædam rerum commotio occupâsset ciuitatem, & mota esset populari seditio, facultates omnes Marinæ raptæ sunt à seditiosis, & domus fuit igne exusta, & parum abfuit, quin ipse periret: neq; verè mortem, quæ immineat, potuisset effugere, si non citò ad conuersionem adspexisset & pœnitentiam. Hoc autem & alij plurimi renunciarunt, & Pompeius quoq; consobrinus Imperatoris, multùm quidem deflens Marini calamitatem, multùm autem admirans beati Sabæ certam & veridicam prædictionem. Narrauit etiam postea Anastasiæ vxor huius Pompeij, quam in monte Oliueti omni florere virtute, vobis superior tradidit oratio. Sanè quidem & Marcellinus Comes simul*

scribens conatus populi Orthodoxi aduersus hæreticum Imperatorem, testis est de populi in Marinum commotione, eâ quidem occasione conflata (vt conijci potest) quòd eidem Marino tributa fuerit illa sanctio edita anno superiori sub Cõsulatu Pauli ab ipso Imperatore, quâ præscripta forma de petenda remissione tributi, fœtitum fuerat, ne quis priuatus ea de re preces porrigeret Imperatori; sed quia à prouincijs vel ciuitatibus eiusmodi legationē accepissent, adirent Præfectum Prætorio, qui petita Imperatori referret, est de his constitutio Anastasij ad Anthemium[a] P. P. Extant autem Iustiniani de tributorum plenaria remissione editæ sanctiones[b].

a *L. 13. de annon. & tribut.*
b *Auth. c. 147. 148. 165.*

XLI. DE INGENTI AVRI VI DATA SABÆ AB ANASTASIO IMPERATORE

Ac quantam auri summam acceperit sanctus Sabas ab Anastasio Imperatore, licèt Cyrillus minimè numerarit; ingentem quidem fuisse, ex ijs, quæ ipse subdit de erogatione ab ipso facta in monasteria, & ædificata ex ea Ecclesia, possumus intelligere, cùm ait: *Diuinus autem Sabas cùm emisisset quidem partem auri sibi datam ab Imperatore, paternam domum, quæ erat in Mutalasca, extruxit in templum martyribus Cosmæ & Damiano; quod reliquum verò erat, ex æquo diuisit & ijs, qui simul erant, fratribus, & quæ sub ipso erant, monasterijs.* Sic igitur magnus Sabas suâ eximia sanctitate perfectorem conuertit in largitorem.

XLII. SEVERVS TENTAT DECIPERE REGEM SARACENORVM.

Iam verò ad Seuerum redeamus, qui inhians, & tamquam alter [c] Leuiathan spem concipiens, vt influeret in os eius Iordanis, nempe per baptismum ingentem lucrati hominum multitudinem, Alamundarum Regem Saracenorum ad fidem conuersum, vt in eis hæresis impietate baptizaretur, per Episcoporum legationem tentauit. Quod quidem cùm factum Cedrenus tradat anno vigesimosecundo Anastasij Imperatoris, sed postquàm Seuerus est creatus Episcopus, vtique non ante præsentem annum oportuit contigisse. Res gesta à Theodore lectore ita narratur [c]: *Cùm Alamandarus Saracenorum Philarchus Christianismum amplecteretur, misit ad illum Seuerus duos Episcopos, vt eum malitia sua inficeret. Verùm huius conatus præuenit Deus, effecitq; vt ab illis baptizaretur, qui Synodū Chalcedonensem approbabant. Cuius qui à Seuero missi erant Philarchum ea docere conabantur, quæ vera doctrina contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum, quæ ab illis dicebantur, commentus est. Et erat, quòd videretur litteras accepisse, quæ Michaëlem Archangelum mortuum esse significarent. Respondentibus illis, Hoc est impossibile. Quomodò (inquit igitur Philarchus) si duas naturas Christus non habet, nudam crucem Deus pertulit, cùm ne Angelus quidam pati quicquam, vel mori queat? Ad hunc itaque modum confusi, qui à Severo missi fuerant, & pudefacti discesserunt.* hæc Theodotus, eadem Anastasius Bibliothecarius in Chronico & alij. Sed quæ de Rege Persarum Cabade his Theodorus præmittat, attende. ait enim:

c *Iob 41.*
c *Theod. Lect. Col. l. 8. hb 2.*

XLIII. DÆMONES TANTVMMODO EVGARVM CHRISTIANIS.

Castrum quoddam est inter Persas & Indos nomine [f] Hundadeero, cùm Rex Cabades multas in illo pecunias ac lapides pretiosos asseruari audisset, volebat eius regis gentem cognoscere. Verùm dæmones locum illum inhabitantes, Cabadem ab eo, quod quærebat, impediebant. Cunctam itaq; magiam suam magi illius imbenderunt, sed frustra. Abolita est & Iudæorum magia, neq; sic tamen voti compos euasit. Cogitabat per Christianos auferri dæmones illos. Episcopus itaq; Christianorum in Persia, peracta super ea re Synaxi, & acceptis diuinis mysterijs, & in Christianos, qui aderāt, dispensatis, signo Crucis dæmones profligauit, & castrum Cabadi sine vlla molestia tradidit. Quamobrem vir ille stupefactus Episcopum illum primæ sedis prærogatiua cohonestauit, cùm ad id vsq; temporis Iudæi & Manichæi priores haberent: deinde & cunctis Christianissimum amplecti volentibus liberum & securum fecit. hactenùs Theodorus: recitat eadem Nicephorus, [g] & ante eos Anastasius Bibliothecarius in Chronico sub Anastasij Imperij fine; adduntque eā occasiona excitatam persecutionem in Christianos quieuisse, in qua grandia facta esse miracula, tum ipse Anastasius, tum Cedrenus narrant, nempe Christianos absciss is linguis rectè locutos, & concisis poplitibus rectos ambulâsse. Sed mirum hæc esse à Procopio prætermissa.

f *Cedren. Niceph. Paul. Diac. & alij*
g *Nicephlib. 16. c. 30*

XLIV. DE DOROTHEO EPISC. ANCYRÆ.

Hoc eodem anno, ijsdem Consulibus (inquit Marcellinus) *Dorotheus Ancyræ ciuitatis venerandus Antistes, & Anastasio principi propter vnicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, finem vi-*

XLV.

XLVI. SYMMACHI EPISTOLA AD EPISCOPOS GALLIÆ.

uendi, quem sibimet, missō contra se Magistriano, ipse præmiserat, in dicto tempore fecit. hæc ipse. Sed dolendum tanti viri non nisi obitus tempus fieri manifestum, gloriosa verò certamina aduersus Imperatorem hæreticum vel silentio prætermissa (quod non putamus) vel potiùs temporum iniuriâ sepulta relinqui.

Quod demùm spectat ad res Occidētales, hoc anno sub Probi cum Clementiano Consulatu S. Cæsarius Arelatensis Episcopus veniens Romam, petijt à Symmacho Papa cõfirmari sibi priuilegia collata antiquitùs Ecclesiæ Arelatensi: quod & Pontifex S. Leonis Papæ decretis inhærens libenter præstitit, extant de his epistolæ eiusdem Symmachi duæ, quarum altera ad vniuersos Galliarum Episcopos hoc anno data habetur sub Consulatu Probi; alter ad ipsum Cæsarium anno sequenti sub Consulatu Senatoris; prior autem sic se habet:

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Gallias constitutis Symmachus.

Sedis Apostolicæ instituta prædicanda solicitant, vel de concordia vniuersalis Ecclesiæ, qua toto Orbe diffusa est, pervigilis cura tractemus: quæ in eo præcipuè efficacius adolescit, si ea, quæ à Patribus statuta sunt, ætas subsequens reuerenter obseruet. Cæsarius siquidem frater & Coepiscopus noster Metropolitanæ Arelatæ ciuitatis sacerdos Ecclesiæ beati Apostoli Petri liminibus præsentatus, ea, quæ pridem de priuilegijs Ecclesiarum constituta sunt, nostris postulauit innouari sermonibus. Cuncta igitur inter Ecclesias Arelatensem & Viennensem à decessore nostro beatæ recordationis Leone Papa quæ super hac parte ordinata sunt, Ecclesiæ Romanæ fidelis declarat institutio. Atq; ideo ne ea, quæ semper veritatis est æmula, sibi aliquid vendicare queat obliuio, & priorīs decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium: necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris affatibus. Idcircò quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum cognitis allegationibus partium desinit parochiarum numerum vel quantitatem Arelatensis & Viennensis sacerdotibus deputandum, & nos præcipimus nullius vsurpatione transgredi. Sed vt antè prædiximus iuxta indulgentiam supradicti Pontificis Valentiam, Tharantasiam, Geneuam, Gratianopolim oppida Viennensis Antistes iuri suo vendicet: nec quicquam amplius ab hiis, quæ semel ab Apostolica sibi sede concessa sunt, æstimet præsumendū. Alias verò parochias, vel diœceses cunctas priuilegio & honore suo Arelatensis Episcopus sub temporum continuatione defendat. Nec enim obseruatio & vetustatis reuerentia custoditur, si ampliùs de humilitate gloria sacerdotalis attollitur. Proinde, fratres charissimi, singuli honoris sui distributione cõtenti, nec per secularia patrocinia, nec per cuiuslibet excusationis obtentum illicita præsumptione terminos concessæ potestatis excedant. Studere siquidem vnusquisq; debet deuotionis officium magis grata, quàm de ambitione, ne & Domini nostri offensam & humanam in se lacessat inuidiam. Tacere nos ista commissa dispensationis intra mimimè patiuntur: vt & de his, qui Ecclesiasticis regulis obsecundant, perseuerantibus in concordia sedis Apostolicæ gratulemur; & illis, qui Catholicis disciplinis obtemperare destiterint, ab Ecclesiæ gratia & charitate se alienos ostendant. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dat. Idib Nouemb. Probo V. C. Conf. Extat & alia Symmachi breuior eiusdem argumenti Epistola ex monimentis Floriacensis bibliothecæ accepta, [h] his verbis:

h *Bibl. Floriac. edit. à Ioanne Cœleſt. part. vlt. pag. 33.*

Symmachus Papa omnibus Episcopis per Gallias constitutis.

Cunctas inter Ecclesias Galliarum, ob præcipuas, Viennensem & Arelatensem, extitit controuersia. Quæ verò à prædecessore nostro beatæ recordationis Leone Papa super hac parte ordinata sunt, Ecclesiæ Romanæ fidelis declarat institutio. Atq; ideò, ne ea, quæ semper est veritatis æmula, sibi aliquid vendicare queat obliuio, & priorīs decreti vigor temporis diuturnitate vergat in senium, necessarium duximus olim promulgata in lucem reddere nostris affatibus. Idcirco quemadmodum decessor noster Leo Papa dudum recognitis allegationibus partium definiuit, parochiarum numerum, vel quantitatem Viennensi, & Arelatensi sacerdotibus deputatam, & nos præcipimus nullius vsurpatione transcendi. Valete.

IESV CHRISTI

Annus 514.

SYMMACHI PAP. Annus 16. ANASTASII IMP. 24. THEODORICI REG. 22.

I. DICASSIODORI CONSVLATV.

DECIMVSQVARTVS supra quingentesimum Christi annus Consulatu M. Aurelij Cassiodori, Senatoris V.C. aperitur & clauditur absque collega: per amplissima quidem dignitatum subsellia peruenit hic vsque ad fastigium Consulatus: Etenim primùm omnium Comitiuâ rerum priuatarum; inde sacrarum largitionum est insignitus; insuper Præfecturis prouinciarum Siciliæ vtriusq; Brutiorum atque Lucaniæ potitus, Patriciatus posteà sublime suggestum conscendit: Palatinæ quoque Quæsturæ munere functus, creuit in Magistrum Officiorum; auctusque etiam sublimitate Præfecturæ Prætorij, ac deniq; summi honoris verticem hoc anno attigit Consulatum. Est horum munerum ab eo perfunctorum mentio in ipsius Variarum præfatione, atque in epistola ad Senatum [a], quâ & nobilitas Cassiodoræ familiæ, emeritaque honorum stipendia declarantur, vt Cassiodori aui & Heliodori, non in orbe tantùm Occiduo, sed etiam Orientali: nam ipsum ait in vrbe Imperatoria Constantinopoli Præfecturam iouennalem bis gessisse sub Zenone, cùm Theodoricus ipse posteà Italiæ Rex ibidem moraretur. Hæc ad decoré purpuræ Consulatus Cassiodori dicta sunto: sed quomodo spretis his omnibus, factus cœlestis curiæ candidatus abdicatione sæculi euaserit illustrior, suo loco dicemus.

a Cassiod. Variar. lib. 1. epist. 4.

II. CVR ORIENS CAREVIT CONSVLE.

At si quis adhuc quærat, cur nullum pepererit Oriens hoc anno Consuli Cassiodoro collegam? Tribuitur eiusmodi Consulatus sterilitas ciuilibus motibus causa læsa fidei sæpè obortis, sæpè recisis, & iterum pullulantibus; nūquam euulsis, hoc autem anno ob Vitalianum recrudescentibus. Ex quibus etiam conflatis turbis accidit, quod licet à Ioanne Episcopo Hierosolymitano acriter Imperator offensus, cùm quem putans perseueraturum hæreticum, Eliæ confessori voluit subrogari, cum posteà acerrimum aduersarium expertus esset: minimè tamen in eum vlcisci valuit, cum bellicis hisce tumultibus fuerit reuocatus, vt Cyrillus affirmat. Accidit planè, iusto Dei iudicio compensato certamine, vt dum fidem Catholicam Anastasius imperatoria exagitat potestate, ipse lacesseretur à potentissimo Imperij perduelle: sed quodammodò id factum sit, paulò inferiùs dicturi sumus.

III. Modò autem quid Romæ contigerit, dicamus, ipso auctore Consule Cassiodoro, qui ait: *Me etiam Consule, in vestrorum laude temporum* (alloquitur Theodoricum) *adunato clero, vel populo, Romana Ecclesia redijt optata concordia.* Hæc idcircò Cassiodorus, quoniam hoc anno obitu Symmachi, in electione noui Pontificis ambæ in vnum cōuenēre partes. Itaque iam sublato interiacente eos diuidente pariete, concordia restituta, Romana Ecclesia diu expetitam consecuta est pacem.

IV. Antè autem quàm Symmachus moreretur, hoc anno mense Iunio idem Pontifex ad Cæsarium Episcopum Arelatensem has litteras dedisse reperitur:

EPISTOLA SYMMACHI PAPÆ AD S. CÆSARIVM EPISCOPVM.

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus.

Qui veneranda Patrum statuta custodit, amicum se absolutæ religionis ostendit: & qui prouidet, vt locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratia cogitare. Rationabile est, vt sancta Arelatensis Ecclesia proprijs priuilegijs perfruatur: & quod vetustas præstitit, & Patrum auctoritas roborauit, noua non debet violare præsumptio. Sic tamen, vt cæterarum Ecclesiarum priuilegia temporibus acquisita non titubent: quia nec potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit iniuriam. Manentibus siquidem his, quæ Patrum constituta singulis Ecclesijs concesserunt, decernimus, vt circa hæc, quæ in Galliæ prouincijs de causa religionis emerserunt, solertia tua fraternitatis inniglet. Et si ratio poposcerit præsentium sacerdotum, seruata à consuetudine, vnusquisque tua dilectionis admonitus auctoritate conueniat: & si Dei adiutorio controuersia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus: alioqui existentis negotij qualitas ad sedem Apostolicam, te referente, perueniat: vt cuncta ordine suo peracta, vnde inimicus bonitate sibi blādiatur, locum inuenire non possit. Igitur quotmodum supra diximus per singulas Ecclesias beneficia, quæ sunt diu custodita, seruentur. Et si tam Ecclesia Aquensis Antistes, vel alius quilibet Metropolitano Pontifici iuxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit, nouerit subdendum se (quod non optamus) Ecclesiastice disciplinæ. Et in hac parte magnoperè te volumus esse solicitum, vt si quis de Gallicana regione Ecclesiastici ordinis atq; officij ad nos venire compulsus fuerit, cùm fraternitatis tuæ notitia iter peregrinationis arripiat: vt nec honos eius per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, & ambiguitate depulsa, à nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. III. Id. Iun. Senatore V.C. Cons. Hæc quidem omnia tum ab alijs antiquitùs concessa, tum à Symmacho confirmata priuilegia Ecclesiæ Arelatensis, habes eadem repetita à S. Gregorio Papa in epistola [b] ad Virgilium Arelatensem Episcopum, & ad Episcopos [c] Galliarum. Porrò Symmachi litteris hic, qui sequitur, inhærebat in codice scripto libellus:

b Greg. lib. 5. epist. 31.
c Greg. ead. lib ep. 32.

Exemplum libelli P.

V. *Quantæ in omnibus Ecclesiarum Pontificibus, quæ in toto Orbe diffusæ sunt, Apostolica sedes sibimet vendicat principatum, & synodalibus decretis firmior eius præcellit auctoritas, tantùm præstatis sue prouisione dudum à sese concessa debent inconcussa seruari. Quatenùs Arelatensis Ecclesia fruatur priuilegijs suis, quæ nunc per Antistitem Cæsarium seriem sue petitionis insinuat; & quam hactenùs habuit potestatem, vestrâ nunc deposcit auctoritate firmari; & quod veneranda fides quondam perennis sanctione custodiri præcepit, & pragmaticis specialiter decreta sunt constituta, beatudinis vestræ præcepto suo etiam nunc confirmet auctoritas. Aquensis etiam ciuitatis Episcopum sanctitatis vestræ moneri præcipue constituit, vt duas à Metropolitano Antistite Ecclesiæ Arelatensis ad Synodale Concilium fuerit euocatus, vel aliqua ordinationis causa cum fibi congruis, & religio diuina necessarium, minimè venire frustretur: quatenùs ea, quælongæuus salutis priscorum sanxit auctoritas, vobis Præsulibus præsenti futuræq; ætati inuiolata seruentur. Dat. ab Egidio Abbate &* ..... Quem audio Egidium Abbatem obtinuisse libellum pro Ecclesia Arelatensi, illum putamus Egidium, quem sanctitate insignem sub Cæsario Arelatensi Episcopo claruisse, eius Acta declarant.

VI. SYMMACHVS PAPA MORITVR.

Hoc itaque anno, decimo quarto Kalendas Augusti ipse sanctissimus Papa Symmachus morius, cùm sedisset annos quindecim & menses octo, minùs diebus quatuor, multos labores & ærumnas passus tum à schismaticicis sæpè sæpius eidem negotium facessentibus, tum ab hæreticis, præsertim Anastasio Augusto pugnante: sicq; perfunctus vna cum afflictionibus vitā, mercedem illam à Deo accepit atque coronam, quâ donati sunt sanctissimi Præsules Dei Ecclesiam Catholicam illæsam ad exagitantibus eam fluctibus conseruantes; in quius memoriam sacta dies adscripta, annis singulis publico præconio iteratur.

VII. DE BASILICIS A SYMMACHO PAPA ERECTIS ET DONATIS.

De eo autem, præterea si deperiùs recensita, hæc ab Anastasio accipe de his, quæ spectant ad cultum & ornatum rerum diuinarum tum in erigendis basilicis, tum etiam in eisdem exornandis: *Hic* (inquit) *fecit basilicam S. Andreæ Apostoli apud B. Petrum, vbi fecit Ciborium ex argento, & Confessionem pensantem libras centum viginti: Arcus argenteos tres pensantes singulos libras sexaginta: Oratorium sancti Thomæ Apostoli ex argento pensantem libras CCC. & Confessionem pensantem libras viginti: Arcum argenteum pensantem libras sexdecim: Confessionem sancti Castiani. & SS. Primi & Hyacinthi ex argento pensantem libras viginti: Arcum argenteum pensantem libras duodecim: Oratorium sancti Apollinaris ex argento, & Confessionem cum arcu pensantem libras triginta & vnas: Oratorium sancti Sosij ex argento, & confessionem pensantem libras viginti: Item ad Sontem basilica beati Petri Apostoli Oratorium sanctæ Crucis ex argento Confessionem, & Crucem ex auro cum gemmis, vbi inclusit lignum Dominicum; ipsa Crux aurea pensat libras decem. Fecit autem Oratoria sancti Ioannis Euangelistæ & sancti Ioannis Baptistæ, infra, quorum Confessiones fecit arcum argenteos*

pensantes libras triginta: quæ cubicula omnia à fundamento perfecta construxit.

VIII. ORNAMENTA COLLATA BASILICÆ S. PETRI. *tigno

Basilicam beati Petri marmoribus ornauit. Et cantharum beati Petri tum quadri portum ex marmoribus ornauit, & eò musiuo agnos & Cruces & palmas ornauit: ipsum verò atrium omne compaginauit: gradus verò ante fores basilicæ beati Petri ampliauit, & alios gradu sub signo * dextra leuaq; construxit: Item Episcopia in eodem loco dextra leuaq; fecit: Item sub gradibus in atrio alio cantharum foris in campo posuit, & ad vsum necessitatis humanæ fecit: Item & alios gradus ascendentibus ad beatum Andream fecit, & cantharum posuit.

IX. AULÆ BASILICÆ RECTÆ ET ORNATÆ A SYMMACHO

Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardario, & à fundamento eam cum fonte construxit, vbi posuit arcus argenteos duos. Eodem tempore fecit basilicam sancti Pancratij, vbi & fecit arcum argenteum, qui pensat libras quindecim: Fecit autem in eodem loco balneum. Item apud sanctum Apostolum Paulum in basilica renouauit apsidem, quæ in ruinam imminebat, & post Confessionem pictura ornauit, & cameram fecit & matroneum; & super Confessionem imaginem argenteam cum Saluatore & duodecim Apostolos posuit, qui pensant libras centum viginti; & ante fores basilicæ gradus fecit in atrio & cantharum, & post apsidem aquam introduxit, vbi & balneum à fundamento fecit.

X. Intra ciuitatem Romanam basilicam sanctorum Syluestri & Martini à fundamento construxit iuxta Thermas Traianas: vbi & subter altare Ciborium argenteum fecit, quod pensat libras centum viginti: arcus argenteos duodecim, qui pensant singuli libras decem: & Confessionem argenteam, quæ pensat libras quindecim. Ad beatum Ioannem & Paulum fecit gradu post apsidem. Item Archangeli Michaelis basilicam ampliauit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam Oratorium sanctorum Cosmæ & Damiani à fundamento construxit. In via Tiburtina militario vigesimo septimo ab vrbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyro Præpositis illustribus, de suo facientibus à fundamento, basilicam sancto Petro in fundo Pacinianæ dedicauit. Item ad B. Petrum & B. Paulum Apostolos, & ad S. Laurentium martyrem pauperibus habitacula construxit.

XI. Item ad beatum Petrum viginti cantharas argenteas fecit, pensantia singula libras quinque, & arcus argenteos viginti duos, pensantes singulos libras viginti. Hic reparauit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ iam in ruinam imminebat. Hic apsidem beatæ Agnetis, quæ in ruinam imminebat & ompem basilicam renouauit. Hic fecit cæmeterium Iordanorum in melius propter corpus Alexandri. hæc ibi de ornatu & cultu Ecclesiarum. Admiratione planè dignum, tanta potuisse præstari à Romano Pontifice sub Barbaro Rege, sub quo Vrbs ipsa quodammodò videbatur teneri captiua; cùm præsertim idem Symmachus pastorali munificentiâ in redimendis captiuis & alendis Episcopis Africanis in Sardiniâ relegatis non defuerit, sed abundè cuncta suppediârit. De constitutionibus autem ab eo editis, præter illa, quæ superiùs dicta sunt, hæc ibidem leguntur:

XII. Hic constituit, vt omni die Dominico, vel natalitijs martyrum hymnus, Gloria in excelsis, diceretur. ac paulò post: Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma per mensem Decembrem & Februarium, presbyteros vnoginta duos, diaconos sexdecim, & episcopos per diuersa loca numero centum decem & septem. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostoli XIV. Kalend. Augusti, & cessauit Episcopatus eius dies septem. Qui etiam in pace cōfessor quieuit. hæc ibi.

XIII. HORMISDA PAPA CREATVR

Sic igitur sanctissimo Papa Symmacho ex hac vita ad gloriam sempiternam perdecto, Romanus cleros, cuius erat muneris de successore subrogando tractare, summâ concordiâ coëuntes omnes post dies septem ab eius obitu (vt habet idem Anastasius) septimo Kalend. Augusti Pontificem creant Hormisdam natione Campanum ex patre Iusto, patriâ Frusipatem. Fuit autem Hormisda, cùm esset S. R. E. diaconus, semper inhærens Symmacho Papæ, vt ex tertio Romano Concilio sub eodem Symmacho celebrato apparet. Extant complures Ennodij Ticinensis epistolæ ad ipsum Hormisdam datæ, cùm adhuc Romanæ Ecclesiæ diaconus esset.

XIV. Simulac igitur Hormisda Pontifex creatus fuit, ad Orientales ex more scripsit epistolam pro Catholica fide seruanda, paceque concilianda, vt apparet ex litteris ab eo postea datis, de quibus suo loco dicemus. Cùm verò Christiano orbi inuisitatissimum Romanæ Ecclesiæ electum esse Pontificem, nouus Rex Christianissimus Clodoueus cunctorum præuenit obsequium, & superauit officia. Etenim (vt auctor est Hincmarus[a] Rhemensis Episcopus) idem Francorum Rex Clodoueus coronam auream cum gemmis (quæ regnum appellari solet) beato Petro, id sancto Remigio Rhemensi Episcopo suggerente, direxit. hæc ipsa etiam leguntur apud Anastatium in libro de Romanis Pontificibus[b] in Hormisda. Cæterum ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse præclarum capitis Pontificij ornamentum, suo loco superiùs dictum est, illudque esse cōsueuisse magni pretij, vtpotè ex auro atque gemmis ornatum, pariter est demonstratum. Qui igitur primus Francorum Rex Christianus aureâ coronâ donauit Romanū Pontificem, eam à Deo ipsum cōsecutum esse mercedem, declarauit euentus, vt Franchorum regni corona hactenùs perseueret. Certè quidem miraculi fermè loco ducēdum est, vt in vna gente tanto tempore, tanta propagatione regnum permanserit; quæ de alia aliqua natione accidisse, haud facilè quis inueniet.

CLODOVEVS REX MITTIT CORONAM HORMISDÆ PAPÆ. [a] Hincmar. in S. Remig. vt. apud Surium. 1. Octob. [b] Anastas. Bibliothec. in Vit. Pont. Rom. vbi.

XV. Sed & ipse Franchorum Apostolus Remigius litteris suis nouum salutauit Pontificem. Ad quem Hormisda rescribens, eidem ad præclaram meritorum excellentiam, & nobilissimæ sedis prætogatiuam, vt in Franchorum regno vicem gereret ipsius Romani Pontificis, dedit; quod quidem amplissimæ dignitatis erat munus & præfectura. Extat ipsa Hormisdæ Papæ epistola ad S. Remigium Rhemēsem Episcopum reddita, cùm adhuc viueret Clodoueus, quàm idem auctor recitat: sic enim se habet:

Dilectissimo fratri Remigio Hormisda.

XVI. EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ AD S. REMIGIVM. *Suscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ lætificauit indicio corporali cum spiritualibus officijs incolumitas subnixa: congruum esse perspeximus, hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire lætitiam. Agit enim summi documenta Pontificis, dum & prædicanda facit, & ea insinuare non differs. Prærogatiuam igitur de nostri sumpsimus electione iudicij: quando id operatum te esse didicimus, quod cæteris agendum obnixius imperamus, vt in prouincijs tantam longanimitate disiunctis, & Apostolicæ sedis vigorem, & Patrum regulas studeas adhibere custodiam. Vices itaq; nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filij nostri Ludouici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & Apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra cōuertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, salus prouilegij, quæ Metropolitanæ decreuit antiquitas, præsenti auctoritate committimus: augentes studij huius participatione ministerij dignitatem, teleuātes nostras eiusdem remedio dispensationis exercitias. Et licèt de singulis non indigeas edoceri, à quo iam probatissimis acutius vniuersa seruari: gratius tamen esse solet, si iuxta tramites ostenduntur, & laboratus inuncti operis forma monstratur.*

XVII. QVA DE REAT CVSTODIRE DECLARAT. *Paternas igitur regulas & decreta sanctissimis definita Concilijs ab omnibus seruanda mandamus. In ijs vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea (quantum dignum est) reuerentia custoditis, nullum relinquit culpa locum sanctæ obseruationis obstaculum: sibi fas, nefasq; præscriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quotiens vniuersale poscit religionis causa Concilium, te cunctis fratres euocante conuenant: & si quid, eorum specialis negotij pulsat intentio, surgia inter eos obortæ compesce, discussa sacra lege determinando certamina. Quicquid autem illic pro fide & veritate constitutum, vel prouida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instricta relationis attestatione perueniat. Eo sit, vt & nostrer animus officij charitate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.* hactenùs epistola Hormisdæ, quam eius esse genuinam recognoscēs ex eiusdem Pontificis scribendi stylo, si conferas cum alijs eiusdem Papæ epistolis, quarum nonnullas (vt rerum gestarum occasio exiget) ex codice Vaticano inferiùs ordine temporum describemus.

Quod

Quòd enim moris esset, vt recens creatus Romanus Pontifex immensæ molis opus, totius Catholici orbis curam cum collegis Coëpiscopis in diuersis prouincijs partiretur, & vices suas eisdem absentibus delegaret, nõ ad Remigium tantùm ista conscripsit, sed ad alios in alijs prouincijs existẽtes maioris ordinis sacerdotes eiusdem argumenti litteras dedit, vices suas ijsdem delegando, sicuti vidimus superiùs id factum à prædecessore in Oriente, nec non in Africa & Hispania, quod & modo in Gallijs fieri per Hormisdam intelligis.

XVIII. SYNODVS GALLICANA

His igitur à Romano Pontifice acceptis literis S. Remigius, nihil cunctatus, generalem Synodum colligẽdam curauit. Habita namque est per eum Synodus Gallicana, in quam cõuenerunt Episcopi Galliæ ac diuersarum prouinciarum. Erant autem Gallicanæ regiones ob Gothos Arianos, qui ibi regnârant, nonnihil eius hæresi labe conspersæ: quamobrem sanctissimi Episcopi in illud præcipuè incubuerunt, vt fidem Catholicam ab ea contagione liberam conseruarent. Coacto igitur Rhemis sacro Patrum Conuentu, accidit, vt inter filios Dei (vt est in Iob [a]) & satan quoque assistere præsumpserit, nimirùm Arianus Episcopus, qui tamquam nouus Goliath, exprobrans agminibus Dei viuentis, prouocansq; eos ad singulare cẽrtamen, strenuus perfidiæ propugnator, superbiaque inflatus, Catholicis omnibus insultabat. Sed exurrexit ex aduerso non iuuenis rursus aspectu, vt Dauid [b], sed venerandâ canicie sanctissimus senex Apostolicus vir Remigius, eiusque fastum compressit, atque victum ad Christi fidem perduxit: id autem quomodo factum sit, Hincmarus in actis ipsius S. Remigij describit his verbis [c]:

[a] Iob 1.

[b] 1. Reg. 1.

[c] Apud Sur. tom. 1.

XIX. ARIANVS INVITVS AD CATHOLICIS CONVINCITVR ET CONVERTITVR.

Et Synodo Arianus quidam hereticus, acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus. Vnde nimis elatus intererat. Ingrediente autem sancto Remigio Episcoporum Concilium, à multitudine Patrum expectantium, assurgentibus omnibus reuerenter, sicut Angelus Dei suscipitur. Superbus autem hereticus, & malè de viro Dei sentiens, dedignatus est ei assurgere. Qui protinus, cum sanctus Remigius ante eum transijt, ita obmutuit, vt nec verbum quidem vllum effari potuerit. Magnum planè miraculum, garrulam linguam & petulantem, quæ Dei Filium iugiter blasphemârat, solo transitu compressisse, vinculis inuisibilibus obligâsse, atque intra dentium claustra arcto carcere obseràsse. Qui igitur Apostolicâ legatione vice fungitur Petri, instar Petri vmbræ, transitu curat infirmum, vinciendum tamen antea tamquam phreneticum ligaminibus. At quomodo id acciderit, audi quod subdit:

XX. ARIANVS CONFITETVR CATHOLICAM FIDEM.

Expectantibus (inquit) *omnibus, vt post allocutionem sancti Remigij hereticus ille aliquid diceret: nihil prorsùs loqui: sed ad vestigia sancti viri pronùs cadens, moribus veniam petijt. Cui Sanctus dixit: in nomine Domini nostri Iesu Christi verè Filij Dei viui, si ita de eo rectè sentis, loquere: & de illo, sicut Catholica credit Ecclesia, crede & confitere. Ad cuius vocem hæc superbus hereticus, humilis iam & Catholicus, Catholicam fidem de sancta & inseparabili Trinitate, & de Christi incarnatione Catholicè confessus est, & in eadem confessionis suæ fide se permansurum professus est, sicque animo per infidelitatem perdito, & corpore à voce propter superbiam condemnato, virtute diuinâ sanctus Remigius & animæ & corpori reddidit sanitatem: cunctis, qui aderant, seu hæc audituri erant, sacerdotibus patenter ostendens, de malè sentiendo peccante in Christum, qui per humanitatem proximus & frater nobis fieri dignatus est, quomodo erga peccantes in se vel in Ecclesiam, atque rebelles, & erga pòst recognoscentes & pœnitentes debeant agere.* hæc Hincmarus [d]. Porrò Synodum hanc præsenti anno celebratam esse, vt dicamus, temporis ratio persuadet.

[d] Hincmar. in S. Remig. vit. apud Sur. tom. 1.

XXI. OBITVS CLODOVEI REGIS.

Haud diu pòst hæc, ipsis Hormisdæ Papæ primordijs, Clodoueum Franchorum Regem hoc ipso anno ex hac vita migrâsse, plura sunt, quæ demonstrent. Equidem non diximus de corona missa ad eumdem Romanum Pontificem, & quę habentur in litteris Hormisdę ad sanctum Remigium, in quibus eiusdem fit mentio Clodouei, satis significant: neque hunc ipsum prætergressum esse annum, sunt plura, quæ doceant. Cùm enim Gregorius Turonensis [e] numeret ab obitu S. Martini vsq; ad mortem Clodouei annos centum atque duodecim; constetque etiam ex ijs, quæ superiùs dicta sunt, ipsum decessisse anno Domini quadringentesimo secundo: planè affirmare necesse est hoc ipso anno viuere desijsse. Cui veritati certè quidem adstipulantur chronographi, & inter illos primum sibi vendicans locum Sigebertus, dum hoc ipso anno Domini quingentesimo decimo quarto Clodoueum Regem esse vitâ functum testatur. Rursum verò cùm anno quinto ab occubitu Alarici Regis Gothorum Clodoueum ex humanis desijsse testetur Gregorius Turonensis, qui totidem annos numerat à prælio Vocladensi, itidemque Amonius & alij Franchorum res prosecuti: nullum relinquitur dubium, hoc ipso anno eundem Regem Clodoueum esse defunctum, ipsaque Christianissimorum Regum Franchorum primitias Deo oblatas in cœlum acceptas. Vixisse aût ipsum annos quadraginta quinq;, regnâsse verò triginta, auctor est Gregorius Turonensis [f].

[e] Gregor. Tur. de Gestis Franc. lib. 1. c. vlt.

[f] Greg. Turon. de Gest. Franc. li. 2. c. vlt.

XXII.

Ornauerunt tantum Principem res in prælijs fortiter gestæ, ex quibus consecutus est nomen, vt Belliger diceretur. Fortunatus enim sic in Epitaphio Dagoberti Regis:

Belligeri venies Clodouei gente potentis.

Quod qui sem non antè adeptus est nomen & consecutus gloriæ titulum, quàm ipse victus à Christo victor sub Christi cœpit militare vexillis, quibus in bello prælijs, sic fecit potentissimos Alamannos, vicit fortissimos Burgundiones, Wisigothosque inuictos & alios barbaros bellicâ virtute sæpè repressit.

XXIII.

Docuit ipse primus, quid possint Franchorum arma, quo sanctæ Crucis vexilla præcedunt: siquidem quam sæpè antè constat Franchorum robustissimam gentem Gallias frustra tentâsse, Romanis sæpè terga vertisse, cum finitimis barbaris vario marte pugnâsse, & inter eos humili famâ vixisse, arctioribusque arctatam limitibus de salute sæpè periclitatam esse; vbi Christum nouit, quot est aucta victorijs, & illustrata trophæis? quò sublimis gloriæ honor & æmæ sublimata peruenit? Nota loquor, cunctis facta perspicua refero: omnes enim norunt, quòd huic vni datum sit ex tot barbaricis gentibus solum patrium relinquentibus & Romanum Imperium inuadentibus, figere sedes, latioribusque dilatare limitibus regnum, & lõgioribus perpetuare temporibus: vt planè frequentioribus experimentis ipsa diuina iudicia vera & iustificata in semetipsa, non ampliùs, vt abyssus, multa, obscura latuerint, sed cunctis fuerint perspicuè patefacta, id circò esse tãta concessa Franchis, quæ denegata sunt reliquis exteris nationibus, quòd pietate ipsi polletent, præstaréque fide Catholicâ, & pro defensione Ecclesiæ ardentiùs, quàm pro finibus regni tuendis pugnare solerent.

XXIV.

Quibus quidem officijs pro religione sedulò impensis, planè digni re altiti sunt illam diuinitùs impertitam benedictionem consequi, quam S. Remigius eorumdem Franchorum Apostolus, antiquorum Patriarcharum more, sancto afflatus Spiritu, suo testamento scriptam, obsignatam, sanctorumq; Episcoporum subscriptione munitam reliquit: Contra vero diram maledictionem ipsis Franchorum Regibus inferendam præscripsit, si quis eorum violare ausus esset, quæ vltimo ipse elogio perscripsisset. Cuius verba perpetuâ digna memoriâ ob oculos omnium ponẽda putauimus, quæ sic se habent [g]:

[g] Remig. Testam. de formul. l. 1.

XXV.

Si aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino consecratum, mala pro bonis reddens, Ecclesiarum Dei pernasor, destructor, depopulator, grauis aut contrarius existere voluerit: conuocatis Rhemorum diœceseos Episcopis, primùm moneatur: deinde vrbis præsata, adiuncta sibi sorore Ecclesiâ Treuerensi, iterum conueniatur: Tertiò verò Archiepiscopo tantummodò Galliarum tribus, aut quatuor conuocatis, Princeps ille quicumque fuerit, moneatur: sta vt ad septiam monitionem, si prius satisfacere renuerit, paternæ pietatis longanimitate differatur. Tandemq; si postpositis omnibus præfatis benedictionibus, incorrigibilis contumaciæ spiritum non deposuerit, & se per omnia Deo subdi nolens, benedictionibus Ecclesiæ participare noluerit: elogium segregationis à corpore Christi ab omnibus ei porrigatur, quod per

Prophe-

[a] Psa. 108

Prophetam & Regem Dauid[a] eodem, qui in Episcopis est, dictante S. Spiritu, nosse tur decantatum: Quia persecutus est (inquit) hominem inopem & mendicum & compunctum corde, & non est recordatus facere misericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Totumq; ei quod in persona Iudæ traditoris DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, *& malignorum Episcoporum Ecclesia decantare solet, per singulas ei decantetur Ecclesias. Quia Dominus dixit[b]. Quamdiu fecisti ex minimis meis, mihi fecisti: & quamdiu his non fecisti, nec mihi fecisti. Et ideo quod probatur in capite, in membris intelligendum esse non dubitetur. Vnum tantummodò ibi verbum per interpositionem commutetur. Fiant dies eius pauci, & Principatum eius accipiat alter.* ita vt loco Episcopatus, Principatus dicatur, vt personæ conueniat. Pergit verò:

[b] Mat. 25.

XXVI. *Quod vtique si successores mei Rhemorum Archiepiscopi operarij, sicut à me ordinatum est, neglexerint: in se, quicquid in Principibus rescindendum fuerat, maledictionibus depravatis reperiant: vt fiant dies eorum pauci, & Episcopatum eorum accipiat alter.* Si tanta hæc ex diuina Scriptura in me coposita effusa, in Reges Franchorum rerum Ecclesiasticarum inuasores & depopulatores conuertiuoluit: quid statuisset in eos, si (quod nec cogitare potuit) ipsam Catholicam fidem læsuri essent? Sed audi patefactos eisdem Francorum Regibus benedictionum thesauros, quibus locupletandi forent, qui pietate pollerent: *Si verò Dominus meus* IESVS CHRISTVS *vocem orationis meæ, quam quotidie progenere illo in conspectu diuinæ maiestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit; vt sicut à me accepit,* Clodoueus videlicet, *ita in dispositione regni & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ perseueret: benedictionibus, quæ Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super caput eius infudit, plurimæ super caput illius* (qui scilicet in Regem eligendus est) *per eundem Spiritum sanctum superaddantur, & ex ipso Reges & Imperatores procedant, qui in præsenti & in futuro iuxta voluntatem Domini ad augmentum sanctæ suæ Ecclesiæ, virtute eiusdem in iudicio & iustitia confirmati & corroborati, regnum obtinere atque augere quotidie valeant; & in domo Dauid, hoc est, in cœlesti Hierusalem cum Domino in æternum regnaturi sublimari mereantur. Amen.* hæc sunt nouissima sancti Remigij verba in eius testamento legitimè confecto ad finem posita, eademque non suo ipsius tantùm munita atque firmata chirographo, sed sex Episcoporum & aliorum presbyterorum subscriptione probata, quorum trium est nota sanctitas, & non solùm in Ecclesijs Gallicanis, sed in vniuersa Ecclesia Catholica celebratur, nempe Vedasti Attrebatensis Episcopi, Medardi Nouiomensis, & Lupi Suessionensis; quorum nomina sacris indita tabulis anniuersariâ ipsorum dierum natalium memoriâ publico præconio repetuntur. Porrò singulorum vna fuit subscriptionis seruata forma his verbis concepta: *Vedastus Episcopus. Cui Pater Sanctus Remigius maledixit, maledixi; & cui benedixit, benedixi, & subscripsi.* ita & reliqui Episcopi, atque presbyteri. Sed accessit his diuinitùs inspiratis Dominus veluti testamentarius executor, dum pro meritis singulorum successorum Regum, siue benedictiones, siue maledictiones ipsis partitus est, vt qui erunt suis dicenda locis significabunt: at modò satis duces in exemplum Carolos adduxisse, alterum cognomento Martellum, Magnum alterum dictum; quorum alter maledictionum S. Remigij successit infelix hæres, alter verò ejusdem benedictiones hæreditate possedit.

BENEDICTIO S. REMIGII INCERTITA FRANCHORVM REGIBVS.

XXVII. Sed quod peculiare præ cæteris aliarum gentium Regibus, Franchorum Principibus à Deo Remigij ipsorum Apostoli precibus videtur fuisse concessum, vt (quod planè summâ sit admiratione dignum) non ob Regum peccata, ad alias nationes fuerit (vt de alijs accidit) ipsorum regnum translatum, vel ipsi Franchorum populi alijs seruire coacti fuerint, sed veluti diuina promissione id S. Remigij precibus datum fuerit, secundùm illud Dauidicum[c]: *Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* hæc quàm vera sint, quæ sæpè suis locis dicentur inferùs, apertâ luce significabunt. Sed iam defuncti Regis quæ sunt reliqua, postrema soluamus.

[c] Psal. 88.

Sepultus est Clodoueus Parisijs[d] in basilica S. Petri Apostoli, quam ipse Rex, hortante sanctâ Genouefa[e] virgine, à fundamentis cœpit erigere, eiusq; vxor Crotildis perficiendam curauit. Inditum est eius sepulchro epitaphium, quod Amonius recitat[f], à S. Remigio (vt putatur) elaboratum his verbis:

Dines opum, virtute potens, clarusq; triumpho
Condidit hanc sedem Rex Clodoueus. Et tum
Patricius magnus sublimis fulsit honore,
Plenus amore Dei: Contemsit credere mille
Numina, quæ variis horrent portenta figuris.
Mox purgatus aquis & Christi fonte renatus
Fragrantem gessit infuso chrismate crinem.
Exemplum dedit; sequitur quod plurima turba
Gentilis populi; spretoq; errore suorum,
Auctorem est cultura Deum, verumq; parentem.
Hic felix meritis superauit gesta priorum,
Semper consilio, castris, bellóq; tremendus,
Hortatu dux ipse bonus, ac pectore fortis
Constructas acies firmauit in agmine primo.

XXVIII. [d] Greg. Turon. lib. 2. vit. Aman. n. 1. 2. vit. Honor. n. 1. Remig. vit. apud Sur. tom. 1. & in Actis S. Genef. in fin. apud Sur. tom. 1. & Amen. de Gestis Franc. lib. 2. c. vlt. EPITAPHIVM CLODOVEI REGIS.

[e] Greg. Turon. lib. 2. c. vlt.

At de Clodoueo hactenùs. *Crotildis autem Regina* (inquit Gregorius[g]) *post mortem viri sui Turonos venit: ibique ad basilicam sancti Martini deseruiens, cum summa pudicitia atque benignitate in hoc loco morata est omnibus diebus vitæ suæ, raro Parisios visitans.* eximiaque claruit sanctitate, de qua etiam dicendum inferiùs.

Regnante post Clodoueum filij ipsius quatuor, Childebertus, Clotarius, Theodoricus, & Clodomirus, qui inter se regnum diuiserunt, prout Gregorius[h] & alij Latini tradunt, & Græcus Agathias[i] in ipso suæ scriptionis limine à Frãchorum moribus inchoatus historiam: quibus videas quanta ei istribuerit Christiana religio. sunt hæc enim ipsius verba de Franchis: *Germani cum sint, haudquaquam (vt plerique) barbarorum pastores, sed Romanorum politiâ & aliis institutis & multis vtuntur, ijsdemq; legibus viuunt, & cæteris item, vt in conuentibus faciendis, & nuptijs, medelisq; eadem statuunt. Sunt quippe omnes hi Christiani, & rectissimæ inter cæteros omnes opinionis. Habent præterea per ciuitates Antistites sacerdotes q; Festos insuper haud secùs ac ipsi nos peragũt dies. Et sanè his mihi, etsi cætera barbari, moribus tamen videntur quàm optimis præditi, & maximum in modum ciuiles; nec quicquam habere, quod à nobis hos faciat alienos, præter vestitus barbaricum, & vocis innata sonum linguaq; quos equidem cùm ob eorum virtutes, tum ob in cæteros æquitatem, inter se q; concordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus prosequor & magnifacio. Nam etsi antehac sæpè & nostris hi quidè temporibus in Principes tres pluresve eorum sit partitum Imperiũ: numquam tamen in inuicem bella suscepisse hos constat, nec ciuili patriâ sanguine inquinasse: cùm alioquin, vbi magni esse videntur & non impares aut dubij potentatus, ibidem & necessarium sit omninò & multis de causis instauratores animos fieri, honorumq; exoriri & primatus cupiditates, & infinitos alios animorum affectus, vt perturbationis, ita & seditionum plenissimos. Apud hos tamen etsi diuisa imperia sint, nihil prorsus effertur huiusmodi. Sed si quæ fortè de re inter Principes oriatur contentio, cæteri omnes ad bellum se parant, vt armis decertaturi, & ita instructi simul procedunt; quibus conspectis, vtrinq; diffidentium Principum copiæ, depositis è vestigio odijs, in gratiam redeunt, inita; parent; vt iure potius ea, de quibus ambigetur, quàm armis decernant. alias verò si pergant, suo semalo sciẽt decertaturos: proinde haudquaquam par foret, nec patriæ id cineret consuetudo, vt pro priuatis inimicitijs detrimentũ Respublica ruinamve patiatur. His monitis, phalangas mox soluunt, & arma deponunt. Hoc pacto pace conciliata placatur, ex tutoq; accessus & mutuò fit, vnaq; versantur, & odia abscedere. Sic fit, vt inferiores & subditi institutam simul ac patriam colant; Principes verò, vbi opportunum est, & benignos se præbeant, & facilè obsequantur. Vnde & vires eiem habeant firmiores, & legibus ijsdem vtantur, nulla rerum suarum facta tactura, quam multa sibi & sedulò vendicant. Iustitia namq; & charitas vbicumq; inter mortales souentur, felicem proculdubiò Rempublicam reddunt, stabilemq; atq; adeò diuturnam efficiũt, ne facilè iniuriæ opportunam, vt caps ab hostibus queat. Franchi igitur cùm optimum degant id vitæ genus, se ipsos in primis &*

[f] Agat. lib. 1. FRANCHORVM MORES.

proximos quosq; prouenium. & ex parentibus sibi regna suscipiunt. hactenus ille: qui mox subdit de Clodouei quatuor filijs post ipsum regnantibus. & de Clodomiri nece, cum aduersus Burgundiones audacius, quam par erat, prælium iniisset.

XXX. Quod verò dixit, Franchorum gentem vestitus, barbarie & sono vocis à Romanis tantummodò esse dissimilem: quod ad corporis habitum, primum ostendit in Regibus, eos à puero (vt ait) instar Absalonis nutrire consueuisse capillos, eosque à fronte summâ arte discriminatos, hinc inde diffluentes in terga reijcere, quod vt decus Regium, Regibus tantum fuisse concessum, cæteris Franchis actonsis, affirmat. Verum quo habitu solerent & reliqui incedere, Sidonius Apollinaris versibus istis demonstrat, dum de Franchis agit, antequam Christiani essent effecti[a]:

[a] Sidon. in Panegyric. Maioriano

Hic quoq; monstra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem comta tracta iacet, nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet: cum lumine glauco
Albet aquosa acies, ac vultibus vndiq; rasis,*
Pro barba tenues perarantur pectore cristæ.
Strictius assuta vestes procera coërcent
Membra virûm. Patet ijs altato tegmine poples:
Latus & angustum suspendit balteus ensem.

* cutibus

pergit agere de militari fortitudine & inuicta constantia, quam ita paucis, sed feliciter magna pluraque comprehendens, idem Sidonius exprimit:

Non timor inutili mentem, animoq; supersunt
Iam propè post animam.

Rursum verò de his, quæ ad habitum corporis spectant, adde quæ in vita Caroli Magni exscripta sunt, & edita à scholiaste post Capitularia Regum Franchorum, verbis istis de his, quæ ad ornatum pertinent sumptuosum:

XXXI. HABITVS ET ORNATVS NOBILIVM FRANCHORVM. *Erat antiquorum ornatus vel paratura Franchorum calciamenta frisonicis aurata, corrigijs tricubitalibus insignita. fasciolæ crurales vermiculatæ, & subtus eas tibialia ac coxalia lineæ quamuis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata: super quæ & fasciolæ in crucis modum intrinsecùs & extrinsecùs, ante & retrò longissimæ illa corrigia tendebantur. Deinde camisia glizina: post hæc balteus spatha colligatus. Quæ spatha primò vagina sagea, secundò corio qualicunq;, tertiò lintea mitella candidissima roborato ita cingebatur, vt per medium crusculis eminentibus ad peremptoriam Gentium auraretur. Vltimum habitus eorum erat pallium canum, vel saphyrinum, quadrangulum, duplex, sic formatum, vt cùm imponeretur humeris, antè & retrò pedes tangeret, de lateribus verò vix genua contegeret. Tum baculus de arbore malo nodu pariter admirabilis, rigidus & terribilis cuspide manuali ex auro vel argento cum celaturis insignibus præfixo, portabatur in dextera.* &

paulò pòst:

XXXII. *Sed vt est mos humani ingenij; cùm inter Gallos Franchi militantes, virgatis eos sagulis lucere conspicerent, nouitate gaudentes antiquam consuetudinem dimiserunt, & eos imitari cœperunt. Quod interim rigidissimus Imperator idcirco nō prohibuit, quia bellicis rebus aptior ille videretur habitus. Sed cùm Frisones hac licentiâ abutentes adcreuerent, & breuissima illa palliola sicut priùs maxima vendere comperisset; præcepit, vt nullus ab eis nisi grandia latissimaque illa pallia consuetudinario prætio coëmeret. Adijciens: Quid prosunt illa pictaciola? in lecto non illis possumus cooperiri: cabellicaris contra ventos & pluuias nequeo defendi: ad necessaria naturæ secedens; tibiarum gelatione deficio.* hactenùs ibi, atque de his satis.

XXXIII. Quod igitur spectat ad Filios Clodouei, sicut eius successores fuerunt in regnum, ita & pietatis eiusdem hæredes, baptizati omnes ab eodem, de quo nuper dictum est, sancto Remigio Rhemensi Episcopo, vt ipse in suo testamento profitetur. Accidit autem magno planè Dei beneficio, vt si quid in Franchis auitæ superstitionis contagij apud ipsorum aliquem remansisset, Deus supernâ virtute curare minimè prætermiserit. Nā audi quid Albinus Flaccus accidisse testetur, cùm sancti Vedasti res gestas est prosecutus: *Quidam* (inquit[b]) *nobilis Franchus potentiâ clarus, Ociinus nomine, Regem Clotarium, prædicti Regis Clodouei filium, qui*

[b] Albin. Flac in vit. S. Vedast apud Surium.

tempore regni nobiliter rexerat sceptra, vocauit ad prandium quod magno apparatu in domo sua Regi & suis parauerat optimatibus. Rogatus quoq; est sanctus ad conuiuium Vedastus: qui domum intrans, more sibi solito, dexterâ extentâ, omnia sancta Crucis vexillo signauit. Quædam verò vascula ibi cereuisia adstabant plena, sed malè Gentilis errore abominacio incantationibus infecta: quæ mox ob potentiam sanctæ Crucis destructa crepuerunt; & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt.

Territus verò Rex & optimates illius huius visione miraculi, XXXIV *scisitabatur Pontificem causam repentini prodigij. Cui sanctus respondet Episcopus: Per quasdam maleficorum incantationes, ad decipiendas conuiuarum animas, diabolica in his latuit liquoribus potentia: sed virtute Crucis Christi territa, sic inuisibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter considerastis liquorem effundi in terram. Hæc verò res multis proficiebat ad salutem. Iam plurimi occultis diabolicæ fraudis catenis absoluti, auguriorum vanitate spretâ, incantationum consuetudine relictâ, ad veræ religionis conualuerunt puritatem, intelligentes diuinæ potentiæ efficaciam in suo famulo facere signa, nihilq; contra eius sanctitatem antiqui serpentis valere machinamenta: & quod ille ad perditionem parauerat aliquorum, hoc Christi gratia ad redemptionem conuertit plurimorum.* hæc Albinus.

Fetunt ab eisdem pietate insignibus filijs Clodouei ob- XXXV. tinuisse sanctum Remigium Rhemensem Episcopum, vt quoties Rhenorum vrbem aut ingrederentur, aut præterirent, captiui omnes è vinculis ac carceribus dimitterentur: quod quidem à posteris etiam Regibus obseruatum fuit. Insuper & sanctum Leonardum eiusdem sancti Remigij discipulum ab ijsdem impetrasse, vt quos vellet, ipse è carceribus liberaret. habentur hæc in Gestis[c] ipsius.

[c] Apud Surium 6. Nouembr. c. 6.

Quod autem de Theodorico Rege filio Clodouei, cùm XXXVI regnare cœpit, ac de sancto Theodorico eiusdem sancti Remigij discipulo in eius Actis[d] scriptum sit, audi: *Defuncto Rege Clodoueo, quem beatus Remigius ad Christi religionem traduxerat, & è sacro fonte susceperat, filius eius Theodoricus regni gubernacula suscepit. Is verò nuncio missi ad sanctum Remigium, obnixius rogans, vt ad ipsum ventret, & vnica eius clemq, carissimæ filiæ grauiter laboranti manus imponeret. At sanctus Remigius aduersâ cum corporis valetudine impeditus, beato Theodorico, quem gratia curationum prædictum diuinitus cognouit, suas vices demandauit. Ille iussa magistri volens ignoriter exequi, ad Regis palatium proficiscitur. In ipso autem medio itineris tristis ei affertur nuncius de obitu puellæ, roggntq; eum, qui erant missi à Rege, ne se frustra fatiget. At ille à proposito non discedens, venit ad palatium. Reginam; & Reginam cum tota familia mœrentes inuenit. Illorum ergo lachrymis etiam ipse ad lachrymandum permotus: Secedit (inquit) paululum, parentur; funeri opportuna? ego id interim exequar, cuius causa huc accessi. Cumq, nonnulli illi, quos ipse iusserat, illic mansissent, sublatis ad cælum oculis & manibus preces intra mentis penetralia, lachrymis faciem riganibus, corde compuncto obtulit. Deinde accessit ad corpus exanime, & oleo sancto illud vnxit. Et ecce subitò omnes vitæ expertæ artus suo vigori restituuntur: & puella vitæ se beati Theodorici precibus redditam gaudia profitetur. Accurrit Rex & Regina, stupent ad miraculum. Palatium omne exultat, Angeli hominem Dei venerantur. Porrò Rex non modò discipulum Theodoricum, sed etiam beatum Remigium regiâ munificentiâ prosequi appetens, tandem ei ad fluuium Matronam, Gaudiacum autem villam pagi Rhemensis sancto Theodorico donauit: orans cum, vt prosperè & regno suo Dominum deprecaretur.* hæc ibi de puella Regis filia suscitata. addit auctor & de eodem Rege oculo infirmato, atque ab eodem diuina virtute curato. His similia videntur esse insignia illa miracula, Apostolorum virtutibus non inferiora, quæ Hormisda Papa (vt vidimus) scribens ad S. Remigium prædicat. His plagè charismatibus Franchorum genus, quæ nuper ad Christum cōuersa erat, vt nouæ quædam plantæ fuerunt diuinitùs irrigandæ.

[d] Apud Surium 1. Iulij tom. 4.

QVID S. REMIGIVS PER THEODORICVM DISCIPVLVM.

Porrò bellicosissimum Franchorum Regem fuisse Theodoricum, nec nisi religioni solitum cedere, declarant quæ de eodem narrat his verbis Gregorius Turonensis[e], vbi agit de sancto Quintiano Rutenorum Episcopo à sua Ecclesia pulso, & Aruerni recepto: *Cùm* (inquit) *sanctus Quintianus vrbem antedictæ vrbe arvernensi moraretur, Proculus*

XXXVII.

[e] Greg. Turon. lib. vit. SS. Patr. c. 4. & apud Lip. tom. 3. QVÆ PASSVS S. QVINTIANVS A PROCVLO

quidam

quidam ex ærario presbyter ordinatus multas ei iniurias intulit: omnemq; substantiam illi de rebus Ecclesiæ auferens, vix ei tenuem quotidianum victum ministrari præcepit; sed per eius orationem à ciuibus correctus est prudentioribus, restituta ei omni potestate, ab eo illius remotis insidijs. Antedictus tamen sacerdos non immemor iniuriæ, sicut quondam Paulus Apostolus de Alexandro ærario, & hoc de Proculo decantabat, dicens: Proculus ærarius multa mala mihi fecit: reddet illi Dominus secundum opera sua. Quod ad postremum eis euenisse certum est. Erat autem vir beatus in oratione assiduus, & in tantum amator populi sui, vt veniente Theodorico & vallante exercitu vrbem, Sanctus Dei muros psallendo circuiret, & vt regionis vel populo Dominum velociter succurrere dignaretur, afflictus ieiunijs atq; vigilijs instanter oraret. Porrò Theodoricus Rex cùm cognouisset vrbis muros euertere, mollitus est misericordia Domini, & oratione sacerdotis eius, quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pauore perterritus, de statu suo exilit, ac solus per viam publicam fugere nititur; perdiderat enim sensum, nesciens quid ageret. Quod aduertentes sui, enimq; retinere conantes, vix potuerunt, cohortantes, vt se signo salutari muniret. 2. Tim. 4.

XXXV-III. Tunc Hilpingus Dux accedens propiùs ad Regem, ait: Audi, gloriosissime Rex, consilium patruitatis meæ: Ecce muri ciuitatis istius fortissimi sunt, eamq; propugnacula ingentia vallant. Quod vt plenius magnificentia tua cognoscat, de Sanctuarijs quorum basilicæ muros vrbis ambiunt, hæc loquor: sed & Antistes loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere quod cogitas, noli Episcopo iniuriam inferre, aut vrbem euertere. Cuius consilium Rex clementer accipiens præceptum posuit, ne vllus ab octauo vrbis miliario, laederetur. Quod obtentu sacerdotis præstitum, nullus ambigat. Tùc Proculus ille presbyter, diruptis vtrensibus ferri muris, ab ingredientibus hostibus ante ipsum Ecclesiæ altare gladiorum ictibus in frusta discerptus est: reddidit q; ille Dominus, sicut sacerdos cantare consueuerat, secundum opera sua. hæc de his Gregorius. De rebus autem Gestis S. Galli successoris Quintiani Episcopi Aruernensis cum eodem Theodorico Rege, equibus & eiusdem Principis pietas commendatur, ab eodem auctore scripta habentur. Sed de Theodorico modò satis.

THEODORICVS FORNITENS REPISCIT.

XXXIX DE CHILDEBERTO REGE ET PATERNO EPISCOPO. Dicenda verò pauca de Childeberto vno item ex filijs Clodouei, qui summoperè coluit sanctum Paternum Episcopum Abrigensem, quē, cùm eius admiranda opera percepisset, Parisios aduocat: vbi cùm post alia vir Dei pro pauperibus regias aures pulsaret; idem Rex Cteseruio, ad quem publica cura spectabat, mādauit, vt quod Beatus Paternus ab ipso exigeret, id exequi non omitteret: promisit ille se ita facturum, sed fidem fefellit: nam in Burgundiam profectus est, viro sanctissimo nesciēte. At mox illum diuina vltio prosecuta oculorum lumine priuauit, ita vt biduò erraret. Agnoscens igitur culpam suam, celeriter regressus est ad hominem Dei, veniamque petijt: eodemq; momēto, quo ab animo inquinatas abstersit, oculis lux reddita est. Porrò Acta sancti Paterni longè vberiora extant, quàm hic narrari queant. At hæc satis ad Regū Francorum, qui Clodoueo successerunt in regnum, pietatem insinuandam. Iam verò ad res Orientales orationem conuertamus. b Apud Sur. tom. 2.

XL. Planè accidit, vt cùm eiecti sunt è suis sedibus Orthodoxi Episcopi ab Anastasio Imperatore, & in thronum ipsorum perfidi hæretici Timotheus atque Seuerus, & alij suffecti, Deus ipse aduersus eum excitāri Vitalianum, qui ad vltimum vsque discrimen eūdem hæreticum Imperatorem adduxit. At quomodo hæc se habuerint, Marcellinum Comitem rem sub huius anni Consulibus pencis complectētem audiamus, vbi ait: *Vitalianus Scytha, assumpto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio, in locū, qui Septimus dicitur, aduenit, ibiq; castra metatus est: dispositoq; à mare adnauare suorum ordinibus, ipse ad portam, quæ Aurea dicitur, sine vllius accessit dispendio: scilicet pro Orthodoxorum se fide, proq; Macedonij vrbis Episcopo incassum ab Anastasio Principe exulato, Constantinopolim successisse asserens. Porrò Anastasij Imperatoris simulationibus atque periurijs per Theodorum internuncium illectus, atq; illusus, octauo die, quàm vrbem accesserat, remeauit. Hinc Odyssum Mysiæ ciuitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est: Cyrillum loquacem magis quàm strenuum ductorem militiæ inter duas pelices Vitalianus reperit dormientem, eumq; mox abstracto cultro Getico iugulauit, hostemq; se Anastasio Cæsari pa-* c Marcell. in Chron. hoc anno. DE VITALIANO DVCE ANASTASIVM EXAGITANTE.

lam aperteq; exhibuit. hæc Marcellinus hoc anno. Sed quid interea dolosus veterator? Vbi sensit vires iam fractas, periurijs ex more sibi consulendum putauit. Manichæorum planè est fallere quemlibet iuramentis; cuius perfidiæ idem Anastasius (vt dictum est) cultor erat.

Quænam autem fuerint pacis conditiones, quibus deceptus Vitalianus recessit à mœnijs, Cedrenus docet his verbis d: *Vitalianus occupatâ vniuersâ Thraciâ, Scythiâ, & Mysiâ, deces sicum Hunnorum & Bulgarorum agmen, multas vrbes & Cyrillum quoque Thraciæ Præfectum cepit, & prædando Constantinopolim vsq; processit. Tum Anastasius, rebus suis deploratis, pacem per legatos petit: iurans vnà cum Senatu, se relegatos reuocaturum, Macedonio & Flauiano suos Episcopatus redditurum, Cōcilium Heracleæ actum, reuocato etiam Papa Romano.* hæc quidem hoc anno tractari cœpta in sequentem vsq; sunt producta, vt patet ex Marcellino ea singula singulis suis reddente annis. At de his agens Euagrius e, ieiunē nimis strāsilijt, sicut & eadem ab eo accipiens Nicephorus, nullamq; de causa motus Vitaliani ob læsam fidem Catholicam mentionem faciunt. d Cedr. in Comp. hist. p. 43. e Euagr. hist. l. 3. c. 44.

XLI. PACIS CONDITIONES ET OBITA VITALIANO.

Interea verò versutus hæreticus, Anastasius, inquam, Augustus, quo sibi Vitalianum ipsum conciliaret, & vt populum sibi ob eamdem causam sæpiùs adiersantem expertus leuire aliquo modo posset, summa hieme indicit Synodum Heracleæ celebrandam, quà cuncta Ecclesiarum dissidia auferrentur: atque vt confictis mendacijs verisimilitudinis aliquam superinducat effigiem, ad ipsum Hormisdam Romanum Pontificem vigesimaquinta Decembris dat litteras, de futura Synodo cū reddens certiorem, ac rogans, vt ad conciliandas Ecclesias suum exhiberet aduentum. Exat ipsa Anastasij Imperatoris epistola ad Hormisdam his verbis conscripta, eiusmodi indito titulo:

XLII. ANASTASIVS SIMVLAT CONVOCARE SYNODVM.

Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

XLIII. EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM.

Omnibus negotijs diuinæ rei præponenda sunt. Deo etenim omnipotente propitio, Rempublicam & conseruandam & meliorandam esse confidimus. Quia igitur dubitationes quædam de Orthodoxa religione in Scythiæ partibus videntur esse commotæ: id spectabiliter & mentis nostræ placuit, vt venerabilis Synodus in Heracleanaciuitate prouinciæ Europæ celebretur: quatenus concordantibus animis & omni veritate discussa fides nostra omni terrarum orbi manifestius innotescat, vt deinceps nulla possit esse dubitatio vel discordia. Quapropter sanctitas tua cum quibus si placuerit reuerendissimis Episcopis, quos de Ecclesijs sub sui sacerdotij cura constitutos nouis & instructos erga Orthodoxam religionem esse probauerit, ad præfatam Heracleanam ciuitatem intra diem Kalendarum Iunij rum venire dignetur. Data quinto Kalend. Ianuarias Constantinopoli. Senatore V. C. Consule. Accepta pridie Idus Maij, Florentio V. C. Consule. hæc Anastasius ad Hormisdam, ad quam alias rursum dedit anno sequenti litteras, de quibus suo loco inferiùs dicemus. Quæ autem hæc secuta sint, suo loco dictum sumus: clauditur enim huius anni rerum gestarum curriculus hisce literis Anastasij ad Hormisdam Papam conscriptis.

IESV CHRISTI
Annus 515.

HORMISDÆ PAP. Annus 2. — ANASTASII IMP. 25. THEODORICI REG. 23.

I. VITALIANVS VRGET ANASTASIVM IMP.

NOVVS annus, qui numeratur Christi quingentesimus decimusquintus, Anthemij & Florentij Consulatus nomine consignatur, sub quo ista de Vitaliani Magistri militum conatu aduersus Anastasium Imperatorem ob Catholicam fidem suscepto Marcellinus habet in Chronico: *Vitalianus eidem Anastasio immanior factus est inimicus: præmissis suorum equitibus, armatisq; nauiculis sinistro sibi littore decurrentibus, ipse peditum armis stipatus Sycticnense prædium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem.*

II. *Missi sunt ad Vitalianum Senatores, qui pacis cum eo leges componerent. Nonaginta auri pondera, exceptis regalibus muneribus, pro pretio tunc accepit Hypatij, iam mille centum auri libris cum Vranio captiuo sibi à suis in Sozopoli oblatis. Magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium, quem captiuum catenatumq; apud Acres castellum tenebat, reuersus suo remisit auunculo.* hæc de rebus gestis Vitaliani summatim complexis, multis omissis, vt inter alias conditiones, quòd Concilium OEcumenicum cogeretur, quo lancinata diu Catholica fides in pristinum candorem restitueretur, iuberi caueturq; ibidem causa expulsorum Episcoporum.

III. ANASTASIVS INTERPELLAT ROM. PONT.

Cùm verò tantæ rei præstandæ summam esse scirent apud Romanum Pontificem, tum ipse Anastasius Imperator legatum misit Patricium virum clarissimum, ad eumdem Hormisdam Papam, tum etiam Vitalianus (vt testantur litteræ eiusdem Pontificis suo loco inferiùs recitandæ) legationem direxit Romam ad eumdem Ecclesiæ Romanæ Pontificem. Desiderantur tamen ipsæ litteræ Vitaliani, Anastasij autem extant; quas, factâ collatione duorum codicum, mendis emaculatas (quantum licuit) hic legendas integras exhibemus: atq; primùm quæ hoc anno datæ reperiuntur mense Ianuarij sic se habent [a]:

[a] Tom. I. epist. Rom. Pont. ante initium epist. Hormisd.

IV. EPISTOLA ANASTASII AD HORMISDAM. [b] Ecd. I.

Victor Anastasius, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Hormisdæ sanctissimo ac religiosissimo Archiepiscopo & Patriarchæ.

Beatitudini vestræ non putamus ignotum, quod pro temporis qualitate loquendum atq; tacendum, etiam diuinæ Scripturæ [b] præmonita est admonitione dispositum. Exactum proinde filiorum tempus incitamenta nobis loquendi concessit. Atq; ideo opportunum esse perspeximus, quæ apud nos sub religionis specie commouentur, auditui vestro committere. Ante hoc siquidem duritia eorum, quibus Episcopatus, quem nunc geritis, erat solicitudo commissa, temperare nos a transmittendis faciebat epistolis. Vides hæreticum, quàm procul absit, vt culpam suam lugens deprecetur, cùm non suæ ipsius adscribat contumaciæ & impietati, quòd deliquisset, sed Gelasij atq; Symmachi prædecessorum tribuat asperitati. Sed pergit:

V. CVNCTA DEFERRE PROFITETVR ANASTASIVS ROM. PONT.

Nunc autem currens de vobis suauis opinio, ad memoriam nostram bonitatem paternæ affectionis adduxit, vt illa requiramus, quæ Deus & Saluator noster sanctos Apostolos diuino sermone docuit, ac maximè beatum Petrum, in quo fortitudinem Ecclesiæ sua constituit. His igitur præfatis initijs, hortamur, vt ad ea, quæ de Scythiæ partibus mota sunt, vnde & Concilium fieri conuenire perspeximus, mediatorem se Apostolatus vester faciat: vt contentionibus amputatis, vnitas sanctæ restituatur Ecclesiæ. Nobis autem omnia optata præstantur, si orationibus vestris & frequenti paginarum allocutione nostri memores fueritis. Data pridie Idus Ianuarij Constantinopoli, & accepta Anthemio & Florentio VV. CC. Coss. quinto Kalendas Aprilis, per Patricium.

VI. *Cùm igitur tanta polliceretur Anastasius, nempe se arbitrum controuersiarū & sequestrem pacis appellare Ecclesiæ Romanæ Pontificem; quomodo potuit Vitalianus eidem non adhibuisse fidem? præsertim cùm addiderit litteras ad Senatum populumque Romanum, quibus eum hortatus est, vt suaderet Hormisdæ Papæ sedulam adhibere diligentiam, vt pax conciliaretur cum Ecclesia Orientali.* Non extant ipsæ quidem litteræ ab Imperatore ad Senatum datæ, sed earum ipsius senatus litteræ ad eum redditæ meminerunt, quæ suo loco inferiùs describentur.

Eidem quoque Patricio misso ab Imperatore ad Hormisdam Papam legato Dorotheus etiam Episcopus Thessalonicæ litteras ad ipsum Pontificem dedit, quibus eius electioni congratulatus est, quòd sublato Ecclesiæ Romanæ schismate, omnes in eius electionem cōsensissent; simul etiam ea, quæ sunt ad vnitatem Ecclesiæ, se optare significans, vtpotè qui desideret sedis Apostolicæ dignitati in omnibus esse consultum. litteræ autem sic se habent:

VII. *Sacro beatissimo & comministro Papæ Hormisdæ Dorotheus Episcopus in Domino S.*

VIII. DOROTHEI EPISCOPI THESSALON. AD HORMISDAM EPIST. [c] Prom. 25 d Apud Paul. ad Rom. 10.

*Ait quodam loco cuncta beatissimus diuinorum præceptorum promens miracula, Salomon [c]: Sicut aqua frigida animæ sitienti suauis est; sic benignum nuncium longinquis ex terris. Et sacer Dauid spiritualem pulsans lyram psallit [d]: Quàm speciosi pedes eorum, qui euangelizant bona. sic equidem & nos cunctos docens. Quid autem est ita animæ hominis suaue, aut quid ita impinguat ossa, quā specioso nuncio cognoscere vera pacis nunciatorem, & relicta nunquam errantes propugnatores fidei ad Ecclesiarum sanctarum transire gubernacula, & tamquam ex arce quadam ad consensum Dei congregare dispersa; & continuò quidem ad principatum tuæ sedis festinantes, venerandi fratris supplicationibus annuentes, membra Ecclesiæ, quæ vobis Christus & Deus noster credidit, contemnentes priùs concordiam, ad vnitatem venire. & præcedentem * diuisionem atq; inuidiam, vestræ tantùm ordinationis permere cahulo *, & nunc in concordiam atq; societatem constituere * omnem terminum sanctæ illius Ecclesiæ?*

* præcidentem
* clanculo
* conflare vel constare

IX. *Hæc didicimus non ante multa spatia temporis: sperabamus autem & antiquam consuetudinem cognoscentes Ecclesiæ, & vestrum audientes socialem & irreprehensibilem morem, ex vestris litteris firmiora atq; manifestiora cognoscere. sed quia tempus hyemis ad hæc vos implenda retinuisse consideratur; & aptum & debitum fuit & plenam Dei amatricem, charitatemq; etiam scabra * transfretscribo & alloquor beatum vestræ sanctitatis caput, significans colligari nos beatæ sedis sacratissimi Petri Apostoli, quo loculi regitur manu, quæ suscepit non qui honorem raperet, sed qui rapebatur ab eo, & (sicut sermo multiplex tradit, & nos ita sentire credimus) nutritorem pacis, & rectæ fidei certatorem, & humilitate * mentis & charitate, qua circa cunctos est, tamquam pretiosis lapidibus coronatum.*

* scrupulosa
* humanitate

X. *Et ex in cuncta te volo, venerande Pater, agnoscere, quòd ex antiquis sanctis & venerandis Patribus suscipiens illius beatæ sedis affectum, ad * hanc tamquam paternam sortem eustodiens, addere hoc opto atque festino, vt veniat in hoc studio terminus vtilis humanitate quidem Domini & Dei nostri Iesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi Apostoli Petri, & in omnibus sapientissimi Pauli; vt venerandæ eorum sedi & tuæ beatitudini iuste debitus honor custodiatur, atq; reddatur *, vt nostris temporibus, velut secundus principatum sedis Apostolicæ honorem congruentem suscipiat, omnis discordia recedat; & Ecclesia omnium vestrum Catholicâ voluntate, Dominicetiam & Dei nostri Iesu Christi, & Nestorium & Eutychetem impios, & horum fruantes dogmata, & qui illorum fuere sectatores aut extant, & omnem hæresim anathematizent semper, & rectam atque incontaminabilem fidem inconcussam, tamquam ancboram certam atque firmam teneant, & parent iam pacem, nullo (quod absit) impedente; præsertim venerando capite vestro (sicut didicimus) homines contentiosos horrente, quibus & vita & esca est sacerdotum Dei inter se altercantium separatio: qui non ab omnibus velociter cogniti, tamquam lupi in vestimentis ouium, facilè ab Apostolica Ecclesia repellantur.*

* &
* addatur

XI. *Ista nunc scripsi, beato capiti vestro per Patricium virum spectabilem, communem filium, & consuetudinis affectu superans rationem, & circa illam beatam eadem charitate deuinctus, & omni die videre desiderans congruentem atque debitam generationem ei seruari. Scribe igitur, in cunctis beate, tamquam vnanimis & optanti animam quoq; offerre pro fide Orthodoxa & Ecclesiarum pace sanctarum, & vt cotidianus veneranda sedi in omnibus beati Petri conuenientia: quod facile fiet, ordinata vnitate cunctorum, & omnium ad vos tamquam ad signum festinantium portum. Diuisiones etenim contra contemnere consueuerunt, & ordines decentia non ser-*

uant. Omnem fraternitatem, quæ est vestræ sanctitati coniuncta, & ego, & qui mecum sunt, multum in Domino salutamus. Et alia manu: *Saluari me in Domino orate sanctissimi & beatissimi Patres.* Ad calcem hæc in codicibus addita: *Accepta epistola Dorothei Episcopi Thessalonicensis Ecclesia missa per Patricium V. C. sub Dat.* * *quinto Kalendas Aprilis, Florentio V. C. Consule.* hactenùs ibi, quæ obsita mendis, vt potuimus, resarcientes, pristino sensui reddere laborauimus. quam quidem epistolam acceptam intelligas quinto Kalendas Aprilis; quâ item die Anastasij Imperatoris litteræ ad Hormisdam, per eumdem Patricium allatæ, acceptæ habentur, scriptæ verò (vt vidimus) pridie Idûs Ianuarij.

* die

XII. Quod autem spectat ad Thessalonicensis Ecclesiæ statum, hæc accipe: primùm ex litteris Gelasij [a] constat, ipsius Episcopum antea ex decreto Romani Pontificis, vna cum fidei Catholicæ professione, damnâsse nomē Acacij. Id quidem significatum fuisse sibi ex litteris Laurentij Episcopi Lignidi, testatur ad eum rescribens Gelasius [b]: qui posteà in epistola ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici data rem in contrarium versam affirmat, nimirum Thessalonicensem Episcopum esse hæreticorum communione pollutum. Quod verò pertinet ad Dorotheum hunc, de quo est sermo, Thessalonicensem item Antistitem; is sum timore & minis Imperatoris adactum, dum nunc cum Timotheo Episcopo Constantinopolitano hæretico, suo loco dicendum erit.

a Gelas. Ep. 1.

b Gelas. Ep. 8.

XIII. Quid autem Hormisdæ Papæ inter hæc ambigua agendum fuit, litteris ipsius Imperatoris Anastasij prouocato, quem ipse cuperet ad fidem Catholicam & Ecclesiæ vnitatem remeare, & cum eo Orientalem Ecclesiam reuerti simul: nisi vt humaniores eidem redderet, à quo acceperat, litteras, polliceretúrque se missurum legatos accuratissimos, qui rem essent penitissimè exploraturi? Sic igitur pridie Nonas Aprilis ad litteras Imperatoris acceptas 5. Kal. eiusdem, ita Hormisda rescripsit [c]:

c Tom. 1. epist. Rom. Pont. ep. 1. Hormisd.

Gratias supernæ virtuti, quæ per vestræ pietatis affatus diuturnum dignata est terminare silentium, tale præstans colloquutionis exordium, vt de vestræ clementiæ prosperitate lætemur, & ad vnitatem, Deo donante, reuerti posse sanctam confidamus Ecclesiam. Hoc opus supernæ clementiæ, hac & prædecessorum nostrorum fuit semper oratio: quos etiam rerum actus paternæ traditionis ministros, & rectæ fidei declarant fuisse custodes. hæc prudenter Hormisda, defendens res gestas præde cessorũ Pontificum, quos suis litteris Anastasius Imperator arguerat nimis fuisse duros. Sed pergit: *Pax est enim totius bonitatis initium: quâ nihil quantum ad Catholicæ fidei cultum validius, nihil æstimari oportet excelsius: pro hac scilicèt facere & cuncta sustinere conuenit, qui sanctarum Scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem & nutricem Christum Dominum nostrum suis constat præduxisse discipulis, dicentem* [d]: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam vos religiosi cupâ propositi, Domino aspirante, prouidentes, de Orthodoxæ concordiæ exitatu Ecclesiæ in beati Apostoli Petri reuerentia diuina specialiter præcepta seruantes. Qua res maiorem superni fauoris defensionem vestro procurat Imperio. Rectè enim oblata Deo veneratio inexpugnabilem deuotis mentibus murum defensionis indulget.*

XIV. HORMISDA PAPA AD ANASTASIVM IMP. RESCRIBIT.

d Ioan. 14.

XV. *Proinde omnipotentem Deum fusis precibus exoramus, vt qui vobis stadium quærendæ Ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub conseruatione* * *Catholicæ fidei desiderio vestro super hac parte præstet effectum. Præterea directis ad nos sacris affatibus commemorationem sancti Concilij facere pietas vestra dignata est. De quâ re tunc plenissimum poterimus præbere responsum, cùm causam congregationis nos voluerit euidenter agnoscere. Nunc verò, quia præstante Domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione, debiti præbebimus sermonis officia. Data pridie Nonas Aprilis, Florentio V. C. Consule.* Considerâsti, puto, Hormisdæ Papæ prudentiam, ita aditum parare facto hæretico Imperatori ad Ecclesiam reuertendi, vt tamen cum eo quàm cautissimè agendum instituat, cùm nec assensum celebrãdi Concilium eidem impartiri velit, nisi quæ in eo essent tractanda, primò significet. Eiusdem planè argumenti est epistola, quam reddidit ad Theodorum Thessalonicensem Episcopum, cuius est exordium: *Vbi charitatis interest seruare præcepta, &c.*

* conseruatione

Ad priores autem datas ab Anastasio Augusto litteras ad finem anni superioris, quòd haud certo homini easdem credidisset, tardiùs acceptas, mense Iulij per Seuerianum breuiter ita respondit [e]:

XVI. *Benè clementia vestra consuluit (sicut datis ad me gloriosis significauit affatibus) quòd Reipublicæ vestræ specialiter proficiat, si negotijs omnibus Orthodoxæ fidei causa præponatur. Hæc est enim, venerabilis Imperator, de suscepto moderamine Rectoris cura salubrior, vt eius sibi fauorem per opera bona conciliet, qui vniuersum & tribuit & regit Imperium. Proinde me quoque & Domino nostro Iesu conuenit supplicare, vt qui de Ecclesiæ suæ concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc semper hac parte concedere dignetur effectum: quatenùs temporibus vestris Orthodoxa fide præditus vniuersus terrarum Orbis exultet. De his verò, quæ pro Synodali congregatione præcepistis, quid fieri oporteat, per fratres & Coepiscopos meos, qui propere subsequentur, gloriæ vestræ insinuanda mandaui; quorum suggestione (si diuinus fauor mea vota prosequitur) competentiùs poteritis vniuersa cognoscere. Data octauo Idûs Iulij, Florentio Consule.*

e Tom. 1. pag. 3. ALIÆ HORMISDÆ LITTERÆ AD ANAST. IMP.

XVII. Porrò non sic mittit legatos Hormisda, vt interfint ipsi Synodo, cùm neque consenserit Synodum celebrari; sed potiùs eos legat ad explorandum, num res seriò agetur, ac paratum inuenirent Imperatorem profiteri velle fidem Catholicam Chalcedonensis Concilij, recipereque epistolam S. Leonis, & anathematizare hæreticos atque eorum communicatores, & hæc omnia non solùm coram legatis profiteri, sed & sacrâ promulgandâ constitutione vniuersis sibi subiecto Imperio seruanda præcipere, & alia seruare, quę capitulis infertius recitãdis sunt iussa inuiolatè custodiri: quæ cũcta si præstarẽtur ab ipso Imperatore Anastasio, tunc fore, vt etiam ipse Hormisda Papa ad componendas res Orientalis Ecclesiæ se conferret Constantinopolim. Hæc fuisse ab ipso Pontifice legatis credita atq; litteris declarata, quæ dicentur infertiùs, palàm facient. Ita namq; quàm cautè prouideq; cum veteratore fuit agendum Hormisdæ, ne maiestas Apostolicæ sedis ab ipso eluderetur, dum non ad fidem Catholicam stabiliendam, sed ad regnum conseruandum, Vitalianumq; auertendum, eius abuti videretur auctoritate.

QVAM CAVTE CVM ANASTASIO AGAT HORMISDA.

Fuerunt autem ad arduum opus delecti legati quatuor præstantissimi viri, inter quos primum locum tenuit Ennodius ex diacono iam Episcopus Ticinẽsis, de quo plura atq; sæpè superiùs: Fortunatus additus est Episcopus, sed cuiusnam Ecclesiæ, nusquam mentio: scimus tamen hoc sæculo summâ claritudine vixisse Fortunatũ Tudertinum Episcopum, de quo inferiùs opportuniùs dicturi sumus; de quo haud incongruum est, vt sui Episcopatus primitias eiusmodi legationis honestâ functione sacrârit: his verò reliqui duo accessere Venantius presbyter & Vitalis diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quibus datus est Hilarus eiusdem Ecclesiæ Notarius. His igitur delectis Hormisda in Orientem ad Imperatorem legatis, eisdem eiusmodi litteris [f] ad eumdem dedit:

XVIII. LEGATI DELECTI AB HORMISDA PAPA.

f Tom. 1. Epist. Rom. Pont. ep. 4. Hormisd.

Hormisda Episcopus Anastasio Augusto.

XIX. *Benè atque vtiliter serenitas vestra curam Principalis acuminis non tantùm in administrando Reipublicæ exercet officio, sed melioribus eam nobilitat institutis, & per curam reintegrandæ vnitatis auctorem venerandi placat* * *Imperij. Certi sunt enim de tutela regnantes, si nulla eisdem præsidentibus, Ecclesiæ castitas importuna diabolo compixtione maculetur. Vnde enim potest fieri, vt mitidas pro Principibus ad Deum nostrum preces dirigat, si sit lethaliter populus perfidia corruptus? Nam sicut ante omnia bona est perfecta iuxta Deum in Imperatoribus sapientia; ita de sacrario mundorum pectorum pro his supplicatio debet & fidei animarum vbertate procedere. Nulla vobis, sublimissime domine, triumphorum materia poterit esse iucundior, quàm de subiugatione perfidiæ.*

* placeat.

XX. *Hoc etiam fiducialiter & pro commissis nobis officij prærogatiua suggerimus: quia propè est, vt suum splendorem aliena patiatur nube fuscari, qui cum, Deo tribuente, amouere possit, in subditis eius bus manere permittit errorem. Ergo quia mansuetudo vestra futuram Synodum scriptis sacratissimis indixit* *, *cui nos interesse de-*

* indixit,

bere, ijsdem paginis, Deo (vt credimus) fibi imperante, commonuit: gaudemus, scientes quoniam directarum mentium est, venerabilis Ecclesiæ Magistros expetere: soli enim declinant examen conscientiæ, qui vitæ sunt non continentes. Nam & fratrum ore splendorem bonæ voluntatis enunciat, qui per Apostolicam immaculatam fidem, & per competentes prædicatores aut confirmari se optat, aut corrigi. Verumtamen licèt in hu nullum facula præcedentia existat exemplum, neq; seniorū facti qualitas aut commissa libris, aut memoriis inserta teneatur: nihil ad nos, quibus dulce est, beneficio Dei pietate vestrâ inuitante, inchoare meliora, & hoc, quod non accepimus à parentibus, tam clari operis institutum nobis ipsis imponere, quia totum pro reintegratione fidei & Ecclesiarum pace facere, libenter amplectimur: si tamen maiorum nostrorum diffinitio & sanctorum Patrum in suis radicibus inconcussa permaneat: si anathematizatur Nestorius cum participibus suis; qui euacuant diuina sacramenta naturæ, beatam Virginem Mariam nudi hominis mentitur esse genitricem, oblitus angelicæ annunciationis, per quã mundo innotuit [a], quia quod ex ea nasceretur, vocandum esset Sanctum, Filius Dei. & post nonnulla in detestationem Nestorianæ perfidiæ, hæc de aduersa subdit hæresi:

[a] Luce 1.

XXI. Eutychetis quoq; ignorantia diuinorum bonorum omnium, & ipso cum sociis detestando iam nomine abdicatur: bebetudo, qui Deum & Dominum nostrum Iesum Christum figuram tantùm carnis habuisse testatus est, & nostræ veritatem non habuisse substantiæ. & plura in confutationem eiusdem insaniæ adducens ex diuina Scriptura testimonia, ad eumdem Imperatorem conuersus, his eum sermonibus interpellat: Satis esse credimus per Dominum nostrum eruditæ clementiæ vestræ strictim supplicare suggestionibus, sperantes, vt laborem curamq; pastoralis officij, venerabilium prædecessorum vestrorum Marciani & Leonis formam secuti, etiam principalis potentiæ participatione fulciatis. Habebitis, Deo propitio, spem de Victoriis non latentem*, si pontificalis contra diabolî subreptiones congressione pacificâ ad decertandum instructionem* muniatis.

* iacentem
* institutionem

XXII. Numquam in sanctarum Ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei & Petri parricidarum commemoratio reuiuiscat. Struetur ab omnibus sufficiendæ Chalcedonensis Synodi (Deo per vos operante) diffinitio. Acacius Petri tenebrarum sibi communione pollutus habeat participes, quos delegit: qui etiam inter suos excessus nec de Petro Antiocheno & complicibus eius mitidum se esse perpessus est. Cessent maledictapijs sanctæ recordationis Papæ Leonis ingesta dogmatibus, quæ solos quidem, illo in suis manente, punuint irregantes.

QVÆ SERVANDA SINT AB HIS, QVI PACEM QVÆRVNT.

XXIII. In hu, qua profati sumus, solicitudinem vestri aduocamus Imperij: potest enim pietas vestra hoc custodiens, apices & sceptra post multos annos ad aliud sæculum, possidere translata. Suscipite preces nostras per Ennodium atq; Fortunatum fratres & Coepiscopos nostros, necnon Venantium presbyterum atq; Vitalem diaconum, vel Hilarum Notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore studiumq; perclaruit, pro vestro amore dimissos, & placidam vice nostra supplicationibus conscientiam accommodate. Speramus enim, & de Deo habentes fiduciam pollicemur, studia, quæ à vobis veræ religioni impensa fuerint, haue retributione & præmio non futura. Dat. III. Idus Augusti, Florentio V. C. Consule. hactenùs Hormisdæ Papæ epistola ad Anastasium Augustum per legatos transmissa; quibus & de rebus singulis scripta admonitio data est: quonam modo autè gerere se deberent, his verbis ex eisdem codicibus exscripta admonitio extat:

XXIV. Indiculus, qui datus est Ennodio & Fortunato Episcopis, Venantio presbytero, Vitali diacono, & Hilaro Notario legatis Apostolicæ sedis Constantinopolim ab Hormisda Papa.

COMMONITIO AD PROFICISCENTES DATA LEGATOS.

Cùm Dei adiutorio & orationibus Apostolorum venientes in partes Graciarum, si Episcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione suscipite: Et si voluerint secessionem parare, nolite sperneres, ne iudicetur à laicis, nullam vos cum illis velle habere concordiam. Si verò vos ad communum rogare voluerint: blandâ excusatione eos declinate, dicentes: Orate, vt primùm mysticam illam mensam mereamur habere communem, & tunc erit nobis ista iucundior. Victualia verò & quæ alia offerre voluerint, excepta tamen subiectione, si causa poposcit, nolite suscipere: sed taliter excusate, nihil deesse dicentes, sperantes etiam, vt animos suos vobis accommodent, vbi sunt dona & diuitiæ, & charitas & vnitas, & quicquid ad gaudium religiosum certum est pertinere.

Cum ista ordinatione, Deo propitio, Constantinopolim peruenientes, ibi secedite, vbi ordinauerit clementissimus Imperator: & antequàm ipsum videatis, nulli detis ad vos veniendi licentiam, præter quos pietas eius miserit. Posteà tamen quàm Principem videritis, si qui Orthodoxi & nostra communionis, aut zelum habentes vnitatis vos videre voluerint: eos sub omni cautela suscipite per quos forte & quid agitur, deprehendere poteritis. Præsentatis itaq; Imperatoris litteris corrigite cum tali allocutione: Salutat vos Pater vester, Deum quotidie rogans, & intercessionibus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli vestrum regnum commendans; vt Deus, qui vobis tale desiderium dedit, vt pro causa Ecclesiæ mitti & consulere beatitudinem ipsius eligeretis, ipse & perfectionem tribuat voluntatis. XXV.

Vt si voluerit, antequàm chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere, his verbis vtimini: Iubete scripta suscipere. Si dixerit: Quid habent chartæ? Respondete, Salutes ad pietatem vestram continent; & Deo gratias agunt, quòd vos solicitos de vnitate cognoscunt Ecclesiæ: Legite, & agnoscetis. Et nullius causæ mentionem penitus faciatis, nisi prius acceptæ litteræ relegantur. Et post susceptas litteras & relectas, adiicite: Nam & ad Vitalianum famulum vestrum misit litteras, qui, acceptâ pietate vestra (sicut ipse scripsit) licentiâ, suos ad Patrem vestrum sanctum Papam homines destinauit. Sed quis ipsum erat, vt priùs ad clementiam vestram dirigeret, hoc fecit; vt vobis in omnibus atq; ordinantibus, ad eum scripta, qua detulimus, Deo propitio perferamus. XXVI.

Si Imperator peterit epistolas à nobis ad Vitalianum directas: sic respondendum est: Non hoc nobis Pater vester sanctus P. C. præcepit: nec sine iussione illius aliquid possumus facere. Tamen vt sciatis simplicitatem litterarum, quia nihil aliud habent, nisi preces ad pietatem vestram directas, vt accommodetis animum vestrum pro vnitate Ecclesiæ: iungite nobiscum personam, quâ præsente, tradita à nobis litteræ relegantur. Si verò dixerit Imperator eas se debere legere, Respondebitis: iam vos suggessisse, iussum non fuisse à sancto Papa. Si dixerit: Hoc tantùm est, quod in litteris continetur; possunt enim & mandata vilè nunciari. Tunc respondebitis: Absit à conscientia nostra: Nobis non est consuetudo: Nos pro Dei causa venimus, & in Deum commissuri sumus: Simplex est sancti Papæ legatio, & omnibus notâ ipsa eius petitio, ipsa precis: vt constituta Patrum non corrumpatur: vt hæretici de Ecclesiis removeantur, præter ista, legatio nostra nihil continet. XXVII.

Si dixerit: Inde & ad Synodum inuitaui sanctum Papam, vt si qui sit ambiguum, tollatur de medio. Respondendum est: Agimus Deo gratias, & petitioni vestræ, quia hunc vos affectum & animum habere cognoscimus, vt ea, quæ à Patribus constituta sunt generaliter seruet: quia tuta vera & sancta vnitas potest esse inter Ecclesias Christi, si Deo adiuuante, hoc quod prædecessores vestri Marcianus & Leo custodierunt, elegeritis esse seruandum. Si ille dixerit: Qua sunt ista, qua dicitis? Respondete: Vt Synodus Chalcedonensis & epistolæ sancti Leonis Papæ, quæ scriptæ sunt contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, nullatenùs corrumpantur. Si dixerit, Nos Synodum Chalcedonensem & epistolas Papæ Leonis non accepimus & senemus. Vos mox gratias agite, & pectus eius osculamini, dicentes: Modò cognouimus Deum esse vobis propitium, quando facere talia festinastis: quia ista est fides Catholica: ista est, quam prædicauerunt Apostoli, sint qua nullus potest esse Orthodoxus; istam debet sacerdotum generalitas tenere, & prædicando seruare? XXVIII

Si dixerit: Orthodoxi sunt Episcopi, de constitutis Patrum non recedunt. Respondebitis: Ergo si constituta Patrum seruantur, & in nullo corrumpitur, quod in sancta Chalcedonensi Synodo firmatum est: qua causa est, tantum inter Ecclesias partium istarum esse discordiæ? Vel qua causa facit, in vno Orientis Episcopos non consentire? Si dixerit: Quieti erant Episcopi, nulla inter ipsos discordia versabatur: prædecessor sancti Papæ animos eorum missis litteris excitauit, & ad confusionem excitandam perduxit. Respondendum: Litteras, quas sanctæ memoriæ Symmachus destinauit, præmanibus habemus. Si extra hæc, quæ pietas vestra dixit, hoc est: Chalcedonense Concilium sequor, epistolas Papæ Leonis admitto: aliud nequicquam continent, nisi exhortationem, vt ista seruentur: quomodò verùm est, quòd per ipsum est generata confusio? Aut si hoc continetur in litteris, quod & Pater vester sperat, & pietas vestra consentit: quid ille fecit? quid enim in eo videatur esse culpabile? Hu adijcite preces & lacrymas, rogantes: Domine Imperator, considerate Deum: ponite ante oculos vestros futurum eius iudicium. San- XXIX.

ctis Patres, qui ista constituerunt, beati Petri Apostoli fidem secuti sunt, per quam ædificata est Ecclesia Christi.

XXX. *prosecutionem, persolutionem. QVA CONDITIONE ADMITTENDVS PRINCEPS AD COMMVNIONEM.

Si Imperator dixerit: Quod me vultis per locutionem * facere, habete: Ecce mihi communicate, qui Synodum Chalcedonensem recipio, & epistolas Papæ Leonis amplector: nunc communicate mihi. Respondendum est: Quo ordine pietas vestra communicari sibi desiderat? nec nos præcantem ista pietatem vestram vitamus, quòd scimus Deum timere, & gaudemus, quia gratum vobis est Patrum constituta seruare. Fiducialiter ergo rogamus, vt per vos in vnitatem reuertatur Ecclesia. Sciant omnes Episcopi voluntatem vestram, & quia Synodum Chalcedonensem & epistolas Papæ Leonis seruatis, vel sedi Apostolicæ constituta. Si dixerit: Quo ordine facienda sunt hæc, ostendere oportere. Iterum preces adhibete cum humilitate, dicentes: Pater vester scripsit Episcopis generaliter. Iungite his litteris Sacras vestras, significantes hoc vos vindicare *, quod sedes Apostolica præcat; & tunc qui sunt Orthodoxi, de vnitate sedis Apostolicæ minimè separentur, & qui his sunt contrarij, cognoscantur. Quibus ordinatis, paratus est Pater vester etiam si opus fuerit, suam accommodare præsentiam, & quicquid expedit, seruatis Patrum constitutis, pro integritate Ecclesiæ non negare.

* indicare vel iudicare,

XXXI. *intentionem

Si dixerit Imperator: Benè ista: suscipite interim nostra ciuitatis Episcopum. Iterum preces iungite, humiliter dicentes: Domine Imperator, pacem venimus cum Dei adiutorio vobis daturi enibus & præstantibus, facere, & contentionem * sopire in ciuitate vestra. De duabus est persona intentio: ista causa proprium cursum habet: Generalitas Episcoporum prius ordinetur: fiat vna communio Catholica: & sequenti loco de isto, vel si qui sunt alij extra Ecclesias suas, tunc diligentius potest causa cognosci. Si dixerit Imperator: De Macedonio dicitis: intelligo subtilitatem vestram: hæreticus est: nulla ratione reuocari potest. Respondetis: Nos, domine Imperator, nullum personaliter indicamus. Et si pietas vestra consideret, magis pro anima vestra & opinione loquimur: vt sit discussio. Si hæreticus est, iudicio cognoscatur, vt non sub opinione Orthodoxi iniustè dicatur oppressus.

XXXII. Si dixerit Imperator: Quid vultis? modò dicite de Synodo Chalcedonensi: dicetis & de epistola Papæ Leonis: Ecce, qui est istius ciuitatis Episcopus, & ista consensit. Respondendum est: Si ita custodit, in examinatione causæ eum uuare plus poterunt: & quia seruo vestro Vitaliano Magistro militum talem dedistis licentiam, vt à beatissimo Papa, vt pro causis talibus apud eum discussione causa his personis, quibus de loco potest esse intentio, integra vniuersa seruentur. Si Imperator dixerit: Sine Episcopo debet esse ciuitas mea? Hoc vobis placet, vt vbi eo maneo, Episcopus non sit? Respondendum: Pradiximus de earum personarum intentionem esse in ista ciuitate. Quo ad canones pertinet, iam antè suggessimus: canones soluere, in religionem committere est. Multa sunt remedia, multa inuenta, per quæ pietas vestra sine communione esse non possit, & integra iudiciorum forma seruetur. Si dixerit: Quæ sunt ista remedia? Respondetis: Non à nobis nouiter inuenta. Suspensa causa de alijs Episcopis, persona, quæ consentit confessioni pietatis vestræ & constitutis sedis Apostolicæ, interim vsque ad euentum cognitionis, teneat locum Constantinopolitani sacerdotis, si eum Dei adiutorio Episcopi voluerint se accommodare sedi Apostolicæ. Habetis textum libelli in scriniis Ecclesiæ editum, iuxta quem debeant profiteri.

XXXIII. Si tamen contra alios Episcopos Catholicos fuerint datæ petitiones, magnoperè contra illos, qui sine verecundia Chalcedonensem Synodum anathematizant, & epistolas non recipiunt sancti Leonis Papæ: petitiones suscipite, causam tamen in sedis Apostolicæ reseruate iudicio: vt & spem de audientia detis, & tamen nobis debita reseruetur auctoritas. Si tamen Imperator Serenissimus verum se promiserit esse facturum, tantùm vt nostram præsentiam accommodemus: modis omnibus priùs Sacram ipsius per Episcopos & per epistolam vestram, vno de vestris perferente per prouincias, vnà cum personis, quas Imperator deputauerit, destinate: vt sic eum seruare Chalcedonense Concilium & epistolas S. Leonis Papæ, omnibus innotescat. quibus ita præcedentibus, ad nos in Christi signo, vt aduentum procuremus, scripta dirigite.

XXXIV Præterea est consuetudo, per Episcopum Constantinopolitanum omnes Imperatori Episcopos præsentari. Si hoc illorum callidus tractatus inuenerit, volentium formam legationis agnoscere, vt cum Timotheo, qui modò videtur Constantinopolitanam gubernare Ecclesiam, Imperatorem videatis: sic facite, vt si antè agnoueritis, quam ad Imperatorem ingrediamini, ista dispani per aliquos; nec dum

præsentati, dicite: Mandata talia nobis dedit & præcepta Pater pietatis vestræ, vt sine aliquo Episcoporum vestrum clementiam videremus. Ergo agite, donec ab hac consuetudine ipse remouerit. De hac autem consuetudine, vt Episcopi peregrini Constantinopolim venientes, primùm adeant Constantinopolitanum Episcopum, & ab eo ducantur ad Imperatorem, agit Iustinianus a Imperator. Sed pergit monens idem Hormisda:

a In Anthem. de sanctiss. Epiſc. collat. 9. tit. 6.

Quòd si omninò noluerit, aut si captiosè contigerit, vt ante Imperatorem inopinatè Timotheum videatis, ita suggerite: Præcipiat pietas vestra nobis dare secretum, vt causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite, ecce ante ipsum. Respondetis: Non iniuriam facimus: sed quo ad causas pertinet, etiam ipsius continet legatio nostra personam; & suggestionibus nostris præsens esse non potest. Et nulla ratione eo præsente aliquid allegetis: sed egresso, delegationis textum exerite. hactenùs Indiculus, siue quod dicunt Commonitorium. sequuntur posteum assertiones singularum causarum, in hunc modum:

XXXV.

Capitula singularum causarum.

XXXVI CAPITVLA PRESCRIPTA AB HORMISDA PAPA ORIENTALIBVS.

Vt S. Synodus Chalcedonensis, & epistola S. Leonis Papæ seruentur. Vtq; clementissimus Imperator consentiens debeat pietatis suæ Sacra generalia ad vniuersos Episcopos destinare, in quibus significet præfata se credere, & vendicare.

Consentientes etiā Episcopi in Ecclesia, præsente plebe Christiana, hæc prædicare debeant: Amplecti se sanctam fidem Chalcedonensem, & epistolas S. Leonis Papæ, quas scripsit contra hæreticos Nestorium & Eutychetem & Dioscorum, sed & contra sequaces eorum, Timotheum, Helurum, Petrum, vel contra eos, qui in ipsa causa tenentur obnoxij, simul etiam & Acacium, qui quondam Constantinopolitanæ Ecclesiæ fuit Episcopus, sed & Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum socijs eorum. Hæc manu propria, præsentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per Notarium nostrum edidimus.

XXXVII.

In exilium deportatos pro causa Ecclesiastica ad audientiam sedis Apostolicæ reuocandos, vt iudicium & vera examinatio de his possit haberi: ita vt causa eorum inquisitioni integrè reseruetur.

XXXVIII. CAVTELA GIT HORMISDA GYM ANASTASIO.

Si qui verò sacræ sedi Apostolicæ communicantes, Catholicam fidem prædicantes atq; sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur: hos iustum est ante omnia reuocari.

Præterea quæ legatis inter reliqua iniunximus: vt si contigerit libellos porrigi aduersus Episcopos, qui persecuti sunt Catholicos, de his iudicium sedi Apostolicæ reseruetur: vt circa eos venerandorum Patrum possint constituta seruari, per quæ ædificatio generalitati proueniat. hactenùs data legatis ab Hormisda Papa capitula. Quibus planè intelligis, quantà agat prudentia Romanus Pontifex, quantaq; cautelâ tractet cùm hæretico Principe, pollicêre licèt se Catholicam fidem integrè profiteri: & illud in primis ab eo exigat, vt publicâ editâ sanctione in omnibus, quibus imperat, locis innotescere faciat, se in omnibus assentiri Catholicæ fidei ipsi exhibitæ per legatos Romani Pontificis: Quod si facere renuat, eũ indignum putat Apostolicæ Ecclesiæ communione: ficq; cogit, vt cuncta antea præstet, quæ Catholicũ decent Imperatorem: vt sic in omnibus prospectum esset Catholicæ Ecclesiæ maiestati, atq; Romani Pontificis auctoritati, quâ perfidus conaretur abuti ad sua ipsius studia confouenda, & labantem statum Imperij solidandũ. Sic igitur tantum abfuit, vt fuerit Hormisda OEcumenicum, quod indixerat Anastasius, Concilium celebrari, vt absq; Concilio leges ipse præscripserit Imperatori & vniuersis Orientis Episcopis, quas legisti quinque distinctas capitibus. Portò quòd ferebatur OEcumenicum indictum esse Cõcilium, in quo omnes omnium Ecclesiarum forent controuersiæ dirimendæ, placuit etiam Theodorico Italiæ Regi ea de causa legatum mittere Constantinopolim, delegitque ad opus virum insignem Agapitum, ad quem de eius facta electione ista scripsit b:

b Apud Cassiod. Var. lib. 2. epist. 6.

XXXIX THEODORICI REGIS LEGATIO IN ORIENTEM.

Agapito V. I. Patricio Theodoricus Rex.

Deliberationis nostra consilium virorum prudentium requirit obsequium: vt vtilitatis publicæ ratio sapientium ministerio compleatur. Et ideo illustris magnitudo tua, Deo auxiliante, cognoscat, legationem nos ad Orientẽ deliberâsse transmittere: cuius te idoneum iudi-

dican-

dicanter, iussu præsentibus euocamus. Sed licet omnis legatio virum sapientem requirat, cui pronunciarum vtilitas, totiusq; regni status committitur vindicandus: nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare, & in conuentum doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est, contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui sciunt omnia prouidere. Lætare igitur tanto iudicio; quando ante suscipis electionis donum, quam iure potuisse probare ingenium. hæc Theodoricus de legatione Agapiti: quem illum ipsum putamus virum clarissimum, qui post annum sequentem Consulatum gessisse reperitur.

XL. Accessit ad hæc, vt etiam & ipse Romanus Senatus per Apostolicæ sedis legatos litteras reddiderit ad ipsum Anastasium Imperatorem, quibus significauit, quàm promptus esset idem Rom. Pontifex ea, quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum spectarent, propè sissimo studio procurare. Litteras verò ipsas à Senatu conscriptas ex eisdem codicibus acceptas hic describendas esse putamus: sed primùm emendandus est, qui irrepsit error in titulum, qui sic se habet:

XLI. *Rescriptum Senatus Vrbis ad Anastasium Imperatorem.* quod verò subditur, *Per Theopompum & Seuerianum.* errore librarij factum scias, qui per eosdem scriptas has litteras posuit, per quos superiùs in codice positæ aliæ litteræ datæ leguntur anno sequenti sub Consulatu Petri: cùm tamen has legatis Apostolicæ sedis hoc anno missis datas esse, in fine eiusdem epistolæ distertis verbis significetur. Ipsa igitur Senatus ad Anastasium Imperatorem epistola planè digna, quæ his inseratur (vtpotè quod per eam idem Senatus enarret, quæ transacta sunt cum ipso Romano Pontifice, nimirùm quæ dixerit verba Hormisda Papa, cùm eum pro Anastasio ipso Senatus conuenit) est huiusmodi [a]:

[a] Extat edita to. 1. epist. Rom. Pont.

XLII. SENATVS ROM. LITTERÆ AD ANAST.

Si prima semper est, Imperator inuicte, à regentibus supplicum sperata deuotio; si solo gratia dominorum conciliatur obsequio: indubitanter agnosces, sacræ iussionis oracula quanta Senatus vestri fuerint gratulatione suscepta: maximè cùm ad hoc & animus domini nostri inuictissimi Regis Theodorici filij vestri mandatorum vestrorum obedientiam præcipientis accederet; & sciamus super omnia beneficia vestra tunc magis nos erigi, cùm dignos credatis, quibus debeat imperari. Mox igitur sacræ studio iussionis implenda beatissimum Papam Hormisdam credidimus deprecandum: de quo parum est dicere, quia * *vota supplicantium benignitate præcessit: sed & nobiscum suas preces, vt quod hortamini, fiat, adiunxit. Euangelicis voluntatem suam testimonijs asserendo, ostendens magnum supra multitudinem peccatorum suorum scandalis plus gratuatum, dum vox sit ista Dominica* [b]: *Væ mundo à scandalis. Et idem, oportere homines scandalizantium partes membrorum abscindere, quàm vt in ignem, non renunciando scandalis, mittantur æternum.*

* qua

[b] Mat. 18.

XLIII. *Sed & post hæc diuinæ lectionis exemplis, quàm boni sint fructus pacis, ostendit, cùm diceret:* Et Apostolum Paulum gratiæ Dei plenum, nihil tamen quibus benè cupiebat, quòd optaret melius inuenisse, nisi vt pax Dei, quæ est supra omnem excellentiam, in eorum sensibus abundaret. *Quodq; in Euangelio Domini sit vox dicentis* [d]: *Quoniam pacifici, filij Dei vocabuntur. Iterum ad ipsum Scripturarum omnium reuertendo doctorem, quanto ipsa vel fide, quâ & cœlestia regna præsumimus, & à spectatorum cruciatibus credendo saluamur, charitas sit maior, ostendit, testimonium tale subijciens* [e]: *Spes, fides, charitas: maior autem horum* * *charitas: id est, Spiritus, gratia donante diuina, charitatem vir tutibus omnibus exaltat. Non habentes ergo, si & propter panam scandala declinamus, & pacem propter pain bona testamur, & ad charitatem nos, qui est charitas, Christum hortatur. Quid est enim, quod retinet Catholico ardore fessimos: Quid est, quòd delinquentis Acacij impedit volentes Christum videre per sona: Quid est, quod à suo libero, alieno grauantur errore:* huiusq; verba Pontificis, ipsi verò subdunt:

[c] Phil. 4.

[d] Matth. 5

[e] 1. Cor. 13.

* omniũ

XLIV. *Hæc cum venerabilis Papa Latini fuerint expedita rescripti, pro nostræ tamen obsequio credidimus deuotionis indenda, ne non rogasse putaremur reuocando rescissum, quod accepimus deprecantes. Proinde, pijssime Imperator, hæc suo nomine Senatus sanctitatis tuæ clementia prouocatus aduenit, vt qui animo quam benigno in vtraq; Republica concordanda fuisti, tam esse pio in Ecclesiæ re-*

dintegranda vnitate noscaris. Nam vt pax illa regnorum tantum scitur prodesse subiectis, sic hæc religionis cum populo suo proficit imperanti. Etenim quis non hæresum perfidarum sequaces plus, quàm ipsos deliquisse putet auctores? Quis non possit patibulum crucis diuidentes Verum Christi membra condemnet? Etenim hæc tam vobis regnantibus causa capisset, vt facilius mala nascentia reprimerentur, quàm prouecta. Nam quis ambigat non potuisse eum existere, cuius corrigi temporibus videret errorem? hic finis epistolæ, cui mox ista in dictis codicibus iuncta leguntur: *Per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarum* * *Notarium, legatos Apostolicæ sedis.*

* Hilarium

Profecti igitur ab Vrbe legati, feliciter Constantinopolim peruenêre, honorificeque ab Anastasio Imperatore susceptì sunt. cuius tamen studium cùm in eo totũ collocatum esset, non vt Catholicam fidem æmulem restitueret, quã licèt verbis prædicaret, animo tamẽ penitùs detestaretur, sed vt per simulatam Catholicam pietatẽ infensum sibi conciliaret populum Cõstantinopolitanum, atq; milites aduersantes & Vitalianum sectates ad destituta penitùs signa reuocaret: mox capitibus cũctis à legatis oblatis assensus est, atq; omnibus, quæ per eosdẽ legatos Hormisdæ nomine postulata sũt, libentissimè acquieuit, vno illo excepto capitulo, quòd neq; populo Catholico Constãtinopolitano verbis esse gratum sciret, immo cuius inficiatione magis magisque se populi gratiam consecuturum cognosceret: istud autem erat de nomine Acacij cum aliis hæreticis condemnando facta petitio. Etenim ipsi populus Acacij nominis studiosissimus, quitid antè fieri, haud aliquando passus fuerat, cùm à prædecessoribus Romanis Pontificibus tentaretur, minimè assensurus esset tantæ ignominiæ suum, quem adeò dilexissent, Antistitem abiici.

XLV. ARTES SVBDOLÆ ANASTASII IMP.

Hâc igitur arte vafer & subdolus Imperator hæreticus, XLVI. opportunã oblatã sibi occasione captatã, quod diu fuerat aucupatus, adiscisere sibi populi studiũ, ob retentum nomen Acacij, est facillimè consecutus, cùm præsertim id absq; inuidia Catholicæ fidei præstari posse hac ex parte cum populo æquè sentire profiteretur: & ipsos medicos, qui venerant eos curare, legatos, inquam, Apostolicæ sedis, reddidit illis exosos, veluti inimicos: atque ita quo magis ipse legatis est refragatus, eò magis sibi populum reddidit obsequentem, vtpotè qui eum vt protectorem & defensorem coleret aduersus Romanum Pontificem memoriam Acacij penitùs abrogare conantem. ita etiam ex sententia effecit, vt Catholicos inter se cõcertantes deteret & detineret, quousq; ipse sui compos fieret desiderij. Nactus ergo quam quærierat accommodatam satis ad Catholicos fallendos artẽ, perstitit in sententia, vt te Catholicum in omnibus præseferat ciuibus similem, quorum gratiam Acacij nominis retẽtione atq; defensione subdolã mente redemerat. Verùm quod temporis dilationem suæ sciret auulsæ conducere, haud legatos dimittere voluit, sed bonã spe aluit, & vsque ad sequentis ætatis tempus retinuit, atque omni est prosecutus humanitatis officio: plurimum enim sciebat sibi conducere ad concitatos compescendos tumultus moras istãs, & ipsorum legatorum in vrbe præsentiam: sed ad maiorem faciendam animi sui fidem, honorificentissimam in ipsorum reditu ad Hormisdam Romanum Pontificem legationem decernit, populo valde gratam, quã præseferret cum retẽtione Acacij nominis, sanciri oportere ab omnibus expetiam Ecclesiarum concordiam.

XLVII. Rursus autem ad eamdem populi gratiam sibi conciliandam dedit Ecclesiæ Constantinopolitanæ redditum septuaginta librarum auri, eam ob causam, vt scilicet exequiæ sine sumptu & gratis fierent Constantinopoli, ediditque ea de re publicam sanctionem [f]: quæ quidem Anastasij munificentia plurimum commendara fuit à Iustiniano Imperatore in Nouella constitutione de impensa debita in exequijs defunctorum, cuius est exordium [g]: *Singula bonorum operum, &c.* Sic igitur his officijs populum demereri conatus, atq; dulcis præxtu pacis sub istiusmodi simulationis inuolucro latuit, qualis intùs esset Anastasij, secũ-

[f] l. 6. Cod. de sacrosa. Eccl. vol 21. [g] Iust. Nou. 19.

dùm illud Prouerbiorum [a]: *Homo qui blandis & fictis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis*, at quodnam istuc fuerit, detegetur inferiùs suo loco. Hæc quidè cuncta transacta esse in hac legatione Constantinopoli, litteræ ipsius Imperatoris per legatos ab eo missos Romam redditæ Hormisdæ Papæ declarant, quas sequenti anno, quo sunt datæ, referemus. Ex his autem habes, vnde redarguas Miscellæ auctorem historiæ, vbi his contraria prorsus affert, istis verbis: *Anastasius non solùm salubria eorum monita spreuit, sed insuper etiam à suis conspectibus non sine contumelijs expulit, nauiq; fragili impositos mandat, ne vspiam per totam Graciam ad aliquam ciuitatem accederent.* hæc ibi: quæ tamen vera senties, si nec [*] ad priorem hanc, sed ad posteriorem ab eodem Pontifice missam referas legationem, de qua suo loco dicturi sumus.

[a] Prou. 29.

XLVIII. ARIADNÆ AVG. OBITVS.

Hoc eodem anno sub ijsdem Consulibus (vt auctor est Marcellinus in Chronico) impia Ariadna Augusta defuncta est, annis (vt ait) sexaginta in Palatio exactis. Vt planè nihil sit, quod ex hæreticorum prosperitate quis scandalum pati debeat, cum nequissimam fœminam malorum omnium conciliatricem, in detrimentum Ecclesiarum omnium, vitam adeò longæuam in Imperio agere Deus permiserit.

XLIX. [b] Chron. in Anast.

Hoc item anno ìdem testatur Marcellinus funebre illud accidisse, vt Hunni Armeniâ transmissa, totam Cappadociam deuastantes, vsque ad Lycaoniam peruenerint. Quibus verò hoc tempore esset Ecclesia Cappadocum, ex eius Metropolitano Episcopo Cæsariensi Sotericho Eutychianorum principe conijcere possumus, de cuius impietate satis superiùs dictum est, vbi egimus de pseudosynodo Sidone habita, & de promotione Seueri. Quid autem Macedonio in Armenia tunc exulanti contigerit, Cedrenus hoc eodem anno ita narrat [b]:

L. DE MACEDONII OBITV ET VISIONE OSTENSA.

Macedonius quidem iam periculo proximus inde profugit, & Gangram peruenit. Anastasium de hoc certior factus, iussit eum rigidè ibi custodiri, misso etiam (vt aiunt) percussore. Sed Macedonius Gangræ mortuus, in æde martyris Callinici tumulatus est, multosq; à morte sua morbis liberauit. Cumq; iam esset in sepulchro condendus, antequàm id fieret, sublatâ dextera manu, crucis signo sepulchrum obsignauit. Idem Theodoro cuidam suorum familiarium per visionem dixit: Excipe hac, & abi. & Anastasio recita: Ego quidem Macedonius abeo ad patres meos, in quorum fide perstiti. Interim tamen semper Deum interpellabo, dum tu quoque veniai, & causa nostra discipietur. hæc auctor: eadem ex Theophane [c] in Miscella, & Anastasius Bibliothecarius in Chronico, nec non Theodorus Lector [d]; nisi quòd nos ab eo obsignatum dicit sepulchrum, sed ipsum consueto more in sepulchro cruce signato esse reconditum. Porrò de miraculis nihil: nec quidem apud Græcos coli memoriam eius, sicut aliorum Sanctorum, Menologia, quæ vidimus, vestigium vllum reddunt: si quæ enim verè ab eo edita miracula potuissent probari, vtiq; pro eo allata in testimonium fuissent, cùm de abolenda eius memoria è sacris tabulis, in quas illata erat, actum est. Sed paulò demùm Constantinopolitanos & Orientales Episcopos, sicut Acacij, ita & Macedonij & Euphemij nomina expungi è Diptychis, suo loco dicemus. Cæterùm Macedonij obitum non ante sequentem annum accidisse putamus, quem ex loco exilij hoc anno Hunni fugârunt in Paphlagoniam.

[c] Paul. Diac. Miscel. lib. 15. & Cheod. Lect. Col. lect. 12.

LI. [e] Cedren. Annal. hoc anno. QVÆ PARI HÆRETICI ALEXANDRINI.

Contigisse hoc item anno tradunt, sicut Cappadoces à fide Catholica deuios per Hunnos affligi; ita & Alexandrinos in hæresi diu perseuerantes à dæmonibus infestari. nam idem qui suprà auctor subdit [e]: *Eodem anno Alexandriæ viri plurimi, itemq; mulieres & pueri grauiter à dæmonibus verberati, assiduè latrabant. In somnis autem cuidam terribilis quidam apparuit, dicens, ciuibus hæc ob damnationes in Chalcedonense Concilium editas accidere.* hæc Cedrenus: eadem Theophanes illata in Miscellam. Ita planè canum latratum edere compulit Deus loco humanæ vocis miseros Alexandrinos à fide Catholica deuios, qui canum instar oblatrare cõtra Synodum Chalcedonensem non desinebant: qui etiam cùm excussissent à se suauissimum Christi iugum, meritò passi sunt dæmones obsidentes: vt ex hoc ipso saltem discerent illud Hieremiæ [f]: *Quàm malum & amarum, reliquisse venam aquarum viuentium Dominum, & fodisse sibi cisternas dissipatas.*

[e] Cedren. Annal. hoc anno.

[f] Hier. 2.

Eidem quoque historiæ veritati adstipulatur Anastasius Bibliothecarius in Chronico, & alij, qui posteà extitêrũt, recentiores auctores. Porrò hæc nõ absq; fructu contigerunt: siquidem addit his Anastasius, eodem tempore monachos hæreticos recantantes palinodiam scripsisse quatuor libellos contestationis, quorum duos Imperatori, alium Præfectis prouinciæ, quartum verò Ioanni Episcopo Hierosolymorum obtulêre, contestati se sanctam Synodum Chalcedonensem amplexari, detestari verò Seuerũ cum suis sectarijs, & in prõptu habere mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici Episcopos addit misisse Romam Catholicæ fidei confessionem ad Romanum Pontificem.

LII. [g] Cedren. eo Chron. hoc anno. [h] Theod. Lect. 2. Collectan. [i] Niceph. lib. 16. c. 34.

Hoc eodem anno vigesimoquinto Anastasij Imperatoris Himeranni populi Australes ad fidem Christi conuersi sunt [g]: de quibus pauca hæc Theodorus Lector [h]: *Himeranni (gens est Persis tributaria) in extremis Australis plagæ, & ab initio Iudæi fuerunt: eo verò tempore, quo Regina Austri venit ad Salomonem, facti sunt Gentiles. His sub Anastasio Christi sunt facti, & Episcopum acceperunt.* hæc Theodorus, eademq; Nicephorus [i]. At tantæ rei gestæ historia scriptorum inopiâ remansit obscura: etenim quonam prædicante, quibus præcedentibus signis, quisve eis primus fuerit datus sacrorum Antistes, penitùs ignoratur.

LIII. [k] Psal. 4.

Quàm benè accidit, secundùm illud propheticum de Ecclesia Catholica dictum [k]: *In tribulatione dilatasti mihi.* vt quo tempore mãgis minui videretur Catholica fides in Oriente, eo maiores fierent ad Christianismum accessiones, Saracenis (vt vidimus) & Himerannis Euangelium capessentibus. vnde illud Ecclesia iure cecinerit [l]: *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obedijt mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* quod Dei benignitate hoc nostro sæculo abundantiùs experimur, dum quo tempore peruersis erroribus Aquilonares prouinciæ maiori ex parte à fide Catholica defecerunt, Ecclesiæ Catholicæ nouus Orbis accreuerit, ob Ecclesia Romana accipiens Euangelium: vt planè omnes intelligant peruigilem eius cultorem, magnum illum agricolam [m], qui semper operatur, loco palmitum arescẽtium alios maiori fœcũditate sufficere; & loco vineæ [n] ab apro siluestri depastæ, atq; suffossiæ, igneq; succensæ, alia sibi latioribus terminis vberiora trans mare plantare vineta.

[l] Psal. 17.

[m] Ioan. 1.

[n] Psal. 79

IESV CHRISTI

Annus 516.

HORMISDÆ PAP. Annus 3. ANASTASII IMP. 26. THEODORICI REG. 14.

I. REGRESSVS LEGATORVM IN VRBEM.

QVINGENTESIMVS decimussextus Domini voluitur annus, Consulatu Petri sine collega notatus: Inter nobilissimos Senatores hic doctrinâ ac pietate claruit, ad quem extant Ennodij plures epistolæ, mentio est pariter de Petro Romano viro clarissimo apud Sidonium. Hic ergo vbiq; spectatus hoc ipso anno meruit Consulatum: quo detento diu Apostolicæ sedis legatos Anastasius Imperator, magnâ spe alitos vniêdæ Orientalis Ecclesiæ, ita dimisit, vt ad cuncta perficienda expectare se aduentum Hormisdæ, iteratis litteris astuto consilio simularet: quòd vt magis persuaderet, vnà cum eisdem legatis redeuntibus Romam, ad componendas res honorificentissimam legationem ad eumdem Hormisdam Pontificem misit, vitis clarissimis ad opus delectis, nempe Theopompo Comite Domesticorum, & Seueriano Comite sacri Cõsistorij; quibus & litteras ad ipsum Romanum Pontificem dedit.

Quod

II. CONSILIVM ANASTASII IMP. QVALE FVERIT.

Quodnam autem fuerit in his exhibendis officijs consilium Anastasij Imperatoris, ex ijs, quæ sæpè superius aperuimus, atque superiori anno latiùs pandimus, facilè poteris intelligere; nempe ad sedandum Orthodoxorum animum, ipsum pluribus apertissimisq; signis affectare conatũ Catholicum nomen, & vnitatẽ curare Orientalis Ecclesiæ cum Occidẽtali: ratum nimirùm ita fore, vt concitatum contra se Vitalianum tyrannũ prætextu tuendæ Catholicæ fidei, his artibus exarmaret, ac spoliaret fauore populi; qui planè erga Imperatorem ex his pro fide Catholica exhibitis testimonijs iã paulatim reddebatur magis magisq; propẽsior: augebatur verò magis ea opinio ex istiusmodi erga Pontificem Romanum obsequijs, quibus in tam præclara exornanda legatione rem nauiter agere, in opus incumbere, iugi indefessoque studio laborare ad perficiendum, quod cœperat, significaret.

III. Ea planè est ars hæreticorum Principum, penes quos est pietas nundinaria, vt cùm aduersarijs armorum pressuris vrgentur, ad fallendos populos nihil magis, quàm fidem Catholicam ore tenus præseferant, subque Catholico nomine delitescãt, donec quod cupiũt, assequãtur: facti verò voti compotes, maiori impetu in damna pietatis eruumpant: Sed qui cunctis præsidet rerum humanarum arbiter Deus, haud diutiùs patitur adeò sceleste inulta relinqui: Etenim qui discernit [a] cœlestis Reges, appẽdens [b] eos in statera, digito tandẽ ostendit paratam ob oculos vltionem, cùm repentè diu dilatum maiori fragore suæ iræ fulmen intorquet: quod quidem factum cùm alia multa, tũ præsertim cœpta narrari Anastasij tragœdia egregiè repræsentat. At iam eius reliquas fallendi artes pietatis tegumentis obuolutas, quas habemus præ manibus, in medium producamus, atq; primùm eius recitemus epistolam per suos legatos ad Hormisdam Pontificem missam, cuius in codice eiusmodi titulus inscriptus legitur [c]:

a Psal. 67
b Dan. 5.

c Tom. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisd.

IV. ANASTASII IMP. AD HORMISD. EPISTOLA.

Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ, per Theopompum & Seuerianum VV. CC.

Omnia, quæ benignitas conceperit animorum, dulci ambitu & festinatione laudabilis propagãtur, nec sibi requiem putant posse præstari, donec ad effectum saluberrimum desiderata perduxerint: & tunc quadam ipsius festinationis sit requies, dum contigerit spes votorum. Quod in præsenti nos certâ ratione pertulimus, donec cœlestis fauor & nostræ petitionis auditum, & vestræ promissionis serenũ donec effectum. Ergo quia vel maxima itineris longitudo, & vltra solitum morem hyemalis asperitas, quod optabamus, nos fecit incertum: interim intra animos nostros desiderata compressimus, beneficia diuina captantes, quæ boni exitus rei suâ interpositione decidunt. Agnoscentes igitur, quòd eius pietas primam nobis gratiam condonauit, vt missa ad nos legatio, ad beatitudinem tuam feliciter remearet: ad secundam processimus, vt dirigeretur à nobis promissa legatio, per quam & commemoratio fieret eorum, quæ cum sanctissimo viro longâ deliberatione contulimus; & inde, Deo auspice, tam nostræ petitionis, quàm vestræ gratiæ ad integrum lux serena resplendeat, & toti Orbi gaudia expectata renouentur. Commemorationis itaque loco, & salutationis honore reddendo, Theopompum virum illustrem Comitem Domesticorum, agentem sacri nostri Palatij scholam, fidelem nobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione genitali nostræ prouincia, sed & Seuerianum V. C. Comitem sacri nostri Consistorij ad vestram direximus sanctitatem: qui ordinem litterarum propriâ voce testantes, ad celeritatem expectata pronocent, quæ etiam cœlesti misericordiæ credimus placuisse. Data XVII. Kalendas Augustas, Constantinopoli, Paulo V. C. Consule.

LEGATORVM NOMINA.

d Extat tom. 1. epist. Rom. Pont. in Hormisd.

hæc quidem ad Hormisdam Papam. Sed quò numeros omnes expleret Catholici atque humanissimi Principis, per eosdem etiam legatos idem Anastasius Imperator ad Senatum vrbis Romæ in hunc modum scripsit [d]:

V. AD SENATVM ROMANVM EPISTOLA ANASTASII AVGVSTI.

Imperator Cæsar Flauius Anastasius, Pius, Felix, Victor, semper Augustus, Germanicus inclytus, Alamannicus inclytus, Francbicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Pater patriæ, Proconsulibus, Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatuiq, suo salutem dicit.

Si vos liberiq, vestri valetis, bene est: ego, exercitusq, meus valemus. Quoties virisque publicis rebus prospexerã voluntate consulitur, non solùm exhortatio, sed postulatio quoq, creditur ijs conuenire: vt duabus in vnum concurrentibus causis, animus incitatus, quod felix & bonum partibus sit, valeat adipisci. Si etenim Christus Deus & Dominus noster & per mitissimam voluntatem & quandam dispensationis petitionem nos reuocauit ad se, & redemptos proprio sanguine libertati restituit, vt salutem mortalitati præstaret: non videtur absurdum, tam apud gloriosissimum Regem, quàm apud beatissimum Papam vrbis Romæ, Patres conscriptos Imperialis petitionis coniunctos, ea sperare, quæ & nobis & sibi (Deo annuente) in commune proficiant: Hoc est, ne fugitiuorum audiant concinnatos sermones, & mendacia solo compositos, sed satisfactione susceptâ, quam & veritas, & legatorum, qui directi sunt, inquisitio patefecit, ad desideratam pacem acceptabili Deo voluntate concurrant. Indubitatim siquidem est ex longa annorum serie multam partem Reipublicæ vestræ vendicare [e] *constantiam.*

e iudicare,

Proinde oportet sanctissimum vestrum cœtum solerti studio & prouido labore contendere tam apud excelsum Regem, cui regendi vos potestas & solicitudo commissa est, quàm apud venerabilem Papam, cui intercedendi apud Deum facultas est præstita: vt in ea parte animi sui bonitatem dignentur impendere, in qua vtriusque Reipublicæ membra sperata sanitate saluentur. Implebitis enim veterem consuetudinem & nimis consilio vestro notissimam, si ea, quæ publicæ vtilitati conueniunt, tractando, sperando, postulando, effectum adipisci, Deo auspice, feceritis. Data quinto Kal. Augusti, Chalcedone, Petro V. C. Consule. hæc sunt, quæ extant antiqua monumenta legationis ab eâ permissæ, modò verò præstitæ ab ipso Anastasio Imperatore; cùm tamen (vt sæpiùs dictum est) vnitatis & pacis speciem præferret, non autem sanè esset Catholicæ pietatis.

VI.

VII. Verùm Hormisda doluit, laicos directos esse legatos, quibuscum de rebus Ecclesiasticis agendum foret, minùs aptum id esse putans: conqueritur enim de his idem Hormisda Papa in litteris anno sequenti datis ad S. Auitum Episcopum Viennensem, quas ex eodem codice inferiùs recitabimus. Iam verò quas legatis Apostolicæ sedis litteras ad eumdem Romanum Pontificem Anastasius dedit, hîc describamus, quibus rerum gestarum veritas, explosis mendacijs, certa reddatur, his autem in partibus Imperator fidei Catholicæ (ne quis daretur dubitandi locus) professionem [f] emittit: sic enim se habent:

VIII. EPISTOLA ANASTASII IMP. PER LEGATOS APOSTOLICOS MISSA.

e Extat tom. 1. ep. Rom. Pont. inter epist. Hormisd.

Exemplum [g] *Sacræ Anastasij Augusti Hormisdæ Papæ per Ennodium & Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, & Hilarium Notarium.*

Gratias omnipotenti Deo referimus, quod sanctitas vestra disciplinis cœlestibus instituta, sicut poposcimus, legatos fidei Ennodium & Fortunatum venerabiles Episcopos, sed etiam viros religiosos Venantium presbyterum & Vitalem diaconum & Hilarium Notarium, quales poscebat causæ sublimitas, destinauit, qui negotij magnitudinem implere possent Ecclesiasticis luce sermonis, quique, operante Deo, omnia subtiliter requirentes, quæ ad rectam & veram Christianorũ pertinent fidem, & ipsi, sicut decuit, declararunt: & à nobis, sicut oportuit, agnouerunt: quia vna est Ecclesia Dei, Apostolicæ vigore firmata doctrinis. Vnde quis audeat de Domini nostri Iesu Christi incarnatione aliter, quàm habet veritas ipsa, sentire? nisi vt confiteatur æqualem & consubstantialem Patri Filium saluti nostræ causâ, iuxta annunciationem Archangeli [h]*, in vtero Virginis carnem ex eadem assumentem, hominem factum* [i] *& sicut ait Apostolus* [k] *in seruili forma, carnem pro nobis carne suscipere? De quo beatus Petrus Apostolus Iudæis dixit* [l]*: Vos principes vos, dimittitis virum homicidam, auctorem verò vitæ interfecistis. De quo etiam legitur in Paulo Apostolo* [m]*: Factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem Crucis.*

f Luce 1.
g Phil. 2. h Act. 3.
i Phil. 2.

IX. CONFESSIO FIDEI ANASTASII IMP.

Confitemur enim, quòd Dei genitrix beata Virgo Maria in vera carne & anima rationali & intelligibili nobis Deũ peperit Saluatorem, quem homousion Deo Patri & Spiritui sancto ante secula, eumdem nobis quoq, homousion propter peccata nostra in fine temporum credimus & probamus fuisse progenitum, sicut Prophetæ Dauid dicit [n]*: De ventre meo genui te. Deus meus es tu. Quæ tamen ita sine defectu & confusione vestri corporis eli assumpta nostra substantia, vt in eadem carne Deitatis mundum examinaturus adueniat, oculis omnium vulnerum & clauorum indicia repræsentans, sicut scriptum est* [o]*: Et videbunt, in quem pupugerunt.* Vides ne, quàm pie, quàm sanctè rectam profiteatur Anastasius fidem Catholicam? quâ ita firmiter stabilitâ, ei aduersantes damnat hæreticos, ita subdens:

k Psal. 21.
l Apoc. 1.

X. PROBAT ANASTASIVS CHALCEDONENSE CONCILIVM.

*Cum omnibus etiam Orthodoxis impiissimos Nestorium atque Eutychetem vitamus pariter & horremus, eorum condemnantes & anathematizantes & personas & dogmata detestabilibus sacrilegijs comparanda, qui dispensationem diuinam & humana remedia infirmitatis similiter aut nescire voluerunt, aut cognita blasphemare. Talem igitur circa fidem clementiæ nostræ propositu suprimus Deus ab exordio vitæ suæ sensibus nostris immisit: vnde & Imperium nostrum credimus custodiri: Miramur autem, quamobrem debeatissimis Patribus, qui in Chalcedone conuenerunt, aliqua nobis scribere voluistis: dum ea, quæ ab his fuerant constituta prædecessorum nostrorum multiplicibus decretis confirmata monstrantur: & cum nec alia Synodus facta fuerit, per quam, quæ ab illa disposita sunt, rederentur infirma: nec Lex a nobis processerit, cuius nouitate statuta prædicti Episcopalis Concilij soluerentur: maximè cùm ipsa Synodus dixerit, anathema esse debere, quicumq; aliam fidem, quam apud Nicæam trecenti decem & octo venerabiles Patres constituerunt, docere vel immutare voluerit: ad hoc etiam eos, quos superiùs comprehendimus, ad eil. Nestorium & Eutychetem damnauerunt, quos nos quoque damnamus. Nam pro hac causa detestantur etiam diuinæ litteræ ad Alexandriam non semel, sed multoties destinatæ, per quas obiurganimus, cur sibi non arbitrentur posse sufficere directam fidei doctrinam, recedentes ab anathemate Chalcedonensis Synodi, vel venerandæ memoriæ Leonis Episcopi. Vnde non parùm studium apud nos & contentio quoque perdurat, quæ cùm à suprascripto * anathemate eosdem posimus abstrahere, & sanctæ Ecclesiæ vniuersali coniungere.*

* superfluo

XI. DE CAPITE, QVO AGITVR DE NOMINE ACACII ABOLENDO.

Deest autem vtique vnum adhuc, quod solum videtur esse residuum, nostra voluntas petitioni vestræ fortasse propter vnitatem Ecclesiarum conueniret, nisi alia venerabilibus Ecclesijs ex hoc renouari scandala crederemus. Nunc quæ sint facienda, perpendite: quia grauè esse clementiæ nostræ indicat de Ecclesia venerabili, propter mortuos, viuos expelli: nec sine multa effusione humani sanguinis scimus, posse ea, quæ scribitis, ordinari. Omnia tamen à Deo sperantes, per Concilium melius agere poteritis, quàm ab his hominibus, qui propter errores suos prouincias percurrentes, inimicam Euangelijs sanctis & Ecclesiæ volunt esse discordiam. Ergo vt sit placens superna maiestati Ecclesiarum vnitas, prouidete: quia quid nobis in his, quæ prædicti sumus, obsistit, ignoramus, si bene nos agere. Per omnia autem voluntatem nostræ puritatem legatorum vestrorum poteritis veritate cognoscere. Petimus autem, vt pro nobis Apostolatus vester orare dignetur: quod vos libenti animo facere, hâc poterimus maximè ratione cognoscere, si perfectam nobis vnitatem Ecclesiarum dignatus fuerit Deus, vobis dispensantibus, condonare. Illam enim vox Dei magnam benedictionem diligentibus se mandauit et donauit, quæ declarauit: [a] Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. hactenus litteræ Anastasij ex eiusdem codicibus exscriptæ.

[a] Ioan. 14.

XII. *Fallere sine quemquam possent eiusmodi litteræ Anastasij pro fide Chalcedonensi, nisi ex his, quæ superiùs de ipso scripta habentur, & quæ scribentur inferiùs qualis esset vulpis illius animus, perspicuè monstraretur: ita vt illi optimè aptari possit illud Apocalypsis [b] de bestia illa cornua habente agno simillima, vtpotè qui cùm semper insecutus sit sanctam Synodum Chalcedonensem, videri tamen velit acerrimus ipsius professor. Porrò de calliditate Græcorum hæreticorum, qui veritatis pacem spondentes, factis autem negantes, plurimus agit idem Hormisda Papa in epistola, quam anno sequenti scripsit ad S. Auitum Episcopum Viennensem, cùm quid hac legatione actum sit, eumdem reddidit certiorem. Ac quoniam quæ hactenus Anastasius tum litteris, tum etiam legationibus egit, nonnisi laude digna videbantur, Hormisda Papa, & scriptas litteras, & res per legatos Constantinopoli gestas probans, non potuit ea omnia non laudare, cùm ad eumdem Imp. has litteras [c] reddidit per legatos ab eo missos Theopompum & Seuerianum V. CC. Comites:*

[b] Apoc. 13.

[c] Hormisd. epist. 6.

XIII. EPISTOL. HORMISDÆ AD ANASTASIVM IMP.

Hormisda Episcopus Anastasio Imperatori.

Solicitari animum tuum, clementissime Imperator, ambitiosa auiditate commemoras, donec sperata vnitatis integratio optata contingat. Bona sunt desideria salutis, laudabilia, quæ se huiusmodi Deo commendat intentio. Prudentia siquidem speciale documentum est, cùm id, quod sibi vtile credit, impatienter inquirit. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animæ grauius est ferendis remediorum fidelium seruor appetitus? cùm moneamur spiritualibus institutis, ne quæ prodesse possunt, in diem posterum differantur, clamante sapientissimo S. Iohanne: [d] Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, quia sicut in incerto vitæ tempore, ita in turo anima conuenit esse remedium, vt intret [e] in gaudium Domini tui, quem venturus Dominus ea, quæ filijs placent, inueniet operari.

[d] Eccl. 5.

[e] Mat. 25.

Vnde & fateor me fuisse miratum, cur tam diu legatio promissa tardaueret, cùm facienda ista sint, vt regna cælestia rapiantur. Verumtamen instinctus ipse, quem vestræ mansuetudini declarat alloquium, spem superna misericordiæ polliceretur: De super eil enim & ipsum velle quod bonum est. Confido autem, quoniam qui cæpit [f] in vobis opus bonum, perficiet vsq; in finem. Ergo vias tuas, fili, instite: & spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali creuit Ecclesia sancta consensu, quod his verbis Apostolicorum actuum testatur historia [g]: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Nam quem admodum connectuntur gratia vinculis, quorum distant corda sententijs?

[f] Phil. 1.

[g] Act. 4.

XIV.

XV. OPERA, NON VERBA PAPA AB IMPERATORE REQVIRIT.

Fac, domine Imperator, esse illum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus: cùm & Abraham pater noster, non nudâ Deo fide, sed operefidem commendante placuerit. Vnde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestræ circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor & supplico, vt studium pacis, quod per scripta præsertim, ad componenda nobiscum, Deo auctore, ea in his, quibus laborant Ecclesiæ, derigatis, quia secundum Prophetam [h]: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram, quæ nos ab ea, quam reintegrare cupimus, vnitate distrahant. Date operam, vt laudandâ qua profitemini, compleatur effectu: & Apostoli, cuius communionem creditis expetendam, totis viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiorum declinate contagia, scientes non habere cum religiosis impiis portionem, nec vllum fidei cum perfidis esse consortium. Consequens est, vt quicrorum detestatur principes, oderit sectatores. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine.

[h] Psal. 118.

XVI. *Offerte hoc munus Deo, pro vestris (precor) offerte temporibus: iamdiu hanc à vobis hostiam præstantiæ, quæ vobis continet Christus, beneficijs expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos Senatus vrbis Romæ, vt me ad pacem hortetur, inuitis. Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba conuerto, sed vestigijs vestris pro vniuersali aduoluor Ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem. Non patiamini ab impijs canibus Christi membra discerpi. Quæ insanabilia videtis, abscindite; & quæ ægra, curate. Cur quæ sana sunt, insalubris coniuncta quatiatur? Seruate ordinem, quem vnitas ipsa præscribit: & pacem mundo, quam poscitis, reddite. Hæc & sub præsenti occasione deposco, & rursum ac sæpius supplicare curabo, sperans importunitatem hanc meam & Deo esse placituram, & apud vos quoq; per assiduas petitiones, quoniam ad nos Dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romæ.* desunt reliqua.

XVII. *Hæc quidem Hormisdæ epistola responsio esse videtur ad eam, quam Imperator redeuntibus legatis dederat, quâ tam planè ramque amplè Ecclesiæ se pacem optare significauerat. Quæ autem postea scripserit ad epistolam à Comitibus legatis acceptam, cùm ipsæ ad Imperatorem litteræ desiderentur, haud adeò nobis possunt esse comperta, nisi quantum ex alijs eiusdem Hormisdæ litteris quasi per transennam ad ea inspicienda aditus aperitur: quibus etiã nota fiant, quæ transacta sint inter legatos Imperatoris & Romanũ Pontificem: nimirum eosdem legatos detectos fuisse alienos à Catholica fide, defensores q; hæresis Eutychianæ tantumq; eos longè abfuisse, vt Catholica professâ fide sese cum suis Catholicæ redderẽt vnitati, vt tentârint haud leui conatu (si fieri potuisset) ipsum Hormisdam Papam ad suas ipsorum partes adducere. Vides quò tenderint Anastasij blandimenta, & quæ venena sub honorificæ legationis melle latuerint?*

QVID EFFECTVM PER LEGATOS IMPERATORIS.

XVIII. *At vbi hæc adeò inexpectata idem Hormisda cõperit, legatos re infectâ ad Imperatorẽ redire iussit, iam certior redditus de velata diu piorum verborum inuolucro perfidia impij Anastasij. Hæc enim ita se habuisse, euisdẽ Pontificis litteræ ad S. Auitum Viennensem Episcopum datæ anno sequenti significant, cùm iam ipse ad Hormisdam missis nunciis & datis litteris reddi certior regaret de his, quæ cum Orientalibus gesta essent. quibus item litteris & illud fit manifestum, legatione ab Hormisda in*

Orien-

Orientem missâ, redditos esse Catholicæ Romanæ Ecclesiæ communioni Episcopos nonnullos in Thracia, Dardaniæ præsertim, Illyrici, atque Epiri Antistites: quod quidem hoc anno idem Hormisda voluit suis litteris innotescere Gallicanis Ecclesijs, scribens de his epistolam ad eumdem sanctum Alcimum Auitum Episcopũ Viennensem, vt ipse Auitus testatur, redditis litteris ad eumdem Romanum Pontificem.

XIX. Vt hæc igitur integrè cognoscantur, primùm omnium vt egregium monumentum viri sanctissimi, de quo plura superiùs locuti sumus, eius hîc describemus ad ipsũ Rom. Pontificem datam epistolam, ex ipsidem, de quibus suprà mentio facta est, descriptam codicibus. Porrò eam ad finem anni huius datam esse, existimare licet, quæ accepta Romæ habetur mense Ianuarij anni sequentis: ipse enim Auitus prouinciæ Viennensis Metropolitanus nomine omnium sibi subiectorum Episcoporum legationem Romam ad Pontificem misit, vt quid actum esset per legatos Constantinopolim missos, ipse Hormisda Papa litteris significaret. Scripsit igitur eâ occasione has litteras sanctus Auitus ad Hormisdam, quibus quidem non solùm rerum gestarum veritas intuenda proponitur, sed & quâ veneratione, quove cultu, quibus titulis sanctissimi atque doctissimi viri fuerint prosecuti Romanum Pontificem, quem totius vniuersalis Ecclesiæ esse pastorem absque controuersia sunt professi, omnibus palàm fiat:

XX. a Extat tom. 3. ep. Decreta. inter epist. Hormisd. S. AVITI EPISCOPI VIENNENSIS EPISTOLA AD HORMISDAM PAPAM.

Domino a *sanctæ meritis præcellentissimo in Christo gloriosissimo & Apostolicâ sede dignissimo Papæ Hormisdæ Auitus.*

Dum religionis status & plenis Catholicæ fidei regulis perficitur conuenire, vt gregem per tota vobis vniuersalis Ecclesiæ membra commissum peruigili curâ vestræ charitatis informet; Viennensem prouinciam superiori anno (si meminisse dignamini) datis ad humilitatem meam litteris visitastis, quæ ad me secundùm quod opportunitas oblata contulerat, per Arelatensis Ecclesiæ clericos peruenerunt, & quidem plenissimæ solicitudinis pastoralis: in quibus nos sicut per connexionem prouinciarum, id est, Dardaniæ, Illyrici, vel Thraciæ ad communionem gaudij promocatis, sic admonitione cautissima, ne quid per ignorantiam præuenire posset, instruitis. Intelligis, lector, sicut in omnibus prædecessoribus Ecclesiæ Romanæ Pontificibus, iugem vniuersalis Ecclesiæ curam Hormisdæ Pontificis tum in restituendis lapsis, tum etiam instantibus consolidandis. Sed pergit Auitus:

XXI. *Eutychetis igitur Nestorij, damnatio, quos iamdudum per beatissimos prædecessores sancta sedis vestra calcauit auctoritas, ad notitiam impressam nostram Apostolicæ ad nos diligentiæ prouisione perlata est. Sed illud nos modò suspensos multum redigit & anxios, quòd cum pendere nos ad effectum legationis secundò Constantinopolim destinatæ, omni expectationis studio insertis; nec quid filius vester sanctus frater meus Eunodius retulerit, nec vtrùm secuta redierit, indicastis, & promissionem vestram tanta silentij diuturnitate suspenditis, vt non minùs modò prædicatoris taciturnitas reddat attonitos, quàm anteà fecerat legationis mora suspectos.* Falso quidem nuncio Auitum accepisse secundam missam esse in Orientem legationem, quæ redditæ sunt ab Hormisda Papa ad eum litteræ declarant. Porrò ad cũcta hæc explorandà à se missos Romam legatos demonstrat, cùm subdit:

XXII. DE LEGATIONE MISSA ROMAM AB EPISCOPIS PROVINCIÆ VIENNENSIS.

*Vnde sola hac causa seruos vestros filios meos Alexium presbyterum & Venantium diaconum totius Viennensis prouinciæ nomine, quæ Ecclesiæ ad me pertinenti ab vniuersis prædecessoribus vestris & ab Apostolica sede commissa est, cum præsentis famulatus pagina destinauimus: per quos oraculo beatissimæ responsionis agnoscam, vtrum feruor schismatum præfatorum qui intra Constantinopolitanam vrbem vitio pernicioso obstinationis exarserat, cuius, quòd magis dolendum est) Alexandrinam vel Antiochenam Ecclesias dicitis illigatas, vobis Christo fauente discentibus, digna fuerit correctione restinctus: aut si reuersa legatio in paginis euidentibus, quòd simplex *hoc qualiscumq; suspicio reseruetur.*

* de hoc XXIII. GRÆCORUM FALSA IACTATIO.

Veremur enim, ne Pontificale iudicium, dum non indicia prosperta, sensisset aduersa. His adijcitur, quòd diuersorum fida relatione comperimus, de reconciliatione vel concordia Ecclesiæ Romanæ iactare se Græcum: quod sicut amplectendum, si veraciter fuerit, ita merendum est, ne callidè simuletur: Quæsumus ergo seruitio meo iuncta, vt quid filijs vestris fratribus meis, ad est, Gallicanis si cõsulat, respondere debeam, instruatis. Quia iam securus, non dicã de Viennensi, sed totius Galliæ deuotione polleat, omnes super statu fidei vestram captare sententiam. Orate, vt sic nos præditorum fiducia professio non fallat, sicut ab vnitate, quam regitis, veritas conuertà non separat. Accepta tertio Kalendas Februarij, Agapito V. C. Consule, per Alexium presbyterum & Venantium diaconum. Cùm igitur eiusmodi legatio ab Episcopis prouinciæ Viennensis per Auitum Metropolitanum directa Romam aũ Hormisdam Pontificem peruenisset, eamque (vt par erat) idem honorificè accepisset: confestim eâ animi suspensione liberare satagens Episcopos Gallicanos, simulq; abolere, quæ Græcia mendax falsâ famâ sparsisset, ista ad eundem sanctum Auitum Viennensem Episcopum Hormisda rescripsit his verbis:

Hormisda Episcopus Auito Episcopo & vniuersis Episcopis prouincia Viennensis, vel sub tua diœcesi consistet. salm. XXIV.

Quæ de his, quæ ad disciplinam Catholicam pertinent, maximè sciens, instructe cupis, quid studij circa mandata diuina habeat, euidenter ostendit. Non enim potest esse huiusmodi cura, nisi vbi fides fuerit inuiolata. Atq; ideo exultamus in Domino de sinceritate propositi tui, dilectissime frater, dum te secundùm directas per Alexium presbyterum atq; Venantium diaconum literas aduenimus & de impijs transgressoribus Eutychete atq; Nestorio sedis Apostolicæ constituta recolere, & si quid aduersus eos admonitio nostra promouerit, per quos Orientales Ecclesiæ confunduntur, inquirere. Digna planè solicitudo Fidelibus, vt de miserorum lapsibus ingemiscant, & ipsi ne aliena polluantur contagione perueideant. Sed ne nos eidem hoc supersedisse credatis, vt ad notitiam vestram si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verum breuiter silentium vestrum, quod dilectio mordet, vestra, purgamus. Nam quòd non sæpiùs nostra admonitio vos frequentet, de conscientia vestra confidimus & fides stabilitate: Solicitudo impendenda fortasse sit dubijs statu est, instanda inducâsse perfectis. HORMISDÆ PAPÆ EPIST. AD EPISCOP. VIENNENSEM.

Legationis verò nostræ, quam semel, non secundò sicut scribitis, misimus, si votum sortitus esset euentus, alacres illicò fueramus desiderata parturi: scientes hoc nostro proposito conuenire, vt quos participes solicitudinis fecimus, cum his de integritate vnitatis gaudia iungeremus. Sed quæritur ad Græcos, ore potius professionis & pacis vota, quàm pectore, & loquuntur magis ipsa, quam faciunt: verbis velle se iactant, quod operibus nolle declarant: quæ sequuntur, professione diligunt, & quæ damnauerint, hæc sequuntur. Nam vnde est, quod cùm per Eunodium fratrem & Coepiscopum nostrum sacerdotales viros ad confirmanda ea, quæ sedes Apostolica poposcerat, direxerunt se esse promisissent, multa quoque, quæ ad correctionem pravitatis suæ à nobis quæsita fuerant, pollicentes: non solum non religiosos viros, penes quos causa illius plena posset esse instructio, secundum constituta propria non miserunt, verum etiam, quasi res parua geretur, laicos & alienos ab Ecclesiastico corpore destinantes, non se studuerunt de cæno, quo immersi tenentur, euoluere: verum etiam Catholicæ fidei clarissimam fulgentem, sua (quod absit) sepesse crediderunt obscuritate fuscare? XXV. DE MISSA LEGATIONE VNIUERSALIS IN ORIENTEM, ET GRÆCORUM FALLACIIS.

Hesit nostri causa silentij, quam vos quoque, spirituali vobis prudentia reuelastis, vidistis. Quid enim de hac causa poteramus rectis literis indicare, quam in statu suo videbam durare & pertinaciter custodire perfidiam? Nouis exactis solicitè diligentiam relationibus inquirunt. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in statu suo manere priora declarat. Quapropter, dilectissime frater, & vos præsentibus hortamur alloquijs, & per vos quoque, quia ocasio data est, alios per Gallias quos fides eadem nobiscum complectitur, admonemus, promissum & amabilem Deo seruate constantiam, & transgressorem societate declinate, constantiam vestram vni viro virginem castam (sicut sponsastis) exhibere Christo: & cauete, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita sensus aliquorum corrumpantur à simplicitate & castitate, quæ est in Christo Iesu. Pernicio, a sunt blandimenta nocentium: atq; ideo vigilare vos conuenit, quia aduersarius salutis humanæ tamquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret; cui resistite fortes in fide: Quia hoc speciale habent patris sui de cælo arce deiecti, qui vestigia eius sequuntur & diligunt, vt illa veritatis luce priuati, & alios gaudeant sua obscuritate fuscari, & cum perueritatis suæ pœnas luituros esse se sciant, exultent si miseros cum sua damnatione contingant. XXVI. ADMONET HORMISDA EPISCOPOS GALLICANOS.

Nam vnde est, quòd cùm pro magna parte à contemnis suis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita eorum peruersitate desciuerant, procul positos ignorantiæ spe, fraudibus, & variis artibus XXVII. DE CONFLUXIBUS

ECCLESIS ORIENTIS AD COMMVNIONEM SEDIS APOST. REVERSIS.

nisuntur allicere; nisi vt lucrum, quam ipsi non habent, in alijs quoq; impiâ cogitatione commaculent: Vt autem quæ sint partium earum studia possitis agnoscere: plures Thracum, licèt persequentium incursibus atterantur, in nostra tamen communione persistunt, scientes fieri fidem per aduersa clariorem. Dardania & Illyricum vicina Pannoniæ à nobis, quod iam fecimus, vbi necessarium fuit, & sibi Episcopi ordinarentur, expetijt; in tantum se à communione prædictorum separare gaudentes, vt remedia quærerent, dummodò commune cum transgressoribus nihil haberent. Epiri Metropolitanus, hoc est, Nicopolitanus Episcopus cum Synodo sua nuper segregatus ab impijs, ad Apostolicam communionem, deprompta quæ fieret professione, se contulit. Quæ ideo scripsi, vt destinauimus inserenda præsentibus, vt sicut sortem nos conuenit dolore pereuntium, ita lætemur pariter de salute remeantium; & vt Fideles constituti ab eis longiùs instruantur, quâ virus eorum solicitudine debeat effugi, quos & à suis videant tam iustâ detestatione vitari.

XXVIII. ALIAM DECERNIT LEGATIONEM HORMISDÆ PAPÆ.

Et nos quidem dispensationis nostræ memores, necesse est vos repetitæ legationi officio conuenire: quo affectu salutionis suæ, si respectu Dei, si rationis intuitu non mouentur, saltem pulsantibus importunè & pertinaciter acquiescant: & aut ad rectam viam, declinatis erroribus, reuertantur; aut propter inuincibem eorum ab omnibus inexcusabiles iudicentur, qui & monitis totiens, in perfidia obstinatione persistunt. Vos orate, & nobiscum ad Deum preces & vota coniungite, vt per opem misericordiæ eius nostra actio laborans pro Catholicæ fidei stabilitate promoueat immaculatos vos & integros ab omni transgressorum societate seruantes: vt aut cum correctu sensus & corde iungamus, aut ab eorum veniens intacti esse mereamur. Nam quis (sicut vos quoq; conscientiam vestram non latere testamini) nouimus Eutychetem atque Nestorium Apostolicæ, id est, Catholicæ sententiæ auctoritate damnatos; quemadmodùm salui esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis hæreamus, cùm Belial cum Christo nostro portionem habere non possit? Instructionis autem vestræ interesse credimus, vt ea quæ apud nos à Nicopolitanis vel Dardanis acta sunt, vel quo in communionem ordine sunt recepti, vobis nota faceremus ipsarum lectione chartarum. Data XV. Kalendas Martias, Agapito Consule. hactenùs Hormisdæ epistola: quæ quidem etsi anni sequentis mense Februarij ad Auitum Episcopum rescripta esse appareat: tamen ne vnius legationis actio, hâc intercisâ, reddi possit obscura, hîc eâ voluimus posuisse. Quòd verò in eadem epistola mentio habetur causæ Dardanorum & Epirotarum Antistitum; extant eorum litteræ, quibus res gestæ dilucidè satis significantur. Sed antequàm prolixiorem narrationem ingrediamur, iam ipsi sancto Auito celebre nominis Episcopo Viennensi, nusquam locorum nobis postea ampliùs occurruro, dignè (vt par est) postrema soluamus.

XXIX. Ipsum quidem honestissimâ senectute perfunctum, haud diutiùs post hæc tempora fuisse superstitem, facilè possumus intelligere. Extat autem ad eius sepulchrum antiquitùs inditum epitaphium [a], quod vt tanto viro dignũ elogium hîc voluimus descriptum reliquere, cùm vitæ ipsius perbreuem contineat analecphaleosin:

[a] Ex Bertrandi de Biblioth. sanct. vet. edit. DE ALCIMO AVITO EPITAPHIVM.

Qui sacris mœstificum tumulis dum cernis honorem,
Cessite concidi totum deflebis Auitum:
Exue sollicitus tristi de pectore curas,
Nam quem pleua fides, & quem gloria meruit,
Quem pietas quem larga manus, quem fama perennat,
Nil socium cum morte tenet. Quinque spice sancti
Gesta viri: Primùm florescens indole quantâ
Sprouerit antiquos demisso stemmate fasces,
Maturum teneris animum dum præstat in annis.
Et licium mundi voti virtute relegat.
Nec mora: Pontificis sic digna insignia sumit,
Augeat vt soliti felicia cœpta laboris.
Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris
Erigitur, secq; ipse alijs plus æstimat. Immo
Subijcitur magnus: seruat mediocria summus:
Distribuit parcus: pascit iciunus: amando
Torret, & austeru indulgentissima miscet:
Cunctantes suasu iuuit, solamine mœstos:
Iurgia dissolvit: certantes fœdere junxit.
Dissona viridican inficiunt quæ dogmata legem,
Hortatu, ingenio, monitis, meritisq; subegit.
Vnus in arce fuit, quo quolibet ordine sancta
Orator nullus similis, nullusq; poëta;
Clamant quod sparsi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit per q; omnia secula viuet.

hactenùs epitaphium sanctissimo atque doctissimo viro dignum: quæ autem in codice pòst subduntur, cum sepultum esse in monasterio diuorum Petri & Pauli, recens addita constat: non enim est ea Diuorum nomenclatura antiquorum: nec verùm anno Domini quingentesimo diem clausisse extremum, quem constat sub hoc Consulatu Petri, anno quingentesimo decimosexto, epistolam scripsisse (vt vidimus) ad Hormisdam Romanum Pontificem. Sed accipe quo eum Ecclesia Catholica ornat titulo quibuslibet triumphalibus ornamentis præclariore, dum Nonis Februarij eius natalem diem repetere consuenit, hæc publico præconio voce lectoris intonans: *Vienne beati Auiti Episcopi & confessoris, cuius fide & industriâ ac q; mirabili doctrinâ ab infestatione Ariana hæresis Gallia defensa sunt.*

XXX. Cæterùm ne Auitorum confusione alius pro alio ab aliquo inconsultè accipiatur: vt prætermittamus modò dicere de illo itidem Auito creato Imperatore: fuit alius perneccessarius Sidonij Episcopi & æqualis, eiusdemq; (vt ipse ad eum scribens ait [b]) matrum consanguinitate propinquus. Sed & hoc sæculo sub Chilperico Rege claruit Auitus sanctitate non impar Episcopus Aruernorum, de quo suo loco dicendum. Insuper Auitum presbyterum Aurelij nensem, his temporibus floruisse, Ado testatur in Chronico. Prætermittimus dicere de Auitis Hispanis, de quibus suo loco mentio facta est.

[b] Sidon. lib. 8 epist. 1.

XXXI. Quod autem ad Auiti eruditionẽ, de quo agimus, pertinet; inter præclaros rhetores nominatur à Sidonio Apollinari [c] in epistola ad Lupum. Isidorus [d] de eo agens, certè quidem haud eum ipse compertum habere potuit, cùm ipsum sæcularium litterarum peritiâ eruditum tantummodò prædicet, & metro dumtaxat conscripta ab eo opuscula memoret, reliquorum autẽ scriptorum eius nec nomina nouerit, quorum mẽminit Gregorius Turonensis [e], qui res & lucubrationes Auiti magis exploratas habuit. Cæterùm nemo est disertorum virorum, qui nesciat eumdem sanctum Auitum aduersus Faustum Regiensem Episcopum simulantem damnare Pelagiũ, corroborantem verò ipsam Pelagianam perfidiam, commentarios doctissimos edidisse, quorum præter Gregorium Ado [f] eiusdem Viennensis Ecclesiæ Episcopus meminit. Sed eorum iacturam ob iniuriã tẽporum quisq; iurè poterit deplorare: nonnisi enim Theologi consummatissimi potuit esse laboris, cuius obstetricãte manu, eductus est coluber tortuosus [g]. Porrò ipso Alcimo Auito defuncto, in locum eius nobili Ecclesiæ Viennensi subrogatus est Iulianus. Atque S. Auito hactenùs.

[c] Sidon. lib. 8 epist. 11. [d] Isid. de Vir. illustr. c. 23. [e] GREG. Turon. hist. lib. 2. c. 34. [f] Ado in Chron. ante an. 519. [g] Iob 26.

XXXII. Iam verò antequàm de Thracũ, Dardanorum, & Epirotarum Episcoporum ab Orientalibus defectione, & cõuersione ad Romanam Ecclesiam (quorum superiùs mentio facta est) ex litteris vltrò citroque quæ extant, hoc anno datis, agamus, hîc quæ sunt reliqua de Vitaliani studijs irritis redditis videamus.

XXXIII. Cùm igitur eâ, quam vidimus, subdolâ arte Anastasius Imperator conciliarum sibi populum sensisset, iamq; eam ob causam vires Vitaliani debilitatas esse: dispositis sensim rebus & in tuto penitùs collocatis, è vestigio exuit cũ militari omnium nobilissimâ Præfecturâ, atq; eius loco Ruffinum Magistrum militum creat: vt eo pacto militiæ robur suo ipsius penderet arbitrio Imperatoris. Id quidem ab ipso Anastasio hoc anno sub Consulatu Petri factum, testatur ic. Chronico Marcellinus. Ad vitam verò tranquilliorem Vitalianum secessisse Nicephorus [h] habet, dum rem eiusdem Vitaliani perbreuiter narrat.

[h] Nicepb. lib. 16. c. 38.

XXXIV. Sed cur (dicet aliquis) Vitaliano pro Catholica fide erigenti vexillũ aduersus omniũ hominum deterrimum atq; maximè impium Anastasium Deus non affuit, magis autem fauisse visus sit Anastasio, populi gratiam illi conciliantes? Etsi ista roganti, atque curiosè scrutanti iudicia Dei, quæ [i] sunt abyssus multa, illud satis sit respondisse,

[i] Psal. 35.

quod

quod est apud Isaiam [a]: *Quis audiuit Spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi*: & quod est apud Iob [b]: *Quis Deo dicere potest*: *Cur ita facis*? verumtamen quod iudicia [c] Domini sint pondus & statera, & omnes viæ eius iudicia, eademq; vera & iustificata in semetipsa: vnde iusto Dei iudicio factum sit, vt conatus Vitaliani omnes defecerint, Anastasij autem inualuerint, aliqua ex parte coniicere posse datur, cùm per rimulas quasdam quid intùs lateret in eius animo perspexerimus. Cor enim ipsius non erat rectum cum Deo, nec fidelis inuentus est in testamento eius. Etenim honestissimo fidei Catholicæ tuèdæ prætextu obtexisse visus est immèsam, quâ flagrabat, imperandi cupiditatem, eâ studens arte Orthodoxos omnes sibi iungere, & ad inuadendum abripiendumque Imperium aditum præparare; vt per eos Anastasio è regno depositio, ab eisdem ipse subrogaretur Augustus.

XXXV. Vt autem ista de eo conijcimus, illud summoperè persuadet, quòd tandem aliquando detectus, & ipse inuentus est minùs habens, nempe fauere hæreticis Eutychianis, atque de fide haud sincerè sentire. Horum enim fidem haud dubiam secère legati Apostolicæ sedis ab Hormisda Papa Constantinopolim missi tempore Iustini Imperatoris Anastasij successoris: hi enim ad Hormisdam ista de Vitaliano scripserunt [d], cùm agunt de Scythæ monachis præferentibus faciem Orthodoxorum, cùm re verâ hæretici essent Eutychiani: *Vitaliano magnifico viro subrepserunt, vt & talia vindicaret pro talibus rebus, & contra nos quacumq; posset impedimenta afferret: cuius immutationem omnis nobis cum deesset Ecclesia.* hæc ex legatorum suggestione, cuius est exordium; *Cùm Dei misericordia*, &c. Videsigitur hominem, qui modò visus est patrocinium suscepisse Catholicæ fidei, postea detectum esse defensorem occultorum hæreticorum contra Romanam Ecclesiam. Vnde intelligas cur Deus haud annuerit votis eius, nec per hominem fictum voluerit Ecclesiam reparari, quòd scilicèt duplex iniquitas sit mentita sanctitas: vnde Anastasio potiùs visus sit propitius ad tempus esse; cùm tamen in ipsum quoque iræ suæ vasa tandem effuderit. At vtinam antiquitas tantùm nôsset tragœdias istas, & non sæculum quoque nostrum eiusce-modi abundaret exemplis.

XXXVI. Sed ad Anastasium Imperatorem redeamus, de cuius perperam factis Nicephorus [e] ista subijcit: *Laurentium præterea Lignidensem *, Alcysonem * Nicopolitanum, Gaianum Nazianzenum, & Euangelium Paulitianensem Catholicos Illyrici sacerdotes, Anastasium præsentari iussit obtutibus: Alcyson & Gaianus Episcopi apud Byzantium vitâ defuncti sunt.* Porrò Alcyson iste, ad quem scriptam epistolam à monachis Palæstinæ, ab Euagrio suæ intextam historiæ, suo loco superiùs recitauimus, insignis erat nominis Orthodoxus.

Addit his Marcellinus, eumdem Anastasium Imperatorem ob metum Illyriciani militis Orthodoxi tumultuantis, extemplo reuerti mandâsse ad suas Ecclesias Dominionem & Euangelum Episcopos, retento apud se Laurentio insignis nominis Catholico sacerdote, quantumlibet exilij sententiâ damnatus ab eo esset: qui Constantinopoli diuturno pedum morbo laborans, tandem post septennium diuinâ ope curatus, in patriam remeauit, hæc Marcellinus hoc anno. Quod autem ad Laurentium spectat, huc illum esse memineris, ad quem extant recitatæ superiùs litteræ Gelasij Papæ. His verò subijcimus, quæ Cedrenus sub anno superiore recenset, sed in hunc referenda, cùm liberiùs sineret Anastasius suos in Orthodoxos affectus, absque timoris obice progrediatur enim [f]:

Imperator Anastasius Episcopum quendam Oeniadum audiens dissertum admodum esse, & qui ora omnibus de passo Deo asserioribus obturaret: cum ad se euocatum hortatus est, vt ad suam sectionem descisceret, pollicens eum, quicquid petiisset, illicò accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potiùs ad Orthodoxos transi; ne dum opinionem impiorum hominum Seueri, Eutychetis, & Dioscori æternæ ignis addicaris. Simulq; apprehendens Imperatoris chlamydem: Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, è mydem: Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, è Imperator, sed sola comitabitur te pietas ac virtutum habitus. Desine persequi Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es & ratiocinandi ignarus, neque vllum Ecclesiæ decretum perfecte intelligis: Tantùm impostorum & sentibus calumnijs sacros tenes. Satis sit tibi dignitatis, quòd Imperator es: Antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator rubore suffusus obmutuit. Pauperrimus autem cùm esset ille Episcopus, nec obulum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeò liber erat, vt solitus in Deum fidei ac pietatis rationem haberet. hactenùs auctor.

At non ita restitit Imperatori Dorotheus Thessalonicensis Episcopus, cuius anno superiori recitauimus litteras ad Hormisdam Pontificem; de quo ista Anastasius Bibliothecarius in Chronico habet: *Sanè Thessalonicensi Episcopo communicante ob metum Imperatoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano Episcopo, qui Concilium Chalcedonense anathematizauerat: quadraginta Episcopi Illyrici & Graciæ conuenientes in vnum propter professionem in scriptis factam à propria Metropolitano, discesserunt ab eo; & Romam mittentes, Romano communicare, in scriptis professi sunt.* hæc Anastasius in Chronico: sed perperam sub Anastasio Papa collocata sunt, tomo primo Conciliorum, & relata à Gratiano [g], quod posteà est emendatum, vbi & ponitur intrusio Dioscori Iuniores, quâ superstite adhuc Anastasio Imperatore hoc anno contigisse liquet, de quâ idem Anastasius Bibliothecarius paulò pòst tractat. XXX-IX. DOROTHEVS EPISCOP. THESSALON. DEFICIT AD HAERETICOS. [g] 16 q 7. c. sanct. Thess.

Hoc namque anno Ioannes cognomento Machiota hæreticus Episcopus Alexandrinus, cum in sede explêsset annos decem, & vndecimũ attigisset, vitâ functus est, vt tum ex ipso Anastasio, tum ex Nicephori Chronico colligitur. Quomodò autem præter consuetudinem Ecclesiæ Alexandrinæ, quâ eius Episcopus non alibi quàm Alexandriæ, nec ab alijs quàm ab Ægypti Episcopis & clero eius Ecclesiæ ordinari consueuisse, contestati sunt sæpè Episcopi Ægypti in Concilio Chalcedonensi, fauore tamen Imperatoris Dioscorus Iunior eam inuasit Ecclesiam, idem Anastasius Bibliothecarius ita narrat: *Cùm Dioscorus manus impositionem accepisset, defuncto Ioanne Episcopo Alexandrino hæretico (hic Dioscorus erat Consobrinus Eluri Timothei) recessere à Dioscoro multitudines rusticorum * dicentes, quòd nisi secundùm quod sanctorum Apostolorum continent canones fiat, non recipiatur Episcopus. Principes enim inth poluerunt cum. Dioscorus autem venit ad S. Marcum: & venientes clerici, induere eum secundò, & iterum consecrauere: & ita veniens ad S. Ioannem perfecit Collectam.* XL. DIOSCORVS IVNIOR EPISCOPVS ALEXANDRINVS. * populorum,

Cùm autem esset illic Theodosius filius Calliopij Augustalis, & Acacius Magister militum; turbata turbata cœperunt iniurijs afficere Augustales. Cùm ergo iurgium inter eos fuisset, insilientes quidam, à sede deposuerunt filium Augustalis, & interemère eum. At verò Acacius Magister militum quotquot capere potuit, interfecit. Et audiens Imperator, iratus est aduersus eos. Porrò Dioscorus interueniens mitigauit eum. hæc Anastasius de Iuniore Dioscoro. XLI.

Sed in mare, lector, horum temporum omnium miserrimum Orientalis Ecclesiæ statum. Vbique luctus atq; dissidia, non solùm aduersus Orthodoxos conflictabitus hæreticis, sed & ipsis inter se pugnantibus impijs, excitante Alexandriæ furbas nefario Dioscoro, Antiochiæ nefando Seuero, Constantinopoli impio Timotheo Imperatoris viribus præpotente: Orthodoxis etiam inter se mutuò cõfligentibus, sectantibus alijs communionem Acacij, alijs auersantibus, & Romanæ Ecclesiæ de eo sententijs, comprobantibus, vt fecère complures Thraces, necnon Episcopi Epiri, atque Illyrici, aduersus quos non hæretici solùm (vt diximus) sed & qui profitebantur Catholicam fidem conciti insurrexerunt; prout etiam quæ secuntur, manifestiùs declarabunt. XLII. MISERA DVRATVS ORIENTALIS ECCLESIA.

Hoc namque anno sub Petri Consulatu, mortuo Alcysone Episcopo Nicopolitano, subrogatus est Ioannes: qui statim, more maiorum, coacta Synodo Episcoporum Epiri Veteris, cuius ipse erat Metropolitanus creatus Antistes, cõmunionem Apostolicæ sedis amplexurus, fidei suæ libellum illicò ad Hormisdam Papam misit, probans sancta quatuor generalia Concilia, damnansque omnes hæreticos & Acacium in primis eorum socium. Quo facto irritatus Dorotheus Episcopus Thessalonicensis, multas Ioanni iniurias intulit, quòd non expectatis alijs Orientis Episcopis, ipse sedis Apostolicæ communionem con- XLIII. DE ELECTIONE IOANNIS METROPOLITANI EPIRI.

sequi

[a] Isa. 40. [b] Iob 9. [c] Psal. 16

[d] Apud Hormisd. ep. extat 70. 1. apud Rom. Pont.

[e] Nicephor. lib. 16 c 38. ANASTASIVS TECTAM DIVTIVS FRAVDEM APERIT. *Licidensem, *Alcysum

[f] Cedren. Annal. sub anno 21. Anast. Imp.

XXXVIII. DE ORTHODOXO EPISCOPO, QVI LIBERE REDARGVIT ANAST. IMP.

sequi anticipâsset. Qualis autem Ioannes iste fuerit, quantaque eius pietas; contrà verò quæ studia præuaricatoris Episcopi Dorothei; demùm autem quæ Hormisdæ Papæ in his componendis controuersijs fuerit solicitudo, descriptæ inferiùs vltrò citróque datæ epistolæ ex ipsâ quibus suprà petitæ codicibus, significabunt: Ac primo loco, rerum gestarum ordine seruato, describenda est eiusdem Ioannis recens Episcopi ordinati data de sua ordinatione epistola ad Hormisdam Romanum Pontificem, cui eiusmodi inscriptio præfixa habetur *:

a Extat inter Hormisdæ epistolas tempore epist. 80. Pont.

Relatio Ioannis Episcopi Nicopolitani, per Ruffinum diaconum eiusdem.

XLIV. EPISTOLA IOANNIS AD HORMISDAM PAPAM.

Domino meo per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministrò, ac Principi Episcoporum Hormisdæ, Ioannes in Domino salutem.

*Cura mihi extitit semper, nihil amplius quærere, nisi agere propriam & familiarem conuersationem vacuam solicitudinis & anxietatis mundanæ. Sed quia Dei iudicia abyssus multa est, sicut & vestram cognosco docere beatitudinem; Patre nostro quondam atq; Archiepiscopo Alcysone à Christo ad supernæ mansiones euocato, ea ratione quâ ipse cognouit qui est possibilium * Dominus, me sanctæ Synodus bonorum actuum, ac clerus in pastorem sustulit sortem. Ego autem cuncta referens Deo, qui balbutientium linguas liberas facit, decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ, quæ cunctarum Ecclesiarum curam habet, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundùm antiquam spiritualem dispositionem vestram. Petenti etenim mihi dari spiritũ ad apertionem oris, sicut docuit Apostolus b atq; ipse etiam Dominus præcepit, mecum petite horum datorem; & cum quærente pariter quærite; & pulsanti spirituali mihi vestrâ suscipite. Hoc enim vobis facientibus, potero, sanctissime, & accipere, & inuenire: & aperiente Christo, rectè * per verbum veritatis incedere.*

b Eph. 6.

* recta

XLV. PROFESSIO RECTÆ FIDEI.

*Quoniam verò quidam dissimulantes nobiscum credere, atque sectari sanctas Synodos, quæ Nicæa, Constantinopoli, atq; Ephesi congregatæ sunt, in quibus * principes extiterunt sanctissimæ memoriæ Episcopi Celestinus Apostolicæ sedis vestræ, & Cyrillus Alexandrinæ; insuper etiam quæ Chalcedone aduersùs Eutychetem congregata est, quæ omnes præclaras veritates Orthodoxas in sententiæ firmauit: tamen audent nos impugnare, tamquam vinculum concordiæ sine ratione vitantes. Votum autem mihi est, vestram sequi doctrinam, sicut inter sanctos prædecessor meus Alcysone extiterat. Et anathematizo Dioscorum, ac Timotheum appellatione Eluri, & Petrum eorum successorem, & Petri communione cum his permixtum Acacium, & Petrum qui Antiochenam pertulit hausit Ecclesiam: sequens in omnibus Synodicas & Apostolicas epistolas scriptas à vero Præsule Romanæ Ecclesiæ Leone.*

* qua

XLVI.

Ego autem, plenus atq; certus istius quæ seruari oportet, commonere; & à quibus abstinere debeam, vestris custodibus litteris intimate. Vt si fortassis adhuc inexercitatus ordini deputor lectionum, seu dixi, seu egi Apostolicis vestris doctrinis incongruum, vestris imbutus sermonibus possim hæreticorum obsistere malitiis. Hoc enim sagientes, sanctissime, firmiores nostra sancta Synodus in cunctis Episcopos, & bonorum actuum clerum & populum confirmabit, tamquam familiarem vobis reddentes sanctum Nicopolitanorum Ecclesiam. Venerabilem verò diaconum Ruffinum ad tam necessariam causam directum, pacificè, ficundeque rogati suscipite; & fiduciam tribuentes, celerem eius recursum ad nos præstare dignemini, portantem spiritualia atque Apostolica constituta. Cuncta sanctissime, omnem in Christo fraternitatem vestra beatitudinis, ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus in Domino. hæc Ioannes Nicopolis Archiepiscopus totius Epiri Metropolitanus, cùm recens creatus, more maiorum, se communicare Romanæ Ecclesiæ significauit. Ita namque consueuisse reliquos omnes facere, cùm ordinarentur Ecclesiarum metropolitanarum Antistites, sæpè dixisse nos contigit. Sic igitur ipse Ioannes dignissimus successor Alcysonis, qui inter tot tantasq; tenebras Orientis, Catholicæ communionis luce perfulsit, eius assectatus vestigia, suo ipsius sedis exordio præstitit, quod Orthodoxi Antistis muneris esset. Quæ autem propter eiusmodi confessionem sit passus, dicemus inferiùs. Porrò non ipse tantùm, sed & Synodus prouincialis ab Episcopis Epiri tunc habita, per eumdem Ruffinum diaconum ad ipsum Hormisdam Papam hæc in eamdem sententiam scripsit:

*Synodus Veteris Epiri, Ioannes, Matthæus, Constantinus, Christophorus *, Hilarius, Philippus, Iulianus, & Chrysippus, domino nostro per cuncta sanctissimo & beatissimo Patri Patrum, comministro, ac Principi Episcoporum Hormisdæ Papæ.*

*Si dignis præmijs vti tentemus, necesse est multis fletibus horum depromptiones efficere. Plurimi namq; ex nobis in regnante fuere Constantinopoli, cùm vestri sanctissimi Vicarij Ennodius & Fortunatus Episcopi, Venantius presbyter, Vitalis diaconus, & Hilarus Notarius degerent, pietatis agonem susceptum tenentes: nobiscum autem fuit, inter sanctos facilum, Pater atque Archiepiscopus noster Alcyson; qui cum omni præsumptione supplicibus vrens libellis, apud vestram beatitudinem dignus effectus est Apostolicæ sedi vestræ communicare nobiscum. Sed quia repentè, qui cunctorum retinet potestatem, hunc ad se euocauit: nos irreprehensibilis * fletu detenti, peruenimus tamen ad patriam, nullo modo errorem propter Dei gratiam sustinentes, sed vbiq; decreta vestra sectantes.*

* Christodorus

* Irrefragabili

XLVII. EPISTOLA SYNODALIS EPISCOPORUM EPIRI AD HORMISDAM PAPAM. DE ALCYSONE EPISCOPO NARRATIO.

XLVIII. DE ORDINATIONE IOANNIS EPISCOPI.

Flentibus autem nobis atq; lamentantibus cum his, qui nobiscum relicti sunt in paracia comministris, quis posit de Orthodoxis rectè Christi iones transigere: qui consolatur humiles, consolatus est etiam nos per vestras orationes, demonstrans metropolitanæ ciuitati in cunctis sanctissimum Ioannem: qui à puericia in Ecclesia sine culpa nutritus, immò laudabiliter in ea degens, ita vt neq; cum in hu quisquam temporibus antecellat; zelo autem circa Orthodoxa iuxta Apostolicas admonitiones vestras nulli omnino cedens. Hunc ergo, Dei prouidentiâ, ordinauimus Præsulem Nicopolitanorum sanctissimæ Ecclesiæ. Et rogamus, vt iuxta antiquam consuetudinem, hunc quoq; complectamini paternis visceribus vestris: nobisq; aut ipsi efficiamini Dei gratiæ, arma inexpugnabilia commonitionibus vestris atq; doctrinis: & precantibus nobis inclinetis autem, & pietatis concordiæ reperiatis iuxta inspiratam vobis diuinitùs Apostolicam prouidentiam: vt in pace, quæ est ei amabilis, cuncta sanctissima Ecclesia coopta, immarcescibilem coronam nectentes, in omni pietate atq; humilitate comprehendantur in Christo: Venerabilem verò diaconum Ruffinum propter hanc tam necessariam causam directũ, libenter, rogati; respicite, & ad nos sub velocitate remittite portantem doctrinas vestras Apostolicas. Et aliâ manu. *Incolumis pro me ora, in Domino sanctissime ac beatissime Pater Patrum.*

Ego Ioannes Episcopus rursus retuli.
Ego Matthæus Episcopus Butroti retuli.
*Ego Constantinus Episcopus Hacnavopoleos * retuli.*
*Ego Christophorus * Episcopus Anciasmij retuli.*
Ego Hilarius Episcopus Fotices retuli.
Ego Philippus Episcopus Photicensis retuli.
Ego Iulianus Episcopus Dodones retuli.
Ego Chrysippus Episcopus Circines retuli.

* Hadrianopoleos * Christodorus

XLIX. Cùm verò eiusmodi Epirotarum Episcoporũ legatio Romam ad Pontificem peruenisset, ab eodem eò gratior est accepta, quò rarior ex Oriente his temporibus mitti soleret. Hanc porrò acceptam Synodalem epistolam Hormisda Papa in Ecclesia publicè coram populo legi voluit: atque ad ipsum Ioannem Archiepiscopum Nicopolitanum has reddidit per eumdem legatum Ruffinum Apostolicas litteras:

L. HORMISDÆ PAPÆ AD IOANNEM RECIDIVÆ LITTERÆ. c Num. 11

Gauisi sumus in Domino valde frater carissime, acceptis litteris tuis: in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratiâ suscepisse. Hæc est fides certa, hæc spes sine ambiguitate secura, quâ creditur totius bonitatis causa in superna dispensatione consistere. Cuius rei sententiam habens, frater carissime, beneficiorum, quæ à Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris; licèt hoc quoq; de eodem clementiæ fonte descendat, vt se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? In his ergo, in quibus huiusmodi probaris, clarius eluceat alijs etiam virtutis huius futurum exemplum: quando ad hoc etiam, Deo instituente, perductus es, vt & de te Catholicorum glorietur Ecclesia.

LI.

*Nam sicut diuinis testimonijs eruditus, & iuxta Apostolorum sacrarum litterarum institutionem formatus, hoc officium tuæ ordinationis edidisti, vt aduersùs deuiantes cum sedis Apostolicæ sententijs conuenires. Neq; enim remunerari aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi aduersùs inimicos eius euidentem zelum Apostolicæ confessionis ostenderes. Notum est enim, eos extra religiosa septa consistere, qui & ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam: sed infructuosa est apud vos quamuis * cum religiosis congrua sanctæ communionis æqualitas: quia procul dubio*

* quæuis.

qui ea,

qui ea, quam meruit, libertate non vtitur, subiectum se iniquitatibus confitetur. Quid gloriemur his, quæ non sequimur, disciplinis? Falsò appellat magistrum, qui se institutionibus eius non probat esse discipulum.

LII. ADHORTATIO AD PERSEVERANTIAM.

Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, & libertatis propriæ resumptis affectum, paternæ rursus hereditatis cupientes esse consortes: amplectimini gratiam traditionis antiquæ, & in illius inconcussi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantes. Inconstantia enim illa mutabilitas solet esse proposita: atque ideò benè fundatis oportet inhærere, quando huiusmodi studia clementia scit fouere diuina; vt fidei vestræ firmitas vobis de aliorum salute fructificet, & feruore vestri studij aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suprum posit accendi: quatenus & de vobis sanctus Apostolus dixisse credatur [a]: Æmulatio vestra prouocauit plurimos.

[a] 2. Cor. 9

LIII.

Ergo Nestorij & Eutychetis impietatibus iuxta Synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, eum exultatione dicamus [b]: Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis, dicit Dominus. Quemadmodum enim quis malarum inuentionum detestabitur principes, si non declinat sequaces? Aut quemadmodum odit originem, qui non detestatur & sobolem? In discipulo producatur fama docentium, & donec malè factorum seminum radix per succedentes vestra fuerit, tantùm auctorum memoria non peribit. Addatur perdito Eutycheti & Acacius discipulus sub communione Petri omnium damnatorum mixtus errori: quos vestra dilectio litteris suis, dum fidem suam asserit, euidenter expressit.

[b] Leuit. 15

LIV.

Ad institutionem vestræ fidei pleniorem, quo ordine ad communionem nostram suscipi deceat reuertentes, Indiculum subter adiecimus; sperantes in Dnm bonorum omnium largitorem, quod laudabilis circa fidem vestræ deuotionis instantia, non solùm hos eorum, qui vobis vicinitate iunguntur, salutis profit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestræ & religiosæ voluntatis velox fama peruenerit. Ruffinum siquidem diaconum, qui nobis literas vestras obtulit, in Christi charitate suscepimus: quem Apostolorum orationibus cõmendantes, cumpace remittimus; hortantes literas à nobis tam ad charitatem tuam, quàm ad Synodum directas, populo relegatis, quod & nos pro fidei vestræ commendatione fecisse cognosce. Data XVII. Kal. Decembris, Petro V. C. Consule. Intelligis, lector, moris fuisse literas ad Romanum Pontificem datas publicè in Ecclesijs legendas tradi, quoties boni alicuius nuncij indices essent. Hæc ad Ioannem Epiri Archiepiscopum Hormisda: ad literas autem Synodales per eundem Ruffinum rescripsit, eorum commendans in Christi fide constantiam, breuique summâ complectens totius causæ tractatum, vt potè qui his literis publicè exponendis & alios errantes reuocare satageret. Ipsæ igitur sic se habent.

LV. AD SYNODVM IN EPIRO HABITAM. QVÆ HORMISDA RESCRIBAT.

Benedictus Deus Ecclesiæ suæ membra consocians: Benedictus Deus, qui maligno instigante diuisos, sub eadem, quâ olim fuerunt, facit soliditate coniunctos. Est enim diu perditis modo vociferauit inimicus, & eos ques non genuit (sicut asserit Propheta [c]) coëgit: tamen abyssina ambiguitate desolabitur. Neque enim ouer Dominicæ sequuntur alienum [d], aut alterius vocem pastoris exaudiunt. Vnde nec vos ad salutis iter redisse miramur, cùm tarditatem magis in hac reintegratione culpemus. Debemus carissimi fratres, domesticis vti ad hanc quam quærimus stabilitatem documentis. Si quidem tunc Timotheus Chersonensis, grauis cum disceret [e], grauior cùm doceret: nam Dioscri sectator, & idem Petri nihilominus institutor, aduersus beatæ recordationis Proterium scientiam suæ temeritatis exercuit, & totius finem crudelitatis excessit, religiosi viri eadem inter ipsa operatus altaria, vix faucibus suis ab illo pio cruore suspensis.

[c] Hier. 17
[d] Ioan. 10
[e] discederet

LVI. EVGENIVS ARCHIEPISCOPIS COMMENDATVR.

Tunc excitata vniuersalis Ecclesia in odium parricidæ, ducisque facinoris tanti non solùm communione, verùm etiam ipso quoque Christiano nomine spoliauit, & omnium mentes nouâ quâdam admiratione stupuerunt tanta præsumptionis audaciam. Tunc beatus Eugenius paruæ vestræ obtinens principatum, cum subiecta sibi sancta Synodo zelum quendam, quasi fide esset, Deo commendatus, ostendit. Cuius rei memoriam non solùm non potest tempus abscondere, verùm etiam de die in diem magna apud Orthodoxos fama multiplicat. Horum studia sic probata negligere, & sententias non amare, idem est in ipsa Domini confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem & literas vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos coniungenti, similia orandum est; vt in ea voluntate vestra, qua nostros animos reliquit aut confessione permaneat.

LVII. PRAVE HÆRETICORVM IN SECTANDA HÆRESI, CVIVS DAMNANT AVCTOREM. *codge-runt.

Sed quoniam sit citra respectum timoris eorum insectari rabiem, qui fide diuersa nituntur. Quantò enim infidelium error exestuat, tantò magis fo. fe resistat, securitas nostra commendat. Nequeenim hæc sunt per patientiam negligenda, quando malum hoc vitio prauæ consuetudinis animarum apud plurgs sub quodam colore legis inoleuit, dum aut prauæ studia in vnum congruunt *, aut recta se subtrahunt. Nam vt eam quæ imminet rem loquamur: Eutyches vt nefanda hæresis inuentor excluditur etiam ab his, à quibus eius dogmata diliguntur, apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus, vt nominis quoque ipsius oderint mentionem. Sed peruersi religiosarum, institutionum ministri, quem sicut verum detestantur hæreticum, hunc alia via tamquam verum amplectuntur Orthodoxum.

LVIII. DE CORYPHÆIS EVTYCHIANÆ HÆRESIS.

Siquidem in sancta Chalcedonensi Synodo Dioscorus eadem sentiens, pari ratione damnatus est: & cum vna persecuta sit vtrumque sententia, horum alterum si quis sequatur & diligat, dicat aliquis, quemadmodum se ea sententia, qua designatos damnauit, excipiat: cùm eos, quos tra Agressionis, aut impietatis connectit aqualitas, sine dubio vnum quoque vinculum damnationis astringat. Timotheus & Petrus horum sequaces, homines mente corrupti, & pestis quidam nominis detestanda Catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter quoque meruit subire sententiam, qui tantum malum quasi parum æstimans, & propositum numquam ad meliora conuertens, de abillo quidem se, quæ in Anatio hæc detestamur, abstinuit, ibi quoque transgressori Petro communione connexus, in Apameam nihilominùs hostiliter versatus, Ecclesiam Tyriam quoque non eâ quâ decuit integritate disponens.

LIX. EXHORTATIO AD VITANDA HÆRETICOS.

Propter quæ dilectissimi fratres, ob eorum innodatione soluentes, velut religionem quandam pestiferam relinquentes, seruemus Apostolicam disciplinam, salutî nostræ omni diligentia & solicitudine prouidentes; eacura nefandi Nestorij vitemus errores, quâ Eutychetis impia inuenta persequimur. Maximè enim nunc religiosa fides dogmata diuerso incursu horum, qui præcisis sunt, incursantur insidijs, scelestis pro ratione temporis sua argumenta nectentibus, quomodo posint innocentium vijs fraudem suæ impietatis inserere. Atque ideo sicut docti nummularij & prudentes instructi, ab improbandis laudanda separantes, tali vobis credi potest multiplicare substantiam.

LX. DE LIBELLO MITTENDO FIDEI FORMAM PRÆSCRIBENTE.

Hæc, dilectissimi fratres, scripsimus plenè charitatis impulsu: quia & spem fidei vestræ primùm Dei dono, deinde & fratris nostri Ioannis, qui vobis præsidet, professione præsumpsimus: quâ nobis nominatim omnes, quos Apostolica & generalis Catholicorum damnat Ecclesia, execrabiles sibi esse declarauit: quos vos quoque in literis vestris oportuit euidenter exprimere; nec arbitrare posse sufficere, sub tantis præsertim insidijs cultorum, quos viritim & singulos insectari conuenit atque damnare, sub quadam generali eos damnatione concludere. Diligentem quæ sunt vulnera antiqua medicinam, nec abundans esse creditur quicquid pro integritate fidei & stabilitate religionis adhibetur. Vnde libellum cum literis misimus, cui vos subscriptiones propriis inserite, vt fides vestra, quam directa per Ruffinum diaconũ scripta testantur, apud nos fiat huius quoque expetitionis adiectione manifestior. Data XIII. Kal. Decembris, Petro V. C. Consule.

LXI.

Exigit iustitia ab eis Pontifex specialiter factam damnationem singulorum nominibus expressis hæreticorum, & eisdem communicantium: quod & sanctum Leonem exigisse videmus a quibusdam ex clero Constantinopolitano: quòd sub generalitatis inuoluerũ multæ occultari possint insidiæ. Sic igitur, more maiorum, prudenter Hormisda capita singula quibus vera planeque fidei professio contineretur, scripta misit: cuius rei agendæ gratia non satis ipsi fuit Hormisdæ, Ruffino redeunti has dare literas, sed etiam sibi legauit Pulionem sub diaconum cui libellum dedit cum literis ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum eodem die & Consule consignatis, quæ sic se habent.

*Pollionem DE LEGATIONE PVLLIONIS.

Hormisda Episcopus Ioanni Nicopolitano Episcopo.

LXII.

Litterarum, quas direxisti, series & expositio tua fides, conueniens sedi Apostolicæ iudicij, nostros animos releuauit. Tot incitati gaudijs contenti non fuimus, nisi per Pulionem * subdiaconum Ecclesiæ Regiana, quid plenius circa vos ageretur, plenius cognoscere: maguopere, quia in relatione Episcoporum sub ordinatione charitatis tuæ degentium, non vniuersa, quæ ad Ecclesiasticas constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur euidenter expressa. Vnde & pro nostra solicitudine & illorum integra nobis cum

co niunctione libellum direximus, in quo eos oportet debere subscribere: quia & omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad sedu Apostolicæ communionem reuersi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista charitas, ista communis salutis excitauit ambitio, quod credo & fraternitatem vestram grataner accipere: quia vbi de animarum salute res agitur, studij tui vel intentionis debet operam accommodare: vt antecedendo fructum de tali posiu laude percipere. Pulionem prædictum cum rescriptis charitatis vestræ ad nos, iuuante Deo, sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint. Data XIJI. Kalend. Decembris, Petro V. C. Consule. Porrò libellus ipse, qui his literis iungebatur, in codice desideratur: verùm hunc eundem cum illo esse putamus libellum fidei, quem datum anno sequenti, decimoquinto Kalendas Aprilis, suo loco describemus ex eisdem codicibus acceptum.

LXIII. Cùm igitur ad opus perficiendum Pulionem subdiaconum legandum sibi in Epirum idem Hormisda Pontifex statuisset, eidem ex more communionem de singulis rebus agendis scriptam tradidit: ne aliqua ex parte declinãs à recto tramite, aliquid Apostolicâ indignum sede committeret. Describemus hîc eam, quòd plurimum prosit ad decernenda futura, cùm præterita consuluntur. est autem eidem eiusdem præscriptus titulus.

Indiculus à Hormisda Papa eidem Pulioni de rebus agendis datus.

LXIV. ADMONITIO LEGATO PRÆSCISCENTI DATA. *Cum Dei adiutorio & orationibus SS. Apostolorum Petri & Pauli ueneris Nicopolim, sic debes agere, vt postquam Episcopus Nicopolitanus acceperit litteras nostras, Episcopos, quos in sua parœcia habet, colligat, & faciat subscribere libellum, quem in epistolis suis habet annexum. Si tamen dixerit prædictus Episcopus, esse laboriosum Episcopos colligere; dirigat tecum personas per singulos Episcopos, vt te præsente subscribant in prædictum libellum. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, vt epistolæ, quæ à nobis missæ sunt, publicè legantur: aut si videris præ timore hoc Episcopos facere nolle. saltem clericis suis hæc relegant: qua tamen in ipsorum dimitte potestatem, & scripta Episcoporum, & illius Episcopi, hoc est, Ioannis Metropolitani ad nos cum Dei misericordia reperta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere propter insidias & fallacitates inimicorum.* hactenùs Indiculus, seu Commonitorium ad Pulionem.

LXV. At quid liuor? Haud enim æquo animo id passi sunt reliqui Orientales Episcopi, licet se Catholicæ fidei professores esse iactarent; quòd horsim facto, ipsorum magis magisque redargueretur inertia & præuaricatio. Præteritis verò exasperatum scimus Dorotheum Episcopum Thessalonicæ, quem haud pridem memorauimus timore comminantis Imperatoris destitisse ad communicationem scelestissimi hæretici Timotheï Episcopi Constantinopolitani. Illi enim magis perfidi esse probantur hæretici, qui antea maiori inter Catholicos claritudine effulsêre, ea potissimùm ratione se videlicet videri possint leuitæ defecisse ab Ecclesia, sed deliberato consilio quod sibi esse optimum visum sit, fuisse consectata. Vt verò semel inito instituto posteriora respondeant, omni conatu laborant. Ita plane præuaricatur Dorotheus Episcopus Thessalonicensis: qui cùm graviter tulisset ipsum Ioannem Episcopum & alios sibi subiectos Antistites fidei Catholicæ professionem conscriptam mississe Romam; indignans, quòd nihil ad se ea de re scripsissent, eosdem grauiter cœpit affligere. Rettulit hæc Hormisdæ Papæ, qui ad eos missus fuerat, Pulio *subdiaconus, eademque significauit idem Ioannes Episcopus suis litteris Romam ad ipsum missis; quibus acceptis, idem Hormisda mox ad eumdem Ioannem literas reddidit quinto Nonas Martias, quæ quidem & quem cõsecuta fuerit finem legatio Pulionis, ostendunt: Eas nos hîc describemus, vt exactè cunctarum rerum gestarum facies innotescat, sunt huiusmodi.

*Pollio

Hormisda Ioanni Episcopo Nicopolitano.

LXVI. *Remeante Pulione subdiacono nostro, literas charitatis vestræ suscepimus, de constantia fidei: vel de intentione, quam circa communionem sedis Apostolicæ geritis, gratulantes: sed contristati sumus, quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis, ista tamen diuturnam non possunt habere substantiam. Quia vbi Deus purè colitur, etsi aduersa contigerint, in prosperа commutantur, secundum Apostolum dicentem a: Spes non confundit. Dubitans Apostolorum Princeps b incedens per pelagus laborauit: mox tamen inuocato Domino suo, paratum habuit, qui eum, porrectâ manu, non pateretur sustinere discrimen. Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, & in ipsorum fide permanentes, illius poscamus auxilium, de quo scriptum est c: Qui nos non dimittit tentari supra quæ possumus. Igitur salutantes charitatem tuam hortamur, vt (quemadmodùm prædiximus) in his, quæ benè inchoata sunt, perseueres: quia qui perstiterit vsque ad finem, hic saluus erit. Frequenter alloquij tui nostram solicitudinem releuare non desinas.*

a Rom. 5. b Matth. 14. c 1. Cor. 10.

Parœtiales quoque sacerdotes tuos competenti allocutione confirma: quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, vt ad Imperatorem clementissimum pro generalitate quietæ preces nostræ perueniant. Tantum est, vt votum studiumq; nostrum congruis orationibus iuuare non cesses: quia nos in his Deo auctore perficiendis vacare minimè potuerimus. Data quinto Nonas Martias, Agapito V. C. Consule.* Sequenti nimirùm anno: quæ nos ad cognoscenda cuncta, quæ eâ legatione acta sunt, hîc voluimus recensuisse. Porrò post Pulionis discessionem ab Epiro contigit eundem Ioannem grauiùs vrgeri: vnde opus fuit, vt sequenti anno de ipso idem Hormisda commendatitias daret literas ad Imperatorem. LXVII. *al cessare

At quid? Num despondit; his auditis, Hormisda Pontifex animum, dum recogitat, quod tam nobilis missa legatio Constantinopolim propè nullum effectum fuerit consecuta, quodque cuncta ab Imperatore veteratorie acta esse conspiceret, eiusdem iam callida simulatione patefacta; quòd denique tantum abesset, vt ille cùm sibi subiectis populis Apostolicæ sedis communionem amplecteretur, vt etiam eos, qui eius facti essent participes, grauiter insectaretur, & ad præuaricandum impelleret? Num, inquam, præ tædio defecit animo, concidit viribus consternatus Hormisda tot obrutus fluctibus? minimè gentium: sed maiori ex rebus arduis conceptâ fiduciâ, eximmenso erga perditos filios affectu pater agnoscitur, dum resumptis iterum vitibus, perditorum magis ruinâ laborat, teditur que de grege magis solicitos vetus pastor: cùm enim audaciùs lupos ingruere, atq; eos in caulas violentiùs audiri irrumpere, eò ardentiùs ex aduerso consurgit, memor sententiæ Domini ad discipulos dehortantes, ne illuc pergeret, vbi Iudæi frementes eum quæsierant lapidare, dicentes d: *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Ita planè perditorum saluti iterum consulturus, iterum cogitat æstuans charitatis ardorem Pontifex de noua legatione mittenda, cùm primùm transacto rigore hiemis, nauigandi tempus aduenit. Quid autem factum sit, suo loco dicemus. LXVIII. d Ioan. 11.

Hoc eodem anno, Consule Petro, habita est Synodus Tarraconensis in Hispania, in qua canones tredecim reperiuntur constituti ad Ecclesiasticam disciplinam restituendam conducentes, qui extant omnes. Quod autem in eius præfatione, sub Consulatu Petri, anno texto Theodorici Regis Synodus peracta dicitur; nequaquam de Theodorici regno, cùm in Italia regnauit, est intelligendum: nam eius regni hîc annus numeratur vigesimusquartus: sed potiùs cùm regnare cœpit in Hispania, quod contigit (vt sanctus Isidorus scribit) anno regni eius in Italia decimooctauo, à quo ipso hic ipsius regnantis in Hispania sextus dicetur. Squallebant obsita mendis Hispaniarum Concilia: sed his occurrit, Dei beneficio, solers industria viri doctissimi Garsiæ Loaisa, qui eadem nuper edidit mẽdis emaculata, atque scholijs locupletata; cui ob benè impensum laborem eruditi omnes plurimum debeant; magis autem quòd cum bonis literis summâ imbuit pietate, quem prærogatiua doctrinæ atque virtutum erudiendum accepit, Catholicum Hispaniarum Principem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium electissimum. LXIX.

IESV CHRISTI
Annus 517.

HORMISDÆ PAP. Annus 4. ANASTAS. IMP. 17. THEODOR. REG. 25.

I. CVm iam res Orientalis Imperij, cedente Vitaliano, collocatæ viderentur in tuto, Anastasius Imperator, tamquam de parta gloriosa victoria, atque deuicto nõ armis, sed simulatione tyranno, elusóque spe concordiæ Ecclesiasticæ Romano Pontifice, trophæa erigens, hocipso anno Domini quingentesimo decimoseptimo nonum & quartum ordine gerere voluit Consulatum, cui in Occidente collega est datus Agapitus.

Quo anno Hormisda Papa, mense Aprilis, vbi primùm nauigandi facultas data est, nouam eandemque secundam legationem misit Constantinopolim ad Anastasium Imperatorem, ea occasione, quod idem Imperator, excusandi se causa, per suos legatos Romam missos de perfecta inenunda cõcordia, facta pollicitatione, spoponderat, dummodò de Acacij nomine taceretur; re vera tamen aliud agens, aliud prætexens: Quòd enim sciret id fore penitus Pontifice denegandum, non sibi, sed ipsi adscribendum esse videri poterat, si nullus concordiæ aditus amplius patere posset. Hormisda autem tum ad hæc diluenda & tollendum penitus impedimentum, tum etiam vt Catholicæ communionis Episcopos in Oriente agente ab aduersarijs afflictatos subleuaret, eosdemque in officio coptineret, eiusmodi mittendæ legationis consilium inijt: delegitque ad opus eundem, qui alias missus fuerat, & benè functus eo ministerio erat, Ennodium Episcopum Ticinensem, cui in munere collegam adiecit Peregrinum Episcopum Misenatis Ecclesiæ in Campania, Romanæ verò Ecclesiæ clericorum neminem, vt feceratin priori legatione: vt res omni careret inuidia, quam mouere potuissent Romanæ Ecclesiæ clerici, si ipsi pro suæ Ecclesiæ iuribus decertâssent, videntque potuissent priuato magis affectu agi, quàm Spiritu Dei impelli pro defensione iustitiæ.

II. His igitur ad honorificam & magni momenti functionem delectis, idem Hormisda cùm ad Imperatorem, tum ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum, tum etiam Orthodoxæ communionis Antistites, ac deinde ad clerum, monachos, & Constantinopolitanum populum literas dedit; priuatas verò addidit ad Possessorem Episcopum. Quas autem scripsit ad Anastasium Imperatorem, sic se habent, ex iisdem codicibus, quorum antè me minimus sumptæ, & vt licuit, emendatæ[a]:

a Hormisd. epist. 11. tom. 2 epi. Rom. Pont.

III. HORMISDÆ EPISTOLA AD ANASTASIVM IMP.

Dudum legatis mansuetudinis vestræ remeantibus, ad literas vestras & mandata respondi, non quidem vt decuit, sed plenè, sicut magnitudo rei postulabat, expediens. & tamen pro tempore certa perstringens. Verùm etsi sufficienter me allegasse omnia contigisset: num quid agens apud clementiam vestram causam fidei, poteram, repetitis præcibus, importunitatis incepi? Timeant notam huius ingratitudinis, quibus cura est studium negotij vacare mundani: Opus non implet Euangely, qui à prædicatione eius veritatem putat posse cessari. Pernegligem pastorum oportet esse custodiam, & lumbos sine relaxatione præcinctos. Bene admonitionem sicut constat dulcem fructum, sta eius non decet esse fastidium. Et altas cur postulationis meæ molestiam mansuetudini vestræ quisquam dicat esse frequentiam, cùm per ea, quæ fiunt ex officio meo per remedia fides vestro consulatur Imperio?

IV. PASTORALIS CVRA ROM PONTIFICIS.

Etenim quæ me oneratcura, vos reluat: mihi incumbit, sed vobis proficit: licet ex diuerso semine, vnus fructus amborum est. Nam sicut pœna est nec dicere Deo accepta, nec facere; ita certa remuneratio vel illis qui spiritualia prædicauerit, vel illis qui audita non spreuerit. Dedit quidem clementia vestra velut obsidem propositi sui sub testimonio Imperialis eloquij. & se quasi pignore quondam bonæ voluntatis astrinxit: sed opus est cœpta addere firmitatem: sumant plenum decorem tacta fundamina: non remittatur pugnantes pro Dei Ecclesiæ manu. Toties Israelitem hostes interemit, quoties Moyses brachia non remisit. Effectus opera, sine commendatione victoria. Non prodest cœpisse deserentem: quia sola perseuerantia fides dat salutem.

Benedictissimus Deum, cuius zelo pietas vestra transgressores impios Nestorium & Eutychetem, vel eos per sequitur, qui cum nefandis & sacrilegis dogmatibus profitentur. Probat odisse se vitia, qui condemnat exantes; nec relinquit sibi locum deniandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentiæ gradus est odisse culpandas: Sed veritatis interest Domini filij, & Catholica disciplina, vt sectatores et tam eorum atque participes oderitis, quorum execrando principes iudicatis. Non in damnandis sola, id est, certa nomina, sed in his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra aduersarios se plures asserit, qui vnum se his, qui detestatione digni iudicantur, excuserit. Non enim numerus errantium hominum, sed meritum considerandum est erroris.

V. OMNES OMNINO DAMNANDI HÆRETICI.

Hoc ideo, ne facilè putet vestra clementia Acacij prætereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui cum Petri, Dioscori & Eutychetis dogmate & communione pollutus, dum copulatur, immersus est, illius sustinens in condemnationem supplicium, cuius egit in communione consortium? Qui vt itum propter imperatores suas horum sinistras odit, & in illo Acacium necesse est oderit, & omnes in Acacio non amauit. Ab illo per Orientales Ecclesias fermentum nefandi erroris inoleuit. Inde Alexandrina perfidia cor ejus, nutrita superbia, vt non adquiescat (sicut scripsistis) mandatis salutaribus, cuius simulatur imperijs, & in errore declinando non se quatur admonitionem, cuius in agendis rebus reperitur sibi vetlem potestatem. Inde & maiore huius modi homines consentit detestatione vitari: quia quæ docere debuerunt, necdum ab aliis instituuntur, assumunt, spernantes in his imperantis monita, in quibus tantùm non timeri iubentur imperia, & immemores deorsùm contra salutem animæ, quos contumaces esse oportuit pro salute. Hos mentibus perditis ausus nutriuit Acacij cum perfidia sancta communio, atque ideo extimandus est auctorum loco, cuius grauius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis quàm imitatio fouet, dum creduntur non improbanda esse, ad quæ alij quoque videntur accedere. Fragilis est & caduca mortalitas: vix nefandæ cogitationes dum comprimuntur, intereunt. Iacet semen noxium sub errore, nec deficit: latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum improbitate consensum.

VI. ACACII DEMERITA.

Vtinam inuictissime Imperator, inter ipsa Apostolicæ districtionis initia, Orientales Ecclesiæ Acacij contagia nefanda vitassent: non per multos error ille noxia venena diffunderet: ipsa quoque erecta nunc, fortassis Alexandrina Ecclesia tunc collapsa cecidissent, dum peculiosam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, & dissidere in communibus se viderent. Sed dum malè nutritis foueantur errores, & prauorum consensus inutiliter equitate corrigenda dissimulatur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicauit auctorum. Et vos quidem, si placet, adeò efficaciter imperatis, vt cundi metis vestrum de alieno errore propositum.*

* à Deo impetratis

VII.

Sed cogitandum est, clementissime Imperator; fieri apud Deum sufficiat erratæ culpæ, cui dedit posse corrigere: non est differenda curatio: admoneantur medicæ profundi vulneribus manus. Sola ante Acacium Alexandria perfidiæ suæ fœditatem sordebat. Respicite, quæso, tam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque patieris Domine fili, Ecclesiam Dei ad visionem suorum mœrere membrorum? Anticipent beneficia tua ad Deum pertendatur suspiria: Assume tibi curam, & vexillum salutis attollens, in errore abiacente removendos velut Ecclesias alter exurge: fac tibi laude nouorum operum titulos, æquare priscorum. Vbi dispauit excelsa? tu superbiam erectæ prauitatis inclina. Ille simulacra contriuit: tu dura infidelium corda confringe. Ille memoriam serpentis ænei sustulit: tu virus præsentis effunde. Offer recta Deo, quæ fecit, & spera dona, quæ meruit. Fidelis est enim Dominus, qui reddit singulis secundum opera eorum.

VIII. DELICTA IN EMENDATA CRESCVNT.

b Matth. 16.

IX.

In aperto est, quanta sit expectatio Fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum Angelis de receptis: isti metuunt, ne ab his, quos deceperant, destituti, pœnis remanent præparati. Pendent animis corda cunctorum: Ab vltimis ad nos Gallijs directa legatio, si quid de vnitate reintegrationis solicitudo promisisset fama secuta, consulit. Nec difficile opus tuæ mentis tuæ. Scit Deus suorum laboribus subuenire: in vsu est ad Principes suos conuertere colla subiectos. Dat specie maximum signum recens religiosæ memoriæ Marciani Imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Nec non nota reuoluere. Adulta est perfidia ista per deuios, opposita per insidios. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio cautelatis aquasti.*

* promouisset,

Ad hæc nostris lacrymis, nostris precibus allegandus, Ennodius

DELEGATIS MISSIS ENNODIO ET PEREGRINO.

atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus: ideo maximè designato viro fascis secundæ legationis impositio, vt qui nobis spei bonæ detulit initium, nunc adiutore Deo plenum reportet effectum. Requiescite, precamur, fidelibus monitis, cuius vos delectatum dudum legimus institutis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V.C. Consule.

hæc ad Imperatorem Hormisda; qui pastoralis curæ solicitudine æstuans (quod hactenùs non fecisset) eò vsque descendit, quò iacentem lapsum eleuet, vt non fuerit dignatus per eosdem legatos literas dare ad nefarium Timotheum Constantinopolitanum Episcopum, non quidem communicatorias Catholicis duntaxat dari solitas. sed commonitorias communes hæreticis; quæ ita se habent [a].

a Hormisd. epist. 12. tom. 1. epist. Rom. Pont.

XI. HORMISDÆ EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

Hormisda Episcopus Timotheo Episcopo Constantinopolitano.

*Non mirabitur dilectio tua rationem præteriti silentij mei, si quæ præcesserint, vniuersa consideret: non mirabitur præsens alloquium, si quo sit vis charitatis expendat. Sustinere enim omnia charitatem, Magistro [b] Gentium docente, cognouimus: quæ si sit, (sicut continet doctrina ipsa) non quærit, an * incongruè abusus priuilegio meo, quod tibi potiùs prodesse possit, exhibeo. Expectare enim me decuit ab errantium coniunctione te liberum, & sic ad correctum: videre ab improbandis diuidi, atque ita literario sermone complecti. Sed quem optem reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cùm nihil detrahitur æquitati? Impendenda sunt, quæ laborantibus prosunt, si nos societatis contagione non polluunt.*

b 1. Cor. 13.

* ante

XII.

Hæc ea sa enibi spei præsentium literarum, vt horter, vt moneam, ne terram nostram iacere patiamur negligentiùs infœcundam. Non [c] diu infructuosam arborem occupare solùm diligens permittit agricola: patienter expectat; sed numquid continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non morieris. Propè ab innocentia non recedit, qui ad eam sine tarditate reuertit. Mouere Patrum monitis, & insistens fidelibus sine lapsu aut errore vestigijs, præcedentia dilue per futura. Adiacet tibi modò ad iusta populos incitando, modò pro fide Principalibus vestigijs supplicando dirigere quod deuium est, solidare quod dubium? magnoque conuenit labore prouidere, & causis transactis temporis recta tegat sedulitas actionis. Præstat quidem animæ suæ, per quem viuere sali aliquid conseritur Ecclesiæ. Et ita sereat, habet, vt si studiosus, si indefessus institeris, fiat tibi vtilis causa communis. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V.C. Consule.

c Luc. 13.

XIII.

Ita Hormisda ad hæreticum Episcopum Constantinopolitanum, & quidem nō absque instinctu prophetici spiritus: dum enim admonet exemplo agricolæ non sinentis diu arborem infructuosam terrā occupare, sed secundum Euangelica præcepta succidi, eadem epistolā, quæ citò obuentura forent, prænunciāsse videtur; quænam autem illa fuerint; quæ secutæ post præsentem annum, manifestè docebunt. Qui igitur principem locum in regali ciuitate tenentes admonuit Anastasium atque Timotheum, haud despexit Hormisda reliquorum à Catholica communione deuiorum Episcoporum salutem, sed & ad eosdem æquè dedit circularem epistolam, ita vniuersalis gregis pastoris munus explens, quod Dominus præcepit Petro fratres confolidare: ad eos enim et ea non literas communicationis (quod non liceret) sed paternæ admonitionis adiecit, quales deceat vitum, cuem non solùm tenebat solicitudo omnium Ecclesiarum, sed charitate Apostolicā præditus cum Apostolo dolorem illum patiter patiebatur, dum compatereretur mala patientibus, secundum illud Apostoli [d]: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Sed audiamus ipsius ad eos clamoris epistolam, quæ est huiusmodi [e].

GVRAM GERE OMNIVM PSORVM EPISCOPORVM HORMISDA.

d 2. Cor. 12.

e Hormisd. epist. tom. 1. epist. Ro. Pont.

Hormisda Episcopus vniuersis Episcopis in Orientis partibus constitutis.

XIV. HORMISDÆ EPISTOLA AD EPISC. EXTRA CATHOLICAM COMMVNIONEM POSITOS.

Etsi admonitionis meæ curam sisteret, vos tamen propriè memores conuenirèt officij; non negligenter omittere, quæ enixe omnes docet pro animæ suæ salute seruare; vt mandatorum cœlestium disciplina, non alieno studio, sed ipso vobis clareret ineſſe proposito. Nam licèt laude non careat, qui bonis consilijs obsecundat, tantò est tamen potior in honore sapientia qui præuenit, quàm qui sequitur instituta, quātò est illustrius docere, quàm discere. Recordetur vnusquisque, in qua vocatione à Domino sit vocatus, & quid ab eo expectetur, aduertat. Miserum est intra meritum iacere propositi; cùm id, quod præfertur nomine, non ostenditur actione.

*Magna meruimus, si quod indulta * postulant, impleamus. Qui se ad pascendas Dominici gregis oues gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione iudicium. Peruigil adhibenda tutela est, continuanda custodia; non dandus lupis rapacibus locus, nō vllis casibus relinquendus: quia neglectus error ouium, culpa pastorum est. Veniet qui rationes credite dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse iustitiam, nec vlli impunitam licentiam patere peccandi: Sed quis gradus nesciat esse meritorum, & sicut non aqua præmia, ita diuersa est supplicia? Multiplicantur scientibus plagæ: pauca flagella leguntur inscitiæ.*

XV. * indicta

Quod si ita est (sicut esse non dubium est) existimandum, quid in eo deceat esse propositi, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat sanctus Spiritus per Prophetam [f]: O pastores Israel, numquid semetipsos pascunt pastores? nonne oues pascunt pastores? Certum est, plus ab eo [g], cui plus creditur, exigendum, & tantò magis nos obnoxios fieri, quantò effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, & docens per obscura lucem, per similitudinum enigmata veritatem, seruum talenti à se traditi præter augmenta custodiam nō arguit infidelem, sed condemnauit inutilem.

f Ezech. 33.

g Matth. 25.

XVI.

Vnde in aperto est, in quo metu decet esse eum, qui Dominicum numisma perdiderit, si culpatus est ille, qui acceptum sine immutatione seruauit. Nullus contentus sit innocentia sua: quia Deo nostro vniuersa cernenti, per prædicationis assiduitatem, rationem quoque proposita debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non arcat fides Christiana secretum: quam quisquis in aures tantùm effundit, abscondit. Per vniuersas gentes verbi prædicatio mandatur Apostolis: & quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum! Quid prodest cuilibet paternarum reuerentiam seruare regularum, si concutit hæc ab alijs, si sine honore tractari patienter accipiat: Infirmum ostendit affectum, qui quod diligit, non tuetur.

XVII. DEPASTORALI MVNERE PLVRA.

*Incurrantur passim sancta à perfidis constituta, & redimita subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quem admodùm (rogo) pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur, quà Catholicorum frequentiâ sacerdotum, alia, quibus nitimur, celebrata didicerimus esse Concilia; quantos nec debilitas impediuit, nec senectus onerosa tardauit. Exigua visa sunt spatiosarum interualla regionum, & labores ipsi pro quadam consolatione iucundi, dum spiritu sanctarum congregationum regenti sapientiam, sera * ætas, quod seruaret, acciperet. Et hæc insectantibus impijs posit* sacra bi/ai. 40 *damnatam in radice perfidiam, tacet, qui scit sibi esse mandatum [h]: Exalta voce tuam, quæ euangelizas Hierusalem: exalta non timere. Nonne hoc ante oculos habens, discipulum ita Gentium Doctor instituit, vt opportunè, importunè euangelizare non cesset: admones [i]: Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis: hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.*

XVIII.

h Ezech. 34.

i 1. Tim. 4

Ergo vel Propheticis stimulis excitati, vel normis Apostolicæ institutionis instructi, curam salutaris prædicationis assumite. Diligite & vindicate sententias probatas à patribus, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata Ecclesia, reuertens: apud illorum etiam vos Patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbè labefactantur, absoluite: æstimantes, cùm Dominus ad illud, quod expectatur, examen aduenerit, qualis Apostolis creditur, qualis aliquorum tentationum dubitatione compertus, qualis Angelo prænunciante promissus, vtrum ab illo melius sit argui, an cum eorum coborte coniungi: vtrum talis, qualis videbitur, aut qualis ab impijs negatur, Dominum confiteri? Nil vos retrahat à salute: velocibus ad viam redite, vestigijs. Lapsus ruentem non grauat, si resurgat. Larga est Dominicæ doctrina clementia: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit iustitia pertinaces, fouet clementia corrigentes. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V.C. Consule.

XIX. REVERTI MONENTVR AD PETRAM.

XX.

Vides, quales ad extorres à Catholica communione literæ dentur, quæ absque vllius salutis & pacis, alicuiusve alterius communicationis symbolo inchoantur & absoluuntur. Quòd verò pastoralis est curæ, non solùm dispersa [k] congregare, & infirma curare, fractaque consolidare, sed quod forte atque pingue est, custodire, idem Hormisda Papa in his etiam optimi pastoris numeros explens, hāc eādem legationis illis prospexit, qui erant inter hostes & ab hostibus afflictati iugi persecutione Catholicæ fidei defensores, & Apostolicæ communionis Episcopi: ad hos enim quas subijcimus literas dedit [l].

k Ezech. 34.

l Hormisd. epist. 10. tom. 1. epist. Ro. Pont.

Hormisda Papa, Episcopis Orthodoxis.

XXI.

Est quidem Fidelium speciale solatium Deus; nec vnquam inter quælibet dura deficiunt, qui se ad eum toco mentis studio contule-

HORMISDÆ EPISTOLA AD ORIENTALES ORTHODOXOS.

runt. Veruntamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, vt sicut exulto de sinceritate fidei vestræ, ita de firmitate mercar gaudere constantia. Vnde & aspectu interiori vos intuens, ad desiderium colloquēdi vobiscum promptus assurgo: vt & dilectionem circa Deum vestram literario sermone renuncter, & spem paginali adhortatione confermem: atque ita his, cum quibus mihi est consortium sanctæ communionis, lucidum reddam testimonium charitatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum: nisi ostendero illum quoque, quo vos completur, affectum. Siquidem declarat se non ex indicio odisse à Dei dilectione diuisos, qui potest non amari nouimus.

XXII. Benedico ergo Deum, dum feruorem fidei vestræ inter procellas varias, tempestatum aduersa considero. Vos quoque vt super hu pietatem eius glorificetis, vberiore exultatione suadeo: qui electorum suorum mentes quo acceptiores sibi reddat examinat, & licet cognitos sibi, quibusdam tamen difficultatibus probat, vt iustitiam quoq; inesse dono, quod largitur, ostentat. Atque ideo pertinaciter bonos vos conuenit imminere proposito, nec in via, quæ ducit ad cœlia regna, desicere. Qui intuetur Dominica munera non æstimanda promissis, nullum potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio præsentium malorum, nisi futurorum vincat oblivio: quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, quæ expectatur, non omiserit. Quæ enim difficultas beatitudini par est? aut quæ condigna præmijs passionis ad futuram scilicet gloriam, quæ [a] Rom. 8. in nobis, Apostolo [a] annunciante, reuelabitur? abfit ne quicquam à Christi charitate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, quæ putatur aduersitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo habet futuram remunerationem, nisi nec vitates præsentium sustineret. Videte quantopere hominum, terrena messis assurgat.

XXIII. Quanto est igitur labore procurandum, vt cælestia dona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia. Dignus est operarius [b] vt fructum mercedis accipiat. Indiscrete passim pietas cum impietate langueret si examinatio bonos à malis diuisura cessaret. Gratum admodum spectaculum Domino in agone iustorum, nec quicquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut aduersorum impetus patienter excepti. Quis militet sub pacis securitate miretur? Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia; nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est, intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare. Fluctus in tempestate contemnere. Sauiat, & motus suos exercens humana tentatio, dum manifesti [c] apparent qui probantur.

[b] Luc. 10.

[c] 1. Cor. 11.

XXIV. Hæc scentes, carissimi fratres, fidei vestræ tenete constantiam & ipsa etiam, si inciderint, militantia meritu vestri amate pericula. Annunciate, quæ colitis, & participate eam per vniuersum Orbem mandata Euangelica, quæ tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena inter cæterorum enumerationem, quibus sibi diuinam gratiam plenus Spiritu Dei Propheta conciliat [d] inter ea, quibus misericordiam, quā conseruetur, exorat: docere se iniquos vias Domini, & conuersionem per se fieri præcat impiorum. Beati, quibus vita innocenter acta dat præmium: beati, per quos alijs quoque præstatur exemplum.

[d] Psal. 50

XXV. Et nos quidem (quantum in nobis est) nec solicitudine, nec labore cessamus, vt humilitatem, quam Dominus noster docuit, imitati, quæ salutem eorum conuenient, postulemus: vt dissensionis mihi credita dum agnoscitur cura, probentur officia. Nam repetita vice Enodium atque Peregrinum fratres & Coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, vt ab impiorum contagione separati, ad veram fidem ipsi, quibus vos insidis & Apostolica sint sedes, se conferant, aut certe non nos defuisse prædicationi, sed illos propriæ saluti, mundum agnoscat. Dat. vt supra, Agapito V. C. Consule.

XXVI. Qui autem has ad omnes Catholicæ communionis Episcopos Hormisdæ litteras dedit, priuatas ad Possessorem Episcopum addidit, vtpotè Ecclesiæ Occidentalis Antistitem, legatorum relatione sibi cognitum. Erat hic Africanus Episcopus pro fide Catholica iam ab Arianis factus extorris: qui conferens se Constantinopolim, nō sine Dei consilio, multum profuit Catholicæ fidei, hæreticos exagitans, libereque redarguens: cuius aduersus Pelagianos (vt suo loco dicemus) enituêre certamina. Hic enim in priori ab Hormisda missa legatione palam apud legatos rectæ fidei professionem edens, eandem sceptis confignatam & chirographo roboratam ad eundem Hormisdam Pontificem Romam perferendam dedit. Cuius egregium factum idem Hormisda probans, ad ipsum eiusmodi literas reddidit [e].

[e] Hormisd. epist. 13. tom. 3. epist. Ro. Pont.

Hormisda Episcopus Professori Episcopo.

XXVII. EPISTOLA HORMISDÆ AD POSSESSOREM EPISCOP. ORIENTALEM ORTHODOXVM. [f] electus es,

Optimam vestræ charitatis audientes instantiam, & cognoscentes rectæ vitæ tramitem, quem fine strepitu vindicatis: Deo nostro gratias fine cessatione persoluimus: vt & in ea dispositione persistas, & cæteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona cælestia: ista sunt diuinæ retributionis indicia: ista sunt Dei iudicia, quæ ea Catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Vnde frater charissime, præsentibus hortamur allo quis, vt in ea constantia, quā exorsus es [f], perseueres, & augmenta probabilium mitis subministres: quia bonum opus, præcipuè quod ad doctrinam fides pertinet nisi semper creuerit, videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit: ante oculos vestros futura præmia ponentes Apostolica [g] vos admonitione consolibus, ducentes: Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Meliora tamen speramus, quia Deus, qui per beatum Apostolum dixit [h]: Qui vos non dimisit tentari super quod potestis: ipse pro sua pietate, quos suos elegit esse, & in laqueu aduersariorum, sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuæ de confessione rectæ fidei per legatos nostros remeantes accepimus, & in eo sinceritatem tuæ fraternitatis agnouimus: quia quod rectè credit, saluti testatione publica prædicare non distulit. Data tertia Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule. Post has autem idem Hormisda adiecit & alias literas ad clerum, monachos, & Constantinopolitanos ciues Orthodoxos, & quidem efficacissimas, vtpotè è pectore patris filiorum amore languentis progressas, & sic se habent [h].

[g] Rom. 8.

[h] 1. Cor. 10.

[h] Hormisd. epist. 16.

XXVIII. [i] Si is, qui calicem aquæ frigidæ, mandata Euangelica [i] secutus, obtulerit, mercedem boni propositi ipso Domino, qui hoc docuit, restituente, consequitur: nonne qui tanto populo fidelium veritatem annunciare distulerit, iuste damnationem incurrit? Hinc est, quod intermissionem mandati cælestis effugiens (quod decet, loquendum est in his, quæ ad Deum pertinent, nec reticendum) habenas quoque vestræ salutis affectum, admonitionem eorum, quæ præsens necessitas poscit, assumpsit: omnes, quibus cura est fide integra Christianam religionem seruare, constantes, vt eos, qui sanctam Chalcedonensem Synodum, & B. Leonis de Fide Catholica scripta epistolas delirant, quibus possunt viribus auersentur & fugiant: quando ipsi sunt, qui Eutychetis & Dioscori Alexandrini, vel pottius nefanda Manichæorum contagione polluti, verbo quidem aduersus eos sint, ita Patrum videntur habere certamen, rebus autem contra incarnationem Domini nostri Iesu Christi euidenter insurgunt. Sugillat hæc dicens & ingerens Hormisda impium Anastasium, qui ita sibi populi ob fidem Catholicam aduersantis gratiam conciliauerat, quòd fidem Catholicam (vt apparebat) videretur esse professus, cuius tamen re ipsa erat infensissimus aduersarius. Vt igitur ei resistant, prouocat eos suo ipsorum exemplo, cùm ab illis aduersus nefandum Basiliscum Imperatorem fides Catholica defensa est; istaque subijciens ait:

[i] 1. Mat. 10. HORMISDÆ CLERICIS ET MONACHIS AC POPVLVM CONSTANTINOP. HORTATVR.

XXIX. Recordamini, carissimi fratres, quæ fuerunt, Basilisco Palatinæ bula incubante, tentata, & tempora illorum acta vel visa veluti dota recolite: quam scelestè tunc fuerit Timotheicognomento Eluri, quàm impudens & monstruosa præsumptio, quantus etiam per vniuersum Orbem fidei se vestræ feruor ostenderit. Probauit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes Christiana seruare mysteria. Sed transacta vetustas studia fuissent, & non nunc similia tempus exigeret. Rursum enim idem hæreticis caput improbum de profundo, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos Consilijs & communione secernite. Recordamini celsi prioris: & vtique in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnâsse se gaudeat. Et hæc quidem, quantum ad præsentem necessitatem, & assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen, quòd si admonitio ista prouenerit, & mihi, & vobis vtilis erit: quando & Deus in vestra salute glorificabitur, & fructus nostræ seruitutis apparebit. Data tertio Nonas Aprilis, Agapito V. C. Consule.

XXX. His autem literis omnibus datis legatis, adiecit Hormisda Papa libellum confessionis Catholicæ, cui subscribendo quisq; se posset verè probare Catholicum, sub cuius professione consequi posset Catholicam Romanæ Ecclesiæ communionem; ne (quod hactenus factum fuerat)

multi currerent in incertum, dum defendendo Catholicam fidem, & non vitantes communionem hæreticorum, vel eorum, qui cum illis participâssent, putarent tamen verè se Catholicos Orthodoxos. His igitur obuiaturus Hormisda, eo fidei libello tanquam Lydio lapide singulos probari, voluit, quam profiteri deberent hi, qui communionis Catholicæ participes esse vellent. Est verò ille huiusmodi, exscriptus ex codice Vaticano.

XXXI. FIDEI REGVLA AB HORMISDA MISSA

Prima salus est, regulam rectæ fidei custodire, & à constitutis Patrum nullatenùs deuiare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica immaculata est semper seruata religio. Ab hac ergo spe & fide separari minimè cupientes, & Patrum sequentes in omnibus constituta anathemizamus omnes hæreticos: præcipuè Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit vrbis Episcopus damnatus in Concilio Ephesino à Cœlestino Papa vrbis Romæ, & à sancto Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis Antistite: Vnà cum ipso anathemizantes Eutychetem & Dioscorum Alexandrinum in sancta Synodo, quam sequimur & amplectimur, Chalcedonensi damnatos. His Timotheum adiicientes parricidam Elurum cognomento, & discipulum quoque eius atque sequacem Petrum, vel Acacium, qui in eorum communionis societate permansit: quia quorum se communioni miscuit, illorum similem meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominùs Antiochenum damnantes cum sequacibus suis, & omnium suprascriptorum.

XXXII.

Quapropter suscipimus & approbamus omnes epistolas B. Leonis Papæ, vniuersas, quas de religione Christiana conscripsit. Vnde sicut prædiximus, sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes eius omnia constituta, spero, vt in vna communione vobiscum, quam sedes Apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & vera Christianæ religionis soliditas. Promittens etiam, sequestratos à communione Ecclesiæ Catholicæ, id est, non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi, & tibi Hormisdæ sancto & venerabili Papæ vrbis Romæ obtuli. Data XV. Kal. Aprilis, Agapito V.C. Consule.

XXXIII.

His igitur ab Hormisda Papa datis literis, profecti sunt legati: Quibus ita cum Apostolica benedictione dimissis, noua ingeritur sedi Apostolicæ causa, cuius gratiâ alia fuerunt addenda mandata legatis iam itinere constitutis. Accidit enim, vt post eorum profectionem, Romam aduenirent, qui missus fuit à Ioanne Episcopo Nicopolitano diaconus referens persecutionem diriſſimam esse excitatam ab Episcopo Thessalonicensi Dorotheo aduersus sibi subiectos Orthodoxos Episcopos, petens Ioannis literis auxilium ab ipso Romano Pontifice. Cùm verò qui isthæc curare possent legati profecti iam essent; tamen ad eosdem Hormisda scribēs, causam eandem eiusdem inicngit: quibus &, qui id agere debeant, literis significauit. Sed & pro eodem Ioanne literas priuatas ad Anastasium Imp. edidit, necnon ad ipsum Dorotheum Thessalonicensem Episcopum. Subiiciamus ergo ipsas, vt cuiusmodi legationis explicatio in omnibus possit haberi cognitio; atque in primis eas audiamus, quæ primo loco scimus ad ipsos legatos fuisse conscriptas, quæ sic se habent.

a Hormisd. epist. 37.

XXXIV.

Hormisda Ennodio & Peregrino Episcopis.

Postquàm profecta est charitas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit: quem præter moram vidimus, cogitantes, ne fortè esset, quod ad institutionem mandata vobis legationis adiicere deberemus: quod & ratiopabiliter factum, ipsa res euidenter ostendit. Obtulit enim epistolam Ioannis Episcopi sui, & aliam Synodi sibi subiacentis Ecclesiæ Nicopolitanæ, quâ queruntur ab Episcopo Thessalonicensi excitatas aduersum se tales principales, quam iudiciarias potestates: concussionibus & dispendijs se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad Episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa sperauerunt, vt de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam nos, vt b *daremus eis licentiam relationem ad designatum Episcopum secundum consuetudinem destinandi. Vnde tractauimus, & Episcopum Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum esse in communione persistere: ne per illum, si ab eo, qui à communione nostra alienus est, confirmationem petiisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Hæc vos, vt omnia sciretis, instruximus. Data pridie Idus Aprilis, Agapito Consule.* Intelligis vel ex his saltem, lector, Epiri prouinciam sub Thessalonicensi Ecclesia constitutam ex antiqua cōsuetudine, Thessalonicensemq; ne Episcopum confirmare cōsueuisse Archiepiscopum Epiri Nicopolitanum Antistitem.

b Hormisd. epist. 37.

XXXV.

His igitur consulturus Hormisda Papa, non ad Dorotheum Thessalonicensem Episcopum tantùm (vt dictum est) literas commonitorias dedit, sed & ad Anastasium Imperatorem priuatas ea de re conscripsit, commendās eundem Ioannem Nicopolitanum Præsulem. Extant ipsæ, sicut etiam quas ad ipsum Ioannem per ipsius diaconum reddidit literas: sed primo loco quæ sunt redditæ ad Ioannem Nicopolitanum Antistitem, & ad Synodum Nicopoli celebratam, hîc reddamus, quas vnà cum cæteris ex altero citatorum antè codicum quàm fidelissimè exscripsimus:

Hormisda Ioanni Episcopo Nicopolitano cum Synodo.

XXXVI. EPISTOLA AD IOANNEM EPISC. NICOPOL. ET SYNODVM.

Optaremus, dilectissimi fratres; ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos, vitam subtranquillitatis serenitate transigere, & Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione ..... mouerunt; quia quæ fieri nolumus, necesse est, vt facta dolemus. Sed abundat mundus incommodis & tentationibus: sæculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, velut magna moles, ventorum procellis. Ita Fidelium mentes diabolicis pulsantur insidijs, & sicut dictum est b*: qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Sed consolatur spes à iusto retributore promissa* c*: quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in Domino. Non deijciant milites Dei impetus fragiles & caduci. Qui aßsit strenuus, non delectatur ignauis. Facile contemnuntur ista, quæ transeunt, si illa, quæ sunt mansura, cogitentur. Amplectanda est probationis occasio: quia licèt sint dura onera laborum, præmia tamen maiora virtutum. Quem admodum par est ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini?*

b 2. Tim. 3.
c Matt. 11 Luc. 7.

XXXVII.

Non simus segnes ad fortia, si peruenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expellet vocem hominis, cùm quotidie nobis in ipsa sententia veritatis d*: Beati, qui patiuntur propter iustitiam? Sed ne me fratres carissimi (licèt apud Eruditos magna sint) spiritualia tantùm vestræ exhibere credatur confirmationi solatia: prouidendum enim pro vestra tribulatione remedijs, quantum in homine esse potuit, non quieui. Nam per legatos ad Orientis Principem destinatos, & Thessalonicensem Episcopum, vt ab infestatione vestra cessaret, admonui, & prorogatu paginæ, vt Imperatori supplicaretur, adiunxi.*

d Matt. 5.

XXXVIII. IN QVO REDARGVITVR DIGNI EPISCOPI EPIRI.

Hæc quantum ad præsentia sunt prouisa: sed illa, quæ ad spem futuram pertinent, hæc sunt potius mentibus immenda. Sane hoc me fateor fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosæ prudentiæ vestræ, hæc potuit cura subrepere, vt à me sub consolationis colore, dirigendis ad Thessalonicensem Episcopum solitas literas, licentia poscceretur. Ego ne inanis rei auctor existerem, quam sit in scio me cognoscerem, satis ipsa est cul arem? Absit ista peruersitas. Audite Apostolicam e *vocem, sed persona mea conuenienter aptandam: Si quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prauaricatorem me constituo. Nolite obsecro, ad euitata vix redire contagia: nec pedes luto, quo tenebantur, anulso, patiamini male rursus immergi. Simile obliteratæ esse transacta. Nemo mittens* f *manum suam in aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei. Impediuntur à processu propositi itineris, qui reflexu oculi respiciunt quod reliquunt. Non amant Ecclesiasticæ disciplinæ eos, in quibus remanet memoria illa perfidiæ: totos aberrantibus oportet abscindi: quia in tantum detestabiles existimantur ad spreta reduntes, vt beatus Apostolus Petrus melius illis esse prædicauerit, vt non cognoscerent viam iustitiæ, quam cognoscentes retrorsum reflexit in traditio sibi sancto mandato. In aperto est, quapertinacia tradita fides deleat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quàm coinquinationibus rursum, quas quis fugerit, implicari. Data pridie Idus Aprilis, Agapito V.C. Consule.* Videas, quàm longè abiit, vt cum hæreticis quodlibet intercedere possit vel leuissimum communicationis symbolum, cùm adeò detestetur Hormisda Episcopos Epiri scribendi ad Dorotheum, non quidem damnatum hæreticum, sed hæreticorum communione labefactatum, postulâsse licentiam. At qui titubare præ metuque trepidare Ioannes cum collegis Episcopis

e Gal. 2.
f Luc. 9.
g 2. Pet. 2.

nosci-

a Hormisd. epist. 37.
b Hormisd. epist. 37.
c Matt. 11 Luc. 7.
d Matt. 5.
e Gal. 2.
f Luc. 9.
g 2. Pet. 2.

noscitur, actiori vrgente persecutione cessit, vt inferiùs suo loco dicemus. Sed quænam ad ipsum Dorotheum cõscripserit, videamus. Sic enim ad eum per legatos epistola data se habet:

XXXIX

Hormisda Episcopus Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

CVM PRAECONIVNCTIO QVEMLIBET DEMONSTRAT ESSE CATHOLICVM.

Ioannes frater & Coepiscopus meus Nicopolitanæ vrbis Antistes cum Synodo sua varijs se concussionibus atque dispendijs grauiter causatur affligi, quod à transgressorum societate diuisus, postquàm communionem sedis Apostolicæ emeruit, ad Thessalonicensium Ecclesiam ordinationis suæ initia non direxit. Potuisset neglectus sic esse culpabilis, si vnum esse inter omnes mysterium charitatis. At cum multi se à petræ illius, qua Christus est, soliditate diuiserint: quis non velit ab errantium coniunctione discerni, vt mereatur cum his, qui constituunt in veritate, coniungi? Non igitur consuetudo est neglecta, sed vitæ contagia. Ergo obijcere quis posit errorem, vbi cogitatam salubriter intelligit cautionem? At nos, quid debuerat primus assumere, credebamus te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum circa eos quoque, qui ad viam redeunt, accedat inuidia? Quid aliud, quàm B. Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum, quod à Domino datum est, nomen oderunt, qui eos, qui ad sedu ipsius altaria confugiunt, insequuntur?

XL. COMMVNICANTIVM CVM HÆRETICIS NVLLVM POTEST ESSE PRIVILEGIVM.

Quo pudore, rogo, priuilegia circa illorum manere desideras, quorum mandata non seruas? & reuerentiam, quam non exhibes fidei, cupis tibi Ecclesiasticæ potestatis deferri? Si in ipsa vestigia, quibus Catholici nituntur, insistere, insectationem tamen proximi vitare debueres: sciens secundum Domini nostri & Saluatoris, quem colimus, instituta, eum, qui scandalizauerit vnum de minimis, obnoxium magnis esse peccatis. Vbi est, Domine[a], humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de locis qualitate docuisti? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum. Respice[b] de cælo, vide, visita vineam istam te ipse plantatam: intende circa mandata tua minimos, & circa ambitum honoris elatos.

XLI. [c] Matth. 23. IVSTA PONTIFICIS COMMINATIO.

Cur recentia cupitis, & prisca deseritis, circa summa desides, & parua curantes? Nonne[c] hoc est rerum vilia decimare, & legis præcepta contemnere? Seruanda, quæ Deo cõgruunt, & facile ea, quæ sunt ab hominibus, subsequentur. Quin potius curam salutis assume, & cur te alium praueherit in veritate, suspira: ne sis insectari eos, qui ad Ecclesiæ reuertuntur membra, præsteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat Apostolica sententia, copuleris. Data pridie Idus Aprilis, Agapito V. C. Consule. hæc quidem Hormisda planè digna tanto Romano Pontifice. Sed quæ ad Anastasiũ Augustum idem in eadem causa per eosdem legatos conscripserit, reliquum est, vt videamus: sic enim se habent ad eum pro Episcopo Ioanne datæ literæ:

XLII. HORMISDÆ EPISTOLA AD ANASTASIVM IMPERATOREM PRO IOANNE.

Hormisda Anastasio Augusto, per Ennodium & Peregrinum Episcopos.

Cùm sapientiæ vestræ, clementissime Imperator, profunda cons fidero: prouidentes saluti propriæ, vobis displicere non æstimo. Neque enim aut diuina monita, aut humana continent instituta, vt qui consulit bonæ spei, quilibet debeat reprehensione culpari: cùm maximè pietas quoque vestra affectu se vnitatis & pacis flagrare fateatur. Quæ res me quoque, vel pro fiducia conscientiæ vestræ, vel pro credita quoque mihi dispensationis officio, emergens compulit non supersedere negotio. Ioannes frater & Coepiscopus Nicopolitanæ ciuitatis Antistes, prædecessoris sui sanctæ recordationis Alcysonis secutus exemplum, B. Petri Apostoli communionem cum Synodo sua, damnatis his, quos Ecclesia detestatur, expetit. Is nunc grauibus fatigatur insidijs. Precor mansuetudinem vestram, iniquæ molestiæ obuiare, & remouere molestias, & correctum fouere, cui vt corrigeretur, debuisset assistere[*]. *Scient enim qui ordinauerint, se eos futuros, cùm à vobis foueri viderint iam reuersos. Fateor, clementissime Imperator, miror insidiantium pertinaciam, neque Dei, neq; vestro intuitu permoueri: nam qui oderunt in homine studium desiderij boni, quod de se æstimant iudicari, insequuntur, ad recta reduces; iure culpandi, si non conuerterint deuiantes. Date fidei vestræ clara documenta, si adhuc omnibus ad vnitatem reductu & officio omni & adhortatione cogitetis.* hactenùs Hormisda ad Anastasium Imperatorem. Sed & ne in re tanta quicquam ageretur reprehensione dignum ab ipsis Apostolicæ sedis legatis, idem Pontifex ad eosdem à dicit de his, quæ ad hanc causam spectant, admonitionem, siue (vt aiunt) Commonitorium: quod quidem cùm ad plura vtilem exhibeat tractationem, hîc describemus, atque illud ipsum ex iisdem codicibus (quantum licuit,) emendatum: est autem eiusmodi[d]:

[*] insisti.

[d] Hormisd. epist. 10.

XLIII. * Apostolis, ADMONITIO AD LEGATOS.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, intercedentibus & adiuuantibus Sanctis[*], *quid agendum sit de causa Nicopolitanæ Ecclesiæ.*

PRIVILEGIA ORIENTALIVM ECCLESIARVM VNDE MANARVNT.

Primùm vbi Thessalonicam, Deo iuuante, veneritis, apostolas nostras, quas in hac causa misimus, Episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in eius salutatione seruantes, quem scitis à nobis esse mandatum circa eos, qui cum fide Apostolica, hoc est, Ecclesia Catholica non communicant. Traditis autem epistolis, instanter agere debebitis, vt se ab eius Ecclesiæ concussione sustendat: rationem reddentes; quia non potuit reuersus ad communionem & ad corpus Ecclesiæ, cum illis, qui nec dum reuersi sunt, quicquam habere commune. Nos non soluere à prædecessoribus nostris concessa priuilegia, si ipse Ecclesiastica instituta non deserat. Certè redeat ad vnitatem: & nos cum eo insistemus, vt omnia priuilegia, quæcunque consecuta est à sede Apostolica Ecclesia eius, inuiolata seruentur. Intelligis, lector, non aliunde, quàm ab Apostolica sede Orientalibus imperrita priuilegia, cùm vides ab ea concessum, vt Thessalonicensi Episcopo Epiri prouincia subiaceret. Sed subdit:

XLIV.

Dicite etiam apertè, illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur, quos viderit ad Catholicam communionem reuerti. Quod si proposueritis causam ibi, Deo propitio componere: scripta ad Episcopum Nicopolitanum literis, quid vestra promoueris opera, nunciate. Si verò obstinatus fuerit, nec ab incœpto eius cessare voluerit, secundum literas, quas ad clementissimum Imperatorem misimus, apud Principem causam Ecclesiæ Nicopolitanæ sic agite, vt dicatis: Alcyson Episcopus Nicopolitanus satisfecit Ecclesiæ Catholicæ, suscepitus est, & ad communionem reductus: huius successor Ioannes Episcopum & Deum ante oculos habens, & de salute sua cogitans, & prædecessoris sui bonum exemplum sequens, condemnatis hæreticis, vel transgressoribus ad sedem B. Petri Apostoli missis, & susceptus est: Huic nunc Thessalonicensis Episcopus insidiatur & eum concutit, contraria his, quæ fecit, exigere volens. Hinc Pater vester & Oryses Orthodoxi rogant, vt iniunctionibus vestris removeatur ab eo quæ molestia: ne videatur hominibus propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem sedis Apostolicæ redijt, & qui expectant per vos vnitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere.

XLV. LITERÆ APOSTOLICÆ VBLICE AFFIGENDÆ.

Visum est nobis expedire, vt literæ, quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quo libet ordine prudentia vestra diuersis in locis faciat publicari, magnoperè tamen in ciuitate Thessalonicensium: quia hoc facto & à persecutione nostrorum poterit cessari, & ad ipsum, si se correxit, ere animus poterit retinere salutem. hactenùs admonitio posteriora legatos post ipsorum discessum missa. Sed considera pristinam erga sedem Apostolicam reuerentiam exhibitam etiam ab hæreticis atq; schismaticis, dum ipsius Romæ Ecclesiæ auctoritas etiam in ditione hæretici Imperatoris minimè diminuta impedita ve fuerit, quò minùs Apostolicæ literæ, in consulto Principe, publicarentur: non enim id petentibus ab Imperatore, vt alia, admonet Hormisda legatos; sed vt sponte liberè ea faciat, ingerit.

XLVI.

Sed quæ ista secuta sunt? & quem effectum missa ab Hormisda legatio est consecuta? dicam paucis. Sicuti omnes, quæ erant optimi pastoris dispersum gregem quærentis, Hormisda partes explenit ita & Anastasius Imperator, qui hæreticorum sunt Principum, numeros omnes absoluit. At quænam ista? Audi ab Anastasio Bibliothecario in rebus gestis Hormisdæ totius tragœdiæ summam breuiter perstringente his verbis: *Hormisda item secundum missi Euno dium Episcopum, & Peregrinum Nasenatem Episcopum, portantes epistolas confortatorias* de fidei, & contestationes secretas numero decem & nouem, & textum libelli. *In quæ libello nolunt assentiri Anastasius Augustus; quia & ipse eum hæresi Eutychiana communicauerat. Voluit itaque eos legatos per remunerationem corrumpere: legati verò sedis Apostolicæ nullatenùs consenserunt accipere pecuniam, nisi sedis Apostolicæ satisfactionem operarentur.*

* confirmatorias

XLVII. * posticum,

Tunc Imperator repletus furore eiecit eos per posterulam[*], *& imposuit eos in naui per Aulosa cum militibus & Magistriano & Præfecto nomine Heliodoro & Demetrio, quibus hoc dedit in*

mandatis Imperator Anastasius, vt nullam ciuitatem ingrederentur. Legati verò Apostolicæ sedis suprascriptas epistolas ferè decem & nouem per manus monachorum & Orthodoxorum exposuerunt per omnes ciuitates: quas Episcopi ciuitatum, qui erant complices Anastasij Augusti, omnes eas epistolas timore pro crimine Constantinopolim direxerunt. Sed & tunc etiam qui stare videbantur, consternati sunt pariter Episcopi Dardaniæ, Illyrici, & Epiri, quibus legati reliquerant fidei Catholicæ libellum habentem damnationẽ Acacij nominis expressam; Tunc, inquam, qui stare videbantur, ob metum titubantes, tanto terræ motu oborto, penitùs corruêre, & quæ acceperunt fidei monimenta præ timore deseruêre, inueniri timentes Romanæ communicatores Ecclesiæ: sed quomodò mox iram Dei experti sint, sequenti anno dicturi sumus. Addit verò his hæc Anastasius Bibliothecarius: *Tunc furore repletus Anastasius contra Hormisdam Papam, inter alia Sacra sua hoc scripsit: Nos iubere volumus, non nobis iuberi.* hæc mens elata. At extat ipsa Imperatoris epistola ad Hormisdam conscripta, quâ sicut fecerat contra Symmachum Papam sugillat ipsius Hormisdæ nimiam duritiam: redarguens, quòd cùm Filius Dei in mundũ venerit peccatores saluos facere, & nihil aliud magis & verbis factis ipse Dominus inculcârit, & discipulos suos docuerit, quàm peccantibus ignoscere, eosque recipere; id ipsum tamen ipse Papa negligat atque reijciat. Sed integram hîc perbreuem ipsius reddemus epistolam Anastasij, quam Sacram dicunt. est huiusmodi[a].

a Extat inter epist. Hormisd. post ep. 20.

XLV. III EPISTOL. ANASTASII AD HORMISDAM PAP.

Anastasius Augustus Hormisdæ Papæ.

Etsi magnum aliquid taciturnitas indicatur, tamen necessarium est admirantes Dei misericordiam assiduè frequentare sermonem: & quia initium fidei, quam nos Dominus & Deus Saluator noster Iesus Christus docuit in remissione peccatorum, præcellit, nulli habetur ignotum. Ipse enim per propriam passionem omnia Adam peccata mundauit, & hæc fuit negotiatio humilitatis ipsius, vt & præfatum & omnes fratres liberaret seruitute peccati, voluntariè personam serui suscipiens. Nam Beatus Apostolus Paulus b *docuit nos scribens ad Romanos: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, & in eos, qui non peccauerunt: ex quo est omnibus notum quod ammodo declarat ex generali dispositione sine mirabilibus, specialia quæque exempla debere suscipere semel tam magnæ legis iussiones, & tam pia bonitate firmata: vt omnis doctrina, quam discipulis suis tradidit, in hoc firmamento consistit. Fugauit agritudines, siue multifaria genera passionum: nedum peccati propria (sicut dictum est) passione resoluit, & agens, ad implenda similia discipulos suos facit, & sermonibus instruebat.*

b Rom 5.

XLVI. *Verùm si fidei aliqui nituntur ostendere, certi ex ipsis Apostolis tam piam doctrinam per inobedientiam implere dissimulant; ignoramus, vbi magisterium misericordiæ Domini ac magni Dei nobis possit occurrere. Nos autem non ea credimus ratione, vt immisericordes esse putemus, qui misericordiam didicerunt: sed postulationem nostram à præsenti tempore taciturnitate comprimimus, rationabile iudicantes illis precum adhibere bonitatem, qui rogari solent, contumaciter resistentes. Iniuriari & annulari sustinere possumus, iuberi non possumus. Data Constantinopolis quinto Idus Iuly. Anastasio Augusto quartum & Agapito Coss.* Sed obserua, lector, cuiusnam Principis sint eiusmodi verba proterua, contumaciæ plena, ad Romanum Pontificem scripta: *Iniuriari & annulari sustinere possumus, iuberi non possumus*, nõ alterius quidem hominis, quàm Imperatoris hæretici, Pharaoni simillimi, tunc per speciem tantummodò cernicem ferream inclinantis, cùm instantia eum flagella compellerent, dum videt ob hæresim de Imperio & vita pariter periclitari: quibus amotis, & Moysen cum Deo ob firmatã obstinatione contemnat. Sed iusto Dei iudicio euenit, quod nesciens ipse prædixit, nimirùm, vt potiùs iniserimè infelix perierit, quàm paruerit iubenti Pontifici.

ANASTASII IMP. PATRVM DAMNATVR, CONSILIVM.

L. Ita planè semper accidit, vt in sui perniciem sibi malè consulat insana dominandi cupido, quam imprudentes Regnandi nominant rationem, dum ijdem Dei timore posthabito, sic præ se ferunt colere religionem, vt eam capriuam ductam cogant priuatis suis affectibus inseruire. Habent isti, quem colant atq; sequantur, Anastasium Imperatorem, qui altutè simulauerat Romano velle parere Pontifici, vt exertum contra se gladium Vitaliani vitaret: quo intuitu pariter longiores moras nectere voluit Constantinopoli legatos Apostolicæ sedis, vt eorum reuertitus præsentiam populus contineretur: alias enim facile accidere potuisset (quod antè sæpè contigerat) vt rursus populus turbas cieret, & armis Imperatorem vrgeret, literis præsertim Hormisdæ ad rectam propugnandam fidem commotus. Sed eo cessante metu, qualis fuerit animi, cuiusve cultor fidei, exitus declarauit, dum aduersus Orthodoxos persecutionem excitat, dumq; per posticum mandat cum militibus ad nauem legatos, eos quantocyùs non Constantinopoli tantùm, sed ab omni prorsus Orientalis Imperij ditione procul expellens; non intelligens vecors, esse in cælo Regem Regum, qui Reges in die iræ suæ c cõfringat, quique baltheum d Regum dissoluat, & præcingat lumbos eorum; dictumque e: *Sic & Rex hodie est, & cras morietur.* quæ cuncta de Regibus ex diuina Scriptura deprompta vindictæ imminentis elogia cogitur haud sero Rex senex f & fatuus experiri, qui verè prudentiã sibi consulere nescierit in futurum.

c Psal. 109. d Iob 12. e Eccl. 10.

f Eccl. 4.

LI. PERSECVTIO AB HÆRETICIS ILLATA IN ORTHODOXOS.

At quid post hæc accidit? Simulac enim adita sunt foris, quæ aduersus legatos Apostolicæ sedis Constantinopoli facta sunt: aduersarij omnes fidei Orthodoxæ, veluti abrupto penitùs, quo videbantur coërceri, freno, timore nimirùm illo soluto, quem ex vnitate Catholica iam tam concienda conceperant, palabundi, quo quisque ferretur impetu voluntatis, in Orthodoxos intulerunt, eorum bona diripiunt, profanant Ecclesias, instarque luporum in ouile ouium irrumpentium, mactant & perdunt. Nam accipe, quid in Syria actum sit: ex quibus cætera, quæ remanserunt obscura, pernoscere valeas. Audi, inquam, quæ nefaria impius & sanguinarius ille Seuerus, qui thronum inuaserat Antiochenum, quique Acephalorum caput emersit, & Petrus perditissimus hæreticus Episcopus Apameæ licut impietatis particeps, ita & crudelitatis socius, perpetrarunt, dum sceleratorum comparatã manu, in monachos Syriæ Orthodoxos, Ecclesiæ Romanæ communicantes, more prædonum insurgunt, plurimosque occidunt, cæteris vulneratis ac malè habitis; nec illis quidem parcentes, qui ad sacrum altare confugerant. In hos autem monachos potissimùm eorundem hæreticorum furor exarsit, quod & ipsi aliquãdo hæreticorum labe polluti, citius resipiscentes, ex eorum se communicatione diuulserant, Apostolicæque sedi coniunxerant, fidem Catholicam profitentes: Cuius rei gratiã hostes fidei in eosdem vehementiùs exacerbati, cunctos simul perdendi animo in eos exerunt, crebtioribus eos insultibus aggressi, vt quę dicentur, manifestè satis declarabunt.

LII. SYRIÆ MONACHI A SEVERO APPETITATI ADEVNT IMPERATOREM.

Ex hac autem prima ipsorum facta grassatione qui tantum periculum euaserunt, libellum supplicem aduersus eundem grassatorem Seuerum obtulerunt Imperatori, quo potierentur, vt Seuerus ab eo coërcitus sineret, qui remanserant, monachos Orthodoxos securos degere in solitudine. Sed qui ad hæc missi sunt Constantinopolim legati duo monachi Sergius atque Ioannes, ab Imperatore sunt absque audiũone cõtumelijs affecti atque reiecti. Quamobrem cùm iam viderent haud dubiè manus Imperatoris esse cum aduersarijs, ob idque ab eis audaciora quotidie sefore expecturos; quid agerent, ignorant, nisi ad Deum, vnde sperent auxilium, conuertere oculos, & ipsum precibus interpellare.

LIII. Interea verò ad eum, quem norunt se in terra habere Patrem, quamuis longè positum, clamant, proximum adesse scientes, capiti coniunctis membris compagine Catholicæ vnitatis & charitatis: clamant, inquam, dum ad communem Patrem, ipsum Romanum Pontificem Hormisdam literas dant, quibus eius auxilium postulant, recipiab eo rogantes, qui eandem cum ipso fidem Catholicã profiteantur, & hæreticos omnes, quos ille reijcit, pariter & ipsi reijciant atq; condemnent. Extant ipsæ literæ, quibus quamplurimi subscripserunt Archimandritæ absque presbyteris atque diaconis, quorum omnium fides Catholica effulgebat: descripsimus eas ex eisdem codicibus quàm emendatissimè licuit, quibus eiusmodi titulus legebatur inscriptus g:

g Extat inter epist. Hormisd. ante ep. 61

Exem-

Exemplum relationis minimorum Archimandritarum & cæterorum monachorum Secundæ Syriæ.

Sanctissimo ac beatissimo vniuersi Orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continens sedem Principis Apostolorum Petri, deprecatio & supplicatio minimorum Archimandritarum & cæterorum monachorum Secundæ Syriæ prouinciæ.

LIV. *Gratia Saluatoris omnium nostrorum Christi nos ad vestram beatitudinem refugere velut de hieme & tempestate ad portum tranquillitatis admonuit, minimè circumnallantibus nos calamitatibus teneri iam credimus. Nam etsi putamur, gaudentes, sustinemus: scientes, quia* a *non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quoniam verò Christus Deus noster Principem pastorum & doctorem & medicum animarum constituit vos & vestrum sanctum Angelum dignum est, passiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immisericordes ostendere lupos, qui dissipant gregem Christi: vt auctoritatis baculo eos expellat de medio ouium, verbo autem doctrinæ animam sanet, & orationis medicamentis mitiget.*

LV. HÆRETICI CARNIFICINA *Qui autem sint isti, & qui hos aduersum nos armauerint, audisti vtique, beatissime: Seuerus ille & Petrus, qui nunquam in Christiano numero reputati sunt; qui per singulos dies sanctam Chalcedonensem Synodum, sanctissimum, ac beatissimum Patrem nostrum Leonem publico anathematis impetebant; qui iudicium Dei nihil æstimantes, & colendos canones sanctorum Patrum conculcantes, Episcopos quidem Principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere prædictam S. Synodum, suppliciis inanissimis afflingentes. Vnde & quidam eorum iniectas plagas minimè sustinentes, de hoc sæculo transierunt: & nostrorum verò non exigua multitudo perempta est. Euntibus enim nobis ad mandatum Domini Simeonis pro causa Ecclesiæ, insidiati sunt nobis in itinere prædicti coinquinati, & superuenientes, occiderunt ex nobis trecentos quinquaginta viros: quosdam autem vulnerauerunt: alios verò, qui posuerunt ad colenda altaria confugere, ibidem peremerunt, & monasteria incenderunt, per noctem mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorum, omnium paupertatem Ecclesiasticam huiusmodi pessimi homines consumentes.*

MONACHI OCCISI A SERVIO.

LVI. *Ad singula autem delata ad vestram beatitudinem instruent charta à venerabilibus fratribus Ioanne & Sergio, quos miseramus Constantinopolim, sperantes vindictam de his fieri, quæ commissa sunt. Sed eos nec verbo dignatus est imperator, sed etiam cum grandi contumelia expulit, comminatus eis, qui ista porrigerent. Vnde hinc est, nos vel serò cognoscere, quoniam tanta prauitas & audacia talium malorum aduersus Ecclesias facta, ipsius immissione constituta est.*

LVII. INTERPELLANT ROM. PONT. VT CAPVT ECCLESIÆ *Deprecamur ergo, beatissime Pater, supplicantes & rogantes, vt exurgatis cum feruore & zelo, & condoleatis pro corpore lanitato (nam caput est in omnium) & vindicetis fidem contemptam, canones conculcatos, Patres blasphematos, & talem Synodum anathemate impetitam. Vobis autem à Deo* b *data est potestas & auctoritas ligare & soluere. Non* c *opus habent, qui sunt sani, medico, sed malè habentes. Exurgite, Patres sancti, venientes ad luctum nostrum: imitatores estote Domini nostri, qui de cœlo super terram aduenit quærere errantem ouem, Petrum illum resuscitet Principem Apostolorum, cuius sedem ornatis, & Paulum, qui est vas electionis: qui certumeuntes, Orbem terrarum illuminauerunt. Nam magna vulnera maioribus indigent adiumentis. Mercenarij videntes lupos venientes aduersus oues, dimittunt eas dispergi ab illis. Vobis autem verum pastoribus & doctoribus, quibus cura pro salute ouium commissa est, occurrit ipse grex cognoscens suum pastorem, ab immensissimis bestijs liberatus, & vocem sequens pastoris, sicut Dominus ait* d: OVES MEÆ *vocem meam audiunt, ego cognosco eas, & sequuntur me.*

b Matth. 16.

c Lucæ 5.

d Ioan. 10

LVIII. *Non ergo desperiatis nos, sanctissime, qui à bestijs sæuissimis quotidie vulneramur. Ad perfectam autem nostram sanctis Angelis vestris, anathematizamus in eadem nostra deprecatione virtutem habente libelli omnes proiectos & excommunicatos à vestra Apostolica sede: dicimus autem Nestorium, qui fuit Constantinopolitanus Episcopus, Eutychetem, Dioscorum, & Petrum Alexandrinum, qui cognominatus est Balbus, & Petrum qui dicebatur Fullo, Acacium, & omnes, qui vnum illorum hæreticorum defendunt.* Subscriptiones.

LIX. *Ego Alexander misericordia Dei presbyter & Archimandrita sanctæ Maronis deprecatus sum.*

Simeon misericordia Dei presbyter & Archimandrita vt supra, &c. subscripti sunt enim in eodem libello tuppitæ & epistola Archimandritæ omnes numero viginti quinque, presbyteri verò & diaconi simul numero centum septuaginta, quorum singulorum nomina illic in fine singillatim conscripta habentur. Qui autem has tuleruntliteras Ioannes & Sergius à monachis Secundæ Syriæ missi non nisi ad finem anni huius Romam peruenêre, vel sequentis initio, vt redditæ ad eos literæ ab Hormisda anno sequenti Idibus Februarijs satis demonstrant. Quid verò ad hæc Papa rescripserit, suo loco dicemus.

L.K. At alia his plura addiderunt sceleſta Seuerus & Petrus aduersus eosdem monachos Syriæ, dum vixit impius Anastasius, hoc & sequenti anno nefanda omnia sibi licita existimantes. Reliqua autem, quæ ab ijsdē sequenti sunt anno facta hora perpetrata, suo loco dicentur ex libello monachorum Constantinopolim misso sub Iustino Imperatore, à quo sequentem Annalium tomum auspicabimur.

LXI. His auditis, quomodò potuit non odisse Hormisda Pontifex aprum e siluestrem deuastantem vineam Domini, ipsum, inquam, hominem peccati, Anastasium Imperatorem, à quo vires omnes suppeditabantur hæreticis, aduersus quos læsum nunquam implorat? At quid tandem? *Tacui semper* (dicit, Dominus f *filius, patiens fui. Vt parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul.* Sicque exeratus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino. Exacuit vt fulgur gladium suum: primumque omnium idolum erectum in templo stantē, abominationem in loco sancto disiecit, ipsum, inquā, Thimotheum Constantinopolitanum intrusum Episcopum è medio sustulit: more enim inopinatā confestim sublatus est de medio, qui medium stuxerat diuidentem parietem, impediebatque ne Orthodoxis vniretur hæretici, cum sex annos sedem illā tenuisset, imò cathedram pestilentiæ occupāsset: tot annorum numerum eidem tribuit quoque Nicephorus i. Equidem sequenti anno sedisse Thimotheī successorem, epistolæ vtrò citroque datæ significant. Qui autem in locū eius subrogatus est Ioannes Cappadox, populi consensu potiùs, quā voluntate Anastasij Imperatoris electus creditur, Orthodoxæ fidei cultor: cui tamen, quāmdiu idem Anastasius superuixit, nec licuit respirare: eo autem paucos post menses defuncto, quàm strenuè pro Catholica vnitate atque concordia laborārit, quæ suo loco dicentur, palam faciēt. Iam verò quæ sunt huius anni reliqua, absoluamus.

a Rom. 8

e Psal. 79

f Isa. 42. & Psal. 77

g Deut. 32.

i Niceph. in Chron.

LXII. HORMISDÆ CVRA TOTI ORBIS ECCLESIARVM. Hormisda Papa summus Antistes licèt immensis malis Orientalis Ecclesiæ adeò esset oppressus, vt totus penitùs ab ijsdē videri potuisset absorptus, nec vllus prorsus ipsi reliquus videretur esse locus ac tempus aduersariū adiuuandi: memor sese vniuerso Christiani Orbi præesse pastorem, dum sic obrutus sigit ad Orientē, haud tamen prætermittit aspicere Occidentem, atque etiam Boreales lustrare oculis regiones. Videmus enim hoc anno, decimo quinto Kal. Martias ipsum scriptis literis ad Alcimum Auitum Viennensem Episcopum, eidem suas delegasse vices ad recta dogmata & Ecclesiasticam disciplinā sartam rectam illibatamque in Gallia conseruandam: id ipsum etiam hoc eodem anno impendit Hispaniarum Ecclesijs, cui a legati vices suas Ioanni Episcopo Tarraconensi. Alteriorsis verò Hispaniæ prouincijs nempe Bæticæ & Lusitaniæ, Salustio Hispalensi Episcopo nomine suo agere cuncta præcepit, ad quem etiam literas dedit hoc ipso anno sub Consule Agapito; sub quo etiam datæ literæ k ad Ioannem Episcopum quarto Nonas Aprilis leguntur, Agapito V. C. Consule: sed iam pridem vt constat, vt loco V. C. scriptum fuerit IN. quasi significetur secundus Consulatus Agapiti; cùm tamen nonnisi semel eo munere functum esse, certum sit.

k Extant tom. 1. Conc. exc. edit. Hormisd.

LXIII. De vicaria autem potestate Ioanni concessa hæc ibi leguntur: *Quia per insinuationem dilectionis tuæ huius nobis est via patefacta prouidentia, remouere amus solicitudinem tuam, & seruatis priuilegijs Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis extensis delegamus, vt insectis istis, siue ea, quæ ad canones pertinent, siue ea, quæ à nobis sunt nuper mandata, seruentur; siue ea, quæ de Ecclesiastica causa tua relationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur, &c.* Ad Salustium verò Episcopum Hispalensem de prouinciarum Bæticæ & Lusitaniæ vicaria potestate concessa hæc habet l: *Suffragantibus igitur tibi*

l Extant, tom. 1. conc. in Hormisd.

tot meritis pia solicitudinis & laboris, certè iam delectat inungere, quæ ad nostri curam constat officij pertinere, vt prouincijs tanta longinquitate disiunctis & nostram posse exhibere personam, & Patrũ regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Bæticam, Lusitaniamq; prouincias, saluis primatijs, quæ Metropolitanis Episcopis iu decreuit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus. & inferiùs de vsu impertitæ potestatis, quomodò sint cuncta tractanda, verbis his admonet: *Quoties vniuersalis poscit religionis causa, ad Concilium te cuncti fratres euocante conueniant, & si quos specialis negotij pulsat contentio, iurgia inter eos obortæ compescæ, discussa sacris legibus determinando certamina. Quicquid autem illis pro fide & veteribus constitutis vel pronuda dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate firmabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestatione proueniat, &c.* His subijciuntur literæ de pace inita & vnitate conciliata cum Ecclesia Orientali, quæ tamen anno sequenti, eum id fieri contigit, scriptæ cognoscuntur.

LXIV. HORMISDÆ LITERÆ AD EPISCOPOS HISPANIARVM.

Porro sicut duos præfecit Hormisda hoc anno Vicarios Hispaniarum Ecclesijs, & ad eosdem singulas dedit literas; ita ad Hispaniarum Episcopos eodem tempore distinctas duas dedisse reperitur epistolas, magnâ sollicitudine cauens, ne quid in eos illaberetur Orientalis contagij. Monere enim eos omnes in primis voluit, vt cautè agerent in recipiendis Græcis clericis ex Oriente venientibus: etenim Ioannes Episcopus, quid agere deberet de his, consuluerat ipsum Hormisdam, qui recipiendi eos formam præscribit.

LXV. EXIGENDA FIDES ABIIS QVI ADMITTENDI ESSENT AD COMMVNIONEM.

Laudabilis quidem ptistinus ille vsus, vt cum sciretur in aliquibus prouincijs commixtos esse inter Catholicos complures hæreticos, si quis inde migraret in remotiores Christiani Orbis prouincias, nec reciperetur absque Orthodoxæ fidei professione, nec quidem generali, sed quæ instantes hæreses condemnaret. Sic igitur quantumlibet constaret hoc tempore in Oriente quamplurimos viuere Catholicos; quod tamen sciretur Eutychianos in ijsdem inualuisse regionibus, iure postulatum ab Hispaniarum Episcopis fidei Catholicæ tenacissimis, vt à Romano Pontifice forma libelli mitteretur, cui omnes Orientales in Hispanias accedentes subscribere deberent, qui vellent ad communionem admitti.

LXVI.

Sed & illud obseruatione dignum, si quem piorum Occidentalium Christianorum è contra his temporibus proficisci contingeret in Orientem, solitum pro viatico sibi sumere veræ fidei documenta, & præmunire eque se antidoto contra ictus serpentium, quos sæuret frequentes in illis regionibus reperiri. Hinc quidem hoc eodem tempore, cum sub Anastasio fides Catholica in Oriente periclitaretur, S. Fulgentio suppeditatura est argumentum scribendi de fide ad Petrum Hierosolymam profecturum, vt ipse libri exordio præferatur his verbis[a]: *Epistolam, mi Petre, tuæ charitatis accepi, in qua significasti, velle Hierosolymam pergere: & postulasti, te literis nostris instrui, quam debeas in illis patribus vera fidei regulam tenere, vt nullus tibi possit sensus hæreticæ subrepere falsitatis, &c.* Porrò malè creditum sancti Augustini librum esse, quem constat, testificatione antiquorum omnium, esse Fulgentij.

[a] Apud S. Aug. t. 8. in Append. cap. 3.

LXVII. SYNODVS CONCILIVM.

Sed ad Hispanos Tarraconenses prouinciæ Episcopos reuertamur, qui literis excitati Hormisdæ Pontificis hoc ipso anno, qui numeratur septimus Theodorici Italiæ Regis in Hispania regnantis, sub eodem Agapiti Consulatu Gerundæ Tarraconensis prouinciæ ciuitatis Concilium celebrârunt, cui præfuit idem Ioannes Tarraconensis Episcopus, ad quem scripsit Hormisda: Non alium hunc quidam ab illo fuisse Ioanne, qui anno superiori præfuit Tarraconensi Concilio, omnes æquè consentiunt, & ratio persuadet: siquidem omnes fermè, qui numerantur, Episcopi Concilij Gerundensis, ijdem anno superiori cum Ecclesiarum titulis, quarum erant Episcopi, subscripti habentur inter alios etiam Ioannes ponitur Tarraconensis Antistes primo loco notatus. Extant Concilij huius canones decem ad Ecclesiasticam disciplinam spectantes: quorum ille primo loco ponitur, vt in sacra celebratione Missarum mos ille seruetur, quem constaret ab Ecclesia Tarraconensi seruari. Sanciuntur idem duplicium Litaniarum obseruatio[b] nempè Rogationum communium alijs quoque Ecclesijs, & aliarum, quæ menses Nouembris triduo perdurarent, nempè à quinta feria vsque ad sabbati vesperam Missa claudendæ, Sunt & alia in eodem statuta Cõcilio, quæ tu consulas velim: nos verò ad alia transeamus.

[b] Concil. Gerundens. cap. 2.

Quartus hic numeratur annus Palestinæ cladis, quâ per quinquennium afflictata est post exilium viri sanctissimi Eliæ Hierosolymorum Episcopi: contigit enim primò prouinciam illâ inter alia mala propè quinquennium siccitate laborare, diuturniore quidem, quàm illa fuerat sub Elia Prophera[c], cùm annis tribus atque sex mensibus non pluit. At sicut per illam eiusdem Eliæ sanctitas magnoperè illustrata est diuinarum operatione virtutum, cum Ieselium Regem vicit, eiusque pseudoprophetas Deo rebelles dignè puniuit: ita & hâc diuturnioti siccitate tum intimioris Eliæ & sanctitas declarata, tum editione miraculorum S. Sabas effulsit, cùm non semel, sed iterum suis monachis plusquàm impetrauit. Ita planè Deus omnia ad suorum seruorum gloriam, & veritatis Catholicæ elucidationem: *conuertit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea*; & prohibuit cœlo, ne pluerer, vt regio illa absque humore ferrea redderetur, occluso desuper cœlo, redditoque planè æneo super eam, vbi Christus veræ assumptæ atque receptæ humanæ naturæ ediderat experimenta, vbi vigeret impietas negans veram permanentem Christi carnem diuinæ naturæ inconfusè & indiuisè, sed distinctè coniunctam.

[c] 3. Reg. 17. Luce 4.

Res verò præclaræ à S. Saba in Palæstina tunc gestæ exactè narrantur a Cyrillo in Vita eiusdem mirifici Sabæ, qui eas præsens vidit, posterisque quàm fidelissimè tradidit: quos hîc tibi eiusdem totidem verbis reddituri sumus: quibus adhiberis Dei prouidentiam in tanto totius Ecclesiæ Orientalis naufragio, cùm non oblitus sit misereri, sed reliquerit misericordiæ suæ quædam impressa vestigia, vbi in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, vt qui hactenùs errauerunt ab vtero, & locuti sunt falsa, reuocari, si vellent, possent ad viam, & in ea ponere gressus suos, fecurique per certam sacrorum dogmatum veritatem peruenire ad vitam æternam. Age igitur ipsum hæc narrantem Cyrillum audiamus, qui ait[d].

[d] Cyrill. in Vita S. Sabæ, apud Sur. tom. 3. Decemb.

Sed eò reuertendum est, vnde digressi sumus, & ijs, quæ dicta sunt, addenda sunt quæ sequuntur. Appetente iam fine anni quarti, quo aquæ penuria & siccitas & alia mala huc cognata Palæstinam inuaserant, accedunt ad Sabam monachi speluncæ, petentes, vt illinc recederent: neque enim se posse amplius manere, neque resistere inte inopiæ. Quocirca ille quidem partim adhortatus, vt sors & excelso animo ferrent, quæ ingruebant, partim autem eos parcrnè admonens persuasit, vt rursus permanerent in Laura: Ad vos enim (inquit) veniet Dei misericordia, & ros citò ab eo descendet. Tertio deinceps die finem acceperunt quæ promissa fuerant. Repente enim erumpens vehementis pluuia, eis implenit aquarum receptacula: & quod est maximè incredibile, illis solis delapsa est pluuia, qui cogitarunt à Laurâ recedere. In omnibus autem alijs, quæ circumcirca erant, monasterijs, ne minima quidem gutta descendit.

LXX.

Hinc factum est, vt monasteriorum, quæ erant circumcirca, præfecti ad eum conflurent, destentes & lamentantes, & dicentes: Quid peccauimus, Pater, quòd non ad nos quoque per tuas preces aqua ecidit, qui aquè laboramus siccitate, & valde desideramus benignitatem & refrigerationem? Ille autem paucis verbis eos liberauit à magna illa animi afflictione, sic dicens: Nunc quidem misit Deus benedictionem ad eos, qui egent maximè: sed neque vos diu desiciet; neque vos aqua deficiet, donec dederit pluuiam super terram. Iam verò instabat Dominica dedicationis, & cùm aquæ penuria diutius produceretur, omnis autem fons propemodum deficeret, & nec in se quidem parum seruaret aquæ vestigium, sed multi ideo miserè perirent: Ioannes Antistes Hierosolymitanus valde suspectam habens multitudinem (solet enim, cùm labor auerit inopia alicuius rei necessariæ, seditionem protinus agitare, & aliorum facultatibus parare insidias) omnes partes obibat, loca locis mutans, & puteos fodiens, humidiora loca proscindens, & fossas perscrutans, & à nullo abstinens, quod ei occurreret: sed hoc nihil proficiebat. Omni itaque spe abiecta, sedebat de cætero mœstus, & apud se destens communem vrbis calamitatem.

LXXI.

Cùm ergo ita esset affectus, & communem casum, suum

LXXII.

luctum

luctum esse diceret: quidam ex eius amicis, Summum nomine, volens esse particeps solicitudinis, & quo ad eius fieri posset, illum consolari ægritudinem: quoniam aliunde inuenire non poterat malis solutionem, accedit ad eum, narrans de pluuia, quæ ruperat, & de diuinis illis signis, quæ facta fuerant Sabæ precibus & consulit, vt eum ad se accersat, & vehementer roget, vt hanc ei alleuet calamitatem, & cessare faciat plagam, quæ tam grauiter infligitur. Ille autem persuasus, cum eum accersisset, & ad eius pedes procidisset, omnes adhibuit preces, vt sanctas manus ad Deum tolleret, quas ipse, si let respicere, & eius misericordiæ viscera in mentem reuocaret, & efficeret, vt qui est bonus, eos benignè aspiceret, & cùm reconciliaretur, & solueret calamitatem, siccitatis, quæ eos opprimebat.

LXXIII *Cùm is autem differret, & rem suas vires superare diceret, Episcopus non cessat obiecrare, & genua prensare, & nullum prætermittere modum supplicationis. Quid enim ad deprimendum & deijciendum animum est calamitate vehementius, & maximè ea, quæ tam multos tamdiu affligebat? Nesciens deinceps quid ageret miserimus Sabæ, se includit in domunculam, iubens illos quoque simul preces fundere. Deinde ille quidem intensa vacabat orationi, & pro eis fundebat preces. Tertius iam dies præterierat, & circa primam noctis vigiliam repentè conuerterunt nubes, & ex serenitate mutato aere in profundam caliginem, vehementi erumpens pluuia replet quidem aquâ fontes, torrentibus autem sua reddit fluenta, & vniuersam simul ciuitatem ad vno animo & vno ore gratias Deo agendas excitat.* Et hæc quidem sic hoc (vt diximus) anno quarto immissæ cælitùs siccitatis. Cæterum eundem auctorem superius narrâsse meminimus ipsam penuriam in sequentem vsque annum perdurasse, nempe ad annum quintum propagatam: nam non antè terra imbre infusa arari, & susceptum semen multiplicato fœnore reddere valuit: vt planè contigerit anno sequenti simul cum morte impij Anastasij omnia immissa mala consumi, & fugata vna cum fide Catholica cuncta bona, vnà cum sancta religione integrè restaurari. Ad res igitur anni sequentis, quo diutiùs conticescens diuina iustitia in impios clamans erupit, iam transeamus.

IESV CHRISTI
Annus 518.

HORMISDÆ PAP. Annus 5. ANASTAS. IMP. 28. THEODOR. REG. 26.

I. QVINGENTESIMVS duodeuigesimus Domini annus, Magni, atque Florentij Consulatu, magnus planè, ac florentissimus, memorabilisque illuxit Ecclesiæ: quo quæsita diu frustra, incassum vocata frequentiùs pax exul, tandem redijt postliminio, fugatâ penitùs pugnace discordiâ & peruicaci remoto schismate, atque hæresi partim eiecta, compressâ, cum Oriens simul cum Occidente in vnam eandemque fidem Catholicæ communionis glutino compaginatur, & qui erant longè, facti sunt propè in sanguine Christi: Ipse enim (secundum Apostolum[a]) pax nostra, fecit vtraque vnum medium parietem maceriæ soluens, inimicitias euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum. Quomodò autem tam grandia hoc anno Ecclesia à Deo consecuta sit dona, dicemus ordine temporis.

[a] Eph. 2.

II. Cùm (vt dictum est anno superiori) legatio à monachis Syriæ de prauis, nefandisque factis hæreticorum Romam perlata esset, ac tetram, horridamque tragœdiam Archimandritarum vigintiquinque confingitam litteris & lacrymis irrigaram legati auribus piorum ingessissent, magnum mærorem Orthodoxis omnibus incusserunt magis autem omnium Patri de totius populi salute solicito, Hormisdæ, inquam, qui & instar capitis membris exulceratis compatiens, vulneribus, quæ valuit, fomenta consolationis adhibuit, & salubris ligacula admonitionis admouit, scribens literas, quas posteà Quinta Synodus œcumenica venerata, suo optauit recitari conspectui. Reddemus nos eas, quas triplicis editionis nobis seruauit antiquitas, quarum duæ Latinæ conscriptæ extant, tertia itidem Latina, sed ex Græco translata: quæ licet sunt mendis nonnihil corrosæ, magis tamen integras sensibus atque sententijs, si non verbis verè germanas ex Græco Latinitati pristinæ redditas Synodalia Acta conseruant: ex quibus eas hîc describemus, vt quod desiderari videtur in alijs, ex alijs suppleatur. Est autem eiusmodi præfixa eisdem inscriptio.

III. *Hormisdæ Episcopo presbyteris, diaconibus, Archimandritis Secundæ Syriæ existentibus, & reliquis Orthodoxis in quocunque Orientali climate degentibus, & in Apostolicæ sedis communione permanentibus* ita titulus. Sed cur, inquies, cum solum acceperit (vt dictum est) à Syriæ secundæ monachis literas, non ad eos duntaxat reddat eas, sed omnibus Orientalibus Orthodoxis scribat? Quod scilicet etsi ab eis tantum de patratis ab hæreticis in Catholicos malis literas idem Pontifex accepisset; sciret tamen certis nuncijs & in reliquis Orientis prouincijs Orthodoxos his similia ab hæreticis esse perpessos. Vt igitur quos vna eademque persecutio afflixisset, eadem cõsolatio deliniret, non ad Syriæ tantum monachos, sed ad omnes Catholicos Orientales, eam dedit epistolam, quam publicam parentemque, vbique locorum esse voluit ad consolationem piorum, perditorum verò hæreticorum indelebilem ignominiam, ipsa autem epistola sic se habet ex actis Quintæ Synodi hîc accuratè descripta[b].

[b] Quinta Synod. Act. 1 & Hormisd. epist. 21.

IV. *Lectis literis vestræ dilectionis, per quas inimicorum Dei insipientia demonstrata est, & infidelium furia tristiùs manifesta facta fuit; qui quoniam spiritu malo viuentes, oderunt Dominum, membra illius impiè persequuntur quantum à nostra cessitudine cognoscere: Benè vixi Dominum, qui fidem militum suorum in medio hostium seruauit. Sed rursus Ecclesiarum commotionem, & seruorum Dei molestias & labores considerans, gemens, secundum Prophetam clamans*[c]: *Surge Domine indica causam tuam: memor esto opprobriorum tuorum, eorum, qua ab insipiente sunt tota die: & cætera quæ sequuntur: & Ne obliuiscaris voces quærentium te: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper ad te. Etenim sicut oportet nos firmitatem fidei seruare, ita non conuenit de iustitia diuini iudicij diffidere.* Has ad Dominum preces pro Ecclesia fundebat summus Antistes vniuersalis Ecclesiæ: & quidem obtinere meruit quod petijt: vtiustè dicere cum eodem Propheta[d] debuerit: *Exaudiuit me in latitudine Dominus.* Sed pergit ipse.

[c] Psal. 73
[d] Psa. 117

V. *Non est hic, fratres, labor Ecclesiæ nouus: tamen dum in ipso humiliatur, erigitur, & per illa, quibus atteritur, damna* [*] *vitantur. Ex vsu est Fidelibus Dei, vt per mortem corporum vitam lucrentur animarum. Amittuntur quidem fluentia, sed acquiruntur æterna: & dum persecutio viam facit probationi, probatio causa facit meriti. Stulti & in cacitate furoris ignorant, quòd quos à conuersatione hominum separare se posse putant, eos ad regnum Dei ducunt. Hinc in ipsis periculis gaudia, & ambitus est passionum. Spectat enim agones suorum, qui magnorum retributor est munerum. Nam qui non frangeretur malo, nisi eum ex aduersis premia consolarentur? Spes illa est, qui non finit in desperationem deficere: siquidem excludit amaritudinem passionum dulcis sapore virtutum. Quis enim magna faciat præsentia, scienes æstimare ventura? Quæ dispendia vitarenuat, si quæ sunt recipienda, consideret?*

[*] ditatur

VI. *Assistite, carissimi mihi, & inconcussam fidem animi virtute seruantes, perseuerantia laudem, in qua est salus & bonorum omnium palma, præsumite. Magna quidem sunt, ad quæ vocamur indigni. Non retardet infirmitas: quoniam qui vocat, retributor fidelis & fortis adiutor est? Non decipiamur spe desiderium, neque voluptatum, neque facilia proponamus. Non deliciosa est nobis Dominus noster, non blanda pollicetur: præmia promisit ille, non otia. Non conueniunt laus & pigritia. Qui locus erit remunerationi, si nulla est causa virtutis? Angusta*[e] *porta, sed regna diffusa, pauci aditus, sed probati. Non hæc sunt ad eos prima verba, quos docuit: Persequentur & in synagogis suis flagellabunt vos? Per patientiam (scriptum est) possideamus animas nostras: & ne quando doleamus ipsis per impatientiam amissis; primus Dominus noster & patientiæ ipsius magister crucem ascendit, suos informaturus exemplo, quos erat adiuturus auxilio.*

[e] Matt. 7. [f] Matt. 10

VII. *Ipse inter virtutes & labores tenet lanceam stans contra venena furentum, & secundum persecutionis iras ille æterni Imperij dat coronas. Reuoluite qualia Machabæorum exitus, quæ luctatio tolerantibus, quæ vetus historia laudes eos prosecuta est, quali Iudas &*

[g] 2. Machab. 7.

illa

illa fratrum caterua mortis honore prædicatur, & quanto honore sit populus in monte *consumptus, & hæc pro custodia legis & virtutis, quæ species & vmbra futurorum sunt: Nos in Patribus vidimus, palpauimus, & probauimus quæ sequamur. Quid non referendum est rei? Quid negandum est veritati? Quid non debitum Redemptori? Libenter communicauimus dogmata ista vobiscum. Dicit enim sapientissimus Salomon: Beatus qui prædicat verbum in aurem obedientis. Gaudium siquidem est, volentes alloqui, eos, qui non reluctantur, hortari.

VIII. Tenemus enim obsidem fidei vestræ sub litterarum professione cõstantiam, quã à transgressorum contagione diuisi, ad Apostolicæ sedis dogmata & mandata recurritis, etsi quidem *tardi viam veritatis ingressi: Sed benedictus Deus, qui non in finem obliuiscitur, qui corripit, vt sanet, nec diutiùs patitur oues gregis sui insidiatorum luporum rapacitate deperi: qui etiam per moderatam seueritatem non negligit suorum tutelam, neque salutem. Sed quid mirum, si oues relicto illo vno & vero pastore dispersas callidus ille cruentus & rapax turbauit insidijs? Qui tutelam suam deserunt, ipsi se periculis, quibus laniantur, exponunt. Ergo nunc saltem solidis passibus in viam Patrum, ad quam recurristis, insistite. Potens erit misericordia Dei, aliorum quoque correctionem meritis vestris, si à vobis ad rectum deducantur, adscribere. Sed in totum vos à cœno, quo immersi hæretici tenentur, auellite, & excutiens immunditiam pulueris inhærentis, generaliter vniuersos ab Apostolicis documentis declinantes religiosa detestatione damnate. Nulla tenebris cum luce cõmercia: nec qui per recta itinera gradiuntur, vestigia sua cum deuiantium errore coniungunt.

IX. Tenendum est fidei vinculum, & vitandum de perfidia societate contagium: quia secundum Apostolum [a]: Quemadmodum qui se coniungit Domino, vnus spiritus sit cum eo: ita qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Amant virtutes collegia sua, & adhærentes sibi secum impietas in profunda demergit. In conspectu, in oculis, in ore, in ipsis manibus sint Patrum dogmata, quæ custodienda mandamus: quotidie nos ad conseruationem sui Consilia venerandæ constringant. Longum est singillatim vniuersa retexere. Chalcedonensem Synodum, in qua omnium religio continetur, sed & venerandi Leonis Papæ prælata de ipsis Apostolorum præceptis instituta & nosciere vos conuenit & tueri. In his vexillum fidei, in his propugnaculum veritatis, in quo Christus cognoscitur, in his redemptionis nostræ spes & causa seruatur. Hoc est illud, quod ab Apostolo positum legimus fundamentum, in quo se ipsum decipit, qui lignum & fœnum & stipulas consumendæ ignibus superædificare tentauerit. His inter secta sunt Eutychis & Nestorij venena consilijs *: qui aduersus Dominicæ incarnationis salubre mysterium, dum contraria inter se disputatione nituntur, sub quadam sacrilegij æqualitate consentiunt, sententijs dissidere, & impietate concordes. Quorum alter nolens beatissimam Mariam esse Deigenitricem, in Domino nostro quæ sunt vnita discidit: alter dum conuenientium naturarum propria & certa confundit, mysterium nostræ redemptionis extinguit: alter Plotini sectam, alter Manetis insaniam impia cognatione contingens.

X. Aduersus hos, dilectissimi fratres, prouisa remedia illa animi virtute defendite, quã in ipsorum euersione videtis hæreticos impietate pugnare. Non sit pium, a veritate assertio. Quo studio oportet salutem diligi, cum videatis perditionem mortiferam sic amari? Pudeat segniter asseri veritatis leges, cùm tam pertinaciter defendant errores. Et auctores quidem malorum inuentionum, quæ prædiximus, Synodica constituta iustis condemnationibus innexuit: Sed vos etiam sequaces eorũ vt declinetis pariter admonemus, quos Apostolica sedes deprehendit pares auctoribus suis, & coniunxit addictis Dioscori & Timotheum parricidam, Petrum Alexandrinum, Acacium Constantinopolitanum cum sequacibus suis, & Antiochenum quoque Petrum prædicto similem sicut errore, sic nomine; sed & Seuerum eiusdem loci nihilominùs & veneni, Xenaiam item Hierapolitem, Orum Helladensem, Petrum Apamea, non iam pro sua tantùm, sed pro aliorum quoque damnatione damnandos: qui cùm se opinionum suarum sordibus indesinenter inuoluunt, alios quoque docendo quæ malè assecuti sunt, polluerunt.

XI. Generalis mandati salutaritate vos moneo: quicquid aduersus regulas Patrum de quibuslibet cõmentarijs profertur, abijcite: Nullus vos congruentibus præceptis, aut nouis moueat institutis. Sic enim qui mundani sunt, Ecclesias tenere non possunt; quia eis magis conuenit discere, quàm docere: Nefas est enim alienis pijs peregrina inferre libamina, quia certos religiosis disciplinis terminos Deus noster inter ipsa quoque cultus sui præscripsit initia, inter Leuitas, & populum suum diuisit officia. Alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum. Incitauit potiùs Dominum, quàm placauit, qui externum ignem diuinis adytis sacrorum temerator inuexit. Quis est qui sibi in alienis institutis iubendi auctoritatem posit assumere, cùm non sit ambigunum offerentis honorem debitum præsolla officij præsumptione punitum? In Regia Oziæ [b] cum reverentia & administratione permansisset, si monitus tanta districtionis exemplo ac religionis institutis, finendo potiùs quàm assumendo meliora tentasset: sed dum nec prohibentibus cultoribus templi pertinax temerator abstitit, inter ipsa lepræ abominatione percussus altaria, & officia regni perdidit, dum ministeria sacerdotij inuadit.

XII. Sciat ergo non esse accepta Deo quæ de mandatis eius à præsumptoribus assumuntur, quando vnum ad ostensionem diuinæ sententiæ *punitum viuacis dedecoris pœna seruauit, & alios velox flamma consumpsit. Idcirco si aliqua sunt colore religionis suscepta, vim habere non possunt tot auctoribus obuiantia. Clamat Paulus Apostolus [c]: Et si nos, vel Angelus de cœlo euangelizauerit vobis præter quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Nec hoc semel dixisse sufficit; reperit salubre mandatum: Sicut prædixi vobis, nunc etiam dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepimus, anathema sit. Seruet ergo latam pro fidei conseruatione sententiam, quicumq; Apostolicam sequitur disciplinam. Equidem nobis cura non defuit: Nam gemina legationis officio, quicquid in precibus humile, quicquid in allegatione rationabile, quicquid in mandatis salubre, detulimus. Sed numquid ideo negligenda est iustitia vita, quia errores suos diligit cum obstinatione perfidia Anastasius Imperator? Non sinimus iudicij cum cadentium lapsu: sine nostra contagione pereant, qui nec ab impietatibus suis errore castigato desinant. Data quinto Idus Februarij, post Consulatum Agapiti. hæc Hormisda Papa scribens ad Syros monachos & omnes, qui erãt in Oriente Orthodoxi, Ioanni & Sergio legatis perferenda in Orientem, publicandaque omnibus dedit.

XIII. PERSECVTIO IN AVLICOS ORTHODOXOS. Quæ verò hæc secuta sint, nihil prætereà notum, nisi quod dictum est de his, quæ ad monachos spectant, persecutionem acerbiùs recruduisse: nihil enim, dum Anastasius vixit, de persecutione remissum esse, sed magis magisque crudelioribus facinoribus auctam esse, certum est: vsque adeò, vt ipsam adeò regiam aulam petuaserit: prætextu enim nouæ alicuius machinationis in Principem Anastasius Imperator in eos, quos sciret esse Catholicæ fidei, viros clarissimos gladium persecutionis exeruit, quorum capita obtruncari iussit: cumque iam in Iustinum & Iustinianum viros clarissimos, domi forisque egregiã morum probitatẽ conspicuos esset crudeliter gladium vibraturus; ne id perficeret, diuinitùs immisso terrore cohibitus est. Quomodò autem id acciderit, audi Græcos historicos Zonaram atque Cedrenum rem gestam fideliter enarrantes. Zonaras [d] enim sic ait: *Anastasius verò paulò ante obitum, nunciatis sibi insidijs, multos comprehenderat, atque inter alios Iustinum & Iustinianum, qui pòst rerum potiti sunt, atque in animo habebat eos occidere: sed deterritus est somno, cùm ei vir terribilis adstitisse visus esset, ac dicere. Iustino ac Iustiniano nequid mali feceris: nam vter què suo tempore Deo seruiet.* hæc Zonaras, eademque Cedrenus, addens reliquos ea de causa captos, ab eodem Imperatore esse iussos interfici, Iustino & Iustiniano, gladio super eorum ceruices imminente, præter spem omnem ereptis. Sicque *non reliquit Dominus* (secundum illud Dauidicum [e]) *virgam peccatorum super sortem iustorum.*

XIV. Verùm paulò ante eiusdem Anastasij obitum, commotum in eum fuisse populum, Euagrius [f] ex Zacharia rhetore Eutychiano narrat his verbis: *Sic creuit flammæ seditionis vastantis omnia & omnes vires perfringentis, vt Imperator necessitate ad commiserationem compulsus, corona deposita, ad Circum veniret, quitteretq; præcones ad populum proclamaturos, ipsum se ad Imperium abdicandum paratissimum, ac fieri non posse, vt omnes in eo dignitatis gradu locarentur, cùm minimè multos ad se admittat, sed vnum omnino, qui quidem post se esset Imperium gubernaturus. Quæ cùm populus vidisset, subitò velut nutu quodam diuino captus* (ita loquitur Eutychianus) *mutauit sententiam: rogat Anastasium, vt coronam sibi imponat: polliceturq; se ea lege acquieturum. Anastasius autem post hæc ad breuissimum temporis spatium vitam protrahens, cùm vigintiseptem annos, menses tres, & dies totidem Romanum tenuisset Imperium, ex hac luce migrauit.* hæc

Eua-

[a] 2. Cor. 6

[b] 2. Paralip. 26.

[c] Gal. 1.

[d] Zona. Annal. par 3. IVSTINVS ET IVSTINIANVS DIVINITVS LIBERATI.

[e] Psal. 106.

[f] Euag. lib. 1. c. vlt. DARDANIA TERRÆMOTV DIRE EXAGITATA

* morte

* quidam

* Concilijs:

ADVERSVS ANASTASIVM IMP. SACRA TRACTANTEM.

* scientia

Euangelius ex Eutychiano (vt sæpè dictum est) historico, de ignominioso eiusdem Imperatoris interitu nec verbum quidem faciente. At quæ proximè præcesserint Anastasij vltimum horrendumque casum, iam dicamus.

XV. Cùm igitur adeò inctebrescerẽt illata ab hæreticis in Ecclesiam damna, terra ipsa peccatorum pondere aggrauata naturæ cœpit, mobilisque facta diuinæ iræ ingentia signa prodidit; quæ à Marcellino in Chronico describuntur: *In prouincia Dardania assiduò terræmotu vi & triquatuor castella vno momẽto collapsa sunt: quorum duo suis cum habitatoribus demersa; quatuor, dimidia ædificiorum suorum hominumq; amissa parte; vndecim tertia domorum, totidemq; populi clade detecta; septem, quarta tectorum suorum, eademq; plebis parte depressa, vicinarum metu ruinarum desperta sunt. Scupos namq; metropolis, licèt sine ciuium suorum olim hostes fugientium clade, fundituis tamen ruit. Plurimi totius prouinciæ mœres hoc terræmotu scissi sunt, saxaq; suis euulsa compagibus, deuoluturamq; arborum crepido per tria stadia passuum longitudinem patens & in duodecim pedum latitudinẽ debiscens, profundè patefecit voraginem vicinibus castellorum sauorũq; ruinas vel adhuc hostium incursiones fugientibus iussa* [a] *parauit. Vno in castellio regionis Canisiæ, quod Sarnonto dicitur, rupti tunc terræ venis, & ad instar torridæ fornacis exæstuãs diutiùs, altrinsecùs feruentem imbrem euomuit.* hæc (vt ait) ante obitum Anastasij. Talia planè pati in primis Dardani meruerunt, qui toties à Gelasio Papa & Hormisda moniti, in communione tamen Apostolicæ sedis contineri minimè valuerunt: Fit diuino iudicio instabilibus terra mobilis, meritoq; deorsum dehiscitur ijs, qui super firmam tutamq; petram cõsistere nescierunt. Qui enim posthabuẽre Dei timorem formidini Regis, coacti sunt inuiti tremore concuti atq; horrore percelli, in exemplum iusti iudicij magni Dei, ijs, qui impiè acturi sunt, positi. Sed quomodo ita correcti post obitum Anastasij Imperatoris obuijs manibus ijdem Catholicam communionem receperunt, suo loco dicturi sumus.

[a] locus corruptus

[a] 2. Pet. 2.

XVI. DE SOMNIO ANASTASII. Præcessit insuper obitũ Anastasij, q eũ vehemẽter afflixit, insomniũ, q Zonaras mox subijcit enarratæ pridè historiæ, cũ ait: *Illi igitur, Iustino & Iustiniano, crimine lesa maiestatis absolutis, demùm aliud vidisse somnium memoratur: Virũ terribilẽ, qui librũ manu gestãs diceret: Ecce ob peruersitatẽ fidei tuæ annos quatuordecim vitæ tuæ deleo.* hæc Zonaras. Sed & q secũdũ sermonẽ propheticũ [b]: *Nox nocti indicat scientiam.* audi, quid Cedrenus his addat: *Sõno solutus Anastasius, insomniũ id Amatio Præposito ad se euocato exposuit. Atq; is: Ego etiã inquit, imaginatus sum adstare me maiestati tuæ; venissẽq; magnũ porcũ, qui te, veste accepta, in terrã prostrauerit, atq; deuorauerit. Deinde Proclus cõsector aduenit, pronunciauitq; vtrũq; paulò pòst vita defunctũrũ.* hæc eadẽ ex Theophane in Miscella, & alij Græcorũ recẽtiores. Tunc planè sicuti Balthasar ad visionem scribentiũ digitorũ facies commutata est, & cogitationes eius cõturbauerũt eum, & cõpages renum eius præ metu soluebãtur, & genua eius ad se inuicem collidebantur; ita Anastasius ad eiusmodi visum expauit, expalluit, horruit, & obriguit.

[b] Psal. 18.

[c] Dent. 5.

XVII. PROCLVS PHILOSOPHVS ANASTASIO IMP. AMICVS. Sed q ad Proclum hunc coniectorem spectat, de eodẽ hæc superiùs Zonaras: *Is enim tũ & in philosophia & in mechanicis florebat, neq; Archimedu dũtaxat celeberrimi architecti cognorat omnia. sed & ipse noua quædã adinuenerat: ab eo facta est machina, qua classis Vitaliani debellata est. Nã speculo ex ære fabricasse vsturia Proclus fertur, eaq; de muro è regione hostilis nauium sustendisse, in quæ cũ radij solares impegissent; ignẽ inde instar fulminis erumpentẽ, classiarios ipsasq; naues hostium combussisse, quod Archimedẽ excogitasse Romanis Syracusas obsidentibus, Dion refert.* hæc Zonaras de Proclo: de quo ista Suidas: *Proclus Lycius discipulus Syriani, auditor etiã Plutarchi philosophi, Nestorij sulij, Platonicus & ipse philosophus, philosophicæ schole Athenis præfuit: discipulus & successor eius dicitur Marinus Neapolitanus. Anastasium enim studiũ Athenarum reuocare Academias.* & infrà: cùm eius scripta recẽset: *Scripsit* (inquit) *argumẽta cõtra Christianos decẽ & octo. Hic est ille Proclus, qui alter à Porphyrio impiũ & cõtumeliosam cõtra Christianos linguã exacuit: Sed Ioannes philosophus præclarissimè eius propositiones refutauit: eumq; in Græcis etiã, quibus efferebatur, rudem atq; indoctũ ostẽdit,* &c. hæc Suidas: vt ex his intelligas, qualis esset Anastasius Imperator, qui inter intimos ac necessarios haberet Christianæ religionis hostẽ infensissimum. Sed ne nomine decipiaris, subdit idem auctor: *Vixit hoc ità tempore Proclus longè ab isto diuersus, Iustini Imperatoris Quæstor, & abstinentissimus, veterum decretorum tenacissimus.*

Portò Procli illius philosophi celeberrimi & excellẽtissimi mathematici creditur illud insanum fuisse opus, q sibi ad mortem euitandã Anastasius fabricauit: de quo Zonaras: *Et quia fatale sibi esse ex oraculo didicerat, vt fulmine interiret, Tholotũ ædificiũ construxit, in eoq; degit, sed frustra.* Siquidẽm incassum humana labor at industria diuinum iudiciũ fallere; nam in impios scriptum est [d]: *Ibũt directè emissiones fulgurum.* & tanquã à bene armato arcu nubiũ exarminabuntur, & ad certũ locum insilient. sicut & prædictũ [e]: *Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.* Etenim impius Anastasius exaltatus [f] & elatus tanquam cedrus Libani fulmine tactus exuritur, nec inuentus est amplius locus eius. *Deæolonamq; (*verè dicere licet*) dimicatum est contra eum.*

[d] Sap. 5.

[e] Psal. 28.

[f] Psal. 36. & Ind. 5.

XVIII. Sed quomodo istud audi eũdẽ auctore: *Cum aliquãdo tonitrua horrendũ in modũ resonarent, & fulgura multa eliderentur, at q, ipse perterritus è cœnaculo in cœnaculũ descẽderet, & alios atq; alios thalamos subiret, modã regio cubiculo mortuus inuẽtus est.* Cedrenus aũt hæc addit: *Anastasius cum oraculo edoctus esset, ignẽ sibi pereundũ fore, cæternã in Palatio, quæ fricida dicitur, multis meatibus apertã, quorũ cæq; cadus appositus esset, conatus hoc pacto oraculum irritum reddere. Verũ id abs re fuit. Fulmine enim diuinitùs est ictus.* Ecce iste (sic dicã cũ diuinitùs inspirato Prophetã [h]) *ecce, inquam, qui conturbauit terram, qui concussit regna. qui posuit Orbem desertum, vrbes eius destruxit, vinctis eius non peruit carcerem.* idem qui Orientem penitùs prope exturbãs fide Catholica, quiq; viros sanctissimos exilio relegauit & gladijs armauit hæreticos in Orthodoxos, sub cuius Imperio vires accepit peccatum, factus ipse (vt ait diuinum oraculũ [i]) sicut qui contradicit sacerdoti, obnitens cõtra Romanum Pontificẽ, ad quẽ proteruè nimis scripsit: *Non patiar mihi iuberi.* De quo illud propheticũ occinẽdũ [k]: *Detracta est ad inferos superbia tua, cõtritus est cadauer tuũ.* id infelix expertus, simul ac Romani Pontificis penitùs aduersarius est volutari, & cõtempsit auctoritatẽ. Hic finis dominis pugnantis contra Deum Anastasij Imperatoris & oppressoris Orthodoxorum Romanorũ Antistitũ Felicis, Gelasij, Anastasij, Symmachi, & Hormisdæ ipsum paternè sæpè monentium. At eosdẽ ipsos, quos cõtẽpsit monitores & correctores, post mortem apud Deum accusatores & vltores expertus est.

[h] Isa. 14.

[i] Ose. 4.

[k] Isa. 14.

Mortuus est igitur, cùm regnãsset (vt auctor est Marcellinus) in Chronico: annos viginti septem, mẽses tres, & dies viginti nouem, vel (vt alij asserunt) post annos viginti septem, menses tres, & dies tres. Fuit dies percussionis eius nona Iulij: sepultusq; est iuxta Ariadnæ coniugis corpus ad templum Apostolorum. Cuius hîc tibi vnicum, q potuimus reperire, numisma formis reddendũ putauimus [m].

XX. TEMPVS IMPERII ANASTASII. [l] Euagr. li. 3 cap. vlt. [m] Num. aur. apud D. Lalerqu. Pas. Valen.



Sed deformior quã ars expressit, fuisse cõstat, & planè dissimilẽ ab ea forma, q à Cedreno ita describitur: *Fuit procerissimo corpore, oculis truculẽtis, & mediocriter cæsis, calualter ac can⁹.*

XXI. Quitigitur vixit perdu ellis Catholicæ veritatis mortuus factus est ostentui vniuerso Orbi, de eo pijs illud Psalmographi occinentibus [n]: *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speciuit in multitudine diuitiarũ suarum, & preualuit in vanitate sua.* alijs illud Deborææ repetentibus [o]: *Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, sic rutilent.* huiusce modi planè sepelitur impius meruit funeralibus canticis.

[n] Psal. 51.

[o] Ind. 5.

XXII. Sed quid post hæc? Quemadmodum (vt ait Apostolus [p]) *statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.* ita in hoc voluit Deus fieri manifestũ, vt secundum illud eiusdẽ Apostoli [q]: *Quorumdã peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium, quosdam autẽ & subsequuntur.* adueritus eum corã Deo accusatores assisterẽt, qui impietatis redarguerent impiũ,

[p] Heb. 9.

[q] 1. Tim. 5

VINDICIAE ANASTASII IMPERATORIS.

DIVINITVS INDICTVM.

a *Sap. 5.*

b *Apud Sur. tom. 6 die 21 Decembr.*

XXIII. ELIAS EPISCOPVS HIEROSOLYMITANVS VISITATVR A SABA.

juxta illud propheticum [a]: *Tunc stabunt iusti magnâ constantiâ aduersus eos, qui se anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.* & quæ sequuntur. At quomodo id palam fieri datū sit, audi rem miram attestatione fidelissimâ confirmatâ, sui temporis res gestas accuratè describentis Cyrilli, de quo sæpè superiùs contigit fieri mentionem: ipse enim dum sancti Sabæ Acta prosequitur, de eius perfectione ad inuisendum sanctum Eliam Hierosolymorum Episcopum cōfessorem, fidei causâ exulem, eiusmodi texit historiam [b]:

Hinc magnus ille Saba's superna motus prouidentia, venit ad visitandum Eliam Patriarcham annos iam natus octoginta. Erat autē (vt iam diximus) Elias in exilio. Secum verò duxit Stephanū & Euthalium, qui ipsi quoq; præerant aliquibus monachis. Cùm ergò vna cum eis Sabam vidisset Patriarcha, qui erat in exilio, & gaudio fuit repletus, & omnium præsentium malorum quodammodò est oblitus. Eiusmodi res est anima, quæ luctatur cum calamitatibus, & condēnata est alienam domum habitare pro sua: si soluq; modò notos aspexerit oculis, hoc minuit molestias, & affert magnum solatium calamitatis. Cùm illos ergo adeò libenter vidisset Patriarcha, tum multos dies apud se ipsos retinuit; neq; eos volebat omninò dimittere: sed quotidiè circa horam nonam iam è domo procedens (toto enim illo tempore in grato permanebat silentio) sermone & alimento eos impertiebat, amicè & sincerè cum eis vitam agens.

XXIV. VISIO ELIÆ ET SABÆ DE ORTV ANASTASII IMPERATORIS.

Cùm vno itaq; die illi venissent, vt consueuerant (erat autem erat nonus Iulij) cunctabatur egredi Patriarcha. At illi quidem expectabant, cibum minimè tangentes. Patriarcha verò mediâ nocte egressus, lacrymosos habens oculos: Vos (inquit) cibum sumite: non est enim mihi otium. Illis autem diligenter scisciantibus, quidnam ei accidisset, quod tam tardè esset egressus, & cur tristis esset, & essent oculi eius effusi lacrymis? Ille acerbè eiulans: ô beate Pater, inquit ad Sabam intuens: Heu (inquit) hâc horâ mortuus est Imperator Anastasius; & oportet me quoq; omninò decimo die post eum excedere, vt causam nostram agamus ante horrendum tribunal. sicque eâ defunctus est die, perductusque ad iudicium Anastasij accusator. Subdiuerò Cyrillus: *Hoc ipsum quoq; apertum fuit B. Sabæ: & in illa nocte, quâ visione dignatus est Patriarcha, dicitur ipsum quoque vidisse fulmina, quæ desuper immittebantur in Imperatorem, & eum veluti persequebantur, vt interimerent; eum autem vigilantem in regia penetralia, turpiter effudisse animam. Sed mors quidem Imperatoris, vt quæ apparuerant visiones significabant, statim audita fuit. Deinde quoq; è vita excessit Elias Patriarcha, sicut ab ipso prædictum fuerat.* hactenùs de his Cyrillus.

XXV. FLAVIANI DIVINITVS ADMONITVS DE OBITV ANASTASII.

Sic planè magno Diuiti Patris cōsilio tanta res tot cōtestibus meruit toto orbi in exemplum apostatarum perspicua reddi, fymiterq; testata: etenim non Elias tātum cōfessor, & admirandus Sabas, sed & in ore duorum vel trium stat omne verbum, S. Flauianus etiam Antiochenus Episcopus & ipse exul à sede pulsus ab eodem Anastasio Imperatore (vt superiùs dictum est) iussus est assistere terribili Dei iudicio ad versus eumdem impium Anastasium vna simul cum eodem Elia Hierosolymorū Antistite: hæc enim apud Sophronium de eo sequuntur [c]: *Dicebat Abbas Polychronius de S. Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quod sicut cum esset monachus, vinū nō bibebat, ita nec Patriarcha quidē factus bibit. sed eandē seruauit regulā. Dicebāt de eodē Archiepiscopo Elia & de Flauiano Antiochiæ Archiepiscopo, quod ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter S. Chalcedonensem Synodum, Elias quidem in Haila, Flauianus verò apud Petram. Hic verò quadam significauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuò dicentes: Anastasius hodie mortuus est: Eamus igitur & nos, vt cum illo iudicemur. Et post duos dies ambo migrauerunt ad Dominum*, duos nimirūm dies à scriptis litteris, non autē ab obitu Anastasij numerādos.

c *Sophron. Prat. Spir. c. 32.*

Portò quos vna fides Catholica commendauit, eiusque confessio perseuerans gloriosos confessores effecit, & par exilij pœna fine sanguine martyres reddidit, eosdem loco triūphi Romana Ecclesia anniuersariâ memoriâ celebrat, nō tamen die, quâ obierūt, sed tum fortūsse, cùm eorundem sacrarum reliquiarum translatio facta est, vel in ipsorum honorem contigit Ecclesiam dedicari, quarto Nonas Iulij, quo die in Romano Martyrologio eorundē memoria legitur cōsecrata, vbi notis appositis, quæ aduersus sanctissimos viros fuerint ab hæreticis calumniosè cōficta, refellimus. Sic igitur in eodem iudicio, in quo diuinâ sententiâ infelix est percussus hæreticus, coronati sunt athletæ fortissimi, erigentes de perfidia cū perfido Rege debellato dignas trophæas: quorum nomina è sacris tabulis anteà ab hæreticis abrasa, fuerunt (vt suo loco dicemus) postea magnâ gloriâ restituta.

ANASTASII NOMEN DAMNATVM

Contra verò Anastasij Imperatoris: sicut & Zenonis nomen è & cris Diptychis fuit, post paucos menses (vt sequēt. tomo patebit) abrasum est, secūdum illud propheticum [d]: *Delcantur de libro viuētium, & cum iustis non scribātur.* & illud [e]: *Pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius: non vidit Solē, neq; cognouit distātiā boni & mali.* Ita planè nec nomine tenus, vel post mortē ab Ecclesia Catholica Christi sponsa cognoscitur, qui impias sectatus hæreses, aduersariorum spirituum sē parti coniunxit. Nulla [f] enim est communicatio lucis ad tenebras, aut conuentio Christi ad Belial, aut pars infidelis cum fideli, vel cōsensus idoli cum templo Dei. Hinc iure & illæ populi Orthodoxi crebræ acclamationes fuēre de eōdem impio in loco sancto sepulto: *Tollantur ossa Manichæorum.* Erant hæc incerta indicia diuini iudicij: etenim sanctissimi martyris Cypriani sententia est: *Non peruenit ad Christi præmia qui reliquit Ecclesiam Christi: alienus est, profanus est, hostis est. Habere non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam nō habet matrem.* Vbique miser, qui ab Ecclesia Deoque repellitur. Quem verò Ecclesia respuit & Deus reijcit hæreticum Principem, Princeps [h] ille sibi vendicat tenebrarum, qui in Christo non habet quicquam.

d *Psal. 68.*
e *Eccles. 6.*
f *1. Cor. 6.*
g *Cyprian. de Vnit. Eccles.*
h *Ioan. 12.*

 En quàm terribilis [i] Deus in consilijs super filios hominum; qui aufert [k] spiritum Principū, terribilis apud Reges terræ. De prosperis ergo nemo Rex peccans sibi blandiatur euentis, vel gaudeat de propagato ad plures annos fine vindicta dominio; neq; lætetur de aduersantium conatib[s] irritis redditis, aut de cōsilijs suis subdolis optatum finem ex sententia consecutis exultet. Doceat oēs exemplum Anastasij amplius notis exsculptum: in memoriam quisque reuocet sententiam illam cum Gentilium philosophorum, tum etiam Christianorum Theologorum ore vulgatam, & ab omnibus conclamatam, ac plausu acceptā, nimirūm: Maximam iram Dei esse, delinquentem Dei iram non mereri; summamq; esse vindictā, hic peccātē carere supplicio: cùm certò sciamus, secundum diuinum oraculum [l]: *Quoniā vera est iudicium requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.* Nam & eiusdem sententia est [m]: *Ecce spes impij frustrabitur eum, & videbit ibus cunctis, præcipitabitur.* vt in Anastasio cumulatè videmus impletum. Quæ aūt post obitum ipsius secuta sunt læta, sequenti septimo tomo dicturi sumus.

i *Psal. 65.*
k *Psal. 75.*
l *Psal. 30.*
m *Iob. 4.*

Hic igitur cum fine impij Principis finem pariter sextus tomus accipiat: eoq; iam vnà cum impietate sepulto, iudicato, damnato, ad inferosque demerso; instar filiorum Israël canentium Deo laudes ob mersum Pharaonem atque exercitum eius in mare; nos veluti transmisso pelago, tuti in aduerso littore consistentes, Christo victori cum sancta Ecclesia triumphum agentes hymnum victoriæ concinnamus; dicentes simul [n]: *Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.*

n *Apoc. 7.*

PERORATIO CVM GRATIARVM ACTIONE.

NAVIGATIO in portu: Vela contrahimus, rudētemq; alligamus solidæ petræ, tursus opportuno tēpore soluturi. Iam modò (quod reliquum est) Dei templum semper patens, ipsam DEIPARAM, Deo per eā acturi gratias, supplices adeamus, persoluamusque de superatis aduersis fluctibus vota: & vt nautæ solent remos, nos stylum eidē offeramus, locupletem benedictionem illam ab ipsa consecuturum, quā instar Aaronicæ [o] virgæ deuorantis magorum virgas, omnes aduersantium conatus expugnet; arq; sicut illa floreat [p], cæteris arescentibus virgis, quas iurgātes intulēre rebelles: demumq; vt illa in tabernaculo testimonij, in testimonium veritatis in Dei Ecclesia perpetuò conseruetur. Amplissimas has abs te, Virgo, virgæ impertitas benedictiones magnā fiduciā accendentes, expetimus: Nam tu hæc ipsa præstans, non alia quidem, quàm tua dona coronas.

o *Exod. 7.*
p *Num. 17.*

ANNALIVM TOMI SEXTI FINIS.

COROL-

COROLLARIVM DE LEGATIONE ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ AD APOSTOLICAM SEDEM.

I. MEminisse debes, lector, cùm hoc ipso Annalium tomo superiùs impij Dioscori funesta scelera narraremus, atque deploraremus pariter Alexandrinæ Ecclesiæ acerbissimum casum; nos ad aliquam consolationem, leuamenq; tristitiæ, mentionem obiter habuisse de missa ab Alexandrino Patriarcha hoc tempore, dum præsens cuderetur tomus, legatione ad Clementem VIII. Romanum Pontificem: Quid tamen per legatos gestum esset, haud potuimus, pendente adhuc eâdem Romæ causâ, aliquid affirmare, ac certum quid scribere. Ne igitur te de exitu rei animo suspensum dimisisse videamur: quid posteà gestum sit coram ipso Romano Pontifice, cum ab eo ijdem sunt audiri legati, & quomodò diuino auxilio ex sententia tantum negotium confectum sit, sicut iucundum tibi fore putamus audire, nobis haud molestum erit referre: ex quibus & tu (si Catholicus es) hæc sciès, plurimas Deo gratias agas; sin autem transfuga inter impia hæreticorum agmina profiteris, magis magisque erubescas & confundaris, in te illud propheticum dictum audiens [b]: *Erubesce Sidon, ait mare.*

a Anno Christi 152

b Isa. 23.

II. At non inuidiam patiar, neq; calumniam, si vetera præmanibus habens, recentia tractem: pro me enim honorificam satis fortemq; Dominus noster visus est habuisse suis verbis apologiam, cùm ad opulentum parabolarum conuium appositi huiusmodi corollarium [c]: *Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.* Et Sponsa, quæ gerit typum Ecclesiæ, mysticè in Canticis cecinit [d]: *Omnia poma, dilecte mi, noua & vetera seruaui tibi.*

c Mat. 13.

d Cant. 7.

III. Non satis quidem sufficio diuinam admirari prouidentiam in Ecclesiæ regimine mille signis quotidiè magis magisq; elucescentem: quibus apparet ac luce perspicuâ, nolle Deum in maxima qualibet & horrenda Ecclesiæ tempestate sileri præconia veritatis. Sic enim in passione Domini, atripientibus fugam Apostolis, latro confitetur in cruce, & [e] Centurio apertâ voce verè filium Dei Christum professus est: & tacentibus, si fieri posset, cunctis hominibus qui confiteri deberent; tùc fore, vt lapides clamorem emitterent, Dominus dixit [f]. Suppetunt quidem de his innumera argumenta: sed non est opus, vt ab antiquitate petamus exempla, cùm præsentis sæculi rerum status his plus satis abundet. Cùm enim negant Catholicam fidem filij desertores, Romanæ Ecclesiæ rebellantes, traducuntur quæ in errorem Boreales prouinciæ, atque insurgunt blasphemantes & insanientes in cathedram Petri: ecce Indi & Antipodes credentes Christo, se filios esse Romanæ Ecclesiæ gloriantur, eiusdemque vbera sugentes; matrem sciunt, & matrem appellant, ab eaq; se in Christo esse genitos recognoscunt.

e Mat. 27 Marc. 15. Luc. 23.

f Luc. 19.

IV. Dum igitur in ipsum Romanæ Ecclesiæ Pontificem phrenetici isti, dicendi potiùs arreptitij, iaciunt contumelias, atque euomunt toxicatas vipereo ex ore blasphemias: in immensum multiplicato fœnore aliunde compensat Deus benedictiones, laudes, præconia, summosque gloriæ titulos: adeò vt non toleranda liberenter tantùm, sed & expetenda quodammodò videantur reproborum huiusce modi maledicta, pro quibus adeò amplam conferramque Deus rependit benedictionum mensuram, secundùm illud Dauidicum [g]: *Forte respiciet Dominus afflictionem meam, & reddet mihi Dominus bonum pro maledictione hodierna.* vnde & cecinit [h]: *Maledicent illi, & tu benedices.*

g 2. Reg. 16.

h Psal. 108.

Nam idem penitùs accidit, quod idem Propheta [i] fore prædixerat, cùm (secundum S. Augustini [k] sententiam) de hæreticis ista vaticinatus est: *Polluerunt testamentum eius.* dum conati sunt abolere promissiones Dei. Sed quæ hos mox subsequatur pœna peccati, sic subditur: *Diuisi sunt ab ira vultus eius.* nam maxima omnium indignatio, cùm Deus impium mentis percutit cæcitate, & è sua eijcit domo, atque à filijs diuiditas, alienum ab hæreditate constituit. Sed quod nullum afferat Ecclesiæ damnum gratio impiorum, illud æquè subijitur: *Et propinquauit cor illius.* etenim nunc euidentiora amoris signa Christus ostendit Ecclesiæ, nimirum dona impertiendo. Quod hoc nostro sæculo præcipuè factum cognoscimus, dum impij Nouatores irritum reddere conati testamentum eius, nempe factas à Christo Petro promissiones, diuisi sunt ab Ecclesia Romana: sed tunc magis cor Christi ipsi appropinquasse cognoscitur, cùm nouum ei adijcit Orbem; & qui per tot sæcula errore sepulti, inter mortuos fuerant deputati Alexandrini, ijdem quasi noua resurrectione ad vitam reuocati, ipsi matri omnium Romanæ redduntur Ecclesiæ, ex qua fuerãt propagati, carissima soboles, Matri filij, & cum ipsis omnes Ægypti prouinciæ, atq; his communione coniunctæ vniuersa Ecclesia Æthiopica: ita vt magno miraculo, rerum versâ vice, Æthiopes dealbentur, dum super carbones facies Borealium denigrantur. Sed iam quæ spectant ad tanti ponderis legationem epistolas recitemus, primamque ordine ponamus, quæ scripta est ab Alexandrino Patriarcha nomine Gabriele: sic enim se habet:

i Psal. 54.

k Augustin. in Psal. 54.

V. EPISTOLA PATRIARCHÆ ALEXANDRINI AD CLEMENTEM VIII.

VI. *In nomine Patris & Filij & Spiritus S. vnius Dei. In nomine Dei compatientis atq; misericordis. Gloria Deo sempiterna. Salus à Domino. O Deus da salutem.*

Humilis Gabriel Dei gratiâ famulus sedis sancti Marci in vrbe Alexandrina Ægyptia, & in omnibus aliis locis sibi coniunctis, Australibus, Maritimis, & Æthiopicis nonagesimus septimus Patriarcharum S. Marci Euangelistæ successor salutem impartitur, atque osculum offert spirituale Patri Domino, Patrum Patri, Patriarcharum Principi, tertiodecimo Apostolorum glorioso Domino nostro Iesu Christi, & quinto SS. Euangelistarum, D. Petri Apostoli successori. Quod audis appellari ipsum Clementem Romanum Pontificem Apostolorum decimum tertium: ob vitæ sanctæ merita id ab eo dictum intelligas: sicut Gregorius Nyssenus eodem reperitur visus dicendi genere, vbi in oratione habita in funere Meletij ita exordiatur: *Auxit nobis numerum Apostolorum vnus Apostolus*, &c. item q te scias sic quintum Euangelistam eumdem nominari, quòd non tum esset, quòd quæ à Romanis Pontificibus de fide docentur, nulla vel leui valeant mendacij suspicione labefactari. Sed & alios audi, quibus eumdem cumulat, titulos, dum pergit: *Petra fuit super eum cathedra in magna Roma sedenti, cui vetita est à Deo potestas ligandi atq; soluendi, cuius mentio fit in sacro Euangelio, cùm dicit: Tibi, O Petre, dedi claues regni cœlorum: quod ligaueris super terram, ligatum erit in cœlis; & quod solueris super terram, solutum erit in cœlis.* Tu enim loco eius constitutus, & successor es super terram, Pater noster, & Dominus noster, atque corona capitis nostri, Dominus Papa Clemens Octauus, Papa Roma. Misereatur mei Dominus benedictione orationum eius.

Gratias agimus Deo altissimo, eumq; sanctificamus & magnificamus: quod te constituit Christus Catholicæ fidei habenas tenentem, & sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Dei Ecclesiæ fundamenta seruantem, misericordem & pium super vniuersum populũ Christianum, ac dilectum omnes in Christum credentes, instar beatis-

VII.

simi Petri, qui te succedere fecit in eius cathedram. Tu qui effectus es caput & maximus Patriarcharum, & Magister, & Praedicator totius populi Dei, illos doctrinis tuis spiritualibus irrigas, eosq; sermonibus tuis cibas salutaribus. Quamob causam sanctas litteras tuas ad humilitatem nostram misisti per filium benedictum, dilectum, amabilem, deuotum, Orthodoxum, Hieronymum Vecchietum: Quibus postquam astitimus, sigillo excellenti aperto, eas deosculati sumus, ac si sanctam tuam deoscularemur imaginem, & ab eis gaudio affecti sumus, tanquam Pauli Apostoli, caterisq; Catholicis epistolis: & gratias agimus Deo excelso ob nimiam erga nos dilectionem tuam: ac preces ad Dominum (cui laus) effundimus, vt te super sedem suam cum quiete & tranquillitate ad annos plurimos conseruet.

VIII. Certiorem autem te facimus, Pater spiritualis, olim venisse filium benedictum Ioannem Baptistam cum litteris Domini Patris Papa Gregorij XIII. (Deus misereatur nobis benedictione orationum eius) ad Patrem Patriarcharum Amba Ioannem, in Patriarcharum numero nonagesimum sextum. Ipsum Ioannem Baptistam rediisse ad humilitatem nostram cū litteris Domini Patris Papa Sixti V. quæ dilectionem & vnionem cum S. Catholica Romana Ecclesia, & salutares sermones, gregisq; custodiam, ac pro eo mundi Creatorem orare & precari admonuerant: quod quidem acceptauimus, eiq; obediuimus. Creuitq; apud nos, & apud omnes filios nostros Christianos Dei populos gaudium & lætitia, quòd ad nos peruenerunt litteræ tuæ, maximè Pater, per dictum filium tuum benedictum Hieronymum. Rogamus itaq; sanctitatem tuam, eiq; supplicamus, ne obliuiscaris nostri in continuis orationibus & petitionibus tuis ad Deum, vt nos adiuuet atq; confirmet in fide recta, efficiatq; vt quæcunq; diuina atq; spiritualia iusseris mandata, adimpleamus, nosq; lupis rapacibus Satanæ lupis: summus enim miseri ac impotentes, & in mari peccatorum immersi, neque alia nobis remanet salus, quàm summi Dei gratia, & continua ac sancta pro nobis orationes vestræ. Apud quæ enim humilem nulla est socordia vel repugnantia erga diuina præcepta: & sicuti antiquitus erant Patres prædecessores in sede Romana, & in S. Marci sede ad hoc vsq; tempus spirituali cum dilectione ac vera charitate, ita eorum vestigia imitamur.

IX. Certiorem etiam reddimus Patris Papæ sanctitatem, quod tempore Patris Patriarchæ Ambæ Gabrielis in Patriarchatum numero Alexandrinæ regionis nonagesimiquinti (cuius animæ Deus tribuat requiem, nostriq; misereatur orationibus eius) venit ad eum Nuncius Patris Papæ vrbis Romæ, vir doctus, & virtute præditus, nomine Ambrosius, Episcopus Aurensis, qui in Ecclesijs nostris Aegyptijs celebrauit, sanctumq; exposuit Euangelium, præsentibus presbyteris, diaconibus, aliisq; Christianis; factumq; est eis gaudium magnum atq; ineffabile: & ego humilis Gabriel scriba litterarum Patriarchatus, famulus & huius epistolæ scriptor his actibus præsens eram. Rursus ipse ego humilis Gabriel sedis S. Marci famulus, cùm huius rei memoriam perpenderem, gauisus sum valdè ob vnionem dilectionis, desideraui tq; anima mea, vt sic etiam fiat sanctitatis vestræ tempore: vtq; nostram erga sanctitatem vestram dilectionem, nostramq; in diuina charitate approbetis vnionem cum Ecclesia Romana, quæ est caput & basis omnium Catholicarum Ecclesiarum.

X. Si verò quæfuerit prædictus D. Pater de professione & fide nostra in Christum Dominum, deq; virginea incarnatione eximmaculatæ semper Virginis Mariæ demonstratione: hæc omnia sunt apud vos descripta à Patribus antecessoribus sanctis Patriarchis, in archiuis Romanis seruata, prout etiam quod nos scriptis est traditum. Si autem quæfuerit de paupertate, miseria, oppressione, ac nimio labore nostro, in quibus vidimus; quamplurima sunt, nec ea alius scit, quàm solus Deus, cuius laus: sumus tamen diuites, excelsi Dei gratiâ, eius freti misericordiâ, qua adiuuat nos & indigentes, sicuti sum ego miser. Gloriosum ergo Dominum roget Pater omni tempore, vt nos suâ misericordiâ adiuuet, suâq; gratiâ amplectatur; vt mandata diuina, atq; præcepta Euangelica, quæ nobis iusserit, adimpleamus.

XI. Sanctitatem tuam certiorem facio ego humilis, missos esse à nobis cum nostris litteris filios benedictos sacerdotem Iosophum, & sacerdotem Abdelmissiah (benedicat eis Deus) vt sistam eram Domino Patre, nostroq; nomine salutem ei impartiantur, pedesq; vestros deosculentur, & gratias vobis agant de vestra in nos benignitate, vicesq; nostras gerant, & vobis nostram narrent paupertatem ac miseriam, atq; monachorum pupillorum, & locorum nostrorum. Rogamus ideò Patris sanctitatem, vt illos & nos benignè respiciat & commendatos habeat, vtq; ad nos eius ope & auxilio salus redeant & incolumes ad continuam dilectionem, & huius negotij ac diuina seruitutis, quam nobis iniunxistis, perfectionem; & ipsi innotescere faciant sanctitati vestræ ore, absque scriptis, quod sis Christi Vicarius, & Patriarcharum atque Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesia caput, tibique ore proprio testimonium perhibebunt, & quicquid dixerint, veluti ex ore nostro accipies; & quæ Pater eos docuerit, nobisque significauerit, cum ad nos reuersi fuerint, acceptabimus, nemine repugnante; & quæ ipsis mandaueritis & præceperitis, nos exequemur.

Deum altissimam rogamus, vt Ecclesia sit vna Catholica & Apo- XII.
stolica sine diuisione, & sine separatione vt efficiamur Christi membra dilectionis & charitatis ligamine colligati sine schismate, precibus sanctissimæ Dominæ Mariæ semper Virginis, & optimorum Patrum nostrorum Sanctorum Apostolorum. Amen, & laus Deo sempiterna. Epistola versus sunt octoginta octo, exceptâ diuini nominis inuocatione, signoq; sancto; neq; inter versus est aliquid interpositum, neq; in eius marginibus verbum aliquod, præter id, quod scriptum est in ea, suntq; obsignatæ coniunctiones eius solito Cameræ nostræ sigillo, & Domino nostro gloria sempiterna. Scriptum die decimasexta mensis Hatur benedicti, Anno à sanctis Martyribus millesimo trecentesimo decimo, id est, die XXII. mensis Nouembris, anno Domini M. D. X C III. Peculiaris ista est antiquitus seruata Alexandrinorum Fidelium & totius Ægypti chronologia, vt à SS. Martyribus numerent annos, ex pietate nempe deducta. Etenim horrescentes nomen Diocletiani Imperatoris acerbissimi Christianorum persecutoris in annorum numeratione, quam ille ab exordio sui Imperij faciēdam præscripserat, recensere (quod posteros fecisse diximus) ipsi ab eiusdem Imperatoris anno primo itidem numerum deducentes, loco nominis persecutoris Ecclesiæ Diocletiani, SS. Martyres posuēre. Sed quòd in dicto numero inueniantur ipsi eam chronologiam inchoasse ab anno Dominini ducentesimo octogesimotertio, primus verò annos Diocletiani à nostris (vt vidimus) numeretur anno Domini ducentesimo octogesimoquarto: nihil tamen scias esse discrepantiæ, cùm idem sit apud eos octogesimustertius tertia ex parte, qui apud nostros Latinos octogesimusquartus: nam mense Thoth, qui incipit quarto Kalend. Septembris, ipsi annum auspicantur. His verò ad postremum hoc additur:

Peruenias, volente Deo, Romam ad manus magni Papæ, ex Alexandria Captorum Patriarcha.

His subijcitur admonitio ab eodem Patriarcha suis legatis data, quæ sic se habet.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnius. Gloria XIII.
Deo & æterna salus à Domino. O Deus da salutem.

Missa hac benedictio est ab humili Gabriele Dei gratia sedis S. Marci Alexandriæ, Aegypti, Aethiopiæ, & coniunctarum prouinciarum famulo: Benedictis filijs religiosis monachis fidelibus presbyteris, reuerendo sacerdoti Iosepho, & reuerendo sacerdoti Abdelmessiæ monachis deserti S. Macarij, benedicat eis Deus. Quod autem ad ipsis volumus, est, quod gloriosi Domini obtulimus donum, & cum eorum dilectione coniunximus, vt ipsos mitteremus ad Dominum Patrem, Patrum Patrem, Capitum & Patriarchatum Principem super S. Petri Apostoli cathedra in regione Romana sedentem, Catholicum & Apostolicum Christi Domini super gregem eius successorem & Vicarium Dominum Papam Clementem Octauum: Perpetuos efficiat Deus altissimus dies Pontificatus eius, & misereatur mei abiecti, totiusque populi Christiani, meritis orationum eius. Amen.

Itaq; obtemperauerunt rogationibus nostris, curamq; & humanitatem ipsorum requisiuimus, vt vbi peruenerunt ad D. Papam Clementem, pedes eius pro nobis deosculentur, eiusq; mandata auscultent, & eis obediant, sintq; coram eo & in eius famulatu stantes & obedientes, eiusq; sermones auscultantes, ac si essent ex ore Christi Domini, ex præsentia & reuerentia eius timentes ac trementes, sanctitati eius supplices, quousq; ad nos inde redierint, & vices nostras gerant, eiq; narrent paupertatis & miseriæ nostræ ac monachorum nostrorum pupillorum & locorum statum Patris sanctitati supplicetis, vt vos & nos benignè respiciat, atq; commendatos habeat, vtq; ad nos redeatis eius auxilio salui & incolumes ad continuam dilectionem, & ad omnium, quæ vobis præcipimus, obseruantiā in diuina seruitute erga D. Papam Christi successorē, qui est caput Patriarcharum, & basis Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & quicquid dixeritis ex ore vestro, tamquam ex nostro erit prolatum: & in XIV.

sermonibus eius confirmamini, quoniam omnia, quæ ipse vobis ore suo dixerit, tanquam ex ore Christi erunt prolata.

XV. Ideo ea suscipite, eiq; obedite, & mandatis eius ne fictis repugnate: Quicunq; enim diuinis eius præceptis nō obtemperauerint, Christo Domino, qui suâ gratiâ ipsum erexit, minimè obtemperat. Itaq; omnia, quæ vobis dixerit D. Pater circa sanam professionem, atque rectam in Catholica & Apostolica Romana Ecclesia fidem, nobis referetis & ea exequemur vna cum gente nostra. Quamobrem eundē vobis repetimus sermonem, vt fictis ascultantes & obedientes absque repugnantia. Omnia enim, quæ mandauerit D. Pater, nos exequemur: & quicquid Euangelium per os eius reprobauerit si apud nos erit, reprobabimus. Cumq; redieritis ad nos, & optima renunciaueritis mandata, non transgrediemur ea. Horum autem omnium fundamentum est, vt Ecclesia Romana, & Alexandrina sit vna, vinculo charitatis sine diuisione colligata.

XVI. Deum rogamus, vt sanctum Papam diu seruet incolumem, & confirmatio huius est signum sanctum & venerabile super eius margenibus sigillum, & laus Deo sempiterna. Scripsimus die 16. mensis Hatur benedicti, anno iuxta Coptorum computationem millesimo trecentesimo decimo, id est, die 12. mensis Nouembris anno Domini M.D.XCIII.

XVII. His additur epistola Ioannis Comus Alexandriæ, quē antiquitas nominare cōsueuit Coepiscopum, vtpotè qui res Ecclesiæ Alexandrinæ loco Episcopi administraret: cui cùm inditum vides titulum Discipuli, scias ita dici solitos esse inferiores Episcopos:

XVIII. In nomine Dei æterni, sempiterni, viui, & perpetui in æternum.

Discipulus peccator inutilis osculatur terram, inclinans caput suum peccatis obnoxium, inquinatum, vsque subtus pedes mundos dominicos, paternos, patriarchales Patris nostri capitis, & Principis nostri, & vigilantis de salute animarum nostrarum, Patris nostri iusti, & vasis honorabilis, electi Patris Patrum, & Principis Principū, tertij decimi Apostolorum mundorum, & quinti Euangelistarum sanctorum, Patris corporalis, & Angelis spiritualis, sedentis supra sedem S. Petri Apostoli, tenentis in manu sua pura sceptrum principatus & crucem fidei, mitrati, induti stolâ sacerdotali sacerdotij in æternum, secundum ordinem Melchisedech, in cuius manu est absolutio, & ligatio, & honoratio, timentis Deum, pastoris bonis omnium rationalium, Patris honorandi, electi Papæ Clementis Octaui in vrbe magna Roma, Catholica, Apostolica: Perpetuet Deus excelsus prosperitatem eius pacificum à molestijs, & miseretur serui pauperis peccatoris per exaudistionem orationum & petitionum suarum. Amen, Amen, Amen.

XIX. Quod autem repræsentat Discipulus peccator sanctitatis Patris, est, peruenisse ad Discipluum epistolam benedictionis à sanctitate Patris comitem fratris dilecti, amabilis Hieronymi Vecchietti, quam accepit Discipulus honoratione ac magnificatione, eamq; legit Discipulus stans pedibus suis, & intellexit mis quicquid in ea nobis scripsit ex verbis elegantibus, & gratias egimus Christo Domino, qui gloriosus, qui dignos nos fecit ad recipiendam hanc gratiam maximam, & donum egregium, quia Discipulum non est dignum huiusmodi, propter magnitudinem peccatorum suorum multorum. Item peruenit ad nos, quod nobis donauit sanctitas Patris ex abundantia gratiarum suarum, hoc est, liber quatuor Euangeliorum sanctorum impressorum, & fuit nobis pro eo maxima lætitia & gaudium & consolatio: Deus excelsus autem perpetuet principatum Patris multo tempore. Nec latet sanctitatem Patris: vbi peruenissent littera sanctitatis patris ad Discipulum in vrbe Alexandrina, abfuisse Patrem Patriarchā Amba Gabrielem Patriarcham Alexandriæ in partibus prouincia. Sed ad exigendam electionem nam à pijs hominibus in nomine monachorum pauperum egenorum: eo ipso missimus ad eum litteras ex parte nostra affirmantes ei, vt præsens esset in Ægypto, ad assistendum litteris sanctitatis Domini Patris. Cùm autem accepit litteras Discipuli statim præsens fuit in Ægypto,

XX. Et direximus ad eum fratrem dilectum Hieronymum Vecchietum: conuenit enim in Ægypto ciuitate munitâ, & tradidit ei litteras Domini Patris, quas legit ad verbum, & quicquid ei scripsit, accepit magnâ auscultatione & obedientia atque exhibitione. Postea tandem scripsit ad vos responsum litterarum, quātum in eo satis erat amplificationis verborum, & direxit ad vos litteras sigillo munitas secundum consuetudinem comitis legatorum, hoc est, nostri Patris sacerdotis Ioseph, & nostri Patris sacerdotis Abdelmessia, ex primis monachis monasterij sancti Macary in deserto sancto in Valle Atrun, & iam scripsit Pater Patriarcha Amba Gabriel litteras suo sigillo munitas & signatas ad monachos dictos, & præcepit eis, vt obedientiam exhiberent, & dicerent sermonem ad sanctitatem Patris Papæ, neq; discederent à præceptis illius, & à quacunq; re, quam præceperit Pater, non discederent illu oculi, quia quicunq; audiuerit doctrinas Patris, ipse audiet doctrinas Christi Domini, cuius gloria: & qui contradixerit sermonibus Patris, ipse contradicet Christo Domino, cuius gloria.

Voluntas autem in eo est, vt sint simul concordes in charitate spirituali, & sit Ecclesia vna Romana, & Alexandrina, neq; sinter nos differentia vlla in quacunq; re. Et quòd Discipulus peccator Ioannes Comus sedu S. Marci Alexandriæ voleb at præsens esse ad sanctitatem Patris, sicut Christus Dominus scit, cuius gloria) & exhibere inclinationes subtus pedes eius mundos, & osculari manus eius puras, & non potuit Discipulus id exequi propter multas causas: quia Discipulus vir senex est, & multarum infirmitatum, & non potest ater facere, & præcipuè ab hac remota regione, præterà propter obsequium Ecclesiarum Alexandriæ, & negotia egenorum & pauperum & infirmorum & pupillorum & viduarum, & huiusmodi.

XXI.

XXII. Et ideo direximus ad sanctitatem Patris puri filium nostrum carissimum, filium Barsum ministrum ex filijs nostris & filijs Ecclesiæ sanctæ, vt exhiberet ad sanctitatem Patris multas inclinationes, & osculartur pedes eius mundos vice Discipuli. Et quod petendum à beneficentijs sanctitatis Patris abs q; præceptione super illum est, vt habeat curam filij nostri filij Barsum Archidiaconi, quam maximè poterit. eumq; respiciat oculo solicitudinis & misericordiæ, eò quòd misimus illum ad sanctitatem vestram puram ad adipiscendam benedictionem, & documenta egredientia ab ore eius pura & iam præcepimus ei, vt exhiberet obedientiam, & ne vnquam discederet ab omnibus, quæ ei iniunxerit sapientia Patris. Et quod petendum à sanctitate Patris, propter Christum Dominum, cuius gloria, est, ne agrè ferat Discipulum peccatorem, quasi audacem. & præsumentem super sanctitate sua pura: quia Discipulus inutilis est. & peccator, atque exitus totius negotij incumbit misericordiæ Christi, & orationibus Patris acceptis.

XXIII. Iam peruenit ad nos, quod donauit sanctitas Patris de electo missa sancta accepta nomine Ecclesiarum Alexandrinarum per manum fratris dilecti Hieronymi. Christum autem Dominum, cuius gloria, retribuet sanctitati vestræ pura pro eo dusta in regno cælorum: & iam distribuimus illud, secundum distributionem vicarij fidelis in pecunia domini sui: Iamq; perpetuum facta est memoria D. Patris super templa sacra, omni tempore in Ecclesijs Alexandriæ, tempore sacrificiorum, & orationum vocturnarum & diurnarum.

XXIV. Quantâ verò his temporibus angustiâ laboret Alexandrina Ecclesia sub immani Turcarum dominio, quæ his subduntur tibi facilè indicabunt: vt planè terribilem Dei vindictam aduersus eam & omnes Orientales, vbi defecerunt à communione Apostolicæ sedis, immissam, nemo prudens absq; mentis horrore, animiq; pauore valeat contemplari. Vt de ea lugubre illud Hieremiæ carmen sit occinendum [a]: Hæccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Quæ enim omnium Orientalium Ecclesiarum florentissima, & opulentissima erat, eò nunc paupertatis, & angustiæ redacta, ipsis etiam sacerdotalibus indumentis, necessarijs, subdi iacet, quæ sibi à Patre Patrum Romano Pontifice impendi rogant. Dei namque iram hanc esse iudicium, vt sacerdotes labor entium pia, quisq; intelliget, qui Domini sententiam in Eli filios & eorum posteros promulgatam attendit [b], cùm fore dixit, vt rogaturi essent, vt admitterentur ad vnam partem sacerdotalem, vt comederent buccellam panis: & quod aut ipse Dominus per Malachiam [c]: Ad vos mandatum hoc, O sacerdotes, si nolueritis audire, mittā in vos egestatem, &c. iteratumq; planè quod per Isaiam de Ægypto prædixerat [d]: Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, tale iudicium & reliquis subiuncts, qui ab Apostolica sede rebellant: vt cladibus pressi, cogantur tandem cognoscere & inuocare matrem, cuius se filios esse negarant. Sed audi petētes matris vbera, qui diu errantes ab vtero locutisunt falsa.

[a] Thren 2.
[b] 1. Reg. 2.
[c] Mala. 2.
[d] Isa. 19.

XXV. Verumtamen sanctitas Patris perpetuet Deus excelsus principatum eius propter Christum Dominum non oblituscatur nostri. Ecclesiarum nostrarum, ac nationis nostræ, ac Alexandrinæ existentiū: quoniam Ecclesia ac natio nostra pauperes sunt valdè: neq; percontandum est de præsenti earum paupertate, impia, atque indigentia.

Nam Alexandria tres sum Ecclesiæ Catholicæ, vna nomine principis Angelorum S. Michaëlis, secunda S. Marci Euangelistæ Catholici, ac tertia nomine martyris magni S. Gregorij extra vrbem ad littus maris salsi, & omnes tres Ecclesiæ indigent ædificatione, vestitu, & impensis pauperum atq; egenorum.

XXVI. *Item tributa & reliquæ exigentiæ propter Iudices ac rerum Præsides, quotiescunque tentauerit dæmon, quem Deus excelsus confundat, ac Discipulus non poterit ijs satisfacere: nostra enim natio, populiq; nostri omnes, cùm pauperes sint atque inopes, his satisfacere non possunt, sed si sanctitas Patris solicita fuerit de Discipulo, ac de nostris populis & natione nostra, satis erit. Si verò sanctitas Patris interroget de statu nostro, ac de statu nationis Christianorum Coptorum, deq; præsenti eorum inopia, indigentia ac paupertate, quicquid contingat illis ob solutionem tributorum atq; exigentiarum, quantaq; patiantur verbera, contemptum, positiones in catenis & vinculis & carceribus, ac cætera id genus, & nisi auxilium Christi (cuius gloria) apprehendat eos, discederent aliqui à fide Christi. Discipulus autem huius rei causa in maximo labore est, & quam summo in summa persecutione.*

XXVII. *Et quod petendum à sanctitate Patris, est, non obliuiscatur nostri in eleemosyna singulis annis nomine Ecclesiæ nostræ & pauperum Alexandrinæ vrbis, & in hoc obtineatis maximam mercedem & permanentiam, sicuti sanctitas Patris ostendit, vt perpetua & memoria vestra sancta super templa sacra in Ecclesijs Alexandrinis in omni tempore, & in perpetuum. Iam peruenit ad nos cum fratre dilecto & amabili Hieronymo, quod donauit sanctitas Domini Patris ex vestitu Ecclesiastico, & ornatus vestibus sericis: & iam scripsimus nomen Domini Patris supra vestitum sacrum. Modo egemus alio indumento albo pro vestitu sacerdotis tempore sacrificij mundi, sicut & vestitu ministrorum tempore ministerij: id q; totum representamus auribus sanctitatis Domini Patris.*

XXVIII. *Discipulus autem stat pedibus suis ad obediendum mandatis sanctitatis Patris: quoniam omnes sumus auscultantes, obedientes, atq; erecti ad omnia, quæ nobis præceperit, & ad implendum negotium, Deo volente, quia sumus sub obedientia: nam Pater est summus Patriarcha nostrum, & caput capitis & successor S. Petri Apostoli; & quod ligauerit, erit ligatum; & quod soluerit, erit solutum. Debitum verò quod attinet ad nos, & ad omnes sacerdotes ac ministros, & ad populum Christianum, est auscultare & obedire, nullo q; modo contradicere Patri in omnibus, quam nos præceperit: nam, qui debito contrarius fuerit, erit eius status perditus atq; inutilis.*

XXIX. *Petimus autem à Christo Domino (cui gloria) vt vos perpetuet ac stabiliat super Sedem S. Petri multos annos, & perpetuet principatum vestrum, subijciatq; inimicos vestros sub pedibus vestris, ac vestræ doctrinæ sanctæ nobis prodesse efficiat. Nos expectamus responsum vestrum ad nos, in quo opus erit: nam nulla vnquam differentia inter nos erit cùm sit Ecclesia vna Romana, atq; Alexandrina. Si verò interrogetis de fratre ac amico vestro Patre Patriarcha Amba Gabriële Patriarcha Alexandriæ, ipse orat pro vobis nocte ac die, & est sub obedientia vestra, stat q; pedibus suis ad obediendum, & expectat responsum vestrum cum legatis discipuli præcitati; & sic omnes sacerdotes & ministri orant pro vestra sapientiate, vt semper permaneat. Petitio autem Discipuli ab abundantia gratiæ vestræ erit, ne obliuiscamini nostri in recordatione ad extremum orationem vestrarum sanctarum, vt remittat nobis peccata nostra per vestras preces acceptæ: ante Dominum Deum. Atque innouatio petitionis à sanctitate Patris est in commendatione filij nostri filij Barsum, & quam primùm eius reditum ad nos cum responso post osculum terræ sub pedibus Patris: perpetuet Deus excelsus principatum eius multo tempore: Datum die sabbati benedicti duodecim mensis Ghiach benedicti, Coptici, anno 1310. à captiuitate Martyrum mundorum, id est, die decimaoctaua mensis Decembris, anno natiuitatis Domini M.D.XCIII. Minimus Discipulorum discipulus peccator Ioannes Comus vrbis Alexandriæ.*

XXX. *Quod representandum sanctitati Domini Patris est, quod Discipulus tam direxit ad sanctitatem Patris filium nostrum Barsum Ministrum, nempè Archidiaconum Ecclesiæ S. Marci Catholici Alexandriæ: Pater autem deficiat illum oculo solitudinis & misericordiæ ac miserationis, & toto tempore mansionis eius Romæ detur ei aliquis ex magistris, qui illum dirigat ac doceat sapientiam & philosophiam & cæteras scientias ac virtutes, vt obtineatis in hoc mercedem perfectam abundantiorem portionibus, ac Deus excelsus pascat vos, perpetuet mansionem vestram, & faciat nos semper esse sub obedientia vestra.*

Audisti clamores, percepisti lacrymas, considerasti angustias & miserias, quibus per multa sæcula pressi Alexandrini, tandem è tenebris emergentes, ad lucis radium apertis oculis, salutem implorant, secundum illud propheticum de ijsdem Ægyptijs olim prænunciatum[a]: Clamabant ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis Saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos: & cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in iustitijs, &c. Quàm autem id verum sit, audi ipsorum legatorum professionem Romæ editam coram ipso Sanctissimo Clemente Papa Octauo & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quam hic tibi subijcimus: XXXI.

[a] Isa. 19.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnius. Amen.
Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis frater Ioseph de Episcopo filius quondam Michaëlis de oppido Menciat Eldairelmoharrac Ægyptius natione Coptorum monachus & presbyter monasterij S. Macarij in deserto Ægypti ordinis S. Antonij, ac vnus ex procuratoribus & oratoribus Reuerendissimi Patris & Domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum, ad pedes Sanctitatis vestræ constitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti Domini Gabrielis Patriarchæ mei principalis, quàm etiam meo proprio & priuato infrascriptam S. Catholicæ fidei professionem iacturus vnà cum religioso viro fratre Abdelmessia Elmechini filio Petri de ciuitate Georgæ etiam Ægyptio monacho & presbytero eiusdē monasterij S. Macarij, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti Domini Gabrielis Patriarchæ collega meo, promitto pro eodem Domino Gabriele Patriarcha nostro principali, quod ipse illam ratam & gratam habebit, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & emologabit atq; de nouo iuxta præsentem formam de verbo ad verbum faciet & emittet, & sua manu subscriptam & suo sigillo obsignatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam sedem transmittet, Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè & expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur. XXXII.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnius. Amen.
Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis frater Abdelmessias Elmechini filius Petri de ciuitate Georgiæ Ægyptius nationis Coptorum monachus & presbyter monasterij S. Macarij in deserto Ægypti ordinis S. Antonij, ac vnus ex procuratoribus & oratoribus Reuerendissimi Patris & Domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis Coptorum, ad pedes Sanctitatis vestræ constitutus, ac tam procuratorio nomine prædicti Domini Gabrielis Patriarchæ mei principalis, quàm etiam meo proprio & priuato infrascriptam sanctæ Catholicæ Ecclesiæ professionem iacturus vnà cum religioso viro fratre Ioseph de Episcopo filio quondā Michaëlis de oppido Menciat Eldairelmoharrac etiam Ægytio monacho & presbytero eiusdem monasterij S. Macarij, altero ex procuratoribus & oratoribus prædicti Domini Gabrielis Patriarchæ collega meo, promitto pro eodem Domino Gabriele Patriarcha nostro principali, quod ipse illam ratam & gratam habebit, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & emologabit, atq; de nouo iuxta præsentem formam de verbo ad verbum faciet & emittet, & sua manu subscriptam & suo sigillo obsignatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè & expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur. XXXIII.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dei vnius. Amen.
Sanctissime ac Beatissime Pater.

Ego humilis Barsum filius Amineldanch ex familia Elachim ciuitatis Alexandriæ Ægypti, Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ S. Marci, nepos & orator Ioannis Comus sedis sancti Marci eiusdem ciuitatis Alexandriæ, ad pedes Sanctitatis vestræ constitutus, ac tam nomine prædicti Comus Ioannis mei principalis, quam etiam meo proprio infrascriptam sanctæ Catholicæ fidei professionem, quam coram sanctitate vestra professi sunt me præsente sacerdotes Ioseph & Abdelmessias oratores Reuerendissimi Patris Domini Gabrielis Patriarchæ Alexandrini nationis nostræ Coptorum, promitto pro eodē Comus Ioanne meo principali, quòd ipse illam ratam & gratam habebit, ac suscipiet & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit & confirmabit, atque de nouo iuxta præsentem formam de verbo ad verbum faciet, & sua manu subscriptam, & suo sigillo obsignatam ad Sanctitatem vestram & hanc sanctam Apostolicam sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè XXXIV.

& expressè profitendo, dico & affirmo quod sequitur.

XXXV. Corde credo, & ore confiteor, quod vnus est Deus verus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, ineffabilis, & æternus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, vnus in essentia, trinus in personis, Pater ingenitus, Filius à solo Patre genitus, Spiritus sanctus à Patre Filioq; æternaliter procedens, non sicut à duobus principijs, aut duabus spirationibus, sed ab vtroque tamquam ab vno principio, & vnica spiratione. Pater non est Filius aut Spiritus sanctus. Filius nō est Pater, aut Spiritus sanctus. Spiritus sanctus nō est Pater, aut Filius; sed Pater tantum Pater, Filius tantum Filius est, & Spiritus sanctus tantum Spiritus sanctus est. Nullus aliis aut prior est æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate, sed absq; initio semper est, & sine fine. Pater est generans, Filius nascens, Spiritus sanctus procedens, consubstantiales, coæquales, omnipotentes, & coæterni. Ita tres personæ sunt vnus Deus, non tres dij, vna essentia, vna substantia, vna immensitas, vnum principium, vnus creator visibilium omnium & inuisibilium, corporalium, & spiritualium, qui quando voluit vniuersa condidit creaturas sua bonitate quas & valde bonas voluit. Et ideo reprobo & anathematizo omnes hæreses & hæreticos sentientes & docentes contraria.

XXXVI. Firmiter etiam credo & profiteor, quòd vnigenitus Dei Filius Pater consubstantialis semper cum Patre & Spiritu sancto existens, in plenitudine temporis, quàm diuina miseratio, alias consilium inscrutabile disposuit, vt nos à peccato Adæ ac cæterarum culparum nostrarū sordibus mundaret, & à morte & inferno liberaret, incarnatus est de Spiritu sancto in immaculato vtero beatissimæ Mariæ semper Virginis, veram & integram hominis naturam assumpsit, corpus videlicet & animam rationalem, in vnitate personæ diuinæ, tanta vnitate, vt vnus & idem Christus sit Deus, & homo, Dei filius, & hominis filius, ita quòd vna natura non confunditur cum altera, nec vna transit in alteram, nec vna miscetur alteri, nec altera enata fuit, sed in persona omninò vna sunt duæ perfectæ naturæ, diuina scilicet & humana, salutis earumdem naturarum proprietatibus, duæ voluntates, duæ operationes, ita vt Christus sit tantum vnus. Et sicut formam serui. De forma non ademit; ita formam Dei, serui forma non minuit: qui enim verus Deus est, idem verus est homo: Deum per id quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Homo per id, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Deus per id quod de quinq; panibus quinq; millia hominū satiauit, quòd Samaritanæ aquam salientem in vitam æternam promisit, quòd Lazarum quatriduanum à mortuis resuscitauit: Homo per id quod esuriuit, sitiuit, fatigatus est, & in ligno crucis clauis affixus est: Vnus & idem secundum diuinitatem æqualis æterno Patri, immortalis, impassibilis secundum verò humanitatem minor Patre, mortalis & passibilis.

XXXVII. Insuper firmiter credo & predico eumdem Dei Filium incarnatum, verè natum esse ex Maria semper Virgine, & ideò ipsam Virginem fuisse veram Dei matrem atq; genitricem, item verè passum, verè mortuum & sepultum, verè cum anima descendisse ad inferos, ad liberandas animas sanctorum Patrum, quæ in limbo detinebantur, alligato insatiabilis homicidæ, subinde ex mortuis verè resurrexisse, & per quadraginta dies Apostolos doctasse de regno Dei, moxq; ad cœlos ascendisse, sedereq; ad dexteram Patris, & venturum esse in fine seculorum ad iudicandos viuos & mortuos.

XXXVIII. Credo & profiteor nullum vnquam hominem ex semine Adæ conceptum, & natum, fuisse saluatum, aut fore saluandum, nisi per fidem mediatoris Dei & hominum Domini nostri Iesu Christi in sanguine & morte ipsius, qua nos reconciliauit æterno Patri, & delenit chirographum iniquitatum nostrarum æternâ redemptione, inuentâ.

XXXIX. Item firmiter credo, legalia omnia veteris Testamenti, seu Mosaica legis, quia Christum figurabant, licet diuino cultui illa ætate congruerent, ipso adueniente cessasse, & iam promulgato Euangelio seruari non posse sine interitu salutis æternæ. Omnes igitur post illud tempus circumcisionis, sabbati, ciborum eâdem lege prohibitorum, reliquorūq; legalium obseruatores alienos à fide denuncio, & salutis æternæ non posse esse participes, nisi aliquando ab his erroribus resipiscant: ab his enim omnibus liberauit nos Christus, & septem nouæ legis sacramenta instituit, quæ venior, credo, & profiteor, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & Extremam vnctionem, quæ omnia ad digne sumentibus, virtute passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, gratiam conferunt. Ista septem sacramenta perficiuntur tribus, verbis videlicet, & rebus, ac ministro, verbis, vt forma, rebus vt materia, ministro, qui facere intendat, quod facit Ecclesia.

Recipio insuper quicquid de eisdem sacramentis sancta & Catholica Ecclesia Romana docet & predicat.

Cr. Mo. quòd si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, ante XL.
quàm dignis pœnitentiæ fructibus de commissorum & omissorum pœnis satisfecerint eorum diuinis iussis, eorum animas pœnis purgatorij post mortem purgari, vtq; à pœnis huiusmodi releuentur prodesse eis Fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificium, orationes & eleëmosynas, ac alia pietatis officia; quæ à Fidelibus pro alijs Fidelibus fieri consueuerunt, secundum Ecclesiæ institutas: Illorum verò animas, qui post baptismum susceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam, qui post perpetrati peccati maculam (vt dictum est) purgatæ sunt, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum, sicuti est, pro meritorum tamè diuersitate alium alio perfectiùs: Illorum verò animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus perpetuò puniendas.

Firmiter etiam teneo & credo Symbolum fidei à trecentis decem XLI.
& octo Patribus in Concilio Nicæno, & à centum & quinquaginta in Concilio Constantinopolitano traditum, ac semper in Ecclesia vsque modò inuiolatè custoditum, videlicet:

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium, & in vnum Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est, crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioq; procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Confiteor, teneo & predico, vnum eundemq; Deum veteris & noui XLII.
Testamenti, hoc est, legis & Prophetarum, atque Euangelij auctorem, esse: quoniam eodem Spiritu sancto inspirante, vtriusque Testamenti Sancti locuti sunt. Atq; suscipio omnes libros canonicos, quos suscipit sacrosancta Romana & Catholica Ecclesia; sunt verò infrascripti. Testamenti veteris, quinque Moysi, id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, deinde Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Dauid cum centum quinquaginta psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, Duodecim Prophetæ minores, id est, Osees, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum primus & secundus: Testamenti noui, quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem, Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti, quatuordecim epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli vna, Iudæ Apostoli vna, & Apocalypsis Ioannis Apostoli.

Item amplector, suscipio, & approbo sacrosanctam Synodum Nicenam primam trecentorum decem & octo Patrum, & profiteor, & sequor quicquid illa decreuit, & reprobo ac damno quicquid illa damnauit, & maximè impiam hæresim Arianorum cum ipso Auctore Ario, qui affirmare ausus est Filium Dei non esse ab æterno ab ipsa Patris substantia genitum, sed ex tempore atque ex nihilo procreatum. XLIII.

Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Constantinopolitanam primam centum & quinquaginta Patrum & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maximè impiam hæresim Macedonij cum ipso auctore, qui affirmare ausus est: Spiritum sanctum non esse Patri & Filio coæternum & consubstantialem, atque ideo nec esse Deum, sed creaturam. XLIV.

Item amplector, suscipio, & approbo sacram Synodum Ephesinam XLV.

primam

primam ducentorum Patrum, & credo quicquid illa decreuit. & reprobo quicquid illa reprobauit, & maximè impiam hæresim Nestorianorum cum suo auctore Nestorio, qui duas personas in Christo constituens, asserebat non esse à Verbo Dei carnem assumptam in vnitate personæ, sed per solam inhabitationem instar templi sanctificatam, & Christum non esse dicendum Deum incarnatum, sed hominem: deiferum, nec B. Mariam eius genitricem dicendam esse Deiparam, sed Christiparam.

XLVI. Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Chalcedonensem sexcentorum trigintà Patrum, quartâ in ordine vniuersalium Synodorum, & credo ac sequor quicquid illa decreuit, & reprobo ac damno quicquid illa reprobauit, & maximè impiam hæresim Eutychetis, & Dioscori Alexandrini cum ipsis auctoribus qui affirmare ausi sunt, non esse in Christo post vnionem Verbi cum carne duas integras, perfectas, inconfusas & impermixtas naturas cum vnitate hypostasis, siue personæ. Et reprobo secundam Synodum Ephesinam C. immò potius Latrocinium, quod factione eiusdem Dioscori, occiso B. Flauiano Episcopo Constantinopolitano, Legatis Summi Romani Pontificis fugatis, & Episcopis cæteris terrore armorum ad assentiendum compulsis, Eutychianam hæresim impiè confirmauit.

XLVII. Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Constantinopolitanam secundam centum sexaginta quinq; Patrum quintam in ordine vniuersalium Synodorum & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maximè impiam hæresim Petri, Anthimi, Seueri, & aliorum qui existimantes ipsam diuinam naturam trium personarum diuinarum pro nobis crucifixam, Trisagio verba, Qui crucifixus es pro nobis, addebant.

XLVIII Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Constantinopolitanam tertiam ducentorum octuaginta nouem Patrum, sextam in eodem ordine, & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit, & maximè impiam hæresim Sergij, Pyrrhi, Pauli, Petri, Cyri, Macarij, ac Theodori, qui vnam tantùm in Christo voluntatem & operationem statuentes, vnam quoq; duntaxat naturam cum Eutychianis asserere conabantur.

XLIX. Item amplector, suscipio, & approbo Synodum Nicænam secundam trecentorum quinquaginta Patrum, septimam in eodem ordine, & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit; & maximè impiam hæresim Iconoclastarum, qui venerandas Christi & Sanctorum imagines, tanquam si idola Gentium essent, è templis auferendas & flammis absumendas esse dicebant.

L. Item amplector, suscipio, & approbo sanctam Synodum Florentinam amplius quàm centum & quadraginta Patrum, & credo quicquid illa decreuit, de processione Spiritus S. à Patre & Filio, de consecratione panis azymi, vel fermentati, de purgatorio, & de beatitudine animarum, de primatu Summi Romani Pontificis, necnon de sacramentis & libris canonicis; & reprobo ac damno quicquid illa reprobauit atq; damnauit.

LI. Præterea amplector, suscipio, & approbo quæcumq; alia Concilia, quæ recipit & approbat sacrosancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, & maximè sanctam œcumenicam generalem Synodum Tridentinam nobilissimè celebratam; ac damno & reprobo omnes hæreses, & auctores earumdem, quos & quas reprobat & damnat dicta sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia; necnon quicquid illa tenet & docet, ac in omni deuotione & reuerentia suscipio & amplector illos quoq; doctores, & sanctos Patres, quos eadem Romana Ecclesia approbat, reuerenter suscipio. Teneo & confiteor sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ esse caput, & omnium Christianorum Patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: cuius Ecclesiæ vnitatem tanti faciendam esse affirmo, vt nullos extra eandem Ecclesiam Catholicam existentes æternæ vitæ participes fieri posse confitear.

Insuper promitto me tanquam obedientiæ filium, ordinationibus, præceptis, censuris, ac iussionibus sanctissimi Domini nostri D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, & successorum suorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, & sedi Apostolicæ semper & fideliter obtemperaturum. LII.

Hanc veram Catholicam fidem, quâ in præsenti sponte profiteor, & veraciter tento, eandem integram & inuiolatam vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere ac confiteri, atq; à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Ioseph de Episcopo, procurator & orator supradicti Reuerendiss. D. Gabrielis Patriarchæ procuratorio nomine eius, & meo proprio ac priuato, vt suprà spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia. LIII.

Ego presbyter Ioseph supradictus: & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, decimaquintâ die mensis Ianuarij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter tenco, eandem integram & inuiolatam vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere & confiteri, atq; à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem frater Abdelmessias Elmichini, procurator & orator supradicti Reuerendiss. D. Gabrielis Patriarchæ, procuratorio nomine eius & meo proprio ac priuato, vt supra spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia. LIV.

Ego presbyter Abdelmessias supradictus: & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, 15. die mensis Ianuar. anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.

Hanc veram Catholicam fidem, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter tentor, eandem integram & inuiolatam vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atq; illos, quorum cura ad me in munere meo spectabit, fideliter docere: Ego idem Barsum Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ S. Marci, nepos & orator supradicti Comus Ioannis, eius nomine, & meo, vt suprà spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. LV.

Ego Barsum Archidiaconus Patriarchalis Ecclesiæ S. Marci supradictus, & hic character manus meæ testificatur de me in hac scriptione, & in duabus similibus. In vrbe Roma, 15. die mensis Ianuarij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto natiuitatis Christi.

Hactenus legatorum publicè recitata fidei professio coram Summo Pontifice de ipsis optimè merito, præsentibus S.R.E. Cardinalibus.

(***)

INDEX

IN TOMVM SEXTVM ANNALIVM ECCLESIASTICORVM, IN QVO PRIOR NVMERVS ANNVM CHRISTI, POSTERIOR PARAGRAPHI SIVE NVMERVM MARGINALEM DENOTAT.

A.

ABdicatio Theodori Consulis à sæculo. 505.2
Abdicatione Theodori magna Christi gloria. ib.6
Abbas Edessenus clericus. 448.61
Ablabius Edessenus clericus. 448.61
Abdelmessia legatus Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. Pont. Max. fel. 908.11
Abramius à Theodoreto missus ad sanctum Leonem pro sua restitutione. 449.114.
Abrahamius Eutychetem excusat. 448.39
Abraham non nuda fide, sed opere Deo placuit. 516.15
Abraham Abbas laudatur à Sidonio. 480. 13. de eius rebus Sidonij carmen. ib. inter sanctos relatus. ib.14
Absolutio Eutychetis per Dioscorum. 449. 93. mortuorum an ad Papam spectet, & quomodo. 495.20. Sabæ presbyteri. 485.25
in Absolutione Symmachi Papæ sententia Synodi. 502.18. Missæ, & quomodo. 495.20
Abstinentia etiam seruanda in dignitatibus. 504.32
Abundantia interdum ex decimarum solutione. 475.35. à Deo datur sanctis suis. 633.34
Abundantia sanguinis fluxit ab imagine Saluatoris. 446.17
Abundius S. Leonis legatus missus Constantinopolim. 470.1
Abundius inter sanctos relatus. 511.13
Acacius creatur Episcopus Constantinopolitanus. 471.2
Acacius affectat primatum post Romanum Pontificem. 472.2
Acacij fastus, & temerarius conatus. ibidem 4. vnde eius timor ac spes vana. ibid. 5
Acacio Simplicius Papa restitit. ibid.6
ad Acacium Simplicius pro Ecclesia & fide Catholica. 476.18
in Acacium scribunt Eutychiani. ibidem. 44.
Acacius excitatur in Basiliscum. ibidem. 46. vocat sanctum Danielem vrbem Constantinopolim. ibidem. 48. curat vt Basiliscus reuocet edictum contra Concilium Chalcedonense. ibidem. 62. à Tyranno iura Ecclesiæ obtinet. ibidem 67
Acacij epistola ad Simplicium Papam de Alexandrina Ecclesia. 478.2. in eorum mutatio. ibid.6
ad Acacium Simplicius Papa pro Alexandrina Ecclesia. ibid. 8. & 13. de Antiochena Ecclesia. 479.10
Acacij elata mens coercetur à Simplicio Papa. ib.11
ad Acacium Simplicius de Calendione Antiocheno Episcopo. ibid. 15. ipsum reprehendendo. 482.13. & 20
Acacium hortatur Simplicius contra hæreticos. ibid.17
Acacij suspectum silentium. ibid. 19. facinora in Chalenionem. ibid. 21
Acacius quid in Ioannem Episcopum Alexandrinum. ibid. 22
Acacij odium vtiuersam turbat Ecclesiam. ibid. 23
Acacius laborat pro Petro Mogo. ibidem. 24.
ad Acacium Petrus Mogus religionem simulans. 482.38
Acacius rursus reprehenditur à Simplicio. 483.2
in Acacij causa Concilium Romanum congregatur. ibid.17
ad Acacium Felix Papa ipsum reprehendendo. ibid.21
Acacius superbiæ redarguitur. ibidem 23. & quod cum hæreticis tacitè conspiraverit. ib.25
ad Acacium libellus Felicis Papæ. ibidem. 46
Acacius recepit quos damnauit. ibid. 78. seducit legatos Pontificis. 484.3
Acacij causa tractatur in Synodo Romana. ibid.13
Acacius condemnatur. ibid.16
in Acacium sententia excommunicationis Papæ Felicis. ibid.17
Acacio quomodo redditus libellus sententiæ. ibid.34
Acacius nomen Felicis Papæ delet. ibidem 35
Acacij nomen abolendum. 492.17
Acacius cum Eutychete damnatus. ibid. 28. Orientales Episcopos deponit. 484.37. quanta mala perpetrarit. ibi. 38. sæpè imitatus ad resipiscentiam. 485.2
Acacij defensorum inanis tergiuersatio. ib. 3. obitus. 488.2. arrogantia in imaginibus declarata. ibid.
Acacius vere arrogans. 497.6
per Acacium sycophanta ministeria tenent ibid.10
Acacij peccato puniuntur Orientales. 512. 51. nominis studiosissimus populus Constantinopolitanus. 515.45. nomen è Diptychis expungendum. 515.50. magna demerita. 517.6
Acacius magister militum. 516.15
Academias Athenarum studuit renouare Anastasius. 518.17
Acclamatur in Synodo Marciano Imperat. à per Constantinus. 451.114
Acclamationes Circenses mollicæ. 509.2
Accusatio falsa, & absolutio Sabæ presbyteri. 485.23. aruandi Galliarum Præfecti de crimine læsæ maiestatis. 468.2
Accusationes contra Episcopos non facilè admittendæ. 496.25
Accusatores plures contra Dioscorum. 451.81
Acephali hæretici vnde dicti. 482. 42. contra Flauianum insurgunt. 512.20
Acephalos secutus Seuerus. 511.18
Acephalorum defensor Anastasius. ibidem 32.
Acœmetarum monasterium nobilissimum 459.16
Acta Concilij Constantinopolitani. 448.25. Ephesinæ pseudosynodi damnata Romæ. 449.143. Palmaris Synodi. 502.5. Sirmicij Papæ. 483.4
Actiones factæ cum Eutychete in Synodo Constantinopolitano. 448.36. habitæ in basilicis Romæ. 502.4
Actorem & reum ante Iudicem ex aduerso stare leges præcipiunt. 459.40
Additamentum Symboli de processione Spiritus sancti constituit, vt caneretur in Ecclesia Romana Benedictus Papa Septimus. 447.23. cum seq. quando appositum fuerit. ibid. 19. plures populi receperunt. ibid.20
Administratio Imperij relinquitur à Pulcheria. 446.23. sacramentorum à malis tenet. 497.10
Admonitio sancti Seuerini, vt Rex Rugorum euiteret insidias. 473.4. Gelasij Papæ nihil profecit Euphemio. 492.26. Hormisdæ Papæ ad legatos. 507.43
Adoratio Solis tollitur tanquam superstitiosa. 443.5
Aduentus Eutychetis in Synodum qualis. 448.45. S. Hypatij Romam. 500.9. Anthemij Constantinopolim. 481.11. Theodorici in Italiam. 489.6
Aduersarios quorumcumque animos pecunijs an ferro inclinemus, quid interest? 494.40
Aduersarijs schismaticis datur tempus resipiscendi. 503.10
in Aduersis quàm necessaria constantia. 517.35
Aduersitates non frangunt viros pios. 489. 20.
Adulatores non recipiunt quid liceat, sed quid placeat ei cui adulantur. 488.1
Adulterium Valentiniani Imperatoris cum vxore Maximi. 454.2
Ædificium super arenam erigit, qui sine consensu Sedis Apostolicæ construit. 452. 17.
Ægritudines magnæ & medicamento forti & medico indigent sapienti. 451.89
Ægrotorum magnus numerus ab Episcopo Carthaginensi sustentatus. 458.35
Ægyptij Deminutis cognoscunt. fol. 904. 32. & ideo legati faciunt professionem fidei coram summo Pontifice Clemente Octauo. ibid. sanctis martyribus numerant annos. fol. 908. 2. Christiani pauperrimi. 910.19
Ægyptiorum mores describuntur. 452.22
Athenienses resipiscunt Dei gratia. 463.17
Æmiliæ clades. 476.5
Æmulatio & inuidia ad maxima mouent. 488.8
Æneæ Gazæi testificatio de loquentibus sine lingua. 484.90
Æthiopes dealbantur, dum Boreales denigrantur. fol. 906.5
Aetius Notarius & diaconus. 449.14
Aetij vxor pro coniuge orat. 451.50 ibid.51
Aetij consulatus & obitus. 454.1
Aetius Archidiaconus Constantinopolitanus iniustè deponitur. 453.1
Affines Episcoporum ditati multa pari solent. 445.4

Afflictis maximè compatiendum. 512.33
Afflictio dira Constantinopolitanæ ciuitatis.445.6. reddit Eudociam Aug. Orthodoxam. 455.18
Africa vniuersa à VVandalis occupata. 440.3
Africanæ Ecclesiæ clades. ib.4
Africani Episcopi à VVandalis impetrare nituntur, vt in Ecclesijs permanere valeant. ibid. nequaquam id obtinent. ibid. legati in Concilio Chalcedonensi. 451.64 cum seq.
Africana Ecclesia subleuatur Zenonis opera. 480.2
Africanæ Ecclesiæ persecutio. 483.79. persecutio à Trasamundo Rege. 504.23. prouinciæ diuisio. ibidem 24. Ecclesiæ status. ibid. 25. persecutio. 483.55.& 79. regionis Christianos quantum diabolus infestauerit. 487.4
Africa fame dira vexata. 484.123. pestilentia grassatur. ibidem 124. regnat Trasamundus. 496.45
in Africam reuersus sanctus Fulgentius. 500.10
in Africæ aspera loca relegati multi Episcopi. 504.40
Agapitus Patricius legatus Theodorici Regis in Oriente. 515.39
Agapitus Consul in Occidente. 517.1
Agarenorum tabernacula euerterunt barbari. 509.9
Agarenus absorptus à terra. ibid.
Agathense Concilium: præsidente Cæsario Arelatensi episcopo. 506.2
in Agathensi Concilio quot Episcopi. ibid. & de audiendo eorum die Dominico. ibidem. de Quadragesimali obseruantia. 506.7
S. Agathæ Ecclesiam à perfido Ariano ornata. 472.10
S. Agathæ Ecclesia restaurata à Cardinali Borromeo. ibid.
Agni videntur hæretici, cùm sint cornutæ bestiæ. 516.12
Agricolarum laboriosæ stirpes. 494.49
Agritiæ puellæ quæ reliquerit S. Cæsarius. 578.28
Alamanni cum Clodoueo pugnant. 499.16
Alamanni à Clodoueo superantur. ibid.
Alamannorum Rex à Clodoueo interfectus. ibid.
Alamundarus Sarracenorum Rex. 509.6.
Alamundarus incursat Arabiam & Palæstinam. ib. Sarracenorum Princeps baptizatur. ibid.11
Alamundarum territat Seuerus. 513.42
Alamundarus illudit legatis Seueri. ibid.
Alaricus Rex Gothorum in Gallia. 534.130. dat facultatem celebrandi Concilium Agathense. 562.2
pro Alarico hæretico orant Episcopi Catholici. Civ.d.3
Alaricus iubet interpretari Codicem Theodosij. 506. 9. coluit sanctum Remigium. 507.1. quamdiu habuit Sanctos in regno tamdiu regnauit. ibidem. 2. ad Sanctum Remigium mittit filiam Benedicti. ibidem. exulare cogit sanctum Cæsarium. 506.12
cum Alarico & Clodoueo tractatur pax. ibid.9
Alaricus quando mortuus sit. ibidem.12. quanto tempore regnauerit. ibidem. occiditur & vincitur à Clodoueo. ibid. 1. & 29
Alarico succedit Gesilicus. ibid.26
Albinus Catalaurienſis Episcopus. 479.15
Albofledis soror Clodouei baptizatur. 499.21. moritur. ibid.
Alcimus Auitus Episcopus Viennensis. 509.42
Alcimus Auitus Arianum hæresim impugnauit. 494.53
Alcyson Episcopus Nicopolitanus laudatur. 516.47
Alcyson Episcopus Nicopolitanus. 512.20
ad Alcysonem epistola monachorum pro fide. ibid.21
Alcyson Episcopus ab Anastasio accersitus. 516.47. vita defunctus apud Byzantium. ibid. satisfecit Romanæ Ecclesiæ. 517.44
Alcæ rerum mundanarum sæpè inuertuntur. 441.1
Alexander Archimandrita cōfugit ad Hormisdam Papam. 517.59
Alexander auctor Acœmetarum. 459.18
ad Alexandrianæ clarissimam fœminam Theodoretus scribit ei gratias agens. 449. 139.
Alexandria Romam legatos mittit. 497.16.
Alexandrina Ecclesia curatur à sancto Leone. 453.27. Constantinopolitanam præcedit. 451.144. secunda est Ecclesiarum. ibidem 145. legationem mittit recentem ad Clementem Octauum. 452.23. 458.34. Synodus quando. 453.29
de Alexandrina Ecclesia epistola Leonis Imperatoris ad Anatolium. 457.
Alexandrina Ecclesia turbatur. ib. 11
Alexandrini hæretici Episcopum suum occidunt. ibid.2
Alexandrini Episcopi Orthodoxi ad Leonem Imperatorem pro Catholica fide. ibid. 13
Alexandrina Ecclesia restituenda in integrum. 476.16. defenditur à Felice Papa. 483.32
Alexandrini tumultus. 484.41
Alexandrina sedes prima post Romanam. 494.21. Ecclesia commendatur Anastasio Imperatori. 497. 8. libellum supplicem mittit ad legatos Anastasij Papæ. ib. 14. curse à Romanæ Ecclesiæ vnitate diuiserit. ibid.15
Alexandrinus Episcopus creatur Ioannes Mela. 497.29
Alexandrinæ Ecclesiæ cum Romana vnitas. fol.905.1. cum seqq.
Alexandrinus Corepiscopus discipulus dicitur. fol.710.17
Alexandrini in miserrimo statu positi. fol. 911.23.912.25
Alexandriæ res tantùm Ecclesiæ Christianorum. ibid.
Alexandrinis Eleemosyna à Clemente Octauo Pontifice Maximo largita. ibidem. 23.
Alexandriæ Patriarcha Gabriel. fol. 906.5
Alexandrini à SS. Martyribus numerant annos. fol.906.
Alexandrini hæretici quanta mala passi. 515.42
Alexandrinæ Ecclesiæ recens legatio ad Apostolicam Sedem. fol. 905.1. cum sequentibus.
Alexandrinorum clamores & lachrymæ. fol.913.31
Alexius presbyter Viennensis legatus ad Hormisdam Papam. 517.47
Alena ne minima quidem rapienda. 507.16
Alienatio bonorum Ecclesiæ omninò prohibita est. 483.13
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum prohibita à Symmacho. 502.24
Alieno periculo est discendum. 494.36
Aligernus Comes pugnauit pro Symmacho 502.11
Aleluiaticum melos dum canit lector pulpito insistens, ab Arianis hasta in gutture iaculatur. 456.20
altercatio est inter hæreticos. 496.8. Petr Mogi cum Euphemio. 489.2
altissimus fundauit Ecclesiam supra firmã petram aduersus quam nulla valet potestas. 483.8
Alypius Consul quando. 447.1
Alypius à Theodoreto missus ad sedem Apostolicam pro sua restitutione. 449. 114.
Amabilis presbyter sanctitate insignis. 480. 12
Amalaricus Alarici filius fugit in Hispaniam 507.20
Amantius diaconus à S. Seuerino missus ad Gibuldum. 482.55
Ambientes Pontificatum qua pœna puniendi. 479.6
Ambitionis plura mala. 452. 18
Ambitio quantum Deo displiceat. 504. 32. quasi dira furia agitat homines. 482.30. subrependi non prætermittit occasionem. 454.20
Ambrosius Britanniæ vindex. 477.30
Ambrosius Episcopus Aurienſis. fol.905.9
Amicitiæ malæ fugiendæ. 491.22
Amicus verus magis angitur aduersitatibus amici, quàm suis. 496.6
Amida capta ab Alamundaro. 509.7
Amissio religionis facit vt omnia corruant 446.27
Ammonius Episcopus Rhemensis. 499.39
Amor reciprocus sanctorum est in tribulationibus. 449.137. sit in subditis erga prælatos. 502.10
Amphilochius Sydæ Episcopus Eutychianus. 457.55
Amplitudo Ecclesiæ Antiochenæ. 448.12
ampulla chrismatis cælitus missa ad vngendum Clodouæum, & cæteros Reges Francorum. 499.29
Anachoretæ sancti cum Episcopis concordes, & ipsis obedientes. 458.37
Anastasia Pompeij vxor ad S. Sabam venit. 512.18
Anastasia testis de Marino à Deo percusso. 513.40
Anastasiæ martyris reliquiæ quando translatæ. 458.47
S. Anastasiæ Encænia. 459.11
Anastasius Episcopus Antiochiæ. 503.11
Anastasius creatur Episcopus Hierosolymitanus. 458.34. ab Euthymio prædictus Episcopus. ibid.35
Anastasius Episcopus metropolis Ancyræ. 459.8
Anastasius ab omnibus laudatissimus. 476. 41.
Anastasius Papa creatur. 496.55
Anastasij Papæ legatio ad Anastasium Imperatorem. 497.1. epistola ad Anastasium Imperatorem pro fide Catholica. ibidem. 2
Anastasius Papa Catholicus perseuerauit. ibid.25
Anastasij papæ probata perseuerantia in fide. ibid.
in Anastasiam confutatur obiectio. ibidem 27
Anastasius Papa moritur. 498.1
Anastasij Papæ res gestæ. ibid.2
Anastasius ex Silentiario Imperatore. 441.6
ab Anastasio Imperatore exigitur professio fidei. ibid.7
ad Anastasium Imperatorem scribit Felix Papa. ibid.8
Anastasius optimi Principis speciem edidit. ibid.9
Anastasij prior vita quàm laudabilis. ibidem 11
Anastasius se liberalem ad tempus ostendit. ibid.12
Anastasius Chrysargyrum tributum sustulit. ibid.
Anastasij aviditas succisa, sed non aulsa. ibid.13
Anastasius expilator Imperij. ibid.
Anastasij tempore ciuile bellum Constantinopolitanum. ibid.14

Anastasius faciem tulit ad inflammandam Ecclesiam Catholicam. ibid.
Anastasij tempore bellum Isauricum. 492. 41.
Anastasius insolentior factus. ibidem. fidei professionem reperijt. ibidem. quo colore foueret hæreses. ibidem. pacis prætextu malè agit. ibid. 43. matre Manichæa natus. ibid. 44
Anastasius hæreticus, & cuius sectæ. 494. 35.
ad Anastasium Theodoricus pro pace. 493.4
Anastasij querelæ contra Gelasium. ibidem 8. item querelæ contra Senatum. ibid. 10
ad Anastasium Gelasij Papæ epistola pro fide Catholica. 494.2
Anastasius pictura præsentari quoddam miraculum iubet. ibid. 63. iterum præcipit, vt miraculum appareat. ibid. 64
ad Anastasium Imperatorem Anastasij Papæ legatio. 497.1
ad Anastasium Imperatorem Anastasij Papæ epistola pro Ecclesia Dei. ibid. 21
Anastasius admonetur de Acacij nomine abolendo. ibid. 3
vt diuinum iudicium timeat. ibid. 4
vt legatos Apostolicæ sedis amplectatur. ibid. 6
vt Alexandrinæ Ecclesiæ auxilietur. ib. 7.
vt sum. no Pontifici obtemperet. ibid. 8
Anastasium admonet Symmachus Papa. 499.11
Anastasius specie tantùm Orthodoxus. 501. 3. quanta mala fecerit in ciues Constantinopolitanos 5. & quam dira passi Orthodoxi per ipsum. ib. 4. 5. excommunicatur à Symmacho. 502.30
Anastasij leges subdolæ. 505.4. consilium vt regnaret. ibid. 6
Anastasius quæritmortem Macedonio. 506. 7. Macedonium persequitur. 506.15. præsidium contra Persas parat. 507.27. Consulatum Clodoueo offert. 508.1
Anastasij cum Theodorico bellum. ib. 2
Anastasius aucupatur amicitiam Clodouei. 508.3. blasphemat, & Saracenus conteritur. 509.9.10
Anastasij tempore discordia Constantinopoli. 510.6
Anastasius sub nomine hereticorum Catholicos à bonis arcet Ecclesiæ. ib. 7
Anastasij calumniæ in Macedonium. ibid. 9
Anastasius verè hypocrita. 511.6. & seq. hæreticus latens. ibid. comburit acta Chalcedonensia. 511.12
Anastasij tempore incendium, & cædes Constantinopoli facta. ib. 13
Anastasius laborat pro Seuero. ibid. 15. laruam induit. ibid. 16. tentat sanctissimos viros. 511.21. Acephalorum defensor. ibid. 23.
Anastasij inconstantia. ibid. per totum
Anastasius auro tentat Theodosium Coenobiarcham. ibid. 25. quibus artibus Catholicos tentet. ibid. 23. dolosè eleemosynam Theodosio mittit. 511.26
ad Anastasium Theodosij epistola apologetica. ibid. 29. quanta libertate scripserit Theodosius. ibid. 30
Anastasij epistola ad Theodosium se excusando. 511.31
Anastasius rursum furit. ibid. 33
Anastasij conatus contra pietatem. 512.1
in Anastasium insurgunt populi. ib. 2
Anastasij simulatio. ibid.
Anastasius Synodum congregat Sidone. ibid.
ad Anastasium legatio sancti Sabæ. ibidem 5
Anastasius quid diuinitus de S. Saba viderit 512.14
Anastasij testimonium de S. Saba. ibidem 16
ira quieuit contra Eliam Patriarcham. ibid. 16
Anastasius Antiochenum Episcopatum Seuero tradit. 513.1. Asiatico Præfecto Libanesiæ quid mandarit. ibid. 4. mi. ius agendum putauit cum Episcopis Orthodoxis ibid.
ad Anastasium S. Sabæ epistola pro fide Catholica. 513.24
Anastasij lex contra pauperes valdè iniqua. 513.36
Anastasius auro barbaros intra suos fines continere solitus. ibid. 37
in Anastasium sancti Sabæ secunda legatio. ibid.
Anastasius Imperator valdè leuis. ibid. 38
Anastasio propter fidem aduersarius Dorotheus Episcopus. 513.44
Anastasius quantum auri dederit S. Sabæ. ibidem 41. exagitatur à Vitaliano Duce. 514.40 pacis conditiones Vitaliano offert ibid. 41. simulat conuocare Synodum? ibid. 42
Anastasij epistola ad Hormisdam Papam de Synodo conuocanda. ib. 43
Anastasius vrgetur à Vitaliano. 515.1. interpellat Romanum Pontificem. ibid. 3
Anastasij alia epistola ad Hormisdam Papam. ibid.
An Vitalius cuncta deferre prosecutur Romano Pontifici. ibid. 4. appellat Romanum Pontificem arbitrum controuersiarum. ibid. 5
ad Anastasium Hormisda Papa rescribit. 515.15
ad Anastasium aliæ hortatoriæ litteræ. ibid. 16.
cum Anastasio quàm cautè agat Hormisda Papa. ibid. 17
ad Anastasium quos legatos mittat Hormisda. ibid.
Anastasius qua conditione ad communionem admittendus. 515.30
cum Anastasio prudenter pertractat Hormisda. ibid. 30
ad Anastasium litteræ Senatus Romani. ibidem 42
Anastasius exoratur pro pace. ib. 43
Anastasij dolosæ artes. ibid. 44
Anastasius non curauit de fide, sed vt incommoda vitaret. ibidem 45. alit legatos spe vniendæ Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali. 516.1
Anastasij consilium quale. ibid. 2
Anastasius habebat spem nundinariam. ibidem 3
Anastasij nomen tantùm Catholicum. ibid. epistola ad Hormisdam de eius ficta religione. ibid. 4
Theodosius Theopompum & Seuerianum legatos mittit ad Hormisdam Papam. ibidem.
Anastasij epistola ad Senatum Romanum. ibid. 5
Anastasius simulat vnionem cum Catholica fide. ibid. videtur solicitare Papam, & Theodoricum Regem pro vnione Ecclesiæ. ibid. 6
Anastasij epistola per legatos Apostolicos ad Hormisdam Papam. ibid. 8. simulata fides & confessio. ibid.
Anastasius videtur respuere hæreticos. ibid. probat Chalcedonense Concilium. ibidem.
Anastasij magna simulatio. 516.11
ad Anastasium Hormisda Papa pro vera fide. ibid. 12
Anastasium hortatur Hormisda, vt opera, & non verba ostendat. 516.15
Anastasius bestia cornuta agno similima. ibid. 11. tectam diutius fraudem aperit. ib. 36. Episcopos Catholicos accersit, & affligit. ibid.
Anastasium liberè reprehendit Episcopus Orthodoxus. ib. 38
Anastasij timore deficit Dorotheus Episcopus. ibid. 39
Anastasius, simulatione tyrannum vicit. 517.1
ad Anastasium Hormisdæ epistola. ibidem 2
Anastasium hortatur Hormisda ad concordiam. ibid.
ad Anastasium alia Hormisdæ epistola. 517. 42.
Anastasius quam impiè erga Catholicos. ibid.
Anastasij epistola ad Hormisdam Papam. 517. 48. fatuum damnatur consilium. ibidem 49
Anastasius alter Pharao. ibidem. simulabat velle obedire Romano Pontifici. ibidem. 50. eijcit legatos Romani Pontificis per posticum. 517. 42. non solum Catholicos non amplectitur, sed eos expellit. ibidem 53. velut aper in vinea Domini. 516. 61.
in Anastasium sacra tractante. n comminatio. 518.11
Anastasij persecutio in aulicos Orthodoxos ibid. 13
Anastasius cohibitus est diuino terrore, ne occideret Iustinum & Iustinianum. ibidem.
in Anastasium commotus est populus Constantinopolitanus. 518.10
Anastasius coronam deposuit, vt populus quiesceret. 518.14. somnio admonitus, ne qui quos occideret. ibid. 16
Anastasio amicus Proclus Philosophus. ibidem 17
Anastasius studuit reuocare Athenarum Academias. 519.17
Anastasij abitus. ibid. 19
Anastasius fulmine percussus. ibid. quanto tempore regnauerit. ibid.
Anastasij numisma. ibid. forma corporis. 518.22
de Anastasio indictum iudicium diuinum. ibid.
de Anastasij obitu visio Eliæ & Sabæ. ibid.
de Anastasij obitu diuinitus admonitus Flauianus ibid. 25
Anastasij nomen damnatum. 518.25
Anastasio mortuo, Ecclesiæ contigêre læta. ibid.
Anathema dicitur, qui aliter seminat, quàm à Catholicis prædecessoribus accepit. 476.15
Anathomatizandi sunt alienantes bona Ecclesiæ. 504.3
Anatolius Edessenus clericus. 448.31
Anatolius subrogatus Constantinopolitanus Episcopus pro Sancto Flauiano. 449. 403. & 450
Anatolius Episcopus professionem fidei mittit Romam. 451.1
ad Anatolium S. Leonis gratulatoria epistola. ibid. 2
Anatolius interfuit Concilio Chalcedonensi. ibid. 65. miraculo quæsit confirmationem fidei. ibid. 120. discoli schola. ibid. 135 dolosè agit. ibid. eius multiplex dolus & fraus. ibid. 143. à S. Leone reprehenditur. 452.9
Anatolio quæ à sancto Leone præscribantur 456.7
Anatolij fides à Marciano Imp. exploratur. ibid. 24
ad Anatolium Patricium Theodoretus scribit pro Orientali Ecclesia. 450.40
Anatolius reprehenditur à S. Leone. 452.9
cum Anatolio dispensauit S. Leo. ibid. 14
detegit occultatum venenum. 453.11. quid in S. Leonem. ibid.

in Anatolium S. Leo ſcribit ad Marcianum. ibid.5
Anatolij faſtus repreſſus. 454.11
Anatolius abijcit curam primatus. ibid.15
ad Anatolium Leo Auguſtus ſcribit de Alexandrina Eccleſia. 457.34
Anatolius ad Leonem Auguſtum ſcribit de rebus Alexandrinis. ibid.36
Anatolij obitus. 458.31
Anatolius qualis cenſendus. ibid.
Anſilla Africana nobilis captiua redimitur. 440.14
Andreas diaconus & Notarius concilij cõſtantinopolitani. 448.28
Andreas hæreticus ſit Archidiaconus conſtantinopolitanus. 453.1
Andegauenſe concilium nuper editum. ibidem 80
Andromachus Senator Romanus. 496.2
Angelus comitatur ſanctum Marcellum. ibid.4
Angelus & Apoſtolus appellatus S. Remigius. 514.18
Anguis in herba latens hæreſis eſt. 490.11
in Anguſtijs nos munire debemus ſigno crucis. 514.37
Anianus Aurelianenſis Epiſcopus infirmo ſanitatem impetrat. 431.48
Animus ſacerdotalis & regius debet eſſe in Principe. 449.4
Animus licet pius Principis, in præceps agitur ab impijs conſiliarijs. ibid.166
Animæ Sanctorum egrediuntur interdum vt columbæ. 440.17
Animi demiſsio vtilis conſiderando progeniam perſonam. ibid.2. celſitudo vtilis conſiderando dignitatem, in qua quis ſit poſitus. ib.
Annus Iubilæj, annus lætitiæ & benignitatis 456.1
Anni ab Alexandrinis & Ægyptijs munerantur ſanctis martyribus. vol.908.12
Annonæ magna allatio monachis Dei prouidentia. 513.34
Annulo viri pudiciſsima fœmina decipitur. 454.2
Anthemius Imperator eligitur. 467.1
Anthemius Romam venit tempore peſtis. ibid.2
Anthemio reſtitit Hilarius Papa. ibid.3
in Anthemium quid moliatur Ricimer. 471 15.
ad Anthemium legatio Ricimeris. ib.18
Anthemium conuenit Epiphanius. ib.22
ad Anthemium Epiphanij oratio. ib.23
Anthemij & Ricimeris pax. ibid.26
Anthemij Auguſti obitus. 472.8
Anthemius Epiſcopus Salaminæ. 483.7
Anthemio per apparuit S. Barnabas. ibid. S. cum ſeq.
Authemij aduentus Conſtantinopolim. ibid.11
Antiochiæ ingens terræmotus. 458.25
Antiochenæ Eccleſiæ amplitudo. 448.18. iura Dioſcorus vſurpare nititur. ibid.17
Antiochena Eccleſia tertium locum ſibi vendicat inter Patriarchales. 452.9. ab hæreticis vexatur. 479.1
Antiochenæ Eccleſiæ infelix ſtatus. 486.3
Arcadij Imperatoris occidunt pſeudomonachos. 512 32.
Antiochenus Epiſcopatus Seuero traditur. 513.1
Antichriſtus dicitur hæreticus à S. Leone. 457.50
Antiſtes. Vide. Epiſcopus.
Antiquare grauia, & iuſta promulgare, æquale eſt æquitas. 455.26
Antiquo ſymbolo Apoſtolico cur ſemper vſa Romana Eccleſia. 447.23
Antiquitatis ſemper tenaciſsimus Papa. ibid.22
Antonius Epiſcopus Arianus crudelis. 484. 112.
Antonius Habet deum Epiſcopum inuitum rebaptizat. ibid.115
S. Antonius diſcipulus ſancti Seuerini. 488. 35.
Apellico multa mendoſa appoſuit in Ariſtotelis libris. 510.5
Appellationes Epiſcoporum ad Papam. 493 14.
Aper in vinea Domini Anaſtaſius Imperator. 517.61
Apocriſarij Alexandrinæ Eccleſiæ adeunt legatos Romani Pontificis pro pace. 497. 13.
Apocriſarij Alexandrini offerunt legatis libellum pro pace. ibid.14
Apollinaris auus Sidonij. 472.22
Apollinaris Valentiæ Epiſcopus ſanctitate celebris. 494.69
Apologetica epiſtola Theodoſij ad Anaſtaſium. 511.29
Apologia Gelaſij contra Gentilitios ritus. 496. 28. de Iuribus Principalibus defendendis damnatur. 447.
Apoſtolicæ ſedis ſententia in grauioribus cauſis à Metropolitanis conſtituenda. 462.9
Apoſtolica ſedes. Vide. Papa.
in Apoſtolica ſede ſemper ſeruata eſt religio immaculata. 517.31
Apoſtolicam ſedem in iudicium vocare demens eſt. 493.8
de Apoſtolica ſede benemeritus Theodoricus. 501.2
Apoſtolica ſedes nemineſi iudicem, niſi Deum habet. 500.7
ad Apoſtolicam ſedem legatio Eccleſiæ Alexandrinæ. fol.901.5
Apoſtolica ſedes iniuſtè arguitur ſuperbiæ. 494.14
ad Apoſtolicam ſedem mittuntur legati à Theodorico pro ſua reſtitutione. 449. 14.
ad Apoſtolicam ſedem appellat Theodoretus. ibid.140. cum ſeq.
Apoſtolicæ diſpenſationi tota alligatio, & tota abſolutio commiſſa eſt. 495.17
Apoſtolico ſymbolo antiquo cur ſemper vſa Romana Eccleſia. 447.23
Apoſtolici legati contradicunt Dioſcoro. 449.98
Apoſtolicis conſtitutionibus vis non præiudicat. ibid.
Apoſtolus & Angelus appellatur S. Remigius. 514.18
Apoſtolus Noricorum dictus S. Seuerinus. 473.3
Apoſtolus tertiusdecimus appellatus ab Alexandrinis Clemen. VIII. Rom. Pont. fol. 906.6
ex Apoſtolorum ſucceſsione oritur prærogatiua Eccleſiarum, & non ex ſplendore. 451.141
Apoſtolorum limina totius Orbis concurſu frequentata. 500.5
Appetitio cometæ. 444.34. magni prodigij. 446.9. ſancti Eutymij Phydo. 407.25. Solis tetri. 484.526. trina ſancti Barnabæ. 485 8.9. ſancti Michaëlis Archangeli in Gargano monte quando. 493. 43. ſancti Petri Galliæ viduæ. 504.505. 61. Beatæ Mariæ Virginis illuſtri fœminæ Seuerianæ. 513. 21. cuiuſdam ſigni Ioanni Silentiario. 491.18
Appellatio Theodoreti ad Apoſtolicam ſedem. 449.115. Epiſcoporum ad Papam. ab. 114. cum ſeq. 493.14
appetitus dignitatum quando non bonus. 499.6
Approbatio Conciliorum ad Papam ſpectat 451.146
Aprunculus Aruernenſis Epiſcopus. 484. 144.
Apum inſtar creſcit populus Dei. 449.
Aquenſis Antiſtes Arelatenſi Metropolitano parere iubetur. 514.4
Aquila nubibus ſunt Sancti Dei. 511.27
Aquileia ab Attila diruta. 452.53. iterum cœpta habitari. ibid.64
Aquilinus iniuſtè priuatur Epiſcopatu in Concilio Epheſino. 449.103
Aquilonares prouinciæ à fide defecerunt. 515.53
Aquitania ab Attila dira paſſa. 471.46
Aran Dux Theodorici. 508.30
Arauſicanum concilium in Gallia celebratum. 441.3 poſterius. 463.3
Arbiter ſcriptorum omnium eſt Papa. 460. 47. controuerſiarum Summus Pontifex. 515.6
Arbor à fructibus cognoſcitur. 492.20
Archangelus Michael quando apparuit in Gargano monte. 493.43
Archidiaconus Arelatenſis accerſitur pro archipresbytero. 508. 30. per viſum terret Ducem. ibid. 31. dimittitur cum honore. ibid.
Archiepiſcopalis ſedes Arelatenſis quando. 508.29
Archiepiſcopi dicti interdum Epiſcopi. ibidem 30
Archimandritarum hæreticorum perfidia. 451.93
Archimandritæ confugiunt ad Anaſtaſium Imper. & ab eo expelluntur. 517.21. confugiunt ad Romanum Pontificem, & ab eo recipiuntur. ibid.37
Archimimi fruſtra tentatur fides. 456.26
Archipresbyter Arelatenſis accerſitur ab Aran Duce Theodorici. 508.30
in Arcu baſilicæ S. Pauli adeſt memoria S. Placidiæ. 449.16
Ardor fidei operatur vt populus reſiſtat Imperatori hæretico. 511. 5. mortiferum frigus exuperat. 494.44
Arelatenſis Antiſtitis auctoritas quouſque ſe extendat. 450. 58. ciuitas prima omnium in Gallijs fidei rudimenta ſuſcepit. ib. 54. ciuitatis commendatio, dignitas & priuilegia. ibid.55
Arelatenſis & Viennenſis Epiſcopi de primatu rixabantur. 445. 11. ciuitas dicta Romæ Gallula. ibid.12
Arelatenſe concilium tertium. 453.41
Arelatenſe monaſterium conditum à S. Cæſario. 508. 23. monachorum conſtructum à Childeberto Francorum Rege. ibidem. 28.
Arelatenſis Metropolis Epiſcoporum legatio ad ſanctum Leonem Papam pro reſtitutione priuilegiorum antiquorum Eccleſiæ Arelatenſis. 450. 51. Eccleſiæ priuilegia antiquiſsima. ibidem 54. priuilegia à Symmacho Papa confirmata de petitione ſancti Cæſarij Epiſcopi. 513. 54. ſedes Archiepiſcopalis quando. ibidem. 29. archipresbyter accerſitur ab Aran. ibid. 30. archidiaconus capitur à Duce Theodorici. ibid. capitur pro archipresbytero. ibid.
Areobinda acclamatur in Imperatorem. 512. 2
Areobinda Dux exercitus Romam fugatur 503.32
ad Argolicum Theodoricus contra Magos. 504.7
Ariadna Zenonis Imperatoris vxor. 491.2
Ariadna curat proprium virum viuum ſepeliri. ibid.
Ariadna Imperatrix rogatur à S. Saba pro fide catholica. 512.17
Ariadna impia Auguſta moritur. 516.48
Ariana impietas miraculo victa. 484.47
Arianus deregitur Petrus Fullo. 483.64
Ariani vt plurimum tumultuantur. 484.53
Arianus videns ſit cæcus. ibid.74
Ariani chriſtianos rebaptizant. ibid.115

Ariani crudeles in Catholicos. 490.8.9. ipſi crudelitatem deteſtabantur. ib.8
ſub Ariano Rege auctoritas Papę fuit ſeruata integra. 493.39
Arianorum tempore multa miracula à Deo 494.66
Ariani à Deo puniuntur. ibid.61
Ariana hæreſis ab Alcimo impugnata. ibid. 53.
Ariani Regis iudicio tollitur ſchiſma ab Eccleſia. 498.5. plerique Principes. 499.14. etiam venerati ſunt Summum Pontificē. 501.2. Reges Concilium non congregant ſine Papæ auctoritate. 502.6
Arianos non patiuntur Galli. 507.10
in Arianos bellum à Clodoueo. ibid.13
Ariani conuerſi quomodo recipiendi. ibid. 24
Ariani perſequebantur ſanctum Cæſarium. 508.8.9
Arianorum malitia. 509.12
de Ariano Epiſcopo Conſtantinopoli agente. 506.14
Arianorum perſecutio. 504.23.& 45
Arianus Epiſcopus intereſt Synodo Gallicanæ, ſicut Satani inter filios Dei. 514. 18.
Arianus inſultans Catholicis conuincitur, & conuertitur, & confitetur catholicam fidem. ibid.19
Arianus obmutęſcit, præſente S. Remigio. ibid.
Ariano loquela reſtituitur. ib.20
Ariana hæreſis è Gallia à S. Auito propulſata. 516.29
Ariani perſequuntur Thomam Epiſcopum catholicum. 455.17. perhibi Ricimeris mala vita deſcribitur. 472. 9. inſurgunt in Sanctos. 455.16
in Arianos exclamat populus. 470.3
Arigernus Comes iudex cõſtitutus à Theodorico. 504.7
Ariſtotelem elucidat Boëtius. 510.1
Ariſtotelis lucubrationes eduntur à Boëtio. ibidem 2. libri paſsi naufragium. ibidem 3. quæ verè dici poſsint, in dubio eſſe ibidem 4. aliqui nimium ſtudioſi. ibidem 5
Arma à diuina prouidentia ante parantur, quàm inſerat prælium. 446. 13. ſpiritualia ſunt Doctorum opuſcula. 448.68. ſæpè minus acuta quàm ſint verba. 494.54. miſcere rebus Eccleſiaſticis non licet. 445 10.
Armatus Baſiliſci Imp. in Conſulatu collega Zenonidis Imperatricis adulter habitus. 477. 3. occiditur à barbaro cui benefecerat. ibid.
Armenia ab Hunnis tranſmiſſa. 515.49
Armogaſtis nobile certamen. 456.22
Armogaſtis exitus & ſepulchrum. ib.24
Arrogantia Acacij in imaginibus declarata. 488.1. Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum vnde orta. 493.22
Artibus quibuſdam conatæ ſunt Seculares poteſtates immiſcere ſe in electione Summi Pontificis. 483.11
Artes doloſæ Anaſtaſij Imperatoris. 515.45. hæreticorum ad impietatem pertrahunt 611.24. ſubdolæ. 515.45. nouæ in perſecutione Tranſamundi Regis. 504.45
Aruandus Galliarum Præfectus accuſatur de crimine læſæ maieſtatis. 468.2
Aruandi mira procacia. ibid.6
Aruandus damnatur criminis maieſtatis. ibid.8
Aruernenſium Dux Victorius Præfectus. 480.6
Aruernenſis ciuitas nunquam ab hoſtibus capta. 475.22
Aruernenſes præclaras res gerunt. 480.7. caſtitatis cultores. ibid.19. cum ſeq.
Aruernum inſtauratur. ibid.11
Aſcenſionis feſtum cur Rogationes præcedant. 475.17
Aſclepiades Notarius in Concilio Conſtantinopolitano. 449.14
Aſiaticus Præfecturam Libaneſiæ ſuſcipit. 513.4
Aſiatico præcipitur ne ſanguinem Epiſcoporum Orthodoxorum effundat. 513.29
Aſiæ Epiſcopi reſipiſcunt. 477.12
Aſperis Sanctorum terrer multos. 504.20
ad Aſparem Exconſulem Theodoretus pro Eccleſiæ pace. 450.44
Aſparis filius creatur Cæſar. 469.1
de Aſparis & ęjus liberorum nece. 470.2
Aſpar cum ſuis ad Eccleſiam confugit. ib.3. à Zenone interficitur. ibid.5
Aſperitas & immanitas Hunnorum, 444.36 cum ſeq.
Aſſentatores non reſpiciunt quid liceat, ſed quid placeat cui aſſentantur. 488.1
Aſterius factus Conſul & quando. 449.1. Notarius Synodalis. ibid.14
Aſterius S. Leonis legatus miſſus Conſtantinopolim. 450.8
Aſtutiores ſunt filijs lucis filij tenebrarum. 484.2.
Aſtutus comprehenditur in aſtutia ſua. 482. 42.
Athanaſius nepos Cyrilli à Dioſcoro exul efficitur. 445.1. cum ſeq. presbyterio privatur, & in pluribus angustiatur. ib. iniuſtè ſubrogatus Epiſcopus pro Sabiniano. 449.103. diaconus martyr. 452.30
Athenarum Academias ſtuduit renouare Anaſtaſius Imperator. 518.17
Atticus hæreticus pœnitentiam ſimulat. 458.14
Attila Rex Hunnorum depopulatur ciuitates & caſtella. 442.1
Attila occidit Bledam conſortem regni. 444 24. fuit Ethnicus ſuperſtitioſus. ib. 41. tributum accipiebat à Theodoſio Imperatore. 444.33
Attilæ forma & natura. ibid.34
Attila recedit ab Oriente in Occidentē. 450. Illyricum tentat. 455.53. eius exercitus ſeptingentorum millium erat. ibid. 35. deſcribitur eius ſtatus. ibid. qui populi ipſum ſunt ſecuti. ibid. 36. flagellum Dei. ibid.37
cum Attila nunquam Valentiniani Duces pacem firmarunt. ibid.38
Attila Honoriam Valentiniani Imperatoris germanam à fratre eius in vxorem petijt 454.24
ſub Attila Eutropia martyr. ibid.44
Attila veneratur Lupi Epiſcopi ſanctitatem ibid.41
ab Attila Aquitania dira paſſa. ibid. 46. eius doloſæ artes. ib.47
Attila Aurelianam ciuitatem obſidet. ib.48. victus ab Aëtio. ibid.51
Attilæ hiſtoria cœpta ſcribi à Sidonio. ib.53. fuga. ibid.54
Attila Aquileiam expugnat. 452. 53. Aquam Mediolanum. ibid.54. pacem S. Leoni Papæ conceſſit. 452.56
Attilam miraculo S. Leo vicit. ibid.57
Attilæ interitus qualis. 454.23
Attila à muliere cultro percuſſus dicitur. ibid.
Attila in coniugem aſſumpta puella decora, nomine indicto, tomoque obrutus, eruptione ſanguinis mortem obijt. ibid.
Auaritia interdum eſt cauſa hæreſium. 451. 114. perſæpe inuenitur in Principibus. 491 13. in Principibus quam magnum malum. ibidem. euellenda, non ſuccidenda. ibid.
Auctores criminum non facilè recipiendi ſunt. 451.11
Auctoritas Papę etiam æſtimata apud Arianos. 447.18
Auctoritas ſumma Papæ. 449.67.& 484.27. Papæ ſeruata ab Ariano Rege. 493.39. iuncta ſit cum modeſtia. 487.6
Auctoritatem prædicandi Euangelium dat Papa. 504.16
Auditu carens humano Chriſto credit. 484. 92.
Auguſtulus Imperator. 475.1
Auguſtuli numiſma. ibid.2
S. Auguſtini monachorum vetus inſtitutio. 504.34
S. Auguſtini corporis tranſlatio in Sardiniam. ibid.38
Auiditas Anaſtaſij Imperatoris qualis. 491. 13.
Auieni Conſulatus & laudes. 581.1
Auitiani temeritas punitur. 482.63
Auitus creatur Magiſter militum. 455. 5. fœdus cum barbaris init. ibidem. creatur Imperator. ibidem 24. deponit Imperium. 456.1
Auiti Conſulatus. ibid.
Auitus alius ab Imperatore. ibid.3
S. Auitus Viennenſis Epiſcopus. 516.7. requirebat fidei confeſsionem manifeſtam 494.68. Gundebaldum ab errore liberare non valuit. ibidem. 69. Sigiſmundum ad Catholicam fidem conuertit. ibidem.
S. Auiti Viennenſis epiſtola ad Hormiſdam Papam. 516.19. legatio ad Hormiſdam Papam. ibid.25
ad Auitum epiſtola Hormiſdæ Papæ. 516.25
S. Auitus valdè laudatur à Papa. ib. Alcimus dictus. 516.28
S. Auiti epitaphium. ibidem. plures virtutes numerantur. 516.29. plura ſcripta. 494.69
S. Auitus Arianam hæreſim à Gallia propulſauit. 616.30
Auitus alius creatus Imperator. ibid.31
Auitus Presbyter Aurelianenſis. ibidem.
Auitus quod fuerit Conſul clariſsimum eſt. 456.1
Aulici aliqui omnia miſcent, vt in infimicos euomant iras. 446.23
Aulicos perſecutus eſt Anaſtaſius Imperator. 518.13
Aurelianam ciuitatem Attila obſidet. 451.48 oratione Ariani liberatur. ibid.49
Aurelianus legatus à Clotildem. 494.29. quid cum Crotilde egerit. ibid. ſe mendicum fimulauit. ibid.
Aurelianenſe Concilium quando. 507. 5. ad Clodoueum de ſtatutis in Concilio ibid.23
Aurelianenſis concilij triginta tres canones. ibid.24.
Aurelianenſi Concilio qui interfuerint Epiſcopi. ibid.25
Aurelius Adrumetinus Epiſcopus legatus Africanus in Concilio Chalcedonenſi. 451.65
Aures Regum pulſandæ pro pauperibus. 514.59
Auris integra alteri eſt ſeruanda. 444.21
Auro multi tentantur. 511.26
Auro Anaſtaſius barbaros intra ſuos fines continere ſolitus. 613.56
Aurum corrumpit homines. 488.3
in Auſtrali plaga populi primùm Iudæi. 515.55.
Auſtrales populi ad fidem conuertuntur. ibidem.
Author Metenſis Epiſcopus ab Hunnis capitur. 451.49
S. Auxentius accerſitur ab Imperatore Marciano. ibid. 154. diu reluctatus Marciano acquieſcit. ibid.155
Auxentij rectæ fidei confeſsio & profeſsio. ibid.156
Auxentius cum Marciano pertractat de fide ibid.157

Auxentius probat fidem Chalcedonenſis Synodi. ibidem 159. & nonnulla eius acta. ibid.
Auxianus ſucceſſor ſancti Abrahæ. 480.13
Auxianus Epiſcopus ſubſcribit in Synodo. 490.24
Auxilium diuinum primò implorandum. 440.1
Auxilium implorat Theodoretus pro populo à Pulcheria Auguſta. 444.44. ab Imperatore dabatur Romano Pontifici. 445.15. diuinum adeſt, vbi ceſſat humanum. 446.2. Principum ſemper imploratur ab hæreticis. 448.42. petit Theodoretus à Renato legato Apoſtolico. 449.123. Sporatij Comitis erga Theodoretum contra Chryſaphium. ibid. 140. præſtitum Orientalibus per legatum Sedis Apoſtolicæ. 450.32. Viennenſibus à S. Seuerino. 454.33
Auxilio Dei liberantur Sancti. 508.1
Auxilium ſupernaturale eſt in Sanctis Dei. 509.7
Auxilium diuinum præſto eſt ſanctis. 513.12. expectandum à Deo. 518.3. Dei erga ſuam Eccleſiam. fol.905.
Autolaus ſequitur Concilium Chalcedonenſe. 451.153

B

Badonicus mons obſidetur. 477.32
Baptiſmi ſolemnitas bis in anno. 447.25.
Baptiſmus Clodouei Regis Francorum. 499.20
Baptiſmus Alamundari Sarracenorũ Principis. 509.11
Baradatus anachoreta illuſtris. 458.20
Baradatus Theodoreto Epiſcopo obtemperat. ibid. 21. eius pœnitentiæ. ibid.
Baradatus ad Leonem Aug. contra hæreticos ſcribit. ib.24
Barbara curat tranſlationem ſancti Seuerini. 496.50
Barbari vaſtant Imperium Occidentale. 440.3
Barbari Chriſtiani effecti mitigeſcunt. 444.40. parcunt primarijs baſilicis in Vrbe. 458.13. ſeruarunt venerabile monaſterium Lerinenſe. 453.46. ſemper Romanorum proditores & eorum beneficijs ingrati extitêre. 487.7. ſeipſos trucidant. 454.31. etiam venerantur ſummum Pontificem. 501.2. inuaſerunt Romam. 509.8. euerterunt gaſtronorum tabernacula. ib.9
Barbaroe continebat intra ſuos fines Anaſtaſius auro. 513.58
Barbis dum baptizatur ab Ariapis, æqua euanuit. 506.14
S. Barnabæ corpus repertum, & cum eo Euangelium S. Matthæi. 485.4. & ſq.
S. Barnabæ prima apparitio, ſecunda, & tertia. ibid.8.9
S. Barnabæ Eccleſia cum monaſterio erecta. ibid.13
Barſumas archimandrita vices agit omnium monachorum. 449.22
Barſumas Archimandrita omnium ſceleſtiſſimus. ib.28
de Barſuma Theodoſius Imperator ſcribit ad Dioſcorum. ibid.29
Barſumas cauſa fuit mortis ſancti Flauiani. ibid.106.
Barſum Archidiaconus Alexandrinus miſſus à Ioanne Corepiſcopo Alexandrino ad Clementem VIII. Romanum Pontificem. fol.913.29
Barſum profeſsionem fidei facit, & præſtat obedientiam Summo Pontifici. fol.913.29.
Baſilica ſancti Petri humiliter viſitatur à S. Valentiniano & à Galla Placida Auguſtis ibid.157. & 159
Baſilica noua erigitur à ſancto Mamerco. 475.17
in Baſilica Seſſoriana Actio Synodi. 502.9
in Baſilica ſancti Petri Symmachus. ibidem 11
Baſilicæ primariæ in Vrbe à Vuandalis non expoliantur. 455.13
Baſilicæ duæ deſtinantur Carthaginenſes excipiendos captiuos, idque piè. ibidem 15. extructæ à ſancta Pulcheria. 453.22. S. Petri quæ ornamenta dederit Symmachus Papa. 514.8
Baſilicas aquas exerit & ornauerit Symmachus. ibid.9
in Baſilicis Romæ quæ acta contra Symmachum. 502.4
de Baſilicis hæreticorum quid ſtatuerint Patres. 510.13. à Symmacho Papa erectis. 514.5
Baſilius S. Leonis à Latere legatus. 450.8. legatus Conſtantinopolim. 451.8. presbyter pœnitens Romam venit. ib.21
Baſilius S. Leuciæ Epiſcopus indulgentiam conſequitur in Concilio Chalcedonenſi ibid.91
Baſilij Conſulatus præclarus. 463.1
ad Baſilium epiſtola Sidonij de Gallicano ſtatu. 474.33
Baſilius creatur Epiſcopus Antiochenus. 456.30
Baſilius Præf. Prætorio in ſede vacante Simplicij quid egerit. 483.11
Baſilij edictum de non alienandis bonis Romanæ Eccleſiæ. ibidem 13. reſpuitur. ibid.15
Baſilius detegitur magus Romæ. 504.9. magus quomodo egreſſus ab Vrbe. ibidem. 10. Equitio traditur. ibid. 11. per magiam ſolicitat monialem. ibid. 12. expellitur à monaſterio. ibid. 13. comburitur zelo populi Romani. ibid.14
Baſiliſcus, qui inuaſit Imperium, fauebat hæreticis. 457.53
Baſiliſci conſtitutio contra Concil. Chalcedonenſe. 476.30. & 32
ad Baſiliſcum querelæ Eutychianorum. ibid.43
Baſiliſcus recedit ab Vrbe. ibid. 52. Dux exercitus Leonis Imperatoris. 468.19
Baſiliſci proditio ingens. ibid.21
Baſiliſcus conſpirauit cum Aſpare & Ardaburio. ibid.23. à Verina ſorore liberatur. ibidem 25. excitatus contra Zenonem. 476.23
Baſiliſcus tyrannus hæreticus. ibid.25
Baſiliſci conſtitutio contra Concil. Chalcedonenſe. ibid.30. & 32
Baſiliſcus ſimulatè quærit S. Danielem. ib. 55. fictè procumbit ad ædes S. Danielis. ibid.60
Baſiliſci edictum pro fide Catholica. ibidem 63
Baſiliſcus imperare definit. 477.1. cum ſuis fame perire cogitur. ibidem. 2. ad Baſſam Abbatiſſam S. Pulcheria pro fide Catholica. 453.17
Baſſa redditur Catholicæ. 455.23
Baſianus Epiſcopus Epheſinus deponitur 447.26
Behemoth beſtiarum maxima Eutyches. 449.88
Bella noua ſemper mouent hæretici. 512.30
Belliger dictus Clodoueus Francorum Rex. 514.22
in Bello fugatur Fridericus. 488.10. quæ leges ſeruatæ. 507.15
Bellum mouetur à Theodoſio Imperatore contra Vuandalos. 441.18. maius nullum eſt, quam dimicare beneficijs. 471.24. ciuile ortum eſt Conſtantinopoli. 491.14.
Bellum Iſauricum Anaſtaſij Imperatoris tempore. 492.41. propter fidem Catholicam mouendum. 507.13. Clodouei contra Arianos. ibid. Clodouei cum Burgundionibus. 508.32
Benedictiones à ſanctis dantur Catholicis, & non hæreticis. 513.30
Benedictio ſancti Remigij imperitia Francorum Regibus. 514.26. ſimiliter trium Epiſcoporum impertit Francorum Regibus. ibid.
S. Benedictus eremum petijt. 494.70. longè ante S. Gregorium fuit. ibid.71. quo anno tantus vir floruerit. ibid. huius ſancti viri ætas. ibid.72. an puer vel adoleſcens in eremum ſeceſſerit. ibid.73. quot annos in ſpecu ſteterit. ib.76
S. Benedicti qui falsò dicti profeſſores. ibidem 77
S. Benedicti diſcipulus fuit Valentinianus. ibid.71
Benedictus Papa VII. conſtituit vt caneretur Symbolum in Miſſa. 447.23
Benedicti filia miſſa ab Alarico ad S. Remigium. 507.2
Benedicti filia liberatur à dæmone, & ab inferis reuocatur. ibid.
Benedicti quædicatur epiſtola. ibid.4
Beneficia multa conferuntur Phido à ſancto Euthymio. 477.26. cum ſeq.
Beneficiorum Eccleſiaſticorum origo. 501.36.
Beneuentanus Epiſcopus à Leone redarguitur. 448.84
Beneuolentia captãda à Principibus. 494.5
Benignitas interdum magis elucet in hoſtibus quam in magiſtratibus. 468.33
Berytenſe iudicium in cauſa Ibæ. 445.61
Beſtiæ cornutæ ſunt hæretici. 484.35. cruentæ hæretici appellantur. ibid.36
Beſtia cornuta agno ſimillima hæreticis. ibid.37
Bigami aliquando ordinati Epiſcopi. 448.10 qui fuerint facti Antiſtites. ibid.
cum Bigamis nec tempore neceſſitatis diſpenſauit S. Leo. 416.17
in Bigamos decretalis S. Leonis. 443.7
Bigami ordinati, & qui antea viduam vxorem acceperant, deponuntur. 416.16
Byzacenum Concilium quando. 504.26
Blaſphemi à Deo puniuntur. 494.61
Blaſphemiæ Eutychetis detenguntur. 442.41
Bleba ſuper Hunnos principatur. 442.1
Boëtius Conſul elucidat Ariſtotelem. 510.1
Boëtij multa commentaria in Ariſtotelem. ibid.5
Boëtius quare ita ſublimis in philoſophia. ibid.
Bona multa operatur tribulatio. 440.9. cum ſequen. ſubditorum corporalia curentur poſt ſpiritualia ab Epiſcopis. 444.46. Eccleſiaſtica in quatuor partes diuidenda. 494.24. diripiuntur ab hæreticis. 510.7. minimè alienanda. 483.13. & 502.24. anxit Simplicius Papa. 483.13. reſtituit Theodoricus. 504.4
Bonifacius Card. S. Leonis legatus Conſtantinopolim. 452.3
Bonifacius diaconus martyr. 484.100
Boreales denigrantur, dum Æthiopes dealbantur. fol.906.5
Breuitas litterarum deſideratur. 492.30
Britannia inuaditur à Pictis & Scotis. 446.3
Britanni interpellant Aëtium contra inuaſores. ibid.2. eorum peccatis ira Dei ad vltionem excitata. ibid.3
Britannorum ſacerdotum ſcelera. ibid.4
Britanni liberantur ab Ambroſio Aureliano 477.30
Britanni duriſsimè afflictati à Schotis & Pictis. ibid.31
Britannorum Eccleſiæ varius ſtatus. ibidem.

Britanni passumdati ob malè cultam religionem. 494.91. victis hostibus respirant. ibid. 79
Bulgari inuadunt Thracias. 499.12. superant Anastasium Imperatorem. ibid.
Bulgaris datur multum auri ab Imperatore. ibid.
Bulgari deuastant Thracias, & superantur à Theodorico. 502.38. vincuntur à Theodorico. 504.1
Bulgarorum agmine pugnat Vitalianus dux 514.41
Bulgarorum magna ferocia. 504.2
Burgundiones contriti ab Hunnis. 444.35 auxiliati sunt Italis. 494.68
ad Burgundionum Regem legatus Epiphanius. ibid.46
Burgundionum Rex benignè suscipit Epiphanium. ibi. 50. dimittit Italos captiuos. ibid. 52
Burgundionum bellum cum Clodoueo. 508.32
Burgundiones dant pœnas sacrilegij. ibidem 34.

C.

CÆcus illuminatur à Leone ante Imperium. 457.4. à sancto Eugenio & quomodo. 484.45
Cæcus fit, qui erat videns, per Arianum Antistitem. ibid. 74
Cæcus illuminatur à sancto Vedasto. 499.24 coram Clodoueo, vt ipse conuertatur. ibid.
Cæcus Crescentius, dum obedit S. Paterno, lumen recepit. 514.39
Cæcus cæco ducatum præstans, ambo cum ruina multorum in foueam cadunt. 485 29
Cædes facta Romæ in Circo. 509.2
Cælestianus Carthaginensis commendatur 440.8. eius laudes. ibid. 9
Cælianus Iudex constitutus à Theodorico aduersus magos. 540.7
Cæsaria soror S. Cæsarij virgo. 508.20. creatur Abbatissa. ibid.
Cæsariæ laudes. ibid. quæ reliquerit S. Cæsarius. 508.27
Cæsarius Episcopus Arelatensis. 441.13. præfuit Concilio Arelatensi. 453.42
Cæsarij tyrocinium. ibidem 44. monachus Lerinensis. ibidem. quo vixit tempore. ibid.
Cæsarij homiliæ quæ.
Cæsarius Episcopus Arelatensis scriptor nobilis. 490. 10. præfuit Concilio Agathensi. 500.
Cæsarius Episcopus Lugdunensis cum Eucherio mulierem infirmam sanat, 463.6 reuocat recedentes ab Ecclesia. ibid. 5
Cæsarij conciones ad populum crebræ. 506.2
ex Cæsarij sententia statuti sunt canones in Concilio Agathensi. ibid. 7
Cæsarius exulare cogitur ab Alarico. 507.6. miraculis claret ibid. 7. ab exilio reuocatur. ibid. 8
Cæsarij reditus Arelatem. ibid.
Cæsarius quanto honore à suis exceptus. ibid. 9. à Cypriano laudatur. ibidem. vt proditor detrusus in carcerem. 508.8. pascit ac redimit captiuos Fideles. ibid. 11. educitur quasi Daniel de lacu leonum. ibid. 10
Cæsarij magna charitas erga captiuos. ibidem 11
Cæsarius vasa argentea Ecclesiastica vendebat pro pauperibus. 508.13
Cæsarium veneratus Theodoricus. ibid. 13
Cæsarij magnum nomen & fama. ibid. 14
Cæsarius Romam peruenit. 508.15. Romano Pontifici ac Senatoribus charus. ibid.
S. Cæsarius Romæ à Symmacho Papa expetit confirmationem suæ Arelatensis Ecclesiæ priuilegiorum. 513.45
ad Cæsarium Ennodij epistola ipsum laudando. ibid. 47
S. Cæsarij mirificæ laudes. ibidem. 18. testamentum per epistolam conditum. 508. 23.
S. Cæsarius quæ reliquerit monasterio. 508. 25. quæ reliquerit Cæsariæ sorori. ibidem. quæ item plerisque aliis dari voluerit. ibid. 28. voluit vt quæ reliquerit Cæsariæ suæ sorori, firmarentur auctoritate Summi Pontificis. ibid.
de Cæsarij tempore exoritur error. ibidem 29
Calumas clericus Edessenus. 448.61
Calamitas Carthaginensium extorrium. 440.7. Tuscæ describitur. 476.5
Calendion eligitur Episcopus Antiochenus 482.1
Calendion confirmatur à Romano Pontifice. ibidem 2. transtulit reliquias sancti Eustathij. ibidem. 4. in Oasim relegatus. ibid. 6
Callidi valdè Græci hæretici. 516.12.
Calumnia conturbat sapientem. 448.83
Calumniæ redarguitur Gennadius. 466.15. contra Theodoretum. 443.11. libenter toleranda. 444.21. Anastasij in Macedonium 510.8
Calumnias perfert Theodoretus. 444.22.
Calumniam patiens Theodoretus queritur 448.79. passus iniustè Macedonius. ibid. 7. & seq.
à Calumnijs se purgare debent serui Dei. 444 26
Calumnias nec viri sancti effugere possunt. 448.81. aduersariorum confutat Theodoretus. ibid. 23
Camelianus Episcopus discipulus S. Lupi. 479.16
Camelo impositi male cæduntur vrbem circumduci solebant. 452.27
Camisiæ & femoralia ex pallis altaris impiè facta, sed non sine vltione diuina. 456.18
Candidus Tiburtinæ ciuitatis Episcopus. 484.32
Canones Ecclesiastici præcedunt Principum leges. 451.99. & 102. sacri seruandi omni cura. 452. 11. aduersus simoniacos. 459.4. seruentur à Principibus. 479.8. tredecim sancti in Concilio Turonensi. 381. 47. statuit Quintianus Episcopus Aiculanus contra Petrum Cnapheym. 483.54. seruandi omninò. 493.37. veteres restituendi. 508.8. Concilij Epaunensis. 509. 13. soluere, in religiopem peccare. 515.32. seruentur in electione Episcoporum. 516. 40.
Canonicè aliquem cribrare. 483.65
Canonici libri qui. fol. 916.42
Canonibus intemerata reuerentia seruanda est. 454.20
Canonum seruator Papa. 479.8
Capitula præscripta ab Hormisda Papa seruanda ab Orientalibus. 515.36
Cappadocia ab Hunnis deuastata. 515.49
Cappadociæ Ecclesia in malo statu. ibidem 471
Caprasius monachus Lerinensis. 441.16
Capsuæ Dux Maurorum. 456.11. eius iussu Sancti affliguntur, & aliqui martyrio coronantur. ibid. 12
Captiones hæreticorum denudantur, 457. 49
Captiua ancilla Carthaginensis redempta. 440.14
Captiui redimendi. 494.41
de Captiuis redimendis Epiphanij oratio. ibid. 47
Captiui soluuntur & dimittuntur. ibidem. 52.
Captiuorum dimissorum à Burgundionibus numerus. ibid. 53
Captiui relaxantur à Godigisclo. ibid. 54. redempti à Romana Ecclesia. ibid. 56. redimendi ab Episcopis. 508.9
Captiuitas sancti Fulgentij. 490. 5. cum sequen.
pro Captiuis vendebant Sancti vasa Ecclesiæ argentea. 508.11
in Captiuitatem redacti plerique Itali. 494. 48
Caput S. Iuliani inuentum. 475.15. totius Ecclesiæ Papa. 517.57
in Carcerem conijciuntur Dei confessores. 483.82
in Carcerem detruditur sanctus Cæsarius. 508.9
Carmen Sidonij de rebus sancti Abrahæ. 480. 13
Carnales priuantur dono Dei. 484.95
Carnificina Seueri in Oriente. 517.60
Carolus Martellus Francorum Rex. 514.26. fuit infelix hæres maledictionis S. Remigij. ibid.
Carolus Magnus Francorum Rex. ibidem. 27. benedictionem sancti Remigij habuit. ibid.
Carolus Eutychianus Imperatorem appellat. 451.55
Carpentoracense Concilium. 463.13
Carthaginenses nobiles trans mare eijciuntur. 440.9
Carthaginensium extorrium calamitas. ibid. 7
Carthaginenses nobiles multi serui effecti Vuandalorum. ibid.
Carthaginensium innumera mala. ibid. 8
Carthaginenses iterum Episcopum accipiunt. 480.1. valdè lætantur de accepto Episcopo. ibid. 5. fusi Arane dolosam indulgentiam. ibid. 4
Carthaginensis Ecclesia sublevatur opera Zenonis Imperatoris. ibid. 2
Cassiodorus Siciliam defendit. 449.5
Cassiodori locus emaculatus. 468.10
Cassiodoro collata dignitas Patriciatus. 493.5
Cassiodorus vir illustris. ibid.
Cassiodori opera Theodosius maximè vtitur. ibid. Chronicon militum. 503.
Cassiodorus Consul, & quomodo ad Consulatum ascenderit. 514.1
Castella & ciuitates depopulatus est Attila. 442.1
Castitas admiranda Marciani Imperatoris. 430.18
Casus miserandi ex terræmotu orti. 446.
Catechismus semper necessarius ante Baptismum. 489.22
Cathedram Petri tenet Romanus Pontifex 512.49
pro Catholica fide S. Leo pertractat cū Pulcheria Augusta. 449.16
Catholica fides suscipitur à Mauritanis. 456. 12. publicè confitenda. 513.12. miraculo comprobatur. ibid. 18
Catholici quanta mala passi sub Hunnerico 484.54
Catholicæ fidei defensorē se exhibet Theodoretus. 518.13
Catholici Constantinopolitani quanta mala sint passi. 501.5
Catholici variè tentantur ab hæreticis. 511. 3. & seq. tantummodo fugant dæmones. 513. 43. fidei professionem ad Romanum Pontificem mittebant. 517.30. esse probātur, qui coniunguntur petræ, hoc est, Christo. ibid. 39
in Catholicos quæ molitus sit Petrus Fullo. 485.5
Catholicos prosequuntur hæretici. 517.51
Catholicos persequitur Anastasius Imper. 516.26.

Causam ob leuem non ferenda excommunicatio. 445.14
Causa Eutychetis indicitur Synodus Ephesi. 449.18
Causa Siluani Episcopi calaguritani tractatur apud Summum Pontificem. 465.23. Acacij congregatur concilium Romanum. 483.17. Vitalis Episcopi tractatur in concilio Romano. 484.10.11
Causæ Episcoporum referendæ ad Papam. 468.24
Cautè procedendum semper cum hæreticis 515.38
Celebritas natalis Hilarij. 465.17
Celenense concilium quando celebratum. 447.17.
Celsitudo animi vtilis considerando dignitatem, in qua aliquis est constitutus. 440.2
Census Principum essent reuelandi. 444.45
Cerèrius Galliarum Episcopus Romanum Pontificem veneratur. 449.43
Certamen præclarum Saturi. 456.27. insigne pueri septem annorum. 484.117. insigne Liberati & vxoris. ibid. 118. insigne cuiusdam mulieris. ibid. septem monachorum. ib.101
Ceruus in bello, in pace leo, de Iuuenale Episcopo dictum est. 454.21
Chalcedonense concilium sub Marciano quando. 451. 22. qui in eo numerus Patrum. ibid. vbi concilium celebratum. quo tempore coeperat, & quot eius sessiones. ibidem 69. Prima Sessio. ibid. 70. Secunda. ibid. 75. Tertia. ibid. 0. Theodoretum admittunt. ibidem 73. quæ in Dioscorum sint acta. ibidem 81. Sessio quarta & eius acta. ibidem 90. quinque Episcopi indulgentiam consequuntur. ibid. Sessio quinta, & quid egerint. ibid. 91. sexta. ibid. 104. Septima, & Oratio Marciani. ibid. 112 cum seq.
Chalcedonensis ciuitas Metropolis fit. ibid. 118. Octaua Sessio, & quid egerint. ibidem 124. Nona. ibid. 128. Decima. ibid. 131. Vndecima. ibid. 132. Duodecima. ibidem 133. Tertiadecima. ibid. 137
Chalcedonense concilium offert Summo Pontifici nomen Oecumenici. ib. 150. à S. Leone probatum. ibid.
Chalcedonensis concilij memoria consecrata. ibid. 160
in Chalcedonensi concilio indulgentiam consequitur Basilius Seleuciæ Episcopus ibid. 91
Chalcedonensis concilij canone aduersus simoniacos. 459.4
Chalcedonense concilium reijcitur à Basilisco tyranno. 476.30. & 23. probatur à Metropolitanis. 457.54. ab Anastasio Imperatore mirè receptum. 492.43. probatur ab Anastasio. ibid.
Charisius presbyter nequam. 459. 10. iusta vindicta diuina. ibid.
Charitas est summa virtutum omnium. 448.21. magna Marciani in pauperes. 457. 13. catholicorum magna. 460.14. Felicis Abbatis valdè commendatur. 490.6. quantum commendetur. 508.11. Deogratias Episcopi carthaginensis. 455.15
Cherubin incorporeos à Deo mandatum fuit in Arca & Sanctuario effingi. 485.19
Childebertus Francorum Rex filius Clodouei. 503.28. monasterium monachorum ædificauit. ibid. filius Clodouei regnauit post patrem. 514.29. Rex coluit S. Paternum Episcopum. ibid.
Childericus primus Franchorum regnat in Gallia. 456.6. mirificè colit S. Genouefam. ibid. Rex Franchorum moritur. 484. 131.
Chrismatis ampulla demissa è cœlo ad vngendum Clodoueum Regem. 499.29
Christus dat mansuetudinem barbaris christianis factis. 444.40
in Christo naturæ duæ in vna persona. 451. 110.
Christus destruit, quod diabolus conatur ædificare. 483.80
Christi personæ vnitas per multa probatur. 449.65. Euangelio quantus honor tributus in concilijs. 451.68. membra appellantur reliquiæ Sanctorum. 490.46. fides liberè prædicanda. 512.41
Christum imitari debemus in his quæ pro ipso fiunt. 476.50
Christiana religio barbaros mansuetos reddit. 444.40
Christianæ Reipublicæ miserandus status. 476.6. fœminę digna responsio de marito fortiendo. 494.30
Christianus non seruans fidem, fit Pagano deterior. 503.28
Christianum nomen Antiochiæ primum exortum est. 452.12
Christiani veri semper permanent in fide. 440.6
Christiani tantummodò fugant dæmones. 613.46
in Christo nos quæ melius sit, Petrus Fullo 485.8
Christianorum omnium iudex est Papa. 449.5
Christiano non licet quærere vindictam in hoc sæculo. 487.5
Christianos persequitur Trasamundus Rex 504.23.& 45
Christodorus Epist. Anciasmij 516.48
Chronicon Cassiodori mutilum. 503.1
Chrysaphius insequitur Flauianum constantinop. Episcopum. 447. cum seq. iterum in Flauianum insurgit. ibid. 25. fauet Eutycheti, & illinc innumera mala. 448.43. & 449.40. eunuchus rogat Dioscorum, vt Eutychetem defendat. 449.2
in Chrysaphi cædem Theodosij vindicta. 450.1
Chrysippus Episcopus Circines. 516.4
Chrysargyrum siue Auro gentum quid esset. 491.1
Chunij iidem sunt atq; Hunni. 451.35
Cibus abundans etiam coruis à Deo datur. 449.131
Ciris illapsus super Constantinopolim. 471.28
Cinerum vehementes eructationes. ibid. 31
Circenses acclamationes multicæ. 509.4
Circensia detestatus Theodoricus, cur eadem celebret. ibid. 5
in Cyrco cædes facta Romæ. ibid. 8
Circulares literæ missæ à Papa Gelasio. 492. 25
Citationes plures à concilio factæ contra Eutychetem. 448.28.32.& 33
Ciues Constantinopolitani quàm mala sint passi. 501.5
Ciuile bellum Constantinopoli ortum. 451.14
Ciuitas discordiæ opem præstant hostibus. 488.8. Anastasij tempore. 510.6
Ciuitates & castella depopulatus est Attila. 442.8
Ciuitates Galliæ subleuantur à S. Patiente. 475.33
Ciuitates plurimę renouantur sub Imperio Theodorici. 500.1
Clades Africanæ Ecclesiæ. 440.4
de clade Siciliæ Paschasinus ad S. Leonem scribit. 454.22
Clades Æmiliæ. 476.5
Clades Tusciæ. ibid.
Clades magnæ ciuitatis Ticinensis. 475.5
Clades Africæ futura ostensa Paulo Episcopo. 481.3.& 6
Classis paratur à Leone Imperatore contra Vuandalos. 468.10
Claudianus Faustum coarguit. 490.37
Claudianus cognomento Mamercus qualis. ibid. 38
Claudianus presbyter, non Episcopus. ibid. 39.
Claudiani epitaphium. ibid. 40
Claudius Episcopus subscribit in concilio Lugdunensi. 490.24
Claudius Episcopus Vesontiensis. 509.22
Claudius, seu Claudianus Episcopus Viennensis. 442.3
Claues regni cœlestis sunt apud Papam. 449. 163.
Clausura monachorum perutilis. 471.4
Clementia hæretici deteriores fiunt. 472.5
ad Clementem VIII. legatio Alexandrinorum. ibid. 23
ad Clementem VIII. Romanum Pontificem legatio Ecclesiæ Alexandrinę. fol. 907. 1. epistola Gabrielis Patriarchæ Alexandrini fol. 906. 6
Clemens VIII. Hieronymum Vecchietrum ad Alexandrinos cum litteris misit. ibid. 7
ad Clementem VIII. epistola Ioannes Corepiscopi Alexandrini. fol. 910. 1.
Clementis Papæ eleëmosyna Alexandrinis largita. fol. 911. 23
Clerici ne sint fœneratores. 443.7. ne sint vagantes. 451.118. non possunt de loco in locum tranfire sine suorum Episcoporum licentia. 453.33
Clericis necessariæ sunt litteræ commendatiæ suorum Episcoporum. ibid.
in Clericis leges latæ abrogantur à Marciano Imperatore. 475.26
Clericis sua bona quilibet testamento relinquere potest. ibid. 28
Clericos Constantinopolitanos hortatur Hormisda Papa, vt in fide perseuerent. 517.28
Clerici duodecim adhuc pueri martyres. 484.111. peccata vitent. 496.29
Clericorum peccata tegenda. 502.32. opera bona patentia & clara sint. ibid. 34. honesta cohabitatio. ibid. 35
Clericis interdictum est, mederi ad euitanda pericula. 444.47
Clerus vendicatur in pristinam libertatem à Marciano Imperatore. 476.21
Clodomirus filius Clodouei regnauit post ipsum. 154. 29. moritur in bello. 514.29
Clodoueus Rex Francorum quando regnare cœpit. 484.133. adhuc Ethnicus veneratus sanctam Genouefam. ibidem 132. veneratus sanctum Remigium. ibidem. dedit multa bona Ecclesiæ. ibidem 133. quid in militem sacrilegum. 489.18. in coniugem accipit Crotildem. 494. 28. legatos pro pace misit ad Gundebaldum. ibid. Aurelianum legatum dirigit ad Crotildem. ibid. 129
Clodouei primogenitus baptizatur & moritur. ibid. 31
Clodoueo conuertitur ad Christi fidem. 499.15
Clodoueus ope Christi superat Alamannos. ibid. 16
Clodoueus interdum appellatus Ludouicus. 499. 18. ipsius Theodorici Regis literæ victoria contra Alamannos. ibid.
Clodoueus admonetur vt sciat vti victoria. ibid. 19
Clodoueus conuertitur ad Christi fidem. ibidem. 20. baptizatur à sancto Remigio. ibid. 21
Clodoueum catechizat S. Vedastus. ibid. 22. describitur eius baptismus. ibid.
Clodoueus peruenit ad sanctum Remigium ibid. 25
Clodoueo lux affulsit de cœlo. ibid. 28
Clodoueo ampulla chrismatis cælitus missa ibid. 29
Clodoueus quæ Genouefæ dederit. ibid. 30. quanta Remigio & alijs Ecclesijs largitus sit. ibid. 32. cum seq.

cum Clo-

cum Clodoueo & Alarico tractatur pax. 507.9
Clodoueus bellum mouet contra Gothos. ibidem 13. Ecclesiam sanctorum Apostolorum Petri & Pauli construit. ibidem 14 non militat nisi accepta benedictione ab Episcopo. ibid. vltus in fœni raptorem. ibid.16
Clodoueo innotuit victoria ex Prophetæ psalmo. ib.17
Clodoueus scribit ad Episcopos Concilij Arelatensis. ibidem 14. vincit & occidit Alaricum. ibidem 20. filium suum Theodoricum ad Aruernos dirigit. ibid. multa dona basilicæ sancti Martini offert. ibidem 21
ad Clodoueum scribunt Episcopi Aurelianensis concilij de eius assensu. ibid.22
Clodoueus concilium collegit admonitione S. Remigij. ibid. multa dona dedit Ecclesijs & clericis. ibid.23
Clodoueo ab Anastatio offertur Consulatus 508.1
Clodoueus an sumpserit consulatus insignia. ibid. refutat consulatum oblatum 508.3
Clodouei bellum cum Burgundionibus. 508.23
Clodoueus ægrotat. ibid.35
Clodoueus ægrotans sanatur à Seueriano. ibid.
Clodoueus coronam Hormisdæ Papæ donat. 499.
Clodouei obitus. 514.21
Clodoueus quo anno mortuus sit. ibid.22. Belliger dictus. 488.10. sepultus est Parisijs. 514.28
Clodouei epitaphium, & laudes. ibid. filij omnes baptizati, veris successores & in pietate. & in regno. ibid.
Clotarius filius Clodouei regnauit post ipsum. 514.29
Codices antiqui diuersos sæpè continent auctores, & ex hoc frequens nominum error. 44.17. hæreticorum cauendi. 447.8
Cælestis idolum Carthaginensium famosissimum. 440.8
Cælestianus commendatur in pluribus epistolis Theodoreti. ibid.11
in Cælites pugnant hæretici post pugnam hominum. 513.19
Cœnobium Lerinense laudatur. 441.15
Cohabitatio clericorum & mulierum prohibita & quomodo permissa. 453.14 clericorum honesta. 501.35
Collatio ordinum quo tempore facienda. 444.32
Colonien sis Ecclesia afflictata. 491.17
Colubri instar suis spiris inuoluitur hæreticus. 448.49
Columbæ interdum videntur animæ Sanctorum, cùm è corpore egrediuntur. 440.17.
Columba ex ore sanctæ Iuliæ exiuit. ibidem.
in Columba Danielis inscribitur epigramma à Cyro. 446.19
Columna immobilis miles Christi. 456.26.
Cometa tempore Vuandalorum ardere visus. 444.34
Commemoratio præteritarum tribulationum renouat dolorem. 489.10
Commendatio Cælestiani Carthaginensis. 440.8. à Theodoreto facta. ibid.11
Commendatio Cypriani Episcopi à Theodoreto facta. ibid.13. charitatis Felicis 490.6. S. Eutropiæ viduæ. 509.12
Commendatitiarum litterarum vsus. 440.12.
Commendatitiæ suorum Episcoporum litteræ necessariæ sunt clericis. 453.5
Commendatur zelus Sporatij comitis. 449.142.
Commendatur Alexandrina Ecclesia ab Anastatio Papa Anastatio Imperatori. 497.8
Commonitorium Gelasij Papæ ad Faustum 493.10
Communicantium cum hæreticis nullum potest esse priuilegium. 493.10
Communicans cum alijs simili sorti est obnoxius. 492.17. non communicantes Ecclesiæ catholicæ à Deo repelluntur. 497.25.
Communicatio cum catholicis prohibetur à Vuandalis. 440.3
Communicatio cum malis fugienda. 492.20
Episcoporum cum sede Apostolica inuisa hæreticis. 516.65
Communio sacra quàm sæpè sumenda. 451.58.
de Communione verba Gelasij Papæ quomodo accipienda. 496.10
Communicatio an sub vtraque specie sit sumenda. 495.23
de Communione sancta magnum miraculum. 513.20
Communicantium lutum proiecta resplendet. ibid.21
de Communione asseruata miraculum contra Seuerianos. ibid.24
Communio culmos & spicas germinauit. 513.25. cum hæreticis maximè vitanda. 517.38
Communionem cum Summo Pontifice qui Episcopi seruauerint 494.18
ad Communionem qua conditione Principes admittendus. 515.30
Communio Ecclesiarum debet esse cum Apostolica sede. 516.27
Communionem Sedis Apostolicæ amplexus Ioannes Episcopus Nicopolis. 516.43.
ad Communionem qui volebant admitti, dabant libellum fidei. 517.67
Compendium brevis vitæ S. Honorati. 442.20. vitæ Theodoreti. 448.14
Comprobatio Trisagij à concilio chalcedonensi. 446.12
Conatus Eutychetis contra condemnationem. 448.54. temerarius & fastus Acacij. 472.4
Cancellanei adhibendi clericis. 502.33
Conciliabulum Ephesinum. 448.58
Concilium Agathense, præsidente Cæsario Arelatensi Episcopo 506.2. Alexandrinum quo tempore. 453.29. Andegauc. Ie recenter editum. ibid.51
in Concilijs antiquæ acclamationes Patrum 485.18
Concilium Arausicanum in Gallia celebratum. 442.3. in eo vndetriginta capitula sancit. ibid. quando. 463.3
Concilium Arelatense tertium. 453.41 quando. 507.24
Concilium bis in anno Romæ congregabatur. 447.23. Byzacenum quando. 504.26. Carpentoracense. 463.13
in Concilio celebrando quæ sint obseruanda. 456.42
Concilium celenense & Toletanum. 447.17 chalcedonense sub Marciano quando. 451.22. qui in eo numerus Patrum. ibi. 55. studiosissimum S. Leonis. ibid. 145. qui ad S. Leonem. ibid. 146. ipsum promulgat in Occidente S. Leo. 452.8
pro Concilio chalcedonensi quantum laborauerint sancti. 511.30.31
in Concilio chaleedonensi indulgentiam consequitur Basilius Seleuciæ Episcopus 451.91
pro Concilio chalcedonensi magna lis in Oriente. 515.32. cum seqq.
Concilium congregarum Constantinopoli in causa Eutychetis 449. 8. cum seq. congregare simulabat Anastasius Imperator. 514.42
Concilia conuocanda & celebranda auctoritate Summi Pontificis. 450.27
Concilij constantinopolitani Acta. 448.25
Concilium Constantinopolitanum coram legatis Romani Pontificis. 450.28. in causa Petri cnaphei. 485.54
Conciliorum decretis curstandum. 458.19
Concilia duo in causa Ibæ Episcopi Edess. 448.57. in Hispania celebrata. 447.15
Concilium Epaunense. 509.11
in Concilio Epaunensi quot Patres. ib. quot canones. 509.13
Concilium Ephesi indicitur in causa Eutychetis. 449.22. Episcoporum Episcoporum 516.42. Gallicanum. 514.18. generale indicitur in Hispania. 447.14. Mediolanense sub Leone. 451.13
Concilia minimè iudicant Summam Pontificem. 503.18
in Concilijs miracula non quæruntur. 451.122.
Concilium Nicæx à Marciano inducitur. ibid.9
in Concilio Nicæno interfuerunt CCCXVIII Patres. 482.26
Concilium non necessarium, vbi aliquid definitum litteris Summi Pontificis. 449.10.
Concilia Oecumenica qua occasione cogenda. 476.21
in Concilijs quantus honor tributus sancto Euangelio. 415.68
Concilij Patres se appellant filios S. Leonis. ibid.149
Concilijs quatuor Oecumenicis adhibenda fides tanquam quatuor Euangelijs. 511.34
in Concilio quomodo consideant omnes. 451.66. quo ordine subscribere debeant Episcopi. ibid.17
Concilium Romanum sub Leone. 444.1. appellat Eutyches. 439.25
Concilia Romæ celebratur à S. Leone contra Acta Ephesinæ Synodi. 449.145. Romani. in. 465.18. in causa Acacij. 453.17. in causa Petri cnaphei. ibi. 56. eius canones. ibid.57. cum seq.
in Concilio Romano tractatur causa Vitalis Episcopi. 484.11
Concilium Romanum in causa Miseni & Vitalis. ibid. ibi agitur causa Acacij. ibid. 24. de laptis restituendis. 487.1. xx. Episc. sub Gelasio. 494.13. Gelasij tempore. 495.3 in absolutione Miseni. ibid.
Concilij Romani Acta. ibid.
Concilium Romanum primum sub Symmacho Papa. 499.1. secundum sub Symmacho Papa. 502.2. sub Symmacho 502.2. tertium, & quartum sub actionibus. 502.2. quintum sub Symmacho. 504.59. sextum sub Symmacho. ibid.3
Concilia in secretarijs celebrabantur. 451.61. à Summo Pontifice approbanda. ibid. 46.
Concilium Tarraconense in Hispania. 519.69. Toletanum & Celenense. 447.17. Turonense quando. 482.47
in Concilio Turonensi sanciti septem canones. ibid.
Concilium Vasense in Gallia Narbonensi. 442.3. 463.14.
Concilium Venetum quando. 453.51
Concio pulcherrima Marciani Imp. ad Synodum habita. 451.113
Conciones Verbi Dei ad Episcopos spectat. ibid. 55. sancti Cæsarij ad populum crebræ. 506.6
Concionator Orbis Simeon Stylita. 460.18.
Concordantiæ canonum liber. 483.19
Concordia & vnanimitas seruanda inter Episcopos,

piſcopos. 445.31. præſtat ; quod fortitudo non valet. 471. 23. & vnitas quantum ſeruanda. 503. 10. inter fratres ſeruanda. 519. 29. Orientis cum Occidente. 518.1

Condemnatio Hilarij Epiſcopi Arelatenſis. 445.14

Condemnatio Acacij Epiſcopi Conſtantinopolitani. 484.26

Cendeſcenſio quæ mala. 492.21

Conditio varia Theodoſij. 450.11

Conditiones pacis offeruntur ab Anaſtaſio Imperatore Vitaliano. 514.41

Confeſſio ſacramentalis debet eſſe ſecreta. 459.21. ſecretæ ex Apoſtoli a traditione. ibidem. generoſa Cæſari Chriſtiani. 484. 105.

Confeſſio plena Lucidi. 490.27

Confeſſio generoſa Theodoſij cœnobiarchæ. 511. 30. fidei Anaſtaſij, ſed ficta. 516.9

de Confeſſione fidei epiſtola Theodoreti. 448.17.450.34

Confeſſione ſancti Petri fides ſtabilis. 483. 70.

in Confeſſione fidei requiritur magna conſtantia. 513.15

Confeſſores Chriſti anguſtiati arcto carcere 483.86. plures in exilium miſſi. ibid. 94.95 loquuntur linguis exciſis. 484.98. comprobatur hoc pluribus teſtibus. ib. 91. in exilium pelluntur. 512.28. fidem Chriſti libere pronunciant. ibid. 42

Confirmatio Symboli, Epheſini, Micæni & Conſtantinopolitani à Concilio Chalcedonenſi. 451.107. Concilij ſpectat ad Summum Pontificem. ibidem 146. Calendionis Epiſcopi Antiocheni à Romano Pontifice. 485. 2. Patriarcharum ad Papam ſpectat. ibid. 14. Monaſterij conſtructi à Childeberto. 508.28

Conjugati quales ad Epiſcopatum poſtularentur. 452

Conjugati interdum eligebantur Epiſcopi relicta coniuge. 493.1

pro Coniuge debet orare vxor. 451.50

Coniunctio cum petra demonſtrat quem libet eſſe Catholicum. 517.33

in Conjurationibus promittuntur præmia delatoribus, dum Papa eligendus eſt. 499.9

Coniux curat, vt ſepeliatur proprius vir vivus. 491.2

Conſcij criminum, ſuſceptores latrocinantium par pœna conſtringuntur. 490.46

Conſtiarij impij Principis animum in præceps agunt. 449.169

Conſulſio Acacij cuncta egit Zelo Imperator 485.39

Conſortes regni ſe inuicem occidunt. 444. 34

Conſpiratio cum hæreticis maximè deprehendenda. 485.25

Conſtantes reddit homines fides Catholica 440.6

Conſtantia vera inuenitur in Chriſtianis. ibidem. neceſſaria in rebus arduis. 449.69 Renati & Collegarum legatorum Apoſtolicæ ſedis. ibidem. 99. Renati laudatur. ibidem 109. ſummi Saturi. 456.27. monachorum laudata. 484. 8. iungenda cum modeſtia. 562. 29. quam in ceſſaria in aduerſis. 506.10. magna ſit in fidei confeſſione. 513.25

Conſtantini Imperatoris nomine condecorata ciuitas Arelatenſis & Conſtantina dicta fuit.

Conſtantinopolitana ciuitas dirè afflictata. 445.6

Conſtantinopolis terræmotus ingens. 446.5 multa mala ex terræmotu paſſa. ibid. 8. mœnia per Cyrum inſtaurantur. ibid. 14 noua Roma. 448.25

Conſtantinopoli Concilij Acta. ib. 25

Conſtantinopolitani Theodoreto omnino non credebant. 449.140

Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ priuilegia. 451. 136. & an à Papæ legatis probentur. ibid. 138

Conſtantinopolitana Eccleſia non præcedat Alexandrinam. ib. 146

Conſtantinopolitanum Concilium prouinciale ſub Gennadio. 459.1

Conſtantinopolitanæ vrbis incendium. 464.1

Conſtantinopolitani ad Danielem confugiunt. ibid.

Conſtantinopoli frequentia imbrium prodigioſa. ibid. 11

Conſtantinopolitanæ domus in inſulæ formam conſtructæ. 465. 9

in Conſtantinopolim cinis è monte Veſuuio. 471. 29

in Conſtantinopolim iniectus ignis graſſatur. 476. 61

Conſtantinopolitana Synodus contra Petrum Gnapheum. 483. 54

Conſtantinopoli ciuile bellum ortum. 491. 14. Epiſcopi vnde arroganter orta. 493. 22 tumultus vulgi. ibid. 40

Conſtantinopolitanos clericos hortatur Hormiſda Papa, vt in fide perſeuerent. 517. 28

Conſtantinopolim miſſi legati ab Anaſtaſio Papa ad Anaſtaſium Imperatorem. 497. 1

Conſtantinopolitani ciues Orthodoxi quàm paſſi ſint. 501. 5

Conſtantinopoli orta diſcordia Anaſtaſij tempore. 510. 6. tumultuatur populus. 512. 2

Conſtantinopolitana Eccleſia quanta contagione laborauerit. 517. 37

Conſtantinopolitani abdicti nomine Acacij. 515. 45

Conſtantinus Epiſcopus Vapingenſis. 441. 15.

Conſtantinus diſcipulus ſancti Benedicti. 494. 21

Conſtantinus Epiſcopus Hadrianopoleos. 516. 49

Conſtantiæ Veteris Eccleſiæ, Antiſtiti ius ordinandorum Epiſcoporum prouinciæ Narbonenſis ab Hilario Papa confertur. 462. 7

Conſtantius monachus Eutychetis procurator. 449. 12

Conſtitutio ſancti Leonis de non ordinandis ſeruis. 443. 7. Valentiniani contra Manichæos. 445. 8. Benedicti Pontificis de additamento in Symbolo. 447. 23. de canendo Symbolo in Miſſa. ibidem 24. Hilarij Papæ pro Epiſcopis & clero Galliarum. 462. 8. cum ſequen. Valentiniani Imperatoris contra ſepulchrorum effoſſores. ibidem 27. Marciani Imperatoris contra idololatras. 451. 162. de abolenda lege Theodoſij contra Flavianum. 452. 47. contra hæreticos. 454. 7. contra Anatolium. ibidem 12. Leonis Imperatoris de colendis feſtis. 468. 3. de Eccleſiarum priuilegiis. 471. 3. Baſiliſci contra Concilium Chalcedonenſe. 470. 30. 32

Conſtitutiones contra ſimoniacos. 559. 4. 469. 8. 9. contra ambientes Pontificatum. 499. 6

Conſtitutionibus Apoſtolicis vis non præſudicat. 449. 98

Conſuetudo Cyri cum Dan le Stylita. 446. 19.

Conſuetudines Occidentalium Epiſcoporum in concilijs celebrandis. 415. 47

Conſuetudine Symmachi interdum abſtinuerunt Epiſcopi. 502. 3

ex conſuetudine ſolui dari tituli, & non ex meritis. 502. 21

CONSVLES.

Valentinianus Auguſtus & Anatolius. 440. 1. Cyrus tantum Conſul in Oriente. 441. 1. Dioſcorus & Eudoxius. 442. 1. Maximus & Paternus. 443. 1. Theodoſius & Albinus. 444. 1. Valentinianus Auguſtus & Nomus. 445. 1. Aëtius & Symmachus. 446. 1. Alypius ſiue Callypius & Ardaburius. 447. 1. Poſthumianus & Zenno. 448. 1. Aſterius & Protogenes. 449. 1. Valentinianus & Antenus. 450. 1. Marcianus & Adelphius. 451. 1. Herculanus atque Sporatius. 452. 1. Ophilo & Vincomalus. 453. 1. Studius & Aëtius. 454. 1. Valentinianus & Octauus & Authemius. 455. 1. Ioannes & Varanes, ſeu Vararès. 456. 1. Conſtantinus & Rufus. 457. 1. Leo & Maiorianus. 458. Ricimer atque Patricius. 459. 1. Magnus & Apollonius. 460. 1. Seuerinus & Dagalaiphus. 461. 1. Leo & Seuerus. 462. 1. Cæcina & Decius Baſilius, & Vibianus. 463. 1. Ruſticus & Olybrius. 464. 1. Baſiliſcus & Hermincricus Gothus. 465. 1. Leo Auguſtus. 466. 1. Puſeus atque Ioannes ambo Flauij. 467. 1. Anthemius iterum. 468. 1. Zeno & Marcianus. 466. 1. Seuerus & Iordanus. 470. 1. Leo quarto loco Conſul cum Probiano. 471. 1. Feſtus & Marcianus. 472. 1. Leo quinto loco Conſul absque collega. 473. 1. Leo Auguſtus Iunior. 474. 1. Zeno Auguſtus tantum Conſul. 475. 1. Baſiliſcus & armatus. 467. 1. Anno CCC. LXXVII. nullus Conſul fuit. 477. 1. Illus ſine collega conſul. 478. 1. Zeno tertium conſul. 479. 1. Baſilius Iunior. 480. 1. Placidius. 481. 1. Seuerinus. 482. 1. Anicius. 483. 1. Theodoricus Gothorum Rex & Venantius. 484. 1. Symmachus Conſul absque collega. 485. 2. Longinus & Decius. 486. 1. Boëtius absque collega. 487. 1. Dinamius atque Siphidius. 488. 1. Probinus & Euſebius. 489. 1. Faustus Iunior & Longinus ſecundum. 490. 1. Olybrius tantum conſul. 491. 1. Anaſtaſius Auguſtus & Rufinus. 441. 28. Albinus & Euſebius. 493. 1. Aſterius & Præſidius. 494. 1. Viator & Æmilianus. 495. 1. Paulus ſine collega. 496. 1. Anaſtaſius Auguſtus iteram conſul. 497. 1. Paulinus & Ioannes Scythi 498. 1. Ioannes Gibbus. 499. 1. Patricius & Hippatius. 500. 1. Anicius & Pompeius. 501. 1. Anicius Iunior & Probus. 502. 1. Dexeeratus & Volusianus. 503. 1. Crabrus 504. 1. Theodorus & Sabinus. 505. 1. Nicola & Areobindus. 506. 1. Anaſtaſius Auguſtus & Venantius Decius 507. 1. Venantius Decius Iunior, & Celer. 508. 1. Importunus ſine collega. 509. 1. Boëtius Seuerinus cum Eutharico. 510. 1. Secundinus & Felix. 511. 1. Paulus & Muſcianus. 512. 1. Probus & Clementianus. 513. 1. Marcus Aurelius ſine collega. 514. 1. Anthemius & Florentius. 515. 1. Petrus ſine collega. 514. 1. Anaſtaſius & Agapetus. 517. 1. Magnus atq; Florentius. 518. 1

Contemnunt mundani Sanctos, & citò puniantur. 478. 8

Contentio de primatu inter Viennenſem, & Arelatenſem Epiſcopos. 445. 11

Continuata pœna ſit intolerabilis. 490. 8

Controuerſiæ de Paſchali Cyclo. 453. 31

Conturbatur Eccleſia Dei à Paſinicio. 491. 17

Conuenticula ne colligantur, vltimi ſupplicij pœna prohibetur. 451. 28

Conuerſatio cum hæreticis omninò fugienda. 517. 28

Conuerſationes malæ fugiendæ. 492. 11

Couerti hæretici quomodo recipiendi. 507. 23

Conuerſio anachoretarum per Euthymium. 452. 36

Conuerſi Marci monachi ab hæreſi. ibid.

Conuerſio Eudociæ Auguſtæ. 435. 21. hæreticorum quærenda. 412. 39

Conuer-

Conuersio interdum blandè exquirenda 453.12. Clodouei Francorum Regis. 490.20. Sigismundi Reg's. 474.69. Siluani monachi. 452.36. hæreticorum difficillima. 494.68. potentium magna Christo gloria. 505.3. Iudæi ab igne liberati. 471.33. hæreticorum facta à S. Patiente. 475.32. Seuerianorum. 513.26.29.

ad Conuersionem sæpè inuitatus Acacius. 485.2

Conuiuij Dionysij tyranni nobilissimus apparatus. 455.10

Coptorum obedientia Romano Pontifici, & professio fidei. fol.913.22

Core episcopus Alexandrinus dicitur discipulus. fol.910.17

Corollarium de legatione Ecclesiæ Alexandrinæ ad Apostolicam Sedem. fol. 905.1

Corona gemmis ornata à Clodoueo datur Hormisdæ Papæ. 514.15

Corpus S. Flauiani transfertur Constantinopolim. 450.24. honorificè sepelitur. ibid.

Corpus S. Seuerini integrum diu perduranit in sepulchro. 488.12. fragrantia. ibid. transfertur in Italiam. ibid.14. translatum Neapolim. 496.49

Corpus totum patitur passiones vnius membri. 483.49

Correctio medicina est. 490.11. Gelasij Papæ nihil proficit Euphemio. 492.29

Correptus serò plus est rebellis, quàm arcus manu, bos iugo, equus freno. 484.137.

Corrigere alios non valet ille qui grauioribus delictis detinetur. 485.30

Coruis etiam Deus abundanter cibum largitur. 449.135

Cosmas Epiphaniæ Episcopus. 513.3

SS. Cosmæ & Damiani, martyrum corpora à Iustiniano Imperatore in honore habita. 448.16

Creatio Flauiani Episcopi Constantinopolitani. 446.21. Anastasij episcopi Hierosolymitani. 458.34. Episcoporum quomodo facienda. 469.9. sancti Remigij episcopi Rhemensis. 471.34. Olybrij Imperatoris. 470.9. Ioannis Melæ Episcopi Alexandrini. 697. Ioannis Orthodoxi episcopi Constantinopolitani. 517.62

Crescens Metropolitanus Asiritanæ ciuitatis relegatur. 442.2

Crescentius Rex inobediens S. Paterno sit cæcus. 514.39. obediens S. Paterno lucem recipit. ibid.

Cresconius Episcopus Tudertinus legatus Anastasij Papæ. 490.58

Cresconius à Genserico relegatur. 442.3

Criminum impunitas hortatur ad crimina 494.38

Crispinus Ticinensis Episcopus inter Sanctos relatus. 451.16

Crocus in Gallia Episcopus exulat. 375.28

Crotildis nupta Clodoueo. 494.28

ad Crotildem Aurelianus missus à Clodoueo. ibid.29

Crotildis quid cum Aureliano pertractauerit. ibid. primitias coniugij obtulit Deo. ibid. Clodoueo prædicabat fidem Christi. 499.16. Regina post mortem Clodouei venit Turonos. 514.28. Deo inseruiuit eximia sanctitate. ibid.

Cruciatio dira S. Fulgentij. 490.6

Crux deuotè adorata, sanitatem confert. 451.45

Crux splendida vt stella apparuit Ioanni Silentiario. 504.14

Crux resurgens apparet & terret inimicos Christi. 466.3. velut telum fugat inimicum. 471.1

Crucis potentia omne genus perdomuit barbarorum, piosque & mansuetos reddidit. 444.40

Crucem super diadema Christianæ Imperatrices gestare consueuerunt. 453.25

Crucis Christi particula dono data sancto Leoni. 454.17. signo munitus venenum suscepit Iulianus Episcopus. & ei minimè obest. 513.6. incantationes maleficorum euanescunt. 514.34. nos munire debemus in angustijs. ibid.37

Crudeles barbari etiam in seipsos. 454.31

Crudeles à Deo puniuntur. 513.40

Crudelitas Antonij Episcopi Ariani. 484.14 cum seq. Arianorum ipsis Arianis detestabilis. 490.8. maximè apparet in tyrannis. 440.4

Culmi germinantur ab Eucharistia asseruata, & quomodo. 513.24

Culpa de præterito remitti non potest, nisi correctione subsequente. 443.18

Culpas dimittere cœleste est, vindicare terrenum. 494.37

Cultus Solis superstitiosus tollitur. 443.5. Gentilium fuit causa ruinæ Imperij Romani. 460.45

Cupiditas terrenarum rerum est tollenda. 448.133

In Cupressi sedet imago B. Mariæ Virginis vt fax. 446.16

Cura Episcoporum qualis esse debeat. 444.47. primatus adijcitur ab Anatolio. 454.13. potissima Papæ est circa fidem. 494.2. pastoralis Romani Pontificis. 517.51. Romani Pontificis ergà Episcopos lapsos. 516.67

Curatio anachoretarum ab hæresi. 452.36

de Cyclo Paschali controuersia. 453.34

Cyclus Theophili probatur. ibid.38

Cyprianus Episcopus Africanus commendatur. 440.13

Cyprianus Episcopus Vnizibirensis. 483.88.

Cyprianus legatus Gelasij Papæ. 494.17

Cypriano Episcopo quæ relinquerit S. Cæsarius. 508.27

in Cypro insula magna miracula sacræ communionis. 513.19

Cyrus monachus illustris. 457.18

Cyrilli Alexandrini obitus quando. 444.9

Cyrillus quanto tempore in Episcopatu fuerit. ibid.11

Cyrilli multa scripta desiderantur. ibidem. 10.

Cyrillus quomodo deceptum anachoretà curauerit. ib.11

Cyrilli scripta perspicua in lucem dantur. ibid.10

Cyrillus neque aquam fuit monachus Carmelita. 444.17. eius nepotes à Diosco & Nomo afflictati. 445.1. item eius nepos exauctoratur. ibid.4. Anastasius inhibet eius nepos affligitur. ibid.

Cyrillus historicus veritatis cultor. 475.42

Cyrillus verax & accuratus scriptor rerum SS. monachorum. 491.15

Cyrillus scriptor rerum Theodosij. 513.22

Cyrilla Arianorum Antistitum princeps. 484.49

Cyrola Christianos persequitur. 484.69. strophas struit falsi miraculi. ibid.73

per Cyrolam videns fit cæcus. ib.74

Cyrola quid in nobilem puerum. 484.117

Cyrus Consul in Oriente creatus. 441.1

Cyrus homo Gentilis summos honores est consecutus. ibi. vnicum inuenit in Christiana pietate confugium. ibid.

Cyrus Præfectus iusto Dei iudicio prodigia passus. 446.15. factus Episcopus Smyrnæus. ibid. & Cotyæi. ibid.

Cirtis Mariæ Virgini templum dedicat. ibidem.

Cyri filia & vxor à dæmone liberantur à Daniele Stylita. ibid.19. consuetudo cum Daniele Stylita. ibid.

Cyrus epigramma inscribit columnæ Danielis. ibid.

Cyrus sententia excommunicationis affectus. 448.59

Cyrus ciuitas à barbaris exesa, à Iustiniano Imp. restituta. 448.16

Cyrus opidulum neglectum, à Iudæis extructum. ibid.

Cyrus Regis Medorum nobile monumentum. 448.16

D.

Dæmon festis diebus maiora mala excitat. 511.4. malus incendium immittit Constantinopoli. 565

Dæmones à Christi nomine tantùmmodò fugantur. 515.43

Dæmoniaci liberantur à sancto Daniele. 476.57

in Dalmatia iterum pollulant Pelagiani. 593.23

Damascius Tribunus ab Imperatore iudex constitutus in causa Ibæ. 448.60

Damnatio Eutychetis à Flauiano. ibidem. 52. Flauiani, & Eusebij Episcopi per Dioscorum. 449.95. Episcoporum sanctorum in pseudosynodo Ephesina. ibidem. 113. Romæ pseudosynodi Ephesinæ. 449.147.

Damnatio Petri Fullonis Romæ facta. 483.52. Petri Antiocheni per sententiam Felicis Papæ. 483.66

Damnationis Zenonis Imperatoris vt hæretici. 491.4

Damnatio Acacij cum Eutychete. 492.18. Petri à Synodo facta. 500.2. nominis Anastasij. 518.24

Damoclis describitur casus. 455.10

Daniel Carrhorum Episcopus iniustè priuatur in Synodo Ephesina. 449.103

Daniel presbyter legatus sancti Leonis. 460.11

Daniel Stylita columnam ascendit. 460.20

Daniel futurum prædicit incendium. 564.2

ad Danielem confugiunt Constantinopolitani. 465.3

Danielem inuisit Leo Imperator. ibid.12

ad Danielem Imperator de vitæ propriæ discrimine. ibid.13

S. Daniel vocatur Constantinopolim. 476.48.

ad Danielem legatio Episcoporum venit. ibid.50

Daniel exemplo Christo suadetur venire Constantinopolim. ibid. venit Constantinopolim. ibid.51

à Daniele multa eduntur miracula. ibid.53. & 57

Danielis Stylitæ obitus. 489.4. sepultura. ibidem.

Dara præsidium munitur ab Anastasio Imperatore. 598.27

Dardaniæ Episcopi venerantur Gelasium Papam. 492.31. constantes in communione cum Summo Pontifice. 494.18

Dardanos Episcopos Gelasij epistola. 494.17. Gelasius Papa de primatu Sedis apostolicæ. 485.2

Dardaniæ Episcopi communicant cum Apostolica sede. 516.27

Dardania terræmotu dirè exagitata. 518.14.

Debita soluenda ab Episcopis, quando debitorem non testimunt. 466.4

ex Decimarum solutione interdum abundantia. 475.35

Decimas non soluentes dira fame vexantur ibidem.

Decius constitutus iudex à Theodorico. 504.7

Declaratio dogmatum fidei in epistola sancti Leonis. 449.45

Decreta de pœnitentibus. 487.5
Decretalis à Leone scripta. 443.7
Decretum S. Leonis de non ordinandis feriis. ibid.
Decreto Rom. Pontif. paret Theodoricus Rex. 504.4
Decretis Conciliorum cur stanclum. 458.14
Dedicat e Ecclesiæ extructæ à Liberio Patritio. 463.9
Defensio Siciliæ per Cassiodorum. 449.5
Defensio Theodoreti, quod ipse non communicauerit cum Nestorianis. 444.16
Defensorem se exhibet Catholicæ fidei Theodorettus. 443.13
Defensores Acacij tergiuersabantur. 485.3
Defunctorum memoria sanctè & piè in Ecclesia frequentatur. 451.81
Deipara. Vide, Maria.
Delatores comurationum, dum eligendus est Papa, præmia consequuntur. 499.3
Delicta sacerdotum communis est turpitudo. 451. 85. inemendata crescunt. 557.8
Deliramenta vana hæreticorum. 511.31
Demerita Ricimeris 471.25
Demissio animi perutilis in consideratione propriæ personæ. 449.2
Democharres edidit tabulas Episcopoeum Lugdunensium. 441.13
Deogratias Episc. Carthag. 452.66. quantæ charitatis fuerit. 455.15
Depositio Basiani Episcopi Ephesini. 447. 26. & 451.131. Primatum ad Papam spectat. 447.26. Irenæi Tyri Episcopi. 448.6 Stephani à sede Ephesina. 451. 132. Imperij ab auito facta. 456.1. Orientalium Episcoporum ab Acacio facta iniustè. 484.37
Desiderium regnandi reddit Principes inconstantes. 476.65. & 478.7
Desolatio inducitur ab hæresi. 445.6
Detectio Eutychetis hæretici. 448.25. latebrarum, fausti. 390.36
Detestatio Eutychetis hæretici. 448.27
Deus custodit tribulatos. 443.11. præparat arma, antequam inferat prælium. 446.13. offensus placandus est à nobis. 448.2. abundanter etiam eorum cibum largitur. 449.138. semper gerit curam Ecclesiæ. 448. 69. interdum differt vota petentium, vt inde crescente, maiora consequantur. 472.8. humilium consolator. 478.5. stat in castris filiorum Israel. 481. 10. repressit temeritatem Petri Fullonis. 486.15. quem adiuuat in difficili, adiuuabit etiam in re minus laboriosa. ibidem 24. dies est in omnibus qui inuocat illum. 490. 28. valdè punit ambitiosos. 499. 22. tantùm est iudex Papæ. 500. 7. præsto est suæ Ecclesiæ. 509.11. terret impios præsentium. 508.31. cogit impios fame perire. 477.2. blasphemios punit. 494.61. custodit sanctos suos. 508.30.33. sua prouidentia custodit Ecclesiam suam. 513.19. confringit impios. 513.19
Dei prouidentia mirè in cura fedis salute hominum. 449.30. ira excitatur in vltionem contra peccata. 446.3. prouidentia suis semper necessarium præstat auxilium. 449.146. verbum prædicandum est ab Episcopis. 45. 155. ira auertitur pœnitentia 454.30. sanctos venerentur Principes. 473 5. iudicia occulta, sed ordinata. 475.24. Ecclesiæ commendatur Zenonis Imperatore à Simplicio Papa. 476.9. Ecclesia commendatur Acacio, Simplicio Papa. ibid.18
Dei Ecclesia gubernatur eius prouidentia. ibid.47
Dei flagella deterrent homines à sceleribus. 482.63
Dei dona auferuntur à carnalibus. 484.95
Dei Ecclesia conturbatur à Pasinico. 491. 17.
Dei dona sunt maximè consideranda. 494. 34.
in Dei Ecclesiam Festus mala machinabatur. 497.23
Dei auxilio liberantur sancti. 494. 42. iudicium futurum semper proponendum, & timendum. 515. 39. iudicia non sunt examinanda. 616. 34. auxilium erga suam Ecclesiam. fol. 905. 2. 3
Deo offerendæ primitiæ. 494.31
Dei qui fidem non seruat, neq; honoribus seruare potest. 494.58
Deo gratior est virginitas matrimonio. 456 19. maximè displicet ambitio. 499.22. gratissima eleemosyna. 508. 4. nihil est execrabilius, quàm maiorum resistere potestati. 504.42. inseruiunt eximia sanctitate Cyrilli. 514.38. maximè displicet simulatio. 516.3
Deum non habet qui suis patrem in cœlis, qui Ecclesiam matrem in terris non habuerit. 501.6
Deo puniuntur Principes, si arrogant sibi ius Ecclesiasticum. 449.27. datur potestas, vt quis rectè ministrare valeat. ibidem 5. magis puniuntur peccata fidelium, quàm infidelium. 451. 480. puniuntur Principes, nisi seruent ius Ecclesiasticum 452.52. & 455.25. præparantur sepulchra Sanctorum. 456.24. impetratur hius oratione. 476.59. punitur Eutychianus. 494.64. flagellantur ambitiosi. 504.32. prouenit victoria. 507.13. puniuntur impij. 517.60. puniuntur Sarraceni. 509.10. contemnitur, qui Ecclesiæ præcepta contempserit. 512.44. miracula in ulta Arianorum tempore. 494.66. plectuntur Ariani. ibid. datur abundantia sanctis suis. 513.33. puniuntur crudeles. ibid. 40
Dexteræ & sinistræ ratio quomodo intelligenda. 451.68
Dexteritate reprehendendi sunt Principes. 449.153
Diabolus caput filiorum superbiæ. 472.4 est Rex super omnes filios superbiæ. ibidem 36. & hæretici nec superati cedūt. ibid. 38. est disturbator veræ pacis. 492.7 insurgit in fidem. 413.28
Diaconus dat pœnas ambitionis. 504.32
Diaconi omni humilitate presbyteris deferre debent. 453.53
in Dialogis sanctis Gregorij recitatur miraculum de Paschasio diacono. 496.50
Dictinius Asturicensis Episcopus 447.13
Die Paschatis plures martyres facti. 456. 20. 6
Diebus solemnibus maiores excitat tempestatem dæmon. 511.3. cum seq.
Diensis Episcopus à Mamerto Viennensi consecratus, Leontij Arelatensis Episcopi præbitrio confirmandus. 464.8
Dies fest quo honore colendi. 469.7
Difficilis conuersio hæreticorum. 494.68
Digladiatio inter Euphemium & Petrum. 498.2
Dignitas Patriciatus collata Cassiodoro. 493.7
Dignitates non appetendæ. 499.6. 508.33. fugiendæ. 504.29.30
in Dignitatibus etiam seruanda abstinentia. 504.31
in Dignitatibus seruanda humilitas. ibidem.
Diligentia Simplicij Papæ in exercenda ecclesiastica mente Acacij. 479.11
Dij monachi dicti à Dio Archimandrita. 484.34
Dionysia cruciata graui tormento & opprobrio. ibid. 82
Dionysiæ filius cruciatur maiori martyrio. ibid.
Dionysius S. R. E. Notarius S. Leonis nuncius. 449.115
Diœcesis vnaquæque intra proprios limites contineatur. 448.17
Dioscori Consulatus. 442.1
Dioscorus creatur Episcopus Alexandrinus 444.18
Dioscori prædicantur virtutes à Theodoreto. ibidem 19. legatio ad sanctum Leonem Romanum Pontificem. ibidem 30. hypocrisis diu latens. ibid. 33
Dioscorus nepotes Cyrilli persequitur. 445 1. exauctorauit Cyrilli nepotem. ibidem 4. facinorosissimus fuit. 444. 35. vsurpare nititur Antiochenæ Ecclesiæ iura. 448.16
ad Dioscorum Theodosij epistola de Synodo Ephesina. 437.25
Dioscorus cum decem Metropolitanis conuenire iubetur ad Synodum Ephesinam ibidem 24. & adfuit & præfuit Synodo Ephesinæ. ibidem 77. non admittit literas sancti Leonis. ibidem 78. vim & metum infert in Synodo. ibid. 91. Eutychetem absoluit. ibid. 93. & Flauianum & Eusebium damnat. ibid. 91
Dioscori pertinacia. ibid. 96
Dioscoro contradicunt Apostolicæ Sedis legati. ibid. 98
Dioscorus excommunicat S. Leonem Papam impiissimè ibid. 168. venit in Concilium Chalcedonense. 451.65. è concilio Patrum dimotus. ibid. 71
in Dioscorum omnes insurgunt. ib. 73. plures accusatores. ibid. 81
Dioscori facinora & scelera in Concilio lecta. ibid. 84
Dioscorus pro nihilo ducebatur Imperatoris edicta. ibid. 84. cur à Concilio Chalcedonensi ciuatur. 411.81
in Dioscorum sententia legatorum lata, & promulgata. ibid. 88
Dioscorus alter Pharao. ibid. 88
ad Dioscorum Patres Concilij Chalcedonensis. ibid. 99
Dioscorus relegatur, & infelicissimè moritur. ibidem 100. Iunior Episcopus Alexandrinus. 516. 14. inuasit Ecclesiam Alexandrinam fauore Anastasij Imperatoris. ibid.
pro Dioscoro certabant Alexandrini. 452. 20.
Dioscorus homo pessimus, à stultissimo vulgo Alexandrino vt sanctus colitur. ibid. 22
Disciplina Ecclesiastica persæpè collabitur. 375.16
Disciplina Ecclesiastica euocanda. 494.43
Discipulus dicitur Corepiscopus Alexandrinus. 510.17
Discipuli facilius magistrorum virtutes exponunt. 476.51
Discordia multa mala parit. 448. 67. ciuilis Anastasij Imp. tempore. 510.6
Dispensatio sancti Leonis cum Anatolio. 452. 14. in magnis ad Papam spectat. ibid. contra canones ad summum Pontificem pertinet. 465.25
Dispensatione cum bigamis neque vlus est sanctus Leo tempore necessitatis. ib.
Disputatio de fide an omnibus liceat. 451.3. de fide periculosa. 451.7. & 452.8
Dissensio est inter hæreticos. 449.146
Dissensiones plurimæ ortæ cum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya. 492. 42
Diuinitas & humanitas Iesu Christi duæ naturæ in vna persona. 444.37
Diuinitus reprimitur temeritas Petri Fullonis. 487.25
Dissipatio Petri Mogi. 478.3
Diuina promissio firmior cœlo & terra 476. 7. ne tractentur à sceleribus. 512.18
Diuinum iudicium timendum. 492. 25. auxilium primo loco implorandum. 449.1

Diuinum auxilium adest, vbi cessat humanum. 446.2
Docti hæretici difficillimè corriguntur. 445.14
Doctis viris supponunt sua scripta hæretici. 496.4
Doctrina veræ fidei quæ. 483.42
Doctrina solet sæpè inflare homines. 492.6
Papæ in his quæ sunt de fide non potest esse falsa. 906. 6. Papæ est audienda, vt doctrina Christi. 911.21
Doctrinam Patrum secutus est Theodoretus. 444.27
Doctor ac magister totius populi Christiani est Papa. 449.60. & 123
Doctores interdum Ecclesiæ subueniunt, interdum miracula. 476. 47. carpuntur ab hæreticis in verbis. 496.10
Doctorum opuscula arma sint spiritualia, quibus & post mortem hæreticos cædunt. 448.68
Dogmata fidei declarantur in epistola S. Leonis. 449.45
Doli & mendacium hæreticorum deteguntur. ib.3
Dolus Eutychetis in præueniendis litteris Flauiani. 448.55. Hunerici quo tendebat. 483.92. & mendacia Eutychetis deteguntur. 449.9. & fraudes Anatolij Episcopi. 451.143
Dominium Turcarum quàm sit asperum. fol.911.24
Domini promissiones factæ Apostolicæ sedi. 476.14
in Domini vinea Anastasius Imperator fuit velut aper. 517.61
Dominus non sustinet esse, qui non sustinuit esse sub dominio. 455.8
Domitianus legatus S. Leonis. 234.12
Dominicis diebus audiatur missa: atq; concio etiam. ib.
Dominon Episcopus ad Ecclesiam ab Anastasio Imp. missus. 516.37
de Domno quid actum in Concilio Chalcedonensi. 451.129
Domnus Episc. Antiochenus adfuit Ephesinæ Synodo. 449.77. scripsit contra Flauianum & Eusebium. ib. 102. damnatur tamen in Ephesina Synodo. ib. fuit in Concilio Chalcedonensi. 451.65
Domus Constantinopoli in insulæ formâ construebantur. 465.9. empta fuit à Simplicio in Ecclesiæ vtilitatem. 485.13
Dona Dei auferuntur à carnalibus. 484. 95. Dei sunt maximè consecranda. 490. 36.
Dorotheus Eutychianus Imperatorem appellat. 451.95
Dorotheus Theodosium hæreticum expellit. 452.31. Episcopus Ancyræ Catholicus. 513.44
Dorotheus Anastasio Imperatori contrarius. ibid.
Dorotheus monachus iniustè relegant in Oasim. 510.11
Dorotheus Episcopus Thessalonicæ. 515.7 ad Hormisdam Papam scribit pro pace inter Orientales, & Occidentales. ibid. 8 nimis addictus Anastasio Imp. ibid. 11.
Dorotheus communicauit cum Timotheo Episcopo hæretico. ibid.
Dorotheus metu Anastasij in hæresim prolabitur. 516.39
Dorotheus persequitur Ioannem Episcopum Nicopolitanum. 517.23
cum Dorotheo nolunt communicare Hormisda Papa. 517.37
ad Dorotheum Hormisdæ Papæ Epistola. ibid.39
Dorotheus ab Hormisda iustè reprehenditur. ib.40
Dorus Beneuentanus Episc. redarguitur. 448.84
cum Dracone pugnauit Leo. 469.6
Duces hæreticorum haud facilè recipiendi. 451.11
Dulcitius Notarius S. Leonis mittitur ad Synodum. 449.57
449.57
Duo SS. martyres inueniuntur à S. Mamerco. 471.16
Duo distantia sepulchra miraculosè conjuncta. 480.21
Dux Palæstinæ Seuerianus in monumentum Domini ingredi non potuit. 513.22 miraculo conuertitur. ibid.
Dux Theodorici quid præsumpserit. 502. 30.
Dux territus dimittit & Sanctum cum honore. ib.35

E

Ecclesia tempore S. Leonis maximè perturbata. 440.3
Ecclesiæ vni duo Episc. præesse nequeunt. 442.13
in Ecclesia S. Sophiæ puteus est. 446.18
Ecclesiarum gubernationi vita monastica non inuidet. 448.13
Ecclesia Solitariorum. ib.7
in Ecclesia semper fuit vnus Hierarcha. 449. 122
Ecclesiæ Orientalis gaudium. 450.49. Orientali solitus subuenire Papa. ib.9.
Ecclesia ædificatur à S. Perpetuo in honorem S. Martini. 452.49. Dei conturbatur à Parsinico. 491.17. Car. hagmentis subleuatur opera Zenonis Imperatoris. 470.2. Dei cõmendatur Zenoni Imperatori à Simplicio Papa. 476.8. Dei commendatur Acacio à Simplicio papa. ib. 17. vniuersa curatur à Simplicio papa peruigili diligentia. 475.5
pro Ecclesia Alexandrina scribit Simplicius papa ad Acacium. ib.8
Ecclesiæ bona auxit Simplicius papa. 483.15
Ecclesiarum prærogatiua non nascitur & splendore, sed ex successione Apostolorum. 451.141
de Ecclesiæ immunitate quæ seruanda. 466. 2. & 4
Ecclesiarum Galliæ miseranda solitudo in perfectitione Euarici. 475.23. bona non abenanda nec transferenda, nisi causâ prius in Episcoporum Synodo audita. 462. 11.
Ecclesiæ Dei quantæ tribulationes. 476.6
Ecclesia gubernatur prouidentia Dei. ib. 47. & 480.135
Ecclesiæ interdum subuenitur à doctoribus, interdum miraculis, 476.47
ad Ecclesiam venientes dira passi. 481.9
Ecclesia non humanæ innititur potestati. 483.7
Ecclesiæ nõua excogitauit vocabula propter hæreticos. 496.16. status miser. 440. 3.
Ecclesia Romana semper a Deo custodita. 497.28. Orientalis miraculis adiuuatur, deficientibus doctoribus. 476. 47. omnũ curam sustinet. 478.10. exagitatur ab Hunerico. 483.73. vniuersa turbatur odio Acacij. 483.23. Alexandrina defenditur à Felice papa. 483.32
Ecclesiæ bona minimè alienanda. ib.13
ab Ecclesia non recedant Christiani, nisi audita Missa integra. 506.5
in Ecclesia Dei nihil execrabilius, quàm maiorum resistere potestati. 452. 26
Ecclesia Romana semper fuit, licet ab omnibus principibus Orbis conculcaretur. 483. 7 est ad instar præsentaneum antidotum ægrotantibus. 487.2 lapsis succurrere consueuit. ibid.
in Ecclesia seruanda pax. 494.35
de Ecclesiæ Romanæ primatu. ib.20
Ecclesiam qui scindit, à Deo ipse scindi tur. ib. 80
Ecclesia mater omnium Fidelium. 501.26
Ecclesiam qui non habuerit matrem in terra, nec Deum patrem habebit in cœlis. ibid.
Ecclesiæ mœror, ægrotante Summo pontifice. 503.16
Ecclesijs quæ & quanta largitus sis Clodoueus. 499.32
Ecclesiæ bona minimè alienanda. 502. 24. 504.3. & alienantes anathematizandi vt hæretici. ibid.
in Ecclesia seruanda vnitas. 512.43. 513.30
Ecclesiæ bona restituit Theodoricus. 504.4. Orient. compatitur Symmachus papa. 512.34. miserandus status. 516.41
in Ecclesijs legebantur litteræ Romani pontificis. 516.54
Ecclesia dum humiliatur, erigitur. 518.4
Ecclesiæ Alexandriæ recens legatio ad Apostolicam sedem. fol.905.1
Ecclesiæ succurrit Deus. ib. 2. parcit etiam Theodosteos Arianis exoptat. 513.39
Ecclesia custoditur auxilio Dei. fol.905.3
Ecclesiæ Africanæ clades. 440.4
Ecclesiæ S. Agathæ Romæ à Cardinali Borgmæo reitaurata. 472.10
Ecclesiæ Antiochenæ amplitudo. 448.7
pro Ecclesia Orientali scribit Theodoretus ad Anatolium patricium. 450. 38
in Ecclesia gaudium fit, mœrõ Anastasio Imp. 518.4
Ecclesia tenere non possunt mundani. 518. 10.
Ecclesiæ vnitas maximè seruanda. 512. 43 præcepta qui contemnit, a Deo cohibetur. ib. 44. Catholicæ non communicantes à Deo repelluntur. 513.10. membra credita Summo Pontifice. 515.9
Ecclesia sine riga, aut macula. ib.11
ab Ecclesia Romana acceperunt Euangelium populi Noui Orbis. 515.
Ecclesiæ vnitatem desiderare simulabat Anastasius. 516.11. vnitatem verè exoptabat Hormisda Papa. ib. 13. Orientales plures cum Apostolica sede communicabant. ib.27
Ecclesiasticum forum demptum à Valentiniano restituitur. 452. 52. ius à Principibus seruetur. ib. forum suis gaudeat privilegijs. 453.53
Ecclesiastica priuilegia seruare in suo robore. 454.12. cum seq. non iudicanda pro ratione dignitatis secularis. 495.3. libertas vindicatur à Marciano. 455.25. bona in quatuor partes diuidenda. 494.24. disciplina per sæpè collabitur. 475.16
Ecclesiastici non iudicandi à Principibus. 451.80
Ecdicius Romanorum Dux. 474.12
Ecdicio collata dignitas Patriciatus. ibid. 13.
Ecdicius pauperum nutritor. 475.34
Edessæ in Syria Nestoriani publicè in scholis docebant doctrinam Theodori Mopsuesteni. 485.2
Edictum Theodosij pro pseudoconsilio Ephesino. 449. 131. Marciani Imperatoris de Synodi indictione. 451.9. contra tumultuantes. ib.16
Edicta Imperatoris pro nihilo ducebantur à Dioscoro. ib.83. & seq.
Edictum Basilij de non alienandis bonis Romanæ Ecclesiæ. 483.13. resistitur ab Eulalio episcopo. ib.15. Hunerici cõtra Christianos. ib.91
Edicta Leonis Imper. contra Paganos. 468. 18.
Edicula constructa S. Ioannis Euangelistæ Liberatori prope Baptisterium. 449. 99.
Educatio filiarum sit cum timore. 474.14
Effossores sepulchrum puniendi. 447.27

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in Egenos fuit misericors Zeno Imperator. 474.10
Ægidij Abbatis libellus ad Symmachum Papam pro Ecclesia Arelatensi. 514.5
Elati Episcopi coërcentur à Summo Pontif. 479.11
Electi Episcopi à Papa confirmantur. ibid. 9
Electio S. Fulgentij in Episcopum Ruspensem. 504.31. Euphemij Episcopi Constantinopolitani. 477.1. successoris non spectat ad Papam. 499.18. Leonis Tribunitij in Imperatorem. 457.3. Gennadij Episc. Constantinopolitani. 458.31. Episcoporum facienda secundum canones. 516.41. Anthemij Imperatoris. 467.1. Episcoporum, quæ omnibus placeat, est difficillima. 472.20. Simplicij Papæ 467.11. Stephani Episcopi Antiocheni. 479.4. Episcoporum prohibita à VVandalis. 456.8. in electione S. Remigij ad episcopatum apparuit diuinum signum. 471.36. de Electione Papæ. 497.8
Eleëmosyna pauperibus largienda. 499.33
Eleëmosynam facienti Deus nunquam defuit. 475.31
in Eleëmosynis interdum fictiones. 511.27
Eleemosyna gratissima Deo. 598.1
Eleemosynæ magnum miraculum. 459.13
Eleemosynam Clemens VIII. Alexandrinis largitus. 511.23
Eleemosynarum magica vis. 474.1.
Eleemosyna maximè placet Deo. 475.31. & 34. consulit & danti, & accipienti. 490.38
Eleusinus Episc. cuiusdam vrbis Cappadociæ Minoris. 512.23
Eleusius monachus Eutychetis procurator 449.12
Elias creatur Episc. Hierosolymitanus. 497. 37. monachos apud se congregat. ibidem 38.
Elias ad Anastasium mittit Cabam legatum. ib
Eliæ litteræ ad Anastasium Imperatorem pro fide Catholica. 512.1
Eliæ legati perueniunt Constantinopolim 518.12
de Elia testimonium Anastasij Imperatoris ibid.
Elias verè Catholicus. 512.17
in Eliam quid moliantur hæretici. ib.26
Elias licet damnatus, remanet tamen in propria sede. ib. 29. Synodalia hæreticorum minimè recipit. 513.8
Eliæ irascitur Anastasius Imperator. ib. præsto est S. Sabas, ib
in Eliam mittitur Olympius cum militibus. ib.9
Elias mittitur in exilium. 513.31 cùm esset in exilio, magna penuria Hierosolymis. ibidem.
Elias Episcopus Hierosolymitanus velut alter, Elias. 517.68. visitatur à S. Saba. 518. 23.
Eliæ visio de obitu Anastasij. ib.
Elpidius discit fidem Catholicam. 452.35 ad Elpidium Theodosius Imp. de Synodo Ephesina. 449.73
Emendare non possunt omnia vitia Summi Pontifices. 496.44
Encænia S. Anastasiæ celebrata. 459.12
Encyclica epistola S. Leonis ad Flavianum, in qua declarantur dogmata fidei. 449. 45.
Ennodij ætas, & an coniugatus. 489.12
Ennodij epigramma ad Messalam Consulem, eiusdemq; Ennodij genus. quod 506.5
Ennodius tuetur Romanam Synodum. 503.2
Ennodij libellus contra schismaticos. ibidem.
Ennodij libellus apologeticus inter Act. Synodi receptus. 503.6. dictio post fabulam schisma. ib.11
Ennodius Theodoricum laudat. 503.12. minimè adulatus Theodorico. ib.14
Ennodij epistola ad exules episcopos. 504. 42.
Ennodij secunda legatio ad Anastasium Imperat. 517.1. epistola ad S. Cæsarium ipsum laudando. 508.17
Ennodius ex diacono episcopus Ticinensis. 515.18
Ennodius mittitur legatus ab Hormisda Papa ad Anastasium Imperatorem. ibidem.
ad Ennodium alia Hormisdæ Papæ epistola. 517.24
Eonius episcopus Arelatensis. 453. 42 quonam tempore Arelatensi ecclesiæ præfuerit. 494.26
Epaunense Concilium. 509.12
Epaunensi Concilio quot sancti Episcopi interfuerint. ibid.
Epaunensis Concilij canones. ib.13
Ephesina Synodus indicitur. 449. 22. malè cœpta, & ita potius ephesinum Latrocinium. 449.75. secunda. ib.77
Ephesinæ Synodi sub Dioscoro pessimus finis. ib.112. tria ibi constituta sunt mala. Eutyches restitutus, hæresis confirmata, & S. Episcopi damnati. ibid.113
Ephesina hæc acta Romæ damnantur. 451. 21.
ex Ephesina sede Basianus deponitur. 451. 131.
Epigramma inscriptum à Cyro in columna Danielis. 446.15
Epiphanius Eutychetem citat. 448.40
Epiphanius S. R. E. Notarius, nuncius S. Leonis. 449.15
Epiphanius Episcopus Ticinensis. 466.16
Epiphanij duo illustres eodem tempore. ibid.
Epiphanius legatus ad Enthemium Imperatorem. 471.18. convenit Anthemium. ibid. 22
Epiphanij oratio ad Authemium. ib.23
Epiphanius legatus ad Regem Gothorum. 474.16. quid cum Euarico Rege. ibid.17
Epiphanio quid Euaricus responderit. ibid. 19
Epiphanij legatio ad Romanum Pontificem. 475.39
Epiphanius Episcopus Ticinensis laudatur. 489.6
Epiphanij digna officia erga suos. ib.8
Epiphanius legatus ad Theodoricum. 494.33
Epiphanij ad Theodoricum oratio. ibid. 36.
Epiphanius pro Luguria supplicat. ib.37
Epiphanium commendat Theodoricus. ib. 38
cum Epiphanio agit Theodoricus de legatione ad Regem Burgundiæ. ib.
Epiphanij legatio ad Regem Burgundionum pro redimendis captiuis. ib.34
Epiphanius gratias agit Theodorico. ib.42 Theodoricum laudat. ib. 43. statim itineri se committit. ib.44
Epiphanij oratio ad Regem Burgundionum. ib.47
Epiphanius instat pro redemptione captiuorum. ib.50. libenter auditus à Rege Burgundionum. ib.52
Epiphanij opera liberantur captiui. ib. prudens consilium. ib.55. humilitas. ibid. posterior legatio ad Theodoricum Regem. 496.57
oratio ad eundem Regem. ib.58
Epiphanius obtinet quod vult. ib.59
Epiphanij obitus. ibid.
Epiphanius Episcopus Tyri. 513.2
Epiri Archiepiscopus Eugenius commendatur. 516.56
Epiri Episcopi ab Hormisda Papa reprehenduntur. 517.38
Epiri prouincia sub Thessalonicensi Ecclesia. ibid.34
Epirotarum Episcopi communicabant cum sede Apostolica. 516.32. Episcoporum legatio ad Hormisdam Papam. 516.49
Episcopatus per ambitum nulli conferendus Symmachi Papæ decreto. 502.38
Episcopi duo præesse nequeunt vni Ecclesiæ. 441.13
in Episcopo duo requiruntur, humilitas personæ, & celsitudo dignitatis. 440.2
Episcopi curent primùm spiritualia, deinde etiam ea quæ spectant ad bona subditorum. 444.42
ad Episcopos spectat subscribere, & non ad monachos. 441.40
Episcoporum vigilantia stant in suo robore leges Ecclesiasticæ. 441.3
Episcopi non præstant iuramentum. 449. 12. quo ordine in Concilio subscribere debeant. 451. 17. & 465.27. non iudicandi à sæcularibus. 451.30
Episcopus vniuersalis inscribitur Romanus Pontifex. ib.39
Episcopi exules reuocantur à Marciano Imperatore. 450.24
Episcoporum electio in Africa prohibita à VVandalis. 456. 8. Africanorum spolia rapiuntur à fisco VVandalico. 483.30. omnis Primas Papa. 440.2. & 449.363
Episcopis non licet augere gradum clericis non sibi subditis. 453.54
Episcopus in ardenti rogo disputat pro fide etiam intactis vestibus. 471.22
ad Episcopos spectat prædicare verbum Dei. 451.35
Episcopi Papam consulebant antiquo more. 452.63. in rebus fidei semper consulendi sunt. 457.35. videant quomodo manus imponant. 465.6
Episcoporum causæ ad summum Pontificem deferendæ. 467.24
Episcopi tenentur soluere debita, quando debitorem non restituunt. 466.4. quomodo creandi. 469.9. inuiti eligantur. 471.31. difficillimè eliguntur qui omnibus placeant. 472.20. succurrant populis sibi subiectis. 475. 11. Italiæ conueniebant in rebus grauioribus cum Summo Pontifice. 484.27. interdum facti monachi. 491.16 non sequantur populum, sed ducant. 492. 24. eligebantur interdum coniugati, relicta coniuge. 493.1. suscipiant peregrinos, & alant pauperes. 494.29 Hierosolymitani humillimè vestiebantur. 458.36. simoniacè electi pœnæ. 469.9. cum seq. quomodo sint eligendi. ib.
Episcopus bigamus deponitur. 441.6
Episcopi si munera non acceperint, commendantur. ibid. 14. septuagintaseptem subscribere sententiæ in Acacium latæ. 484.11
Episcopum fieri eum qui non sint Christianus, monstrum est. 481.16
Episcopus dicendus non est, sed potius dæmon, qui nomine tantum Christianus, ut Episcopus. ib.7
Episcopi laborent pro redimendis captiuis. 494.41
Episcoporum prærogatiua non iudicanda pro ratione dignitatis sæcularis. 491.4
Episcopi & Ecclesiasticam potestatem habent, & politicam. 496.25. & 26
Episcoporum occisores indigni sunt proprium habere pastorem. ib.48
per Episcopos malos sacramenta ministrata tenere. 497.10
Episcopi prudentes sint. 499.33
interdum obstinuerunt à consuetudine Papæ & quare. 502.3
non ita facilè accusandi. 503.8. patienter sunt audiendi à Principibus. 503.19

Episcopi relegati in Sardiniam. 504. 37. illustres plurimi in Gallicana prouincia. 509. 12. etiam possunt seruare monastica instituta in Episcopatu. 584. 28. exules in Sardinia, & in Africa. ib. 41
ad Episcopos spectat prædicatio verbi Dei. 506. 5
Episcopi leges comprobabant, antequam ederentur. ib. 10
de Episcopo Ariano, & Orthodoxo quid actum sit. ib. 13. 14
Episcopi suscipiendi magno honore. 507. 8
Episcopos persequebantur Gothi. ib. 10
Episcopi habebant ius virgarum. ib. 8. pascant & redimant captiuos. 508. 11
Episcoporum multa facta confirmantur à Papa. 508. 27
Episcopi venerabantur pedes & vestigia Summi Pontificis. 512. 58
Episcopis iniuria non est inferenda. 514. 37
Episcopi iudicandi in vel à Concilio, vel à Papa. 515. 31 orientales qui communicauerint cum sede Apostolica. 516. 27. liberè Principes reprehendant. 516. 38. secundum canones eligendi. ib. 40
Episcopos lapsos curat Papa. 517. 23
Episcopi Epiri ab Hormisda Papa reprehenduntur. 517. 38
Episcoporum priuilegia à sede Apostolica. 517. 43
Episcopus Alexandrinus ab hæreticis occiditur. 457. 12
Episcopatum appetere quando malum. 511. 16.
in Episcopatu seruarunt monastica instituta Episcopi. 504. 33
Episcopatus non appetendi, sed fugiendi. 499. 6
Epistola Acacij ad Simplicium Papam de Ecclesia Alexandrina. 478. 2
Epistola Anastasij Imperatoris ad Hormisdam Papam de facta tranquillitate. 516. 4. ad Senatum Romanum de pace simulata. ib. 5. ad Hormisdam Papam per legatos ib. 8. ad Hormisdam Papam ipsum reprehendendo. 517. 48. ad Theodosium se excusando. 511. 31. ad Hormisdam de simulata religione. 514. 43. ad Hormisdam fatè eise subijciendo. 515. 4. ad Hormisdam Papam. 516. 42. ad Senatum Romanum. ib. 5. ad Hormisdam. ib. 8.
Epistola Anastasij papæ ad Anastasium Imperatorem pro fide Catholica. 497. 2
Epistola Anatolij ad Leonem Imp. de Alexandrina Ecclesia. 457. 11. Archimandritarum & monachorum ad Hormisdam Papam, qua auxilium petunt. 517. 53. S. Auiti Episcopi ad Hormisdam Papam, vt interueniat res Orientis. 516. 20
Epistola Baradati ad Leonem Augustum contra hæreticos. 458. 24. quæ dicitur S. Benedicti ad Remigium. 507. 5. S. Cæsarij, qua condidit testamentum. 508. 23. Clodouei ad Episcopos Conc. Aurelianensis. 507. 14.
Epistola Dorothei Episcopi ad Hormisdam pro concordia. 515. 8. Dardanorum Episcoporum ad Gelasium ei se ipsos subijcientium. 492. 32. Ellæ ad Anastasium Imp. pro fide. 512. 11. Ennodij ad S. Cæsarium ipsum laudando. 508. 17. Eugenij ad Carthaginenses, vt in fide perstent. 484. 70. Episcoporum Alexandrinorum ad Leonem Imperatorem pro fide Catholica. 457. 14. Eusebij ad S. Leonem ex Mediolanensi Concilio. 451. 18. Eutychetis ad Romanum Pont. dolosa. 448. 54. Fausti ad Lucidum de gratia. 490. 18
Epistola Felicis Papæ ad Acacium, ipsum reprehendendo. 483. 21. ad Zenonem Imper. pro Catholica fide. ib. 31
ad Episcopos de Africana Ecclesia. 487. 4
Epistola Flauiani ad Leonem Rom. Pontificem. 448. 51. alia ad eundem de erroribus Eutychetis. 449. 8. ad Petrum Cnapheum ipsum reprehendendo. 483. 62. S. Fulgentij ad Probam virginem. 504. 56. Gallæ Placidiæ Augustæ ad Theodosium & Pulcheriam pro fide, & Summo Pontifice. 449. 159. & 162
Epistola Gelasij Papæ ad Euphemium ipsum reprehendendo. 402. 10. ad Laurentium & alios Episcopos Macedoniæ de fide Catholica. ib. 30. ad Honorium de Pelagianis inquirendis. 493. 24. ad Honorium de inquirendis hæreticis. ib. 20. ad Episcopos Piceni contra hæreticos. ib. 30. ad Anastasium Imperatorem, qua ipsum ad melius cohortatur. 494. 2. ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici, qua eos laudat. ib. 18. ad Dardanos de primatu Ecclesiæ. 495. 2
Epistola S. Gregorij ad Francborum Reges. 421. 14. hæreticorum ad Leonem Augustum pro Timotheo pseudoepiscopo. 457. 31.
Epistola Hilari Papæ ad Leontium Episcopum, de pontificatus sui primordijs. 462. 3. eiusdem secunda ad eundem de eodem. ib. 4. eiusdem tertia ad eiusdem relargitio ob admissam Hunnem in Episcopatum Narbonensem. ib. 5. eiusdem aduersus Mamertum Viennensem Episcopum. 463. 15
eiusdem Hilari Papæ ad Episcopos Galliæ & Mamertum Viennensi indebitè Episcopum in Ecclesia Diensi ordinante. 463. 16
Hilarij Cardinalis diaconi ad Pulcheriam Augustam contra Ephesinam Synodum. 449. 146
Epistola Hormisdæ Papæ ad Anastasium Imperatorem detegendo eius fictiones. 516. 13.
Epistola Hormisdæ Papæ ad Auitum Episcopum Viennensem pro disciplina Catholica. 516. 24. ad Ioannem Episcopum Nicop. vt perficeret. 516. 50. ad Synodum Veteris Epiri contra hæreticos. ib. 3. ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum gratulatoria. ib. 62
Epistola Hormisdæ ad Anastasium Imperatorem eum hortando ad veram fidem. 517. 3. ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum, vt conuertatur. 517. 11.
Epistola Hormisdæ ad Episcopos extra Catholicam communionem positos, vt resipiscant. ib. 14. Papæ ad S. Remigium. 514. 16.
Epistolæ duæ Hormisdæ Papæ ad Anastasium pro fide Catholica. 512. 14
Epistola Hormisdæ ad Viennensem Episcopum. 516. 24. ad Orientales Orthodoxos vt in fide permaneant. 517. 21. ad Possessorem Episcopum, vt constans permaneat. ib. 27. hortatoria ad clericos & populum Constantinopolitanum. ib. 28. ad Synodium & peregrinum Episcopos pro Ioanne Episcopo Nicopolitano. ib. 34
Epistolæ Hormisdæ ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum, vt persistat in tribulationibus. ib. 36
Epistola Hormisdæ ad Anastasium Imperatorem pro Ioannis Episcopo. 517. 42. ad Episcopos Hispaniarum, vt exigant fidem ab his, qui admittendi sunt ad communionem. 517. 63
Epistola Ibæ ad Marim Persam. 448. 66
Epistola Ioannis Episcopi Nicopolitani ad Hormisdam Papam de fidei professione. 516. 44
Epistola Ioannis Corepiscopi Alexandrini ad Clementem VIII. ei obedientiam præstando. fol. 910. 1
Epistola S. Leonis ad Turibium contra Manichæos. 444. 4. ad Italiæ Episcopos de dānatis Manichæis, & vt perquirantur qui fugerant. ib. 56. 2. Turibium Asturicēsem Episcopum de negotijs Hispaniæ. 444. 4. ad Turibium contra hæreticos. 457. 13. ad Aquileiensem Episcopum, quomodo recipiendi hæretici. ib. 25. ad Episcopos Siciliæ, quando conuenire debeant ad Concilium Romæ. ib. ad Beneuentanum Episcopum ipsum redarguendo. 445. 3. ad Theodosium Imperatorē de Eutyche. 449. 4. ad Flauianum, vt res gestas significet. ib. 6
ad Flauianum. ib. 10. ad Pulcheriam Augustam. ib. 31. ad Theodosium ne Synodum congregct. ib. 33. ad Flauianum miraculū. ib. 39
Epistolæ S. Leonis ad Flauianum encyclica. ib. 45
Epistola S. Leonis à Flauianum data de fide Incarnationis Christi, perlata etiam ad Gallias euidenter ostenditur. 470. 60. ad Concilium pro legatis. ib. 63. ad Pulcheriā Augustam pro Catholica fide. ib. ad Iulianum Cœnensem Episcopum vtrum diserti sit. ib. 64
ad Faustum & Marcianum Archimandritas. ib. ad Synodum Ephesi cogendam. ibi. 65. ad Pulcheriam, in qua legatos cōmendat. ib. 68. ad Theodosium de damnatione Eutychetis. ib.
Epistolæ S. Leonis ad Iulianum & ad Pulcheriam de receptione Eutychetis, si verè conuertatur. ib.
Epistola S. Leonis ad Flauianum vt fortiter agat. ib. 69. ad Leonem Episcopum Rauennatem. ib. 72
Epistolæ S. Leonis à Dioscoro non admissæ. ib. 78
Epistola S. Leonis ad Theodosium, in qua quæritur de Dioscoro. ib. 91. ab Theodosium de fuga Hilari Cardinalis. ib. 98. ad Pulcheriam & Theodosium, quod, quæ fiunt vi, Apostolicis constitutionib. non præiudicent. ib. ad S. Flauianum, vt viriliter agat. ib. 43. ad eundem eum confortādo. ib. & Syn. Rom. ad Theodosium cōtra Ephesinam Synodum. ib. 149. ad Theodosium pro pace defendenda. ib.
ad Pulcheriā Augustam contra Ephesinā Synodum, & pro Catholica fide. 450. 3.
ad Theodosium, quomodo recipiendus Anatolius. ib. 6. ad Anatolium gratulatoria. 451. 1. ad Marcianum, & Pulcheriam, ipsis gratiam agendo. ib. 4. subscribitur Catholici. 450. 29. confirmatur à Concilio Chalcedonensi. 451. 108. ad Episcopos Galliæ. 452. 8. ad Marcianum contra Anatolium. ib. 14. ad Marcianū & Pulcheriam pro Abio Archidiacono. ib. 7. ad Iulium suum Vicarium ipsum constituendo. ib. 8. ad Iudociam, vt blandè eam conuertat. ibid. 13. ad monachos Palæstinæ pro eorū conuersione. ib. 14. ad Theodoretum, vt pro fide pugnet. ib. 31. ad Marcianum de cyclo paschali. ibid. 3. ad Marcianum pro rebus Alexandrinis. 454. 4. ad Marcianum de Anatolio. ib. 11. ad Marcianum contra Eutychetem. ib. 15. ad Iudenalem Episcopum ipsum redarguendo. ib. 18. ad Maximum, irritans, quæ Iuuenalis vsurparat. ibid. 20
Epistolæ S. Leonis ad Episcopos Mauritaniæ pro eorum Ecclesia. 456. 15
Epistola S. Leonis ad Leonem Imp. pro Catholica fide. 317. 7
ad Leonem Imperatorem de Ecclesia Alexandrina. ib. 41. ad Leonem Imperatorem de legatione mittenda. 458. 7. ad Leonem Imperatorem de expellendo Timotheo. 460. 5
Epistola S. Leonis ad Timotheum verum &

notum Episcopum Alexandrinum. ib.10
ad Ægyptios Episcopos de Alexandrina Ecclesia ib.12. ad Episcopos Galliæ approbantis electionem Rauennij Arelat. Episcopi. 449.61
Epistolas S. Leonis Papæ ad Rauennium de excommunicando Petronianò quodam vago & erroneo diacono. ib. 62. ad Metropolitas prouinciæ Arelatensis, de non cõcellendis sanctionibus paternis. 450.57. ad Rauennium Arelat. cur diutius secum detinuerit Petronium presb. & Regulũ diaconum: item de missa ad Orientales pro fidei defensione epistola, etiam in Gallijs publicanda. 459.59
Epistolarum S. Leonis numerus solito pluribus auctior. ib.60
Epistola S. Leonis ad Clerum Alexandrinũ de nouo Pastore. ib.15. repurgatas, & ad purum restituta. 497.18. ad Marcianum de Synodo cõgenda. 451.6. ad Marcianum de Synodo differenda. ib. 8. ad Chalcedonense Concilium de legatis. 451.22. cum seq.
Epistola Leonis Imperatoris ad Anatolium de Ecclesia Alexandrina. 457.34. ad Danielem de periculo euitato. 465.14
Epistola Lucidi ad Synodum Lugdunensem contra hæreticos. 490.26. Marciani ad S. Leonem pro fide Catholica. 450.21. ad S. Leonem de congregenda Synodo. ib.23 ad Patres Nicææ congregatos, quos Chalcedonẽ conuocat. 451.31. ad monachos hæreticos, vt conuertantur. ib.39
Epistola monachorum ad Alcysonem pro Ecclesia Catholica. 512.21
Epistolæ Nestoriani de obitu S. Cyrilli. 444. 35.
Epistola Orientalium ad Symmachum Papam. 513.24. Paschasij ad Euagrium de S. Seuerino. 497.51. Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. fol. 906.6. Petri Chrysologi ad Eutychetem, quia ipsum reprehendit. 449. 71. Pulcheriæ ad S. Leonem pro Ecclesiæ tranquillitate. 450.25. Pulcheriæ ad Strategium contra tumultuantes. 451.28. S. Pulcheriæ ad Bassam pro fide Catholica. 453.17
Epistola Romani Pontificis in Ecclesia legebantur. 516.54
Epistolæ Romani Pontificis publicè, afferendæ in ditiopibus Principum. 517.45
Epistola S. Sabæ ad Anastasium pro fide Catholica. 513.14. Senatus Romanus ad Anastasium Imp. pro concordia Orientis cum Occidente. 511.42. Sidonij ad Prosperum de S. Aniano. 435.53. ad Sororem de Edicto. 474.13. ad Felicem de Galliarum statu. 475.8
Epistola Sidonij ad Basilium de rebus Gallicis. ib.23. de laudibus S. Patientis. ib.31. ad Orientem, qua se excusat. 484.37
Epistola Simeonis Stylitæ ad Basiliscum pro fide Catholica. 458.18
Epistola Simplicij Papæ ad Zenonem Imperatorem pro fide Catholica. 476.9. ad Acacium contra Timotheũ. ib.17. ad presbyteros & Archimandritas pro Dei Ecclesia. ib.22. ad Zenonem Imperatorẽ pro fide Catholica. 467.7. ad Acacium pro Ecclesia Alexandrina. 478.8. ad Zenonem Imperatorem pro Ecclesia Alexandrina. ib.110. ad Zenonem de rebus Antiochenis. 479.5. ad Acacium de Antiochena Ecclesia. ib.10. ad Acacium de Calendione Episcopo Antiocheno. 482.2. ad Acacium, qua ipsum reprehendit. ib.15. ad Acacium qua iterum ipsum redarguit. ib.20. ad Zenonem Vicarium in tota Hispania. ib.45
Epistolæ Symmachi Papæ ad Anastasium Imperatorem, ipsum reprehendendo. 502.18
Epistola Symmachi Papæ consolatoria ad Episcopos exules. 504. ad Eoium (pu-
tius Cæsariensem) Arelatensem Episcopum, de reuerenda antiquitate seruanda in ordinandis Episcopis per vrbes singulas. 499. 36.
epistola eiusdem ad eundem, quâ pari Ecclesiarum Arelat. & Viennens. consultũ volens, vt eius Episcopos Romam, per Vicarios causam dicturos, euocat. ib.37
eiusdem ad Cæsarium Arelatensem, de non alienandis bonis Ecclesiasticis. 502.37. eiusdem ad Galliæ Episcopos super privilegijs Ecclesiæ Arelatensis. 513.46
Epistolæ eiusdem Symmachi Papæ ad S. Cæsarium Arelatensem Episc. de Ecclesiæ eiusdem priuilegijs. 510.4
Epistola Symmachi Papæ ad Orientales vt viriliter agant. 511.14. Synodi Chalcedonensis ad S. Leonem de confirmatione Concilij. 451.146. Synodi Epiri Veteris ad Hormisdam Papam de ordinatione Joannis Episcopi. 516.47
Epistola Theodosij ad Dioscorum de Synodo Ephesina. 449.23. altera qua Dioscorum præficit Synodo Ephesinæ. ib.26. Theodosij ad eundem de Bausuma. ib.29. ad Barsumam Orientalem mõachum. ib.30. ad Synodum Ephesinam de Eutychete. 449 76. ad Valentinianum pro defensione Ephesinæ Synodi. 449.165. ad S. Leonem Anatolio. 450.5. ad Anastasium Imperatorẽ pro fide. 511.30
Epistola Theodoreti de Carthaginensium malis. 440. S. ad Romanum. ib. 9. pro Cypriano Episcopo. ib.13. ad Eusebium. 443.16 ad Dioscorum de eius virtutibus. 444.19 pro sui defensione. ibid. 21. ad Pulcheriam Augustam pro reuelatione tributorum. ib.44. ad Apellam de cura Episcoporum. ibid. 7
epistolæ tres Theodoreti ad Nomum Consulem. 448
epistola Theodoreti ad Domnum de causa Irenæi. 448 9. ad Nomum Consularem de rebus suis. ib. 12
epistola Turibij ad Idacium & Ceponium Episcopos. 447.3
Epistola Theodoreti de Flauianum de fidei confessione. 448.17. ad eundem, qua conqueritur de Dioscoro. ib. ad Basilium de noua hæresi Eutychiana. ib.21. ad Apames Episcopum de pace Ecclesiæ. ib.81. ad Protogenem Consulem pro Ecclesiæ pace. 449. 2.
Epistolæ Theodoreti ad diuersos. ib.3
pistola Theodoreti ad Renatum de eius constantia. ib. 99. ad S. Flauianum ipsum laudando. ib. 110. cõsolatoria ad Ibam. ib. 111. ad Vranium emesæ Episcopum contra hæreticos. ib. 135. ad eundem, quòd sint socij in tribulationibus. ib. 138. ad Alexandrum. ib. 139. ad Sporatium Comitem de eius zelo. ib. 141. ad Joannem Episcopũ de turpi Orientalis Ecclesiæ facie. ib. 170. ad Abundium de auxilio Orientalib. præstito. 450.23. ad Vincomalum de iniurijs sibi imustè illatis. ib. 36. ad Anatolium Patricium de Ecclesiæ pace. 450.40. ad Asparem Consulem pro Orientali Ecclesia. ib. 44. ad Joannem Archimandritam pro Catholica fide. ib. 47. ad Clodoueum Francorum Regem. 499. 18. ad Argolicum contra magos. 504.7
ad Arigernum itidem aduersus magos. ibid. 8.
Epistolæ Theodorici plures pro reconciliatione cum Alarico. 507.9
pistola Theodorici Regis ad Agapitum Patricium pro pace Ecclesiæ. 515. 39
pistola Valentiniani ad Theodosium pro fidei & Summi Pontificis defensione. 449.157
pitaphium S. Auiti. 516.29. Claudiani. 490. 40.
Epitaphium Clodouei Regis Francorum. 514.28
Equitius Abbas sanctus. 504. 11. occulta cognoscit. ib. 12. verbo infirmam sanat. ib. 13
Euangelium quomodo prædicet. ib. à Deo missus ad prædicandum Euangelium. ibidem 17.
Equitius accusatur apud Romanum Pontificem. ib. 18
Equitius accersitur per Iulianum. ib. 19
Equitij aspectus terret Iulianum & eius famulum. ib. 20
de Equitio monetur diuinitus Romanus Pontifex. ib. 21
Equitius humillimus. ib.
Erectio templi B. Mariæ Virginis. 457.6. nouæ basilicæ à S. Mamerco. 475.20. monasterij Studitarum. 419.16
Eremi dignæ laudes. 441.16. & 445.16
in Eremum secessit S. Benedictus. 494.70
Errare non potest Papa in his quæ docet de fide. fol. 907.6
Error hæresis si citò respuatur, ignorantiæ tribuitur, si verò pertinaciter defenditur, blasphemia reputatur. 490.25. cui non resistitur, approbatur. 483.24
Erroris magistri efficiuntur, qui veritatis non fuerunt discipuli. 448.41
Errores Fausti quales. 490. 32. inemendati crescunt. 517.51. sacerdotium tegendi. 502. 32.
Eructationes cinerum Constantinopoli. 472.31
Eruli inuadunt Romam. 500.6
Esaias Episcopus legatus Timothei ad Simplicium Papam. 478.9
Ethnicorum mira ingratitudo. 452.60
Euangelium in medio ponebatur in Concilijs. 451.48
Euangelio Christi quantus honor debeatur. ibid.
Euangelium quis prædicare possit. 504.16
Euangelij prædicator aut à Deo missus, aut à superioribus. ib. & 17
Euangelium datum ab Ecclesia Romana nouo Orbi. 515.53
Euangelus Catholicus sacerdos ab impio Anastasio accersitur. 516.37
Euarici Regis Gothorum persecutio. 464.1 importabile iugum. 475.22
Euaricus Arianam hæresim seminabat. ibid. Catholicos persequitur. ib.25
sub Euarico clades Gallicanæ Ecclesiæ. ibid. 29.
ad Euaricum Regem legatio Epiphanij. 474. 16.
Euaricus pacem init cum Nepote Imp. ibidem 18.
Euaricus quid ad Epiphanium scripserit. ibidem 19.
Euaricus S. Patientem reueretur. 475.30
Euarici Regis obitus. 484.430
Euaricus impius. ibid.
Eucharistia sæpè sumenda. 451.28
de Eucharistia quomodo Gelasij Papæ verba sunt accipienda. 496.30
Eucharistia an sub vtraque specie sit sumenda. ib.30
de Eucharistia magnum miraculum. 503. 20.
Eucharistia in lutum proiecta resplendet. ibidem.
de Eucharistia asseruata miraculum contra Seuerianos. 513.34
Eucharistia culmos & spicas germinauit. ibidem.
Eucharistiæ miraculo Seueriani conuertuntur. ibid.
Eucherius Episcopus Lugdunensis. 441.5
Eucheriæ homiliæ falsò inscriptæ Eusebio Emiseno. ibid.
Eucherius vnus fuit Episcopus Lugdunensis. 441.9

Eucherius maximè nobilis. ib.
Eucherius ex monacho Lerinensi Episcopus Lugdunensis. ib.22
Eucherius vir clarissimus, ad quem scripsit Sidonius. 442.10
Senator vir illustris. ib.
de Eucharistiæ vitæ tempore. 463.5
Eucherius Senator illustris. 480.16
Eucherij præstantia. ib.17
Euchollus inimicus Macedonij Episcopi Constantinopolitani. 506.7
Eudocia Augusta fuit studiosa Cyri. 441.2
obiurgatur à Theodosio. 450.13 fuit decepta ab hæreticis. 452.29 ad meliorem frugem reducitur. ib.32. ex afflictione redditur Orthodoxa. 455.18 mittit legatos ad Simeonem Stylitam. ib.19. à S. Euthymio conuertitur. ib.16
Eudociæ Aug. obitus. 460.22
Eudocia templum S. Stephani construit. ibid.
Eudociæ mors ab Euthymio præuidetur. ibid.
numisma. 462.26
Eudocia Iunior Hunerico nupta. 455.14
Eudociæ Iunioris fuga ex Africa, & eius obitus. 471.28
Eudocia Iunior bona sua pauperibus donauit. ib.
Eudocius cum paucis fugat Gothos. 466.11
alias res fortiter gerit. ib.12
victor inuocatione S. Martini. ib.13
Eudoxia vocans in Vrbem VVandalos dat pœnas. 455.11. Constantinopolim mittitur. ib. ad Damiem proficiscitur. 461.51
Eudoxiæ Augustæ duæ. ibid.16. numisma. ibid.
Eudoxus creatur Consul. 442.1
Eufronius Episc. subscribit in Concilio Lugdunensi. 490.26
Eugenius creatur Episc. Carthaginensis. 480.5
Eugenij eleemosynæ & sanctitas. ib.
Eugenius illuminat cæcum, & quomodo illuminarit. 490.11
Eugenij libellus fidei perperam Victori adscriptus. 484.52
S. Eugenij libellus ad Hunericum missus. 483.94
S. Eugenium perdidit Hunericus. ib.95
S. Eugenius ducitur intra Carthaginē mittendus in exilium. 484.69
S. Eugenij epistola ad Carthaginenses, ne rebaptizentur. ibid.70. & vt ilent in fide. ibid.71
S. Eugenius relegatus in eremum Tripolitanæ prouinciæ. ibid.77
illuminat cæcum. ibid.
quæ passus in exilio ab Antonio. ibid.113
quanto tempore vixerit. ib.114. exulat in Gallia. 495.2
S. Eugenij obitus. ibid.20
Eugenius Archiepiscopus Epiri commendatur. 517.56
Eugipij vsus cum Fulgentio. 504.57
ad Eugipium Paschalij epistola de S. Seuerino. 496.51
Eulalius Episcopus resipuit edictum Basilij. 489.15
Eulalius Episcopus Syracusanus. 502.38
Eulalij laudes. ib.
Eulogius presbyter Edessenus excommunicatur. 448.59
de Eulogio Episcopo defensore epistolæ S. Leonis vino. 449.40
Eunomius Nicomediensis causam agit cum Anastasio. 451.135
Eunomius Episcopus metropolis, Ancyræ. 479.8
S. Euphemiæ basilicæ situs & aspectus. 451.56. basilicæ structura. ib.57
ex Euphemiæ reliquijs miracula coruscant. ibid.58
Euphemiæ sanguine repletur Orbis. ib.59
odor immensus ex eius reliquijs. ibidem.
Euphemius Episc. Constantinopolitanus eligitur. 489.1 non admissus à Romano Pontif. ib. & Petrus digladiantur. 489.2
Euphemij fusi prætextus. 492.14
Euphemius exegit professionem fidei ab Anastasio. 491.7. ad Gelasium Papam de communicatione ecclesiæ. 492.7
ad Euphemiū scribit Gelasius Papa ipsum reprehendendo. ib.10
Euphemio cur neget Gelasius communionem. ibid.
Euphemius nihil profecit ex Gelasij admonitione. 492.26
cum Euphemio quare communicauerint hæretici. ib.46
Euphemius deterior fit. 493.8
Euphemium Gelasius reprehendit. 493.13
Euphemius in exilium ductus. 495.22
exilium passus propter inobedientiam Papæ. ib.
inglorius decessit. ib.
Eusebius Emissenus non scripsit homilias de martyribus Lugdunensibus, sed Eucherius. 441.5
Eusebius Episcopus Doriłæi agit contra Eutychetem. 448.25
eius libellus aduersus Eutychetem. ib.26
venuit conuenire Eutychetem. ib.
vrget iterum aduersus Eutychetem. 448.29
in Synodum non admittitur. 449.89. in iustè damnatur. 449.96 in Dioscorum insurgit. 451.72
Eusebius Ancyræ Episcopus indulgentiam consequitur. 451.91
Eustathius Berythi Episcopus iudex constitutus. 448.60
Eustathius Berythi Episcopus indulgentiam consequitur. 451.89.
Eustathius Episcopus accusatur, quod alienum jus sibi vendicarit. 451.98 in Concil. Chalcedonensi fuit. 452.65
S. Eustathij reliquiæ Antiochiam translatæ. 482.4
Eutyches dux Hagiomachorum. 446.13
Eutychetis hæresis qua occasione oborta. 448.19
ad Eutychetem S. Leonis epistola. ib.20
Eutyches detegitur hæreticus. 448.24
in Eutychetis causa Concilium Constantinop. ib.25
Eutychetis detestatio. 448.27
Eutyches citatur à Synodo Constantinop. ibid.28
de Eutychete relatio. ib.29
ad Eutychetem libellus citationis secunda. 448.32. secunda de ipso relatio. ibid.
Eutyches libros spargebat. ib.34
Eutychetis subterfugia. ib.35
cum Eutychete quid actum à Synodo. 448.36
Eutyches interpellatur ab auctore. ib.
Eutyches tertiò citatur. ib.38
Eutycheti dantur inducię septem dierum ib.46
Eutyches suas prodit blasphemias. ibid
Eutyches à Præfectis opem quærit. ib.
Eutychetis qualis aduentus in Synodum ibid.
Eutyches libros mittebat ad excitandam seditionem. 448.52 ei dantur inducię septem dierum. ibid.53 causam dicit. 448.48. fruitra subterfugia captat. ibid.
à Flauiano damnatur. ibid.50
Eutychetis conatus est damnationem. 448.54. dolus in præueniendis litteris Flauiani. ibid.55
hæresis ingressus & progressus. ib.56
Eutyches studet videri Catholicus. 449.5. omnia perturbat ibid.
Eutychetis doli atq; mendacia deteguntur. ib.9
in Eutychetem Concilium secundum. 449.12. libellus Theodosio oblatus. ibid.13
Eutyches appellat Concilium Romanum & Alexandrinum. ib.15
Eutychetis libellus alter Imperatoribus porrectus. 449.17
in Eutychetis causa Synodus indicitur Epheli. ib.18
Eutychetis excommunicatio à legatis S. Leonis.
in Eutychetem sententia præscripta à S. Leone. 449.68
ad Eutychetem Petrus Chrysologus scribit de eius miseria. ib.71
Eutyches ad Synodum non admissus. 449.84
eius libellus Synodo oblatus. ibid.
ipsius falsa excusatio. ib. 85. illius falsa ac simulata sanctitas. ib. 88. legatos Apostolicæ sedis suspectos allegat. ib. 87. absolutus. 449.93. à legatis S. Leonis excommunicatur. 450.51 ha. sedes archa longiùs transferatur. 451.10 & monasterio priuetur. ibid. longius in exilium pellitur. 454.16
Eutychianos exagitat Marcianus Imperator. 452.5
Eutychianos scriptores plures. ib.6
Eutychiana hæresis palam fit. id.7
Eutychiani simulant se damnare Eutychetem. 474.44
in Eutychianos pœnæ à Marciano sancitæ. ibid. 48 & contra eorum scripta. ib. 51. 454. 8. cum seq. libellum offerunt Basilisco Imp. contra fidem. 476.45
Eutychianorum dolus. 449.23
Eutychiani scribunt contra Acacium. 476.44
Eutychianis à Deo panitur. 494.64. nullam consequitur veniam. ibid.65
Euthymius professor fidei Chalcedonensis Concilij. 451.153. curat ana. horetas ab hæresi. 452.36. Eudociam Augustam convertit. 455.21
Euthymij prædictiones de episcopatu Anastasij. 458.35
Euthymij obitus. 472.8
S. Euthymius liberat legatum naufragum. 477.25
S. Euthymius maximè laudatur. ib.23. cum seq.
Euthymij miraculum factum in Phido. ibi. 25
S. Eutropia sub Attila martyr. 451.
Eutropia vidua commendatur. 509.12
Eutropius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 490.56
Excellentia Papæ. 494.5
exclamatio Theodoreti contra hæreticos. 449.132 populi contra Arianos. 470.3
excommunicatio non ferenda ob leuem causam. 445.14 contra Cyrum Edessenū presbyterum. 448.19 lata contra Samuelem. ib. Eulogij. ib. impijssimi Dioscori contra S. Leonem Papam. 449.168
excommunicatum neque per litteras alloqui licet. 448.55
excusatio Abrahamij de Eutychete. 448.39. S. Leonis, quod proficisci non posset ad Ephesinam Synodum. 449.31
falsa Eutychetis. ib.88
excusatio S. Fulgentij cum iusta querela. 507.5
exemplum viduarum. 504.60
exempla meliorum imitanda. 467.12
bona clericorum appareant. 502.33
exercentes iniustitiam in alios, in se ipsos cœlo vindictam educunt. 490.52
exercitus per orationem fugatur. 470.51. Anastasij Imp. contra eliam Hierosolymo-

rum Episcopum. 513.9. VVindemiri venit in Italiam. 473.2. Leonis Imp. ducebatur à Basilisco. 468.15
Exhortatio ad euitandos hæreticos. 516.19
Expeditio Theodorici aduersus Erulos 488.8
Extorres Africani Catholici quanta mala passi. 440.6

in Exilium pellitur Eutyches hæreticus. 454.16. mittendi hæretici. 451.10
Exilia Episcoporum in Gallia. 475.29
in Exilium mittitur S. Eugenius. 484.78
in Exilio quæ passus sit S. Eugenius ab Antonio. ib.113
Exilium S. Eugenij. 495.25. secundum S. Fulgentij in Sardinia. ib.11
Exules Episcopi in Sardinia, & in Africa qui. 504.42
consolatur Symmachus Papa. ib. efficiuntur sanctæ Dei. 512. 28. perexpè confessores Christi. ibi Episcopi reuocantur à Marciano Imp. 450.23

F

FAbella explodituir de S. Leonis manus excisione. 461.8
Facem tulit Anastasius ad inflammandam Ecclesiam. 491.16
Facies Orientales Ecclesiæ quam turpis. 449.170 turbata. 453.5
Facinora & scelera Dioscori recta in Concilio Chalcedonensi. 451.81. Acacij in Calendionem. 472.21
Facta egregia Renati. 449.124
Falsi prætextus hæreticorum Hæsitantium. 492.44
Fama magna S. Cæsarij Episcopi Arelatensis. 518.31
Fames propulsatur à S. Seuerino. 475.35
Fame Deus coegit impios perire. 477.2
Fames Italiam vexauit. 450. 6. dira Africam vexauit. 484.122. dira in Britannia. 466. & pestifer oder homines & iumenta delet. ib
Famuli qui Deo fidem non seruant, neq; hominibus seruare possunt. 494.58
Fastus Anatolij repressus. 454.11. & temerarius conatus Acacij. 454.2
Fasciæ Domini sepulchrales. 453.22
Saluatoris vbi repositæ. ibid.
Fatalem necessitatem inducunt superstitiosi. 496.37
in Fausti Ecclesia magnæ visiones. 481.3
Faustus Episcopus Africanus Legatus. 484. 478.
Fausti Regiensis Episcopatus tempus. 472. 18.
Faustus pro Ecclesia quantum laborauerit. 502.11
Fausti scripta minimè tuta. ib.13.14. libri qui. 490.55. epistola ad Lucidum de Gratia & libero arbitrio. 490.18
Faustus legatus Theodorici. 492.6
Fausti scripta celebrantur. 490.51. vi abripuit Sidonius. ibid. præcessio. 452. 49. anathematismi. 490.19. epistola probatur à Synodo. ib.20
Faustus æmulus S. Prosperi, & non rectus. 448.29
Fausti errores quales. 490.32. latebræ detegantur. ib.36
Faustum Claudianus & alij confutant. 499. 37.
de Fausto multi errarunt ipsum appellantes sanctum. ib.42
ad Faustum Gelasij Papæ commonitorium. 493.10
Fautores hæreticorum. inuestigandi, & coercendi. 459.43
in Fautores Erulorum vlciscitur Theodoricus. 494.33
Federicus Cardinalis Borromæus laudatur. 472.10
Felix Papa Tertius creatur. 482.16. Acacio restitit. 472.8
Felicis epistola ad Acacium. 483.21
Felix redarguit Acaçium de affectato secretio. ib.22
ac de tacita conspiratione cum hæreticis. ibid. 25
Felix Acacium perstringit. 483.28. ad Zenonem Imp. pro fide Catholica. ib. 31
Felicis libellus ad Acacium Episcopum. 483. 46. libellus ad Zenonem Imp. ib.48
Felix mittit Vitalem & Misenum Episcopos legatos ad Zenonem. ib.49.51
Felicis sententia de damnatione Petri Antiocheni. 483.66
Felix excitat Zenonem contra Petrum. ibidem 71. cogit Romanum Concilium. 484. 7. excommunicat Acacium. ib.16. alias scribit Epistolas ad Orientales Episcopos cõtra Acacium. ib.61. Concilium congregauit Romæ de lapsis restituendis. 487.1
Felicis epistola ad omnes Episcopos de Africana Ecclesia. ib.4. Papæ epistola ad Cæsarium Arelatensem Episcopum, de non ordinando laicum in sacerdotem. 448.7
Felix gratulatus Anastasio de suscepto Imperio. 491.8
Felicis Papæ obitus. ib.20
Felix Papa Tertius, & non Quartus dicendus. 492.1. inter Sanctos relatus. ib. è cœlo Tarsillam proneptem vocat. 492.
Felicis Papæ reliquæ res gestæ. 10.
Felix Consul. Senior. 511.1. Consul. Iunior ib. Consul Iunior laudatur. ib. Abbas patitur pro Christo. 490.
Felicis Abbatis charitas erga Fulgentium ib.6
Felix Episcopus Adrumetinus relegatur. 462.2
Felix Episcopus paralyticus mittitur in exilium. 483.8
Felix Episcopus Namneticus. 511.2
Fœminæ suspectæ à clericis fugiendæ. 502. 35. ab impijs solicitantur. 504.12. consulam viros suos. 452.3
Fœminarum extranearum familiaritate clericis vitandæ. 453.5
Fœminæ Catholicæ insigne certamen. 484. 119
Fœminarum Catholicarum constantia. 511. 14.
Fœminæ illustri apparet B. Maria Virgo. 513.21
Fœmina illustris Seueriana ad fidem conuertitur. ib
S. Ferreoli reliquiæ inuentæ. 475.1.
S. Ferreoli corpus integrum, & vestimenta illæsa inuenta. ib.21
Festi dies quo honor colendi. 469.7
Festis diebus maiora mala excitat dæmon. 511.3. & 7. prohibenda spectacula. 469.8
Festus Patricius cum legatis profectus Constantinopolim. 477.12. cum hæreticis concors. 497.23. mala machinatur in Ecclesia Dei. ib.
Festus Exconsul pugnauit in schismate. 502. 12.
Fictio magna Eutychianorum. 452.31
Ficti interdum Principes. 504.21
Fictiones interdum sunt in eleemosynis. 511.27
Fictiones Dei iudicio deteguntur. 488.3
a Fide lapsis resipiscendi aperitur via. 450.7
Fideles quantum venerari debeant Romanum Pontificem. 512.57. malè habiti & afflicti. 484.48. quanta mala passi sub Hunerico. 484.14. cum seqq.
Fidelium omnium mater Ecclesia. 501.6
peccata magis à Deo puniuntur, quàm infidelium. 511.39. S. Flauiani. 449.20
de Fide & sacerdotibus iudicium primò spectat ad Papam. 449.157
in Fide instabiles modò hæc, modò illa dicunt. 550.48
Fides Catholica vbi est, ibi plerumq; cessant flagella. 456.49
fidem non seruans Christianus, quando fit Pagano deterior. 502.28
fidei Catholicæ defensorē se exhibet Theodoretus. 443.13
fides integra & labores Theodoreti. 449. 119.
a Fide deficiunt prouinciæ Aquilonares. 515. 52.
in Fide semper perseuerandum. 518.5
fidei professio facta à monachis Ægypti. fol. 513.30
ad Fidem conuersi hæretici à S. Patiente. 475.32
fidei ardor mortiferum frigus exuperat. 494.44
fidem Catholicam profitetur Euthymius. 452. 34
fides Catholica discitur ab Elpidio. ibid. 35
fidei dogmata declarantur in epistola S. Leonis. 449.44
fides Catholica suscipitur à Mauritanis. 456. 12. Anatolij explorantur. 452. 24. reddit homines constantes. 449.6
fidei declaratio à S. Leone facta. 449.45. cum seqq.
fides Catholica immaculata seruetur. 449. 151
pro Fide Catholica laborat S. Leo. 449.143
idem Catholicam defendit Marcianus Imper. 449.31
fides Catholica Imperij fundamentum. 515. 13. non reuocanda in disputationem. 451.7
fidei definitio in Concilio Chalcedonensi. ibid. 206
fides miraculis confirmatur. 451.118. 152. 471. 32. 484. 47. 488. 93. 488. 14
de Fide disputatio quando prohibetur. 452. 3. sancita semel in disputationem non reuocanda. 453.1
pro Fide pugnant Episcopi. 475.35
fides serpentes tollit. 476.31
fidei vera doctrina. 483.41. veritas interdum ex miraculis ostenditur. 484.43
fides sincera in eo inueniri non potest, qui hæretica prauitate est imbutus. 487.7. illibatè custodienda. 494.10
fidei integerrimus custos Summus Pontifex. ib.
idem qui Deo non seruat, neq; hominibus seruare potest. 494.38
fidei confessio debet esse manifesta. ib. 68. Gallicanæ puritas. 507. 10. causa mouendum bellum. ibid. 13. ardore resistit Imperatori populus Constantinopolitanus. 511.5
fides hæreticorum ad horas mutatur. 511. 10.
pro Fide sanguis effundendus. 502.29
fides est generosè confitenda. ibid. 30. Catholica defendenda à militibus suis. 512. 39.
fides Christiana liberè prædicanda. ibid. 41.
fidei professio & confessio Orientalium. ibid. 60
fides Catholica publicè confitenda. 515.12
in Fidei confessione fit magna constantia. ibid. 15
fides Catholica miraculo comprobatur. ibid. 17
ad Fidem conuertitur Seuerianus Eucharistiæ miraculo. 513. 19. venit illustris fœmina Seueriana. ib.20
fidem amplectuntur Seueriani plurimi. 513. 21. cum seq.
fides Seuerina fuligimosa & fœtida. ibid. 37.
ad Fidem conuertitur Arianus Episcopus. 514.19
fides Catholica purganda ab omni hæresi. 515.20.21

pro Fide laborabat Hormisda Papa. ibid.
Fidei confessio ab Anastasio Imp. ficte facta. 516.19.
in Fide semper persistendum. 516.26
in Fidem insurgit Diabolus. ibidem
Fidei vera professio. 516.45. forma præscripta ab Hormisda Papa. ib. 60. regula ab Hormisda missus ad Orientales. 517.31. libellus exigebatur ab ijs, qui ad communionem volebant admitti. 517.63
filiæ educandæ cum timore. 474.14
filius impetratur à Deo per orationes S. Danielis. 476.19
filij malè morati intereunt. 483.27
filios parentes vendunt ob penuriam. 450. 61.
filij imicantur patres. 514.33. Imperatoris appellantur Reges. 515.42
fictus rapiebat spolia Episcoporum. 483.81
S. Firminus Episcopus Metenis. 506.3
flauiani Epistola ad Petrum, ipsum reprehendendo. 483.62
flaccillæ Augustæ numisma. 461.16
flagella cessant, vbi est fides Catholica. 450. 50. Dei deterrent homines à sceleribus. 463.
flagellantur à Deo ambitiosi. 504.31
flagella S. Fulgentij. 490.7
flagellum Dei fuit Attila. 451.37
quando vigeat. 452.53. contra discedentes à Papa. 512.44. super blasphemos. 494.61
flauianus creatur Episcopus Constantinopolitanus. 446.21
ad Flauianum Eusebius contra Eutychetem. 448.26
flauianus damnat Eutychetem. ibid. scribit ad S. Leonem contra Eutychetem. ib.52
flauiani inimicus Chrysaphius, vnde orta omnia mala in causa Eutychetis. 446.21. cum seq.
flauiano quæ rescripserit S. Leo. 449.20
in Flauianum iniqua sententia. ib.95
etiam sacrilega commiserunt. ib. 104
flauianus verberibus affectus. ib.115
martyrio coronatur, instante impio Barsuma. ib.106
S. Flauianum quo tempore mori contigerit, non omnes conueniunt. ib.107
flauiani laudes. 449.110
ad Flauianum epistola Theodoreti de eius laudibus. ib.
S. Flauiani corpus honorificè sepelitur. 450. 24.
in Flauiani honorem edictum Marciani Imperatoris. 452.47
flauianus iunior Episcopus Antiochenus. 496.56. vir illustris. ib.
flauianus Antiochenus Patriarcha in exilium mittitur. 512.3
in exilio moritur. ib.
exagitatur ab hæreticis. 512.22. in quibus cessit persecutionibus. ib. 23. renuit consentire hæreticis. ib. 25. licet damnatus, remanet tamen in sua fede. ib.30
in Flauianum nouum mouetur bellum. ibidem 30
pro Flauiano laborant monachi Catholici. ibid.33
flauianus diuinitus admonitus de Anastasij obitu. 518.25
flauitas malis artibus mercatus Episcopatum Constantinopolitanum. 448.2
flauitæ detecta impostura. ibid.3
flauitas hæreticus vult videri Catholicus. ibid.4
flauiæ litteræ ad Felicem Papam. i b.
flauitæ nomen sublatum è Diptychis. 489.3
flores illustrant spinas. 490.14
florentius ab Imperatore missus ad Concil. 448.48
fœneratores ne sint clerici. 443.6
fœneratorum molestia. 443.3
fons limpidissimus Catholicæ doctrinæ Ecclesia Romana. 456.2
fontes subitò exaruêre. 446.
formido ibi nulla est, vbi nulla sit causa fugiendi. 483.21
fornicarij priuantur dono Dei. 484.
fori Ecclesiastici immunitas seruãda. 453.
forum Ecclesiasticum demptum à Valentiniano restituitur. 452.52. suis gaudeat privilegijs. 453.5
fortunatus Episcopus Tudertinus. 515. 18 mittitur legatus ad Anastasium Imperatorem. ibid.
franchi conuersi ad fidem. 449.20
non patiuntur Gothos Arianos. 507.9. cũ Gothis pugnant. 508.4. obiiciunt loca Gothorum. ib.5
ad Franchorum Reges epistola S. Gregorij. 441.14.
franchorum regnum in Gallia quando cœperit. 456.6. prima sedes in Gallia est Parisium. ib.
de Franchorum Regibus quomodo boni benedicti, mali vero maledicti. 514.4. cum seq.
Franchorum mores. ib.29
Regum vestitus. ib.31
Reges nutriebant capillos. ib. nobilium habitus & ornatus. ib.2
franchi omnes præter Reges arcessi incedunt. 514.30
franchus Regem Clotarium ad prandium vocauit. ib.
in Franchi prandio erant maleficorum incantationes. ibid.
frater fratrem ad martyrium hortatur. 484.86
fratres sint vnanimes & concordes. 514.29
fraus hæreticorum in professione Symboli. 511.20
insectanda hæresi. 516.17
fraus diu tecta Anastasij Imperatoris detegitur. 516.36
fraudes & dolj Thomatolij Episcopi. 451.143
frenum nesciunt inimicitiæ. 494.51
frigus mortiferum exuperatur à fidei ardore. ib.44
fridericus reprehenditur à S. Seuerino. 482. 60.
friderici temeritas erga sacra. ib.36
fridericus fugatur in bello. 488.10
Erulos superauit, sed postmodũ à Theodorico victus. 488.11
frisones absq; sumptu licentia Franchorum in vestitu. 514.32
fuga S. Fulgentij. 490.3. Patricij Ducis exercitus Romanorum. 503.32. exercitus Hunorum per orationem. 451.51. friderici in bello. 488.10. Prætextati magi. 494.9. Hipatij Ducis exercitus Romani. 503.32
fugiendæ dignitates. 504.27
fulgòri veritatis cedit mendacium. 449.110
S. Fulgentij primordia, & sub quo Rege natus. 490.2
S. Fulgentius fugit ib. captiuus ducitur. 490. 5. dirè cruciatur. ib.6. iterum flagellatur. 490.7
fuga S. Fulgentij Romam aduentus. 500.9
S. Fulgentius omnibus carus. ib. in Africam reuertitur. ib.10
fulgentius Episcoparum fugit. 534.25
fulgentius eligitur Episcopus Ruspensis. ib. 30. quàm eloquens, doctus, & pius? 504. 32. retinet instituta monastica. ib.33
iussu Regis abducitur. ib.35. relegatur in Sardiniam. ib.36
fulgentij humilitas & mansuetudo. ibid.
fulgentius Carthaginem reuocatur. 504.46
multis profuit. ib.47
scriptis prouocatur à Trasamundo. ib.51
fulgentij doctrina & eloquentia. ib.52
fulgentius confutat, fortiter obiectiones 504.49
fulgentij iusta querela cum excusatione. ibid. 10. libri tres ad Trasamundum Regem. 504.18
fulgentius librum composuit de Spiritu sancto. ib.68
fulgentij scripta desiderantur. 504.52
fulgentius rursus in Sardiniam relegatur. ibid. 53
fulgentius quæ scripserit. ib.54
fulgentij epistola ad Probam virginem. 504. 56. vsus cum Eugipio. 504.57
fulgentius scribit ad Gallam viduam. ibidem 59.
fulgentius instruit Petrum de fide. 517.60
fulgentij liber de fide falsò asseritur Augustini. ib.66
fulmen percussit Anastasium Imperatorem. 518.19
fundamenta hæreticorum concidunt. 476. 35.
fundamentum Imperij fides Catholica. 449. 146

G.

Abrielis Card. Palcotti opera laudata. 506. 11.
Gabriel Patriarcha Alexandrinus. fyl 537.6. legationem mittit ad Clementem VIII. Rom. Pont. ib.56
Gabrielis epistola ad Clementem VIII. Rom. Pont. ib.
Gaianus Nasita ab impio Anastasio Imp. accersitur. 516.36
Galatæ aliqui Simoniaci. 459.6
Galla Placidia ad Theodosium pro fidei defensione, & pro S. Leone. 449.169. 26. Pulcheriam Augustam pro Catholica fide. ib.161
Gallæ Placidiæ obitus. 449.167. numisma. ibid. memoria in ara basilicæ S. Pauli. ib. 168.
ad Gallã viduam scribit S. Fulgentius. 504. 59.
Galla quàm illustris & progenie, & sanctitate. ib. secedit in monasterium. ib.60
Gallæ viduæ felix exanitus. ib.61. apparuit S. Petrus. ibid.
Galla delectabatur lumine intrinseco, & extrinseco. ib.
Gallis relaxantur tributa à Theodorico. 505.6
Galli non patiuntur Gothos. ib. 5. admonẽtur, vt persisterent in fide. 516.28
in Gallia Narbonensi Concilium Vasense. 442.3
Gallia quæ passa à Præfectorijs. 468.22
Gallicanum motus magni. 475.
de Gallicano statu Sidonij epistola ad Basilium. 475.22
Gallicana prouincia quantis Patribus fuerit illustrata. 509.32
Gallicanæ fidei puritas. 507.10
Gothi non patiuntur Gothos. ib.
Gallicanæ Ecclesiæ clades sub Euarico. 475. 29.
Gallicanum Concilium. 514.18
Gargano monte apparitio S. Michaëlis Archangeli. 493.43
Garsia Loaisa edidit Concilia Hispanica emaculata. 532.3
Gaudentio interdicta ordinatio. 475.43
Gaudium fit in tribulationibus. 449. 111. in Ecclesia fuit, mortuo Anastasio Imperatore. 518.25. Ecclesiæ Orientalis. 410.49
Gelasius Cyzicenus strenuus pro fide Catholica propugnator aduersus Eutychianos. 476. 67. Idem auctor historiæ Actorum Concilij Nicæni primi. ibid.
ad Gelasium Papam suã dirigit scripta Genadius. 490.45
Gelasius creatur Papa. 492.6
Gelasius an Romanus. ib.2
ad Gelasium Euphemius Episcopus Constantinopolitanus scripsit fidei profes-

sionem. 492.17
ad Gelasium legatio Sinclitij diaconi. ibidem.
Gelasij litteræ ad Euphemium ipsum reprehendendo. ib.20
Gelasius cur neget Euphemio communionem. 492.14
Gelasij modestia. ib.23
Gelasius in quo condescendat. ib.16
Gelasij iusta excusatio. 492.22
admonitione nihil profecit Euphemius. ibid. 27
Gelasius quæ egerit initio sui Pontificatus. ibid.
Gelasij epistola ad Eonium (potius Cæsarium) Arelatensem episcopum, de mutua conseruanda charitate cum fide Catholica. 494.27
Gelasius ad Laurentium, & alios episcopos Macedoniæ. 492.30
Gelasij admonitio, vt Romano Pontifici obediatur. ib.31
ad Gelasium Dardanorum episcoporum epistola ei se subijcientium. 492.32
Gelasius ad Dardanos Vrsicinum episcopum mittit. ib.35. ecclesiæ causam Faustæ commendat. 493.8
in Gelasium Anastasij Imp. querelæ. ibid
Gelasij commonitorium ad Faustum. 493.10. Occasio eius scribendi. ib.8
Gelasius queritur de inobseruantia canonum. 492.11
Gelasij epistolæ ad Honorium contra Pelagianos. ib.23
Gelasius admonet vt Pelagiani inquirantur. ib.24
Gelasij epistola ad episcopos Piceni contra Pelagianos. ib.30. admonitio & commination contra Pelagianos. ib.3
epistola ad Anastasium Imp. eum hortando ad Catholicam fidem. 494.1
Gelasius capitat apud Anastasium Imp. beneuolentiam. ib.6
Gelasij epistola ad episcopos Dardaniæ & Illyrici. ib.17
Gelasius Concilium Romæ congregauit septuaginta episcoporum. ib.19 studet reuocare disciplinam ecclesiasticam. 494.23 constituit vt bona ecclesiastica in quatuor partes diuiderentur. ib.24
Gelasij constitutio, vt episcopi peregrinos suscipiant. ib.
Gelasius ad Dardanos de priuatu sedis Apostolicæ. 495.6. Concilium Romæ in absolutione Miseni congregat. ib.5 causam Miseni optimè inquirit ib.6. cum seq.
Gelasij Papæ obitus. 496.1. scripta quæ ibi. scripta contra Eutychetem & Nestorium. ib. nomine scripta suppositia. ib.5. a Clerico quidam liber, de quo disputatur. ib.
ex Gelasij scriptis qui confodiantur, & qui inualescant hæretici. ib.8
Gelasij verba redduntur, & elucidantur. 496.10 verba de Eucharistia quomodo accipienda. ib. decretum de communione sub vtraque specie. ib.20
Gelasius Manichæos detegit ac punit. ib.
Gelasij verba de potestate Ecclesiastica quomodo accipienda. ib.24 sententia elucidatur. 496.25 pugnæ aduersus Gentilitios ritus. ib.28 apologia aduersus Andromachum Senatorem. ib.
in Gelasium quid quidam obmurmurarent. ib.30
Gelasius quid in eos, qui clericorum tantum peccata punienda produnt. 596.32. scitè redarguit superstitiosos. ib.36 retorquet in impios argumentum. ib. 38 conuincit superstitiosos certis rationibus. ib. 41. vrget impios ab euentu rerum. ib.24. abstulit Episcopatum ab his qui occiderunt Episcopum. 496.48 inuentos Manichæos exulare præcipit. ib. 25 alter Episc. Cæsareæ Palæstinæ. ib.3
Geminianus legatus S. Leonis. 458.12
Genitricem Dei negare esse Virginem Mariam, hæresis est Nestorij. 448.66
Gennadius eligitur Episc. Constantinopolitanus. 458.32 contra simoniacos. 459.3 quid contra Charisium. ib.10 detegit magum miraculum. ib.15 moritur, & ante mortem miraculum. 471.1. redarguitur calumniæ. ib.33 præuidit discordias suæ Ecclesiæ. 472.4 ad Gelasium sua dirigit scripta. 461.5. Pelagianis fauebat. ib. redditus omnino Catholicus. ib.
S. Genouefa mirificè colitur à Rege Childerici. 456.6
Genouefæ quæ largitus sit Clodoueus. 499.30.
in Gentili etiam homine bona est iustitia. 489.17
Gentilitij ritus reprehenduntur à Gelasio. 496.45
Gentilium cultus est causa, quod collapsum sit Imperium Romanum. ib.
Genserici Rex VVandalorum partitur captas Africanas prouincias. 449.4 frustra Ecciliem tentat. ib.5. persequitur Christianos Catholicos. 442.2. VVandalorū Princeps. 455.12 multa loca diripiat. 456.29 obfuit Italiæ & alijs regionibus. 465.6
Genserici obitus. 476.59
Genserici quantum regnauerit, & quem feliciter. ibid.
Genuensis Ecclesia antiquissima, & sanctis Episcopis conspicua. 451.17
Georgiæ Aruernensis puella religiosa. 480.22.
S. Georgij Ecclesia Alexandriæ. fol. 912.25
Gerasimus anachoreta conuertitur. 456.36
Gerasimi anachoretæ obitus. 475.43
Germanus Eutychetem citat. 448.38
Germanus Episc. Capuanus legatus Anastasij Papæ. 457.1
Germani duo martyres Aquisgregienses ciuitatis. 484.86
Gerontius inuadit Hierosolymitanam sedem. 476.41
Gesilicus succedit Alarico. 507.26
Gibuldus Rex Alamannorum veneratur S. Seuerinum. 482.54
Gibuldus etiam Sanctorum cultor. ib.55
Gilda Britannus prosequitur historiam Britannorum. 446.1
Gildardus Rotomagensis Episcopus. 507.25
Gisa Regina contemnit S. Seuerinum, & citò punitur 473.6
Gisæ filius obses tenetur à seruis. ib.7
Gisa mitior redditur. ib.8
Gisa Regina Rugorum reprehenditur à S. Seuerino. 482.58
Glycerius subrogatur in Imperatorem. 473.1
Glycerius Imperio deponitur in Portu Romano. 474.11
Godagisus ab Hunerico relegatur. 481.12
Godegisclus suos captiuos relaxat. 494.54
ad Gothos legatio Nepotis. 474.15
Gothi venerantur Summum Pontificem. 561.2. vincunt Sabinianum. 505. S. perlequuntur S. Cæsarium. 508.6
Gothus à Deo percussus propter S. Cæsarium. ib.8
Gothos Arianos non patiuntur Galli. 507.10.
in Gothos mouet bellum Clodoueus. ib.13
Gothorum Rex Alaricus à Clodoueo occiditur. 507.20
Gothi cum Francis pugnant. 508.4
Gothorum loca obsidentur à Francis. ibidem 5.
ad Gradum honoris non sunt extollendi hæretici. 447.24
Gradus sui prærogatiuam laudabiliter tueri licet. 448.83
Gradu & honore priuabantur hæretici. 454.7
Græci hæretici quàm callidi. 576.12
Græcorum falsa iactatio. ib.22. quantæ fallaciæ. ib.24
Græcè cantatur Trisagon in Parasceue & quare. 492.49
Gratiæ aguntur Theodorico ab Epiphanio. 494.42
Gratias agit S. Leo Papa Marciano & Pulcheriæ Augustis. 457.4
per Gratiam ille saluus esse potest, qui perijt per culpam. 490.38
sine Gratia nihil sumus. ib.31
Gratior Deo est virginitas matrimonio. 456.9
Gratulatoriæ litteræ S. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem. 457.5
S. Gregorij epistola ad Francorum Reges. 441.15
S. Gregorius mirum in modum laudat S. Benedictum. 494.70. cum seq.
Gregorius Lingonensis Antistes. 509.11
Gubernatio Ecclesiæ à prouidentia Dei. 476.46
Gundabundus Rex VVandalorum. 484.119
Gundebadus Burgundionum Rex. 507.28
Gundebaldus hæreticus à S. Auito conuerti non potuit. 474.68
Gundebadus Rex Burgundionum init fœdus cum Clodoueo Rege Francorum. 507.9
Gudila pugnauit pro Symmacho Papa. 502.11.

H.

Habetdeum Episcopum Gensericus relegat. 442.2
Habetdeum Episcopum inuitum rebaptizat Antonius. 484.118
Habetdeus Episcopus Hunericum Regem reprehendit. ib.120
Habitus Nobilium Franchorum. 574.11
Hæresis inducit desolationem. 495.6
Hæreses omnes vnico remedio expurgantur. 454.6
Hæreses falso prætextu à Principibus fouentur. 491.42
Hæresum est animos efferare. 484.40
Hæresis absolutio soli Papæ reseruata. 478.11.
Hæreses semper solent ferri hinc inde impulsibus ventorum. 482.37. vespertilionum more latibula quærunt ac lucem fugiunt. 482.43
Hæreibus quantocyus occurrendum. 483.54.
Hæresum toleratio potius ignauiæ quàm patientiæ tribuenda est. ib.17
Hæreticos detegere pium est. 447.4
Hæreticus inter Catholicos est aper luculentus. ib.
Hæreticum est dictum, quòd non sit pianibus laborandum, sed semper orandum. 444.10
Hæresiarchæ, etiamsi mille offerrent libellos pœnitentiæ, ne reciperentur ad pristinum statum, legibus Ecclesiasticis sanctum. 447.58
Hæretici Franchorum degenerant à sua nobilitate, & sunt Ethnicis deteriores. 456.7 impiè calcant corpus & sanguinem Christi. ib.22
Hæreticarum mulierum ingenium est, vt eo pertinacius inhæresçant errori, quo fuerint instantius admonitæ. 453.8
Hæreticorum tolerantia magnū damnum affert Reip. quod Leo Imp. expertus est. 468.24
Hæretici, & religioni & statui politico nocent. 473.12
Hæreticis ne aue quidem dici debet. ibi.
Hæretici sanctitatē simulant. 447.6. præsertim eruditi difficillimè corriguntur. ib.31

per-

Hæretici persæpè inueniũtur impudici. 444.2. iudicantur à Romano Pontifice. ibid. inquirendi, & deferendi. ib. 3. fugiendi magis quam pestis. 445.8. omnino exterminandi. ibid.

Hæretici hydrinis capitibus persæpè pullulant. 447.3. zizaniæ semina iaciunt. ib. 4. omnia immiscent. ib. 5. cauendi, maximè eorum libri. 447.8. conuersi sint sine spe prouectionis ad superiorem gradum. 447. 25.

in Hæreticos epistola S. Leonis ad Turibiũ. 447.13

Hæretici semper exterminandi. 448.5. persæpè citantur. 448.33.37. honesto prætexto ad Scripturas prouocant. ib. 30. semper luci aduersantur. ib. 37. ad Præfectos & seculares confugiunt. ib. 43. semper subterfugia captant. ib. 48. cum seq. non admittũt litteras Summi Pontificis. 449.78. sanctitatẽ & pietatem simulant. ib. 58

in Hæreticos est exclamandum, & non silendum. ib. 135

Hæreticorum duces haud facilè recipiendi. 451.11

Hæretici pœnitentes persæpè Romam veniebant. ib. 21

Hæreticorum perfidia. 451.93

in Hæreticos impium est pium esse. 452. 5. 453.1.

Hæreticorum scelera. 452.32

Hæretici sanctos occidunt. ib. 40

omni honore & gradu priuabantur. 454.7

Hæreticorum legatio ad Leonem Imperat. 457.3

prætextus solitus. ib. 35

Hæreticorum fautores inuestigandi, & coërcendi. ib. 43

Hæretici quando nullo modo audiendi. ibidem 47.

Hæreticorum captiones denudantur. ib. 49

Hæreticus à sancto Leone dicitur Antichristus. ib. 50

Hæretici quando in sua peruersitate relinquendi. 458. 9. qui non admittendi ad disputationem de fide. ib. 11. pœnitẽtes quomodo recipiendi. ib. 14. à Principibus sunt exterminandi. ib. 24. lapsi quomodo recipiendi. 460. 11. procul pellẽdi. 468. 24. ad fidem conuersi à S. Patiente. 475. 32

Hæreticorum velamen fides Catholica. 476. 31. cum seq. vana spes. ib. 35. impietas dilemate perstringitur. ib. 38. fundamenta cõcidunt. ib. 36

Hæretici versipelles & inconstantes. 476. 65. 482. 37. Timotheo ei qui. 477. 16. semper procul pellendi. 478. 12. Theopaschitæ instaurati. 482. 7. non recipiendi sine satisfactione. ib. 16

Hæreticorum fraudes. 482. 41

Hæretici Acephali qui. ib. 42. sine charitate. 484. 2. omen Papæ delent. 483. 97. retorquẽt leges latas contra ipsos in Catholicos. 484. 59. in Synodum, & in Summum Pontificem insultant. 492. 43.

in Hæreticos pœnæ, & eorum scripta damnantur. ib. 49

Hæretici salubri remedio conuincuntur. 464. 5

Hæreticorum mos est à sententia à Concilio lata ad Imperatorem appellare. 485. 7. mos vetus qualis fuerit. 482. 33

Hæretici solent tradere venena melle delibuta. ib. 41. solent negare factis, quod ore profiteri videntur. ib. 36

Hæreticus homo videns fit cæcus ab Arriano Episcopo. 484. 74

Hæreticorũ pœnæ in Catholicos statuꝰ. ib. 51

Hæretici comparantur ranis in cœno mersis. 493. 33. à S. Patrib. deseruntur, & diuina Scripturæ se vindices profitentur. 448. 38. lucẽ fugiunt, & latebras quærunt. ib. 7. interdum coguntur admittere expositiones Patrum. ib. 41. Nouatores impudẽtissimè reijciunt interpretationes Patrum. ib. 42. ingrediuntur Synodos ab hæresi freti comitatu. ib. 43

Hæreticus inuoluitur suis spiris instar colubri. 448. 49

Hæretici Iconoclastæ qui. 485. 16. ad Principes confugiunt. ib. 5. se iungunt prauis moribus. ib. 30

Hæreticorum impostũræ deteguntur. 488. 3

pœnitentia suspecta. ib. 6

Hæretici communicantes fugiendi. 492. 12

Hæreticorũ non esse non satis est, si quis cũ hæreticis communicat. ib. 20

Hæretici Hæsitantes qui. ib. 44

Hæreticorum Hæsitantium falsi prætextus. ibid.

Hæretici diligentissimè inquirendi. 493. 26

Prædestinati dicti qui. 499. 28. interdũ sancti videntur. 515. 26. vt plurimũ inhonesti. 493. 36. alicui magno viro scripta supponunt. 496. 4. cum seq. semper inter se altercantur. ib. 7. à semetipsis dissentiũt. ib. eorpunt doctores in vetus. ib. 11. cum seq.

Hæreticorum machinæ bellicæ velut tonitrua, sed statim dissoluuntur. 496. 38

Hæretici in Sur vltra Herodiadis saltantis. ib. sub inuolucro Cynocephali nominis impietatem abscondunt. 497. 13. quærit subripere Apostolicam cõmunionem. ib. 21

primum contra homines pugnant, deinde in cœlites prælia conseruunt. ib. 25. Nouatores in Summum Pontificem insurgunt. ib. 26. etiam venerantur Summum Pontificem. 501. 2

in hæreticos Nouatores insurgunt scripta antiquorum. 500. 5

Hæretici deteriores Paganis. 503. 28

pro hæreticis an orandum. 502. 8

de Hæreticorum basilicis quid statuerint Patres. 503. 13

Hæreticorum simulationes. 510. 8

Hæretici ab hæreticis extolluntur. 511. 22

hæreticorum fraus in professione Symboli. ib. 10

Hæretici ad horam fidem mutant. ib. fiunt, qui prius scelesti. 511. 16. eiusmodi synis etiam decipiunt. ib. 17. semper se excusant. ib. 32

hæreticorum vana delirameta. ib. 35

Hæretici monachi à populo occidũtur. 512. 4. exagitant Episcopos. 512. 22

hæreticorum artes sensim ad impietatem pertrahunt. 511. 14

hæreticorum quantæ insidiæ. ib. 17. persæpè se iactant. 516. 123

hæreticorum fraus in sectanda hæresi. ib. 37

hæretici raro mè ritandi. ib. 39

hæretici omnes omnino damnandi. 513. 5

hæreticos lapsos curat Summus pontifex, vt reuocet. ib. 23

hæreticis non datur pax. 517. 17

Hæretici fugiendi. ib. 29

hæreticorum non tantùm fugienda connexio, sed negc communicandum cum communicantibus cum ipsis. 517. 39. 47

hæreticis communicantes amittunt priuilegia. ib. 40

hæreticorum fatuum consiliũ contra Sanctos Dei. ib. 49. fistulata ibiser cordia ib.

hæretici Constantinopoli persecuti sunt Orthodoxos. ib. 51. occidũt perplures monachos. ib. 55. à Deo puniuntur. ib. 60

hæreticorum compressa superbia in Oriente. 511. 3

hæretici nouis bellis semper exagitant Catholicos. ib. 38. velut lupi inter oues Christi. ib. 55

hæreticus conuersus profuit Ecclesiæ Orientali. 513. 10. 11

cum hæreticis communicare est fornicari. 513. 27

hæretici plurimi Seueriani ad fidem conuertũtur. 513. 19. vsq; ad 22. periuri & simulatores. 514. 42. 515. 12

cum hæreticis cautissimè tractandum. 515. 15. magna prudentia necessaria. ib. 18. 25

hæreticorum subdolæ artes. ib. 45

hæretici Alexandrini quæ passi. ib. 51

hæreticorum nomina è Diptychis expũgebantur. ib. 50

hæretici principes vtuntur pietate nundinaria. 516. 3. Græci quam calidi. 516. 12

Hormisdam papam in hæresin pertrahere conati. ib. 13. omnia subuertere quærunt. ib. 18. 19

hæreticus bestia cornuta agno simillima. ibid. 12

hæsitantes hæretici qui. 492. 44

hæsitantium hæreticorum qui falsi prætextus. ib. 45

heloidiphorus crudelis reprehẽditus à Muritta. 484. 109

in heracleana ciuitate voluit congregare Synodum Anastasius. 518. 42

Hermes Episcopatum Narbonensem auctoritate præsumptiua sibi vendicat. 461. 5

eidem illegitimo Episcopo ob excessus ius creandorum Episcoporum ad vitam adimitur ab Hilaro papa. 462. 7

herodiadis filiam saltantem imitantur hæretici. 496. 18

hierarchia vnus semper in Ecclesia fuit. 449. 19.

hieronymus Vecchiettus ab Alexandrino missus à Clemente VIII. pont. Max. fol. 99. 7

hierosolymorum Episcoporum humilis vestitus. 418. 36

in hierosolymitana Ecclesia vnio. 477. 29

hierosolymitana sedes inuaditur à Gerontio. 476. 41

Hilarius Arelatensis Episcopus. 441. 4

Hilarius primus subscriptus in Arausicano Concilio. ibid.

Hilarij Episcopi Arelatensis superbia coprimitur. 445. 9

Hilarius Romam venit acturus causam suã. ib. 13. de quibus redargutus condemnetur. ib. 14

in Hilarium Imperator interpellatur. ib. 25

Hilarius virtutibus & sanctitate maximè claruit. ib. 17

S. Hilarius Arelatensis Episcopus quo anno obierit. 449. 61. Vitam S. Honorati scripsit. ib. 20

Hilari preces ad S. Honoratum. 445. 23

Hilarius nequaquam ad monasticam vitam rediit. ib. 14

Hilarij funebris oratio de S. Honorato. ib. 19

Hilarius Romanæ Ecclesiæ Notarius mittitur cum legatis ad Anastasium Imperatorem. 515. 8

Hilarius Episcopus Foticęs. 515. 48

Hilarus S.R.E. Cardinalis legatus S. Leonis. 449. 37. fuga lapsus. ib. 98

Hilarus S. Ioannis Euangelistæ liberatori æsiculam prope Baptisterium construit. 449. 99. ad Pulcheriam scribit contra Ephesinam Synodum. 449. 157

Hilarus creatur papa. 461. 13

Hilarus papa suam inaugurationem litteris omnibus Episcopus insinuat. 462. 2

Hilari litteræ ad Metropolitanos Galliæ de iniqua inuasione Hermis in Episcopatum Narbonensem. 462. 6

Hilarus confirmat fidei decretum. ib.

Hilarus Cyclum nouum curat per Victorium. 463. 1

Hilari papæ natalis celebritas. 465. 17. decretum aduersus Episcopum Viennensem. 464. 4

Hilari papæ munificentia. 467. 45

Hilarus restitit Anthemio Imperatori. ibidem 3.

Hilari papæ obitus & quanto tempore sederit. ibid. 4

Hincmarus Episcopus Rhemensis. 449.29
Hipatius consobrinus Anastasij Imperatoris. 513.11
Hipatius mittitur contra catholicos. ibid. 12. obmutescit in catholicos. ibid. 13. Dux exercitus Romani fugatur. 503.31
Hispani Episcopi quanti fecerint summum Pontificem. 465.22
de Hispaniæ negotijs epistola S. Leonis ad Turibium Episcopum. 444.4
in Hispania indicitur concilium generale. 447.14. concilia duo celebrantur. ibid. 15. celebratur Synodus Tarraconensis. 517. 69.
ad Hispaniarum Episcopos litteræ Hormisdæ Papæ. ib. 64
in Hispania plures hæretici Eutychiani. ib. Concilium Gerundense celebratur. ibid. 68.
Historia Ioannis Silentiarij. 496.16
Historiam Britannorum prosequitur Gilda Britannus. 446.1
Historiæ Actorum primi Nicæni Concilij. 476.67
Historiam eandem è Græco Latinitati donatam ab Alphonso Pisano. 476.67
Historica tractatione se purgat Theodoretus contra Nestorium. 449.141
Historici optimè res considerent. 494.40
Homiliæ falsò inscriptæ Eusebio Emisseno. 441.5.
Homiliæ Eusebio inscriptæ, inscribendæ essent Eucherio. ib.
Homo etiam spiritu plenus non potest omnia agnoscere. 495.16
Homines sæpè tribulationibus curantur. 440.10
Hominum salus curatur mira Dei prouidentia. ib.
Homines delicare interdum cogit cupido nobilitatis. 444.17
in Hominem grinium præliabatur regicorum, & postea in cæles tes. 497.43
in Homine etiam Gentili iustitia bona. 489. 24.
Homines corrumpuntur persæpè auro. 488. 3. obstupescunt miraculis. ib. 14. qui capillos tingunt, naturam virilem transformare in muliebrem student. 490.52
Honesta sit cohabitatio clericorum. 503.35
Honor qui debeatur festis diebus. 469.7. debetur Episcopis, cùm recipiuntur. 507.8
S. Honoratus Abbas Lerinensis cœnobij. 441.16
S. Honorati vita ab Hilario scripta. 445.19. eius breue compendium. ib. 20
ad Honoratum preces S. Hilarij. ib.
Honoratus ex illustri familia natus. 445.18
Honoratus Episcopus Nouariensis laudatus. 489.8
ad Honoratum Episcopum Gelasius contra Pelagianos. 493.23
Honoratus discipulus S. Benedicti. 494.37
S. Honoratus Episcopus Massiliensis. 450.43
S. Honorati scripta probata. ibid.
S. Honoratus quæ scripserit. ib
Honore & gradu priuabantur hæretici 454.7
in Honorem Solis & Lunæ iciunabant Manichæi. 443.4
Honoriam Valentiniani Imp. germanâ Augustæ nomine decoratam aureo numismate patefecit. 454.24
Hormisda Papa creatur. 514.13
plurimum laudat S. Remigium. 499.26. ac Orientales scripsit epistolam. ib. 1.
Hormisdæ coronam donat Clodoueus. ibi epistola ad S. Remigium, quo ei gratias agit, & ipsum admonet. ib. 16
ad Hormisdam epistola Anastasij Imperatoris. 514.43
Hormisdam ficte interpellat Anastasius pro congreganda Synodo. ib.
ad Hormisdã Anastasius mittit Patricium virum clarissimum. 515. 3. alia epistola Anastasij Imp. ib. 4
Hormisdæ cuncta deferre profitetur Anastasius. ib. 5
ad Hormisdam Papam Dorotheus pro pace. ib. 6
Hormisda ad Anastasium rescribit. 515. 14
Hormisdæ aliæ litteræ ad Anastasium. ibi. 16
Hormisda quam causam agat cum Anastasio. 515. 17
Hormisdæ prudentia. ib. 24. epistola ad Anastasium pro fide Catholica. ib. 17
Hormisda curat ab omni hæresi purgare Anastasium. ib. 20. cum seq.
Hormisdæ indiculus datus legatis, in quo habentur seruanda ab eis. ib. capitula seruanda ab Orientalibus. 515. 36
Hormisda quàm cautè agat cum Anastasio. ib.
ad Hormisdam Anastasij epistola. 516. 4. alia Anastasij epistola de simulata eius religione. ib.
Hormisdæ epistola ad Anastasium. ib. 13
Hormisda Anastasium hortatur ad Catholicam fidem. 516. 17. operis, & non verba ab Anastasio exposcit. ib. 14. quid cum legatis Imperatoris pertractuerit. ib. 17. cõqueritur, quòd Græci hæretici callidi sint. 516. 12.
Hormisdam Anastasius ad hæresin pertrahere quærebat. ib. 17
ad Hormisdam S. Auiti Episcopi litteræ. ib. 20.
Hormisdam laudat S. Auitus. ib. 18
Hormisdæ epistola ad Episcopum Viennensem ipsum laudando. 516. 24
Hormisda admonet Episcopos Gallicanos. 50. 26. aliam decernit legationem ad Orientales. ib. 28
ad Hormisdam Ioannis Episcopi Nicopolitani epistola. 516. 44. epistola Synodalis Episcoporum Epirotarum. ib. 47
Hormisdæ epistola ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum. ib. 50
Hormisda hortatur Ioannem ad perseuerantiam. 516. 52
Hormisdæ epistola ad Synodum in Epiro habitam. ib. 51. ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum. ib. 50
Hormisda hortatur Ioannem ad perseuerantiam. 516. 52
Hormisdæ epistola ad Synodum in Epiro habitam. ib. 51
ad Ioannem Episcopum Nicopolit. ib. 61.
Hormisda Pulionem legatum ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum mittit. ib. 62.
Hormisdæ indiculus datus Pulioni legato. ib. 63
Hormisdæ epistola ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum. ib. 66. hortatio ad perseuerantiam. ib. legatio secunda ad Anastasium Imperatorem. 517. 1. legati Constantinopolim missi. ib. 2. epistola ad Anastasium. ibid. 3. magna cura erga oues Christi. 517. 4
Hormisdæ omnes omnino hæreticos damnat. ib. 5
Hormisdæ epistola ad Timotheum Episcopum Constantinopolitanum. ib. 11
Hormisda hortatur Timotheum ad resipiscendum. ib. 12
curam gerit omnium lapsorum Episcoporum. ib. 13. 14
Hormisdæ epistola ad Episcopos extra Catholicam communionem positos. 517. 13
Hormisda ostendit munera pastoralis curæ. ib. 16.
Hormisdæ hortatio, vt lapsi ad petram reuertantur. ib. 19. epistola ad Orientales Orthodoxos. 517. 21. hortatio ad perstiendũ in fide. ib. 22. 23. epistola ad Possessorem Episcorum Orthodoxorum. ib. 27. hortatio ad clericos, monachos, & populum Constantinopolitanum. ib. 28
Hormisda hortatur, vt Orthodoxi hæreticos vitent. 517. 32. vsq; ad 37.
Hormisda exoptat librum confessionis ab Orientalibus. 517. 30
ad Hormisdam confugiunt monachi Orientales. ib. 33
Hormisdæ cura totius Orbis Ecclesiarũ. ib. 62. litteræ ad Episcopos Hispaniarũ. ib. 64 litteræ tres ad Orthodoxos in Oriente. 518. 2. cum seq. hortatio ad perseuerantiam in fide. ib. 4. 5. litteras Quinta Synodus venerata. ib. 2
Hormisda mittit regulam fidei ad Orientales. 517. 31
Hormisdæ epistola ad Ennodiũ & Peregrinum legatos. ib. 33. commendat Ioannem Episcopum Nicop. Anastasio Imper. 517. 35
Hormisdæ epistola ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum. ib. 36
Hormisda reprehendit Episcopos Epiri. ib. 38
Hormisdę epistola ad Dorotheum Episcopũ Thessalonicensem. 517. 39. epistola ad Anastasium Imp. pro Ioanne. ib. 42. admonitio ad legatos. ib. 43
ad Hormisdam Anastasius Augustus. ib. 48
Horologia ad aquæ fluxũ attẽperata. 494. 56
Hortatio Hormisdæ Papæ ad perseuerantiam. 516. 52. 66. vt lapsi ad petram reuertantur. 517. 19
Hospites hilari fronte sunt recipiendi. 440. 7 ab Episcopis recipiendi. 496. 24
Hostes interdũ benigniores magistratibus. 468. 13. profligentur benè culta religione & pietate. 452. 33
Hostem suum qui non læsit, quando adiuuat. 494. 52
Hosti non indulgendum, quando Deus præcipit. ib. 58
Hostes S. Trinitatis à Catholicis occidentur. 512. 224
Humanitas & diuinitas Iesu Christi declaratur in vna persona. 444. 25. Marciani Imper. contra prauos monachos. 452. 41
Humilibus semper ignoscendum. 512. 51.
Humilis vestitus Hierosolymorũ Episcoporum. 455. 38
Humilitas & mansuetudo commendatur. 444. 19. est causa erectionis. 504. 4. Theodoreti. 450. 47. etiam seruanda in dignitatib. 504. 33. in Episcopis maximus splẽdor 440. 2. summa S. Turibij Asturicensis Episcopi. 447. 4. Alexandrinorum commendanda. fol. 905. 1. vsq; ad 10.
Hunericus successor Gẽserici qualis. 476. 70
Hunerici Regis edictum de Ecclesia Carthaginensi. 480. 1
Hunericus quid in domesticos Catholicos. 481. 10. diram tyrannidem in suos exercuit. ib. 11. 12. 13. patris præcepta seruat. ib. 13. Ecclesiam exagitat. 583. 79
Hunerici edictum contra Catholicos. ib. 91. dolus quo tendebat. ib. 91
ad Hunericum S. Eugenij libellus. ib. 94
Hunericus S. Eugenium deridet. ib. 95. vetat VVandalos cõmunicare cũ catholicis. ib. 97
Hunerici edictũ contra Catholicos. 484. 58
Hunericus multa mentitur. ib. 55. quãta mala in Catholicos fecerit. ib. 58. cum seq. inomnes perfidus. 484. 66. in Catholicos sæuit. ib. 79.
Hunerici portentosus obitus. 484. 137
Hunnorũ irruptiones in Rom. Imp. 444. 34
Hunni qui Christianam religionem susceperint. ib. 35
Hunnorum vbi fuerit sedes, & qui mores. ib. victus, & vestitus. ib. 37
Hunni quales in prælijs. ib. 38. semper vagi. ib. ludo addictissimi. 444. 40
Hunnorum plures egressus. ib.
Hunni Romanum Imperium inuaserunt. ib. 34. Thraciam vastarunt. ibid.

Hunni Burgundiones contriuerunt. ib. 35
maximè asperi & immanes. ibid.
Hunnorum Rex occiditur. 468.26
Hunni Armenia transmissa, Cappadociam vastauerunt. 515.49
Hunnorum exercitu fugnat Vitalianus. 514.41
Hypocrisis diu latet, sed tempore detegitur. 444.33
Hypocrita sub specie sanctitatis multos decipit. 443.6
Hypocrita nihil magis Ecclesiæ Dei obest. ibid. verè Anastasius. 511.7

I

Iacobus Nisibenus alter à Iacobo Syro. 458. 25.
Iacobus Syrus admirabilis sanctitate. ibid. anachoreta. 502.40
Iacobi laudes. ibid.
Iactantia cauenda est. 454.26
Ianuarius Episc. relegatus in Sardiniam. 504.39
Ibæ Episcopi Edesseni causa in duobus Concilijs tractatur. 448.57.59
iudicium Tyrium in eius causa. ib.60
item iudicium Berythense. ib.61
quid contra ipsum obiectum. ib.62
pro Iba testificatio clericorum Edessæ. ibi. 63.
Ibæ epistola ad Marim Persam. ib.66
Ibas probatur Orthodoxus. 448.71.76. quomodo excusari possit de Theodorico laudato. ib.72. probatur Catholicus, non epistola Catholica. ibid.75. condemnatur iniustè in Concilio Ephesino. 449.102. subscribit epistolæ S. Leonis. 450.33. restituitur etiam à Concilio Chalcedonensi. 451. 116
Iconoclastæ hæretici qui. 485.16
Idololatria tribulatione maxima dissipatur. 440.10
in Idololatras quid Marcianus constituerit. 451.126
Ieiunia & preces indicuntur à S. Mamerco fuis. 475. 22. 23. & vigiliæ præscribuntur populo à S. Perpetuo. 482.32
Ieiunium præcedat ordinationes. 444.31
Manichæorum in honorem Solis & Lunæ. 443.4
Iesu Christi declaratur diuinitas & humanitas in vna persona. 444.25. inuocato nomine, Clodoueus superat Alamannos. 499.16
Igni traduntur libri Manichæorum detecti à S. Leone. 443.2
Igne crematus Plato cubicularius. 476.26
ab Igne liberatur Iudæus, & conuertitur. 471.32
Ignis extinctus vi lacrymarum, & oratione. 475. 23. obesse non potuit Episcopo Orthodoxo. 506.15. iteratus contra martyres extinguitur. 484.106
Illuminatio cæci facta à S. Eugenio. ibid. 75
Illustris Episcopus relegatus in Sardiniam. 504.40
in Illyrico excitantur tumultus. 471.33
Illyricus vastatur ab Attila. 443.1
Illyricus vastatur ab Attila. 443.1
ad Illyricos Episcopos Gelasius Papa. 494. 18
Illyrici Episcopi communicant cum Apostolica sede. 516.27
Imago B. Mariæ Virginis ardet in cupresso vt fax. 446.16. à S. Luca depicta vbi fuerit reposita. 453.22 aurea duodecim portis & gemmis ornata super Confessionem B. Petri Apostoli posita. 461.9
Imagines adhibuit S. Leo ad exornandas ecclesias. ib. auferuntur ab hæreticis. 485.9 ab ipso Christi tempore Fideles venerari cœperunt. 485.18. sunt rudium scriptura. ibid. non receperunt Manichæi. ib.19
ex Imagine S. Theodori sanguis effluxit. 494. 58.
Imagines Sanctorum venerandæ. ibid
Imbres frequentes Constantinopoli prodigiosi. 466.21
Immanitas & asperitas Hunnorum. 444.31 vsq; ad 42. seruandain Ecclesia Dei. 466.2. 4.35
Imponitentes non sunt recipiendi. 451.33 omnino inexcusabiles. 516.28
Impia sapere, & sapientioribus nolle credere, iniquum est. 449.45
Imperare ignorant, qui nescierunt seruire. 455.9
Imperator auxiliabatur Romano Pontifici. 445. 15. ius sibi vsurpat, dum deligit Episcopum, qui omnibus præsit in Synodo Oecumenica. 449.27
Imperatores nequaquam Synodos indicere possunt sed ad Summum Pontificem spectant. 449.67. sub Dei iudicio. 503.19. filij Summi Pontificis. 497.5. obedire tenentur Summo Pontifici. ib.
Imperatorem quid deceat, & quid dedeceat. 469.4
Imperatori resistit fidei ardore populus Constantin. 511.5
Imperatoris filij appellantur Reges. 515. 42
Imperium vnè administratur pro religionis cultu. 446.27
Imperij firmitas est ex fide & orationibus. 449.76
Imperium propter pietatem interdum Deus concedit. 450.40
Imperij fundamentum fides Catholica. 451.9
Imperio malè consulitur, dum in Ecclesiam iura vsurpant Imperatores. 451. 52
Imperium deponit Anitus. 456.1. Anastasij quanto tempore duxerit. 518. 20 breue & infelix Maximi, qui in minori fortuna felix fuit. 451. 7. Occidentale vastatur a barbaris. 440.3
in Imperium Romanum irruptiones Hunnorum. 444.34
Imperium Romanum collapsum ob retentum Gentilitium cultum. 496.41
sub Imperio Theodorici renouantur plurimæ vrbes. 500.1
Imperium consequitur Zeno. 474.1. recipit Zeno Imperator beneficio Sanctæ Theclæ 477.4
Imperij administratio relinquitur à Pulcheria. 446.23
Impietas Euarici Regis. 484.130. hæreticorum dilemmate perstringitur. 476.3. ad Impietatem pertrahunt artes hæreticorum. 512.24
Impij semper in deteriora prolabuntur. 449. 169. sanctos fictè venerantur. 476.55 fanè pereunt. 477.2 à Deo confringuntur. 518.15 à Deo puniuntur. 474.61. 62 sequentes ritus impiorum redarguendi. 496.7. non omnia, mala facere possunt, quæ vellent 518.13
Impiorum spes frustratur. ib. 22
Impositio manus ab Episcopis cautè facienda. 451.6
Impostura hæreticorum deteguntur. 488.3 ab Impostura defenditur Theodoretus, quod ipse non communicauerit cum Nestorianis. 444.16
Impostura detecta Flauitæ. 488.3
improbitas declaratur in reb. secundis. ibi
Impudentia Theodosij vrbanè reprehenditur à Pulcheria. 446.24
Impudici inueniuntur hæretici. 444.1
Impulsibus ventorum nunc inde ferri nunc per solem hæretici. 482.37
Impunitas criminum hortatur ad crimina 494.38
Incantationes maleficorum signo Crucis euanescunt. 514.33
Incendiū futurū prædictum à Daniele. 464.2
Incendium Regis in Aquæxania. 451. 46
Incendium vrbis Constantinopolitanæ. 465. 2. à turba excitatum Constantinopoli 490. 14 Constantinopolis propter hæreticos. (451. 81
Incensum offerendum pro anima defuncti. 511.14
Inconstantes Principes propter desiderium regnandi. 476. 63. 478. 7. semper hæretici. 511.10
Incursiones Vandalorum. 465.32
Indicere Synodum ad Papam, & non ad Imperatorem spectat. 449.67. 124. 502.6
Indictio Ephesinæ Synodi. ib. 22 Synodi per edictum Marciani imperatoris. 451.10. ab Hormisda Papa datus Pulloni. 516. 62
Induciæ septem dierum dantur Eutycheti hæretico ad resipiscendum. 448.41
Indulgentiam consequuntur plures Episcopi in Concilio Chalcedonensi. 451.91. consequitur Iuuenalis Episcopus. ib.
Indulgentia & pietas conciliat inimicorum animos. 451.23
Indumenta sacerdotalibus indigent Alexandrini. fol. 511. 27
Inferis reuocatur Benedicti filia per sanctum Remigium. 507.2
Infideles etiam quodammodo credunt sanctis. 494.33 omnes Principes tempore Symmachi Papæ. 499.14 hortatur ad fidē Hormisda Papa. 517.14
Infidelibus non datur pax. 517.36
Infirma liberata ab ægritudine in translatione S. Senerini. 496.10
Infimi à sanctis sanantur. 508.38
in Infirmitate Summi Pontificis luctus magnus in ecclesia. 503.15
Ingenia pigrescunt ob remissa studia. 494. 137.
Ingenuus Episc. Ebredunensis. 465.28
Ingratos elige Deo, magnum est periculum. 452.61
Ingratitudo mira Ethnicorum. ib. 60. Deo maximè (scilicet. ib.61
Ingressus & progressus hæresis Eutychetis. 448.56
ab Ingressu Principum sancti arcentur interdum. 512.13
Inimici ad inuicem sunt aulici. 446.24 animum cognoscere magna cautio est. 471.25 magis oratione quàm armis vincuntur. 514.37
Initia Christi cum S. Flauiano fuit causa omnium malorum, quæ orta sunt in Oriente. 446.21
Inimicitiæ priuatæ Reipublicæ non obsint. 514.29 frenum nesciunt. 494.5
Iniqua sententia in S. Flauianum. 449. 93
Iniquum est, impia sapere, & sapientioribus nolle credere. ib. 36
Initium ciuitatis Venetiarum. 452.63
regni Francorum. 456.6
Iniuriæ regum sunt semper maximè contemnendæ. 447.8
Iniuriæ perferendæ sanctorū exemplis. 507.8
Iniustitiam exercentes in alios, in se ipsos vindictam de cœlo eiaculant. 490.51
Inobedientia reddit hominem cæcū. 514.39
Insidiæ magnæ hæreticorum. 512.26
Insigne certamen pueri septem annorum. 494.117
Inspiratum videri non potest, quod est ante præcognitum. 493.70
Instauratio hæresis Theopaschitarum. 482.7
Instituta monastica seruata ab Episcopis in Episcopatu. 504.33
Institutio Rogationum facta primo à S. Mamerco. 475. 12. Sabo, vt Trisagion caneretur in ecclesia. 402.40. vetus monachorum S. Augustini. 504.34
Insulæ plurimæ vna cum incolis ex terræmotu subuersæ. 446.7
Intellectum dat tribulatio. 455. 18. 21
Interpretes vtebantur plerumque legati Apostolici. 451.78

Intru-

Intrusus è sede deponitur. 447.26
Inuentio duorum SS. Martyrum à S. Mamerco. 475.15. capitis S. Iuliani. ibid. 15.19
Inuidia euanescit aduersus mortuos. 452.47
Inuidiam passus est Sidonius. 472.22
Inuidia & æmulatio ad maxima mouent. 488.8
Inuiti Episcopi essent eligendi. 471.36
Inuocatio S. Martini reddit Eudocium victorem. ib.32
Inuocatione S. Sergij liberatus Iudæus ab igne. ib.33
Inuoluntarium non potest vocari in reatum. 481.11
Iocundus Patriarcha Ariarxis ab Hunnefico incensus. 481.12
Ioannes VVandalus in Thracia occisus. 444.3
Ioannes de Roa librum edidit periculosum. 487.8
S. Ioannis Euangelistæ ædicula prope Baptisterium quando constructa. 449.99
Ioannes presbyter pœnitens Romam venit. 451.21. & Notarius Concilij Constantinopolitani. ib.337
Ioannes Episcopus interfuit Cœlio Chalcedonensi. ib.63
Ioannes Decurio Alexandriâ missus à Marciano. 457.24
Ioannes Episcopus Metropolis Heraclææ. 459.8
Ioannes Rauennæ Episcopus à Papa Simplicio reprehenditur. 482.44
Ioannes Episcopus Alexandrinus appellat Simplicium Papam. 483.1
Ioannes Silentiarius monachus egregius. 457.53
Ioannes Alexandrinus proficiscitur legatus Constantinopolim. 478.19
Ioannes Antiochenus presbyter quæ scripserit. 486.1
Ioannes Grammaticus alter. ib.
Ioannis Silentiarij historia. 491.16
Ioannes quare Silentiarius dictus. ib.15
Ioannes ex Episcopo monachus. ib.16
Ioanni Silentiario quod signum apparuerit. ib.18
Ioannes Silentiarius hoc anno innotuit. 498.10
Ioannes à S. Saba in spiritu cognitus. ib.
Ioannes Silentiæ ius custoditur à Leone. 509.8. ad fidem conuertit Heruli. 513.30
apparet in somnis Regi Ægæ diaconissæ. ib.31
Ioannes creatur Nolanus Episcopus. 484.42.
Ioannes Apameæ Episcopus Tyri iniustè creatur. ib.15
Ioannes Hessanensis Episcopus interfuit Concilio Chalcedonensi. 463.63
Ioannes tertius Episcopus Alexandrinus 506.16
S. Ioannis monasterium conditum à Sergio. 508.23
Ioannes Archidiaconus Arelatensis. ib.30 ducitur iniustè in carcerem. ib. liberatur auxilio Dei. ib.31
Ioannes Paltensium Episcopus. 512.3
Ioannes Episcopus relegatur in castellum. ib. reuocatur à Iustino Imp. ib
Ioannes ex hæretico fit Catholicus & confessor. 513.10
Ioannes publicè confitetur fidem Catholicam. ib.11
Ioannes Machiota hæreticus Episc. Alexandrinus moritur. 516.40
Ioannes Mela creatur Alexandrinus Episc. 497.29
Ioannes Daimascenus commendat miraculum de sanguinis effusione. 509.10
Ioannes eligitur Episcopus Nicopolitanus. 516.43
Ioannes coëgit Synodum Episcoporum Epiri. ib. amplectitur communionem sedis Apostolicæ. ib. comprobat quatuor generalia Concilia. ib.
Ioannis epistolæ ad Hormisdam Papam, ibid. 44
de Ioannis Nicopolitani ordinatione. ib. 48
Ioannis subscriptio in epistola Synodali Episcoporum Epirotarum. 516.49
ad Ioannem Episcopum Hormisdæ Papæ epistola. ib.50. alia epistola Hormisdæ Papæ. ib.66
Ioannem Episcopum persequitur Dorotheus. 517.33
ad Ioannem Episcopum Nicopolitanum Hormisdæ Papæ epistola. ib.36
Ioannem consolatur Hormisda. ib.35
Ioannes in aliquo reprehenditur ab Hormisda. ib.38. defenditur ab Hormisda Papa. ib.39. commendatur Anastasio Imperatori ab Hormisda Papa. ib.42
Ioannes Baptista missus à Gregorio XIII. ad Alexandrinos. fol.907.8
Ioannes monachus ad Anastasium Imperatorem, & ad Hormisdam Papam pro fide missus. 517.52.53
Ioannes Orthodoxus creatur Episcopus Constantinopolitanus. ib.51
Ioannes Comus Cœnobiarcha Episcopus Alexandrinus. fol.910.17
Ioannis Comus epistola ad Clementem Octauum. ib. humilitas. ib.19
Iordanus suorum Gothorum scripsit historiam. 493.2
Ioseph sacerdos missus legatus ad Clementem VIII. à Patriarcha Alexandrino. fol. 910.20
Ira Anastasij Imp. contra Eliam sedatur à S. Saba. 512.17
Ira Dei excitatur in vltionem contra peccata. 440.4. contra impios. 517.61. auertitur pœnitentia. 454.30. Principum quietem Sanctorum oratione. 512.17
Irenæus Tyri Episcopus deponitur. 448.6 449.103
Irenæus legatus Theodorici. 493.6
Irenæi Episcopi causa ad Papam defertur. 465.24
Irruptiones Hunnorum in Imperium Romanum. 444.34
Isauricum bellum Anastasij Imp. tempore. 492.41
Italia ingenti fame vexatur. 450.6
in Italiam vocatur Odoacer Rex barbarorum. 475.3
Italiæ Episcopi conueniebant Ravennam de graui ci Summo Pontifice. 484.26 res quomodo se habuerint sub duobus barbaris Regibus. 491.19
Italis auxiliati sunt Burgundiones. 494.41
Itali plerique captiui. ib. 47. captiui soluuntur & dimittuntur. ib.52
Iubilei annus, annus benignitatis & lætitiæ. 450.1
Iudæus Saluatoris imaginem cultro percussit, & multus sanguis emanauit. 446.18. inde cum vxore Christianus effectus. ibid. ab igne liberatur & conuertitur. 471.33
Iudæi proditio facta. 508.9
Iudæi pœnarum erant cupidi habitabant in Australi plaga. 515.52. in Syria Cyrum oppidum extruxerunt. 448.16
Iudex nemo esse potest Summi Pontificis. 502.18. omnium Christianorum est Papa. 449.57
Iudices non condemnant reos, nisi prius confessos, aut apertè convictos. ib.18. sæculares sacrilegi habendi sunt, si præsumant in causis Ecclesiasticis. 451.80. sæculares & laicos non ad sacerdotium aut Episcopatus assumendos. 502.37. cognitores in Synodis qui dicti sint. 451.66
Iudicia Dei occulta, sed ordinata. 475.24 Dei non sunt examinanda. 516.34
Iudicij diuini visio. 484.142. libera pensare quid sit. 489.7
Iudicium Papæ est magni ponderis. 448.59 de fide & sacerdotibus primò ad Papam spectat. 449.157. diuinum maximè timendum. 497.4. 515.29. Dei etiam contra Imperatores. 503. 21. diuinitus indictum de Anastasio Imperatore. 518.14. Tyrum in causa Ibæ. 443.60
S. Iuliæ Carthaginensis martyrium. 440.16. ex eius ore columba exiuit. ibid. 17. eius translatio. ib.
Iuliana illustrissima fœmina. 511.14
Iulianæ magna constantia. ib.
Iulianus Pelagianus olim Capuanus Episcopus. 444.8
Iulianus Episcopus Puteolanus legatus S. Leonis. 449.37
Iulianus per interpretem loquebatur in Concilio. 411.78
Iulianus Episc. Constantinopolim à S. Leone mittitur. ib.8
Iulianus Vicarius Apostolicus in Oriente. 453.9
Iuliani caput inuentum. 475.15.18
Iulianus Episcopus Carpentoratensis. 490.24
Iulianus Episcopus Bostri. 513.6. maximè patiens. ib.6. venenum suscipit. ibi.
Iulianus Episcopus Viennensis. 516.28. Dodones Catholicus. ibid.48
Iulianus Episcopus Sabinensis. 504.15. mittitur à Summo Pontifice ad accersendum Equitium. ibid. 19. timet aspectu Equitij. ibid.20
Iulius nepos Glycerij sit Imperator. 474.10.
in Iulij basilica Actio Synodalis. 502.7
Iulon monachus conuersus. 452.36
Iura Antiochenæ Ecclesiæ vsurpare nititur Dioscorus. 443.27
Iura Ecclesiæ ab Acacio obtinentur pervranum. 476.60
Iuramentum nequaquam præstetur ab Episcopis. 449.12. non temerè faciendum. 484.61
Iuramenti conditiones. ibid.
Iuramentis fallunt Manichæi. 514.48
Iura damnata nulla ratione sunt refodienda. 483.43
Ius sibi malè vsurpat Imperator, dum delegat Episcopum, qui omnibus præsit in Synodo œcumenica. 449.27. Ecclesiasticum seruent principes, alioquin à Deo puniuntur. 452.53.455.26. Supremum Apostolicæ sedis in omnes Ecclesias. 418.17 gentium violare non licet. 484.1. Visgarii erat apud Episcopos. 507.8
Iustæ leges ab omnibus recipiendæ. 494.4
Iusti deridentur à mundanis. 483.36. abstinentes fuerunt, licet in dignitatibus essent constituti. 504.32
Iustiniani Codicis textus restituitur. 514.10
Iustinianus liberatus diuinitus ab ira Anastasij. 518.13. restituit Cyrum ciuitatem à barbaris excisam. 448.16
Iustinus diuinitus liberatus ab ira Anastasij. 518.13
Iustinus Augustus Ioannem Episcopum ab exilio reuocat. 512.3
Iustitia etiam bona in homine Gentili. 480.17
Iustitiæ obseruantissimi sunt Principes. 508.21.
Iustorum labor sit pro fide Catholica. 449.143.
Iustus Dei prouidentia non finit cum sceleratis puniri. 451.42. mediator non est, qui vnam partem audit, & alteri nihil reseruat. 449.73
Iuuenalis Episc. Hierosolymitanus iniustè subscribit in Concilio Ephesino contra Flauianum & Eusebium. ib.97

Iume-

Iuuenalis Hierosolymorum Archiepiscopus. ibidem 26. interfuit Ephesinæ Synodo. ibidem 77. & Chalcedonensi. 451.64. indulgentiam consequitur. ibidem 91. à S. Leone redarguitur. 454.18. arrogat priuilegia Ecclesiæ Cæsariensis. ibidem 19. eius Acta irritantur à S. Leone. ibidem. qualis Episcopus fuerit. ibidem 21. obitus. 457. 57

Iuuenes malè morati intereunt. 485.28

L.

LAbores & integra fides Theodoreti. 449.120. Vincomali pro Theodoreto 450.35. Acacij pro Petro Mogo. 482.24 Laurentij Episc. Mediolanensis pro Papa Symmacho. 502.3.26. Fausti pro Ecclesia Dei. ibid.12. sanctorum pro concilio Chalcedonensi. 511.27. cum seqq.

Laconius potens apud Regem Burgundionum. 494.52

Lacrymæ extinguunt ignem. 475.13. indices sunt animorum. 494.52

Lætus Episcopus fit martyr. 483.48. 484.80

Laici ne se excusent peccando, quod laici sint. 496.34

Laicos sacerdotio non in augurandos. 488.7

Lapis Lydius est temporum ratio. 444.16.

Lapsi hæretici restituuntur à Papa. 478.16. hæretici restituendi, & quomodo. 487.1. semper reuocandi. 517.24. hæretici ad petram reuertantur. ibidem.

Lapsorum & relapsorum diuersa est habenda ratio. 453.14

Lapsis à fide resipiscendi aperitur via. 450.7

Lapsus anterior reddit hominem cautiorem in reliquum. 494.37

Largitas munifica S. Patientis. 475.30

Latebræ Fausti detegunturr. 490.36

Latibula erant ad sacrificia Ethnicorum loca apta. 440.16

Latina legati lingua Apostolicæ Sedis loquebantur ob excellentiam Romanæ Ecclesiæ. 451.78

Laurentius creatus Papa in schismate. 488.3 deponitur. ibidem. creatur Episcopus in Nucerina ciuitate. ibid.5

Laurentius Lignidi Episcopus. 492.30. ad Laurentium Gelasius pro Ecclesia Dei. ibidem.

Laurentius Episcopus Mediolanensis. 489. 10. quid fecerit, capta eius vrbe. ibidem. cum suis Mediolanum redit. ibidem 11. basilicam sanctis Petro & Paulo dicat. ibidem 14

Laurentius Mediolanensis legatus ad Theodoricum. 494.33

Laurentius Episcop. Mediolanensis laborat pro Papa. 502.3. interdum iusta de causa à Papæ consuetudine abstinet. ibidem.

Laurentij commendatur officium. ibid.23. labores pro Symmacho. ibid.26

Laurentius accersitur ab impio Anastasio 516.36. eum q; retinuit, vt in exilium mitteret. ibid.

Laudes Alcysonis Episcopi Nicopolitani. 516.47. S. Abrahæ Abbatis. 480.13. Attieni Consulis. 501.1. Cœlestiani Carthaginensis. 440.9. cœnobij Lerinensis. 441.15. Cæsariæ Abbatissæ. 508.10. mirificæ S. Cæsarij Episcopi. ibid.18. dignæ Eremi. 441.15. Epiphanij Episcopi Ticinensis. 489.8. Eulalij Episcopi Syracusani. 502.28. S. Euthymij. 477.27. S. Flauiani. 449.110. Hormisdæ Papæ de S. Auito. 516.24. Iacobi Anachoretæ. 502.40. S. Leonis Papæ. 449. 58. Mariæ nobilissimæ Carthaginensis. 440.14. Marinæ Arcadij filiæ. 449.17. Martiani Imperatoris. 457.2. & præconia Summi Pontificis. 449.158. Procli Episcopi Constantinopolitani. 446.19. pacis. 493.4. Probæ virginis. 504.56. Renati legati Apostolici. 449.99. immensæ S. Remigij Episcopi. 471.37. dignæ Theodoreti. 450.46

Theodorici Regis. 503.12. Verinę Augustę 474.5

Laura constituitur à Saba, 509.7

in Laura multa monasteria. & miracula. 513. 30.32

Laus discipuli est laus magistri. 479.15

Lazorum Rex inuisit Daniel. 465.31

Legati mittuntur Romam à Mauritanis coeuersis ad catholicam fidem. 486.14

Legatos quatuor S. Leo Papa Constantinopolim mittit. 450.3

Legati mittuntur, qui collapsam Orientalem Ecclesiam erigant. ibidem.

Legati Apostolici sententiam in Concilio proferunt. 451.86

Legatus per interpretem loquitur. ibid. 78

Legati ob excellentiā Romanæ Ecclesiæ Latinè loquuntur. ibid. aduersantur Anatolij præsumptioni. ibid. 138. missi à Gelasio Papa ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici. 494.18. Thessalonicensis Ecclesiæ Romā missi. 497.17. mittuntur ab Eudocia Augusta ad Simeonem Stylitam. 455.19. Apostolicę sedis malè habita à Zenone. 484.3

Legatorum præuaricatio. ib. 5. missi 13. ab Hormisda Papa ad Anastasium Imperat. 515.18

Legatis quæ leges seruandæ essent & præcepta. ibid.22

Legatio Anastasij Imperat. ad Hormisdam Papam. 516.3

Legati Anastasij callidi & Eutychiani. 516.17

Romani Pontificis electi ab Anastasio Imperatore. 517.47

Legatos S. Leo decernit ad Synodum Ephesinam. 499.37. commendat S. Leo ad Concilium. ibidem. 63

Legati Apostolicæ sedis allegati suspecti ab Eutychete. 449.89. reclamant in ijs quæ facta sunt pro Eutychete. ibid. 90. contra dicunt Dioscoro. ibid.93

Legatorum constantia. ibid.99

Legati Apostolici, digniorem ijs qui in Concil. obtinēt. 451.67. mittuntur à Theodosio ad sedem Apostol. pro ill. restitutione. 449.14

Legatorum Romani Pontificis constantia. ibid.24. Anastasij Papæ quæ fuerint. ibid. benignè suscepti, sed fictè ab Anastasio Imperatore. 497.13

Legatis libellus oblatus ab Alexandrina Ecclesia pro pace. ibid.14

Legati Alexandria Romam missi. ibid. 16. Anastasij quæ gesserint. ibid.20

Legatione Christi fungitur Papa. 516.18

Legatio Dioscori ad S. Leonem Papam. 444. 30. epiphanij ad Regem Eutychem. 474.17 ad Anthemium Imperat. 471.9. ad Regem Burgundiæ. 498.41. ad Romani Pont. 475. 39. Episcoporum venit ad Danielem. 476. 50. Esaiæ ad Simplicium Papam. 478.9. ex Hormisdæ reuertitur in Vrbē. 506.1. Hormisdæ ad Episcopos Epiri. ibid. 62. Hormisdæ ad Orientales. 517.10. Martyrij ad Zenonem Imp. 477.23. Nepotis Imperatoris ad Gothos. 474.15. Nili presbyteri ad Simplicium Papam. 478.9. Ricimeris ad Anthemium Imp. 468.12. Theodorici in Orientem. 515.39. Vicentinorum missa ad Hormisdam Papam. 516.30. vnica missa ab Hormisda ad Orientales. ibi. 25. alia de eadem mittenda ab Hormisda ad Orientales. ibid. 28. ab Anastasio Papa ad Anastasium Imperatorem. 497.1

Legationis Sabæ ad Anastasium, tempus & causa. 512.5

Legatio secunda Sabæ ad Anastasium Imperatorem pro pauperibus. 513.37

Leges Ecclesiasticæ stant in suo robore Episcoporum vigilantia. 441.2. Principum cessant, vbi sunt leges Ecclesiasticæ. 411.99

iustæ ab omnibus recipiendæ. 494.4. latæ contra clericos abrogantur à Marciano Imperatore. 455.26. antequam ederentur probabantur ab Episcopis. 506.10. quæ seruandæ in bello. 507.15. Principum persæpè iniquæ contra pauperes. 513.36

Legislator Gothorum fuit Theodoricus. 468.12

Lex iniusta iusta lege abrogatur. 450.42

Marciani Imper. contra hæreticos. 454.7. Marciani Imper. contra Anatolium. ibid. 13. Theodosij contra Flauianum aboletur à Marciano Imperatore. 452.47

S. Leonis legatio in Gallia. 441.1

Leo eligitur Pontifex Romanus. ibid. fuit natione Tuscus. ibid. profitebatur animi dimissionem in consideratione suæ personæ, & animi celsitudinem considerando, cuius erat successor. ibid. 2. dignum exemplar perfecti sacerdotis. ibid. detegit Manichæorum errores. 443.1. eorum codices incendit. ibid. hortatur Romanos, vt Manichæos persequantur. ibid. 4. superstitionem tollit de Solis culcu. ibid. 5. decretalem scripsit aduersus ordinantes seruos, contra bigamos & clericos fœneratores. ibid. 6. hortator omnes ad inquirendos & deprehendendos hæreticos. 444.3

Leonis epistola ad Turibium contra Manichæos. ibid. ad Italiæ Episcopos de damnatis Manichæis. 1134.5

Leo acta Synodi ad diuersas prouincias transmittit. ibid. 7. persequitur Pelagianos. ib. 8. scribit ad Turibium contra hæreticos. 447.13. indicit generale Concilium in Hispania. ibid.14

Leonis epistola ad Aquileiensem Episcopū de recipiendis hæreticis sine spe promotionis ad superiorem gradum. ibid. 24

Leo ad Siciliæ Episcopos scribit quando conuenire debeant ad Concilium Romanū. ibidem. Basilianum Episcopum deposuit. ibid. 26

ad Leonem litteræ Eutychetis dolosæ. 448. 54

Leo redarguit Episcopum Beneuentanum. 449.3

Leonis litteræ ad Theodosium de Eutychete. ibidem 4

Leo Flauianum admonet vt res gestas significet. ibid. 6. quæ rescripserit ad Flauianū. ibidem 9

ad Leonem Flauianus de Eutychetis mendacijs, atque dolis. ibidem 9

Leo ad Concilium Ephesinum fictè vocatur 449.31

Leonis litteræ ad Pulcheriam Augustam. ib.

Leo ad Theodosium itidem, ne congregaretur Ephesi Concilium. ibid. 35. legatos decernit ad Synodum Ephesinam. ibid. 37. ad Flauianum encyclicam epistolam mittit. ibid.38

ex Leonis epistola miraculum ortum. ib. 39.

Leonis Epistolæ defensor Eulogius. ibid. 40

de eius epistolis elogia. ibid. 41. epistolam quanti fecerint Galli. ibid. 44. legati ad Ephesinam Synodum qui. ibid. 37. fidei plena declaratio. ibid. 44. 47

S. Leo Papa consensit in electionem Rauennij Arelatensis Episcopi. 449. 61. à Gallis laudatur. ibid. 60

Leonis commendatitiæ litteræ pro relegatis. ibid. epistola ad Synodum Ephesinam ibid. 64. ad Pulcheriam Ale commendatione legatorum. ibid. 63

Leo ad Iulianum Coensem Episcopum disertissimum virum. ibidem.

Leonis epistola ad Faustum & Marcianum Archimandritas. ibid.

Leo præscripsit sententiam de Eutychete. ibid. 68. scribit ad Flauianum, vt fortiter agat. ibid. 69

Leonis litteræ à Dioscoro non admissæ. ibi. 78

Leo laborat pro fide Catholica. ibidem 143. celebrat Romæ Concilium. ibid. 145. ad

Theodosium, ad Pulcheriam, & ad populum constantinopolitanum scribit. ibid. 146. & Synodus ad Theodosium contra Acta in Synodo Ephesina. ibid. 10. Theodosium leni manu reprehendit. ibid. 37. 154. Theodosium admonet de Synodo habenda in Italia. ibid. 153. ad Theodosium scribit pro pace Ecclesiæ. ibid. ad Pulcheriam & Clerum Constantinopolitanum, & ad plures pro Ecclesiæ Dei, & contra hæreticos scribit. ibid. 155. à Dioscoro sacrilegissimo excommunicatur. 450. 40. ad Pulcheriam scribit pro restitutione Catholicæ fidei. ibid. 3. ad Archimandritas pro fide Catholica fide scribit. ibid. 4. ad Theodosium scribit, quomodo reciendus Anatolius. ibid. 5. quatuor legatos Constantinopolim mittit. ibidem 8.

Leonis epistolæ subscribunt Catholici ibi. 29. ad Anatolium gratulatoriæ litteræ. 451. 3

Leo Marcianum & Pulcheriam, ipsis gratias agentes. ibid. 4. ad Marcianum scribit de Synodo cogenda. 451. 6. ad eundem de Synodo differenda. ibidem. 6. de longius transferendo Eutychete. 10. ne hæreticorum duces facilius recipiantur. ibid. 11. ad Chalcedonense Concilium, vt legati recipiantur. 130. 21

Leonis studiosissima fuit sancta Synodus Chalcedo. 451. 144

Leo inscribitur Episcopus vniuersalis. ibi. 151. promulgat in Occidente Synodū Chalcedonensem. ib. 8. redarguit Anatolium Episcopum Constantinopolitanum. ib. 9. tenax custos sacrorum canonum. ib. 11. custodita vult priuilegia Ecclesiarum. 452. 13

Anatolium admonet. ib. 20 de Marciano de Aliatolij temeritate scribit. ib. 14

cum Anatolio dispensauit. ib. irritat decretum Chalcedone factum. ib. 17. mitem ac pacatum Attilam reddidit. ibid. 56. miraculo Attilam vicit. ibid. 57. redarguit populum. ib. 61. ad Synodum Chalcedonensem de confirmatione fidei. 453. 3

S. Leo scribit ad Marcianum contra Anatolium fauentem aduersarijs Flauiani, & pro Aëtio Archidiacono. ib. 8. Iulianum Vicarium suum constituit. ib. 9. agit cum Eudocia de conuertendis hæreticis. ib. 12 ad monachos Palæstinæ, vt contendant. 453. 15. Alexandrinam Ecclesiam curat. ib. 27

ad Leonem Maximi Episcopi Antiocheni legatio. ib. 30

S. Leo ad Theodoretum scribit, vt pugnet contra hæreticos. ibid. 31. dubitat de Cyclo Theophili. ibid. ad Marcianum Imp. scribit de Paschali Cycli controuersia. ibid. 35. solicitus pro rebus Alexandrinis. 454. 4. eius epistola ab hæreticis falsata. ibid.

Leoni obtemperat Anatolius. ib. 13

Leo ad Marcianum contra Eutychetem litteras dat. ibid. 16. ad Episcopos Magistianos pro eorum Ecclesia. 456. 15. cum bigamis neque dispensauit tempore necessitatis. ibid. 16. Papa ad Leonem Imp. gratulatorias litteras dedit. 457. 7. ad Leonem Imp. de Ecclesia Alexandrina. ib. 40. ad Leonem Imp. de legatione mittenda. 458. 8. admonet Leonem Imp. contra hæreticos. ibid. 11

Leo ad Leonem Imp. vt expellatur Timotheus. 460. 6. ad Timotheum Episcopum Alexand. ibid. 10. ad Episcopos Ægypti de Alexandrina Ecclesia. ibid. 12. ad clerum Alexandrinum de nostro Episcopo. ib. 15

Leonis Papæ obitus. 461. 3. quanto tempore sederit. ibid. quid reliquerit sit de pecuniorum remissione. 461. 6

Leonis manus excisione fabella explodituꝛ. ib. 8

Leonis scripta quæ. ib. 9

S. Leo exornat Ecclesias imaginibus. ibid. 10.

S. Leo epistola expurgata, & ad puram restituta. 497. 18

Leo Episcopus Bituricensis, 453. 54

Leo Tribunitius Thrax eligitur Imperator. 457. 3

Leonis erga cæcum officium. ibidem 4. ipsius ante Imperium miraculum. ibidem 5

Leo Imper. templum Dei genitricis ædificat ibidem 6. Catholicam fidem tuetur. ibidem 7. eius sanctio pro fide Catholica. 457. 9

ad Leonem Imperatorem hæretici Ægyptij pro Timotheo. ibidem 30

Leo Aug. ad Anatolium de rebus Alexandrinis. ibidem 54

ad Leonem Anatolius de Alexandrina Ecclesia. ibidem 36

Leo Imper. petit legatos à Leone Pont. 458. 6

Leonis litteræ ad Anachoretas de Alexandrina Ecclesia. ibidem 16

ad Leonem Baradatus contra hæreticos. ibidem 24

Leo Aug. ad plures sanctos monachos pro fide. ibidem 26. expellit Timotheum Alexandrinum. 460. 2

ad Leonem Imp. Leo Papa de Ecclesia Alexandrina. ibidem 5

Leo obtinet filium. 461. 5. quantum veneratus sit Danielem. 464. 3. iterum Danielem inuisit. 465. 12. effugit periculum mortis. ibid. m.

Leonis epistola ad Danielem de vitæ propriæ periculo. ibidem 14. edictum de immunitate Ecclesiæ. 466. 4. contra Paganos ibidem 18

Leo classem parat contra VVandalos. ibid. 19. quærit extinguere Arianos. 469. 2

de Leone cum dracone pugnante visio. ib. 6

Leonis constitutio de colendis diebus festis ibid. 7. quomodo creandi Episcopi. ibidem 9

Leo Imperator sanctis ordinationibus diuinam sibi conciliat clementiam. ibid. 7

Leonis constitutio de Ecclesiarum priuilegijs. 472. 3. obitus quando. 474. 1. an adnumerandus inter optimos Imperatores. ibidem 2. eius leges multæ valdè piæ. ibid. 3. quæ templa ab ipso erecta. ibidem.

Leo ex Zenone natus Augustus quantum vixerit. ibidem 12

Leonis Augusti numisma. ibidem 5

Leo orator Regis Euarici. 474. 22. præstans poëticis facultatibus. ibidem 22. custodit Ioannem Silentiarum. 509. 8

Leone vsus est pro asino Gerasinus. 452. 36

S. Leonardus sancti Remigij discipulus. 514. 35. mortuum suscitat. ibid. 36. cum seqq.

Leontius Episcopus Fori Iulij laudatur. 445. 14. ab Hilario Papa reprehensus ob iniquè admissum Hermen in Episcopatum Narbonensem. 462. 5. monachus quid de Zenone. 490. 52

Leprosus curatus à S. Daniele. 426. 53. ostentatur curatus. ibidem 54

Lerina insula, vbi degit S. Eucherius. 441. 12

Lerinense cœnobium laudatur. 441. 15

Lerinense monasterium venerabile. 453. 44

à barbaris omnibus illæsum seruatum. ibidem 45. 46. eius exordium ac verum. ibidem 47

Leonis insula Lerinæ propinqua. 441. 13

Lætitia fit in tribulationibus. 449. 110. fuit in Ecclesia mortuo Anastasio Imper. 513. 24

Leucadius Episcopus subscribit in Synodo. 490. 24

Leuis causa non sit inferenda excommunicatione. 445. 14

Leues Dei iudicio, sunt hæretici. 513. 40

Leuitas monachorum semper rebus nouis studet. 482. 40

Libellus Episcoporum prouinciæ Arelatensis ad S. Leonem Papam. 450. 52. Eusebij Episcopi missus contra Eutychetem. 445. 24. citationis missus ad Eutychetem à Synodo. ibi. 28. 32. 38. Eutychetis offertur Theodosio Imper. 449. 13. offertur Synodo. ibid. 81. Felicis Papæ missus ad Zenonem Imp. 483. 48. S. Eugenij missus ad Hunnericum. ibidem 9. 4. sententiæ quomodo redditus Acacio. 484. 34. pacis offertur legatis ab Apocrisarijs. 497. 14. fidei Hormisdæ Papæ. 516. 60. de fide dabatur ab his qui volebant admitti ad communionem. 517. 61

Liberius Patricius Ecclesiam erexit. 483. 9

Liberatio Britannorum per Ambrosium Aurelianum. 447. 31. Maximæ virginis diuinitus facta. 456. 11. Iudæi ab igne per inuocationem S. Sergij. 471. 38

Liberatus Abbas martyr. 484. 101

Liberatus Diaconus quid de hæresi Eutychiana. 448. 14

Liberati & vxoris insigne certamen. 484. 107

Libertas Ecclesiastica vindicatur à Marciano Imper. 455. 25. fit in propalanda veritate. 511. 33. fit Episcopus in reprehendendo Principes, præsertim hæreticos. 516. 58

Libertatem pristinam vindicatur clerus à Marciano Imperat. 455. 25

Liber compositus à S. Fulgentio de Spiritu sancto. 504. 52

Libidinosi sunt sues in cœno obtuti. 493. 36

Libido in multa mala homines præcipites agit. 455. 2

Libri Manichæorum deteguntur à S. Leone, & igni traduntur. 443. 1. tres de Vita Sancti Honorati refelluntur. 445. 19. hæreticorum cauendi. 447. 6. 8. mittebantur ab Eutychete ad excitandam seditionem. 448. 33. Prophyrij vetiti ab Imperatore. ibidem 3. Prophyrij hæretici damnantur ibidem. Canonici qui. fol. 917. 42. Fausti quales. 470. 15

Librorum delectus secernit pretiosum à vili. 494. 19

Licentia pictorum religioni sit subiecta. 506. 13

Liciniæ Augustæ numisma. 462. 16

Licumannus Notarius homo nequam quid in S. Cæsarium. 507. 6

per Liguria supplicat Epiphanius Episcopus. 494. 37

Limina Apostolorum frequentata à toto orbe terrarum. 500. 5

Linguæ seu sermonis potentia. 474. 19

Lingua non est necessaria ad loquendum, quando Deo placet. 484. 37

Lis magna in Oriente pro Chalcedonensi Concilio. 515. 33. 37

Litterarum commendatitiarum vsus. 440. 11

Litteras Summi Pontificis amplectitur Veranus Episcopus in Gallia. 449. 41. Salonius Episcopus in Gallia. ibidem.

Litteræ Papæ omni veneratione acceptæ sunt in Gallis. ibid. 60. Papæ non admittuntur à Dioscoro. ibid 78

Litteræ commendatitiæ clericis necessariæ sunt ad commeandum. 453. 52

Litterarum breuitas desideratur. 452. 40

Litteræ acres Simplicij Papæ ad Acacium. 483. 2

per Litteras nec alloqui licet excommunicatum. 448. 54

Locus aptus ad sacrificia Ethnicorum erant latibula. 440. 16

Longinus Zenonis Imper. frater pessimus. 485. 6

Longini miserandus exitus. 498. 9

Longinus Episcopus insignis. 484. 8

Lucentius S. Leonis legatus Constantinopolim mittitur. 451. 8. protestatur contra Anatolium. 451. 142

ad Lucidum Fausti epistola de gratia, & libero

bero arbitrio. 490.18
Lucidus presbyter subscribit in Synodo. ib. 24
Lucidi plena confessio. ibid. 27
Luctus fit in Ecclesia ægrotante Summo Pontifice. 503.16
Ludorum expensæ conuertendæ in vsum pauperum. 496.46
Ludouicus appellatus interdum Clodoueus. 479.18
Lugdunensis Synodi Episcopi qui. 490.25
Lumen requirere medio & perspicuo die, dementiæ est. 452.3. oculorum recipitur per obedientiam. 514.39
Lupercalia per Gelasium Papam Romæ interdicta. 476.4. Romæ minimè retinenda 496.31. minimè profuerunt. 496.35
in Lupercalibus quæ agi solebant. ibid. 39
S. Lupi Episcopi obitus. 479.14. discipuli sanctissimi fuerunt. ibid. 15. natale Ecclesia annuatim celebrat. ibid. 16
Lupus monachus Lerinensis. 441.16
Lupus Trecensis Episcopus quæ cum Attila gesserit. 451.41. Attilæ occurrit. ibid 42
Lupi Trecensis laudes. ibid. 44
S. Lupi ætas in Episcopatu. 472.14. quo anno fit creatus Episcopus. ibid. 17
Lusores erant Hunni. 444.60
Lux è cœlo venit S. Remigio, Clodoueo, & Clotildi. 499.27
Luci aduersantur hæretici. 448.37
Luxus magnus Zenonis Imp. 474.6
in Lycaoniam venerunt Hunni. 515.49

M

Macarius legatus Gelasij Papæ. 494.17
S. Macarij monachi Ægyptij faciunt professionem fidei. fol. 913.33
Macedonius presbyter eligitur Episcopus Constantinopolitanus. 495.24. Orthodoxus. ibidem 23
Macedonius Episcop. Constantinop. quæritur tolli de medio. 505.7
Macedonij mansuetudo erga inimicos. ibid.
Macedonium persequitur Anastasius. 506.15
Macedonius iniustè calumniam passus. 510.7. cum seqq. damnat non recipientes Cõcilium Chalcedonense. 510.10
Macedonij obitus, & visiones. 515.49. nomè è Diptychis expunctum. ibid. 50
Macedonius ejicitur in exilium. 511.3
in Macedonium quæ acta sint Constantinopoli. ibidem 4
Macedonium sequuntur populi. ibidem 5.6
Macedonius falsò accusatur. ibidem.
Macedonij sectatores quæ passi. 511.12. nomine hæresim promulgant hæretici. 512.27
Macula semel contracta difficile tollitur. 449.149
Magi expelluntur à Theodorico. 504.7. expelluntur ab Vrbe. ibidem 9
Magorum pœna & iudicium. ibid. 7.10
in Magos zelus populi Romani. ibidem 9
Magus comburitur. ibid. 8
Magister ac doctor totius populi Christiani est Papa. 449.63.125
Magister Eutychetis fuit Maximus hæreticus. 451.94
Magistratus & officia ne vendantur. 485.27
Magistratus interdum sunt minus benigni quàm sint hostes. 468.13
Magistri erroris efficiuntur, qui veritatis non fuerunt discipuli. 449.45
Magistrorũ virtutes à discipulis facilius exponuntur. 496.51
Maiestatem Papæ etiam venerati hæretici. 449.169
Maioranus creatur Imperator in Occidente. 457.56. ad Senatum de nouo Imperio scribit. 458.2. quid de virginibus & viduis constituat. ibid. 4
Maiorani Imperatoris obitus. 460.24
Maiorum bona exempla imitanda. 476.12
Mala multa parit discordia. 448.67. tria pessimè constituta in Synodo Ephesina. 449. 113. moliuntur à Petro Mogo hæretico Lente Alexandriæ. 478.11. multa orta sunt ex terræmotu Antiochiæ. 458.27
Mala curanda sunt ne innocentes inficiantur. 473.6
Mali Præsules mala multa agunt. 449.26. homines à mundi exordio iniuria affecerũt pios & sanctos. ibid. 1. 10 expellendi à Principibus. 494.11
Malorum conuersatio semper fugienda. ib.
Malum inter initia opprimendum. 452.49
Malefici Iamelo impositi per Vrbem deduci solebant. ibidem 27
Maleficia signo crucis euanescunt. 514.33
Malitia Arianorum. 509.12
Mamantis relatio de Eutychete. 448.27
Mamas monachus in Eleutheropoli. 512.29
Mamas laborat pro fide Catholica. ibidem.
S. Mamercus instituit Rogationes. 475.13. suis indicit ieiunia & preces. ib. 14. inuenit duos sanctos martyres. ibid. 15. ergis nomam basilicam. ibidem 20
Mamercus Viennensis Episcop. frater Claudiani. 479.37
Mamercus Vjennens. Episcop. Ecclesiæ suæ limites transgredigus Diensi Ecclesiæ Episcopum consecrauit. 463.15.16. & 464. 4.5. obitus. ibidem 8
Manes hæresiarcha. 447.6
Manichæi à S. Leone deteguntur, & eorum libri igniti traduntur. 443.1
Manichæorum errores qui. ibidem 2
Manichæos insectantur Romani. ibidem.
Manichæi quibus cognoscantur signis. ibid. 4. Solem adorabant. ibid. 5. sub specie sanctitatis multos decipiebant. ibi. quomodo damnati à S. Leone. 443.5
in Manichæos quæ acta. ibid em 2
Manichæi impudicitiam sectabantur. ibid.
Manichæos insequitur Valentinianus. 445.7
Manichæi qui fugerant. recurrendi. 444.1
in Manichæos epistola S. Leonis. ibidem 5
Manichæi inuersi à Gelasio expelluntur ab Vrbe. 496.53. exagitantur à Symmacho Romæ. 503.31
Manibus non laborandum, sed semper orandum, dictum est ab hæreticis. 444.11
Manifesta fit fides confessio. 493.68
Mansuetudo & humilitas commendatur. 444.19. datur à Deo barbaris factis Christianis ibidem. 41. maximè inquiritur in principibus. 489.18
de Manus excisione S. Leone fabella. 461.8
Manus imponantur ab Episcopis cautè. ib.
Maras presbyter excommunicatur. 448.59
Marcianus creatur Imperator. 450.7
Marciani primordia. ibidem 18
Marcianus, in militia subrogatur, cuidam Augusto. ibid. 19. hæreticos vexat. 31. ibid. 21. ad S. Leonem scribens se commendat eius orationibus. ibid. 22. 21. ad Leonem scribit de cogenda Synodo. ibid. 23. legatos Leonis graco animo suscipit. ibidem. dissipatam Ecclesiam componit. ibid. Anatolij fidem explorat. ibid. exules Episcopos reuocat. & S. Flauiani corpus Cõstantinopolim transfert. ibidem 24
Marcianum S. Leo scribit ipsum commendando. 452.4
Marcianus de Synodo cogenda. ibid. de Synodo differenda. ibidem 6
Marciani dictum de Synodi indictione. ib. 9. edictum itidem contra tumultuantes. ibidem 34
Marcianus conuocat Nicæa Patres Chalcedonem. ibi. 31. arbitrio Leonis Papæ vult peragi Concilium. ibi. 70. Concilio se submittit omnino. ibid. 97. subscribit etiam contra pragmaticam. ibidem 113
Marciani Concio ad Synodum pulcherrima ibid. 113
Marciano acclamatur Nouus Constantinus ibid. 114
Marciani petitiones in Synodo. ibid. 116
Marcianus Auxentium accersit, & prudenter agit pro fide Catholica. 451. 153. 449. 120 cum seqq. quid in idololatras. 451. 162. ne de fid. disputetur. 452. 3. Eutychianos rursus exagitat. ibid. 5
Marcianos ad hæreticos Ægyptios Ioannẽ Decurionem mittit. ibid. 24
Marciani epistola contra Monachos hæreticos. ibid. 39
Marcianus benignè agit cum hæreticis. ib. 42. ipsius etiam humanitas erga prauos monachos. ibid. 45
Marciani sanctio de abolenda lege Theodosij contra Flauianum. ibid. 47
Marcianus laborat pro restitutione Eusebij & Theodoreti. ibid. 48. pœnas constituit contra Eutychianos. ibid. 49 & aduersus eorum scripta. ibid. 51. forum Ecclesiasticum demptum à Valentiniano restituit. 452.52
ad Marcianum S. Leo de Paschali controuersia. 453.35. S. Leo de Anatolio scribit. ibid. 5. S. Leo pro rebus Alexandrinis. 454. 4
Marcianus rescribit contra hæreticos. ibi. 5. ipsius sanctio contra hæreticos. ibid. 7
Marciani sanctio contra Aparsium. ibid. 11. de priuilegijs Ecclesiarum. ibid. 13
ad Marcianum S. Leo scribit contra Eutychetem. ibid. 16
Marciano Imp. in somnis Attilæ mors denunciata. ibid. 23
Marcianus vindicat clerum in pristinam libertatem. 455.25. abrogat leges latas aduersus clericos. ibidem.
Marciani Imperat. obitus. 457.1. signa laudes. ibid. 4. numisma. ibid. 3. Oeconomi charitas. 459.17. insigne miraculum. ib. 15
Marcianus Anthemium excitat. 482.7
Marciani filij Anthemij rebellio. 482.8
Marcellianus vir admodum probus. 468.20
S. Marcellus non vult tradere percegam. 466.3
S. Marcellum consolatur Angelus. 469.4
S. Marci Ecclesia Alexandriæ. fol. 912.25
Marcus monachus ab hæresi conuersus. 452. 36
Mare mox reddit corpora Sanctorum. 489. 107. ingentes pisces mortuos velut funda ejecit. 446.7. terminos transgressum. ibid. à Maria Virgine implorat auxilium auctor. præf.
Maria nauis insignis de longe portans panem suum. ibidem
Mariæ Virgini à Cyro dicatur pulchrum templum. 446.16. imago in cupressu ardet vt fax. ibid.
Maria Deipara. 511.15
Mariæ Virgini à Leone Imperat. templum vigitur. 457.6. miraculum de cæco illuminato. ibid. vestis in quo templo sit collocata. 474.4
Maria Virgo Seuerianæ illustri fœminæ apparet. 513.21. Seuerianam primò repellit, & postea conuertit. ibid. & Dei genitrix & hominis est. 515.20
ad Mariam in peroratione confugit auctor cum gratiarum actione. 518.26
Maria nobilissima Carthaginensis laudatur 440.1. eius miseria. ibid. 13. à seruitute liberata. ibid. 15
Marinus magnæ potentiæ apud Anastasium Imperatorem. 513.38. restitit S. Sabæ. ibid. increpat S. Sabam, & mala ei prædicit. ibid. dat pœnas suæ crudelitatis. ibid.
Mariæ Arcadij filiæ obitus, & eius laudes. 449.173
pro Maritis orare debent vxores. 451.50
S. Martini translatio. 482.48. basilica à S. Perpetuo erecta ibid.

in Marrini basilica carmen Sidonij. ibd. 50
SS. Martyres duo inueniuntur à S. Mamerco. 475.15
Martirij legatio ad Zenonem Imperatorem 477.23
Martyrij Episcopi Hierosolymitani obitus. 485.28. & quantum sederit. ibidem.
à Martyrio dedicata Ecclesia. ibidem.
Martyrius Episcopus Antiochenus. 459.19. se abdicat Episcopatu Antiochēno. 471.11
Martyrius Episcopus Hierosolymitanus. 477.21
Martyrij legatio ad Zenonem Imperatorē. ibidem 23
Martyrius diaconus legatus Timothei Episcopi. 478.10
Martyrium Seuerianj Episcopi. 452.29. crudele apud Mauros. 456.13. S. Iuliæ Carthaginensis. 448.16
ad Martyrium mater filium confirmat. 484
& frater fratrem hortatur. ibidem.
Martyres coronantur iussu Capsurij Regis Maurorum. 456.11. plures facti in die Paschatis. ibid. 20. sunt in schismate necati. 502.13
Martyribus interdum non obest ignis. 484. 106
Maternae martyrium filium confirmat. ibid.
82. omnium Fidelium Ecclesia. 501.6
Matrem Ecclesiam qui non habuerit in terra, neque Deum Patrem habebit in cœlis. ibidem.
Matrimonium ratum esse potest, nulla admixta copula carnali. 450.17. celebrari potest, virginitatem seruando. 450.17. 480.21
Contractum inter Eudociam & Honoriū. 485.14
Matthæus Episcopus Sutroti. 516.48
S. Matthæi Euāgelium repertum in pectore S. Barnabæ. 485.46.53. Euāgelium translatum Constantinopolim. ibidem.
Maurorum sit iudicium sacerdotum. 449.7
Mauritani suscipiunt fidem Catholicam. 456.12. Romam legatos mittunt. ibid.
Mauri crudeles in Christianos. 483.89
Maxillæ percussor Domini nostri Iesu Christi quomodo sit in inferno. 413.20
Maxima virginitatem, & non matrimoniū amplectitur. 456.9. diuinitus liberata. ibidem 11
Maximianus iudex constitutus à Theodorico. 504.7
Maximus Episcopus Tolosanus in Gallia. 441.15. monachus Lerinensis. ibidem 16
Maximus quando Consul. 443.1
Maximus subrogatus Episcopus Antiochenus pro Domno. 449.103
Maximus Taurinens. Episcopus. 441.14. laudatur. 451.15
Maximus hæreticus Eutychetis magister. ibidem 54
Maximus Episcopus Antiochen. ad S. Leonem pro sua Ecclesia. 453.30. moritur. 456. 30
Maximi vxor a Valentiniano vitiatur. 454.2
Maximus quid in Valentinianum molitus. ibidem 3
Maximus Imperium inuadit. 455.5
Maximi Imperatoris obitus. ibidem 6. quāto tempore imperauerit. ibidem
Maximus quando fuerit felix. ibid. 8. se infelicem nouit, cum Imperium suscepit. ibidem 9
Maximus Episcopus Taurinensis diu fuit in Episcopatu. 465.27. eius descriptio. ibid. 30
Maximus monachus martyr. 484.101
Maximi pueri generosa confessio. ibid. 105
S. Maximus Abbas Pictauiensis. 507.19
S. Maximi miraculum in sanando contracto ibidem.
Mediator iustus non est, qui vnam partem audit, & alteri nihil reseruat. 449.72
Medicina salutaris vt adhibeatur, discutienda est professio & persona decepti. 487. 4. curat languores, qui magis sunt periculosi. 406.44. est correctio. 496.27
Medici interdum erant etiam presbyteri. 444.47
Mediolanensis Synodus prouincialis sub Leone. 451.13
Mediolanum vrbs populosa ab Attila capta 452.55. ab hostibus captum. 489.10
Mogetius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 490.24
Membra Christi sunt reliquiæ Sanctorum. ibidem 42
Memnen Eutychetem citat. 448.40
Mendacia dicuntur in libro de Romanis pontificibus. 484.21
Mendacium cedit fulgori veritatis. 449.111. quærit, qui post veritatem repertam aliquid vlterius discutit. 452. 3. obtegitur multis velamentis. 451.144
Mendacia & doli hæreticorum deteguntur. 449.8. & doli Eutychetis deteguntur. ib. 9. facilè conuincuntur. 493.18
Mendici eleemosynis sunt subleuandi. 475. 24
Mens elata Acacij coërcetur à Simplicio papa. 479.10
Meritum fidei integræ seruatæ. 443.13
Mesalę Consulis ad Ennodium epigramma. 506.1
Metensis ciuitas comburitur. 451.30
S. Michaëlis Archangeli apparitio in Gargano monte. 493.43. cultus Romæ. ibid. 44. Archangeli Ecclesia Alexandriæ. fol. 912. 25
Miles Christi columna est immobilis. 456.27
Milites sacrilegi puniendi. 489.18. quomodo militare debeant. 505.5. quæ seruare teneantur. 507.15. ne de rebus Ecclesiasticis furentur. ibidem. ne in vigines aut viduas manus iniiciant. ibidem.
Miracula falsa struuntur ab hæreticis. 484.73
Miraculum ortū ex epistola S. Leonis. 449.39
Miraculo vincitur Attila à S. Leone. 452.58
Miraculum, antequam eligeretur Leo Imperator. 457.5. insigne Marciani. 495.15. magnum detegitur à Germanio. ibidem. magnum de eleemosyna. 459.13. insigne S. Seuerini pro fide. 473.61. ab Anastasio repræsentatum quadam pictura. 494.63. magnum de Eucharistia. 513.19
Miraculo cereorum Fideles à sacrilegis discernuntur. 475.9
Miraculis fides Catholica non indiget. 451. 123. interdum confirmatur fides. ibid. claret S. Cæsarius Episcopus. 507.6
Miracula multa eduntur à Daniele. 476.53. cum seqq.
Miraculis obstupescunt homines. 488.14
Miracula sunt pictura repræsentanda. 494. 63. coruscant ex reliquijs S. Euphemiæ. 451.58. à Deo multa Arianorum tempore. 494. 66. per Christianos fiunt, non per Arianos. 506.14. magna de sacra communione. 513.19.23
Miraculum prope Pharum oritur contra Seuerianos. ibidem 30
Misenus Episcopus legatus papæ Felicis. 483 19
Miseni causa tractatur in Concilio Romano 484.11
Misesius suspenditur à sacerdotali collegio. ibidem 25
in Miseni absolutione Concilium Romanum. 496.5. causa pertractata. ibidem. 24. cum seqq.
Misenus absolutus. ibidem 20
Miseria Mariæ nobilissimæ Carthaginensis. 440.15. magna Alexandrinorum. fol. 913. 35
Miser status Ecclesiæ. 440.3
Miserapda solitudo Ecclesiæ. 457.27
Miserandus status Reipublicæ Christianæ. 476.6
Miserandi casus ex terræmotu orti. 446.7
Miserandus status Ecclesiæ Orientalis. 516.41
Miserantem conuenit inclinari, vt erigatur iacens. 473.17
Misericordia Dei superat culpas delinquentium. 451.23
Misericordiæ diuinæ remedium nulli denegatur. 495.17
Misericordia Dei imploranda. 446.9. Zenonis in pauperes. 474.9
Missa prolixior reddira est breuior. 447.5
in Missa canitur Symbolum constitutione Benedicti Papæ. ibidem 23
Missa integra audienda Dominicis diebus. 506.5
Missarum infra solemnia prædicabant Episcopi. ibidem.
Modestia benè coniungitur cum auctoritate. 487.6. iungenda cum constantia. 502.29
Modestus Episcopus Veneticus. 453.53
Modus imperandi discitur à seruitute. 455.8
Mœnia Constantinopolitana per Cyrum instaurantur. 446.14
Momilius creatur Imperator. 471.1
ad Monachos quid spectet. 451.117
Monachi vagantes quomodo corrigendi. 453.54
Monachorum est doceri, non docere. 451.153. 453.30
Monachi Palæstini qui Eutychiani. 452.27. ne per religiones vagentur. 453.54
Monachorum clausura perutilis. 473.4. laudata constantia. 484.8. septem certamen. ibidem 101
Monachi interdum facti Episcopi. 491.36
Monachos miscebant puellis hæretici. 493. 35
Monachi videant quos eligunt. 504.13
Monachorum S. Augustini vetus institutio. ibidem 33
Monachi aliqui apostatæ facti sunt scelestissimi hæretici. 452.28. aliqui hæretici veniunt Constantinopolim. 510.10. Orthodoxi pugnant contra hæreticos. ibidem 11
Monachorum monasterium ædificatum à Childeberto Francorum Rege. 508.28
Monachi aliqui hæretici occiduntur. 512.4. qui hæretici ab Antiochenis occisi. 513.8. Catholici laborant pro Flauiano. 512.33
Monachorum magna pugna pro fide & religione. 513.7. cum seqq.
Monachi patiuntur extremam penuriam. ibid. 33
Monachis Deus præsto est abundantia. ibid.
Monachi à Seuero affligati. 517.52. ad Anastasium imperat. confugiunt, & ab eo expelluntur. ibid. 55. Seuero occisi. ibid. interpellant vt caput Romanum Pontificē. ibid. 57
Monachos honoratur Hormisda Papa, vt in fide perseuerent. 517.27
Monachorum Ægypti professio fidei. fol. 913. 32
Monachi Ægypti pauperrimi. fol. 911. 19
Monachorum epistola ad Alcysonem, pro fide Catholica. 512.21
Monastica instituta seruata ab Episcopis in Episcopatu. 504.33. vita Ecclesiarum gubernationi non inuidet. 444.25
Monasterio priuatur Eutyches. 451.10
Monasteria monachorum de licentia Episcoporum construenda. 451.117
Monasterium Studitarum frigitur. 459.16
in Monasterium secedit Galla vidua. 504.60
Monasterium constructum in honorem S. Seuerini. 496.50. monialium constructū à S. Cæsario. 508.27. monachorum ædificatum Childeberto Francorum Rege. ibid 28. à Vigilio Papa. ibid.
Monialium monasterium constructum à S. Cæsario. ibid. 2-

Monialium monasterio quæ reliquerit S. Cæsarius. ibidem.
Mons Badonicus obsiderur. 477.32
in Monte Gargano apparitio S. Michaëlis Archangeli. 453.43
Montes intelliguntur Sancti. 453.45
in Monumento Domini miraculum contra Seuerianos. 513.21
in Monumento Domini Seuerianus ingredi non potuit. ibidem.
Morbus semper medicina resecandus. 452.49
Mores Hunnorum quales. 444.36. praui sunt in hæreticis. 485.29
Mos vetus hæreticorum qualis fuerit. 452.33
antiquus Romanorum Pontificum. 492.32
Motus magni Galliarum. 475.8
Mors Attilæ, & qualis. 454.23. Ætij, & eius Consulatus. 454.1. Anastasij Papæ. 489.1. Alarici quando. 507.12. Anastasij Imperatoris. 518.19. Ariadnæ Augustæ. 515.48. Anatolij Episcopi Constantinopolit. 458.31. Anthemij Imperatoris. 472.9. Asparis, & filiorum. 470.2. Acacij Episcopi Constantinopolitani. 458.1. Albofledis sororis Clodouei. 499.21. Childerici Regis Francorum. 484.131. S. Cyrilli quando. 444.13. Dioscori Episcopi. 451.160. Danielis Stylitæ. 489.4. Euthymij viri illustris. 472.8. Eudociæ Augustæ. 460.22. Euarici Regis. 484.130. Eudociæ Iunioris. 471.38. Epiphanij Episcopi. 496.59. S. Eugenij. 495.26. Galliæ Placidiæ Augustæ. 449.167. Genserici. 476.69. Galliæ viduæ. 504.81. Gerasimi anachoretæ. 475.43. Hunerici portentosa. 484.125. Hilari papæ. 467.4. Ioannis VVandali in Thracia. 444.34. Inuenalis Episcopi 437.57. Leonis Imperatoris. 474.1. Maioriani Imperatoris. 461.1. Marinæ Arcadij filiæ. 449.173. Marcici Viennensis Episcopi. 490.41. Marciani Imperatoris. 457.1. Odoacris Regis. 493.2. Regis Hunnorum. 468.26. S. Procli Episcopi Constantinopolitani. 446.20. Prosperi Episcopi Reginensis. 466.14. Petri Fullonis. 486.3. Petri Mogi. 490.48. Pelagij ibidem 49. S. Patricij. 491.20. Zenonis Imperatoris. ibidem 1. Zosimi rhetoris. 490.50. Pelagij Patricij. ibid. 49. filij Zenonis Imper. 485.28. Principum Apostolorum vno eodemque die. 494.20. S. Leonis Papæ. 461.3. Felicis Papæ. 492.1. Gelasij Papæ. 496.1. Ioannis Machiotæ Episcopi Alexandrini. 516.35. S. Lupi. 479.14. Maximi Imp. 455.6. Maximi Episcopi Antiocheni. 456.29. Martyrij Episcopi. Hierosolymit. 485.20. Macedonij, & visiones. 515.50. S. Placidiæ virginis. 453.18. Sixti Papæ. 440.1. Seueri Imp. 461.3. Simplicij Papæ. 483.4. S. Seuerini. 482.1. Simeonis Stylitæ. 460.18. Symmachi Papæ 514.4. Theodosij Imper. 450.15. Theodosij Triacij. 480.1. Theodoreti Episcopi. 453.32. Timothei pseudoepiscopi Alexandrini. 477.16. Timothei Episcopi Constantinopolitani. 517.58. omnibus hominibus à Deo constituta. 518.21
Mortis periculum effugit Leo Imperator. 465.12
Mortem Papæ exoptare quàm malum sit. 503.16
pro Mortuis est orandum. 451.81
Mortui an à Papa possint absolui. 495.18
Mortuus puer à quodam sancto sene suscitatur. 484.97
Mortuis veniam præstare an sit possibile. 495.18
Mortuus non potest impetrare absolutionem, quam viuens nec quæsiuit, nec meruit. 494.31. à S. Leonardo suscitatur. 514.28
Mulier si viuente viro alteri nupserit, peccat. 452.64
Mulier quædam Euæ instar viro persuadere conatur, vt veram fidem amittat, sed nihil proficit. 456.27. Attilam cultro confodisse dicitur. 451.25. infirma sanatur à Cyro Episcopo Lugdunensi. 463.6. curat, vt proprius vir viuus seperatur. 491.2
Mulieres suspectæ à clericis fugiendæ. 502.34
Mulieris insignis certamen. 484.13
Mulieres ab impijs solicitantur. 504.12
Mundani Ecclesias tenere nō possunt. 488.11
Mundanarum rerum aleæ sæpè inuertuntur. 441.2
A Mundi exordio mali homines affecerunt iniuria pios & sanctos. 449.110
Mundus, cibus peccatis abundet. 496.139
Munera pastoralis curæ quæ. 517.15. si nō acceperint Episcopi, cōmendantur. 448.24
Muricia reprehendit Helpidiphorum crudelem. 484.109
Murmuratio fugienda. 496.30
Musicæ acclamationes Circenses. 509.4
Mutatio datur persæpè in rebus huius mundi. 444.1. Acacij in cæterius. 478.5. ad horas in hæreticis. 511.10
Mutus loquitur precibus S. Seuerini. 448.13. quidam sine humano auditu fideq; didicit. 484.92
Mysia occupatur à Vitaliano. 514.40

N.

Narbonensi Ecclesiæ ius Episcopos cōsecrandi infertur ob eius Episcopi Hermis præsumptionem, reddendum eo defuncto. 462.7
Natiuitas S. Fulgentij sub quo Rege fuerit. 490.2
Nauicula Petri in naufragio multorum Episcoporum seruatur incolumnis. 449.98. & oculo Christi nunquam peribit. 476.6
Nazarij reliquiæ missæ in Sardiniam. 500.103
Neapolim translatum corpus S. Seuerini. 406.48
Neapolis abundat reliquijs sanctorum. ib.
Necessitatis tempore nec dispensauit cum bigamis S. Leo Papa. 416.16
Necessitas fatalis à superstitiosis inducta. 496.40
in Necessitatibus semper succurrit Deus. 513.20. cum seqq.
Nectarius Episcopus Viennensis. 441.13
Negotium Principis, & Senatoris otium non conueniunt. 455.8
Nephalius laborat pro Ecclesia Alexandrina. 484.39. cum seqq.
Nepos factus Imperator. 474.11
Nepotis legatio ad Gothos. ibidem 15
Nepotes Cyrilli exductorantur à Dioscoro. 445.4
Nestorius Phanagoriæ Episcopus Catholicè fuit in Concilio Chalcedonensi. 451.65
Nestoriani, multa mala attulerunt contra Cyrillum defunctum. 444.23. cum seqq. à Theodosio Imperatore exagitantur. 451.108
in Nestorianos scripta Gelasij. 496.10
Nestoriana pestis extincta est. 483.41. hæresis vnde ducta. 516.2
Nicasius Rhemensis Episcopus, sub Attila martyr. 451.44
ex Nicæno Concilio etiam primatum semper habuit Papa. 451.140
Nicæ primum conuenêre Episcopi, postea Chalcedonem profecti. 451.31
Nicæna Synodus nulli secunda. 452.10
Nicetius Episcopus Viennensis. 441.13
Nicias Episcopus Laodiceæ. 513.23
Nicopolitanus Episcopus cōmunicat cum Apostolicæ sedis. 516.27. accersitur ab Anastasio Imp. 516.36
Nilus presbyter legatus Timothei ad Simplicium Papam. 478.9
Nobiles Carthaginenses trans mare eiciuntur. 440.4. multi serui effecti VVandalorum. ibidem 8
Nobilium Francorum habitus. 514.31
Nobilitas maxima Eucherij. 441.5
Nobilitatis cupido interdum homines delitare cogit. 444.17
Nobilitas non est cum vitijs. 494.53
Nobiles Franchi quomodo incedant. 514.31
Nomen Acacij abolendum. 497.3 S. Proterij iniustè abraditur. 457.22. Felicis papæ delet Acacius. 484.35. rapæ delent hæretici. ibidem. Flauitæ sublatum è Dypticho. 489.4. magistum oritur ex bonis operibus 508.13. Episcoporum hæreticorum è Dypticis expungebatur. 515.50. magnum & fama Cæsarij Episcopi Arelatensis. 502.14. Anastasij damnatum. 518.34
Nominis Acacij studiosissimi Constantinopolitani. 515.45
Nomine tātum Catholicus Anastasius. 516.3
Nomus quando factus sit Consul. 445.1
Nonnus Notarius in Synodo Cōstantinop. 449.14. iniustè subrogatus Episcopus pro Iba. ibid. 103
Notarij qui essent, & vnde dicti. 447.10. quid consueuerant in Synodis. 449.14
Notariorum Dioscori insolens factum. ibi. 89
Notarius Ecclesiæ Romanæ Hilarius. 516.8
Notarij interdum dicuntur, qui notas recipiunt. 447.13
Nouatores hæretici impudentissimè rejiciunt Patrum interpretationes. 448.42. vocaciores Eurychete. abid. carpunt doctores in verbis. 496.10.11. quid de communione ab vtraque specie. ibid. 29. quid de potestate Ecclesiastica & politica. ib. 21
in Nouatores insurgunt scripta antiquorum. 500.6
Nouatores profitentur Symbolum Apostolorum. 511.10. insurgunt in Summum Pontificem. 497.23
Nouitas solet abundare in vitijs. 47.19
Nouis rebus semper studet leuitas monachorum. 482.41. Orbis accreuit Ecclesiæ Catholicæ. 515.53
Nomen diuinū primò implorandum. præf. 1. offensum placatur à Theodosio. 448.2
Numismata Galliæ Placidiæ. 449.167. S. Pulcheriæ. 453.25. Marciani Imperatoris. 457.2. S. Leonis. 461.12. Æliæ Flaccillæ. ibid. 16. Æliæ Eudociæ. ibidem. Leonis Augusti. 474.5. Augustuli. 477.2. Anastasij Imperatoris. 518.20

O.

Oasim relegatus Calendion Episcopus. 482.6
Obedientia præstanda Summo Pontifici etiam ab Imperatore. 454.29. præstanda ei à Principibus in ijs quæ non sunt contra fidem. 507.8
Obedientiam Summi Pontificis qui contemnit, à Deo punitur. 518.47. præstare volunt Summo Pontifici Orientales. 511.54 cum seqq.
Obedienti reddit hymen oculorum. 514.39. præstanda superiori. 515.24. cum seqq. Alexandrinorum erga Romanum Pontificem magna. fol. 905.1. cum seq.
Obitus Anastasij Imperatoris. 518.19
de Obitu Anastasij plures visiones. ibid. 22
Obitus vide, Mors.
Oblationes Ecclesijs à principibus faciendæ 507.20
Obsessio montis Badonici. 577.32
Obsessi à dæmonibus liberantur oratione S. Seuerini. 496.52
Occasio, vnde orta hæresis Eurychetis. 448.19
Occidentale Imperium à barbaris vastatur 440.3. ad barbaros deuolutum dicitur. 456.29
Occidentalis Imperator creatur Maioranus. 457.56

Occidentalium Episcoporum in concilijs quæ consuetudo. 451.20
Occidentis pax cum Oriente. 518.1
Ocinus nobilis Franchus Regem Clotarium ad prandium inuitat. 514.33
in Ocini prandio deteguntur maleficia signo Crucis. ibidem.
Occisores sæpè occiduntur. 459.3. Episcoporum indigni sunt Episcopatu. 496.47
Occisio S. Proterij. 457.20. Seueri Imperatoris. 465.31. Olybrij Imperatoris. 473.1. Regis Hunnorum. 488.26. Ioannis V Vandalirin Thracia. 444.34. Romæ in Cyreo. 509.2
Occulta Dei iudicia, sed ordinata. 476.24. cognoscuntur ab Equitio. 504.11.12. vitia tandem deteguntur. 516.36
Occultæ impostura hæreticorum detegunur. 488.5
Occultatum venenum hæreticorum tandè detegitur. 453.4
Octauia Tungrorum vrbs excidit. 458
Odium Acacij vniuersam turbat Ecclesiam 480.15
Odoacer Rex Erulorum vocatur in Italiam 475.3. villosimè indutus Rex futurus Cæsar Turcino prædicitur. ibidem. Rex licet Arianus esset, nihil tamen contra religionem egit. 476.1. regnat in Italia. ibid. tertium vincit Rugos. 488.8. victus à Theodorico. 489.6. iterum victus & obsessus à Theodorico. 490.53. occiditur à Theodorico, & qua morte interemptus. 493.2
Odor pestifer & fames homines & iumenta delet. 446.5. emanans ex reliquijs S. Euphemiæ. 451.60
Officium Leonis Imperatoris erga cæcum. 457.4. Laurentij Episcopi Mediolanensis commendatur. 502.25
Officia publica vendebantur tempore Zenonis Imperatoris. 485.27. & magistratus ne venderentur. ibidem.
Olybrius nobilis doctus, atque pius. 491.1
Olybrius creatur Imperator. 472.9. Imperator occiditur. 473.1
Olympius monachus inuehitur in Basiliscum Imperatorem. 476.61
Olympius Arianus dat pœnas blasphemiæ. 494.61
Olympius nititur cum exercitu contra Eliam Episcopum. 459.9. condemnatur magnæ stultitiæ. ibidem 10
Omnipotentia Dei sola deuios voluntates conuertit. 495.14
Onesiphorus Episcopus Iconij pugnauit pro S. Flauiano. 449.96. socius in passione Theodoreti. ibidem 138
Opera bona clericorum appareant. 450.334. dant bonum nomen. 508.14. & non nisi verba à Christianis requiruntur. 515.51
Oportunitas temporis est expectanda. 489.9
Opuscula doctorum sicut arma spiritualia. 448.59
vt Oraculum accepta verba Papæ à Concilio. 447.16
Orandum semper, & non laborandum manibus, dictum est ab hæreticis. 444.8
Orare debent vxores pro coniugibus. 451.50.
Orationibus sancti Leonis se commendat Marcianus Imperator. 450.20
Orationis vis quanta sit in seruis Dei. 451.41
Oratione exercitus fugatur. ibid.51
Oratione hostes superantur. 454.30
ad Orationem confugiendum in periculis. 475.9.10.12
Orationes etiam fundendæ pro Principibus hæreticis, & qua de causa. 506.4
per Orationes S. Danielis Rais clarissima fœmina filium obtinuit. 476.60
Oratione Ariani liberatur Aureliana ciuitas ab hostibus. 451.49
Oratione Sanctorum pluuia descendit de cœlo. 517.70
ad Orationem confugiendum in tribulationibus. ibidem.
Orationes à Deo exaudiuntur. ibidem 73
Oratio prodest mortuis. 451.82
Orationi S. Seuerini loquitur mutus. 488.13
Oratio pugnat contra inimicos. 514.37. funebris Hilarij Episcopi edita à Genebrardo. 445.20. Sidonij pro Aruernensibus. 475 11. Epiphanij legati ad Anthemium Imp. 471.23. ad Theodoricum Regem. 494.36. ad Theodoricum Regem. 496.58. ad Regem Burgundiæ de captiuis redimendis. 494.47
Oratorium sanctæ Crucis ad dexteram Baptisterij Constantini. 449.109. sub Sixto Papa solo æquatum est. ibidem. S. Stephani seruatum ab incendio. 451.39
Orbis vexatur penuria, & quando. 454.32.
concionator Simeon Stylita. 460.18. nouus accreuit Ecclesiæ Catholicæ. 515.53.
terrarum totus ad limina Apostolorum. 500.5
Ordines non sunt conferendi seruis ex decreto Siconis. 443.5
Ordinis à Dei iudicio, licet occulta. 475.24.
interdicta Gaudentio. 475. ibid. Xenaiæ Episcopi nondum baptizati à Petro Fullone. 485.16
de Ordinatione Papæ. 439.4
Ordinationes prædicat ieiunium. 444.32.
Simplicij Papæ. 483.8
Ordines quo tempore conferendi. 444.32
Ordo in Ecclesia necessarius. 448.84. subscribendi in Concilijs. 451.17. ex in iudicijs Dei, licet occultus. 475.24. monachorum S. Benedicti est planta nobilis. 494.8
ad Orentium Sidonij epistola. 484.137
Orentius poëta Hispanus, postea Episcopus ibidem.
Oreites ordinatur Magister militum. 474.32
Orientali Ecclesiæ solitus subuenire Papa. 450.9. quàm turpis esset facies. 449.170
pro Orientali Ecclesia epistola Theodoreti ad Asparem Consulem. 450. 44. scribit Theodoretus ad Anatolium Patricium. ibidem 40
Orientales Episcopi ab Acacio iniustè deponebantur. castigati peccato Acacij. 512.52
Orientalium Episcoporum torpor in schismate. 449.117
Orientalis Ecclesiæ turpis facies. ibid. gaudium. 450.49
Orientales Episcopi ab Acacio depositi. ibidem. turpe vndique auctæ. ibidem 40
Orientalis Ecclesiæ turbata facies. 485.5. miserandus status. 492.42
Orientalium Episcoporum falsi prætextus. 494.15
ab Oriente recedit Thomas Auriga magni nominis. 509.5
Orientali Ecclesiæ compatitur Symmachus Papæ. ibidem 36
Orientales Catholicos hortatur Symmachus, vt viriliter agant. ibidem.
in Oriente magnum schisma. 412.34. vnde tot mala euenerint. 512.44. monstrum reguauit horrendum propter peccata populorum. ibidem.
Orientales sæpè discessi, & compaginati cum Romana Ecclesia. ibidem 46. quare sub barbarorum iugo grauissimo. ibid.
litteris Symmachum inter expellat. ibid.
Orientalium epistola ad Symmachum Papam pro reconciliatione cum Romana Ecclesia. ibidem.
Orientales confitentur Romanum Pontificem tenere cathedram Petri. 512.49. cognoscunt Romanum Pontificem Pastorem totius Ecclesiæ. ibidem 50
Orientales auxilium à Summo Pontifice obnoxiè postulant. ibid. 55. confitentur se esse in ingenti calamitate. ibid. 57
Orientalium fidei professio & confessio. ibidem 60. monachorum pugnæ pro fide, & victoria. 513.15. 18
ad Orientales ex more scripsit Symmachus Papa. 514.14
Orientalibus capitula seruanda præscripta ab Hormisda Papa. 511.38
Orientalis Ecclesiæ miserandus status. 512. 41
Orientales plures Ecclesiæ venerunt ad communicationem Apostolicæ sedis. ibid. 27
ad Orientales prima Hormisdæ legatio. ibidem 43. Episcopos epistola Hormisdæ papæ. 517.33. secunda Hormisdæ Papæ legatio ibid. 15. Episcopos Orthodoxos alia Hormisdæ epistola. ibid. 21
Orientalis Ecclesiæ priuilegia à Sede Apostolica manarunt. 517.43
ad Orientales multas scribit epistolas Felix papa. 484.21. scripsit epistolam Hormisda papa. 514.27
Orientales & nolebant communicare cum Sede Apostolica, & persequebantur communicantes. 516.63
Oriente in Oriente omnia fluctuabant. ibid.
in Orientem legationem mittit Theodosius Rex. ibid.67
in Oriente magnalis pro Chalcedonensi Concilio. 515.28. cum seqq.
ab Oriente recedit Attila in Occidentem. 450.50
in Oriente constituitur Vicarius Apostolicus Iulianus. 453.60. fides imminuta. 515. 53. magna hæreticorum persecutio. 517.11
Orientis concordia cum Occidente. 518.1
Oriens ob hæresim diluuio penè mersus est. 485.21
Origo ciuitatis Venetiarum. 452.63. beneficiorum quando. 502.36
Originem nemo odit, qui non detestatur sobolem. 506.63
Ornatus & habitus nobilium Franchorum 514.31
Orthodoxi ab hæreticis afflictati. 517.11
Orthodoxos aulicos persequitur Anastasius Imperator. 518.13
Orthodoxi. Vide, Catholici.
Osia Sanctorum miracula edunt. 484.88
Ostrogothi inuadunt Romam. 509.6
Otium Senatoris, & negotium Principis nō conueniunt. 456.9
Oues curant pastores. 512.55.
Oues christi à Pastoribus curandæ. 510.68
Oza presbyter tulit litteras Theodoreti ad Ibam. 449.100

P.

Pagani nouis edictis exagitantur à Leone Imperatore. 468.38
Pagano deterior quando sit malus christianus. 507.27
ad Palæstinæ monachos epistola sancti Leonis, vt conuertantur. 453.14
Palæstinæ Dux Seuerianus ad fidem conuertitur. 513.22
Palæstinam incursat Alamundarus Rex Sarracenorum. 509.7
in Palæstina magnæ clades & afflictiones. 517.68
Palladius Episcopus Antiochenus. 436.4
pallia altaris in camisias & femoralia impij conuertunt, sed dignas soluunt pœnas. 456.18
Pallium gestare tempore ieiunij non licet Episcopis. 452.63
Palmaris Synodus vbi celebrata. 502.1. vnde dicta. ibid.2
Palmaris Synodi Acta. ibid.4
Panis ad fidem peracta similitudo. 440.6
Pansophius Comes tulit litteras S. Leonis ad Flauianum. 449.7

in Papa duo sunt perfecta, humilitas personæ, & celitudo dignitatis. 440.2
Papa Episcoporum omnium Primas. ibid.
cognoscit & iudicat hæreticos. 444.21.
principatum accepit à Domino. ibid.31.
omnibus præest Episcopis. 445.10.444.32.
450.13
Papæ auctoritas etiam æstimata apud Arianos. 447.16. verba vt oraculum à Concilio accepta. ibidem 19
Papa antiquitatis semper tenacissimus. ibi. 22. deponit prunates. ibid.26
Papæ subiecti sunt omnes Episcopi. 448.32. 449.164. magni ponderis iudicium est. 448.54
Papa est Iudex omnium Christianorum. 449 6.7
ad Papam spectat præsicere Episcopum in Synodis. ibidem.
Papam Galli Episcopi venerantur. ibid.43
Papæ litteras amplexati sunt Galli. ibid.60
Papa est magister ac doctor totius populi Christiani. ibidem 63.125
Papæ summa auctoritas. ibidem 67
ad Papam spectat Synodos indicere, & non Imperatorem. ibid.67.45.27.502.6. appellant Episcopi pro ipsorum defensione. 449.114.123.128
Papæ præconia & laudes. ibid.116
Papa de fide & sacerdotibus iudicat. 449.157
habet claues regni cœlestis. ibid.163
Papæ maiestatem hæretici etiam venerantur. ibidem 169
Papa solitus subuenire Orientali Ecclesiæ. 450. est caput omnium Ecclesiarum. 45 . 71.456.24.483.20.501.6.512.52.517.51.56
semper habuit primatum, ex Nicæno Concilio. 451.140. approbat & firmat Cœlia. ibid.145. inscribitur Episcopus vniuersalis. ibid.151. dispensat in magnis. 452. 14. vindex canonum. ibid.18
Papam consulebant Episcopi antiquitus. 452 65
Papa Episcopos consulebat. 453.40
ad Papam mittuntur legati pro ministris Ecclesiæ Mauritaniæ. 456.13
Papæ omnia nunciabātur ab Episcopis. 457. 23. natalis celebratur. 465.17
Papam quanti fecerint Episcopi Hispani. ibidem 22
ad Papam referendæ Episcoporum causæ. ibidem 24. spectat dispensatio contra canones. ibid.25. confugiunt Archimandritæ. 475.39. spectat solicitudo omnium Ecclesiarum. 478.1. spectat hæreticos lapsos restituere. ibidem 16
Papa electos Episcopos confirmat. ibid.9. canonum seruator. 479.3.
ad Papam spectat confirmare Patriarchas. 482.14
Papæ auctoritas. 484.27.495.11.cum seqq.
ad Papam conueniebant Episcopi Italiæ in re grauí. 484.27
in Papam insurgunt hæretici, & eius nomen delent. ibid.39
Papa arbitrer scriptorum omnium. 490.47
Papam quanti fecerint Dardaniæ Episcopi. 492.54
Papa de tota Ecclesia iudicat. 493.14. etiam Patriarchas damnat. ibid. iudicat omnia. ibid.20. à nemine vocandus ad iudicium. ibid.17
Papæ auctoritas integra sub Ariano Rege. 493.35
ad Papam spectat admonere Imp. 494.2
Papæ excellentia. ibid.5. potissima cura de fide. ibid.8
Papa principem locum obtinet. ibid.21. captiuos redimit. ibid.57
Papæ primatus. 495.2
Papa non indiget Synodo, vt iudicet. ibid.3. supra omne Concilium. ibid. appellatus est Christus à Concilio Romano. ibid.11.
20. dictus Vicarius Christi, & Petrus. ibid.
mortuos non absoluit. ibid.18
Papæ obedire debent Imperatores. 497.8
de Papæ ordinatione. 499.4 & idem penè contra Pontificatum ambientes. ibid.6
de Papæ electione. ibid.8
papa non vitiatur. 500.3. nullum nisi Deum iudicem habet. ibid.7
Papam venerantur etiam barbari Gothi a lienigenæ hæretici Ariani. 501.2
Papa sanctissimus prædicatus, & quare. 503. 6. ægrotante lugeat Ecclesia. ibid.16
Papæ mortem exoptare quam malum sit. ibid.
Papa quàm fidelior Imperatore. ibid.24. cœcedit auctoritatem prædicandi Euangelium. 504.27. succurrit Episcopis genuis. 504.42. confirmat facta ab Episcopis. 508. 27
à papa qui discedit, à Deo punitur. 512.61
Papa tenet cathedram Petri. ibid. 49.51.9. totius Ecclesiæ caput. ibid.58
à Papa auxilium postulant Orientales. 406.53
Papæ pedes venerabantur Episcopi. 511.57
Papam quàtum fideles venerari debeant. ibidem.
Papæ credita membra Ecclesiæ. 515.9
Papa est pater Imperatorum. ibid.30.31
Papæ in omnibus obediendum. ibi. 27. cum 5qq.
Papa fungitur legatione Christi. 516.18
papæ tituli dati ab Episcopis. ibid.20
ad Papæ communionem venerunt plures Ecclesiæ Orientales. ibid.27
papa princeps Episcoporum. 516.44. & Pater Patrum. ibid.46. cum seqq.
Papæ litteræ in Ecclesia legebātur 516.54. curæ, vt reuocet hæreticos lapsos. 517.57. cū seqq. erga omnes. ibid.4 cum seq.
ad Papam mittebatur professio fidei ab Orientalibus. 517.30
cum papa communicare, dem ostrat quem liber esse Catholicum. ibid.39
papa instè reprehendit Episcopos cum hæreticis communicantes. ibid. 41
à Papa priuilegia Episcoporum. ibid.43
papæ litteræ publicè affigendæ in ditionib principum, etiam ipsis inconsultis. ibid. 45
papa est Patriarcha totius Ecclesiæ. 517.57
ad Papam legatio Ecclesiæ Alexandrinæ. fol. 905.1
Papa appellatus Apostolus & Euangelista. fol.906.6. Patriarcharum princeps, Petri successor. fol.907.7
papæ quanta obedientiam præstet et Alexandrini. ibid. doctrina, doctrina Christi est. fol.611.21
papa quæ docet in iis quæ sunt de fide, non potest errare, & est velut Euangelista. fol. 906.6. tenet principatum in vniuersum Orbem. fol.918.51
papistas hæretici vocant vetos Catholicos. 456.23
parentes boni bonos gignunt filios. 538.51
Parisium prima sedes Franchorum in Gallia. 476.4
de Paschali Cyclo epistola S. Leonis ad Marcianum Imp. 433.35
Paschasis die plures martyres facti in Africa 456.20
Paschasinus sancti Leonis legatus Constantinopolim. 451.8
Paschasinus ad S. Leonem de Siciliæ clade. 454.23
Paschasius Episcopus Vientiensis. 431.13
Paschasius ad Eugipium de S. Seuerino. 496. 51. diaconus. cuius S. Gregorius recitat miraculum in Dialogis. ibid. 50. pœnas purgatori, mancipatus. 498. S. quomodo vexam obtinuit. ibid. mortuus dæmoniacum liberauit. ibid.
Pasinicus Ecclesiam Dei conturbat. 491.171.
pastorale fastigium indignis non est credendum. 456.16
Pastoralis cura Rom. Pontificis. 517.4
de pastorali munere plura. ibid.17
Pastores quanta cura custodire debeant oues. 511.55. inuigilent super oues. 516.68
Pater benignus horrescit castigatione filiorum. 483.43. Imperatoris dicitur Summus Pontif. 515.26. patrum dicitur Papa. 516.44
Patris monita qui non audit, tyrannum incerdum experiri cogitur. 437.21
Patrum doctrinam secutus est Theodoretus. 444.27. expositiones interdum hæretici admittere coguntur. 448.41. interpretationes Nouato, ex hæretici impudentissimè reijciunt. ibid.42
Pater quando Consul. 443.1
S. Paternus Episcopus Abrigensis. 514.39. colitur à Regibus Francorum. ibid.
Paterno inobediens Crescētius sic excus. ib.
Pati pro Domino, gratia est maxima. 450.36
S. Patiens Episcopus Lugdunensis. 475.30
Patientem reueritus Euaricus Rex. ibid.
Patientis munificentia. ibid.
Patiens hæreticos conuertit. ibid. 32. ciuitates ab ipso subleuatæ. ibid.33
Patientia virginum sacrarum. 483.84. in Hiberia perutilis. 507.8. magna Iuliani Episcopi. 513.5
Patriarcha Alexandrinus legationem mittit ad Apostolicam sedem. fol.905.1
Patriarchæ interdum damnati ab Apostolica sede. 493.14. interdum dicti Episcopi. 508.29
Patriarchalium sedium prærogatiua. 494.51
Patricius Dux exercitus Romanorum fugatur. 503.32
Patricius vir clarissimus mittitur ad Hormisdam Papam ab Anastasio Imp. 514.18
S. Patricij obitus. 491.20
Paulo Episcopo quid ostepsum de futura clade Africæ? 481.6
Paulus nepos Cyrilli in afflictionibus mortuus. 445.25
Paulus Episcopus subscribit cum aliis epistolæ Fausti ad Lucidum. 470.24
in pauperem charitas magna Marciani Imperatoris 419.15
Pauperes opprimuntur à potentioribus. 468 15.33.36. adiguntur in seruitutem. ibid. subleuandi expensis iudicum. 496.40
Pauperibus succurrendum ab omnibus. 508. 24. succurrēdum est à superioribus. 504.41.
Pauperes eleemosynis subleuandi. 465.35.
499.32.508.11
Pauperibus bona Ecclesiastica distribuenda 494.24
pro Pauperibus rogandi sunt Reges. 514.30
Pauperum post Deum sunt vasa Ecclesiæ. 446.21. nutritor Ecdicius. 453.34
Pauperta est præponenda diuitiis plenis curarum. 449.109. magna Theodoreti. ibid. 22. magna monachorum Ægypti. fol.510.20
Pax Ecclesiæ maximè desiderata à Theodoreto. 450.44. defendenda 449.154. Ecclesiæ reconciliata à Pulcheria Augusta. 450.10. inter Anthemium & Ricimerem. 471.23. initia ab Euarico Rege, and Nepote Imp. 474.17. vera consequitur Leitiam. 492.38 quærenda à Principibus. 493.4., laudatur. ibid. vera vbi inueniatur. 494.9. vera non est sine charitate. ibid. in Ecclesia quantū expetenda. 501.16. in Ecclesia quam vtilis. 498.69. in Ecclesia seruanda. 494.19. inter Theodoricum & Vandalorum Regem. 499.20. non datur infidelibus. 517.20. tandem venit inter Orientem & Occidentem. 511.21
Pacem ineunt Vandali cum Valentiniano Imp. 442.1. concedit Attila Romano. 452.56
Pacis conditiones offeruntur ab Anastasio Imp. Virgiliano. 514.4.

Pax quam bona & vtilis Ecclesiæ. 515.8
Pacis bona quam multa. ibidem 14
Pacem quærentes quæ seruare debeat. ibid. 22
Pacis fructus quàm boni sint. ibidem 43
ad pacem veram hortatur Hormisda Papa Anastasium Imperatorem. 516.15
Peccata exstantiram Dei in vltionem. 446. 4. parturiunt mala. ibidem 2. 456. 36. 37.
Fidelium à Deo magis puniuntur, quàm infidelium. 451. 39. occulta deteguntur. 453. 1. à Deo puniuntur. 445. 11
de Peccatorum suorum remissione quid reuelatum S. Leoni. 461. 6
Peccata vitanda à clericis. 436. 32. omnium cunienda. ibid. 34. omnia emendare nō possunt Summi Pontifices. 496. 44 populorum causa sunt, vt Deus regnare faciat hypocritas. 512. ibid: sacerdotum tegenda in ibid. 2. vnius alteri obesse non debent. ibid. 15. nemendata crescunt. 517. 8
Peccator bonis operibus diuinam retardat iram. 474. 10
Peccatores humiles fiunt. 495. 7
Pecunia excæcat hominem hæreticum. 484. 68
Pecunijs, an ferro aduersariorum animos inclinemus, quid interest. 494. 40
Pedes Summi Pontificis venerabantur Episcopi. 516. 57
Pelagia dicta, quæ prius Margarita cognominabatur, quasi Pelagius diuini iudicij. ibidem.
Pelagianos persequitur S. Leo. 444. 8
Pelagiana hæresis prorsus deleta à Prospero. ibidem.
Pelagiani in Dalmatia pullulant. 493. 25. degentes in Picena prouincia. ibidem 27
Pelagianorum sententiæ tres. ibidem 32
Pelagius Patricius vir præclarus, 490. 50. occiditur à Zenone. ibidem 49
Pelagij impiæ ad Deum preces. ibidem 50
pensare libra iudicij quid sit. 447. 5
penuria vexat Orbem. 454. 33. ingens post Sanctorum discessum. 513. 33
penuriam extremam patiuntur monachi. ibidem 22
percussor maxillæ Domini nostri Iesu Christi quomodo sit in inferno. 513. 20
Peregrinus Episcopus Misenatis Ecclesiæ. 517. 1. legatus Hormisdæ Papæ ad Anastasium Imper. 517. 3
ad Peregrinum Episcopum & legatum sedis Apostolicæ Hormisda Papa. ibidem 34
Peregrini sunt recipiendi hilari fronte. 440. 8. ab Episcopis suscipiendi. 494. 35
Peregrinatio S. Serui. J. 451. 38
Peregrinationis molestia & commodum. 447. 3
perfidia Archimandritarum hæreticorum. 471. 93. hæreticorum. ibid. Zenonis magna. 482. 33. Hunnerici in omnes. 484. 66
periculose se miscent sacris principes sæculares. 448. 47
Peripathetici nimium studiosi Aristotelis. 510. 2
Periuri ac simulatores sunt hæretici. 514. 40
Peroratio auctoris cum gratiarum actione. 518. 26
S. Petri petuus Episcopus Turonensis præfuit Concilio Turonensi. 482. 44. reliquias S. Martini transfert. ibidem 48 S. Martino Ecclesiam fabricauit. ibidem. præscribit populo ieiunia & vigilias. ibidem 52
persecutio Genserici contra Catholicos. 442. 2. excitata in Africa contra Catholicos. 446. 12. Romanorum contra Manichæos. 443. 1. Arianorum contra Thomam. 455. 17 Euarici Regis Gothorum. 464. 1. Africanæ Ecclesiæ. 583. 51. & 59. alia Africanæ Ecclesiæ. 504. 23. Arianorum. 504. 23. & 45. 36. 8. vandalica. 517. 24
ex persecutione vtilitates plurimæ. 517. 30. cum seqq.
persecutio Vandalica recrudescit. 490. 1. Trasamundi Regis in Africa. 504. 23. horis artibus. ibid. 44. dirissima contra Ioannem Episcopum Nicopolitanum. 517. 33. ab hæreticis illata in Orthodoxos. ibi. 51. Anastasij Imperat. in aulicos Orthodoxos. 518. 13
Persecutionem præcedunt præsagia. 481. 3. cum seq.
persecutiones hilari fronte suscipiendæ. 484. 104. Catholicorum multæ. 511. 19. cum seq.
Perseuerantia necessaria in fide. 516. 26. quàm necessaria. ibid. 51. 66. in omnibus commendatur. 517. 35. cum seqq.
perseuerantes vsque in finem salui fiunt. 476. 13
persona vna declaratur, diuinitas & humanitas Iesu Christi. 444. 25
Pertinacia Dioscori Episcopi. 449. 96
perturbatio maxima Ecclesiæ tempore S. Leonis. 440. 1
Pestilentia subsequitur famem. 484. 124
pestis Nestoriana extincta. 483. 41. orta Romæ. 467. 2.
petitio Sanctæ ab Anastasio Imp. 512. 15
petitiones Marciani Imp. in Synodo Chalcedonensi. 451. 116
ad Petram vocantur hæretici. 555. 19
cum Petra communicatio demonstrat quemlibet esse Catholicum. ibidem 39
S. Petri basilica à Valentiniano & à Galla Placidia Augustis humiliter visitatur. 449. 457. & 156. Ecclesia & sepulchrum. 461. 5. confessione stabilis fides. 483. 71
in Petri sacratissima sede sedet Summus Pontifex. 515. 10
Petri cathedram tenet Romanus Pontifex. 512. 49. nauicula saluatur incolumis in naufragio multorum Episcoporum. 449. 98
S. Petrus apparet it S. Gallæ. 504. 61
Petrus Altinæ Episcopus. 499. 34. Romam mittitur visitator à Theodorico Rege. 500. 3
Petro præcipitur, vt visitet limina Apostolorum. ibidem.
Petrus à Synodo damnatur. ibidem 7
Petrus Antiochenus damnatur à Felice papa. 483. 66
Petrus ab omnibus damnatus. ibid. 68. & 66.
Petrus Chrysologus scribit ad Eutychetem 449. 71. quo anno ex hac vita migrauit ibidem 73
Petrus Episcopus Rauennas ad Concilium Romanum se confert. 502. 3
Petrus à consuetudine Symmachi Papæ abstinet, & qua de causa. ibidem 5
ad S. Petri basilicam confugit Symmachus ibidem 12
Petrus poëta & magister Scrinij. 468. 3
Petrus Cnapheus damnatur in Concilio Constantinopolitano & Romano. 483. 55. & 56
ad Petrum Cnapheum Flacciani Epistola. ibidem 62
Petrus Fullo detegitur Arianus. ibidem 64. tumultus excitauit. 471. 5. quid molitus sit in Episcopum Antiochenum. ibidem 3 quid in Anthemium. ibidem 15. rursus Episcopus Antiochenus. 462. 6. damnatur. 483. 52. aduersus Catholicos quæ molitus sit. 485. 5. stituit contra Concilium Ephesinum. ibidem 6. defert Acacio. ibidem 7 rescinditur. ibidem 12
Petri Fullonis temeritas repressa diuinitus. ibidem 25
Petrus Fullo Episcopum ordinat Xenaiam nondum baptizatum. ibidem 16
Petri Fullonis obitus. 486. 3
Petrus Monachus conuersus. 412. 51
Petrus hæreticus redit Antiochiam. 476. 28
Petrus Mogus Episcopus Alexandrinus intrusus. 477. 20. cum seqq. dissipatur. 478. 6. latens Alexandriæ multa mala molitur. ibidem 11. publicat Zenonis Imperatoris Enoticon. 482. 54
Petrus promouetur in sedem Alexandrinā. ibidem 36
Petri epistola ad Acacium de ficta eius religione. ibidem 38
Petrus Mogus altercatur cum Euphemio. 489. 2. moritur. 490. 48
Petrus ex Hiberia Episcopus Maiumæ. 452. 27 (459. 8
Petrus Episcopus Metropolis Nicomediæ.
Petrus Episcopus Damasci. 515. 2
Phidus diaconus alumnus S. Euthymij. 477. 23
Phido apparet S. Euthymius. ibid. 25
Phido multa cōfert beneficia S. Euthymius. ibid. 27
Philippus presbyter Hieronymi auditor librum edidit in Iob. 456. 31
Philippus Episcopus Photicensis. 516. 48
Philoxenus Episcopus Hierapolitanus inquus. 511. 21
Photinus diaconus Thessalonicensis legatus ad Anastasium. 497. 16
Photius Tyri Episcopus iudex constituitur in causa ibæ. 448. 60. subscripsit contra Flauianum in Ephesina Synodo. 449. 103. conqueritur de iure sibi diminuto. 451. 96
Phrenetici solent medicos velut hostes putare, vel iædere. 493. 19
Pia vota numquam desiciuntur à Christo. 489. 11
in Piceni prouincia Pelagiani. 493. 28
Piceni Episcopi à Gelasio reprehenduntur. ibid. 30
Pictores in pingendis imaginibus sacris sint cauti. 462. 1
Pictorum licentia religioni subiecta. 506. 13
Pictura sunt repræsentanda miracula. 474. 63
Pietas simulatur ab hæreticis. 449. 88. insignis Sporatij Comitis laudatur. ibid. 140. magnam vim habet. 474. 10. nundinaria est penes Principes hæreticos. 516. 3
Pij viri non franguntur aduersitatibus. 489. 10
Pinta Episcopus Arianus. 504. 52
in Pintam scribit S. Fulgentius. ibid.
Pleba nobilis est ordo monachorum S. Benedicti. 476. 78
Plantatio nulla est nisi à Deo. 476. 58
Plato cubicularius igne crematus. ibid. 27
Platonis cubicularij mors laudata, & ei statua erigitur. ibid.
Pluuiæ defectu mira sterilitas. 517. 7
Pluuia descendit de cœlo Sanctorum oratione. 517. 71
Pœnæ peccatorum interdum delentur per tribulationem. 443. 11. contrà Eutychianos. 452. 49. & contra eorum scripta. ib. 51
Pœna contra Zenonem sinentem secum degere hæreticos. 475. 41. statuitur à Zenone in possessores Concilij Chalcedonensis. 476. 34. Zenonis Imp. contra sacrilegos. 479. 3. hæreticorum in Catholicos statutæ. 484. 66. non inuata fit intolerabis. 490 4. Olympij Ariani. 494. 61. in appetentes Pontificatum. 499. 6
Pœnis purgatorij mancipatus Paschasius. 498. 6
Pœnitentia Theodosij Imperatoris. 450. 12
Pœnitentiæ locus omnibus patere debet, qui conuersi errorem suum fatentur. 453. 54
Pœnitentia iram Dei auertit. 454. 39
Pœnitentiam simulant hæretici. 458. 14
Pœnitentia hæreticorum suspecta. 488. 6
Pœnitentes hæretici persæpè Romam veniebant. 451. 21. Romam confugiunt. 487. 3 ibid. 5
de Pœnitentibus decreta.

politicam potestatem etiam habent Episcopi. 496.26
Polychronius Episcopus Virdunensis sanctus. 479.15
Pomerius rhetor magister Cæsarij. 453.47
Pontifex. Vide Episcopus.
Pontifex Summus. Vide, Papa.
Pontifices non omnia emendare possunt. 496.44
Pontificatus nequaquam ambiendus. 499.6
in pontificatum ambientes pœna. ibid.
Pontificum potestas etiam in sæcularibus rebus. 498.26
in Ponto ingens terræmotus. 499.13
Populus Dei crescit instar aquæ. 442.2. exclamat in Arianos. 470.3. ducatur ab Episcopis, & non Episcopi sequantur populum. 492.24. fidei ardore restitit Imperatori. 511.5.6. propter fidem incendium excitat. ibid. 14. tumultuatur Constantinopoli. 496.5. Constantinopolitanus addictus Acacio. 515.45
Populi Orientales à fide defecerunt. ibid. 53. noui Orbis ad fidem conuersi. ibid. studia & factiones multa possunt. 452.21. falsò semper se excusant. 494.13. in rebus iustis sub ditione tenendi. ibidem
Populum Constantinopolitanum hortatur Hormisda papa. 517.28
populo præscribuntur ieiunia & vigiliæ à S. Perpetuo. 482.52
Populorum peccata causa sunt, vt Deus hypocritas regnare faciat. 512.44
Populis interdum acquiescendum est. 518.14
Porcarius Abbas insignis. 453.43
Porphyrij libri vetiti ab Imperatore. 448.2
Portenosus obitus Hunnerici. 484.125
Portæ reseratæ sponte aperiuntur aduentu S. Genouefæ. 456 6
Professor Episcopus Occidentalis in Oriente. 437.26. factus exsorris ab Arianis. ibid. ad Possessorem Hormisdæ Papæ epistola, ibidem.
Posthumiani consulatus, & inscriptio. 448.1
Potentes si conuertantur, magna Christo gloria. 505.3
Potentiæ humanæ non innitur Ecclesia. 453. 7
Potentiores opprimunt pauperes. 468.17
Potentior auso est prudentia. 489.6
Potestas polica etiam est apud Episcopos. 496.23.26
de Potestate Ecclesiastica quomodo accipienda verba Gelasij Papæ. ibid.13
Præcepta Ecclesiæ qui contemnit, à Deo contemnitur. 512.44
Præconia & laudes Summi Pontificis. 449. 116
Prædecessores Pontifices non omnia emendare potuerunt. 490.1
Prædestinati hæretici qui. 490.17
Prædicatio verbi Dei ad Episcopos spectat. 451.155
Prædicationis munus cui committi debeat. 453.30
Prædicatio quàm vtilis in Ecclesia. 506.5. dicbus Dominicis perutilis. ibidem.
ad Prædicationem cogendi populi. ibid.8
Prædicator Euangelij aut à Deo missus, aut à superioribus. 504.16. cum seqq.
Prædicatores sequuntur signa. ibid. 22. considerandi non qui prædicēt, sed quæ prædicent. 497.20
Prædictiones Euthymij de Episcopatu Anastasij Hierosolymitani. 458.35
ad Præfectos & sæculares confugiunt hæretici. 448.43
Præfectura Zenonis quanto tempore. 471. 51
Prælatus omnium Episcoporum est papa. 444.32. 445.10. 450.23. à subditis diligendus 501.10
Prælatorū præceptis obediunt subditi. 435.23
in Prælijs quales fuerint Hunni. 444.38
præmia quæ promittuntur delatoribus in iurationibus dum eligēdus est papa. 499.9
Prærogatiua Romanæ Ecclesiæ. 444.12.445. 13. Ecclesia cum non ex splendore, sed ex Apostolorum successione. 451.141
Præsagia sæpè præcedunt persecutionem. 481.5
Præsidium Theodosij cōtra hæreticos. 548.7
Præsules si fuerint mali, omnia mala agunt. 443.24
Prætextatus magus fuga lapsus. 504.8
Prætextus falsi hæreticorum. 493.34. falsi schismaticorum: 494.15
Præstantia Epischerij. 480.17
Præuaricatio legatorum sedis Apostolicæ. 484.3
Pragmatius Episcopus subscribit in Concilio Lugdunensi. 490.24
pragmatica vbi cedant canonibus. 451.103
præsul semper fugiendi. 494.11
Preces iuxtæ Pelagij apud Deum. 490.50. & ieiunia indicuntur à S. Mamerco.
Presbyteri sint sanctitate insignes. 481.12
in presbyterum peruersum terribilis vltio. 484.142
Presbyteris deferendum est à diaconis omni humilitate. 453.53. obtemperandum etiam discolis. 497.10
Presbyteri etiam ex charitate medebantur. 444 47
Presbyteris interdictum est mederi ad euitanda nonnulla pericula. ibidem.
Prima sedes à nemine iudicatur. 502.18.19
primarijs Ecclesijs parcunt barbari Romæ. 455.14
Primates deponuntur à papa. 447.26
Primas omnium Episcoporū est papa. 440.3
Primasius Episcopus Calaritanus. 504.4
primatū semper habuit papa, etiam ex Concilio Nicæno. 452.140
de primatu sedis Apostolicæ Celasius ad Dardanos. 496.4
Primatus cura abijcitur ab Anatolio Episcopo Constantinopolitano. 453.15
de primatu decertabant Viennenses, & Arelatenses Episcopi. 445.11
primitiæ etiam filiorum Dei offerendæ. 494. 13
Primordia Marciani Imp. quæ. 450.18
Principatum à Domino accepit papa. 444. 31
principes nō facilè sibi illudi patiuntur. 446. 27. prudenter regant. ibid. 20. periculosè se miscent sacris. 448.47. & si in ea ius sibi arrogent à Deo puniuntur. 448.27. & animo regio esse debent, & sacerdotali. ib. 4
ad Principes non spectat Synodos indicere ibidem 66
Principis gloria in eo maxima est, si erroris germina nulla exurgant. ibidem 64
Principes quid respondere debeant hæreticis, cùm eorum libellis interpellantur. 451.95
Principis animum, licet pium, consiliarij impij in præceps agunt. 496.27
Principes interdū leni manu reprehendēdi. 449.36. non iudicent Ecclesiasticos. 451.91 non se intromittant in Ecclesiasticis. 451. 95
Principum leges cessant, vbi sunt canones Ecclesiastici. ibidem 99. cum seqq.
principes Ecclesiasticum ius seruent, aliquin à Deo puniuntur. 452.52. 455.25. frustra in Ecclesiam insurgunt. 457.59. persæpè infelices. 455.9. & 10
principis negotium, & Senatoris otium nō conuenunt. ibidem 9
à principibus quæ sint prima fundamenta iacienda. 457.10
Principes nullo modo audiant hæreticos. ibid. 47. exterminent hæreticos 418.24. pro Ecclesia agant, cùm desint Episcopi. 457. 44. verbera experiuntur ob violata iura Ecclesiastica. 470.4. inflicta verbera dissimulant, & merito grauioribus affliguntur. ibidem. venerentur Dei sanctos 475.6
principibus persæpè obsunt propinqui. 474.2
Princeps persoluens debita sui prædecessoris facit, vt securius sibi ab alijs impendatur. ibidem 13. diuinam obstruantiam ante oculos habere debet, sine qua nihil boni fit. 476.24
Principe palam malo, sit vt alij sibi similes detegantur. 475.38
Principes aliqui inconstantes propter desiderium regnandi. 476.65. 478.8. canones Ecclesiasticos seruent. 479.8. inconsultè transfigunt cum hæreticis. 482.43. interdū maximè mites sint. 483.18. puniunt sacrilegos. ibidem. mali quàm diu tolerentur. 490.51. sæpè in principio regnandi boni apparent. 491.10
Princeps caput populi. 469.58. persæpè auarus. 471.13
Principum falsi prætextus. 493.37
sub Principibus Orthodoxis interdum ingemiscit Ecclesia. ibidem 59
Principes admonendi à Summo Pontifice. 494.3. quærant pacem Ecclesiæ, & quomodo. ibid. 9. expellant malos. ibid. 11
à Principibus capta benevolentia. ibidem 6
Principum est cum virtutibus ædare famā. 496.59
Principes venerantur litteris papam recentèr creatum. 483.27. 480.17. Symmachi papæ tempore omnes infideles. 499.16
Principem sequuntur populi. ibidem 20
Principes Concilia congregare minimè possunt. 503.6
pro Principibus etiā malis orandum. 503.14
Principes patienter audiant quoslibet Episcopos. ibid. 18. timeant Dei iudicium. ib. 21. 22. quia inferiores sint Summo pontifice. ibid. 23. si conuertantur, magna Christo gloria. 505.3. vt regnēt, sdrinficus sancti intrinsecus sceleris. 506.7
Principibus obediendum in his quæ non sunt contra fidem. 507.8
Principes sint obseruantissimi iustitiæ. 508. 21
Principum ira quiescit Sanctorum oratione 512.17
à Principum ingressu Sancti arcentur interdum. ibidem 18
Principes hypocritas Deus regnare facit propter peccata populi. ibidem. 44. concordes sint quàm maximè fieri potest. 515. 29. interdum periuri, vt regnent. ibid. 40. sæpè simulant. ibid. qua conditione, si fuerint suspecti, ad communionem sint admittendi. 515.50. hæretici pietatem nundinariam habent. 516.3. ab Episcopis reprehendantur. ibid. 6 infideles sed occulti, vt regnent. ibidem.
Principum metu multi corruunt. ibidem 38
Principes Episcoporum appellatur papa. ibidem 449
Principes ne impediant publicationes litterarum Apostolicarum. 517.45. acquiescant interdum populis. 518.14. malarum inuentionum is non detestatur, qui non declinat eorum sequacem 526.53
Principia rerum semper maximè consideranda. 447.8
principijs adhibendum remedium. 446.24
S. Principius Episcopus Suessionensis. 463.7
Priscillianistæ sentiunt cōtra sanctissimam Trinitatem. 447.19
Priuatio iniusta Danielis Carrhorum Episcopi in Synodo Ephesina. 449.103. iniusta Aquilini Episcopi in pseudoconcilio Ephesina facta. ibidem.
priuatæ inimicitiæ non obsint Reipublicæ. 444.29
priuilegium Romanæ sedis in restituendo

Episcopo in Synodo deposito. 449.128. ille meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. 482.44

Priuilegia Ecclesiæ Cæsariensis abrogantur à S.Leone. 454.10. amittuntur ab ijs qui communicant cum hæreticis. 517.40. Orientalis Ecclesiæ à sede Apostolica. ibid. 43

Proba virgo nobilis. 504.56

Probæ virginis virtutes & laudes. ibidem.

Probinus in Vrbe pugnauit in schismate. 502. 5

Probus Episcopus legatus Simplicij Papæ. 467.12.

Procacia mira Thimothei. 458.25.29. mira Aruandi. 468.8

Processa Neapolitana ab ægritudine liberata in translatione S. Seuerini. 496.50

S. Proclus Episcopus Constantinopolitanus moritur. 446.26. laudatur. ibidem.

Proclus philosophus quo tempore vixerit. 518.18. amicus Anastatij Imperat. ibid. impuram linguam in Christianos exacuit. 518.17

Proclus alter Iustini Imp. Quæstor. ibidem.

Procopius Notarius in Concilio Constantinopolitano. 448.1

Procula vidua fruges plurimas occultabilit. 454.33. reprehensa à S. Seuerino subuenit fame laborantibus. ibidem.

Prosulus multat iniurias intulit S. Quintiano. 514.37. dat pœnas sui sceleris. ibid. 38

Prodigiosus terræmotus Constantinopoli. 477.14

Prodigium magnum apparuit. 446.9. de serpente circa S. Danielem. 476.58

Proditio ingens Basilisci Ducis exercitus. 468.21

Professio fidei Theodoreti. 444.16. S. Flauiani. 449.20. mittitur à S. Proterio Episcopo Alexandrino ad S. Leonem. 453.39. Zenonis erat velata. 482.29. Fausti. 496.21. veræ fidei. 516.46. fidei legatorum Patriarchæ Alexandrini. fol. 913.32. fidei mittebatur ab Orientalibus ad Summum Pontificem. 517.30

in Professores Concilij Chalcedonensis statuitur pœna à Zenone Imp. 476.34

Prohibenda spectacula diebus festis. 469.8

Prohibitione clerici vagantes sint. 451.118

Prolixitas in epistolis odiosa. 488.5

Promissiones Dominicæ factæ Apostolicæ sedi 476.14

Propinqui obsint Principibus. 474.3

Propria perdit, qui indebita concupiscit. 451.15

Proprietas vocum interdum negligitur ab auctoribus. 494.75

S. Prosper prorsus deleuit Pelagianam hæresim. 444.8

Prosper Episcopus Regiensis moritur. 446. 14

Prosperitas aliorum gaudium bonis, malis autem inuidiam parit. 451.3

Proterius ordinatur Episcopus Alexandrinus. 452.19

Proterius militia sæculari velatur. ibid. 21

Proterius Episcopus Alexandrinus professionem fidei mittit ad S. Leonem. 453.28. Synodum congregat Orthodoxorum. ibidem 29. oditur. 457.20

Proterij nomen abraditur ab impio Timotheo. ibid.22

Protogenes factus Consul, & quando. 449.1

Prouidentia Dei suis semper necessarium præstat auxilium. 449.48

Prouidentiæ diuinæ est ante parare arma, quam inferat prælium. 446.14

Prouidentia Dei gubernatur eius Ecclesia. 476.47. 499.14. fol. 905.3. in subleuanda Ecclesia. 484.335

Prouidentia diuina non patitur diu scelera latere. 488.3. Dei per miracula tempore necessitatis succurrit. 513.19. cum seq. Dei in subueniendo monachis tempore necessitatis. ibidem 33.34

Prouinciæ Africanæ captæ diuiduntur à Genserico Rege Vandalorum. 440.4

prudentia in principe est necessaria, vt bene regat. 446.24. quam potentior fit auro. 489.8. est expectare opportunitatem temporis. ibi. 7. magna necessaria est cum hæreticis. 515.17. Hormisdæ Papæ. ibidem 25

prudentior sit Zeno Imp. pro fide Catholica 477.11

Pseudomonachi occiduntur ab Antiochenis 512.22

publicatio Trisagij quo tempore fuerit. 446.12

Publicatur Enoticon Zenonis à Petro Mogo. 482.34

Publicè legebantur litteræ Apostolicæ, inconsultis Principibus in eorum ditionibus. 517.45

Puellæ educandæ cum timore. 474.14

pueri generosa confessio. 484.105. septem annorum insigne certamen. ibidem 117

Pugna leonis cum draconе. 469 6. Theodorici oro Zenone. 482.10. Victoriæ Culusitanæ. 484. 84. Gudilæ & Vedeulphi pro Symmacho Papa. 502.11. Senatorum in Vrbe occasione schismatis. fol. 12. Vitaliani pro fide Catholica. 514.41. magna monachorū pro fide & religione. 513.7. cū seq. ad Pulcheriam Augustam Theodoretus scribit de reuelatione triburorum. 445.44

Pulcheria ad ministrationem reliquit Imperij. 446.23. vrbem nè arguit Theodosij imprudentiam. ibidem 24

ad Pulcheriam Hilarius scribit cōtra Ephesinam Synodum. 449.146. S. Leo quod nō posset ire ad Ephesinam Synodum. ibid. 52. S. Leo pro Catholica fide. ibidem 64

pulcheriæ S. Leo legatos commendat. ib. 68

ad Pulcheriam S. Leo, quod quæ fiunt vi, Apostolicis constitutionibus non præiudicant. ibid. 98. Hilarius S. R. E. Cardinalis scribit contra Ephesinam Synodum. ibi. 141. Galla Placidia pro defensione fidei, & Romani Pontificis. ibidem 159

pulcheria reconciliatrix pacis Ecclesiæ. 450. virginitatem Deo vouit. ibid. 17. nupta Marciano virginitatem seruat. ibid. ad S. Leonem pro Ecclesiæ tranquillitate. ibid. 25. ad Strategium contra tumultuantes. 451.28

ad Pulcheriam S. Leo cōtra Anatolium. 455. 17

pulcheria ad Basilam pro fide Catholica. 453. 17

pulcheriæ fidei Catholicæ assertio. ibid. 18

S. Pulcheriæ obitus in virginitate. ibid. 10

pulcheria quas basilicas erexerit. ibidem 22

pulcheriæ spectata virtus. ibid. 24. numisma ibidem 25

Pulio legatus Hormisdæ Papæ ad Episcopos Epiri. 516.62

Pulioni indiculus datus ab Hormisda Papa. ibidem 64

Pullulatio pelagianorū in Dalmatia. 493.23

Puluere frustra quis dealbatur. 482.63

pulueris excussio è pedibus facta à Daniele. 476.54

Purgatorij pœnis mancipatur Paschasius.

puritas Gallicanæ fidei qualis fuerit. 507.10

Q.

Quadragesimalis obseruantia præcipitur. 506.7

Quatuor Concilia velut quatuor Euangelia habenda sunt. 494.21

Quæstiones impias diabolus excitat, quæ remouendæ sunt ab Ecclesia Dei. 451.7

Querelæ de Timotheo olim monacho. 457. 14. Anastatij Imperatoris iniustæ contra Gelasium papam. 493.8

Quærela iusta S. Fulgentij cum excusatione 504.51

Querela de Petro Mogo. 482.35

Quintianus Episcopus Asculanus Petrum Cnapheum reprehendit, & canones statuit contra ipsum. 483.57

Quintianus Episcopus Rutenorum. 507.31. non patitur Gothos Arianos in Gallia regnare. ibidem 10.11. fugit persequentes Gothos. ibidem. benignè suscipitur à Euphrasio. ibidem.

S. Quintianus à Proculo quæ passus sit. 514. 37. oratione defendit vrbem ab inimicis. ibidem. quid cum Theodorico tractauerit. ibidem 38

R.

Rabies & crudelitas schismaticorum. 502.12

Rabula Episcopus Edessę damnat scripta Theodori Mopsuesteni. 448.68

Radices vitiorum succidendæ. 491.13

Rais clarissima fœmina filium obtinet per Danielis orationes. 476.59

Ranis in cœno mersis hæretici comparantur. 493.31

Raptor fœni occisus Clodoneo præcipiente. 507.16

Ratio reddenda à sacerdotibus pro populo. 492.24

Rationem vnusquisque reddere debet de seipso. 496.41

Rauennatus Ecclesiæ priuilegia à Summo Pontifice, & non à Valentiniano Imp. 482. 60.44

Rauennius Arelatensis Episcopus. 449.60. 453.40. quo anno sedere cœperit post S. Hilarium. 449.81. S. Leoni Papæ dilectus. 450.53

Rebaptizabant omnes Ariani. 484.111

Rebellio Marciani filij Anthemij. 482.8

Recciarius Sueuorum Rex in Hispania factus Christianus. 448.85

Reconciliatrix Ecclesiæ fuit Pulcheria Augusta. 450.10

Redemptio ancillę Carthaginensis captiuæ. 440.25. captiuorum quomodo fieri debeat. 494.41

in Redemptione captiuorum vendita vasa argentea à Sanctis. 508.11

Reditus coactus Theodoreti Cyrum. 443.3

Reges dominantur hominibus, desiderio vero dominandi dominantur Regibus. 455. 7. obedientes seruis Dei quæ bona consequantur. 473.5

Reges considerare debeat. 474.38

Reges Francorum boni à S. Remigio benedicti. 514.24. cum seqq. mali à S. Remigio maledicti. ibid. concordes sint, præsertim cognati. ibid. 29. appellantur filij Imperatoris. 535.42

Regum aures pulsandæ pro pauperibus. 514. 39

Regis ira sicut fremitus Leonis. 445.58

Reges æstimare debent summum Pontificem. 447.18

Regina diaconissa Hierosolymam venit. 513.

Reginæ oratione Seuerianus cōuertitur ib. in somnijs apparet Ioannes Silentiarius. ibid. 31. digna sententia de filio mortuo. 494.31

Regnum stabilitur & propagatur obseruātia in sedem Apostolicam. 447.20. Torismundi quanto tempore duraverit. 451.51

Regnum, id est, coronam capitis summo Pontifici donat Clodoueus. 514.14

Regni consortes se inuicem occidunt. 444.53

Regnum Alarici quantum duraverit. 507.12

Regula fidei missa ab Hormisda Papa in Orientem. 517.31

Relatio Mamantis de Eutychete. 448. 7. Theophili de Eutychete. ibid.

Relaxatio captiuorum facta à Godigisclo. 494.54

Relegatio Habetdeum Episcopi à Genserico. 442.2

Relegatio S.Fulgentij in Sardiniam. 504.53
Relegatur Felix Episcopus. 442.2. Verbanus Girbensis à Genserico. ibid. Godagisus ab Hunnerico. 482.12
Religio si proditur, omnia corruunt. 446.27
facta Petri Mogi. 482. 37. primo colenda. 494. 80. 81. semper permansit immaculata in Apostolica sede. 517.31
Reliquiæ S. Euphemiæ vbi repositæ. 451.58
ex Reliquijs S. Euphemiæ coruscant miracula. ibid.
Reliquiæ S. Ferreoli inuentæ. 475.51. & quomodo corpus integrum, & vestimenta illæsa ibid. sanctorum venerandæ. 451.58. inde multa miracula. ibidem, de Reliquijs ingens miraculum. 461.4
Reliquiæ sanctorum illæsæ seruantur in terræmotu. 499.13. sanctorum venerandæ vt membra Christi. 490.46 plurimæ Nicopoli. 496.49. S. Augustini quomodo translatæ in Sardiniam. 504.38. S. Anastasiæ martyris quando translatæ. 458.37. S. Eustarij translatæ à Calendione. 482.4. sanctorum Nazarij & Romani quomodo translatæ in Sardiniam. 504.43
Remedium adhibendum principijs. 446.24
Remedium vnicum ad expurgandas omnes hæreses. 454.5
S. Remigius cõuertit ad fidem Clodoueum Francorum Regem. 499.20. Clodoueum baptizat, vt alter Siluester. ibid. 21. erat egregiæ scientiæ. ibid. quanta miracula ediderit. ibidem 27. Franchorum Apostolus. ibidem. quæ sibi à Clodoueo donata pauperibus distribuerit. ibidem 33
Remigium lux cælitus circumfulsit. ibid. 28
Remigius creatur Episcopus Rhemensis. 471.34. diuinum signum in eius electione ad Episcopatum. ibidem 36
Remigij laudes immensæ. ibidem 37
Remigius susceptæ de sacro fonte Ludouicũ Regem. 484.133. colitur ab Alarico. 507.2. liberat à dæmone benedicti filiam, & ab inferis reuocat. ibid. conuocat Concilium in Aureliana ciuitate. 507. 14. benedicit Clodoueo. ibidem.
Remigij monitione collegit Concilium Clodoueus. ibidem 22
Remigius fuit causa vt Clodoueus coronã donaret Summo Pontifici. 514.14
ad Remigium Hormisda Papa scribit. ib. 16
Remigius gerit vices Summi Pontificis in Gallia. ibid. Synodum Gallicanam congregat. ibid. 18. Angelis Dei dicitur. ibid. 19. Arianum ad Catholicam fidem conuertit. ibid. 20. benedicit Regibus Franchorum bonis, & malis maledicit. ibid. 24. cum seqq. incantationes dæmonum deregit. 514.7
Remigio magna priuilegia à Regibus concessa. ibidem 34
Remigij discipulus magna operatur. ib. 35
Remissio tributorum ciuitatis Cyri quæritur à Theodoreto. 444.43
Renatus Cardinalis S. Clementis legatus mittit ad Ephesinam Synodum. 449.57
Renati & Collegarum legatorum constantia. ibidem 99. ipsius egregia facta Ephesi. ibidem 124
Reuocatio plurimarum vrbium sub Imperio Theodorici. 500.1
Reparatus subdiaconus sine lingua loquebatur. 484.87
Reprehenditur Theodosius Imperator à S. Leone dexteritate. 449.153. Anatolius à S. Leone. 452.13. Acacius à Simplicio Papa. 482.13. iterum Acacius. 483.2. Anastasius Imperator à Symmacho Papa. 530.28. iterum Acacius à Felice Papa. 483.22. Petrus Cnapheus à Flauiano. ibidem 56. Frideric us à S. Seuerino. 482.60. Hunnericus Rex ab Habetdeum Episcopo. 484.110. Ioannes Episcopus Rauennæ à Simplicio Papa 482.44. Iuuenalis à Leone. 454.18. Ioan. Episcopus ab Hormisda Papa. 517.36. Rugorum Rex à S. Seuerino. 473.3. Marinus à S. Saba. 513.19
Reprehendendi Principes, præsertim hæretici ab Episcopis. 516.38
Repræsentatio miraculorum in pictura laudanda. 494.63
Res aliena neque minima rapienda. 507.10
Respublica Christiana in miserando statu Constituta. 476.6
Restitutio Theodoreti in propriam sedem a Concilio Chalcedonensi facta. 451.124. textus Iustinianei Codicis. 434.10. bonorũ Ecclesiæ facta à Theodorico. 504.4. fori Ecclesiastici dempti à Valentiniano. 452.52
Respublica non patiatur detrimentum pro priuatis inimicitijs. 514.29
Rete hæreticorum obiectationes sunt. 493.34
Reuelatio sancto Leoni facta de peccatorũ remissione. 461.6
Reuerentia Euarici Regis erga S. Patientem 475.30
Reuerso S. Fulgentij in Africam. 500.12
Reuocatio S. Fulgentij Carthaginem. 504. 46
Reuocanda Ecclesiastici disciplina. 494.23
Reus est audiendus, antequam damnetur. 443.13
Reticentur non solùm qui faciunt prauã, sed etiam qui consentiunt facientibus. 481.21. non condemnantur à medico, nisi prius fuerint confessi aut conuicti. 440. 118
Ricimer qui à moliatur in Athemiũ. 471.15
A Ricimere dirigitur legatio ad Anthemium. ibidem 18
eius legatus Epiphanius. ibidem 19
Ricimeris demerita. ibidem 25
cum Ricimere & Anthemio firmatur pax. ibidem 26
Ricimeris proditione necatur Anthemius. 473.9. eius obitus. ibidem.
Ritus Gentilitij reprehenduntur à Gelasio 496.28
Rixa inter Zenonem & Marcianum. 482.8. inter Arelatensem & Viennensem Episcopos de primatu. 445.21
Rogatus monachus martyr. 484.101
Rogationes quando fuerint institutæ. 475.3. & 17.
Rogationũ vsus vbique diffusus. ibidem
Rogationes cur ante Ascensionem. ibid. 17
institutæ sunt à S. Mamerco. ibidem 12
Roma conteritur terribili terræmotu. 442.1
noua Constantinopolis. 448.21
Romam mittuntur legati à Mauritanis. 456
12. ingrediuntur Vandali. 455.12. quadrant Visigothi. 509.6. missus visitator à Theodorico. 500.5
Roma referta omni sorde hæreticorum sub barbaris. 483.15
Romam venit Theodoricus Rex. 500.7. 501. 2. venit S. Cæsarius. 508.15. confugiunt lapsi. 457.2
Romæ damnantur Acta pseudosynodi Ephesinæ. 449.14. parcunt barbari primatijs Ecclesijs. 455. 13. damnatur Petrus Fullo. 483. 52. pugnabant Senatores in schismate. 502.12. hebant Circenses ludi. 509.1
Romam venire exoptat Theodoretus. 449. 129
Romæ pestis orta. 467.2
Romam pœnitentiæ causa Orientales petunt. 452.25. missi legati ab Alexandria. 497.16
Romanorum est persequi Manichæos. 443.2
Romanum Imperium inuadit Arabs Hunnis. 444.34
Romanæ Ecclesiæ prærogatiua. ib. 31. 44. 13
Romanus Pontifex quanti æstimatus apud Reges, & apud Arianos. 447.18
Romani Pontificis verba vt oraculum à generali Concilio æstimata. ibi. 20. Pontifices antiquitatis tenacissimi. ibidem 22
Romana Ecclesia quando cœperit Symbolum in Missa cantare. ibidem 24
Romani dicti Catholici. 456.23. 471.15
Romanum Concilium sub Leone. 444.1. sub Hilario. 465.28. primum sub Symmacho Papa. 499.1
Romanus Pontifex cognoscit & iudicat hæreticos. 476.3
Romana sedes principem locum obtinet. ibidem 31
Romanus Pontifex omnibus præest Episcopis. 445.10
Romana Ecclesia semper fuisset, licet ab omnibus Principibus Orbis conculcaretur. 483.7. semper à Deo custodita. 497.28
Romani Pontif. deponunt primates. 447.26
Romanus Senatus scribit ad Anastasium Imp. laudando Hormisdam Papã. 513.40
Romani cur à Gothis victi. 468.14
an Romanos Dei vindicta, & quare. 476.3
Romana Ecclesia non innititur Lumenæ potentiæ. 483.7
Romanæ Ecclesiæ auctoritas in acta moderatæ. 485.6
Romana Ecclesiæ captiuos redimit. 494.16
Romani Senatores à Gelasio reprehensi. 496.29
Romanum Imperium collapsum ob gentilitium cultum. ibidem 45
Romani populi zelus contra Magos. 594 14
Romana Ecclesia lapsis succurrere consuetit. 487.5
Romanus exercitus fugatur à Persis. 503.32
Romani insectantur Manichæos. 443.3
Romanæ Ecclesiæ vnio cum Alexandrina. fol. 905.1. cum seqq.
in Romano Concilio tractatur causa vitalis Episcopi. 484.11
S. Romani reliquiæ quomodo translatæ in Sardiniam. 504.43
Romulus S. Romanæ Ecclesiæ diaconus legatus Papæ Gelasij. 493.69
Ruffinus legatus Hormisdæ Papæ ad Episcopos Epirotarum. 516.47
Rugorum Rex quid cum S. Seuerino. 473.3. reprehenditur à S. Seuerino. 482.48
Reges vincuntur ab Odoacre. 488.9. Gothi truciores. 499.
Ruina præcedentium posteros docet. 494.36
Ruspensis Ecclesia obtinet Episcopum sanctum Fulgentium. 504.25
Rusticus Lugdunensis Episcopus. 494.45
Rusticus Episcopus Narbonensis. 449.60
Rusticus Episcopus in Concilio Chalcedonensi. 451.63
Rusticus subdiaconus martyr in Africa. 484. 105.

S.

SAbas instituit, vt Trisagion Græcè canetur. 432.40. presbyter ordinatur. 485. 22. falsò accusatur, & absoluitur. ib. 25
Sabæ legationis tempus, & causa. 512.5
Sabas mittitur legatus ad Anastasium Imp. ibidem 10. repellitur ab ingressu ad Imperatorem. ibidem 13
de Saba quid diuinitus ostensum Anastasio. ibidem 24
Sabæ petitio quæ. ibidem 35
Sabas sedat iram Imperatoris contra Eliam ibid. 37. præsto Eliæ est Episcopo Hierosolymitano. 513.8
Sabæ magna constantia & virtus. ibid. epistola ad Anastasium Imperatorem. ibid. 14. vera fides confessio. ibid. 5. secunda legatio ad Anastasium Imp. 513.57
Sabas Marinum sedarguit. ibid. 59
Saba ab Anastasio datur multum auri. ib. 41
oratione pluuia delcendit de cœlo. 513.71. cum seqq.

Sabas visitat Eliam Episcopum Hierosolymitanum. 518.33
Sabæ visio de obitu Anastasij Impe. ibid.24
Sabas vocatur ad iudicium contra Anastasium Imperatorem. ibidem
Sabinianus consul victus à Gothis. 506.8
Sabinianus restitutus in Ecclesiam Parenorum. 451.32. Parentis Episcopus iniustè damnatur in Ephesina Synodo. 449.103.
Sabinianus Consul victus à Gothis. 505.8
Sacerdotum dignũ exemplar S. Leo. 440.2
Sacerdotes mali causa ruinarum. 446.4
Sacerdotum Domini maturum debet esse iudicium. 449.7. delicta, communis est turpitudo. 459.9
Sacerdotes pro populo, & non populus pro sacerdotibus rationem reddet. 492.24.
scire debent quod prædicant 454.18
de Sacerdotibus, & de fide iudicium primo spectat ad Papam. 449.157
per Sacerdotes malos sacramenta ministrata tenent. 497.10
Sacerdotibus etiam discolis obtemperandum. ibid.14
Sacerdotum peccata tegenda. 502.32
Sacerdotum opera patientia sint. ibid. honesta cohabitatio. ibidem 35
Sacerdotes eluntur ex bonis Ecclesiasticis. 507.11
Sacerdotalibus inducentis indigent Alexandrini. fol.912.27
Sacra laureata nominari solebãt Imperatorum imagines. 451.83
Sacra profanis semper Deus præstare voluit. 452.59. à sæcularibus ne tractentur. 518.11.
Sacramenta administrata per Acacium tenent. 504.4. à malis administrata tenent. ibidem
in Sacrarijs Synodi celebrabantur. 451.61
Sacrarium, quid sit ibid. 62. & Sanctuarium idem significant. ibidem.
Sacrificia Ethnicorum fiebant in latibulis. 440.16.
Sacrilegi milites puniendi. 489.18. à Deo puniuntur. 508.34
Sacris periculosè se immiscent Principes. 448.47
Sæculares nequaquam iudicent Episcopos. 451. 80. potestates conatæ sunt quibusdam artibus, immiscere se in electione Roman. Pontificis. 485.11
ad Sæculares & Præfectos confugiunt hæretici. 448.42.
Sæculares sunt sub potestate Pontificum. 496.26.
Sæculares ne se peccando excusent, quod laici sint. ibidem 34
in Sæcularibus rebus Pontifices ius habent. ibid. 26
Sæculares ne sacra tractent. 518.11
Sæculum nostrum quibus vitijs abundet. 496.37
Salustius fit Episcopus Hierosolymitanus. 485.35. commouetur in Sabæ acculatores ibid. 23.
Salustij obitus. 492.56
Salustius quæ gesserit ante obitum. ibidem
Salonius alius S. Lucherij. 441.13. an Episcopus Viennensis. ibid. 13
Salonius Gallus Episcopus litteras Romani Pontificis veneratur. 449.42
Saluianus eximebat eloquentia & sapientia. 441.11
Salus Sebastiani Comitis in dubio. 447.24.
hominum curatur mira Dei prouidentia. ibidem 10
Samuel presbyter excommunicatur. 448.59
Sanctio Marciani Imperatoris de abolenda lege Theodosij contra Flavianum. 453. 47. contra hæreticos. 454.7. contra Anatolium. ibidem 12
Sanctio Leonis Imperatoris pro fide Catholica. 457.9
Sancti viri calumnias effugere non possunt 448.8. laborant pro fide Catholica. 449. 143.
Sanctos venerantur etiam impij. 451.46
Sanctorum animæ egrediuntur interdum à corporibus vt columbæ 440.17
Sancti afflicti iussi Capsuris Regis Maurorum. 456.11
Sanctorum beneficio aliqui consecuti sunt Imperium. 477.4
Sancti deridentur à mundanis. 473.92
Sanctorum aspectus terret multos. 504.19
Sanctos quærunt multi in tribulatione. 507.2
Sanctorum Veneratio maximè prodest. 484.133
Sanctis etiam creditur à paganis. 474.33
Sancti spoliantur bonis Ecclesiasticis ab hæreticis. 510.7. custodiuntur supernaturali auxilio. 506.7. sint presbyteri. 480.11. benedicunt pijs, & non impijs 513.30
in sanctos post homines sunt prælia hæreticorum. 497.23
Sanctorum reliquiæ in terræmotu seruantur illæsæ. 497.13
Sancti interdum à malis arcentur tanquam hæretici. 510.7. sæpè calumniam patiuntur. ibid. 8.9
Sanctorum imagines venerandæ. 509.10
Sanctos sequitur populus. 511.4
Sanctorum sectatores mala patiuntur. 511.12
Sancti ab Anastasio Imp. variè tentati. ibid. 22. sunt velut ossa in corpore. 507.1
Sanctorum testamenta prosunt Ecclesijs, & pauperibus. 508.24
Sanctos custodit Deus. ibidem 31.33
Sancti vendebant vasa Ecclesiæ argentea ad redimendos captiuos. ibid. 11
Sanctorum labores pro Concilio Chalcedonensi. 511.37. cum seqq.
Sancti contemnuntur, & Deus eos extollit. 511.13. sedant Principum iram. ibid. 16. ad cẽpus loquitur & ad tẽpus tacent. ib. 36
Sanctis affertur inopinata annona. 513.34.
patiuntur persecutiones. 517.32. & 36. necesse est vt constantes sint in tentationibus. ibidem.
Sanctorum persecutio ab hæreticis illata. ibid. 51. oratione pluuia descendit de cœlo. ibidem 71
Sancti etiã abstinentes in dignitatibus constituti. 504.33. infirmos sanant. 508.35. fiunt parati ad effundendum sanguinem pro fide. 511.29. liberè reprehendunt etiam Imperatores. ibidem.
Sanctissimi Romani Pontif. appellati. 503.6
Sanctitas simulata eutychetis hæretici. 449.88
Sanguis ab imagine Saluatoris abundanter fluxit. 446.17. S. Euphemiæ repleuit Orbem. 451.59. effundendus pro fide. 511.9
ad Sanguinem effundendum pro fide fuit parati sancti. ibidem.
Sanitas ægrotis reddita virtute crucis. 451.45
Sapientia & eloquentia eminens Vincentij. 441.11
Sapientes calumnia contundebatur. 448.83
Saraceni vulnerant sancti imaginem. 509.10
à Deo puniuntur. ibid.
Saracenorum Princeps ad fidem conuertitur. ibidem 11
in Sardiniam relegatur S. Fulgentius. 504.37
in Sardiniam quomodo translatum corpus sancti Augustini. ibidem 38. itẽrum exulat sanctus Fulgentius. 504.53
in Sardinia ædificat monasterium sanctus Fulgentius. ibid. 54
Satisfactio quærenda ab hæreticis, antequã recipiantur. 482.16
Saturi præclarum certamen. 456.37. summa constantia. ibid. 36
Satyra dicenda est, non epistola, quæ in Cyrilli obitu scripta est. 444.12
ob Scandalum euitandum propria sedem repetebat Theodoretus. 449.121
Scandala maximè vitanda. 515.43
Scelera sacerdotum Britannorum. 446.4.
hæreticorum quæ. 452.31. & facinora Dioscori leguntur in Concilio Chalcedonensi. 541.31
Scelesti à Deo puniuntur. 508.35
Schisma inter Orientales & Romanum Pontificem. 492.29. post Anastasij Papæ mortem. 497.38. partim tollitur per Theodoricum Regem. ibid. ambiguitate perplexum. ibidem 39
in Schismate pugnabant senatores in Vrbe. 502.12
Schisma recrudescit tempore Symmachi Papæ. 500.3
in Schismate necati martyrio coronati sunt 502.13
Schisma sublatum Romæ. 503.11. remotum ab Occidente. 518.1
Schismaticorum falsi prætextus. 494.16
Schismatici visitatorem petunt. 499.34
Schismaticorum rabies & crudelitas. 502.12
Schismaticis datur tẽpus retipiscendi. ib. 20
Schismatici Romæ non quiescunt. 503.2. libellum offerunt contra Quartam Synodum. ibidem 3
Schismaticorum obiectiones contra Symmachum. ibidem 4
Schismatici scelesti. ibidem 5
Scripta Theodoreti numerantur. 445.11. à Theodosio iniustè damnata. 449.129. igni tradi mandantur. ibidem 134
Scripta suppositia Gelasij papæ nomine. 496.5
Scripta Gennadij diriguntur ad Gelasium. 490.44 sancti Honorati probata. ibid. 43. sancti Fulgentij desideratur. 504.49. Fausti celebrantur. 490.11. quę tamen minimè sunt tuta. ibidem 13
Scriptor rerum Theodosij quis fuerit. 511.21
Scriptores plures contra Eutychianos. 412. 6. omnes sint sub arbitrio Papæ. 490.47
Scripturæ diuinæ non alio modo intelligẽdæ sunt, quàm docuerunt Apostoli & Patres. 451.7. exempla maximum afferunt solatium. 444.21
Scythia occupatur à Vitaliano. 514.49
Sebastianus Comes ab Hispania ad Africã pertransit. 445.5. fuit illustris. ibidem.
Sebastiani certamen, & confessio fidei. ibid. 6. quid de eius salute. 440.6
Sebastianus Episcopus Soranus. 502.18
Secretarium in basilica S. Euphemiæ quale fuerit. 451.61
Sedes Hunnorum vbi fuerit. 444.15
Sedes propria Episcopalis repetitur à Theodoreto obscandalum euitandum. 449.121
Alexandrina prima post Romanam. 494. 20. Antiochena secunda post Romanam. ibid. Archiepiscopalis Arelatensis quando inceperit. 508.29
cum Sede Apostolica communicare debent Ecclesiæ. 516.27
Sedes Apostolica. Vide, Papa.
in Sede Apostolica semper religio permansit immaculata. 517.31
Sedit Iob supra sordes extra ciuitatẽ. 483.64
Seditiones excitantur ab hæreticis. 448.33.
vrbiũ earũ statũ vocant in dubiũ. 483.31
Semina zizaniæ iaciunt hæretici. 447.4
Senator presbyter S. Leonis legatus. 450.8
Senatores Romani à Gelasio reprehensi. 496. 29. in Vrbe pugnabant in schismate. 502.13
Senatus Romanus scribit ad Anastasium Imperatorem, quàm promptus sit Hormisda Papa pro reb. fidei. 515.41. quid cum Synodo pertractauerit. 502.16
ad Senatũ Romanũ epistola Anastasij. 516.5
Seneca hæreticus stupidus. 493.31
Sententia iniqua in S. Flavianum. 449.95
Sententiæ libellus quomodo redditus Acacio. 484.34

Septem canones sancit in Concilio Turonensi. 482.47
Septimus monachus martyr. 484.10
Septuagintaseptem Episcopi subscripsêre sententiæ in Acacium latæ. 484.13
Sepulchra Sanctorum à Deo præparantur. 416.24. duo distantia miraculosè coniuncta. 480.21
de Sepulchro & Ecclesia S. Petri. 461.5
Sepulchrorum effossores sunt puniendi. 447.27
Sepultus est vivus Zeno Imp. 491.1
Sepultura Danielis Stylitæ. 489.4
Sera vindicta magis dira venit. 491.3
S. Sergij invocatione liberatur ab igne Judæus. 471.33
Sergius monachus ad Anastasium Imper. & ad Hormisdam Papam mittitur pro fide. 517.52. & 56
Sermo dulcis & rectus dura corda mollit. 490.4. est acutior ferro. 494.54
Seronatus Præfectus scelestissimus. 468.11
de Serpente circa Danielem prodigiũ. 476.58
S. Seruatij peregrinatio quando. 451.38
Serui VVandalorum effecti nobiles Carthaginenses. 440.7. non sunt ordinandi, Leonis decreto. 441. 6. Dei dexteritate atq; prudentia corrigendi. 444.12. se purgare debent à calumnijs. ib.24. ab omnibus laudandi. 449.110
Serui enadunt pauperes. 465.16
Serui qui Deo fidem non seruant, neq; hominibus seruare possunt. 494.58
Seruitus docet modum imperandi. 451.8
Seruus Tuburlitanus dirè vexatus. 484.83. subdiaconus martyr in Africa. 484.101. occiditur à Theodorico, quoniam fidem Deo non seruauit. 494.58
Sessiones Conciliorum aliquando etiam Secretaria dictæ. 451.61
in Sessoriano Palatio Synodus celebratur. 502.7
Seueriani Episcopi martyrium. 452.30
Seuerianus Episcopus Orthodoxus Seuerum damnat. 513.3
de Seueriano diuino miraculo ad fidem cõuersõ. ib.19
Seuerianus Eucharistiam coniugi euomere fecit. ib. in lutum proiecit. ib.
Seueriana fœmina ad fidem conuersa. ib.21
Seuerianæ fœminæ Virgo Maria apparuit, & ipsam reprehendit. ib.
Seuerianus Palæstinæ Dux Catholicus redditur. ibid. in monumentum Domini ingredi non potuit. ib.22. propriũ peccatum confitetur. 513.24
Seueriani conuertuntur propter miraculũ asseruatæ Eucharistiæ. ibid.
Seueriani impietas signo visibili ostenditur. ibid. 27
Seuerianæ fides fuliginosa, squalida, & fœtida. ibid.
cum Seuerianis communicare, est fornicari. ib.29
Seuerianus per S. Ioan. Silentiarium cognitus. ib.30. per S. Ioannem conuersus. ibid. Comes legatus Anastasij ad Hormisdam Papam. 516.4.
S. Seuerini magna humilitas. 454.26
Seuerinus Ecclesiæ Noricorum valdè proficuus. ib.27. pœnitentiam prædicat. ib.30 Viennensibus fame laborantibus succurrit. ib.33. ante duos annos monstrauit diẽ quo transiturus esset è corpore. 482.58. Noricorum Apostolus. 473.2
cum Seuerino quid Rex Rugorum. ibid.
Seuerinus præmonet Regem de euitandis insidijs. ib.4. contemnitur à Regina, quæ punitur. 472.6
Seuerinum Regina veneratur. ib.7
Seuerini insigne miraculum pro fide. ib.9
Seuerinus quomodo famem propulsauerit. 475.34 prædicit tempus Regis Odoacris. 476.2. quæ ad Rugorum Regem & Reginam. 482.58
Seuerini vaticinatio de futura transmigratione. ib.59
Seuerinus quid in fratrem Regis. ib.60
Seuerini obitus. ib.63. & 62. corporis translatio. 488.11. corporis fragrantia. ib. pro cibus mutuis loquitur. ib.13. corpus trãslatum Neapolim. 496. 49. eius vehiculo liberata fœmina ab ægritudine. 496.50. etiam meritis ipsius obsessi à dæmonibus curati. ibid.
Seuerino ædificatum monasterium. ibid.
Seuerinus fanat Clodoueum. 508.35
Seuerus Imp. & occiditur. 465.31
de Seueri, siue Seueriani Consulatu. 470.1
S. Seuerus Treuirensis Episcopus. 479.15
Seuerus hæreticus Constantinopoli. 510.10. Episcopatum, Antiochenum quærebat. 511.15
pro Seuero laborat Anastasius. ib.
Seuerus qualis impius. ibid.
Seueri primordia, ex mago hæreticus. ib.17. varius status. ib.19
Seuerus fidem mutat pro ratione temporis. ibid.20
Seuerus Episcopus Antiochenus. 513.1
de Seuero epistola monachorum ad Alexandrinum. ib.2
Seuerum damnãt Episcopi Orthodoxi. ib.9
Seugrus insurgit in Eliam Episc. ib.7. tentat decipere Regem Sarracenorum. ib.
Seueri legatis illudit Rex Sarracenorum. ib.
Seuerus persequitur Syrię monachos. 517.52.
Seueri carnificina. ib.55
à Seuero plures occisi monachi. ib.
Sicilia defenditur à Cassiodoro Seniore. 440.5
Siciliæ Episcopos epistola S. Leonis. 447.25.
Sicilia à VVandalis deprædatur. 454.22
in Sidone Synodus ab Anastasio congregatur. 512.3
Sidonij epistola de statu Maximi. 455.7
Sidonius donatus statua & coronis. 458.1.
creatus Episcopus Aruernensis. 472.12
Sidonij Chronologia. ib.13. humilitas. ib.18.
Sidonius inuidiam passus. ib.22
Sidonij epistola ad Papianillam. 474.12
Sidonius pro Aruernẽsibus orat. 475.8. quid de legationibus ad S. Mamercum. ibid.13
Sidonij epistola ad Basilium de Galliarum statu. 475.22. expostulatio aduersus legatos. 488.7. iusta reprehensio de iniqua pacis condizione. ib.9. carmen in basilica S. Martini. 482.50. epistola ad Orientium, in qua se excusat. 484.137
Sidonius quanto tempore in Episcopatu ederit. ibid.
Sidonij scripta. ib.139
Sidonius quę passus à prauis presbyteris. ib. 140. quid diem obiturus. ib.191. valdè celebrat scripta Fausti. 475.13. vi abripuit scripta Fausti. ib.14
Sigismudus Rex à S. Auito cõuersus. 494.69
Signum diuinum apparuit in electione S. Remigij. 471.36
Signo Crucis nos munire debemus in angustijs. 494.37. maleficia euacuat. ib.33. Iuliarius se à veneno custodit. 513.6
Signa tunc potissimùm fiunt, cùm vehementiora instant mala. 451. 45. acta vitæ in morte piorum cernuntur. 492.3
Silentiarius missus ab Imp. ad Concilium. 448.45. custoditus à Leone. 509.8
Silentium in hæreticos magnum est. 489.135 affectatur, reprehendendum. 483.22
Siluani Episcopi causa tractatur apud summum Pontificem. 436
Siluanus monachus conuertitur. 452.36
Siluester Cabilicensis Episcopus. 509.12
Simeon Stylita contrarius Theodosio Eutychiano. 451. 153. Eudociam Augustam conuertit. 455. 19. ad Basilium pro fide. 458.18
Simeonis Stylitæ obitus. 460.17. eius acta. ibid.
Simeon Orbis concionator. ibid.18
S. Simeonis translatio. 465.24
Similitudines omnes aliqua in re dissimiles. 496.81
Simoniaca prauitas quæ mala parit. 496.9
in Simoniacos quid statutum sit. 459.3.
Simplicius Tiburtinus creatur Papa. 463. restituit Leoni Imper. ib. 11. Acacio Episc. Constantinop restitit. 471. 6. scribit ad Zenonem Imp. pro Ecclesia Dei. 476.9. Papa ad Acacium pro Ecclesia Dei. 479.18 ad presbyteros & Archimandritas cõtra Timotheum. ib. 32. ad Zenonem Imper. pro vera fide. 477.6
ad Simplicium Acacius de Alexandrina Ecclesia. 478.1
Simplicij peruigil cura totius Ecclesiæ. ib.5
Amplicius ad Acacium pro Ecclesia Alexan. ib.8. ad Zenonem Imp. pro Alexandrinis. ib.9. ad Acacium pro Alexandrina Ecclesia, & contra Petrum Mogum. ib.13
Simplicij epistola ad Zenonem de rebus antiochenis. 479.5
Simplicius ad Acacium de Antiochena Ecclesia. ib.10. coërcere studet elatam mentem Acacij. ib. ad Acacium de Palæstinorũ Episcopo Antiocheno. 482. 1. ad Acacium ipsum reprehendendo. 482.13.19. hortatur Acacium ad meliora. 482.17. arguit Ioannem Episcopum Rauennatem. ib.44
Simplicium appellat Ioannes Episcopus Alexandrinus. 483.1
Simplicius redarguit rursum Acacium. 492. mortuus. ib.4. quæ scripsit. ib.
Simplicij Papæ ordinationes. ib.9
Simplicius Papa auxit bona Ecclesiæ. ib.45
Simplicius Episc. in Gallia exulat. 475.25
Simplicius discipulus S. Benedicti. 494.71
Simulatio magna Eutychianorum. 452.41. Zenonis. quòd damnaret Eutychianam hæresim. 482.32. religionis Anastasij Imp. 514.42. 516.9. Anastasij magna. 516. 2. cum seqq. quantum Deo displiceat. ib.
Simul Saiope interdũ vincitur tyranni. 517.1
Simulationes hæreticorum quę. 510.6. 514.42
Simulatores sunt hæretici, & periuri. ib. 41. cum seqq.
Sinclitius diaconus legatus ad Gelasium Papam. 492.8
Sixtus Tertius quo tempore mortuus fuit. 440.1
Societas malorum semper fugienda. 494.11. 516. 59. 517.5. cum hæreticis omninò fugienda. 517.
Socij perversitatis peruersi eximendi. 494.9
Sobordij Acacij suspecti. 476.2
Solatium maximum ex Scripturæ exemplis. 444.20
Solet deterere apparet. 484.116
Solem adorabant Manichæi. 443.5
Solis cultus superstitiosus sublatus. ib.
Solemnitatibus se immiscet dæmon. 511.3
Solicitudo omnium Ecclesiarum ad Papam pertinet. 478.2
Solitudo miserãda aliquarum Ecclesiarum in persecutionibus. 475.27
Somnium Anastasij Imperatoris. 518.16
Sorte statuitur religio inter Episcopos & monachos. 477.28
Sorichus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ. 512.29. nequissimus omnium hominum. ibid.
Spectacula vetita de ludis festis. 469.8
Spes vana hæreticorum. 476.35
Spes melioris status est solamen præsentis miseriæ. 476.24
Spes impiorum frustratur. 518. 24
Spes vana actum est Acacij. 472.5

Spicæ germinantur ab Eucharistia asseruata. 513.25
de Spiritu S. liber compositus est à S. Fulgentio. 504.52
Spiritum S. in forma columbæ repræsentari, & minimè ipsam columbam esse Spiritum S. tenent Christiani. 485.19
in Spiritu cognouit Ioannem Silentiarium S. Sabas. 498.10
Splendor ciuitatum non dat prærogatiuam Ecclesijs, sed successio Apostolorum. 451.141
Spolia Episcoporum rapiebantur à Fisco VVandalico. 483.80
Sporacius Comes auxiliatur Theodoreto contra Chrysaphium. 449.140. laudatur ob insignem pietatem. ibid.
ad Sporatium Theodoretus de eius zelo & animi propensione. ib.14
Stabilis et fides confessione S. Petri. 483.71
Statua erigitur Theodorico. 482.10
de Statu Gallicano epistola Sidonij ad Basilium. 475.2
Status Alexandrinorum miserrimus. fol. 913. 23. miserandus Orientalis Ecclesiæ. 516.41 miserandus Reipublicæ Christianæ Arianorum tempore. 476.6
Stephanus Episcopus Ephesinæ Synodo interfuit. 445.78
S. Stephani oratorium seruatum ab incendio. 483.39
Stephanus à sede Ephesina deponitur. 451.13
Stephanus Episc. Antioch. martyr. 479.2
Stephanus alter Episc. Antiochenus eligitur ibid. 4. & 10
Stephanus Iunior quanto tempore sederit. ibid. 13
ad Strategium Pulcheria scribit contra tumultuantes. 451.28
Studium simplicij Papæ in coërcenda elatamente Acacij. fol. 27. Eutychetis vt videretur Catholicus. 449.5
Subditi obedient prælatis. 515.24
Subditorum bona curet Episcopus. 444.43
Subditi diligant prælatum. 502.10
Subrogatio Anatolij in Episcopatu Constantinopolitano pro Flauiano. 449.103. iniusta Achanasij Episcopi pro Sabiniano ibid. iniusta Nonni Episcopi pro Ireneo ibid.
Subscriptio in Concilijs non ad presbyteros, sed ad Episcopos spectat. 448.40. Episcoporum in Concilijs quo ordine fieri debeat. 451.17. prima Hilarij in Concilio Arausicano. 541.5
Subterfugia Eutychetis hæretici. 449.56. 448.48
Successio Apostolorum dat prærogatiuam Ecclesijs, & non splendor ciuitatu. 451.141
Successorem nullus Romanus Pontifex sibi elegit post sanctum Petrum. 499.9
Sueui vincuntur à Theodorico. 456.4
Summa virtutum omnium est charitas. 448.21
Superbia Hilarij Episcopi Arelatensis comprimitur. 445.9. quantum Deo displiceat 497. 11
Superbiæ reprehenditur Acacius. 483.23
Superiores semper sunt excusandi. 515.14 curent reuocare lapsos. 517.12
Supernaturale quid sit Sanctis Dei. 509.9
Superstitiones Scythæ. 444.41
Superstitio Manichæorum de Solis cultu. 443.5
Superstitiones gentilitiæ edicto tolluntur. 451.160. ab Ecclesia tollendæ. 447.27. 496. 28. & 36
Superstitiosi à Gelasio conuincuntur. 496.41. fatalem necessitatem inducunt. ibid. 40
Susceptio honorifica Legatorum Rom. Pont. à Marciano Imperatore. 451.23
Suscitatur mortuus à S. Leonardo. 514.35
Suspecta Acacij socordia. 478.22
Suspenditur Vitalis Episcopus à sumino Pontifice. 484.25
Suspectæ mulieres à clericis fugiendæ. 502.35
ysagria sanctissima fœmina. 494.53
de Symboli additamento & quando. 447.19
symboli additamentum plures populi receperunt. ib.20. constituit vt canereturin Ecclesia Romana Benedictus Papa VII. ib.23. maxima vtilitas. ib.21
Symbolo Apostolico antiquo cur semper vsa sit Romana Ecclesia. ib. 23
Symbolum nouum seruandum propositum Episcopis à Zenone Imp. 483.16
Symbolum Apostolorum profitentur hæretici, sed malè interpretantur. 511. 10. Ephesinum, Nicænum, & Constantinopolitanum à Chalcedonensi Concilio confirmatur. 451.167. Nicænum quale. 449.82
Symmachus creatur Papa. 498. 3. schisma consurgit. ib. Concilium primum Romæ congregat. 499.1
Symmachi constitutiones contra ambientes Pontificatum. ib.6
Symmachus Anastasium Imper. admonet. 499.11
Symmachi tempore iterum schisma recruduit. ibid. 34
Symmachus iterum Concilium Romæ congregat. 500.2
à Symmachi cõsuetudine abstinuerunt interdum Episcopi. 502.3
Symmachi auctoritate, & non Regis, congregatum Concilium Romanum. ibid. 6
in Symmachum quãtus populi amor. ib.10
Symmachus redit in basilicam S. Petri. ib.11 ad Theodoricum quæ nuncianda miserit ibid. 14
Symmachi causam Theodoricus Synodo dimittit. ibid.
in Symmachi absolutione sententia Synodi. 502.18
Symmachi decretum de non alienandis bonis Ecclesiæ. ib. 24. summa modestia cum constantia. ibid. 29. 503.8
à Symmacho excommunicatur Anastasius Imperator. 502.30
Symmachi apologeticus libellus aduersus Anastasium Imper. 503.18
Symmachus valde reprehendit Anastasium Imp. ib. 18. cum seqq. fatalo ab Anastasio accusatus tanquam Manichæus. ib. 22. Manichæus exagitat. ib. 31. congregat vsque ad sextam Synodum Romæ. 504. 3. alij exules Episcopos. ib. 40
Symmachi consolatoria epistola ad exules Episcopos. ibid. 41
Symmachus reliquias Sanctorum mittit in Sardiniam. ib. compatitur Ecclesiæ Orientali. 513. 34. confirmat decretum S. Leonis Papæ super priuilegijs Arelatensis, & Viennensis Ecclesiarum. 513.46
Symmachi epistola ad Orientales. 512.3
Symmachus hortatur Catholicos viriliter agere. ibid.
ad Symmachum Orientalium epistola. ib. 46
Symmachus rogatur, vt auxilium præstet Orientalibus. 512.46. cum seqq. papa moritur. 514.6. quas basilicas erexerit & ornauerit. ib. 9. quæ ornamenta basilicæ sancti Petri dederit. ibid. 3
Symmachi opera illustria, & quæ. 514.9. ordinationes. ibid. 12
Symmachus iudex constitutus à Theodorico. 504.7
Synodalia hæreticorum minimè recipit Elias Episcopus. 513.8
Synodalis epistola ad Hormisdam Papam. 516.47
Synodus prouincialis non sine Metropolitano celebratur. 447.16. Prædatoria, vel Latrocinij. 1 Ephesinum. 449.75
Synodos ingrediuntur hæretici ambitioso freti comitatu. 448.45
ad Synodum Ephesinam quos legatos miserit S. Leo. 449.37
Synodi Romanæ sententia in absolutione Symmachi. 502.18
Synodus Romana quid cum Senatu Romano egerit. ibid. 16
Synodi eiusdem alia actio. ib.22
Synodus peccata sacerdotum tegit. ib.32
Synodum congregare simulabat Athanasius Imp. 514.42
Synodus in Sindone ab Anastasio congregatur. 512.3
de Synodi in Sindone tempore. ib. 5
Synodus Episcoporum Epirotarum. 516.43
ad Synodum in Epiro habitam Hormisdæ Papæ epistola. ibid. 53
Synodus. Vide, Concilium.
Syriæ monachi à Seuero afflictati. 517.51. cõfugiunt ad Anastasium Imp. & ab eo expelluntur. ib. 52

T.

Tarraconenses Episcopi quid ad summum Pontificem scripserint. 465.19
Tarraconensis Synodus in Hispania. 517.69
Tarraconensis Synodi canones. ib.
Trasilla sancta virgo. 492.2. ad cœlum vocata à S. Felice Papa. ib.3
Templum Dei genitrici ædificatur. 457.6. pulchrum Mariæ Virgini à Cyro dicatur. 446.16. Mariæ Virgini erigitur à Leone Imperatore. 457.6
in Templo collocatur vestis B. Mariæ Virginis. 424.4
Templum S. Stephani est ab Eudocia Augusta constituitur. 460.22
Tempus quo ordines sunt cõferendi. 444.38
Tempus quo fuit propalatum Trisagion. 446.43
Tempus resipiscendi dandum aduersarijs. 502.20
Tempore necessitatis succurrit Deus. 513.20 cum seqq.
Temerarius conatus & fastus Acacij. 472.4
Temeritas Auitiani sacrilegi repressa diuinitus. 482. 63. Friderici erga sacra non remanet impunita. ibid. Petri Fullonis diuinitus reprimitur. 481.15
Tentationes Sanctorum multæ. 511.21. & 25
in Tentationibus necessaria est constantia. 517.36
Tentatio Seueri, vt decipiat Regem Sarracenorum. 513.42
Tentationes patiuntur Sancti. 517.33. vtiles Christiano. ibid. 22
Tergiuersatio inanis defensorũ Acacij. 485.3
Terra dehiscens viros absorbuit. 446.7
Terræmotus terribilis concussit Romam. 442.1. corruũt quinquaginta septem turres Constantinopoli. 446.5
Terræmotus ingens in Orbe. ib.6
ex Terræmotu miserandi casus exorti. ib.7
Terræmotu Roma concutitur. 448.1
Terræmotus magnus Antiochiæ. 458.57. ex quo multa mala. ibid. 29. 30. prodigiosus Constantinopoli. 477.14. ingens in Ponto. 499.13
in Terræmotu seruantur reliquiæ Sanctorum. ibid.
Terræmotus magnus in Dardania. 418.14
Terror S. Eulaliæ cohibuit Theodoricum à deprædatione Emeritensis vrbis. 456.4. diuinitus cohibuit Anastasium Imper. ne occideret Iustinum & Iustinianum. 518.15
Thessalonicensis Ecclesiæ legati ad Roman. Pont. pro pace. 497.17. Ecclesia habet subiectam prouinciã Epiri. 513.24. Episcopus confirmabat Archiepiscopum Epiri. ib.35
Testamentum quæ reliquerit S. Cæsarius monasterio. ib. 28. quæ Cypriano Episcopo. ib. quæ Cæsariæ suæ sorori Abbatissæ. ib. 27. quæ Agrœciæ puellæ. ib.
Testamenta Sanctorum prosecua Ecclesijs & pauperibus. 508.23
Testificatio clericorũ Edessæ pro Iba. 443.63

Textus Iustinianei Codicis restituitur. 454. 10
Thalassius Archiepiscopus vocatus à Theodosio ad Synodum Ephesinam cum Dioscoro. 449. 26. interfuit Synodo. ib. 77. Cæsareæ Cappadociæ Episcopus indulgentiam consequitur in Concilio Chalcedonensi. 451. 91. Epist. Andegauensis. 453. 56
S. Theclæ beneficio recepit Imperium Zeno Imperator. 477. 4
Theodomirus Rex Hispaniarum Catholicus. 448. 83
Theodoreti epistola de Carthaginensium malis. 440. 8. ad Domnum. ibid. epistolæ plures ad diuersos pro Cælestiano. ib. 11
Theodoretus Cyprianum Episcopum commendat. ib. 13
Theodoreti epistola ad Eustathium pro Maria nobilissima Carthaginensi. 440. 14
Theodoretus cogitur redire Cyrum. 443. 8
Theodoreti epistola ad Eusebium Ancyræ. ibid. 9
in Theodoretum calumniæ. ib. 11
Theodoretus sua scripta numerat. ib. 12. defensorem se exhibet catholicæ fidei. 443. 13
Theodoreti epistolæ ad diuersos. ib. 1
Theodoretus defenditur ab impostura epistolæ Nestoriani de obitu S. Cyrilli. 444. 13 & 16. cum seqq. calumnias sibi illatas æquo animo sustinet. ibid. 23. Catechista Antiochenus. ib. 23
Theodoreti Catholicæ fidei professio. 444. 35.
Theodoretus secutus est doctrinam Patrũ. ib. 27. curat Cyri ciuitatis tributorum remissionem. ib. 43. maximè studiosus erga suos. ib. 41. magnam curam gerebat Petri presbyteri medici. ib. 47
Theodoreti epistola ad Pulcheriam Aug. de releuandis tributis. ib. 44. epistola ad Apellam de cura Episcopi erga subditos. ib. 46. ad Nomum Consulem tres epistolæ. 445. 5
Theodoretus scribit ad Sallustianum de cladibus sui temporis. 446. 27
Theodoreti epistola ad Domnum de causa Irenæi. 448. 2. status qui. ib. 31. epistola ad Nomum Consularem. ib. 12
Theodoretus consutat aduersariorum calumnias. ib. 13. exoptat vt benè consulatur Ecclesiæ. ib. 15
Theodoreti duæ epistolæ ad Flauianum. nouma de fidei confessione, secunda qua conqueritur de Dioscoro sibi inimico. ib. 17. epistola ad Flauianum Episc. Constantinop. de fidei confessione. ibid. epistola ad eundem, vbi conqueritur de Dioscoro. ibid. ad Basilium de noua hæresi Eutychiana. ibid.
Theodoretus quæritur de Dioscoro. ib. 2. calumniam patiens queritur. 448. 79. vndique appetitus calumnijs. ib. 81. prohibetur ne accedat ad Conc. Ephesinum. 449. 24. ad Protogenem Consulem scribit pro Ecclesiæ pace. ib. 2. ad diuersos de Ecclesiæ tranquillitate. ibid. 3. ad Renatum de eius cõstantia. 449. 99. ad S. Flauianum ipsum laudando. ib. 110. ab Ibam ipsum cõsolando. ib. 111. legatos mittit ad Sedem Apostolicam pro sua restitutione. ib. 114
Theodoreti epistola ad S. Leonem. ibid. 115. præconia de Romana Ecclesia. ibid. 116
Theodoretus ad Apostolicam sedem appellat. ib. 120. queritur se depositum à sede Episcopali. ib. 118
Theodoreti integra fides & labores. ibid. 119
Theodoretus ob scandalum sedem repetit. ibid. 121
Theodoreti paupertas. ibid. 122. epistola ad Renatum, qua ipsum laudat, & ab eo auxilium petit. 449. 123
Theodoretus ad Florentium Episcopum scribit pro defensione fidei. ib. ad Archidiaconum Romanum pro fidei defensione & tranquillitate. ib. ad Anatolium vt petat sibi concedi licentiam Romam veniendi. ib. 129. ad eundem commendando S. Leonis epistolam ad Flauianum. ib. 130
Theodoreti scripta iniustè à Theodosio damnata. ib. 133
Theodoretus ad Anatolium scribit contra hæreticos. ib. 139. scribit ad Anatolium de reciproco amore in tribulationibus. ibi. 138. ad Alexandram ipsi gratias agẽdo. ib.
Theodoretes, Sporatius Comes auxiliatur contra Chrysaphium. ib. 140. Constantinopoli minimè omninò credebant. ib. 140
Theodoretus suspicione se purgat historica tractatione contra Nestorium. ibid. 141 scribit ad Sporatium Comitem eius pœtatem laudans. ib. 142. ad Ioan. Episcopũ de turpi Orientalis Ecclesiæ fatu. ib. 170
Theodoreti epistola ad Abundium lectum sedis Apostolicæ. 450. 31. fidei confessio. ibid. 33
Theodoretus subscribit epistolæ S. Leonis. ibid.
pro Theodoreto Vincomalis agit. ib. 33
Theodoretus ad Vincomalum de iniurijs sibi iniustè illatis. 450. 37. ad Anatolium Patricium pro fide & Ecclesiæ pace. ibid. 40. ad Asparem Cons. pro Orientali Ecclesia. ib. 443
Theodoreti dignæ laudes. ib. 46. humilitas. ibid. 47
Theodoretus ad Ioannẽ Archimandritam pro Catholica fide. ib. 46. à Synodo Chalcedonensi admissus. 451. 31. à Conc. Chalcedonensi restituitur. ib. 125
ex Theodori abdicatione magna Christo gloria. ib. 133
S. Theodori imago à Turracenis vulnerata. 509. 10
Theodulus presbyter & scriptor. 490. 2
Theodosius Imper. helium contra Vvandalos mouet. 441. 17. tributũ pendit Attilæ. 446. 27. Nestorium nomen placat. 448. 2. præsidium mandat contra hæreticos. ib. 6
Theodosio Eutychetis libellus oblatus. 449. 13.
Theodosij epistola ad Dioscorum de Synodo Ephesina. ib. 22
Theodosius Dioscorum in Synodo præficit. ibid.
Theodosij Imp. alter libellus ab Eutyche porrectus. 449. 18
Theodosius ad Dioscorum de Barsuma. ibid. 29
Theodosij epistola ad Barsumam. ib. 39
Theodosius sibi iusurpat in Synodo. ib. 27
ad Theodosium S. Leo scribit ne congreget Concilium Ephesi. ibid. 37
Theodosij illæ litteræ. ib. 35. Imper. edictum pro pseudoconsilio Ephesino. 449. 131
ad Theodosium Imper. §. Leo, & Synodus Romana scribit cõtra Ephesinum Synodum. ib. 150
Theodosius Imper. à S. Leone reprehenditur magna dexteritate. ib. 152. 153
ad Theodosium Valentinianus pro defensione fidei & Rom. Pont. ib. 157. Galla Placidia mater pro fide Catholica, & S. Leone summo Pontifice. ib. 159
Theodesij epistola ad Valentinianum, vbi defendit Ephesinam pseudosynodum & contra S. Flavianum. ib. 165
Theodosius ad S. Leonẽ pro Anatolio. 450. 8
Theodosij varia conditio. ib. 31. pœnitentia. ibid. 12
Theodosius Eudoxiam coniugem reprehendit. ib. 13. moritur, & causæ ipsius obitus. ibid. 15
Theodosius Episcopus omnium scelestissimus. 452. 27
Theodosius Eutychianus pseudomonachus. 508. 153. magni nominis Cœnobiarcha. 511. 25

Theodoſij vitæ ſcriptor quis fuerit. ibid.22
Theodoſius ab Anaſtaſio auro tentatur.ibidem.26
Theodoſij conſilium in accipiendo eleëmoſynam ab Imp. miſſam. ibi. 27. epiſtola ad Anaſtaſium Imp. apologetica. ib.29
Theodoſij generoſa confeſsio. ib.30
ad Theodoſium Anaſtaſij epiſtola ſe excuſando. ibid.31
Theodoſius veritatem aperit & propugnat. ibid.33. circuit regiones, & armat omnes pro fide tuenda. ibid.34
in Theodoſij atrio occiduntur multi. ibid.
Theodoſius filius Calliopij Auguſtalis. 516.41
Theodoſianus Codex iuſſus interpretari ab Alarico. 508.9
Theopaſchitarum hereſis inſtauratur.482.7
Theophili relatio de Eutyche. 448.38
Theopompus Comes mittitur legatus ab Anaſtaſio Imp. ad Hormiſdam. 516.4
Thomani perſequuntur Arianos. 455.17
Thomas ax riga recedit ab Oriente. 509.5
Thomam aurigam amplectitur Theodoricus. ibid.
Thraciæ vaſtatur ab Attila. 442.1
Thracias inuadunt Bulgari. 498.12
Thracia à Bulgaris deprædata. 502.39. occupatur à Vitaliano Duce. 514.40. communicat cum Apoſtolica ſede. 516.27
Ticinenſis Ciuitatis magna clades. 475.5
Ticinenſes quid paſsi à Theodorico. 489.7. à Rugis victi. ibid.9. Epiſcopus creatur Ennodius ex Diacono. 515.18
Timotheus olim monachus quæ tentauerit 457.12
de Timotheo querelæ. ibid.14
Timotheus ſceleſtus noua tentat. ib.16. introduitur in ſedem Alexandrinam. ibid.17
exercet Pontificalia. 457.21
Timothei mira ptocacia. ibid.25.29
Timotheus indignus iudicatur ſacerdotio. ib.37. tyrannus Alexandriæ Eccleſiæ. ib.52
expellitur à Leone Imper. 460.5. pœnitentiam ſimulat. ib.3. excluditur à ſpe recuperandæ ſedis. ibid.7. relegatur ab Imper. ib.8. parricida comparatur Cain. 476.10.
exilio liberatus audaciæ euadit. 475.36.
Conſtantinopolim venit triumphali pompa. ib.37. ſceleribus plenus. 476.9. proſciſcitur Alexandriam. ib.45. veneno moritur. 475.18
Timotheani hæretici à Timotheo. ibid.17
Timothei ſcripta hæretica. ib.19
Timotheus hæreticus Epiſc. Conſtantinop. 511.7. ad horas fidem mutat. ibid.11. Scholaſticiolus creatur Epiſcopus Alexandrinus. 460.2. legatos mittit Romam. ibid.9
ad Timotheum S. Leo gratulatorias literas ſcribit. ibid.10
pro Timotheo Simplicius Papa ad Zenonem ſcribit. 470.42
Timotheus legatos mittit ad Simplicium Papam. ib.8. cur legatos ad Zenonem Imper. mittit. ib.9
ad Timotheum Epiſcopum Conſtantinopolitanum Hormiſda Papa. 517.10
Timotheum reuocare curat Hormiſda Papa. ibid.11
Timothei inopinatus interitus. 517.61
Timotheus diaconus legatus S. Leonis. 460.
Timere eſt tyrannorum. 449.168
Timor Principum multos interdum in ſcelera pertrahit. 516.38
cum timore educandæ ſunt filiæ. 474.14
Tituli non ex meritis, ſed ex conſuetudine dari ſoliti. 502.21
Tolerantia hæreſum periculoſior ignauiæ, quàm patientiæ tribuenda eſt. 483.15
Toletanum Concilium quando celebratum 447.17
Tonitruo Spiritus S. aduerſarij concutiuntur. 484.88
Toriſmundus quanto tempore regnauerit. 451.51
Torpor Orientalium Epiſcoporum in ſchiſmate. 445.170
Tractatione hiſtorica ſe purgat Theodoretus contra Neſtorium. 449.141
Tranquillitas omni regno eſt deſiderabilis. 493.4
Tranquillitatis bona. ib.3
Tranſitus Sebaſtiani Comitis ab Hiſpania in Africam. 440.5
Tranſlatio S. Flauiani Epiſcopi & martyris. 450.24. S. Iuliæ. 440.18. reliquiarum Anaſtaſiæ martyris. 458. 37. S. Simeonis. 465. 34. reliquiarum S. Euſtathij. 482.4. S. Martini. ibid. 49. Euangelij S. Matthæi. 458.13. corporis S. Seuerini in Italiam. 488.12. corporis S. Seuerini Neapolim. 496. 49. S. Seuerini Neapolim procuratur à Barbaro. b.57. corporis S. Auguſtini. 0504.38
in Tranſlatione Sanctorum perſæpè mira cula. 496.50
Trãſamundus regnat in Africa. 495.26. Rex Catholicos perſequitur. 504. 23. nouis artibus Orthodoxos tentat. 504. 45. Fulgentium reuocat Carthaginem. ibid. 46. ſcriptis prouocat Fulgentium. ibi. 48. admiratur Fulgentij ſanctitatem & doctrinam ſed non conuertitur. ibid.
ad Trãſamundũ libri tres S. Fulgentij. ib. 51
Tres guttæ æquales miraculoſè coniunguntur, & quaſi vnam gemmam efficiunt. 451. 45.
Tria peſsima mala conſtituta in Synodo Epheſina. 449.112
Tribulatio multa bona operatur. 440.9. cũ ſeqq. ſæpè homines curat. ibid.10
Tribulationes hilari fronte ſuſcipiendæ. 484 to 4
Tribulatio idololatriam diſsipat. 440. 1. reddit Eudociam Auguſtam Orthodoxam. 455.18
Tribulationes ſæpè vtiles. 517.21. cum ſeqq. in Tribulationibus Eccleſiæ Deus ſuccurrit fol. 945.2
Tribulati ſub Dei tutela. 443.11
Tribulatis Deus præſto eſt. 449.138
Tribulationes à Sanctis referendæ. 448.78
Tribulationibus lætandum. 449.110
Tribulatio dat intellectum. 455.18. Epiſcoporũ exulũ in Sardinia, & in Africa. 504.50
In Tribulatione ſuccurrit Deus. 508.31. 509.8
Tribulati ſunt ſubleuandi. 504.42
Tribulatis eſt ſuccurrendum. 512.55. cũ ſeqq.
Tribulatis maximè compatiendum. 512.34
Tribunal Chriſti expauendum. 442.
Tributa grauia multum damni inferunt ciuitatibus. 444.45
Tributorum remiſsionem quærunt Sancti à Principibus. ibid.43
de Tributis releuandis pertractat Theodoretus cum Pulcheria Auguſta. ib.45
Tributum penditur à Theodoſio Attilæ. 446.27
Tributa relaxat Gallis Theodoricus. 508.6
Trina apparitio S. Barnabæ. 485.8
in Trinitatem ſanctiſsimam inſurgunt Priſcillianiſtæ. 447.9
Trinitatis hymnũ cantabant Fideles. 512.2
Trinitatis hoſtes à Catholicis occiduntur. ibid.4
in Trinitatem blaſphemus Olympius Arianus dat pœnas ſui ſceleris. 494.61
Triphon miſſus à Gelaſio ad Epiſcopos Dardaniæ. 492.31
Triſagium cognitum, & à Concilio Chalcedonenſi comprobatum. 456.12. & cur hoc tempore propalatum. ibid.13
Triſagion Græcè cur cantatur in Paraſceue. 492.40
S. Trophimus primus Galliarum Apoſt. eò à B. Petro Apoſtolo Roma miſſus. 450.54
Trucidantis hæreticis quid accidere ſoleat. 480.18
Tumor Acacij & eius ſpes vana. 472.5
in Tumultuantes edictum Marciani Imper. 451.25
Tumultuantes vltimo ſupplicio ſubiecti. ibid.26
in Tumultuantes ſcribit Pulcheria Auguſta ad Stratagium. ib.28
Tumultus excitatur in Illyrico. ib.33. Alexãdrini. 484.41. vulgi Conſtantinopolitani. 495.40. à populo Conſtantinopoli factus. 512.2
Turbæ Orientales vndique auctæ. 484.40
Turcarum dominium quàm ſit aſperum. fol. 911.24
S. Turibius Aſturicenſis Epiſcopus. 447.2
Turibius Hiſpanias luſtrauit. ibid.
Turibij epiſtola ad Idacium & Ceponium Epiſcopos. ib.3. ſumma humilitas. ibid.4
Turibius quomodo Notarius ſummi Pontificis. ib.5
Turonenſe Concilium quando. 482.42
in Turonenſi Concilio quot canones. ibid.
Turres terræmotu corruunt. 446.5
Tuſciæ clades. 476.5
Tyranni ſemper crudeles. 440.4
Tyrannorum eſt timere. 449.167
Tyrannus & non Epiſcopus Eccleſiæ Alexãdrinæ dictus Timotheus. 457.52. concedit iura Eccleſiæ Acacio. 476.67
Tyrãni interdũ ſimulatione vincũtur. 517.1
Tyrium iudicium in cauſa Ibæ. 448.60
Tyriæ diœceſis cauſa tractata in Concilio Chalcedonenſi. 451.96
ſub Tyriæ ciuitatis metropoli quę vrbes. ib.
Tyri Eccleſia in integrum reſtituta. ib.100

V.

Vagatio prohibita clericis. 451.115
Vagi erant Hunni. 444.39
Valentiniani Aug. Conſulatus. 440.1
Valentinianus cum Vuandalis conciliatur. 442.1
Valentiniani conſtitutio contra Manichæos 445.8
Valentinianus Auguſtus contra ſepulchrorum effoſſores. 447.27. vim intulit vxori Maximi. 454.3. Ætium occidit. ib.3. occiditur. 455.3. & Honorius Impp. quanti fecerint Arelatenſem ciuitatem. 450.55. diſcipulus S. Benedicti. 494.71
Valentinus Epiſcopus Amiterninſis. 504.6
Valerianus Epiſc. egregius confeſſor. 476.19
Vana ſpes hæreticorum. 476.35
Vana deliramenta hæreticorum. 511.35
Vana ſpes ac tumor Acacij. 472.5
Vaſa Eccleſiæ Deo & pauperibus debita. 446.21. argentea Eccleſiæ vendita à Sanctis pro redimendis captiuis. 508.11
Vaſenſe ſeu Vaſatenſe Concilium in Gallia Narbonenſi. 442.3. alterum Concilium in Gallijs. 463.14
Vaticinatio S. Seuerini de futura tranſmigratione. 482.59
Vectigalia grauia damnum afferunt ciuitatibus. 444.45
Vedaſtus primus Clodouei catechiſta. 499.22
S. Vedaſtus illuminat cæcum. ibid.23
Vedeulphus pugnauit pro Symmacho Papa. 502.11
Venantius diaconus legatus Viennenſis ad Hormiſdam Papam. 516.22. presbyter S. R. E. Cardinalis mittitur legatus ad Anaſtaſium Imp. ab Hormiſda Papa. 515.24
Veneno moritur Timotheus pſeudoepiſcopus. 477.16
Venenum ſuſcipiunt Sancti, & eis nimiùm obeſt. 513.6
Venerabantur pedes Summi Pontificis Epiſcopi. 512.57
Veneticum Concilium quando. 453.55
Venia correctis præſtanda eſt. 454.14. quomodò impetretur à Paſchaſio exiſtente in Purgatorio. 498.8

Veniam postulantibus est ignoscendum. 512.52
Venia dari nequit in errore persistenti. 495.11
Ventorum impulsibus hinc inde ferri solet semper hæreses. 482.37
Veranus filius S. Eucherij. 441.11
Veranus Episcopus Gallus litteras Summi Pontificis amplectitur & veneratur. 449.43
Verbum Dei prædicandum est ab Episcopis. 451.155
Verba Papæ vt oraculum à Concilio accepta. 447.30. aliter interpretantur interdū, quàm proferantur. 442.2. interdum sunt acutiora, quàm sint arma. 494.54. interdum non considerantur ab auctoribus, sed res. 469.12. cum seqq. non solùm à Deo requiruntur, sed etiam bona opera. 516. 15. Papæ audienda, vt verba Christi. fol. 511.20
Verecundia est seruanda. 484.8
Verina Augusta laudata. 474.45
Veritas tandem redarguit impostorem. 452. 19. semper præualet. 457.28. semper cognoscitur. ibid. 49. mendacio validior. 496.18. Catholica stabilita. 476.37. est benè consideranda. 494.87.88. fidei interdum e. miraculis ostenditur. 484.47. quæ nō defenditur, opprimitur. 483.25. magna libertate propalanda. 511.33. aperitur à Theodosio cœnobiarchæ, & propugnatur. ib. rei tandem illucescit. 516.36
Veritatis indagatores non metuunt Regum hæreticorum iracundias. 483.62
Vermibus consumitur Hunericus. 484.125
Vestigia Summi Pontificis venerabantur Episcopi. 512.57
Vestimenta etiam Sanctorum mortuorum inuenta sunt illæsa. 475.21
Vestis B. Mariæ Virginis in quo templo collocata. 474.4
Vestitus Hunnorum qualis. 444.37. humilis Hierosolym. Episcoporum. 458.36
Veteres canones restituendi. 503.8
Vetus mos Rom. Pontificum. 492.30. hæreticorum qualis fuerit. 482.33
Vetus institutio monachorum S. Augustini 504.33
Vexatio dat intellectum. 455.18. dira seruitus Tuburbitani. 484.83
Vexatur Antiochena Ecclesia ab hæreticis. 479.2
Via aperitur lapsis à fide resipiscendi. 494
Vicarius omnium monachorum constituitur Barsumas Archimandrita. 443.22. S. Leonis in Oriente constituitur Timanus. 453.9. Summi Pontificis constituitur S. Remigius. 514.46
Victoria obtenta meritis S. Seuerini. 454.23. Theodorici de Sueuis. 456.4. Ecdicij per inuocationem S. Martini. 466.13. Sebastiani Consulis de Gothis. 505.8. oritur ex Deo benedicto. 507.13.14. Gothorum cōtra Romanos. 468.14. Aëtij contra Attilā. 451.11. Rugorum de Ticinentibus. 489.9. Theodorici de Odoacre. 490.53
Victoriæ Clodouæi. 499.18. Culisitanæ certamen. 484.84
Victor Primas Byzacenus captus ducitur ad Regem. 504.19
Victor Episc. Mediol. laudatur. 489.15
Victor inter Sanctos relatus. 484.128
Victores duo eodem tempore. ibid.
Victor Cartennæ Episcopus. 456.17
Victor Taurinensis Episcopus. 494.43
Victorianus Adrumetinus martyr. 484.85
Victorius mirificè coluit S. Abraham, 480. 14.
Victorius, siue Victurius Episcopus Cenomanensis. 453.55
Victorius Dux Præfectus Aruernensis. 480. 6. cogitur venerari S. Amabilem. ib. 12. in deterius mutatus. ibid. 15
Viduarum exemplum. 504.59.60
Viduis ne inferatur vis à militibus. 507.15
Vienna Austriæ olim dicta Fabianæ. 454.33
Viennensibus fame laborantibus succurrit S. Seuerinus. ibid.
Viennensis & Arelatensis Episcopi de primatu decertabant. 445.11
Viennensis Ecclesiæ Episcopus quot, & quibus præsit ciuitatibus auctoritate S. Leonis Papæ. 470.58
Eiusdem Episcopi ius quousque se extendat 515.46
Viennenses legationem mittunt ad Hormisdam Papam. 516.20
ad Viennenses Hormisdæ epistola. ib. 24
Vennenses ab Hormisda laudantur. ib.
Viennensis Episcopus laudatur ab Hormisda Papa. ibid.
Vigilantia Episcoporum facit vt leges Ecclesiasticæ steyt in suo robore. 441.3
Vigilia & ieiunia præscribuntur populo à S. Perpetuo. 482.52
Vigilius Papa confirmat monasterium cpnstructum à Childeberto. 508.82
Vincentius Lerinensis sapientia & eloquentia eminebat. 441.12. vir doctissimus. ib. 15
Vincomalus pro Theodoreto laborat. 451.55
ad Vincomalum Theodoretus scribit de iniurijs sibi illatis. ibid. 56
Vincula martyrū ornamenta sunt. 454.108
Vindemialis Episcopus insignis. ibid. 82
S. Vindemialis sit martyr. ibid. 89
Vindictæ diuinæ in Charisium presbyterum iniquum. 459.10. Theodosij Imp. contra Chrysaphium. 459.12. de peruersō presbytero. 458.144. Theodorici in fautores Eutichis. 494.31
in Vinea Domini Anastasius Imperator fuit velut aper. 517.61
Vineta fidei vberiora plantata trans mare. 515.53
Violentia non præiudicat Ecclesiasticis constitutionibus. 449.38
Virgarum ius habebant Episcopi. 537.8
Virgilius Arelatensis Episcopus. 508.28
ad Virgilium Arelatensem Episcopum sancti Gregorij epistola. ibid.
Virgo Maria. Vide Maria.
Virgines non cogendæ ad ingrediendā monasteria. 458.4. à militibus ne violentur. 507.15. sacræ quām dira sint passæ à Vandalis. 483.81
Virginitas matrimonio Deo gratior. 456.9. & non matrimonium à Maxima amplectitur. ib. 10. seruari potest interdum etiā in matrimonio. 350.17.480. 10. cum seqq.
Vir Dei non dicitur, qui inconstantiae vincitur. 474.38
Viros sæpè tentantur ab vxoribus. 456.28
Viros suos consulant fœminæ. 452.38
Vertus exindia facit vt de ætate aliquando ratio non habeatur. 471.35
Virtutes in vitia quomodo vertant mali. 472.20
Virtus spectata S. Pulcheriæ. 453.24
cum virtutibus diligant famam Principes. 496.58
Virtus etiam hostes ad sui venerationem compellit. 475.30
Virtutes Hilarij Episcopi claræ. 445.17. S. Auiti illures numerantur. 516.29. Sanctorum non extinguuntur in morte. 488.15
omnes sunt claritate inferiores. 448.21. cum morientibus non pereunt. 452.47.
Dioscori prædicantur à Theodoreto. 444 19.
Vis infertur à Valentiniano Imp. vxore Maximi. 454.2. magna eleemosynæ. 474.10. non præiudicat Apostolicis constitutionibus. 449.38. ne inferatur militibus militibus. 507.15
Viscum insipientium honores sunt & diuitiæ. 484.10.
Visio S. Eulogij qui defendebat ep. Solam Leonis. 449.40. de leone pugnante cum dracone. 469.6. de diuino iudicio. 484.141 contra Seuerianum contemnentem sanctam Eucharistiam. 513.19. Reginæ diaconissæ in somnis. 513.31
Visiones diuersæ ostensæ ante persecutionē Africanæ Ecclesiæ. 481.4. magnæ in Fausti Ecclesia. 480.3. & 4
per Visiones Deus terret impios. 508.31
Visiones in morte Macedonij. 515.50. de obitu Anastasij. 518.22. cum seqq.
Visitator missus Romam à Theodorico. 500 3. Summum Pontificem visitare non debuit. ibid. 7
per Visum Deus terret impios. 508.31
Vita Principum perscribitur in principio Dubabilis. 451.9. mo Xastica Ecclesiarum gubernatio in præfertur, & quomodo. 448.13
Vitalianus maximè exagitat Anastasiū Imper. 1240. occupat Thraciam, Scythiam, & Mysiam. ibid. secum ducit Bulgaros, Hunnorum agmen. ibid. 41
Vitaliano ab Anastasio Imp. offeruntur conditiones pacis. ib.
Vitalianus pugnat pro fide Catholica. ib. 42.
Vitalis Episc. legatus Papæ Felicis. 471.19. causa tractatur in Conc. Rom. 484.10. Episcopus suspenditur à Sum. Pont. ibid. 25
Vitalis S. R. E. Cardinalis diaconus mittitur legatus ad Anastasium Imper. ab Hormisda Papa. 515.18
Vitia occultata deteguntur. 453.1. ille transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis indulget. 494.39 huius sæculi. 496.37. omnia emendare non possunt Summi Pontifices. ibid. 41. occulta tandem deteguntur. 516.36
Vitiorum radices succidendæ. 491.13
Vincentius Episc. Lugdunensis. 509.12
Vius sepelitur Zenō Imperator. 491.1
Vltio Dei quàm sit contra eadem peccata fidelium quam infidelium. 441. 40. terribilis in perseuerum presbyterum. 458.143
Vnanimitas & concordia seruanda inter Episcopos. 445.11
Vnio in Hierosolymitana Ecclesia. 477.29
Vnionem Ecclesiæ velle Anastasius Imp. simulabat. 536.11. verè exoptabat Hormisda Papa. ibid. 25
Vnio Episcoporum nr jesuitica cum Summo Pont. 516.44. cum seqq. Ecclesiæ Alexandr. hæ cum Romana. fol. 904.5
Vnitas in Ecclesia maximè seruanda. 512.40. 522.30. & 516.54. seruanda inter fratres. 514 29. Christi per multa probatur. 449.47
Vnitinum Zenonis Imperatoris. 482.25
Vniuersalis Episc. inscribitur Papa. 451.13
Vniuersi membri totum corpus patitur passiones. 483.99
Vrius Hierarcha semper in Ecclesia fuit. 449 122
Vrsinus Mauritaniæ Episcopus scriptor Ecclesiasticus. 456.18
Vocum proprietatem negligunt interdum auctores. 468.12
Vlusianus iudex constitutus à Theodorico contra magos. 504.7
Vota pia nunquam desipiuntur à Christo. 489.11
Vranius Himeriæ Episcopus iudex constitutus in causa Ibæ. 448.60
Vranius Emesæ Episcopus. 449.335
ad Vranium Theodoretus exclamans cōtra hæreticos. ibid.
ad Vraniū iterū scribit Theodoretus. ib. 136
Vrbanus Girbensis à Genseyico relegatur. 442.2
ab Vrbe expelluntur magi. 508.24
in Vrbe parcunt Barbari primarijs Ecclesijs 487.83
Vrbes plurimæ renouantur à Theodorico. 500.1

Vrsicinus Episcopus legatus Gelasij. 482.35
Vsus commeditatitiarum litterarum. 440.11
Vsus cunctis artificibus maximum affert decus. 484.157
Vuandali oppugnantur à Theodosio. 441.18
Africam vniuersam occupabant. 440.3
Vuandalorum tempore ardens cometa apparuit. 444.34. ferum effectu multi ex nobilibus Carthaginensibus. 440.4
Vuandali cum Valentiniano pacem ineunt. 52.1
Vandalorum Rex coniurationem suorum detegit. ibid.
Vuandali Siciliam deprædantur. 454.12. ingrediuntur in Vrbem. 455.11. pepercere primarijs basilicis Romæ. ibid. 14. prohibuerunt eligere Episcopos. 456.8
Vuandalorum incursio. 465.31
Vuandali Alexandriam tentant. 10.3. ad Ecclesiam confluentes dira passi. 480.7. Romam irruadunt. 509.6. prohibentur ne communicent cum Catholicis. 483.97
Vuandalorum Rex Gundabundus. 484.129
in Vuandalos paratur classis à Leone Imperatore. 468.19
Vuandalicus fiscus rapit spolia Episcoporum. 485.80
Vuandalica persecutio recrudescit. 450.8
Vuindemirus in Italiam cum exercitu venit. 453.2
Vuisigothi inuadunt Romam. 569.6
Vxor Maximi violatur à Valentiniano. 454.3
Vxoris pro viris suis orent. 451.50. perfepè viros tentant. 456.28

X.

Xenaias ordinatur Episcopus nondum baptizatus. 485.16
Xenaias auctor Iconoclastarum. ibid.
Xenaias imagines Christi & Sanctorum despexit. ib.18
Xenaias siue Philoxenus Episcopus. 512.21. iniquus. ibid
in Xenodochio prope Pharum editum miraculum contra Seuerianos. 513.26

Z.

Zacharias historicus Eutychianus. 476.42
Zelus populi Romani contra magos 504 14. Sporatij Comitis commendatur. 449 141
Zenonis Consulatus. 448.1
Zeno consecutus est Imperium. 474.2
Zenonis luxus magus. ibid.6
Zeno fauet hæreticis. ib. miscricors in pauperes. 474.10. fiens secum degere hæreticos dat pœnas. 475.14
ad Zenonem Imper. Simplicius Papa scribit pro Ecclesia Dei. 476.9
in Zenonem excitatur Basiliscus. ib.23
Zenoni quid prædictum sit à Daniele. ib.24
Zeno Imp. adinstar Nabuchodonosor cogitur exul viuere ex herbis. ibid. pœnam statuit in professores Concilij Chalcedonensis. ib. 34. recepit Imperium beneficio S. Theclæ 477.4. scribit ad Romanum Pontificem. ibid.6
ad Zenonem Simplicius Papa pro fide Catholica. ibid.7
Zeno prudentior agit pro fide Catholica. ibid.11
ad Zenonem Martyrij Episcopi legatio. ib.23
Zenonis impium de rerum regnandi causa factum. 478.7
ad Zenonem Simplicius de Antiochena Ecclesia. 479.5
Zeno sacrilegos punit ibid.3
Zenonis opera sublcuatur Ecclesia Carthaginensis. 489.1
cum Zenone Marciani inimicitia. 482.8
pro Zenone pugnat Theodoricus. ib.10
Zeno in deterius prolabitur. ib.11
Zenonis epistola conciliatrix. 482.26. fides velata professio. ibid.9
Zeno simulat damnare Eutychianorum hæresim. ibid.32. perfidus semper. ibid.33
Zenonis Enoticon publicatur. ib.34
Zeno explodit Chalcedonense Concilium. ibid.29
ad Zenonem Imp. Felix Papa pro Catholica fide. 483.31. cum seqq.
Zenonis prætextus refellitur. ibid.42
à Zenone quæ præstanda essent. ib.43
ad Zenonē Imp. Felicis papæ libellus. 453.48
Zenonis præfectura quanto tempore. 461.5
Zeno fauet Petro Fullonj. ibid.10
Zenonigratus Theodoricus. 484.2
à Zenone malè habiti legati Apostolici. ib.2
Zeno malè se purgat ad Roma. Conc. 484.6
Zenonis magistratus omnes vendebantur. 485.27. filius malè moratus interijt. ib.28
Zeno cuncta egit Acacij consilio. 485.30
Zenon infestus Theodoricus. 487.7
cum Zenone & Theodorico quæ finguntur transacta. ibid.8
à Zenone Pelagius Patricius occiditur. 490. 49. Zosimus rhetor occiditur. ib.50
de Zenone quid Leontius. ibid.52
Zenonis Imperatoris obitus. ib.9.491.1
Zeno viuus sepultus. ib. vt hæreticus damnatus. ibid. 4. Episcopus Hispalensis Vicarius Papæ. 482.45
Zizaniæ femina iaciunt hæretici. 447.4
Zona Dei genitricis reposita. 450.14
Zosimus rhetor occiditur à Zenone Imperatore. 490.50

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. Baronij

Tomus IV.
V. et VI.

36[illegible]518

N. VIII.

Th
1462a